Expo.o dil
epistolas e e

para todo aquello que quisiesse hazer, diziẽdome, que à mas le tenia obligado mi buen termino, hablando como Rey, à quien es anexo tanto el hazer mercedes, como la afabilidad; y si se puede dezir la buena criança, esta tuuo Sulpicia en todo estremo, acompañandola con la liberalidad, con la qual ricos, y contentos, yo, y los mios nos embarcamos, sin que quedasse ninguno. La primer derrota que tomamos, fue à Dinamarca, donde creí hallar a mi hermana, y lo que hallè, fueron nueuas de que de la ribera del mar, à ella, y à otras donzellas las auian robado cosarios: renouaronse mis trabajos, y començaron de nueuo mis lastimas, a quiẽ acompañaron las de Carino, y Solercio, los quales creyeron que en la desgracia de mi hermana, y en su prision se deuia de comprehender la de sus esposas. Sospecharon bien, dixo à esta sazon Arnaldo; y prosiguiendo Periandro, dixo: Barrimos todos los mares, rodeamos todas, ò las mas islas de estos contornos, preguntando siempre por nueuas de mi hermana, pareciendome à mi, con paz sea dicho de todas las hermosas del mundo, que la luz de su rostro no podia estar encubierta, por ser obscuro el lugar donde estuuiesse, y que la suma discrecion suya auia de ser el hilo que la sacasse de qualquier laberinto: prendimos cosarios, soltamos prisioneros, restituimos haziendas à sus dueños, alçamonos con las mal ganadas de otros, y con esto, colmando nuestro nauio de mil diferentes bienes de fortuna, quisieron los mios boluer à sus redes, y à sus casas, y à los braços de sus hijos, imaginando Carino, y Solercio ser possible hallar à sus esposas en su tierra, ya que en las agenas no las hallauan. Antes desto llegamos à aquella isla, que à lo que creo se llama Scinta, donde supimos las fiestas de Policarpo, y à todos nos vino voluntad de hallarnos en ellas; no pudo llegar nuestra naue, por ser el viento cõtrario, y assi en trage de marineros bogados, nos entramos en aquel barco luengo, como ya queda dicho, alli ganè los premos, illi fuy coronado por vencedor de todas las contiendas, y de alli tomò ocasion Sinforosa de desear saber quien yo era, como se vio por las diligencias que para ello hizo. Buelto al nauio, y resueltos los mios de dexarme, los roguè que

da, la qual se auia de sustentar por todos los medios possibles, como no fuessen por los de la infamia; y que pues en los partidos que nos ofreciã, no interuenia ninguna, y del perder la vida estauamos tan ciertos, como dudosos de la defensa: seria bien rendirnos, y dar lugar à la mala fortuna, que entonces nos perseguia, pues podria ser que nos guardasse para mejor ocasiõ. Casi esta misma respuesta di al Capitan del esquadron, y al punto, mas cõ apariencia de guerra, que con muestras de paz, arremetieron al nauio, y en vn instãte le desbalijaron todo, y trasladaron quanto en èl auia, hasta la misma artilleria y jarcias à vnos cueros de bueyes, que sobre el yelo tendieron, liandolos por encima, asseguraron poderlos lleuar, tirandolos con cuerdas, sin q̃ se perdiesse cosa alguna: robaron ansimismo lo que hallaron en el otro nuestro nauio, y poniendonos à nosotros sobre otras pieles, alçando vna alegre vozeria, nos tiraron, y nos lleuaron à tierra, que deuia de estar desde el lugar del nauio como veinte millas. Pareceme a mi, que deuia de ser cosa de ver, caminar tanta gente por cima de las aguas à pie enjuto, sin

que me dexassen el barco, como en premio de los trabajos, que con ellos auia passado, dexaron mejor, y aun me dexaran el nauio, si yo le quisiera, diziendome, que si me dexauan solo, no era otra la ocasion, sino porque les parecia ser solo mi deseo, y tan impossible de alcançarle, como lo auia mostrado la experiencia en las diligencias que auiamos hecho para conseguirle. En resolucion, con seis pescadores que quisieron seguirme, lleuados del premio que les di, y del que les ofrecí, abraçando à mis amigos me embarquè, y puse la proa en la isla Barbara, de en los mercadores labia ya la costumbre, y la falsa profecia q̃ los tenia engañados, la qual no os refiero, porque sè que la sabeis: di alli: rauès en aquella isla, fuy preso, y lleuado

ra ser espia que inuestigasse si estaua en ella mi hermana, no sabiendo que yo fuesse hermano de Auristela; la qual vino otro dia en trage de varõ à ser sacrificada, conocila, doliòme su dolor, preuine su muerte, con dezir que era hẽbra, como ya lo auia dicho Cloelia su ama, que la acompañaua; y el modo como alli los dos vinieron, ella lo dirà quando quisiere; lo que en la isla nos sucedio, ya lo sabeis: y con esto, y con lo que à mi hermana le queda por dezir, quedareis satisfechos de casi todo aquello que acertare à pediros el deseo en la certeza de nuestros sucessos.

CAPITVLO XXI.

Del segundo libro.

NO sè si tenga por cierto, de manera

IULII CAPONI,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

NECNON

JURISCONSULTI NEAPOLITANI,

ac Comitis Palatini;

DISCEPTATIONUM FORENSIUM,

ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, ET MORALIUM,

Pluribus in Casibus Decisarum,

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT

TOMUS QUINTUS.



BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

LUGDUNI,

Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN.

M. DC. LXXVII.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.



DISCEPTATIONUM
PHILOSOPHI, THEOLOGI
CAPONI

INDEX DISCEPTATIONUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

DISCEPTATIO CCCXXV.

RELIGIOSI, vel Novitij, aut Tertiarij, ſi moriantur in Monaſteriis, an poſſint ſibi eligere ſepulturam, & quòd ſi moriantur extra clauſtra in locis ſui Ordinis, vel in itinere, aut alio loco, an poſſint transferri ad Monaſteria ſua, vel ad alias Eccleſias, vbi ſepulturam elegerunt, & quando poſſint illam eligere, & an poſſint transferre cadavera loco depoſiti ibi ſepulta, & quæ requirantur ſolemnitates. Tertiariorum ſeptem genera adducuntur, & quando eis dicta competat electio: Milites Hieroſolymitani qualiter ſepeliendi, & an eorum conſanguinei veſtiri debeant veſtibus lugubribus, & an interdictorum cadavera poſſint ſepeliri in ſuis Eccleſiis, & quando, & decreta ſacræ Congregationis adducuntur ad materiam noſtram, Parœcum non debere impedire exequias Regularium morientium extra clauſtra. pag. 2

DISCEPTATIO CCCXXVI.

Prælationem competere in feudis ex pacto, & providentia, & in feudis antiquis, non in hæreditariis ſimpliciter, nec in novis, cum certum ſit quòd plura requiruntur, ſcilicet probatio agnationis, & feudalitatis, & licet competat agnatis, etiam fœminis, cognatis tamen denegatur, in ſubfeudis verò denegabitur, & quando, & agnato comparenti ad licitandum per ſe, vel per Procuratorem, an competat prælatio diſputatur, & an ex gratiis, & privilegiis ſit ſublata differentia inter agnatos, & cognatos in Regno, tam in ſucceſſione, quàm in prælatione obtinenda, & an reguletur prælatio ab evicto ſucceſſorio, vel à *l. 1. ff. de priuilegiis creditorum*, &c. pag. 9

DISCEPTATIO CCCXXVII.

Capellani, Vicarij, & alij ſervientes Religioni Sancti Joannis Hieroſolymitani, an poſſint citari, & declarari excommunicati in S. Viſitatione ab Ordinariis ob uſurpata, & occupata bona Eccleſiæ, quæ eſt in juribus ordinariis, Trident. *ſeſſ. 6. cap. 3. de Reformatione*, & *ſeſſ. 25. de Regularibus*, *cap.* 13. explicatur, unà cum Canone 17. Bullæ Cœnæ; Capellani prædicti habitantes intra ſepta Monaſterij puniuntur à Religione, non ab Ordinariis pro delictis commiſſis extra clauſtra, quod ſi ſint profeſſi, etiam cognoſcuntur à ſuis Superioribus, ſi verò percuſſerint Clericum, à quo ſint abſolvendi, an ſcilicet ab Ordinario loci, an à ſuis Superioribus proponitur difficultas. pag. 23

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO CCCXXVIII.

Filij ſororis, & filij fratris ſuccedunt æqualiter avunculo ab inteſtato ſuccedenti etiam ſi fuiſſet Sacerdos, vel Epiſcopus, & teſtetur, vigore Brevis de bonis intuitu Eccleſiæ, de quibus teſtari non poterit, niſi ex Brevi Pontificio, etſi Breve loquatur de conſanguineis, an agnatos tantum comprehendat, an etiam cognatos, & ſic cognati veniunt ſub nomine ſanguinis, & nullitates propoſitæ admittuntur, &c. pag. 29

DISCEPTATIO CCCXXIX.

Baronum Regni prærogativa, & privilegia, quæ ex antiqua conſuetudine habuerunt in Eccleſiis ſuorum feudorum defenduntur, nec poſſe Epiſcopos illa prohibere, vnde tum de ſedilibus, tum de pulvinari, tum etiam de aliis agitur; ſedilia an, & quando permitti poſſint laicis in Presbyterio, & quid extra thurificationes reſpectu laicorum, à quibus ſint faciendæ, latè explicatur. Et an competant Regalia prædicta uxoribus Præſidum & Caſtellanis Regni. pag. 41

DISCEPTATIO CCCXXX.

Princeps, & titulatos hujus Regni vigore Pontificalis Romani non impediri in ſuo primo ingreſſu ſuorum feudorum recipi ſub Pallio ab Eccleſiaſticis, quod exemplo mirabili Clementinæ primæ de baptiſmo probatur. Principum magnæ Potentiæ, de quibus Pontificale loquitur quod veniant titulati hujus Regni, qualem habeant authoritatem. Plura facta recenſentur, in quibus titulati hujus Regni fuerunt recepti in eorum terris ſub Pallio. Epiſcoporum facilitas in cenſuris inferendis reprobatur, & alia ad materiam. pag. 48

DISCEPTATIO CCCXXXI.

Authent. hoc niſi, *Cod. de ſolut.* præbet facultatem debitori offerendi ſtabilia creditori, procedit etiamſi debitor renuntiaverit *Auth. & ampliatur*, Præſes de Franchis *deciſ.* 85. Roviti *conſilium* 18. *& add.* pag. 51

DISCEPTATIO CCCXXXII.

An Joannes Franciſcus Senior, potuerit donationem, quam fecit Joanni Marino filio contemplatione certi matrimonij contrahendi, in capitulis matrimonialibus gravare onere fideicommiſſi ipſum Joannem Marinum. pag. 53

DISCEPTATIO CCCXXXIII.

Conſuetudine exiſtente circa ſucceſſionem, qualiter illa ſit probanda, & an differat à pacto, & qualiter probetur. pag. 67

DISCEPTATIO CCCXXXIV.

Capitulationes Montis ſancti Angeli Cuſtodis referuntur, & de ætate requiſita ad matrimonium, ut de dote diſponant, & qualiter ſint ſtatuta interpretanda, & an ipſi teſtes de vniverſitate, Collegio, &c. ſint idonei ad probandum. pag. 70

DISCEPTATIO CCCXXXV.

Paragium qualiter liquidetur, & quo tempore, debetur in corporibus, non in fructibus, & debetur loco legitimæ, imò eſt ipſa legitima, & fructus debentur à die mortis, ac eſt jus univerſale, & quota: Mora irregularis quando noceat minori. pag. 72

DISCEPTATIO CCCXXXVI.

Textus *in l. ſi res obligata* 60. *ff. de leg.* 1. explicatur, legatarium pati debere ſervitutem rei

rei legatæ, ad onera cenſus emphyteutici ſolvendos teneri latè probatur. Collectas etiam, & alia onera ſolvit. Cenſum autem à teſtatore impoſitum ſolvit hæres, quando ſciebat teſtator tale onus; quæ ſcientia vndè colligatur, adducitur. Legatarius ſi ſit perſona conjuncta, vel Eccleſia, aut cauſa pia, ſolvit cenſum impoſitum ſuper re legata, & multo magis ſi legatum fieret eluſorium, & ſi multo pluris legatum valet, quàm onus tunc ſolutio pertinet ad legatarium, non ad hæredem. Regula, quòd res tranſit cum onere qualiter procedat, & de quibus oneribus intelligi debeat. p. 75

DISCEPTATIO CCCXXXVII.

Cognitio læſæ Majeſtatis conceſſa etiamſi fuiſſet ab Imperatore Carolo V. Duci Sereniſſimo Parmæ ex cauſa dotis, an intelligatur ſemper ineſſe, an verò mutatis perſonis cenſeatur, mutatione privilegij, illud mutatum, ut ſola M. C. V. cognoſcat de tali crimine. Regaliæ quot ſunt in genere, & quæ in ſpecie. Poſt ſententiam, ut quando ſit remiſſa, & quid ex privilegio. p. 83

DISCEPTATIO CCCXXXVIII.

Legatarium annuæ quantitatis poſſe cogi ab hærede accipere corpus, vel proprietatem legato æquivalens, & hoc concedimus debitoribus omnibus ex cauſa lucrativa. Emphyteuta an poſſit Canonem ſolvere anticipatè, & quid in Eccleſia, legatum annuum debetur in principio anni, niſi ſit relictum ex fructibus talis fundi, quia tunc debetur tempore collectionis fructuum, Dotis vſuræ, & alimenta annua debentur in principio anni, & quando legatarius annuus poſſit agere pro futuris, juncto jure de præſenti; Penſio an poſſit extingui authoritate propria ſine Papæ conſenſu, & procedit in extinctione facta gratis; ſecus ſi per receſſum, vel alia cauſa oneroſa. Penſio quando detur pro alimentis, & quando aſſimilatur vltimæ voluntati, quando contractui, Capuccinum eſſe capacem annuæ præſtationis, & ad aliam ſtrictiorem Religionem, &c. pag. 90. & 91

DISCEPTATIO EADEM.

Sacrarum Hoſpitale Incurabilium poſſe aſſignationes facere ſuis creditoribus de effectibus, & cenſibus, ac aliis annuis introitibus, abſque vllo cenſuræ periculo, ad exemplum aliarum, quibus eadem privilegia conceſſa ſunt, ob neceſſitatem, & vtilitatem ejuſdem Sancti Hoſpitalis. pag. 96

DISCEPTATIO CCCXXXIX.

Mandatum ad exigendum an habeat vim ceſſionis, & ceſſio quando ſit propria ſolutio & periculum nominis debitoris ceſſi vigore mandati quando ſpectet ad cedentem quando ad ceſſionarium. Iura adducuntur, & explicantur, cum DD. qui videntur contrarium dicere. pag. 98

DISCEPTATIO CCCXL.

Tertiaria debetur ex venditione bonorum redditiorum Monaſterio Camaldulenſium, & hoc, vel ex vi conventionis, vel ex vi pacti, & an ex vi conſuetudinis Monaſterij in contractibus introductæ, & quid ſi conſuetudo non ſit in loco rei ſitæ, ſed in loco contractus, & quid de conſuetudine poſita diffórmi ſolutione pretij, & adducuntur ſententiæ emanatæ in S.C. & qualiter ſint alias liquidatæ Tertiariæ. p. 102. & 103

DISCEPTATIO CCCXLI.

De eadem re. pag. 108

DISCEPTATIO CCCXLII.

Cui & quando competat ante impetrationem aſſenſus, facultas revocandi contractum alienati feudi, cum clauſula ſalvo aſſenſu, & non aliter. Et ſi revocatio cum dolo & fraude revocantis ſit admittenda. Et ſi admiſſa revocatione quoad feudum cætera pacta, & promiſſiones in eodem contractu corruant. Et quod aſſenſus ſuper alienatione feudi facienda validet factam. pag. 117

Index Disceptationum

DISCEPTATIO CCCXLIII.

Immunitate Ecclesiastica gaudere locum illum, qui authoritate Episcopi est fundatus licèt non sit Ecclesia, neque Cœmeterium, neque Religiosi habitantes, licèt habitaverint prius Clerici in communi cum authoritate Episcopi, sicut gaudet locus, qui est destinatus ad habitandum Religiosos, dum fundat Ecclesiam, & affertur casus decisus, *&c.* pag. 128

DISCEPTATIO CCCXLIV.

Pactum reversivum in dote qualiter concipiatur, & an intelligatur per mortem viri, vel uxoris, vel uxoris, & quid si generaliter conceptum sit, qualiter cum juramento appositum operetur, & an uxor consentiens, & quid decideric S. C. apud Francum *decis.* 121. & explicatur Textus *in cap. post electionem de conceff. præbend.* pag. 131

DISCEPTATIO CCCXLV.

Congregationes, Confraternitates, & Oratoria an possint in Ecclesiis Regularium erigi hodie sine licentia Ordinarij loci, & illis translatis ad aliam Ecclesiam: Cui bona applicentur, & quid scripserit Cardinalis Lugo in hac causa, & an vera. pag. 140.

DISCEPTATIO CCCXLVI.

Casus fortuitus, & improvisus quid sit, & an supponat culpam, & probari debet infra annum, alias nulla fides habetur de eo, & hoc etiamsi post annum probetur carcerati Contractus, qui regulariter non valet, multipliciter tamen limitatur. pag. 142.

DISCEPTATIO CCCXLVII.

Dotis æstimatio quando faciat ad maritum spectare periculum ipsius, & quæ læsio in dote cadat, quæ reprobatur, & quando sufficiat restituere maritum dotem minutam sine culpa sua. pag. 144

DISCEPTATIO CCCXLVIII.

Textus *in l. plerumque, cum l. sequenti, ff. de jure dotium*, explicatur. Deterioratio, & periculum dotis quando cadat in marito, & quando in uxore. Dotis æstimatio quibus verbis & clausulis censeatur facta, ut damnum marito causet. Æstimatio quando non faciat emptionem, & quando non in dote. Dos in gabellis, illis extinctis, & postea positis de novo, an dicatur eadem dos an nova. pag. 148

DISCEPTATIO CCCXLIX.

Fideicommissum in contractibus factum pro conservatione familiæ censetur ex exclusione fœminarum, præsertim stante statuto exclusivo illorum propter masculos, & quando hæres teneatur ad factum defuncti. pag. 152

DISCEPTATIO CCCL.

Renuntiatio & pactum non succedendi longè differunt inter se. Matris renuntiatio quando noceat filiis ex persona propria venientibus, & quid si sit extinctiva, quid verò translativa. pag. 155

DISCEPTATIO CCCLI.

Sequestratio non fit in principio litis, quia odiosa. Evictio promissa, vel inducta quando dicatur in donatione. Capella & quando diminutio facta in uno censeatur facta in alio. pag. 159

DISCEPTATIO CCCLII.

Nullitas contra sententiam S. C. qualiter attendi debeat? Emere & vendere quando quis compelli possit? Judicium reclamationis idem est. Et quando præjudicialis articulus ante omnia existimetur. pag. 164

DISCEPTA

DISCEPTATIO CCCLIII.

Maxima fuit controverſia in Caſali Arſani, hujus fideliſſimæ Civitatis in electione Magiſtrorum Parœcialis Eccleſiæ, cum Parœco ejuſdem, eo quod Magiſtri, tempore egreſſus finito, elegerunt ſucceſſores [ut moris erat] abſque Parœci approbatione, qui licèt intervenire ſolitus eſſet, tamen credebat ad ſe ſpectare electionem, & Magiſtri ſi diſcreparent ad eundem pertineret electio, verſa vice Magiſtri electi à prædeceſſoribus contradicente Parœco in Curia Archiepiſcopali prætenderunt manuteneri, ego pro Magiſtris ſcripſi, & obtinui, taliter verò ſcribebam. pag. 169

DISCEPTATIO CCCLIV.

Conditio appoſita privativa hæreditatis in caſu contrario, qualiter operetur directè, vel per fideicommiſſum, & an conditio in matrimonio appoſita ſit impoſſibilis, & quando & an differat impoſſibilis conditio in contractibus, vel in ultimis voluntatibus, Caſtillus *lib. 3. var. cap. 7.* adducitur & explicatur. pag. 175

DISCEPTATIO CCCLV.

Poſſeſſorem à quo tempore cogendum fructus reſtituere, ut latiſſimè explicatur, & an à tempore conſumptionis ubi plures caſus diſtinguuntur, & an compenſentur cum intereſſe, & an deductis expenſis dici debeant, & quid in poſſeſſorem malæ fidei cum dolo, quid in bonæ fidei poſſeſſore, & ſimilibus. pag. 178

DISCEPTATIO CCCLVI.

Fructus compenſari cum meliorationibus à bonæ fidei poſſeſſore certum cum ſit, ad explicationem Textus *in l. qui ſcit 25. ff. de uſuris*, & *l. qui bona fide 13. ff. de acquirendo rerum domin.* Propterea diſputatur de fructibus quando teneatur reſtituere emptor, vel quilibet poſſeſſor in Judicio vindicationis, vel in Judicio aſſiſtentiæ. pag. 182

DISCEPTATIO CCCLVII.

Text. *in l. fin. C. De emancipat. lib.* explicatur. & quid ſit emancipatio, ac quotuplex, & latè an requirat præſentiam filij emancipati, an ſufficiat ſi ratificetur poſtea per filium emancipatum. Emancipatio tacita quæ per certum tempus habetur, quo filius negotietur à patre ſeparatus, qualiter ſit habenda. pag. 186

DISCEPTATIO CCCLVIII.

Inſtrumentum ad hoc ut liquidari poſſit, qualiter ſit reaſſumendum, & nullitates opponendæ contra inſtrumenti liquidationem, quæ ſint; & an emancipatio poſſit fieri in abſentem. pag. 192

DISCEPTATIO CCCLIX.

De eadem re. pag. 195. & ſeq.

DISCEPTATIO CCCLX.

Officij conceſſio pro filiis quando pro hæredibus, & quando ſit tranſmiſſibile, & quid importet eſſe hæreditarium, vel ex pacto, & providentia, & qualiter differant tales conceſſiones. pag. 202

DISCEPTATIO CCCLXI.

Societatis creditores quando præferantur creditoribus ſocij, qui priùs contraxerunt, & quando ſocietas finiatur, & an poſſit ſocius in teſtamento diſponere, ut ſocietas tranſeat ad hæredes ſocij, & quando dicatur nova ſocietas, quando verò continuata, & quid ſi concurrant creditores primæ ſocietatis cum creditoribus ſecundæ renovatæ ſocietatis, ac plura diſcutiuntur de ſocietate. pag. 203

DISCEPTATIO CCCLXII.

Intereſſe vitalitij monialibus an debeatur, & quid poſita condemnatione ad intereſſe liquidandum an poſſit in nihilum liquidari, & quæ requiſita ſint neceſſaria pro intereſſe lucri ceſſantis, &c. pag. 209

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO CCCLXIII.

Sacriſtæ electio ad quem ſpectet in Eccleſia ſanctæ Mariæ Patientiæ Cæſareæ an ad Gubernatores, vel ad Abbatem. Quis dicatur in jure Canonico ſacriſta, fuiſſe interdum electum per Gubernatores an præjudicet Abbati. Eccleſiaſtica officia vendi nequeunt. Abbas ſanctæ Mariæ Cæſareæ utrùm ad Synodum Archiepiſcopi Neapolitani accedere teneatur. Poſſeſſorium contra formam tituli non eſt attendendum, & quid operetur obſervantia contraria. Quia verò in hac eadem Eccleſia Abbatiali ſanctæ Mariæ Patientiæ Cæſareæ fuit difficultas ab iiſdem Gubernatoribus propoſita in hoc anno, ad quem ſcilicet pertineret electio ſacriſtæ, ideò dixi pertinere ad Abbatem, non ad Gubernatores, unde propoſita fuit quæſtio. pag. 212

DISCEPTATIO CCCLXIV.

Regium exequatur qualiter, & quando concedendum jus patronatus triplex, gentilitium, hæreditarium, & mixtum, & qualiter probetur quaſi-poſſeſſio, & an jus patronatus Regium ſi daretur à Regibus, requiritur aſſenſus Apoſtolicus. pag. 217

DISCEPTATIO CCCLXV.

Cenſus emphyteuticus, an & quando extinguatur perempta re, ſuper quam eſt conſtitutus, & quid diminuta re cenſita, & quatenus penſio ſit ſolvenda, perempta re, & an debeatur Canon emphyteuſis ex modica penſione. pag. 222

DISCEPTATIO CCCLXVI.

Barone forjudicato, an poteſt in feudo teſtari, quod ampliatur, & ſub nomine Parentum quando veniant tranſverſales, & in Regno feuda an ſint hæreditaria, & eo forjudicato fructus an in vita naturali durante ejuſdem Baronis forjudicati ſpectent ad Fiſcum, nunquam tamen confiſcantur feuda ob delicta commiſſa à feudatario. pag. 225

DISCEPTATIO CCCLXVII.

De eadem re. pag. 231

DISCEPTATIO CCCLXVIII.

Gratia conceſſa in pragmatica ultima de feudis confirmata, & pluries exequuta, ac practicata in cauſis, an locum habeat, ſi feudatarius habens filiam nuptam illi relicta dote promiſſa, hæredem facit fratrem patruelem familiæ propriæ conſervatorem, & cui competat immiſſio, filiæ ne? vel fratri teſtatoris habenti pro ſe teſtamentum, & plura enucleantur verba Gratiæ, & ad materiam, & an neceſſe ſit diſponere, & uti expreſsè de Gratia prædicta an ſufficiat diſponere per verba iſta, & omni meliori via, & quid ſi diſpoſitio fiat in Codicillis, *&c.* pag. 239

DISCEPTATIO CCCLXIX.

De eadem re. pag. 245

DISCEPTATIO CCCLXX.

Tranſactio facta inter perſonas conjunctas cauſa data ex præſuppoſita & prætenſa teſtamenti falſitate, ea deinde probata num detur repetitio ejus, quod ſolutum fuit vigore tranſactionis, Teſtes deponentes & approbantes Inſtrumentum, aut ſubſcribentes teſtamentum, an & quando poſſint illud reprobare. pag. 259

DISCEPTATIO CCCLXXI.

Text. *in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de Relig. & ſumpt. funer.* quomodo, & qualiter amplietur, & limitetur, nec non, & Text. *in l. Altius C. de ſervit. & aqu.* multipliciter limitatur: *Pragmat. 1. & 2 de Monialibus*, quid diſponant favore earumdem, Sperelli *dec.* 58. impugnatur. Mœniana, & feneſtræ longè differunt inter ſe, Vicinus quando cogatur vendere domum, & quando ſervitutem altius non tollendi, vel proſpectum non habendi favore Monialium, & quid ſi vicini domus fuiſſet antiquior monaſterio. Ædificare an, & qualiter præſumatur ad æmulationem, & quid ex aſpectu Monialium. pag. 271.

DISCEPTA

DISCEPTATIO CCCLXXII.

Monaſterium an poſſit impedire vicinis, ne ædificent, & quid poſita via intermedia, aut æmulatione, & an poſſit cogi ad vendendam ſervitutem, ubi decretum affertur, & plura alia decreta adducuntur. Pragmatica de Monialibus qualiter explicetur. *Deciſio* Roviti 92. *à n.* 11. *vſq. ad n.* 15. explicatur. Extenſio de caſu ad caſum non extenditur. p. 276

DISCEPTATIO CCCLXXIII.

Fideicommiſſum in caſu contraventionis, & in caſu mortis qualiter differant, ſi ſit factum in vtroque caſu, ſed reſpectu duarum perſonarum ſubſtitutarum, duo ſunt fideicommiſſa, unum ab alio non pendens prohibitione facta in teſtamento de non alienando, & licentia data hæredi alienandi non deſtruit fideicommiſſum factum in caſu alienationis qualiter poſſit revocari alienatio, & à quibus, & an ſcientia requiratur fideicommiſſi, & qualis eſſe debeat ſpecialis, an generalis. p. 279

DISCEPTATIO CCCLXXIV.

Novam conventionem adverſus inſtrumentum & ſcripturam allegans, & non probans qualiter puniatur, idem de ſatisfactione, &c. & qualiter ſit probanda ad explicationem Regiarum Pragmaticarum de ea agentium. pag. 283

DISCEPTATIO CCCLXXV.

Filiusfamilias de conſenſu patris dotem accipiens, non patitur aliquid ob patris decoctionem, nec dicitur cum patre vivere, ſi ſeparatim in alia camera ſuis expenſis vixerit; Poſſe debitorem renunciare fructus quærendos, & cuicunque quando in jure fructus eſt dicantur. pag. 283

DISCEPTATIO CCCLXXVI.

Cenſus conſtitutio quid requirat, ſi fiat à Patribus Benedictinis nigris, & ſcripturæ qualiter probent, & quid ſi cenſuatio ſit ſolita fieri, & quando aſſenſus præſumatur, & quid hodie laudemium, pluribus in cauſis non debetur, neque quindennium præſertim pro amplianda Eccleſia. p. 286.

DISCEPTATIO CCCLXXVII.

De Eadem Re. pag. 290

DISCEPTATIO CCCLXXVIII.

De Eadem Re. pag. 291

DISCEPTATIO CCCLXXIX.

Sepultura Eccleſiaſtica an priventur mortui in duello, vel extra duellum ex vulnere illalato in illo, ſi ſigna dederint pœnitentiæ, & an mortui in torneamentis, vel in agitatione Taurorum, & an juſtitiati, vel exenterati, & an mortuus gaudeat immunitate Eccleſiæ. pag. 296

DISCEPTATIO CCCLXXX.

Canes maſculos & fœminas habere Monialibus unde prohibetur, & quare? canis etymologia multiplex derivatur, prohibitum cur ſit Clericis venaticos canes habere, vel in Eccleſiis ab aliis deferri, *&c.* pag. 301

DISCEPTATIO CCCLXXXI.

An prope Monaſteria Monachorum poſſint vicini ædificare, poſita via intermedia ſi ex feneſtris vicinorum habeatur aſpectus ad viridaria Monachorum. pag. 303

DISCEPTATIO CCCLXXXII.

De Eadem Re. pag. 307

DISCEPTATIO CCCLXXXIII.

Immunitas non dicitur violata ſi in Eccleſiam ponatur, vel extrahatur aliquis ob bonum regimen, ne faciat matrimonium cum ſcandalo, extrahentes ad bonum finem, ut reconcilientur, vel ut fiat pacis compoſitio, non incurrit excommunicationem, & quid de ſervis à Dominis extractis, an & quando amittant immunitatem. Bulla Gregorij XIV.

Index Diſceptationum

XIV. an liget ea loca, ubi non fuit recepta, & in Hiſpaniis an ſit recepta. Abſolutio à quo ſit danda ob extractionem factam, & qualiter detur, & quid ſi reus appellaverit. pag. 310

DISCEPTATIO CCCLXXXIV.

Congregatio, vel diæta annalis in Ordine Cæleſtinorum, qualiter ſit ſubrogata in locum Capituli Generalis, & an poſſit in ea renunciatio acceptatio Abbatiæ, vel Prioratus, & qualiter talis renuntiatio fieri debeat coram Superiore, & qui veniat appellatione dicti ſuperioris, *&c.* pag. 313

DISCEPTATIO CCCLXXXV.

Legatum quando dicatur purum, quando conditionale, & verba conditionem quando importent,an quando adjiciuntur ſubſtantiæ legati,an quando exequutioni, & an impediatur tranſmiſſio ad hæredem legatarij & ſi fiat legatum Clerico, ut fiat Sacerdos, ſi ob cauſam non fiat, tranſmittitur ad hæredem, & an legatum pro dote ſit purum, vel conditionale, ſi à patre vel ab extraneo fiat. pag. 316

DISCEPTATIO CCCLXXXVI.

De Eadem Re. pag. 318

DISCEPTATIO CCCLXXXVII.

Aſſenſum Regium poſt mortem, non poſſe impetrari feudatario contrahente, vel obligato, cum certum ſit, id tamen dotis favore fallit, & explicatur celebris *deciſio* 86. de Franchis, & quod de dote dicimus in omni cauſa pia eſſet extendendum, quia Textus *in l. ſi ego, §. ſi res, ff. de jure dotium*, à cauſa dotis affertur ad cauſam piam, & ſic deciſio D. de Franchis 86. locum habet in omni alia pia cauſa. pag. 321

DISCEPTATIO CCCLXXXVIII.

Creditor dans partem pretij Ceſſionario juris luendi ad rem emendam, an præferatur, vel concurrat cum retrovendente, qui habuit dictam partem pretij, & pro reſtanti parte ſibi cavebit per pactum reſervationis dominij, & hypothecæ, pendente ſolutione. p. 328

DISCEPTATIO CCCLXXXIX.

Fideicommiſſum in feudo fieri poteſt, ſed cum aſſenſu Regis impetrato tempore diſpoſitionis non prius, nec poſtea, aſſenſus quando poſſit dari, ut valeat fideicommiſſum in feudo, & an ſi mortuo Barone datus ſit, & plura de aſſenſu Regio ſuper feudis, & de fideicommiſſo facto in feudalibus. pag. 331

DISCEPTATIO CCCXC.

Epiſcopum poſſe exercere Pontificalia Miſſam celebrando in aliena Diœceſi, dummodò non utatur Baculo, clarè demonſtratur, Trident. *ſeſſione, 6. cap.* 50. explicatur, & Pontificalium uſus ad quem finem dicatur prohibitus in aliena Diœceſi, & quæ propriè ſint inſignia Pontificalia, &c. pag. 337

DISCEPTATIO CCCXCI.

Duellum quid, & quotuplex ſit, & an ſit intrinſecè malum, & quid ſit eſſe tale, & à quo abſolvi poſſit excommunicatio ob duellum contracta, & an in aliquibus caſibus ſit licitum, & ad quem effectum. Abſolutio ab excommunicatione ob duellum interdum poteſt fieri ab Epiſcopo interdum à Regularibus ob eorum privilegia, *&c.* p. 339.

DISCEPTATIO CCCXCII.

Percuſſio Clerici triplex eſſe poteſt; gravis, levis & mediocris, & quando ſit Papalis, quando Epiſcopalis, latè demonſtratur, *&c.* pag. 343

Tomi Quinti.

DISCEPTATIO CCCXCIII.

Textus *in l. qui autem 6. ff. de his quæ in fraud. creditor.* an jure canonico, & in foro conſcientiæ locum habeat, & Advocati conſulentes ſecundùm ea, an peccent mortaliter, & an ſequi debemus opinionem Theologorum, an Civiliſtarum in materia reſtitutionis, & an mulier contrahens contra formam ſtatuti peccet, & Macedoniani exceptio in foro conſcientiæ procedat, & quando. Debitorem in fraudem creditorum renuntiantem, probari multipliciter poſſe, at dolum, & fraudem argui multipliciter. Judices non tenentur judicare ſecundum *l. qui autem*, ſed ſecundum æquitatem, præſertim ſi judicentur ex æquitate, & in foro magni Præfecti Prætorij. Deciſio de Franchis 101. reprobatur à S. Rota Romana: Neque textus *in d. l. qui autem*, procedit quando fit renuntiatio in favorem conjunctæ perſonæ Fiſci, vel creditorum ex cauſa oneroſa, legitima, vel onus ipſius an poſſit admitti in præjudicium creditoris, & quid in novem partibus vigore conſuetudinis Neapolitanæ debitis. Legitimæ onus an poſſit à quo peti, ut rejiciatur, & quid à creditoribus filij fructus qualiter in legitimam imputentur, & Roviti *conſilium* 95. *tom.* 1. adducitur & explicatur. Repudiatio ſimulata non valet in præjudicium creditorum, & an maritus poſſit repudiare lucrum dotis mariti in præjudicium creditorum, & ante tempus hæres an poſſit reſtituere hæreditatem, legatum vel donationem, in præjudicium creditorum, quoad intereſſe, & fructus quos poſſent conſequi. pag. 346

DISCEPTATIO CCCXCIV.

Textus *in cap.* 1. §. *ſi duo fratres*, de fratribus de novo beneficio inveſtitis explicatur, & qualiter celebretur ſocietas in feudo, vel fructibus feudi in pecunia expenſa pro feudo à fratribus, & quid debeatur alteri fratri, & an debeatur deductis oneribus intrinſecis feudi, & quæ ſint onera intrinſeca, & quid de Adoha, & Relevio, & ſocietas qualiter dicatur verificata, & quomodo, & an contracta cum defuncto, renovetur in hærede, & an cum eiſdem pactis, & oneribus, & quid debeatur alteri fratri, & ſocio pro parte pretij, *&c.* pag. 463

DISCEPTATIO CCCXCV.

Officialis condemnatus nè amplius exerceat, an privetur pretio, ſi illud emiſſet. Extorſionis delictum qualiter probetur, & officium deputati ſalutis huius Civitatis Neapolis quale ſit, & quando ſuſpenſus ad tempus, admittatur item, & quid de ſalario, & quid ſi reſtituatur ex juſtitia, an ex gratia, ubi latè Regentis Roviti *deciſio* 37. expenditur, & Domini Marcelli de Graffis erudita allegatio adducitur, ac D. Blaſij Altomaris obſervatio ponderatur, *&c.* pag. 373

DISCEPTATIO CCCXCVI.

Tridentini decretum *ſeſſ.* 22. *cap.* 9. diſponens Epiſcopos poſſe viſitare Eccleſias ſuæ Diœceſis, & ab adminiſtratoribus etiam laïcis, computa exigere de oblationibus, & eleemoſynis, an ſcilicet ad uſus pios converterint, eſſe omnino ſervandum ex litteris ſuæ Catholicæ Majeſtatis, jura civilia, & canonica id diſponere cum Doctoribus tam Eccleſiaſticis, quam ab Eccleſia prohibitis, imò & cum impiis ſcriptoribus hoc idem ad favorem Eccleſiæ affirmantibus. Modernus reprobatur in facto, de quo agimus, & quæ differentia ſit inter Eccleſiam habentem annexam confraternitatem laïcalem, & nullam habentem confraternitatem, ſed ſimpliciter quoſdam paucos laïcos eleemoſynas, & oblationes Eccleſiæ occupantes. pag. 378

DISCEPTATIO CCCXCVII.

CAPVT I. Quo demonſtratur pluribus argumentis, Clericum adminiſtratorem Montis eſſe conveniendum coram Judice ſeculari, variaque ad id probandum de foro Clericali vtiliter propalantur. pag. 488

CAPVT II. Quo demonſtratur, Gubernatores Montium, qui per Seculares exercentur, ſi quandoque Clerici reperiantur, debere à tali munere deſiſtere. p. 395

CAPUT

Index Diſceptationum Tomi Quinti.

CAPVT III. Quo demonſtratur, in judicio redditionis computorum, remiſſo Clerico, ex hypotheſi ad judicem Eccleſiaſticum, laicum coadminiſtratorem poſſe coram judice ſeculari conveniri. pag. 397

DISCEPTATIO CCCXCVIII.

Textus *in l. ſi quis decurio, C. de decurionibus, lib.* 10. ampliatur, & explicatur, tam reſpectu filiorum, & nepotum, quàm reſpectu onerum ordinariorum, & extraordinariorum, & qualiter nepotes conſiderentur, an in ſtirpes, an in capita, & an procedat in impoſitionibus ratione belli, ubi Regens Conſtantius, Sanfelicius, Andriolus, Ganaverra cum Præſide de Franchis, Theſauro, & aliis explicantur. pag. 400

DISCEPTATIO EADEM.

Pragmatic. 22. *ſub tit. de vectigalibus*, explicatur. Impoſitio novarum gabellarum facta ad Populi petitionem in Civitate Neapolitanas poſt ſedata revolutiones in anno 1649. cum expreſſa excluſione cujuſcunque immunitatis, an comprehendat illam, quæ jure Civili debetur Patribus onuſtis: Gabellarum aſſignatio facta conſignatariis quid operetur, & immunitas conceſſa an proſit in tempore alterius neceſſitatis. pag. 402

DISCEPTATIO CCCXCIX.

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis qualiter à principio in mutuo, cæteríſque contractibus taxari poſſit, præſertim in ſolitis negotiari, vel in Mercatoribus, imò in locis inſignioribus etiam Sacra Rota permittit taxari poſſe à principio. Quod ex conſuetudine permittente, & loci obſervantia, multò magis debetur. Exceſſivum verò quale dicatur intereſſe inter Mercatores, & intereſſe alterius intereſſe an debeatur, &c. *An in mutui contractu ab initio ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis de certo intereſſe paciſci poſſit, & à quibus perſonis.* pag. 407

DISCEPTATIO CCCC.

De Eadem Re. pag. 418

DISCEPTATIO CCCCI.

De Eadem Re. pag. 423

IVLII CAPONI PHILOSOPHI,

THEOLOGI, AC IVRECONSVLTI Neapolitani, Comitísque Palatini

DISCEPTATIONES FORENSES,

Eccleſiaſticæ, Ciuiles & Morales, pluribus in caſibus deciſæ.

DISCEPT. CCCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur diſputanda.*
2 *Nouitius moriens extra Monaſterium in eo ſepelitur, & quando.*
3 *Nouitius qualiter gaudeat priuilegiis Religionis.*
4 *Milites teſtantur iure militari, & etiam qui cum eis ſunt.*
5 *Doctores allegantur pro hac concluſione antiqui, & moderni.*
6 *Nouitius moriens extra clauſtra ſepelitur inconſulto Paræco, & quando.*
7 *Nouitius in anno Nouitiatus moriens extra clauſtra poteſt eligere ſepulturam.*
8 *Nouitius moriens extra clauſtra, non electa ſepultura, vbi ſepeliatur.*
9 *Nouitius decedens in Monaſterio, vbi ſepeliatur.*
10 *Regularis profeſſus moriens extra clauſtra, vbi ſepeliatur.*
11 *Regulares morientes extra clauſtra poſſe ſepeliri in eorum Eccleſiis, declarauit Sacra Congregratio Epiſcoporum, & Regularium.*
12 *Cadauera defunctorum qualiter exhumentur, vt aliò transferantur.*
13 *Sepultus loco depoſiti qualiter transferatur, & qualis requiratur conditio.*
14 *Cadauerum tranſlatio qualiter fiat, Eccleſia diruta.*
15 *Regularis moriens extra Monaſterium, poteſt eligere ſibi ſepulturam.*
16 *Regulares morientes in Monaſteriis ſuis, ibi ſepeliuntur.*
17 *Regularis moriens in Monaſterio poteſt eligere ſepulturam, cum licentia ſui Superioris.*
18 *Regularis moriens extra Monaſterium, qualiter poſſit eligere ſibi ſepulturam.*
19 *Regularis moriens in itinere, vbi ſepeliatur.*
20 *Regularis moriens remotus à Monaſterio, & in loco ſeculari, vbi ſepelitur.*
21 *Generales Ordinum poſſunt ſibi ſepulturam eligere, dum moriuntur.*
22 *Prouinciales, Præpoſiti, Priores, Viſitatores, &c. an poſſint ſibi eligere ſepulturam, dum moriuntur.*
23 *Vicarij, & Subpriores Monaſteriorum, an poſſint ſibi eligere ſepulturam.*
24 *Definitores Capituli Generalis an poſſint ſibi eligere ſepulturam.*
25 *Definitores manentes extra Vrbem an poſſint ſibi eligere ſepulturam.*
26 *Religioſi dum moriuntur, debent humili modo ſepeliri, licet ſint Magiſtri Vniuerſitatum, vel Ordinum.*
27 *Regularis profeſſus poteſt eligere ſibi ſepulturam cum licentia Superioris.*
28 *Religioſi aſſumpti ad Cardinalatum, Archiepiſcopatum, vel Epiſcopatum eligere poſſunt ſibi ſepulturam.*
29 *Religioſi aſſumpti ad dignitatem, an poſſint facere teſtamentum.*
30 *Religioſus aſſumptus ad dignitatem, cur non poſſit teſtari, & eligere poſſit ſepulturam.*
31 *Abbates Regulares poſſunt ſibi ſepulturam eligere, & quare.*
32 *Regularis manens dum moritur in loco remoto à Monaſterio ſuo eligit ſibi ſepulturam.*
33 *Diſtantia*

33 *Diſtantia quanta eſſe debeat inter locum mortis, & Monaſteriorum.*
34 *Paroci nullus requiritur conſenſus, nec ei vlla quarta debetur, ſi moriatur extra Monaſterium.*
35 *Paroci non poſſunt impedire ſepulturas Religioſorum morientium extra Monaſteria.*
36 *S. Congregationis decretum affertur per extenſum in hac materia.*
37 *Religioſi morientes extra clauſtra, à quibus recipere debeant Sacramenta.*
38 *Religioſus in ſuo Monaſterio moriens quando poſſit ſibi eligere ſepulturam.*
39 *Religioſus expulſus an poſſit eligere ſibi ſepulturam.*
40 *Conuerſi an, & qualiter poſſint eligere ſibi ſepulturam.*
41 *Tertiarij, & tertiariæ quando, & qualiter ſepeliantur.*
42 *Tertiariorum vnum genus eſt, eorum qui faciunt tria vota, & viuunt in clauſtro.*
43 *Tertiariorum ſecundum genus eſt eorum, qui non viuebant ſub approbata regula, qui ſunt ſublati.*
44 *Tertiariorum tertium genus eſt eorum, qui ſunt merè ſeculares.*
45 *Tertiariorum quartum genus eſt eorum, qui cum fratribus habitant in clauſtro.*
46 *Tertiariorum quintum genus eſt eorum, qui nunc viuunt in clauſtro.*
47 *Tertiariorum ſextum genus eſt eorum, quæ Beatæ appellantur, & eſt ſublatum.*
48 *Tertiarij, vel tertiariæ vbi ſepeliuntur.*
49 *Tertiarij primi generis poſſunt ſibi eligere ſepulturam, ſi moriantur extra clauſtra.*
50 *Concluſio illatiua à Regularibus ad Milites ſancti Ioannis Hieroſolymitani.*
51 *Religio ſancti Ioannis poteſt conſtruere cemeteria in ſuis Parœciis, & ſepelire ibi cadauera interdictorum, dummodò non dederint cauſam interdicti.*
52 *Cadauera fratrum Hieroſolymitanorum, qualiter ſepeliantur, & conſanguinei non poſſunt veſtiri lugubribus veſtimentis ex ſuis ſtatutis.*

ARGVMENTVM.

Religioſi, vel Nouitij aut Tertiarij, ſi moriantur in Monaſteriis, an poſſint ſibi eligere ſepulturam, & quòd ſi moriantur extra clauſtra in locis ſui Ordinis, vel in itinere, aut alio loco, an poſſint transferri ad Monaſteria ſua, vel ad alias Eccleſias, vbi ſepulturam elegerunt, & quando poſſint illam eligere, & an poſſint transferre cadauera loco depoſiti ibi ſepulta, & quæ requirantur ſolemnitates. Tertiariorum ſeptem genera adducuntur, & quando eis dicta competat electio: Milites Hieroſolymitani qualiter ſepeliendi, & an eorum conſanguinei veſtiri debeant veſtibus lugubribus, & an interdictorum cadauera poſſint ſepeliri in ſuis Eccleſiis, & quando, & decreta ſacræ Congregationis adducuntur ad materiam noſtram, Parœcum non debere impedire exequias Regularium morientium extra clauſtra.

NEAPOLITANA funeralium,

PRO

Illuſtriſſima Religione S. Ioannis Hieroſolymitani,

CVM

Eminentiſſimo Archiepiſcopo Neapolitano.

DE anno 1671. menſe Septembris, 1
Neapoli contigit in Burgo Virginum in Parœcia ſanctæ Mariæ Annunciationis illorum de Fonſecha, in quarterio Patrum diſcalceatorum S. Thereſiæ, quòd mortuus fuit illuſtriſſimus Commendator Religionis S. Ioannis Hieroſolymitanorum Frater Gaſpar Pappocoda in domibus, in quibus habitabat, qui eligit ſepulturam in Eccleſia Patrum prædictorum ſanctæ Thereſiæ, ad exequias acceſſerunt omnes Equites ſancti Ioannis, Neapoli exiſtentes cum eorum Cruce, ac Capellanis, accedere prætendit Parœcus cum ſuis Presbyteris de Parœcia, pro aſſociando cadauere, ſed audito ab illis DD. Militibus Hieroſolymitanis, quòd in dictis exequiis non poterat accedere Parœcus ſecularis cum ſuis Presbyteris, fuit Parœcus licentiatus cum ſuis, fuit ſepultus Frater Gaſpar in dicta Eccleſia, pacificè, & quietè; quia verò factum hoc fuit aliter repræſentatum Eminentiſſimo Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano, cui fuit dictum, quòd cum graui ſcandalo fuerunt factæ exequiæ, & confeſſione priuauit Patres diſcalceatos, vno excepto, ad obſeruantiam decretorum S. Congregationis dicebat Eminentiſſimus Caracciolus, & reſcripſit S. Congregationi, quòd Patres nolentes illud cadauer recipere, fuerunt violentati ab Equitibus ſancti Ioannis, ad illud recipiendum, & proceſſum formatum tranſmiſit ad vrbem, quod tamen falſiſſimum eſt cum reuerentia, quia ſi Patres confeſſione priuauit, ſub prætextu quòd voluntariè cadauer receperunt ſine vlla reſiſtentia, ergo non opus fuit violentia, igitur nullum fuit ſcandalum, vt ex ipſo facto appareret: nam ſi illos priuauit confeſſione, quomodo acceperunt cum ſcandalo, & ex fidebus adductis ab aliis cadauer aſſociantibus apparet, de quiete, & vllo ſcandalo ſucceſſo in receptione cadaueris, non ergo conqueritur rationabiliter Eminentiſſimus Caracciolus de Religione ſancti Ioannis, ac de Equitibus ſuis, Neapoli commorantibus, quod ſuam turbauerint Iuriſdictionem, quando inconſulto Paroco, eique nihil ſoluto exequias celebrarunt, ſi ad Priuilegia, & ſtatuta Religionis reſpexiſſet, & hoc mihi tradidit cauſam, vt ſcriberem in hac materia per varias concluſiones canonicas, & practicatas in S. Congregatione

pluribus

pluribus in causis,& Neapoli,& vbique non solum in talibus, sed etiam in omnibus aliis Regularibus , sit ergo.

2 Prima conclusio. Regularis Nouitius in anno sui Nouitiatus moriens extra Monasterium in domo suorum Parentum , ad quam iuit causa suam curandi infirmitatem , cum licentia suorum superiorum , & in Ecclesia sui Monasterij sepulturam eligens, Inconsulto Parœco, & non soluta quarta funerali sepeliri potest, quia Nouitij singulis priuilegiis professorem gaudent , à sede Apostolica concessis , licèt in Apostolicis litteris,tantum de professis mentio fiat, ratio est,
3 quia licèt talis Regularis Nouitius, formaliter nõ sit Religiosus, nihilominus materialiter est talis, & in fauorabilibus , priuilegiis cæterorum Religiosorum fruitur, quia in oneribus,in obseruantiis , ac laboribus sunt pares Religiosis professis, ad quod facit textus *in l.cui,ff. de bonor.possess.ex*
4 *testamento militis* , vbi Ius non solum concedit testandi facultatem Iure militari Militibus , sed illis , qui non sunt milites , dummodò in militia reperiantur, labores , & pericula sufferentes , ac pari modo Iure communi , si Nouitius intra annum sui Nouitiatus delicta committat,punitur à suo Prælato , sicuti cæteri puniuntur Religiosi professi , post alios Murgia *tract.* 7. §. *in disquis.* 8.

5 Hanc conclusionem tradunt Rodriguez *tom.* 2. *quæst. Regular. quæst.*39. *art.*4. Azorius *part.*2. *lib.*9. *cap.*13. Hieronymus Rodriquez *resol.*18. *num.*50. *in compendio quæstionum Regularium* , Layman *lib.*3. *sect.*5. *cap.*12. *num.*8. Mancinus *in praxi adiuuandi Infirmos* , *fol.*498. Pasqualigus *dec.*481. *num.*6. Sanchez *in summa lib.*6. *cap.*14. *num.*10. Miranda *tom.* 2. *in manuali Prælatorum quæst.*48. *art.*9. *consl.*3. Villalobos *in summa part.*3. *difficult.*2. *num.*13. Castrus Palaus *tom.*3. *disput.* 40. §.8.*punct.*7. *n.*8. Lezzana *tom.*4. *in verbo Nouitius*, *n.*41. Diana *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 109. Barbosa *de offic. Parœci* , *cap.* 25. *num.* 46. ex summistis Syluester *in verbo sepultura* , *quæst.* 9. *dicto* 7. & *in verbo Canonica portio* , *num.*8. §. 4. Armilla *in verbo sepultura*, *n.*6. Tabiena *num.*10. Nauarrus *consiliorum in tit. de Regularibus in* 1. *editione*, Ancharanus , & Francus *in cap. fin. de sepulturis in* 6. vbi glossa P. Franciscus Maria Samuelius *de sepulturis* , *tract.* 1. *controu.* 5. *per totam*, Basseus *in sua summa in verbo sepultura* , Murgia *tract.*7. *disquis.* 8. §. 10. Ventriglia *in praxi notabilium annotat.* 52. §. *vnito* , *num.*10. Tamburinus *de Iure Abbatum*,*tom.*3. *disp.*6.*quæst.*17.

6 Ampliatur , vt Nouitius Regularis in domo Parentum suorum obiens, est sepeliendus in Ecclesia sui ordinis , Parœco inconsulto, & absque solutione quartæ funeralis eidem facienda, ex ea ratione,quia Nouitij eisdem gaudent priuilegiis, sicut cæteri fruuntur professi Religiosi , sed Religiosi sepeliuntur in suis Ecclesiis , inconsulto Parœco , & sine solutione quartæ funeralis ergo,&c. tum quia Nouitius non recipit à Parœco sacramenta , nec illi subest quoad animæ curam,& est totaliter exemptus à curati, & ordinarij iurisdictione,ergo sub nullo titulo est aliquid Parœco soluendum , vt post alios Lauretus de Franchis in controuersiis inter Episcopos,& Regulares *quæst.* 56.

7 Ampliatur secundò , vt Nouitius in anno sui Nouitiatus recedens ex hac vita in domo Parentum , ad quam obiit , cum licentia sui superioris potest eligere sepulturam , licitè , & liberè vbicumque voluerit quod si eam eligàt in Ecclesia sui ordinis,Parœco inconsulto,ibi sepeliri debet, absque quarta funerali illi danda,licèt in sæculo fuerit suus Parœcianus,& posse eligere sepulturam Nouitium,patet quia dum est Nouitius habet velle, & nolle,idest profitendi, & non profitendi suæ Religionis vota solemnia,ergo poterit sibi eligere sepulturam,licitè,& liberè,tum quia Nouitius in odiosis,non venit comprehensus numero Religiosorum , sed solum in fauorabilibus, sed non posse sibi sepulturam eligere , est quid satis odiosum,& graue onus, ac maxima priuatio propriæ voluntatis , ergo poterit eligere sepulturam , tum quia Nouitius est exemptus à Parœci iurisdictione , & quamvis à Parœco acceperit omnia Sacramenta , ob maximam distantiam à suo Monasterio, nihilominus vi suorum Priuilegiorum,quibus ipse licitè,& liberè gaudet,sicuti cæteri professi Regulares sui ordinis,qui morientes extra sua Monasteria nihil soluant Parœco pro quarta funerali,& ipso inconsulto, vbicumque volunt licitè,& liberè sui Religiosi illam ad suam Ecclesiam sine dubio portant , vt infra, ita Nouitius, de quo in hac prima conclusione.

Ampliatur tertiò,vt Nouitius priusquam mo- 8
riatur sicut licitè potest testari, ac cætera exercere,in quibus propriè velle , & nolle requiritur, quia Nouitius nondum professus,voto obedientiæ formaliter adstrictus *cap.Religiosus, de sepulturis* , in quo textu non comprehenditur Nouitius,sed tantùm Religiosus professus, ita poterit eligere sepulturam , & si contingat mori extra claustra , non electa sepultura sepeliendus est in sepultura suorum maiorum si habeat,alias in Parœciali Ecclesia , in qua Sacramenta recepit , & per hoc *in cap.*1. *de sepulturis* , & *in cap. is, qui de sepulturis* , *in* 6. habetur , quod quando quis moritur non electa sepultura, in ea est sepeliendus , in qua maiores sui sepeliri consueuerunt, sed Nouitius in fauorabilibus gaudet gratiis , & priuilegiis Regularium, & secularium,ergo cum potuisset sibi eligere sepulturam , & non elegit, in tali casu ad instar secularis , est in sepultura suorum maiorum sepeliendus, & non eligens sepelitur in Parœcia,*cap.is,qui*,*cap.dudum*,§.*huiusmodi*,*de sepulturis*, *in* 6. *cap. ex parte*, *cap. in nostra* , *de sepulturis* , & cum Nouitius Regularis est sepeliendus in Ecclesia Parœciali , vel in alio loco extra Ecclesiam sui Monasterij, quoad expensas funeralium , si Parentes habeat diuites ad eos pertinebit , sed si pauperes fuerint , ad Monasterium eos facere spectabit , ita Rodriquez *tom.*3.*quæstionum Regularium*, *quæst.*61. Layman *tract.*5. *cap.*22.*num.*6. Mancinus *dubio* 12. Lauorius *tom.* 1. *variar. tit.*2. *cap.* 16. *num.*46. Lezzana *tom.*4.*in verbo*,*Nouitij*,*n.*4.

Ampliatur quartò,vt Regularis Nouitius de- 9
cedens in Monasterio absque electione sepulturæ, cum habitu Religioso, ex vi priuilegiorum, & ex vi consuetudinis immemorabilis, est in Ecclesia sui Monasterij sepeliendus , licèt impubes sit,& non sui iuris,quoad sepulturæ electionem, quia recepit Sacramenta à suis Religiosis , & decessit cum habitu Religioso , ac intra clausuram, & potitur priuilegiis omnibus, quibus omnes Religiosi gaudent ; ergo,& ita dicunt Syluester, & alij apud Lanarium *num.*99. Samuelius *vbi suprà*, *controuers.*5.*num.*146. & *controu.*15. vbi agit de Nouitiis morientibus in Nouitiatu, & de priuilegiis concessis fratribus Prædicatoribus ex Pio V. & per participationem aliis Regularibus communicatis.

10 Secunda Conclusio: Regulares morientes extra claustra Monasteriorum Parœco inconsulto, licitè, ac liberè, indubitanter valent, & pleno iure, sui Religiosi deferre ad propriam Ecclesiam, pro sepultura præbenda. Ratio est, quia Regulares sunt ab Ordinariis locorum exempti, & à Parœcis eorum, circa animæ gubernationem, licèt per accidens, casualiter, ac indirectè, pro hic, & nunc, in necessitatis causa à Parœcis receperint Sacramenta, vt bene Pater Peregrinus *tom.1. priuilegiorum, in constitutione 7. Pij V.* quæ incipit *Sanctissimus*, *num.13.* Barbosa *de potestate Parœci, cap.26. num.68.* Mancinus *dubio 9. fol.490.* Lezzana *tom.1. cap.12. num.41.* & *tom.4. in verbo, Sepultura quoad Regulares, num.16.* Diana *part.5. tract.2. resolut.110.* Archangelus Romanus *de priuilegiis Regularium, lib.3. in verbo, Sepelitio,* & sic declarauit S. Congregatio de anno 1620. mense Iulij, ad petitionem Cardinalis Ludouisij Archiepiscopi Bononiensis, qui sic tale proposuit dubium, an Confratres aliqui extra Monasterium morientes, & à Curatis Sacramenta receperunt, possint ab eorum Superioribus ad suas Ecclesias deferri, Parœcis inconsultis, ita S. Congregatio respondit:

11 Regulares extra claustra decedentes, posse ad eorum Ecclesias deferri, etiam Parœcis inconsultis, de qua declaratione P. Samuelis *controuers. 4. de sepulturis, num.2.* Murgia *dict. tract.7. disp.8.* & sic casu, quo Regulares velint accipere suum Religiosum mortuum extra claustra, non poterit Parœcus impedire, sub prætextu, vt ad Ecclesiam Parœcialem priùs cadauer deferatur, & quartam funeralem sibi soluant, quod etiam patet ex alia declaratione facta in vna Puteolana 22. Maij 1615. & patet quia Parœcus nullum ius habet super Regularem mortuum extra Monasterium, & ideò nullam prætensionem habere potest circa quartam.

12 Declaratur conclusio, vt non possint Regulares cadauer sepulturæ traditum ex suis Ecclesiis asportari facere ad alias Ecclesias, nisi de licentia Episcopi, ex Textu *in cap. corpora, de consecrat. distinct.1.* & ex Rituali Romano, §. *de exequiis*, & constat ex *l. Nemo, Cod. de Relig. & sumptib. Funerum*, quod si cadauer sit depositum in aliqua Ecclesia Regulari, ad tempus, vt postea transferatur ad locum alium, in eadem Ecclesia; vel si defuncti amici, vel consanguinei Regularibus licentiam præbuerint, & vbi ipsi voluerint sepeliantur, ac perpetuò reponantur, hoc casu quando defunctus aliquis in Ecclesia sepelitur

13 loco depositi, vt inde ad aliam Ecclesiam transferatur, debet fieri testimonium authenticum, videlicet talem defunctum ibi minimè sepeliri perpetuò, sed tantùm ad tempus depositari, ac tale instrumentum tempore translationis præsentari debet ante iudicem Ecclesiasticum, & ab illo venit postea transferendum, & Superiori illius Ecclesiæ, ad quam transfertur notificari debet; & tunc Missa dicta de requie, ad destinatum locum transferri poterit, *l.1. C. de Relig. & sumptibus funerum*, Rodriquez *in compendio, resolut.127. num.25.* Gauantus *in manuali Episcoporum, in verbo, Sepultura, num.26.* Villalobos *in summa, tract.31. diffin.6. num.4.* Lauorius *tit.2. cap.8. num.14. tom.1. variar.* Mancinus *in praxi infirmorum, dub.3.* Diana *part.3. de dubiis Regularibus, resol.120.* Thesaur. *part.2. in praxi Eccles. cap.2. fol.516.* Genuensis *in praxi, cap.91. numero duodecimo*, Portellius *in dubiis Regularibus, in verbo, Ecclesia*, §.17. Lezzana *tomo quarto, in verbo, Sepultura, quoad Regulares, num.21.*

Declaratur secundò conclusio, quòd si Eccle- 14
sia sit vetustate diruta, vel in aliquo loco nouo fiat Ecclesia; tunc cum Ordinarij licentia defunctorum corpora in nouam Ecclesiam transferri valent: nam hoc non est sepulcrum mutare, sed est renouare, & per hoc *in extrauaganti, primo de sepulturis*, statutum est, ne causa transferendi cadauera de terris Catholicorum, ad alium locum eorundem ipsum cadauer excuteretur, vel concidatur, aut exenteretur, sed integrum transferatur, aut ibi relinquatur, donec incineretur; & tunc transfertur, quod si quis contra hæc attentare præsumpserit crudeliter modis prædictis corpus defuncti tractando, aut faciendo tractari, excommunicationem incurrat, Papæ reseruatam, & cadauer illud si inhumanè tractatum fuerit Ecclesiastica sepultura careat, & ad incurrendam illam excommunicationem sat est, vt vna ex illis actionibus fuerit commissa, id est, aut exenteratio, aut concisio, aut excussio, vt dicunt Angelus *in verbo, Excommunicatio, il 5. casu 32.* Suarez *tom.5. de censuris, disp.22. sect.5. n.1.* Thesaurus *de pœnis, part.2. cap.2.* Lezzana *loco citato*, & pœna priuationis sepulturæ cadaneri, sic inhumanè tractato, est latæ sententiæ, si casus est notorius, & non habet locum Textus *in extrauaganti ad cuitanda*, si verò sit occultus, potest restitui pristinæ sepulturæ, non tamen aliò transferri: nam iam cadauer erat in quasi possessione Ecclesiasticæ sepulturæ, ac adeo potest pristinæ sepulturæ restitui, DD. citati,

Tertia conclusio: Regulares decedentes ex 15
hac vita extra suum Monasterium, possunt licitè, & liberè secundùm ius commune sepulturam sibi eligere, nam licèt Religiosi professi non possunt sibi eligere sepulturam, *cap. fin. de sepulturis in 6.* quia carent velle, & nolle, & hoc etiam procedit quando sunt extra Monasteria sua, vbi moriuntur, tamen quando non possunt commodè ad sua reduci Monasteria, poterunt sibi sepulturam eligere ab habitu propriæ voluntatis dependet. Secundò, quòd Regularis nequit sepulturam eligere, nisi esset in loco remoto à suo Monasterio, quia velle, & nolle caret, ac proprio iure, & libertate, *d. cap. Religiosi de sepulturis in 6.* vbi habetur, quòd quando Religiosi extra claustrum, & commodè possunt ad propriam Ecclesiam transferri, in tali casu nequeunt sibi sepulturam eligere, quia proprio nolle, & velle carent, at quando sic remotè moriuntur, quia transferri non valent, possunt in tali casu sibi sepulturam eligere, & de se disponere quoad sepulturam, Glossa & ibi communiter Canonistæ *in d. cap. Religiosi de sepulturis, in 6.* Summistæ *in verbo, Sepultura*, Barbosa *in cap. 16. de officio Parœci, num.30.* Azorius, Peregrinus, Zecchius, & alij apud Dianam *part.5. tract.3. resol.119.* Pasqualigus *dec.382.* Castrus Palaus *disput.4. §.8. puncto 13.* Samuelius *contr. 6. concl. 2. & 3.* Idem Diana *vbi supra, resol.110.*

Declaratur conclusio, vt omnes Regulares 16
professi morientes in propriis Monasteriis, loquendo de iure communi debeant sepeliri in propriis Ecclesiis, nec possint eligere sepulturam, quia decedentes in propriis Monasteriis carent nolle, & velle, & sub obedientia Superioris existunt immediatè, vt notat Sperellus *decis.89. num.1.* Quod si Regularis professus contingat mori in alieno Monasterio Regularium absque sepulturæ electione: & remotè distat à Monasterio

sterio sui Ordinis, erit sepeliendus in Ecclesia illorum Religiosorũ, vbi ab ipsis recepit Sacramenta, sic contigit sancto Thomæ de Aquino, qui in itinere Fossæ nouæ, Deo animam reddidit, dum ad Concilium Lugdunense accedebat, ex commissione Gregorij X. & ibi fuit sepultus.

17 Quod si contingat, Regulares professos mori in propriis Monasteriis poterunt, priusquam moriantur cum licentia sui Superioris licitè, ac legitimè sibi sepulturam eligere: ratio est, quia proprium velle Religioso est in voluntate sui Superioris, qui ius habet præstandi talem licentiam, quæ nullibi prohibetur, post alios Pasqualigus *dec.* 382. *n.* 6. Lezzana *tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 10. Rodriquez *quæstionum Regularium*, *tom.* 3. *q.* 60. *art.* 1. Samuelius *controu.* 6. *concl.* 6.

18 Si verò contingat mori extra propria Monasteria, tunc legitimè possunt sibi eligere sepulturam cum licentia suorum Superiorum; posito quòd manent remoti à suo Monasterio, quia cum eorum cadauera non possint commodè transferri ad Ecclesias suas, per hoc interpretari possunt voluntatem suorum Superiorum, quòd nolunt ad Monasterium deferri propter incommoditatem, ergo ibi sepeliri debent, vbi sibi sepulturam eligunt, & sic in tali casu velle, & nolle habent;

19 Quod si contingat Regularem mori in itinere extra Monasterium proprium, remoto satis, in aliqua domo seculari, aut Benefactoris, aut in aliqua Taberna, non electa sepultura tunc debet sepeliri in Parœciali Ecclesia, vbi accepit omnia Sacramenta, Canonistæ *in cap. finali de sepulturis in* 6. Sanchez *in summa tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 4. Barbosa *cap.* 26. *num.* 30. *de officio Parœci*, Sperellus *d. decis.* 89. Lauorius, & Mancinus, *vbi suprà*, Pasqualigus *decis.* 383. Samuelius *tom.* 1. *controu.* 6. *concl.* 7. & 8. qui *concl.* 8. ait, quòd Regularis professus remotè moriens extra suum Monasterium proprium in aliqua ciuitate, & loco, vbi Monasterium sui ordinis non reperitur, sed in domo suorum consanguineorum, potest sibi sepulturam eligere, & si non eligat, se-

20 pelitur in Ecclesia Cathedrali, vel Parœciali, sic quidam Religiosus professus Conuentus sancti Dominici de Perusio decessit ex hac vita in ciuitate Clusiua, & percepit ibi omnia Sacramenta, & sepultus fuit in Ecclesia Cathedrali mense Augusti 1623. & factæ fuerunt exequiæ, & expensæ honorificè, Samuelius *controu.* 7. *in fine.*

21 Declaratur conclusio secundò, vt multo magis Regulares superiores, vt sunt Generales Ordinum possint sibi eligere sepulturam, quia Generales prædicti solum S. Pontificem habent Superiorem, eique subiiciuntur omnes alij, tam Prouinciarum, quàm Conuentuum, Zecchius *de Republica Christiana, lib.* 2. *cap.* 28. de Parœco *n.* 19. Armilla Tabiena, Syluester. & alij *in verbo sepultura*, Layman *lib.* 2. *tract.* 5. *cap.* 9. *num.* 6. Sanchez *tom.* 2. *in summa, lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 7. Castrus Palaus *part.* 3. *disput.* 4. §. 8. *puncto* 13. *n.* 3.

22 hoc idem dicimus in aliis Superioribus inferioris gradus, putà in Prouincialibus, Prioribus, Visitatoribus, Patribus Prouinciæ, Abbatibus, Guardianis, Rectoribus, & similibus Superioribus localibus, quia omnes isti possunt sibi eligere sepulturam: nam licèt tales subiiciantur Generali, tamen in multis habent velle, & nolle, circa talem electionem sepulturæ, vt benè Pasqualigus *dec.* 384. Lezzana *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 10. Sanchez, Castrus Palaus, & alij, & licèt subiiciatur Generali, tamen per hoc sequitur, quòd poterit Generalis annullare talem electionem ante mortem, post mortem tamen non poterit talem electionem annullare, quia materialis electio sepulturæ est confirmata cum effectu, quem iam obtinuit eorum dispositio voluntatis, poterunt autem talem eligere sepulturam, etiam extra Monasteria, vel extra Prouinciam, & extra suas iurisdictiones, quia talis electio non restringitur loco, & S. Dominicus dum moreretur rogante quodam Monacho, vbi corpus suum sepeliri iuberet, respondit (*Ad pedes fratrum meorum*) competit ergo talibus electio prædicta, non quidem ex priuilegio aliquo, sed ex iure communi, *cap. fin. de sepulturis in* 6. Illi verò qui sunt Subprio- 23
res, aut Vicarij Monasteriorum, dum moriuntur, vel illi, qui in Grangiis extra Monasteria manent, cum titulo Prioratus, vel Vicariatus, non possunt sibi illam eligere, ex *cap.* 1. §. *ineos autem de priuilegiis in* 6. Verùm tales Subpriores, Subvicarij, deficientibus Prælatis loci, possunt sibi tunc temporis sepulturam eligere, Pasqualigus *decis.* 386.

Sub hac eadem personarum conditione, con- 24
tinentur Definitores Capituli Generalis, & Prouincialis, consultores Theatini, ac Assessores Generalis pro tempore, qui possunt sibi eligere sepulturam: nam habent supremam authoritatem, vt benè Samuelius *contr.* 9. & Consultores Theatini, si maneant Romæ absente Generali, 25
poterunt sanè; sed si extra vrbem manent absentes, nec etiam Romæ Generalis reperiatur, possunt sibi eligere sepulturam, quia Prælati semper existunt, quocunque fuerint, & est probabile, quod etiam præsente Generali, possunt sibi eligere sepulturam P. Peregrinus *ad Constitutiones Theatinorum part.* 3. *cap.* 1. Pasqualigus *decis.* 385. Samuelius *controu.* 9. *concluf.* 4. *per totam*, verùm contingat Regularem Prælatum localem, aut Magistrum, vel Cathedraticum publicæ vniuersitatis ex hac vita decedere, non po- 26
test sepeliri à suis Religiosis, nisi secundum statum humilitatis Religionis, & sic non potest duci per Ciuitatem, & Plateas cum musicis, & ritibus extraordinariis, vt declarauit S. Congregatio ad 15. dubium inter multa proposita ipsi Congregationi Cardinalium à Cardinali Ludouisio Archiepiscopo Bononiense, qui postea fuit Gregorius XV. die 2. Iulij 1620. vt benè Lauretus de Franchis *in controuersiis inter Episcopos, & Regulares quæst.* 61. Pasqualigus *decis.* 387. Samuelius *controu.* 10. *concluf.* 10. ergo Regu- 27
laris professus cum licentia sui superioris potest eligere sibi sepulturam Regularis superior localis, Pasqualigus *decis.* 386. Samuelius *controu.* 11. qui idem dicit de Regularibus, qui manualibus beneficiis præficiuntur, quæ sunt de membris Monasterij ex *cap.* 2. *de statu Monachorum*, & *ex Clementina* 1. *de rescriptis*, & *ex cap. cum defuncti de Iudiciis*, quia in tali statu habet nolle, & velle, vt benè Lauorius *tom.* 1. *Lucubrationum tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 94. Samuelius *controu.* 11. *in fine.*

Declaratur tertiò conclusio, vt Religiosi as- 28
sumpti ad Cardinalatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel ad aliam extraordinariam dignitatem, possint sibi eligere sepulturam, Rodriquez *tom.* 3. *quæst.* 60. *part.* 2. Hieronymus Rodriquez *in compendio*, *resolut.* 128. *n.* 16. Franciscus Pellizzarius *in manuali tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 50. *num.* 130. quia habent velle, & nolle.

Neque dicas, quòd tales Religiosi sine licen- 29
tia Summi Pontificis non possunt testari, vt latè Ascanius Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.* 3.

diſp.22. quæſito 17. & 18. Ioannes Baptiſta Lezzana *in quæſt.Regular. tom.1.part.1. cap.17.n.50.* Bartholomæus a ſancto Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.8. de voto paupertatis, quæſt.63.* cum ſancto Thoma 2.2 *quæſt.185.art.vltim. ad tertium*, Sotus *de iuſtitia, lib.10. quæſt.5. art.7.* Nauarrus *de Regularibus, quæſt.1.monitorio 9.n.1. & quæſt.69.art.3.* Henriquez *lib.10.cap.33.n.3.* Azorius *part.1. lib.12.cap.7. quæſt.2.* ſed electio ſepulturæ eſt pars teſtamenti, & vltimæ voluntatis, Gloſſa *in d.cap.vt animarum in verb.prædictos in add. il* 1. *de ſepulturis in 6.* Bonacina *tom.1. diſp.3. quæſt.2. puncto 3. num.6.* Ioannes Baptiſta Ventriglia *in praxi rerum notabilium, annotat.52. §.vnico, num* 1. Samuelius *in praxi de ſepulturis, tract.1.diſp.6. controu.11.concluſ.2.* ergo Religioſus ad Epiſcopatum, vel aliam dignitatem extra ordinem ſuum aſſumptus, ſine S. Pontificis, non poterit ſibi eligere ſepulturam.

30 Reſpondeo, quòd ideò Religioſus aſſumptus ad Epiſcopatum teſtari non poteſt, quia quicquid acquirit, ſuæ Eccleſiæ acquirit, cum ſola libera adminiſtratione, vt ex Canone *ſtatutum* 18. *quæſt.* 1. Adminiſtratio autem morte finitur, ex qua teſtamentum valere incipit, electio verò ſepulturæ poteſt fieri à Religioſo facto Epiſcopo, quia tempore, quo eligit, habet velle, & nolle, ex quo vnico principio benè eligit ſibi ſepulturam, tum quia talis electio refertur ad tempus, in quo nullum adeſt impedimentum, ratione ſtatus Religioſi, & ſic ſumus in materia diſparata, & ita poterit Epiſcopus Regularis ſibi eligere ſepulturam, etiam extra Eccleſiam Cathedralem, Ventriglia, *vbi ſuprà, cap. bene* 12. *quæſt.2. cap. Apoſtolicæ de donationibus*, Gloſſa *in cap. vbicunque* 13 *quæſt.* 2. Lauorius *var. lucubr. tit.1. cap.*11. *num.6.*

31 Declaratur quartò concluſio, vt Abbates Regulares benè poſſint ſibi eligere ſepulturam in Eccleſia, quam ipſi voluerint, Abbas *in cap. de tenore, num.5. & 7. de ſepulturis*, Emanuel Rodriquez *tom.3. quæſtionum Regularium, quæſt.60. art.2.* Hieronymus Rodriquez *in compendio, reſol.128. num.6.* Pellizzarius *in manuali Prælatorum, tom.2. tract.8. cap.50. num.126.* vbi id abſolutè docet de omnibus Prælatis Regularibus, Lezzana *tom.1.Regularium part.1.c.9.n.10.* cum Tabiena *in verbo ſepultura, quæſt.4. n.50.* Caſtro Palao *tract.16.diſp.14 puncto 13.§.8.* cum Thoma Sanchez *tom.2.in ſumma, lib.6 cap.14.num.7.* & alij penes ipſos, Ægidius Trullenchius *de iure Parrochi, cap.9. dub.6.* Ventriglia *in praxi notabilium, annotat.52.§.vnico, num.50.* cum Sebaſtiano Medices *de ſepulturis, part.1.quæſt.8. n.12.* vbi limitat in Abbate depoſito, vel qui Abbatiæ renunciauit, quia in electione ſepulturæ inſpicitur mortis tempus, & ad illud refertur.

32 Ex quibus collige, Regularem particularem priuatum, & ſubditum in loco remoto, & à Monaſterio diſtantem, ſi contingat ibi mori, poſſe ſibi ſepulturam eligere, gloſſ. *in d. cap. Religioſi, in verbo eodem el 2. de ſepulturis in 6.* vbi poſt antiquos Barboſa, & *de Iure Eccleſiaſtico part.2. lib.2. cap.10. n.30.* & de officio Parœci *part.3. cap.26. num.3.* Didacus Narbona *de ætate in anno 14. quæſt.47. num.50.* Ægydius Tullenchius *de Iure Parœci, cap.9. dubio 6.* Lezzana *tom.1. cap.9. num.10.* & *tom.7. part.4. in verbo ſepultura, n.16.* Caſtrus Palaus *tom.3. tract.16. diſput.4. part.13. §. 8. num.4.* Sanchez *tom.2. in ſumma lib.6. cap.14. num.3.* Diana *part.5. tract.3.reſol.210.* Noctinot *in ſumma Diana, in verbo ſepulturam non eligens, num.9.* vterque Rodriquez, primus *quæſt.60. reſol.128. num.16.* Secundus *loco citato ſupra*, Ventriglia *annotat.52. de electione ſepulturæ, §. vnico num.19.* Pellizzarius *in manuali Regularium, tom.1. tract.8. c.50. num.127. & 128.* Mancinus *de Infirmis in ordine ad ſepulturam, num.11.*

Quod ſi petas quanta debeat eſſe diſtantia inter Monaſterium, & locum, vbi Religioſus moritur, vt cenſeatur ſtare in loco diſtante, ad effectum eligendi ſepulturam.

Reſpondet Pellizzarius *in manuali, tom.2.* 33
tract.8. cap.50. num.119. & cum Bordono *reſol.15. num.162.* citato ab ipſo Pellizzario, dicit Religioſum remotum, cuius cadauer vnico die non poteſt ad proprium, aut ad aliud eiuſdem ordinis Monaſterium transferri, nam ſic periculum eſt in mora ob corruptionem Cadaueris, & ideo debet res breui expediri, & ex hoc ſi contingat Religioſo in tali loco mori, transferri poterit li- 34
berè, abſque Parœci impedimento, illoque irrequiſito, aut nolente, & abſque eo, quod ei aliquid ſoluatur, ita Samuelius *tract. 1. diſput.4. controu. 18. concl. 3.* Diana *part.5. tract.3. reſol.210.* Ventriglia *d. §. vnico, num.19.* Barboſa *in Collectaneis deciſionum Apoſtolicarum, in verbo Regulares, collect. 645.* Laurentius de Peyrinis *tom.2. de Prælato, & ſubdito ad Conſtit.7. Pij V. num.13. pag.278.* Illuminatus Moronus *in centum reſponſa, reſponſo 52.n.26.* Lezzana *tom.1. quæſt.1. cap.12.* Pellizarius *vbi ſuprà, num.129.* Bordonus *vbi ſuprà, num.170.*

Quod verò non poſſit Parœcus prætendere 35
ius ſepulturæ Religioſorum extra Monaſteria ſua decedentium, & quòd debeat ab huiuſmodi prætenſione abſtinere declarauit S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, negotiis præpoſitorum in ſuperius citata Puteolana 22. Maij 1615. cuius meminit Barboſa *d. num.68.* Moronus *num. 16.* Lezzana *tom.1. in verbo ſepultura, num.16.* vbi ait eandem S. Congregationem declaraſſe 24. Nouembris 1634. & 24. Septembris 1636. clericum ſecularem nihil poſſe prætendere propter exequias, aut ſepulturam Monachi, aut fratris extra clauſtra morientis. Quod verò Parœcis inconſultis, à quibus Sacramenta receperunt Religioſi, qui extra Monaſteria deceſſerunt, poſſint Cadauera eorum ad Monaſteria huiuſmodi transferre, reſoluit eadem S. Congregatio ex illis quatuordecim tranſmiſſis ab Archiepiſcopo Bononienſe die 1. Iulij 1620. de qua commemorationem faciunt Ventriglia *loco citato*, Moronus *vbi ſuprà, num.16.* Barboſa *de poteſtate Parœci, cap.26. num.30. & collect.645.* cuius verba ſunt.

Morendo Fratri come auuiene altre volte, & in particolare de Canonici Regolari Lateranenſi fuori del Monaſterio in caſa de loro Parenti, & hauendo i' Curati amministrati loro li ſacramenti, ſe poſſano i' loro Superiori farli portare di notte alla loro Chieſa, ſenza dire cos' alcuna al Curato, è ſenza darli le raggioni Parrocchiali. Sacra Congregatio reſpondit, Regulares extra clauſtra decedentes poſſe ad eorum Eccleſias deferri, etiã Parœcis inconſultis. 36

De qua re, vnà cum aliis Decretis Congregationis legatur nouiſſimè Petrus de Murgia Benedictinus *diſquiſitionum Canonicarum, lib.1. diſq.8. §.50. per totum.*

Sed eſt difficultas, de cuius manu debeat recipere Sacramenta Viatici, & Extremæ-vnctionis Monachus, vel alius Nouitius, ſi moriatur extra clauſtra.

Reſpon

Respondeo enim cum Pellizzario *tomo 2. tract.8.cap.50.num.138.* debere vtrumque recipere de manu Prælati Regularis, si poterit, & practicatum dicit Ferrariæ, alij dicunt à manu Parœci debere recipere Sacramenta Extremæ-Vnctionis, & Viatici, ita Bordonus *tom.2. resolut.51. num.170. ex declaratione S. Congregationis*, de qua dubitat Murgia *tom.1. disquisit.8. §.3. in fine*, quicquid aliter dixerit Barbosa *de iure Ecclesiastico, part.2. lib.2.cap.10.* & Laurentus de Franchis *in controuersiis inter Episcopos, & Regulares, q.61.* quos non sequitur Murgia *tract.7.tom.1.disq.8. §.2.*

38 Collige secundò, Religiosum sibi eligere sepulturam, etiamsi moriatur in Monasterio suo,& hoc de Prælati sui licentia, Samuelius *tract.1. disp.4.controu.18.conclus.3.& 6.* Castrus Palaus *tom.3. tract.16. disp.4. puncto 10. §.8. num.50.* quia Prælatus potest validè sibi eligere sepulturam; ergo subditus validè illam sibi eligit, de Prælati licentia, consequentia patet, quia non habet maiorem potestatem Prælatus in seipsum, quam habeat erga subditos,& totam facultatem, quam habet dispensandi in aliis, poterit illi ex officio, & potestate, quam erga subditos habet, ne peioris conditionis sit ille, quam sui subditi sint; ergo si cum suis subditis potest dispensare in sepulturæ electione, potiori ratione poterit cum subdito dispensare, concedendo licentiam ad illam eligendam, & sic cum Bonifacius VIII. *in cap.finali, de sepulturis, in 6.* dicit, Religiosum à Monasterio non remotum, non posse sibi eligere sepulturam,quia velle, & nolle non habet, intelligitur sine Superioris sui licentia, vt bene Murgia *disput. Canon. disquis.8. sect.2. §.4.* qui *num.50.* ait,posse etiam Prælatum pro Monacho sibi subdito sepulturam eligere, ex Rodriquez *tom.3.quæst.Regul.q.60.art.1.*

39 Collige tertiò, Religiosos professos,quos Religio expellit ob patrata facinora, posse sibi sepulturam eligere, ita Pellizzarius *in manuali Regularium, tom.2.tract.8.cap.3.num.132.* quia habet in multis velle,& nolle, quousque à Superiore non reuocatur ad Religionem, & ita relinquitur à Religione, ac si Religiosus non esset, ita Lessius *lib.2. de iustitia, cap.41. dubio 15. num.113.*cum Molina *disp.276.*cum Murgia *§.5. vbi supra.*

40 Collige quartò, Regularium conuersos, seu Fratres laicos nuncupatos, qui oblati dicuntur, & mutato habitu se obtulerunt Monasterio,cum professore trium votorum substantialium, & qui extra Chorum, seruitiis Monasteriorum addicti sunt, & viuunt sub Regula, & Religione à Sancta Sede Apostolica approbata, de quibus sub nomine Conuersorum fecit mentionem Alexander Papa III. *in cap.non dubium est, el 5. & in cap.ex tenore, el 2. de sententia excommunicationis,*& Innocentius II.*in Canone, vt lex,* vbi Glossa *in verbo, Regulares,*& *in verbo, Atque Conuersi 27. quæst.1.* Si moriantur in aliquo loco remoto à Monasterio, vt commodè ad illud non possint transferri, poterunt sibi sepulturam eligere, Samuelius *tract.1.disp.4.controu.18.col.3.pag.117.* Caramuel *in Theologia fundamentali, num.1102.* Lezzana *tom.2.part.4.in verbo, Leges Regularium, num.35.* Pellizarius *in manuali Regularium, tom.2. tract.6.cap.3.num.13.* Thomas Del Bene *part.1. de immunitate, cap.1. dub.7. num.2.* & *cap.2. dubio 7. sect.1. num.11. dub.12. num.10.* Marcus Vidal *in Arca vitali, tit. de casibus reseruatis, num.79.* Murgia *disp.8. sect.2. §.7. per totum.*

Collige quintò, quid dicendum sit ad Tertiarios, an possint sibi eligere sepulturam, pro cuius intelligentia suppono plura esse genera Tertiariorum. 41

Primum est eorum, qui viuunt in Religione, & tria vota essentialia emittunt, de quibus Leo X. in Bulla, quæ incipit *Inter cætera* 42. in ordine Pius V. in Bulla, quæ incipit *ea est officij nostri* 63.Sixtus V.in Bulla,quæ incipit *Romani Pontificis* 28. de quibus Lezzana *tom.1. part.2. cap.14.* Samuelius *de sepulturis, tract. 1. disp.4. controuers.18. conclus.6.* Pellizzarius *in manuali, tom.1.tract.1.cap.3.num.55.* Ascanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1. disp.17. quæstione 1. num.49.* Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tom.1.ad Constitut.Sixti IV. §.7.num.31.* qui dicit talibus Tertiariis fuisse accommodatam Regulam Sancti Francisci Assisiensis, à Nicolao Papa IV. approbatam, & per Pium V. reformata fuit, qui gaudent vti verè Religiosi, vt Pius declarauit *in dicta Constitutione ea est, §.16.* 42

Secundum Tertiariorum est, qui tria vota faciebant, non tamen sub aliqua determinata Regula à Sede Apostolica approbata, quorum aliqui viuebant in communitate, alij in eremitoriis de licentia Superiorum, Pellizzarius *vbi supra*, Samuelius *vbi supra*, *conclus.7.* post Rodriquez, & alios, quos allegat Sousa *de professione Tertiariorum, pag.201.* qui fuerunt sublati in Concilio Lateranensi sub Leone X. 43

Tertium genus est eorum, qui nec tria vota emittunt,nec viuunt in communitate, aut collegialiter, obseruant tamen, vel Regulam Sancti Francisci de Assisio, vel de Paula, confirmata à Sede Apostolica, illam Sancti Francisci de Assisio per Nicolaum IV. in Bulla, quæ incipit *supra mortem, istam,*Sancti Francisci de Paula confirmatam per Iulium II. in Bulla, quæ incipit *supra Montem istum*, & hanc obseruant in propriis domibus habitantes, & isti sunt veri seculares, & vt tales tenentur ad onera laicis imposita, & conueniri debent coram iudicibus secularibus, & subiiciuntur suo Parœco, præterquam in Sacramento Pœnitentiæ, ita declarauit Concilium Lateranense sub Leone X.apud Peyrinum *vbi supra*, neque possunt Confessarij Regulares non approbati ab Ordinariis secularibus, horum confessiones audire, de quibus Tertiariis in hoc quarto genere agunt Peyrinus, Lezzana, Samuelius,Rodriquez, Pellizzarius, & alij apud Murgiam *tract.7. sect.2.disq.8.§.8.* 44

Quartum genus est Tertiariorum, qui cum Fratribus claustralibus habitant, & Regulam profitentur Tertiariorum, & isti gaudent sicuti cæteri Fratres, vt in Concilio Lateranensi, & declaratum per Sacram Congregationem de anno 1608. refert Lezzana *cap.14.n.30.& 31.* 45

Quintum genus Tertiariorum, est illorum, qui viuebant in communi sine votis, quibus iussum fuit emittere solemnem professionem, & clausuram perpetuam seruare, & nunc si aliquæ essent tales Tertiariæ possunt prohiberi, ne maneant in Congregatione, nisi facta professione, vt declarauit Sacra Congregatio de anno 1596. apud Peyrinum *vbi supra*, & apud Barbosam *in Collectaneis Apostolicarum decisionum in verbo, Tertiariæ, collect.700.* & Piasecius *in praxi, part.2.cap.3.num.57.* Murgia *dict.tract.7.sect.2. disq.8. §.8.* 46

Sextum genus Tertiariorum est earum, quæ Beatæ dicuntur, & sunt illæ, quæ Regulas seruant 47

uant Tertiariorum, & emittunt tantùm votum caſtitatis, & viuunt ſolùm in priuatis domibus, non autem in communitate, ſeu Collegiis, & iſtæ ſunt ſeculares, & quando habent requiſita Leonis X. gaudent, de quibus Murgia *diſp.8. in fine*, quibus poſitis.

48 Reſpondeo, Tertiarios ſecundi, tertij, quinti, & ſexti generis poſſe ſibi eligere ſepulturam, quia non ſunt Religioſi, vt bene Lezzana, Rodriquez, & alij apud Murgiam *concluſ.1.* Samuelium *tract.1. diſp.4. controu.8. concluſ.7. num.11.* quia licèt aliqui ex eis vota emittant, non tamen emittunt ſecundùm Regulam approbatam à Sancta Sede Apoſtolica, quod eſt omnino neceſſarium ad conſtituendum aliquos in vero Religioſo ſtatu, ex *cap. quod votum vnico de voto, §. præſenti de voto, in 6.* Nauarrus *lib.3. de Regularibus, conſil.12.* Miranda *tom.1. in manuali Prælatorum, quæſt.36. num.3. concluſ.1.* ſunt ergo veri ſeculares; ergo poterunt ſibi eligere ſepulturam.

49 Illi verò Tertiarij primi generis, qui viuunt in Regularibus ſub obedientia Prælati, & ſub Regulis à Sede Apoſtolica approbatis, ſi reperiantur in loco remoto à ſuis Monaſteriis poſſunt ſibi eligere ſepulturam, Samuelius *concluſ.6.* Murgia *dicto §.8. concluſ.2.* Illi verò tertiarij quarti generis, qui habitant cum clauſtralibus, & verè Religioſi non ſunt, ſecundùm Lezzanam *dicto cap.14. num.30.* poſſunt ſibi eligere ſepulturam, quia cum ſint ſeculares, habent proprium velle, & nolle, ſed ſi Religioſi ſint, vt prætendit Peyrinus, ſi ſint in loco remoto à Monaſterio, & ibi mori contigerit, poſſunt eligere ſepulturam, Paſqualigus *de ſacrificio Miſſæ, quæſtione 480. tom.1. & 481.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.3. dub.93.* Quintanaduenas *tom.1. tract.7. ſingulari 34. num.4.* P. Quartus *ad Rubricas Miſſalis, part.3. tit.10. num.1. ſect.2. dubio 8.* Murgia *vbi ſuprà, §.9.* qui idem dicit de Monialibus exiſtentibus extra Monaſteria in loco remoto, ſi contingat ibi mori.

50 Hæc ſunt quæ de Regularibus omnibus dixi ad caſum noſtrum facientibus, cum Religio S. Ioannis Hieroſolymitani ſit vera Religio ex his, quæ fundaui *tom.1. diſception. forenſ. diſcept.2.* & ex notatis à Barboſa *in Collectaneis Apoſtolicarum deciſionum, verbo, Milites Sancti Ioannis*, quibus apparet, nulla cum iuſtitia conqueſtum eſſe apud Sanctam Sedem Eminentiſſimum Caracciolum Archiepiſcopum Neapolitanum, quòd milites Neapolitani ſepelierint Fratrem Gaſparem in Eccleſia Diſcalceatorum, quam elegerat, inconſulto Parœco, atque inuito, neque ei ſoluta quarta funerali.

51 In qua Religione Sancti Ioannis Paulus IV. in Bulla confirmationis, & ampliationis priuilegiorum Religionis prædictæ *fol.19.* poſt ſtatuta Religionis, conceſſit facultatem faciendi Cœmeteria in eorum Parœcialibus, atque conceſſit facultatem ſepeliendi Cadauera etiam interdictorum in ſuis Eccleſiis, dummodo non dederint cauſam interdicto, ſaluis iuribus Parœcialibus, & conceſſit etiam, vt Baiuliui, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & perſonæ prædictæ, quæcunque Eccleſiaſtica Sacramenta, quoſcunque ordines à quocunque Epiſcopo recipere valeant.

52 *In titulo 4. Hoſpitalitatis in capite, quomodo ſepeliantur Fratres defuncti*, habetur, vt laudabile exiſtimaui, vt Fratres in funeralibus, & ſepultura honorentur eodem habitu, quo ſolent Religionem ingredi, & in vita fuerunt ornati, & per hoc ordinatur, vt omnes Fratres Hoſpitalium, dum tranſeunt ab hac vita, ſepeliantur cum habitu, & *fol.62. in titulo de Hoſpitalitate, tit.4.* habetur, vt corpora Fratrum Religioſorum honorificè ſepeliantur, ſed vetatur ibi, vt nullus ſiue ſit Frater, ſiue ſecularis, licèt conſanguineus defuncti induatur veſte lugubri, neque cum ſimilibus aſſocietur cadauer, & hoc etiam ſi eſſet cadauer Magiſtri Ordinis, vbicunque mori contigerit.

DISCEPTAT. CCCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Diſputandi gratia de prælatione feudorum quænam fuerit.*
2 *Doctores qui de materia tractarunt, referuntur.*
3 *Feuda hæreditaria, quæ ſint, & in quas ſpecies diuidantur.*
4 *Feudum hæreditarium mixtum quodnam ſit.*
5 *Feudum ex pacto, & prouidentia quale ſit.*
6 *Feudum hæreditarium mixtum, & feudum ſimpliciter an detur in Regno Neapolis.*
7 *Prælatio in Regno non habet locum in feudis hæreditariis.*
8 *Regentis Sanfelicij* deciſ.101. *explicatur.*
9 *Feuda hæreditaria indicantur, vt allodialia.*
10 *Textus* in cap.1.§.ſed etiam, & in cap.1.§.donare, *qualiter olim feudum alienari poterat, &* in cap.1.§.ſi quis, verſ. Titius, ſi de feudo defuncti, &c. *explicantur.*
11 *Textus citati procedunt in feudis ex pacto.*
12 *Textus* in d. verſic. Titius, *explicatur.*
13 *Regentis Rouiti conſideratio reiicitur.*
14 *Prælatio non habet locum, niſi ratione ſanguinis.*
15 *Feuda ex pacto, & hæreditaria pariter differunt.*
16 *Feuda iudicantur ad inſtar allodialium, & quando.*
17 *Feudum, an & quando poſſit alienari ſine Domini conſenſu.*
18 *Prælatio non habet locum in feudis hæreditariis in Regno.*
19 *DD. exteri, Galli, & Germani ſic etiam tenent.*
20 *Prælatio non habet locum in feudis hæreditariis ſecundùm Doctores Italos.*
21 *Prælatio ſecundùm Doctores Germanos quando competat.*
22 Deciſio 11. *Regentis de Ponte explicatur.*
23 *Prælatio non competit in pluribus caſibus, dato quod de iure competat.*
24 *Agnato non competit prælatio, quand paſſus fuit licitari feudum.*
25 *Prælatio non competit ſi agnatus comparuerit pro venditione.*
26 *Prælatio, vt competat an debeat fieri æſtimatio, & qualiter.*
27 *Agnato non competit prælatio in venditione feudi ſi fuit præſens in licitatione.*
28 *Inhibitio, & prohibitio quid ſit in feudis, & quando.*
29 *Agnatus, qui comparuit in licitatione non habet prælationem.*
30 *Deciſio refertur excludens à prælatione ex cauſis.*

31 *Prælatio*

31 *Prælationis articulus deciditur absque termino.*
32 *Prælatio Agnatis cur competat, & qua ratione introducta.*
33 *Prælatio competit in feudis hæreditariis mixtis.*
34 *Decisio S. C. affertur, & declaratur.*
35 *Prælatio competit in feudo hæreditario mixto apud omnes rationes.*
36 *Prælatio competit in venditione feudi antiqui.*
37 *Prælatio non competit agnato, vel agnatæ, non probata agnatione.*
38 *Regaliæ quando censeantur concessæ in feudum.*
39 *Regaliæ, si non appareat de concessione, & inter partes sit discordia, qualiter præsupponantur.*
40 *Solutio releuij quando faciat præsupponi feudum.*
41 *Feudi assertio an faciat rem feudalem.*
42 *Prælatio non competit, non probata qualitate feudi.*
43 *Prælatio non competit agnato in feudis, nisi probet se esse agnatum.*
44 *Fœmina descendens ex fœmina an sit de agnatione, & familia.*
45 *Agnationis, & cognationis differentia qualiter sit sublata.*
46 *Agnationis, & cognationis differentia an sit sublata in feudis.*
47 *Cognati descendentes ex fœminis non succedunt in feudis.*
48 *Cognati an excludantur à successione feudi antiqui.*
49 *Gratiæ, & priuilegia circa feudorum successionem, quæ fuerint.*
50 *Gratiæ, & priuilegia sunt ad literam intelligenda.*
51 *Gratiæ, & priuilegia loquuntur in successione, non in prælatione.*
52 *Prælatio competit in feudis per viam contractus.*
53 *Dispensatio ad succedendum de qua loquatur successione.*
54 *Extensio non datur in præiudicium domini.*
55 *Edictum successorium non habet locum in prælatione.*
56 *Feuda an, & qualiter in Regno sint hæreditaria.*
57 *Feuda in Regno nostro non possunt appellari omninò hæreditaria.*
58 *Prælatio qualiter concedatur in antiquis feudis, & qualiter derogetur in nouis.*
59 *Prælatio an concedatur, quum conceditur in subfeudis.*
60 *Ius congrui qualiter procedat in Regno.*
61 *Feudalis materia an includitur in generali dispositione.*
62 *Feuda ad manus mortuas non possunt venire absque assensu regio.*
63 *Feuda, subfeuda, & excadentialia, quæ sint.*
64 *Feudalia bona quæ sint, & qualia.*
65 *Feudalia qualia præsupponantur, & quando.*
66 *Vniuersitas ob publicam vtilitatem habebit plura; sed non feuda.*
67 *Prælatio locum habet etiam in venditione feudi sub hasta.*
68 *Prælatio competit in feudis etiam fœminis agnatis.*
69 *Prælatio competit in feudis secundogenito, excluso primogenito.*
70 *Agnatis remotioribus competit prælatio, excluſis, vel nolentibus proximioribus.*
71 *Agnatis remotioribus competere prælationem plura deciderunt Tribunalia.*
72 *Prælatio non competit in feudis, probata fraude.*
73 *Venditio est perfecta ex sola candelæ accensione, & extinctione.*
74 *Prælatio an competat capta possessione per emptorem.*
75 *Prælatio an competat quando agnatus constituit Procuratorem ad comparendum.*
76 *Procuratorem fuisse ad licitandum constitutum, an excludat à prælatione.*
77 *Prælatio competit multo magis in feudis agnato creditori.*
78 *Prælatio non competit in venditione burgensaticorum.*
79 *Constitutio Regni* (Sancimus) *an, & quatenus sit lex.*
80 *Constitutio Regni* (sancimus) *an fuerit lex, & qualis.*
81 *Retractus quatenus, & quando competat in Regno.*
82 *Retractus gentilitius datur in feudis.*
83 *Textus* in l. 1. ff. de priuilegiis creditorum *explicatur.*

ARGVMENTVM.

Prælationem competere in feudis ex pacto, & prouidentia, & in feudis antiquis, non in hæreditariis simpliciter, nec in nouis, cum certũ sit quòd plura requiruntur, scilicet probatio agnationis, & feudalitatis, & licet competat agnatis, etiam fœminis, cognatis tamen denegatur, in subfeudis verò denegabitur, & quando, & agnato comparenti ad licitandum per se, vel per Procuratorem, an competat prælatio disputatur, & an ex gratiis, & priuilegiis sit sublata differentia inter agnatos, & cognatos in Regno, tam in successione, quàm in prælatione obtinenda, & an reguletur prælatio ab euicto successorio, vel à l. 1. ff. de priuilegiis creditorum, *&c.*

IVRIS RESPONSVM, *PRO*

Prælatione concedenda agnatis in venditione feudorum hæreditariorum, vel ex pacto, an, & quando competat, & quid in venditione subfeudorum, & quid in cognatis, & quid probare debeat agnatus, & latè de Textu *in l. 1. ff. de priuilegiis creditorum*, &c.

VOTIDIE in Tribunalibus nostri sacri Cons. disceptationes habemus de iure Prælationis circa feuda: pluribus in collegiis disputaui cum meis consociis materiam hanc, quæ cum ambigua sit pluribus diuisa in capitibus 1

pitibus neceſſarium ſemper exiſtimaui ad certa iuris principia, tum communia feudorum, tum etiam huius regni ſanctiones illam reducere quæ, cum ſit ambigua vt dicebamus, diſtinctionis opere neceſſe eſt, & ſanè benè diſtincta ſpero commodum allaturam diſceptationem; hæc igitur erit præſens diſceptatio, vtrum in feudis venditis competat Agnatis feudatariis prælatio in illis, quod in feudis hæreditariis, quod in illis, quæ ſunt ex facto, & prouidentia, quod in antiquis, quod in nouis, quod in ſubfeudis, pro cuius diſceptationis notitia, & plena cognitione.

2 Suppono primò hanc materiam poſſe remittere ad Regentem Capyc. Latro, omnino videndum *in conſultat.* 27. & 28. *tom.* 1. & *in conſult.* 96. *pun.* 1. *tom.* 2. *& in deciſ.* 57. & ad Reg. Sanfelicium *deciſ.* 100. *cum ſeqq.* Ego tamen pro maiori intelligentia proponam 5. dubia per quinque cõcluſiones: primum erit vtrum competat prælatio in feudo hæreditario, & quod in feudo mixto: ſecundum ſi competat in venditione feudi facta ſub haſta, tertium erit vtrum competat fœminæ, quartum vtrum ſecundogenitus admittatur ad Prælationem, ſi primogenitus viuit, & non concurrit ad excluſionem ſecundo-geniti, quintum erit vtrum competat prælatio, vbi præſumitur fraus & ſimulatio.

3 Suppono ſecundò quod feuda ſunt aliqua hæreditaria, quæ diuiduntur in duo genera, quædam ſunt hæreditaria mixta, quædam ſunt hæreditaria ſimpliciter, quædam ſunt ex pacto, & prouidentia; feudum hæreditarium ſimpliciter eſt, in quo ſucceditur omnino iure hæreditario, & illa qualitas hæreditaria præualet qualitati pacti, & vocatus non poteſt ſuccedere, niſi ſit hæres in allodio vltimi decedentis, vel ſaltem quòd per ſe non ſtet, quin ſit hæres, & ideo ſuccedens ſiue præter ſiue contra voluntatem defuncti, tenetur ad onera, & tenetur habere ratum factum defuncti ex *l. cum à memore, C. de rei vend.* & inuentarium non iuuat, & poteſt grauari vſque ad valorem feudi, & ſic ſiue ſuccedat ex teſtamento ſiue ab inteſtato: ſemper enim hæres ab origine conceſſionis feudi Præſes de Franc. *deciſ.* 1. *& deciſ.* 704. Reg de Pont. *conſ.* 13. *n.* 10. *cum ſeqq.* & *conſ.* 34. & *conſ.* 52. *volum.* 1. *& tr. de poteſtate Proregis in tit. de aſſen. reg. ſuper dote* §. 3. *& in tit. de refutat. feud.* §. 10. *num.* 8. Gizzarellus *dec.* 28. & ponunt exemplum Syculi, & vocant feudum hæreditarium in forma larga, ſi enim conceſſum feudum pro ſe & hæredibus ſimpliciter nulla facta reſtrictione hæredum.

4 Feudum verò hæreditarium mixtum eſt, in quo ſunt vocati certi hæredes vt putà conceſſum pro ſe, & hæredibus ex corpore, vel pro ſe, & hæredibus maſculis, & in hoc feudo qualitas pacti præualet qualitati hæreditariæ, & ideo illi hæredes vocantur ex propria perſona, & facto inuentario non tenentur ad onera vltimi defuncti, ſed primi acquirentis tantùm quod feudum ſecundum Syculos dicitur feudum hæreditariũ in forma ſtricta Petrus Greg. *de conceſſ feud part.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 19. *& quæſt.* 11. *num.* 4. Intrigliol. *de feud. centur.* 2. *art.* 32. *num.* 8. Reg. Rouit. *in allegat. poſt vndecimam deciſionem* de Ponte *n.* 41. Corſetus filius *in addit. ad Patrem, conſ.* 9. *à n.* 14. *cum pluribus ſeqq.* Rogger. *conſ.* 2. *num.* 41. *lib.* 2. Koppen. *dec.* 54. *num.* 30. 31. *&* 32. Cannet. *in extrau. ſi aliquem verſ. colligitur etiam, fol.* 288. Roſental *de feud. tom.* 1. *cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 72. Capyc. Latr. *d. conſult.* 27. *num.* 22.

5 Feudum ex pacto, & prouidentia dicitur, quando conceditur pro ſe, & liberis ſiue pro ſe, & deſcendentibus, quia tunc ſunt vocati liberi, ſiue deſcendentes ex propria perſona, & quot ſunt perſonæ, tot ſunt vocationes & ſufficit eſſe hæredes primi conceſſionarij, & facto inuentario non tenentur ad onera, ſiue debita vltimi morientis, nec aliorum prædeceſſorum, ſed primi acquirentis tamen, & dicitur ex pacto, quia vocãtur ex pacto conceſſionarij, & dicitur ex prouidentia, quia vocantur ex prouidentia concedentis Iſern. *in cap.* 1. *colum.* 2. *de alienat. feudi Paterni.* Camerarius *in c. Imperialem* §. *Præterea, carta* 94. *litt. M,* Freccia *de ſubfeud. lib.* 3. *tit. de differen. inter feuda ex pacto, & hæreditaria.* Tomas de Marin. *de feud. in tit. de feud. ex pacto, num.* 25. Cannet. *vbi ſupra* Petrus Greg. *loc. cit.* Franchus, & Roſental *locis cit.*

6 In regno verò noſtro diſtinctio illa de feudo hæreditario ſimplici & de feudo hæreditario mixto non datur (quia ſemper adeſt verbum) hæres, in conceſſione, & inueſtitura, ſiue reſtrictum ad certos hæredes ſcilicet ex corpore, vel maſculos, ſiue non reſtrictum ſcilicet quia conceſſum hæredibus ſimpliciter intelligitur feudum hæreditarium, ita quod vocatus tenetur eſſe hæres in allodio vltimi decedentis, & requiritur quod per ipſum non ſtet quin ſit hæres, & veniens ſiue præter ſiue contra voluntatem defuncti tenetur ad onera, poteſt grauari vſque ad valorem feudi, & facto inuentario adhuc tenetur quia inuentarium operatur, vt non teneatur vltra vires feudi, & allodij, & ſic tenetur habere ratum factum defuncti per Textum *in d. l. cum à matre.* Præſ. de Franch. *d. dec.* 1. *&* *dec.* 387. Reg. de Pont. *locis cit.* Camerarius *in cap. Imperial. in* §. *Præterea, pag.* 96. *lit. K,* Freccia *lib.* 3. *de ſubfeud. formul.* 3. *num.* 31. Gizzarel. *d. deciſ.* 28. Reg. Rouit. *in rubr. de feud. n.* 22. & 23. Camil. de Curt. *in diuerſ. feud. part.* 1. *fol.* 49. *num.* 53. Capyc. Lat. *conſidt.* 27. *num.* 23. & 24. ſed diſtinctio de qua ſupra locum habet in Sicilia, vt notant Petr. Greg. Corſettus, Cannet. & Intrigliol. *vbi ſupra*; ſic locum habet in Germania, vt dicunt Koppen, Roſental. *vbi ſupra* quibus poſitis ſit

Prima concluſio, Prælatio non habet locum 7 in regno in feudis, neque retractus, & ius Prothomiſeos iure ſanguinis, quando feuda ſunt hæreditaria, nec illa qualitas facti præualet, ita communiter DD. infra citandi.

Probatur primum per Text. *in l. dudum, C. de contrahen. empt.* vbi Prælatio, & retractus iure ſanguinis in venditione aboletur, quæ idem habetur *in l.* 2. *ff. ſi quis à Parente fuerit manumiſſus*, concordat regula Text. *in l. re mandata, C. mandati,* vbi libertas conceditur in re propria.

Nec deciſio Regentis Sanfelicij 101. *tom.* 1. 8 eſt contraria, quia in caſu illius deciſionis bona erant ſubiecta fideicommiſſo vt *ibid. n.* 6. nec Tiraq. & alij citati *ibi, num.* 7. dicunt *d. l. Dudum,* ſolum tollere conſuetudinem antiquam, per quam nemo poterat vendere extra proximos, & proinde dictam legem Dudum permittere venditionem extra proximis reſeruata proximis prælatione, tum quia illud non dicit Tiraq. tum quia eſſet contra expreſſa verba illius legis quæ clarè loquitur, & in Regno noſtro indubitatum eſt in Allodialibus non habere locum ius Prothomiſeos, ſiue retractus ſiue ius congrui iure ſanguinis, ſed tamen iure vicinitatis, tam vigore conſtitutionis quæ incipit. (Sancimus) quam vigore conſuetudinis ciuitatis Neapolitanæ *in*

tit.

tit. de iur. congr. quæ de iure communi concludunt omnes ex Text. *in d. l. Dudum* Rota apud Farinacium *dec.*502. & 547. *part.*2. Farinacij.

9 Quia vero dicta iura loquuntur in allodialibus locum etiam habent in feudis hæreditariis, in quibus cum regnorum assensu proceditur sicut, & in allodialibus Isernia *in d. c. Imperial. in princ. colum.*10. *de prohibita feud. alienat.* per Federicum, *& in c.*1. *colum.*5. *de natura succes-sionis feudi, & in c.* 1. *quæ successione teneantur* Ioannes Faber *in* §. *non solum, instit. de legatis* Loffred. *in d. c. Imperial.* §. *Nec dominus fol.*63. *& in cons.*14. *num.*73. Freccia *lib.*3. *de subfeud. in tit.de differen.inter feuda ex pacto, & hæreditaria differentia secunda, num.* 3. *& different.* 33. Franchus *decis.*695. *num.*2. Reg.de Ponte *de potestate Proregis in tit.de assen. reg. super dotibus in princ.num.*25. & *in tit.de refutat. feudi.*§.8.*n.*16. & 18. Reg.Lanar. *in tit. si Vassal. feudo priuet. num.* 31. Anellus de Amato *cons.* 35. *num.* 7. & Reg. Rouitus *in d.allegat. n.*70. dicunt Textum *in d.l. Dudum*, fuisse conditum ante constitutiones feudales,& ideo non posse procedere in feudis (Pace tanti Viri) non procedit suum argumentum, dum cum assensu domini non sit differentia inter feuda hæreditaria, & allodialia.

10 Neque obstant illa tertia iura,quæ in hac materia citantur nempè Textus *in c.*1.§. *sed etiam per quos fiat inuestitura, & in c.*1.§. *Donare*, qualiter olim feuda alienari poterant, & *in c.*1.§. *si quis decesserit. vers. Titius.* Si de feudo defuncti contentio sit inter dominum,& agnatum, *vbi in* §. *sed etiam* non permittitur alienatio feudi, nisi in fratrem vel alium proximiorem pro æquali pretio *in d.vers. Porro*,dicitur,quòd in prohibendo, & redimendo potior erat proximi agnati, quam domini conditio, & *in d.vers. Titius* dicitur quod Titio venditore nullo pretio dato proximior agnatus feudum venditum recuperare potest, Titio vero viuo, pretio reddito recuperat, nisi alienationi consenserit, vel per annum ex quo sciuit tacuerit.

11 Quia iura prædicta procedunt in feudo ex facto,& prouidentia,vel in feudo mixto, in quo prævalet qualitas pacti secundum prædicta non autem procedunt in feudo hæreditario, in quo qualitas hæreditaria prævalet, vt bene Isern. *in d.* §. *sed etiam res. & in d. vers. Titius*, & aliis 28. DD. citati per Capycium Latro *d. consult.* 27. *num.*11. Quod vero loquantur in feudo ex pacto, & non in feudo hæreditario, quia omnia iura feudalia loquuntur in feudo ex pacto si quidem *in d.* §. *sed etiam* prohibetur venditio feudi,nisi fiat proximioribus, & tamen feudum hæreditarium cuilibet extraneo cum assensu potest vendi provt etiam allodialia *in d. vers. Porro* permittitur domino, & Agnato prohibitio venditionis, & feudi venditi redemptio & inter dominum,& agnatum;potior enim conditio Agnati, & tamen in feudo hæreditario non permittitur domino nec venditio,nec redemptio, & dominus conditionis tenetur assentire, & præstare assensum, aliàs facit iniuriam, & habetur pro assentiente Afflict. *in const. Incipiente si quis post litem, num.*12. Capyc. *in c. Imperial. fol.* 22. & *fol.*33. Præses de Franc. *dec.*310 *& decis.*695. *num.*3. & 4. Reg. de Ponte *consil.* 81. *num.* 54. *lib.*1.*& cons.*14.*n.*62.*lib.*2. Reg.Lanar. *cons.*15. *num.*12. Corset. *consil.*1. *num.*4. *& 5.*

12 In dicto versiculo Titius viuo venditore promittitur agnato recuperatio soluto pretio venditore mortuo, nullo pretio dato; In feudo verò hæreditario nunquam permittitur recuperatio absque pretio.

Nec facit consideratio Reg. Rouiti, quòd iu- 13
ra communia feudalia loquentia de feudo ex pacto procedunt in hæreditario, ex quo adest qualitas pacti, vt post Camerarium scribit Rouitus *in d. allegat. num.* 45. 46. & 48. siquidem idem Rouitus ibi ex eodem Camerario limitat istud non procedere quando repugnaret qualitas hæreditaria, & statim demonstrandi qualitatem hæreditariam plura adducit, puto tamen quod illa distinctio de feudo hæreditario mixto,& simplici, de qua *in d.allegat.num.*32.in regno non procedit, dicit enim ipse quod feudum hæreditarium mixtum est feudum concessum pro se, & hæredibus ex corpore,& hæreditarium simpliciter pro hæredibus quibuscumque:dico enim esse omnino hæreditarium, & illa qualitas pacti non consideratur,& Freccia *lib.*3.*de subfeud.formul.*3. *in fine* dicit esse feudum mixtum, vt alij dicunt, & sic intendit de Syculis secundum ea,quæ supra dicebamus.

Probatur secundò conclusio nostra, quòd in 14
feudis hæreditariis non detur Prælatio quia prælatio iure sanguinis non habet locum in feudis ex pacto nouo, vt dicunt Aluarot. *in d. c. Titius* Scrader. *de feud. part.*8. *c.*7. *n.*34. De Ponte *de potestate Proregis, ff. tit.*10. §.1. *num.*20. Anna *obseruat.*10. Capyc. Latr. *consult.*28. *num.*24. *& seqq.* Camil. de Cur. *in* 2. *part. diuers. feudal. c.*4. *num.*43. Francus *d. dec.*1.*num.*30. Mastril. *decis.* 8. *in fin.* & hoc quia feudum ex pacto nouum, nihil differt ab hæreditario. Nec facit responsio Rouiti *vbi supra, num.*89. non viget ratio prælationis scilicet quæ res fuerit maiorum, & eorum imagines,& sepulcra sint in ea,vt propterea interssint conseruari in familia, quia hæc non est ratio prælationis considerata in dictis iuribus, sed solùm, quia agebatur de venditione fructuum durante vita alienantis, & feudum erat omninò recasurum in Agnatum, & non est iustum filium, siue Agnatum implicare litibus, & expensis per recuperatione feudi sequuta morte alienantis,vt post alios Capyc. Latr. *consult.* 27. *num.*38. & 39. imò si ratio prædicta haberet locum, sequeretur quòd prælatio haberet locum in allodialibus, & tamen contrarium est Capyc. Latr. *consult.*96. *num.* 5. imò dico augendo motiuum,quia si feudum ex pacto antiquo alienetur in casu licito scil. pro onere feudi non competit agnato prælatio, non ex alia ratione, nisi quia agnatus contrauenire non potest illi alienationi legitimè factæ Cannet. *in cap. volentes, in verbo Prospexit. num.*15. & 16.*fol.*197. Koppen. *decis.* 54. *num.*83. Giurba *de feud.* §. 2. *gloss.* 3. *num.*102.

Probatur tertiò conclusio, tùm ex diuersitate 15
rationis inter feudum ex pacto,& hæreditarium, de qua Capyc. Latr. *consultat.* 28. *numero* 17. *vsque ad* 40. & 44. tum quia Prælatio fundatur in æquitate:ergo dum habemus rigorem scriptum excludentem prælationem *in d. l. Dudum, & in d. l.* 2. *& in d. l. in re mandata præferendus est rigor scriptus. l. Placuit. C. de indic.* & non est concedenda prælatio,nisi in casu à iure expresso, vt bene Reg. Sanfelicius *decis.*110.*num.*9.

Probatur quartò, quia in feudis proceditur ad 16
instar allodialium, quando adest assensus domini, vt supradictum est, in allodialibus vero ex iure communi, & iure municipali ius Prothomiseos,& retractus ratione sanguinis non habet locum; ergo neque debet habere locum in feu-

dis iuxta notata per Arnoldum Iſernium *in conſuetudinibus Burdegalenſibus*, *in tit. de retractu*, §.2.& Tiraquel. *de retract. lignagier*, §.1.*gloſſ.*3. *num.* 10. *&* 11. vbi concludunt retractum in Gallia conceſſum iure ſanguinis in allodialibus, locum habere in feudis, quia feuda poſſidentur ad inſtar allodialium, nec obſtat quod ſequeretur ius Prothomiſeos, & congrui ratione vicinitatis, habere etiam locum in feudis, quod eſt falſum, ſiquidem dico de feudo iudicari prout de allodio, quando adeſt aſſenſus domini, & ſic cum eo, cum quo eſt aſſenſus, ſed cum vicino non eſt aſſenſus domini; ergo ceſſat ius congrui conceſſum ratione vicinitatis, pro quo facit celebris doctrina Regentis Rouit. *in dicta allegat. n.*32. qui poſt omnes dicit, quod conceſſo feudo pro hæredibus quibuſcunque non habet locum prælatio, quia non adeſt qualitas pacti, ſed quando in alienatione adeſt aſſenſus domini, ſimiliter alienatio transfert feudum in quemcunque cum quo loquitur aſſenſus, non habita ratione qualitatis pacti, ex qua ratione Reg. Sanfelicius *in deciſ.*100. *num.*15. dubitat de dicta doctrina Regentis Rouit. ſed illa doctrina communiter eſt recepta, vt per Iulium Clarum *in §. feud. quæſt.*42. Videndus etiam eſt Capycius Latro *d.conſult.*27. *à n.*15. *vſque ad* 34. & *conſult.*28. *à n.*63. *vſque ad* 82.

17 Quia verò Reg. Rouit. *in dicta allegatione*, *num.*103. facit magnum capitale de doctrina Paris de Puteo *in tract. de reintegrat. cap.*241. quod incipit, *an ſi vendantur res feudales*, *fol.*242. *num.*8. vbi ait, quod ſi ex priuilegio vel ſtatuto feudum ex pacto poſſit alienari ſine domini conſenſu, poſſit etiam dominus redimere, & etiam Agnatus, quia quod non dixit conſtitutio, ſtat, & conſtitutio interpretatur ſecundum ius commune, ex quo infert Rouitus, quod licet ſit permiſſa alienatio, adhuc competit prælatio, quare non eſt inconueniens, quod in feudo hæreditario ſit permiſſa alienatio cum aſſenſu domini, & locum habeat prælatio, quæ Rouiti ſententia diſplicet ex eo, quia in feudo ex pacto de iure communi feudorum duo ſunt diſpoſita. Vnum quod non poſſit alienari in præiudicium domini, & Agnati. Alterum quod in caſu alienationis fructuum, competat prælatio domino & Agnato, dicit Paris de Puteo, quod ſi ſtatutum tollit vnum, ſcilicet permittit, quod poſſit alienari feudum ex pacto ſine conſenſu domini, & nihil dicit de alio, ſcilicet de Prælatione, quod iſtud non cenſetur ſublatum, quia quod lex non dicit non prohibetur ſtare *l. Præcipimus*, *C.de appellationibus*, & licet Reg.Sanfelic. *dicta deciſ.*100. *num.*13. conetur ampliare dictum Paridis in omni caſu, pro quo allegat Aluarot *in dicto §. Porro*, *num.*5. *&* 6. & Roſental. *tom.*1. *de feudis*, *cap.*9. *membr.*2. *concluſ.*58. *num.*35. & *concluſ.*89. *n.*5. tamen iſti DD. loquuntur in ſtatuto, & conſuetudine prout Paris de Puteo, & Roſental. qui dicunt idem eſſe in pacto, & conuentione, quod eſt veriſſimum, quia viget eadem ratio, quæ in ſtatuto, & conſuetudine.

18 Vnde apparet concluſionem noſtram, de qua ſupra veriſſimam eſſe & 29. DD. citat Capyc. Latro *in dicta conſult.*27. *num.*11. & pro contraria parte duodecim allegat, vnde in Regno nullus anſus eſt dicere in feudo hæreditario locum habere prælationem, quod ante Regentem de Ponte *deciſ.*11. & allegationem Rouiti dixerunt DD. cum Andrea Afflicto, & aliis, de quibus Loffredus *in dicto §. Titius*, Iacobatius de Franch. *in prælud. feudorum*, *num.*132. Regens Lanarius *conſil.* 69. Grammaticus *deciſ.*103. *num.*107. Præſes de Franch. *deciſ.*1. *num.*29. nec facit obſeruatio decima de Anna, quia generaliter loquitur habere locum ius Prothomiſeos in feudis, & citat Textum *in dicto §. Titius*, in quo etiam ſenſu loquitur Reg.de Marin. *lib.*1. *c.*24. *num.*10. & *cap.*233. poſt verò Regentem de Ponte, & *dictam allegationem*, Rouiti deciſionem fecit Regens Sanfelicius *tom.*1. *deciſ.*100. vbi tamen caſus non fuit deciſus, vt idem in fine aduertit, Regens vero Tappia *deciſ.*57. *Sacri Conſilij* loquitur de retentione propter melioramenta, & ex aliis cauſis, ſicuti, nec articulus fuit deciſus in cauſa Mariliani, de qua Regens Capyc. Latro *deciſ.*57. igitur ſi attendamus authoritatem Doctorum Regni communiſſima & receptiſſima eſt opinio pro excluſione prælationis, quam opinionem, vt à principio diximus illuſtrauit Capycius Latro *conſult.*27. *&* 28. & *conſult.*96. *tom.*2.

Quod ſi perpendamus DD. exteros iſti tenent 19
eandem opinionem, ſiquidem quando Syculi dicunt prælationem habere locum, loquuntur ſanè in feudo hæreditario mixto, in quo præualet qualitas pacti, & de eo iudicant prout de feudo ex pacto; in feudo verò ſimpliciter hæreditario dicunt non habere locum prælationem, & feudum ſimpliciter hæreditarium, intelligunt prout noſtri in Regno intelligunt feudum mixtum, & ita loquuntur Cannetius, & Intrigliolus citati ex aduerſo à Maſtrillo *in conſil. vnico*, *poſt primum volumen*, Suarez *deciſ.*... & *deciſ.*15. *n.*63. Giurba *de feud.* §.2. *gloſſ.*3. *num.*101. in quo feudo mixto non habet locum Textus *in dicto cap. volentes*, Petrus Gregorius *de conceſſione feud. part.*6. *q.*10. *num.*19. & ſic non procedit deciſio Sanfelicij *deciſ.*100. *n.*15.

Doctores Itali ſunt etiam pro noſtra ſenten- 20
tia, vt Iulius Clarus, & Iaſon citati à Rouito, *vbi ſupra*, Peregrinus, Sola, & Theſanrus ſimiliter loquũtur de feudo hæreditario mixto, in quo præualet qualitas pacti, prout loquuntur Syculi & Iacobus Nouell. *de iur. Prothom. in princ. n.*129. noſtram defendit opinionem, & Ant. Monachus *de feud. p.*2. *c.*54. *n.*31.

Doctores Germani, vt Harmandus Piſtor. Scra- 21
derius, Godofredus, Scrufius, & Roſental. citati à Regente Rouito ſimiliter loquuntur in Germania, vbi feuda hæreditaria mixta, iudicantur ſicut feuda ex pacto, & in eis præualet qualitas pacti, prout in Sicilia, & in aliis partibus Italiæ, Regno excepto, ita declarant Berlicchius *in concluſ.*57. *num.*17. *lib.*2. Obret. *de feudis*, *lib.*4. *cap.*9. *n.*28. Andreas Kinken. *de pactis inueſtiturę*, *p.*1. *cap.*2. Kooppen. *in dicta deciſ.*54. *num.*27. Capyc. Latr. *conſult.*28. *num.*54. *vſque ad* 62. DD. Galli procedunt in eo Regno ratione particulari, quia feuda poſſidentur ibi adinſtar allodialium, & in allodialibus datur retractus iure ſanguinis in eodem Regno, vt ſupra diximus Mattienſis *lib.*5. *recompilation. tit.*11. *leg. ſeptima*, *gloſſ.*1. *num.*27. & Facchineus *lib.*7. *controuerſ. cap.*13. loquuntur generaliter in feudis habere locum prælationem, & citant Textum *in dicto §. Titium*, & alia iura feudalia, qui intelligendi ſunt de feudo ex pacto, vt bene hæc omnia conſiderat Capyc. Latr. *dicta conſult.*28. *num.*13.

Nec deficiunt concluſioni ſupra traditæ au- 22
thoritates rerum iudicatarum in Regno, ſiquidem dicta deciſio vndecima Regentis de Ponte proceſſit in Collaterali Conſilio cum interuentu

trium

rium Regentium, vno ex ipsis discordante, vt testatur Capyc. Latr. *dicta consultat.* 27. *num.* 47. Causa Ducis Laurini, Causa Iuliæ Nouæ, & Durazzani habuerunt particulares rationes, nec transierunt cum matura discussione, Capyc. Latr. *consult.* 28. *num.* 47. & 48. causa Ciuitatis Mortulæ, non habuit articulum prælationis, quia feudum erat nouum, sed habuit articulum retentionis, & ex aliis causis, & postremò articulus fuit plenissimè discussus iunctis Consiliariis duarum aularum in causa D. Annæ Carafæ, qui fuit decisus iuxta *supra* tradita, teste Capycio Latro *consultat.* 28. *num.* 99. & licet pars aduersa conetur assignare aliam rationem illius decisionis, scilicet, quia D. Anna erat concepta, & nata post alienationem, tamen illa ratio non erat sufficiens, quia ex *dicto* §. *Titius*, Prælatio conceditur agnatis etiam natis, & conceptis post alienationem, vt dicunt Præses de Franch. *decis.* 169. *num.* 22. Camil. de Curt. *part.* 1. *in diuers. num.* 178. Peregr. *decis.* 150. *num.* 25. Kooppen. *dicta decis.* 54. *n.* 76. vbi hanc dicit esse communem sententiam, & nouissimè in causa prælationis petitæ per sororem Ducis Cilentiæ in causa Mileti venditi Regenti Muscettulæ fuit iudicatum per Sacrum Consilium non esse locum prælationi. Decisio Rotæ Romanæ de qua Peregrin. *in d. decis.* 150. *n.* 26. *in fin.* loquitur de feudo hæreditario mixto, in quo præualet qualitas pacti; Romæ enim seruatur quod in Sicilia.

23 Sunt etiam plures casus particulares, in quibus non competit prælatio agnato in venditione feudi quatenus de iure possit competere inter alios si ille, qui vendit feudum sit hæres Patris, & ipse sit debitor, & venditor, & ideò non habet prælationem, quia ille, qui vendit non habet iura retractus, sicuti nec debitor post adiudicationem factam creditori additur ad offerendum debitum Ripa *in leg.* 1. *num.* 20. *ff. de Priuil. creditorum*, Tiraquel. *de retract. lignagier*, §. 5. *gloss.* 9. *num.* 40. *cum seq.* Peregrin. *decis. Patauina* 21. Capyc. *decis.* 40. Afflict. *decis.* 187. Morotius *de iure offerendi*, *num.* 39. quod etiam procedit si propter debita Iudex vendat, quia factum Iudicis censetur factum partis, *leg. si ob causam, C. de euictionibus, in puncto*, Reg. Sanfelic. *decis.* 100. *num.* 26. & 27. & *decis.* 103. *num.* 3. *cum seqq.* Peregrin. *in dicta decis.* 21. & hoc est quod dici solet in venditione sub hasta, vt non habeat locum ius congrui, scilicet respectu debitoris, qui soluendo debitum poterat rem liberare, & Iudex deuenit ad venditionem ob solutionem debiti à debitore non factam, vnde non est amplius audiendus, Romanus *cons.* 107. Cassaneus *in consuetudinibus, rubr.* 10. §. 9. *num.* 5. Capyc. Latro *in dicta consult.* 28. *num.* 83. respectu vero agnati bene habet locum retractus in venditione sub hasta Reg. Sanfelic. *dicta dec.* 100. *n.* 26. & *decis.* 103. imò non adest decisio, nec exemplum in Sacro Consilio quod debitori sit concessus retractus, nec etiam hæredi facta venditione sub hasta ipso hærede possidente solùm in causa Affictus Terræ Ebuli. Dux obtinuit prælationem, quia Vniuersitas petierat præferri, & quia per Constitutionem Regni nostri, Iurisdictio erat administranda per Ducem, obtinuit Dux prælationem Sanfelic. *decis.* 107. *n.* 8. Peregr. *d. decis.* 21.

24 Secundus casus, in quo non conceditur prælatio est quando agnatus qui illam prætendit, passus fuerit feudum licitari, quia competit prælatio, & agnatus profertur pro pretio, prout res valet secundum appretium, & æstimationem faciendam per Tabularios, & expertos, & non tenetur pro valore pretij, quod de feudo reperitur tempore licitationis, imò agnatus impedit licitationem, vt bene Lanarius *in additionibus ad Patruum*, *dicto* §. *sed etiam res*, *à num.* 41. *per totum* 72. vbi *num.* 64. scribit ita fuisse iudicatum per Sacrum Consilium, & etiam in Collaterali Consilio, primum in causa Illustr. Marchionissæ Piscariæ, de qua facit decisionem Regens Tappia *in decis.* 57. *Sacri Consilij*. Secundò, in causa Illustr. Marchionis Acquauiuæ cum Illustr. Marchione Quaratæ super Comitatu Iuliæ Nouæ, in qua scripserat pro contraria parte Consiliarius Theodorus *in allegat.* 92. & fuit iudicatum contra. Tertiò, in causa Illustr. Ducis Lareni cum creditoribus paternis. Quartò, in causa illorum de Vicedominis. Quintò, in causa Alexandri de Loffredo cum illis de Sparano, patrocinante eodem Lanario, qui *num.* 72. dicit se vidisse posteà processum alterius causæ Ioannis Baptistæ de Ebulo, quo iunctis aulis fuit idem iudicatum, & idem iudicatum fuit iunctis aulis in causa Ducis Montis alti, vt refert Capyc. Latro *consultat.* 96. *num.* 35. *lib.* 2.

Vnde vel dictus retractus, siue Prælatio non conceditur facta licitatione, sed solum ante licitationem, quando creditores instant pro venditione; & tunc admittitur agnatus pro pretio iuxta æstimationem faciendam per Tabularios, & expertos, vt dicit Capyc. Latro, dum ait, quod ista reuocatio procedit ante factam venditionem *in dicta consult.* 28. *num.* 21. & 22. vel si admittitur Agnatus ad prælationem, & retractum facta licitatione, similiter tenebitur iuxta appretium faciendum per Tabularium in beneficium, & damnum emptoris, quod probatur ex eo, qui alias maximum esset inconueniens, quia agnatus si videret paratos licitatores, vel timeret licitatores vltra appretium factum per Tabularios posset impedire licitationem, vel esset facta licitatio infrà sextam partem pretij, posset lucrari illam sextam partem, si admitteretur ad prælationem pro pretio oblato per emptorem, quia in Regno nostro admittitur sub hasta læsio sextæ partis Præs. de Franch. *decis.* 120. *num.* 7. & *decis.* 224. *num.* 2. & *decis.* 588. *num.* 9. & sic semper agnatus esset in lucro contra regulam legis, cum secundum naturam de reg. iur. ex qua, cuius est commodum debet esse incommodum præter eum quod deluderetur authoritas Iudicis, & hastæ iudiciariæ ex qua tenetur Iudex obseruare venditionem, Bart. *in l. licitat*, *num.* 4. *ff. de public. & vectigal.* & *in l. si tempora*, *Cod. de fide hastæ fiscal. lib.* 10. Sanfelic. *decis.* 104. *num.* 11. *lib.* 1. quod vtique cessat quando agnatus teneretur pro pretio iuxta appretium; quia tunc emptor esset loco venditoris, vt in materia iuris congrui vigore consuetudinis dicunt Napodanus & Reg. Rouit. *infrà* citandi. 25

Differentia verò est quod retractus competat pro pretio iuxta æstimationem Tabularij, vel quod competat pro pretio oblato per emptorem, quia in primo casu prerium est exbursandum totum de contanti, nulla habita ratione dilationis, concessæ emptori, & habito respectu ad tempus appretij faciendi pro exequutione sententiæ; in secundo vero casu pretium soluendum esse, prout fuit ab emptore oblatum, etiam respectu dilationis; accedente tamen pro dilatione consensu venditoris, siue creditorum ad quorum instantiam fuit facta venditio Regens Sanfelic. 26

*deciſ.*101.*num.*7. Reg.Rouit.*dec.* 24. quod idem practicatur in iure congrui vigore conſuetudinis Neapolitanæ, quia pretium ſoluendum per vicinum debetur iuxta extimationem faciendam per Tabularios,& ideo augmentum & diminutio pretij cedit commodo, & damno emptoris, qui eſt loco venditoris Napodan. *in conſuetud. quæ incipit ſi quis emit, in gloſſ. fuerit, num.*45. Reg. Rouit. *d. deciſ.*24. *num.*17. *&* 30. ſicut etiam practicatur in poſſeſſore conuento hypothecaria, qui propter meliorationes poteſt offerre extimationem Francus *dec.*38. Merlin.*cap.*93. *num.*12. D.Ferdin.Arias de Meſa. *lib.*1.*var.cap.*49.

27 Tertius caſus, in quo non competeret agnato prælatio in feudi venditione eſt quando comparuit in licitationes; quia comparente agnato, & nihil dicente,ſibi facit præiudicium,provt in ſimili videmus in creditore poſteriore, qui habet ius offerendi,quia ſi eſt præſens licitationi, cenſetur excluſus per præiudicium, quod ſibi facit Theſaur. *deciſ.*157. *num.*10. de qua deciſione, cum dubitaſſet Morotius *in tr. de iur. offerendi, num.*40. caſus iterum accidit, & fuit confirmata Theſauri deciſio, vt aduertit Theſaurus filius ad Patrem *in addit. in d. dec. in lit. B*, ſicut etiam dicimus de retractu, & iure Prothomiſeos, vt latè Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.*116. 119. *&* 148. *cum ſeqq.* Koopen. *in dec.*54. *n.*71. Roſental. *c.* 9. *de feud. concl.*14. vndè concludit Tiraq. quod ceſſare debet retractus,ſi agnatus potuit prohibere licitationem, & non prohibuit,ſecùs ſi non potuit prohibere, & hoc ſecundo caſu retractus habet locum, facta iam venditione; ſed in primo caſu locum habet tantum ante venditionem, & licitationem, à qua non recedit Morotius *d. num.*40. & in ſpecie quod factis ſubhaſtationibus præſente Agnato non habeat locum prælatio in feudo, diſponitur argumento Text. *in d. leg. ſi tempora, C.de fide haſt.Fiſc. lib.*10. Rouit. *conſ.*21. *num.*4. *in lib.*2. Bilott. *in concl. feud. concl.*19. *num.*8. ergo in venditione facta ſub haſta prælatio non procedit, quando agnatus eſt præſens.

28 In feudo ergo locum habet inhibitio, & prohibitio venditionis *vt in c.* 1. §. *Donare. verſ. Porro ſupra cit.* & in Regno ſic obſeruatur per ſententias deciſiuas ſupra relatas, in quibus fuit iudicatum teneri agnatum pro pretio extimandò non autem licitando, item locum habet redemptio,& inhibitio, quæ differunt à retractu, quia ex dicta inhibitione & redemptione fit reuocatio, non autem competit retractus Capyc. Latr. *conſult.*27. *num.*43. *&* *conſult.*28. *num.*2. *vſque ad* 26. & hoc eſt quod *in d. c.* 1. §. *ſi quis decedens* dicitur quod agnatus recuperat feudum, ſi alienationi conſentit, vel per annum à die ſcientiæ tacuerit, quia ex quo locum habet inhibitio, quando Agnatus habet ſcientiam futuræ venditionis, inhibitione non facta, ſibi præiudicat, & procedit Text. *in d. verſ.* Titius, ibi *(Niſi taceat per Annum)* & propterea ſi poterat inhibere licitationem, & non prohibuit, ſibi præiudicauit in recuperatione vel quia fuit in culpa in non licitando, vel ſi licitauit fecit ſe vincere.

29 Imò notandum eſt quod poſita licitatione excluditur Agnatus, vt nec etiam gaudeat tanquam creditor priuilegio legis primæ *ff. de priu. creditor.* quia hic Text. procedit quando concurrunt creditores pro venditione, & ſic ante venditionem non autem ea facta, vt bene Petr. Vanneranus *in tr. de priu. creditor. c.*12. *tom.*18. *tractat. diuerſ.* cum pluribus aliis DD. quos citat, & ſequitur Reg. Sanfel. *dec.*104. *num.*19. *lib.*1. vbi ait ſic deciſum per ſacrum Conſilium, quod idem dicit *dec.* 100. *num.*20. & Capyc. Latr. *conſult.*27. *num.*60. & fuit aliàs deciſum de anno 1575.ab eodem ſacro Conſilio iunctis Aulis, vt referunt de Bottis, & Mangrella *in add.* ad Bart. *in d. l.* 1. *ff. de priu. credit.* quod etiam dicunt Sanfel. *deciſ.* 104. *num.* 19. Capyc. Latr. *conſult.*28.*num.*97.*in fine*, Præterea Textus *in d.leg.*1. *ff. de priu. credit.* diuerſos habet intellectus, primum Dinus, & Albericus dicunt illam procedere, quando agnatus eſt creditor maioris ſummæ Capyc. Latr. *conſult.* 27. *num.*55. ſecundo gloſſ. *in d. leg.*1. *in verb. Non cum bona, in prima lectura*, dicit procedere quando bona adiudicantur creditoribus, non reperto emptore, non autem quando venduntur Capyc. Latr. *vbi ſupra,num.*95. *cum ſeqq.*

Vnde propoſito dubio in Sacro Conſilio in- 30
ter Illuſtr. Ioſephum Longo Marchionem Sancti Iuliani cum Illuſtr. Domina Delitia Carafa Principiſſa Supini, die 21. Maij 1644. interuenientibus Reg.Conſiliariis D.Franc. Sauio, Didaco de Mindicta, Ferdinando Arias de Meſa. Thoma de Aquino, Scipione Salituro, Aloyſio Gambea cauſæ Commiſſario, & Ioanne Batt. Iouino fuit interpoſitum decretum, non eſſe locum petitæ prælationi ex cauſis, & idcirco fuit abſolutus conuentus, ſcil. Marchio Sancti Iuliani, in qua deciſione vt dixit Conſiliarius de Aquino fuit habitum pro vero, quod prælatio locum habet in feudo hæreditario: tamen quod non procedat ad commodum alterius, quia ergo in caſu prædicto præſumebatur quod non habebat pecuniam propriam agnata pro feudo emendo, nec ei proderat pro ſe emere;propterea, iuxta terminos deciſionis Capycij Latro 57. in cauſa Marigliani fuit deciſum prælationem non competere,idque communi omnium voto.

In quo articulo prælationis obſeruo proce- 31
dendum eſſe abſque termino,cum ſit merus iuris articulus,vt fuit pluries practicatum in ſimilibus cauſis prælationis bonorum feudalium, vt deciſum Reg.Sanfel. *dec.*17.*num.*3.*tom.*1. poſt Reg. Galeot. *controu.*44.*num.*17.In cauſa vero Delitiæ Carafa Principiſſæ Supinæ cum Marchione ſancti Iuliani fuit ad tollendas dilationes per Sacrum Conſilium ordinatum, quod infra 40. dies pro omni termino, & nominatione partes deducant eorum incumbentia; tam per teſtes, quam per ſcripturas.

Secunda concluſio in feudis hæreditariis mixtis qualia ſunt omnia hodie in regno, vt bene Francus *deciſ.*387.Camil.de Curt.*in diuerſ.feud. fol.*49. *num.*53. *vſque ad* 57. competit prælatio, tam filiis,quam agnatis, vt ex iuribus ſupra citatis habetur, & licet nonnulli DD. tenuerint iura prædicta in feudis ex pacto,& prouidentia; non autem in feudis hæreditariis quia eadem deciſionis ratio verſatur tam in vno, quàm in alio;contrarium cenſuerunt plures DD. qui reſpondent etiam ad argumenta contraria poſt alios Iulius Clarus *in* §. *feud.quæſt.*42. Reg.Rouit. poſt deciſionem Reg.de Ponte 11.Tomingius *deciſ.*43. Facchin. *lib.*7. *cap.*10. De Ponte *d.deciſ.*11. & poſt alios de Marin. *lib.* 1. *cap.*24. *num.* 10. *& cap.*253.*num.*1. Reg.Sanfel. *d.dec.*100.*à num.* 1. *vſque ad num.* 36. In cauſa prælationis Terræ Brioli, & in fine deciſionis teſtatur paſſim iudicari ſecundum hanc opinionem,in qua cauſa,& pro prælatione ſcripſit doctiſſimus Carolus Brancatius, teſte Reg. Sanfelic. *num.* 18. & contra

prælatio

prælationem pro creditoribus consuluit dominus Reg. Capyc. Latro *consult.27.& 28. lib. 1.* & Reg. Sanfel. *vbi supra.*

32 Conclusio patet, quia Prælatio prædicta fuit introducta vrgenti ratione, tam naturali, quam diuina, quâ res & bona à maioribus obuenta appetere licet, vt in familia conseruentur vt ex pluribus sacræ paginæ locis, probat Lucas de Penna *in leg.1. column. 2. C. de imponend. lucratiu. discret.* sequitur Mattiensis *l.5. ad leges Hispanas in tit. de emptione, leg.7. glos.3.* Farinacius *dec.173.à num.2. part.2.* in Posthumis, ex quibus bonis maiorum honor, decus, & splendor familiæ conseruatur & posteri maiorum exempla sequi inuitantur, & ex his consideratur interesse in reuocandis alienationibus ad Text. *in l. Imperatores, ff. de Pactis, & in l. si emptione, ff. de minoribus, & in l. libertus, qui soluendo, ff. de bon. libert. & in l.1. §. & alios, ff. si quid in fraudem Patroni, & in l. qui officij ff. de contrahenda empt. & in l. in lites prohibentur, ff. de re Militari, & in l. res, quæ Tutores, C. de administ. tutorum*, in quibus iuribus habetur, quod interest nostra penes nos conseruari ea, quæ nostrorum maiorum fuerunt, ne ad alienas manus perueniant Tiraq. *de retract. consanguin. in præfat. num.34.* & proinde agnatum extraneo præferri, iura prædicta disposuerunt vt benè Sanfel. *d. dec.100. num.6* & multo magis procedunt in tractatu de conseruanda dignitate Principatus in familia, quod satis Reipublicæ interesse fundatur *l.1. §. sed & si, vbi gloss. ff. de ventre inspiciendo*, ad quod etiam respexit ius Prothomiseos, vt ex Iacobo Nouel. *in d. tr. de iur. Prothom.* Reg. Sanfel. *vbi supra, num.35.*

33 Quæ conclusio, vt in feudo hæreditario mixto locum habeat prælatio plures habet iudicaturas in pluribus causis in his sacris Prætoriis comprobatas.

Prima decisio in hoc regno fuit in causa Iuliæ Muscettulæ, pro qua scripsit Rouit. vt in allegationibus insertis post dictam decisionem 11. Reg. de Ponte cum Mutio Simonetta, pro quo allegauit Consiliarius Cæsar Alterisi. tunc Aduocatus.

Secunda fuit in causa Ducis Laurini sub die 22. Ianuarij 1614. in Banca Sarri de qua Capycius Latr. *decis.57. num.2.*

Tertia in causa Durazzani sub die 23. Iulij 1615. in qua fuit data prælatio Dianæ de Loffredo sorori Antonij de Loffredo in Banca Figliolæ, patrocinante famigerato Aduocato Orlando Franco.

Quarta in causa Ducis Lareni cum creditoribus paternis in Banca de Ferrariis, de qua Lanarius *in additionibus ad Patrunum in d. §. sed & res, num.64. fol.336.*

Quinta in causa illorum de Vicedominis in Banca de Mannellis postea solatij, de qua Lanarius, & Capyc. Latro *vbi supra.*

Sexta in causa Alexandri de Loffredo cum illis de Sparano in Bãca Burrelli, & in causa Marchionissæ Piscariæ, de qua Reg. Tap. *decis.57.* & in causa terræ Mottulæ iunctis Aulis ad relationem Consiliarij Carauitæ, de qua Capyc. Lat. *vbi sup.* Et in causa Iuliæ Nouæ, in qua allegauit Theodor. *alleg.92.* & pro Marchione Coratæ emptore scripsit Orlandus Francus, de qua Theodorus *vbi supra*, & in causa Ciuitæ nouæ, & Castri Pignani, & in causa Serræ Capriolæ in causa Ducis Montis alti, testatur Capycius Latro, *vbi supra.* In causa etiam Terræ Lauri, & in causa Afflictus Ciuitatis Grauinæ, in qua fuit data prælatio Ducissæ, iunctis Aulis, & in aliis pluribus quotidie practicatur.

Nec obstat decisio Sacri Consilij lata sub die 34
decimonono Decembris *1626.* in Banca Romani, iunctis Aulis in causa D. Annæ Mariæ Carafæ cum domino Alonzo Sanchez, vbi fuit exclusa à prælatione Castri Sancti Elpidis, dicta D. Anna, siquidem causa prædicta fuit determinata per alia media, vt bene Capyc. Latr. *d. decis.57. num.2.* hoc est, quia D. Anna non erat nata, nec concepta tempore venditionis, sed longè post plures annos, quo casu prælatio non datur non natis, neque conceptis; tempus enim contractus attenditur pro obtinenda prælatione, iuxta notata per Bald. *in l. idem erit ff. de statu hom.* Alberic. *in l. qui in vtero, ff. eod. tit.* Arnoldus Ferron. *in consuetud. Burdigal. in lib.1. §.9.* Decius *consil.121.* Censius *decis.28. num.4.* quia non nati, nec sunt agnati, nec cognati, nec proximiores, *l. fin. ff. de collat. bonorum, nec de familia, l. si ita fuerit, ff. de legatis 3.* & Text. *in d. §. Titius* dat facultatem retrahendi agnato tunc existenti.

Vndè non solùm in Sacro Consilio, & Reg. 35
Collaterali decisum fuit competere prælationem in feudo hæreditario mixto, vt supra dicebamus sed etiam toto ferè orbe terrarum, vt testatur Peregr. *in dec.21. num.5.* vbi sic sæpissimè obtinuisse, ac iudicatum fuisse, ac hodiernis temporibus cessare hanc dispositionem. Rota Romana sic censuit, vt idem Peregr. sic testatur *in decis.150. num.26.* Papponius, qui sic iudicatum in infinitis arrestis Franciæ fatetur *tit. 5. arresto 6. & tit.7. Arresto 1. & lib.13. tit.1. de feud. arres.2. in fine.* Propterea in hoc Regno per tot decisiones, vt supra factas dicitur inducta consuetudo sic iudicandi in feudis hæreditariis mixtis, & huic consuetudini iudicandi multum esse deferendum, vt minimè mutari debeant, quæ certam, & antiquam habuerunt determinationem, dixerunt Mainardus *dec. Tholosana 56. l.4.* & Fontanel. *claus.7. gloss.2. part.3. num.57. de pactis nuptialib.* ita de hoc articulo non sit amplius disputandum.

Tertia conclusio de iure communi feudorum 36
in venditione feudi antiqui facta, vel facienda extraneo, competat prælatio agnato proximiori per Text. *in c. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestitura, & c.1. §. Porro qualiter olim poterat feudum, &c. c.1. §. Titius si de feudo defuncti, &c.* Consiliarius Rocco *resp.7. tom.2.* Reg. Rouit. *consil.21. tom.2.* Reg. de Marin. *resolut.233. tom.1. & resolut.115. tom.2.* Mastril. *decis.8.* Reg. de Ponte *dec.11.* vbi latissimè allegat Rouit. Reg. Sanfelic. *decis.100. & decis.104. num.9. & dec.268.* Reg. Capyc. Latr. *dec.57. tom.1.* Quæ conclusio fundata est in ratione sanguinis, nempe, vt bona, quæ fuere maiorum, conseruentur in illis de sanguine scilicet de agnatione, & familia. *l. si in empt. & vendit. l. Dudum 14. C. de contrahenda empt. in ver. proxim.* quod explicat Gloss. consanguineis, *& l. lex naturæ 22. Cod. de administrat. tutorum* Ioannes Deckheri *lib.1. discept. iuris. discept.17. n.16. cum duobus seqq.* Bilotta *concl. feud.19. num.1. & 2.* Reg. Marcian. *disp.50. num.10. tom.1.* Reg. de Marin. *d. resolut.233. num.1. & 11.* Reg. de Ponte *in lectione feud.17. num.3. & decis.11. num.7. & seqq.* Reg. Sanfelic. *dec.100. num.6. vsque ad 21. & 75.* Reg. Capyc. Latr. *d. dec.57. tom.1. & dec.168. num.31. tom.2.* & ideo non competit agnatis collateralibus pro feudis nouis, cum in eis cessat dicta ratio finalis

contem

contemplata à iure ſcilicet ſanguinis, & conſeruationis bonorum maiorum in illis de ſanguine, ſiue de agnatione, & familia, dum ipſi non ſunt de ſanguine, nec de agnatione, & familia, & feuda noua non ſunt maiorum; ceſſante ergo dicta ratione ſanguinis, ſiue agnationis, & familiæ, ſuper qua eſt fundata prælatio, ceſſat ipſa prælatio, vt bene declarat Conſiliarius Roccus *d. reſp. 6. tom. 2.* Marcian. *in d. reſp. 50. num. 25.* de Marin. *reſol. 24. num. 10. tom. 1.* Reg. Sanfelic. *deciſ. 100. num. 55. & 80. & deciſ. 104. num. 20.*

37 Limitatur tamen prædicta concluſio quando agnatus, vel agnata non probauerit, eſſe feudum, forſitan quia dubitetur rem eſſe feudalem, quia ſi non conſtiterit eſſe feudum non competit prælatio, imò poteſt eſſe, quod appareat feudum, ſed non ſit tale, forſitan quia ſunt diuerſa burgenſatica cum mera diſcuſſione primarum, & ſecundarum cauſarum, quæ de ſui natura non facit eſſe feudum, ſed regaliam per Text. *in cap. 1. quæ ſint regalia.* Montanus *de regalibus, tom. 1. in fin.* Reg. Reuert. *deciſ. 449. num. 1.* Reg. de Marin. *vbi ſupra, num. 2. & in reſ. 31. num. 2. tom. 2.* quæ iuriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum poteſt concedi à domino, vel in feudo vel in allodio Afflict. *in c. 1. §. & contrar. de inueſt. feudal.* Montan. *de regalibus, num. 18.* propterea ad dignoſcendum cuiuſnam qualitatis ſit iuriſdictio conceſſa ſi in feudum, vel in allodium, eſt diligenter attendendus tenor inueſtituræ. *c. Porro de priuileg. c. 1. de duobus fratribus.* Montan. *de regalibus, num. 37.* Vrſin. *de ſucceſſione feudi, part. 2. quæſt. 1. art. 1. num. 5.* ita quoque eſt ſancitum in hoc regno in reformationibus Tribunal. Reg. Cameræ *per Pragmat. 75. num. 11. in tit. de off. Procurat. Cæſaris.*

38 Quapropter ſi adſit inueſtitura de aliqua regalia, & illa non cantet expreſsè in feudum, vel per verba æquipollentia feudalitatem importantia, nempè ad fidelitatem, vel ſub feudali ſeruitio, ſed ſimpliciter, tunc in dubio de iur. communi non dicitur facta ſub natura feudi, ſed in allodio. *cap. 1. in tit. quis dicatur Dux.* Amicangelus. *de regalib. cap. 1. num. 19.* Montan. *in prælud. feud. quæſt. 7. num. 36.* Reg. Reuert. *deciſ. 491. num. 4. tom. 2.* Reg. Rouit. *deciſ. 72. num. 42.* & in puncto iuriſdictionis conceſſæ, abſque expreſſione importante feudalitatem, ſed ſimpliciter, quod tali caſu præſumatur in allodium, & non in feudum, dixit de Ponte *n. 5. 9.* & 10. Montan. 139. *num. 20.* & in regno eſt communis ſententia.

39 Si verò non conſtet de inueſtitura, & contentio non ſit cum domino, ſed inter particulares, ſi prætendat agnatus præferri in emptione rei, vti feudalis, tenetur probare hanc qualitatem feudalitatis, vti fundamentum ſuæ intentionis. *l. ei incumbit. ff. de probat. l. qui accuſare, C. de edendo*, maximè dum habet præſumptionem iuris contra ſe, nempè, quod quælibet res præſumitur potius burgenſatica, & ſic libera quam feudalis, & ſerua. *cap. 2.* ſi de feudo fuerit controuerſia. Reg. de Ponte. *conſil. 50. n. 19. lib. 1.* Rouit. *conſil. 26. num. 11. tom. 2.* Amatus *conſil. 5. num. 1. & 2.* Montan. *controu. 19. num. 9. & in tr. de regalibus, fol. 140. num. 20.* itaque non probata per aduerſarium dicta feudalitate in hoc iudicio retractus intrat vulgata regula, quod actore non probante reus abſoluit *d. l. qui accuſare*, quæ locum habet etiam in controuerſiis feudalibus Roſental. *de feudis, cap. 12. concluſ. 57. & ſeq.* Vulteius *de feudis, lib. 2. in tit. de proceſſu iudiciario, cap. 3. num. 19.* Maximè quando non eſt deſcriptum in quinternionibus, & cedulario Reg. Cameræ ſummariæ, quo caſu burgenſaticum, & non feudale dicitur argumento Text. *in l. Titiæ teſt.* vbi DD. *de legat. 1.* Afflict. *in cap. 1. num. 77. in tit. ex quibus cauſis feudum amittatur* Anna *conſil. 129. num. 11. lib. 2.* de Ponte *conſil. 30. n. 18. tom. 1.* Rouit. *conſil. 26. num. 10. tom. 2.*

Neque obſtat, ſi fuiſſet ſolutum releuium debitum per mortem feudatarij, vigore cuius ſolutionis reſultare videretur, vel præſumpta inueſtitura feudalis, vel quædam præſumptio feudalitatis, iuxta notata per Afflictum *in cap. 1. n. 79. in titul. ex quibus cauſis feudum amittatur.* 40

Reſpondeo, quod neutra ipſarum præſumptionum procedit in caſu noſtro, non procedit præſumpta feudalis inueſtitura, quia licet ex curſu 30. annorum cum præſtatione ſeruitij regij, illa reſultet per Text. *in cap. ſi quis per triginta, ſi de feudo defuncti Vir*, &c. Tamen in regno noſtro non admittitur inueſtitura præſumpta; dum Rex noſter eſt abſens, & eius Vicarius non habet facultatem de nouo infeudandi; ac proindè requiritur expreſſa inueſtitura, iuxtà notata per Montanum *de regalibus, fol. 194. num. 25.* Neque ex vnica ſolutione releuij reſultat præſumptio, & quaſi poſſeſſio feudalitatis, quia concluſio procedit inter fiſcum, & Baronem ſcilicet inter recognitum, & recognoſcentem, ſecùs verò quando agitur inter alios particulares, inter quos ſemper militat præſumptio allodialitatis, vt benè declarat Maſcard. *de probationibus, concl. 79. num. 11.* de Ponte *conſil. 72. volum. 2.* Intrigliol. & alij, quos refert Capyc. Latro *deciſ. 93. num. 5. & ſeqq. tom. 1.*

Neque obſtat ſi ipſi contrahentes vocaſſent feudum, quia dicta aſſertio regulatur à clauſulis ſubſequentibus, vbi habetur feuda in feudum, burgenſatica in burgenſaticum feudi natura in aliqua non mutata, vel alterata; tum quia, dum controuertitur an ſit feudum, & principaliter diſputatur de qualitate feudali, talis aſſertio non præiudicat ipſis ſic aſſerentibus Reg. de Ponte *conſil. 30. num. 17.* Rouit. *conſil. 26. num. 4. tom. 2.* cum non ſit in poteſtate noſtra, de feudo facere allodium, nec de allodio feudum, *c. ſi verò contigerit de allodio* de Ponte *d. conſil. 30. num. 17.* ſed rex poteſt tantum creare feudum Amatus *conſil. 5. num. 22.* nec tandem obſtat: ſi ſuper alienatione fuiſſet impetratus regius aſſenſus; quia non per hoc diceretur feudum; nam aſſenſus impetratur etiam in alienatione rei, quæ ſit de regalibus; licet retineatur in burgenſaticum, qui in conſtitutione regni, quæ incipit ſcire volumus, & hac de cauſa præſumitur impetratus ad euitandam feudalitatem, & ſic ſeruitutem de Pont. *conſil. 30. num. 11. lib. 1.* Montan. *de regal. fol. 143. num. 24.* 41

Itaque non probata concludenter qualitate feudali, in qua ſe fundat aduerſarius, non poteſt prætendi prælatio fundata in conditione feudali, quia non conſtito de re feudali, ceſſat diſpoſitio circa feudales controuerſias ordinata DD. *in cap. cæterum de iudicijs.* Scrader. Intrigliol. & alij, quos refert Ciriac. *contr. 712. num. 76. tom. 4.* 42

Limitatur ſecundò concluſio, vt deneganda ſit prælatio in feudis cuicunque Agnato, ſi non probet ſe eſſe agnatum, quod non probatur per fidem baptiſmatis, quia fides baptiſmatis non probat, niſi ætatem per Pragmaticam primam de Parœcis, Capyc. Latro *deciſ. 166. num. 56. tom. 2.* 43

&

& agnatio ad finem succedendi in feudo, vel illud reuocandi probari debet per descendentias per gradus distinctos coniunctionis sanguinis à primo acquirente feudum Soccin. iun. *consil.76. num.65.* Decius *consil.431. num.4.* & *consil.471. tom.2.* Mandel. *consil.61. in fine,* Beccius *cons.137.* & *consil.138. num.4. vsque ad 7. lib.2.* Mascard. *concluſ.76. volum.1.* Camil. de la Rata *part.9. de feud. dilucidat.59. num.3.* Cacheran. *decis.162.* Non ergo probata legitima descendentia à primo acquisitore feudi, & agnatione in gradu successibili, neque competit prælatio, iuxta quam opinionem semper fuit iudicatum in nostris supremis Tribunalibus, nempe in anno 1644. R.C. Summariæ in causa Nicolai Nani, emptore feudi Montis Leonis,, de qua Consiliarius Rocco *resp.6. tom.2.* in anno 1637. in S. Reg. Cons. in causa Liuiæ Zattaræ cum Reg. Consiliario Iulio Mastrillo emptore Marigliani, de qua Capyc. Latro *decis.57. tom.2.* in anno 1622. in Collaterali Consilio in causa D. Petri de Cauaniglia cum Francisco de Angelo emptore Terræ Sancti Ioannis Rotundi, de qua Marcian. *disp.5.* & signanter, *num.25. tom.1.* & per prius in anno 1604. in causa Iuliæ Muscettulæ cum Mutio Simonetto emptore, de qua Regens de Ponte *decis.11.* quia hæc prælatio, vt *suprà* dicebamus fundata est in iure sanguinis, quod si probat agnationem per descendentiam ex fœmina, tunc dico quod licèt vti fœmina sit caput, & finis suæ propriæ familiæ de Ponte *decis.11. num.16.* Gratian. *cap.428. num.8. tom.3.* dicitur agnata per Textum *in §.1. institutionibus de legitima agnatorum successione, §.1. institutionibus de legitimis tutoribus, l.iuris Cons. §.1. ff. de gradibus, l.inter agnatos, ff. vnde legitimi,* Honnedeus *consil.7. num.19. tom.2.* Gratian. *dict. cap.428. n.7.* Camil. de la Rata *part.9. dilucid.32. num.4.* Hodierna ad Surdum *decis.9. num.14.* Vnde etiam fœminæ competeret prælatio, vt fuit decisum in S. Consilio, & in Collaterali, teste de Ponte *de-*
44 *cis.11.* Capyc. Latro *decis.57.* Quod si fœmina sit descendens ex fœmina non est de agnatione, & familia feudatarij, & sic non est agnata, sed cognata, *§. vulgo quæsit. institutionibus, de succes. agnatorum, l.inter agnat. ff. vnde legitimi,* Hodierna *vbi suprà,* Montan. *controu.1. num.31.* & *contr.5. num.5.* Rouit. *in Pragm.11. de feud. num.7.* Rota coram Durano *decis.36. num.3. tom.1.* & coram Gregorio XV. *decis.293. num.29.* & vti cognata penitus est exclusa à dicta prælatione feudi, cum regulariter de iure communi feudorum in venditione feudi antiqui facta extraneo non cognatis, sed tantùm agnatis sit concessa prælatio *dicto cap.1. §. sed etiam, in tit. per quos fiat inuest. cap.1. §. Porrò, in tit. aliter olim,* &c. *cap.1. §. Titius, si de feud.* Defuncti controuersia sit, & in puncto quod fœmina descendens ex fœmina, tanquam cognata non sit admittenda ad prælationem feudi antiqui venditi extraneo, pluries fuisse decisum in Collaterali Consilio testante Reg. Marcian. & de Ponte *vbi suprà*, quia talis prælatio, quæ datur consanguineis fundata est in ratione sanguinis, & vt bona maiorum conseruentur in illis de sanguine, ac agnatione, & familia, vt *suprà* dicebamus, sed cognata, quæ descendit de fœmina non est de sanguine, vt ait Staiban. *resp.101. num.14. tom.2.* Regens de Ponte *decis.5. n.11.* ergo non ei competit prælatio si sit fœmina descendens ex fœmina.

45 Neque obstat quod hodie per ius nouissimum Authenticorum sit sublata differentia agnatio-

nis, & cognationis, & sola proximitas attendatur per Textum *in §.1. & §. si vero, Auth. de hæred. abinteſt.* & *in l. meminimus, C. de legitimis hæredibus,* Cyriacus *controuers.405. num.44. tom.3.* Rota coram Durano *dicta decis.36. n.34. tom.1.* Respondeo enim fuisse sublatam differentiam per legem Romanorum, quæ leges non procedunt in materiis feudalibus, nisi in defectum legum feudalium *cap.1. de feud. cognit.* Schrader. *part.8. de feud. cap.2. num.7. tom.1.* Camerar. *in cap. Imperial. fol.62. littera R,* Montan. *in dict. cap. Imperial. §. Præterea, fol.139. à num.45.* Rouit. *in dicta Pragm.11. n.17. de feud.* Marcian. *dicta disp.50. num.21. tom.1.* de Marin. *resol.233. num.13. tom.1.* & *resol.31. num.7. tom.2.* sed de iure feudorum solum agnatis competit prælatio, vt *suprà* dicebamus; ergo differentia agnationis, & cognationis non est sublata in feudalibus, vt bene tenet Rouit. *dicta Pragm.11. num.7. cum sequentibus,* vbi ait falsum esse axioma tenentium contrarium.

Quod si prætendatur dictam differentiam esse 46
sublatam etiam in feudalibus, saltem de iure Regni nostri per gratias concessas eidem Regno à Sereniſſimis Regibus illius. Dico hoc non procedere, cum ipsæ fuerint petitæ à subditis, & concessæ à domino per successionem feudi, non vero pro Prælatione in venditione feudi, vt fundatur ex sequentibus.

Primò, de iure feudorum cognati, scilicet de- 47
scendentes ex fœminis regulariter sunt penitùs excluſi à successione feudorum, & agnati proximiores descendentes de sanguine iusto à primo acquirente tantùm admittuntur, *cap.1. §. ad filias, §. proles, §. ad cognatos de successione fratrum,* Camerar. *in cap.1. num.39. & seq. de successione feudi,* Sonshech. *de feud. part.4. n.14. & p.9. n.8.* Camil. de la Rata *part.9. de feud. dilucidat.32. num.2. & sequenti,* Vulteius *de feud. lib.1. cap.9. num.27.* Vrsin. *de succes. feud. part.2. q.3. num.3. art.4. num.4.*

Secundò, excluduntur etiam cognati de iure 48
communi feudorum in venditione feudi antiqui facta extraneo, cùm regulariter pro feudis nostri Regni, in quo nulla viget lex municipalis super iure retractus, recurrendum sit ad ius commune feudorum Regens de Marinis *resol.233. n.8. & 30. tom.1.* & *resol.116. n.17. tom.2.* quod in venditione feudi antiqui nullo modo præfert cognatos, sed tantùm agnatos, vt omnia iura feudalia clamant *dicto cap.1. §. sed etiam Rex, in tit. per quos fiat inuestitura,* vbi Gloss. *in verb. Proximiori, dicto cap.1. §. Porrò, in tit. qualiter olim,* &c. *cap.1. §. Titius,* si de feudo defuncti controuersia sit, & iuxta hanc opinionem fuit semper decisum, etiam in Collaterali Consilio de ann. 1604. vt per Regentem de Ponte *decis.11. num.16.* & in anno 1621. teste Marciano *disp.50. n.25. tom.1.* & omnes decisiones deinde factæ fuerunt pro agnatis, nec vnicum exemplum habemus pro cognatis, vt patet ex exemplis, de quibus Capyc. Latro *d. decis.57.*

Quando deinde successiuis temporibus super- 49
uenerunt dictæ gratiæ, nempe constitutio, vt de successionibus, & aliæ in anno 1536. 86. & 89. de quibus *in cap. lis, & priuilegiis huius Ciuitatis,* & tandem in anno 1655. de qua *in Pragm.24. de feud. tom.3.* admittentes fœminas, & descendentes ab eis vsque ad quartum inclusiuè tales gratiæ, vtpote petitæ à subditis, & concessæ à domino pro successione feudi tantùm non possunt protrahi ad rem diuersam, nempe ad Prælatio-

nem in venditione feudi, quia cum ſint contra ius, & contra rectam naturam feudorum, habilitando fœminas, & deſcendentes ab eis ad ſucceſſionem feudalem, à qua eſſent penitùs excluſæ, fecerunt de illicito licitum, & propterea dicuntur meræ diſpenſationes, Lanar. *conſil. 1. num. 45.* Camerar. *in c. Imperial. fol. 63. littera R*, Montan. *de regalibus, fol. 244. num. 56. & fol. 347. n. 21.* Bilotta *concluſ. feud. 3. num. 2. & 3.* Afflict. *deciſ. 320. num. 12.* quæ diſpenſationes vti factæ contra ius ſunt ſtricti iuris Hondedeus *conſ. 85. n. 23. tom. 2.* Cyriac. *cap. 219. n. 7. & c. 323. n. 38. tom. 2.* Surd. *deciſ. 168. n. 20. & ſeq.* & non ſolùm
50 ſunt intelligendi ad literam Bart. *in l. ſicut octaua, §. ſed & ſi promiſſ. n. 2. ff. quibus modis pignus*, &c. Manentus *conſil. 104. num. 16.* Cyriac. *dicta contro. 219. n. 8. tom. 2. & contro. 457. n. 14. & ſeqq. tom. 3.* ſed etiam ſtrictiſſimè intelligendæ, ac reſtringendæ ad caſum, de quo loquuntur, & non vltra, *cap. 1. de filiis Preſbyt. in 6.* Grat. *cap. 597. num. 38. tom 2.* Tappia *deciſ. 6. num. 24. & 50.* Rota Romana coram Gregorio XV. *deciſ. 86. vbi additio. num. 17.* Afflict. *dicta deciſ. 320. n. 12.* ita quod in duobus prohibitis diſpenſatio conceſſa pro vno articulo, nunquam porrigatur ad alium Natta *conſil. 600. n. 83.* Decius *conſ. 610. num. 5.* Gratian. *cap. 483. num. 17. tom. 3. & c. 827. num. 8. tom. 5.* Camerar. *in dicto cap. Imperial. folio 54. littera R, & fol. 60. littera T, & folio 62. littera P.* Bilott. *concluſ. feudali 3. num. 3.* Marcian. *conſil. 14. tom. 1.* ſed tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, Gratian. *cap. 347. n. 39. & cap. 827. num. 17.* Reg. Merlin. *controuerſ. 8. num. 17. tom. 2.* Rota coram Gregorio XV. *deciſ. 87.* vbi Addentes *num. 16. & deciſ. 109. num. 6.* prout videmus in puncto ſtatuti diſponentis contra ius commune, quod quando poteſt vnum, vel duos effectus operari; tunc eſt intelligendum, vt vnum tantùm operetur, Gratian. *c. 387. n. 21. tom. 2.* Ienſonius *ad ſtatuta Vrbis, folio 479. num. 10.*

51 Vnde in caſu noſtro vltra caſum ſucceſſionis expreſſum, in gratiis, de quibus *ſuprà*, non ſunt illæ intelligendæ, nec pertrahendæ ad caſum Prælationis, nec per viam comprehenſionis, nec per viam extenſionis.

Non per viam comprehenſionis, quia comprehenſio dicitur de eo, quod ex proprietate nominis, vel verbi continetur, & ſic fit de eodem Camerar. *d. c. Imperial. fol. 47. litt. Q*, vbi Montan. *fol. 40. num. 61.* ſic videmus in ſpecie, quæ ſemper comprehenditur ſub ſuo genere; & ideò diſpoſitum de genere, intelligitur diſpoſitum de omnibus eius ſpeciebus, *leg. item legato 47. §. 1. argum. ſi chorus 77. ff. de legat. 3.* Scrader. *part. 3. de feud. cap. 1. num. 5.* in caſu vero noſtro ſub genere, proprietate, & verbo ſucceſſionis, ad quam per gratias, & diſpenſationes ſunt admiſſi cognati, ſcilicet deſcendentes ex fœminis, nullo modo contineri poteſt prælatio, cum ſit diuerſi generis; ſucceſſio enim, vel venit ex teſtamento,
52 vel ab inteſtato. Prælatio verò debetur per viam contractus inter viuos, & ſic actione, vel conditione ex lege feudali, prout videmus in ſimili in dict. gratiis reſpectu obligationis feudi pro dote mulierum Neapolitanarum, conceſſis per Catholicam Maieſtatem in Regno in ann. 1505. de quibus in Priuilegiis huius Ciuitatis *c. 20. fol. 42.* quæ ſi Rex illas conceſſiſſet pro dotibus mulierum Neapolitanarum; & tunc certè comprehenderent etiam dotes Monialium, quia ſub illo genere proprietate, & verbo dotium, continerentur omnes eius ſpecies, quales ſunt dotes, tam temporales, tam ſpirituales, & diſpoſitum de genere, dicitur etiam diſpoſitum de omnibus eius ſpeciebus, ſed quia Rex per verba æquipollentia declarauit eius mentem, ſcilicet cauſam, & intellexit de dote matrimonij carnalis: ideò non comprehendit dotes matrimonij ſpiritualis, vt bene Montan. *in d. c. Imperial. fol. 40. num. 61. vſque ad 68.* ſcio alios dixiſſe contrarium, de quibus alibi.

Et in puncto, quod diſpenſatio legitimationis 53
Natalium alicui conceſſa ad ſuccedendum, comprehendat tantum caſum ſucceſſionis, & ſic bona, & iura, quæ acquiruntur titulo hæreditario, ac ſucceſſorio edicto, non verò alia, quæ iure actionis, & ex contractu inter viuos, Gabriel. *conſil. 30. num. 27. tom. 1.* Bart. *conſil. 212.* Curtius iunior. *conſil. 73. num. 3.* Patet in aſſenſu, & gratiis conceſſis per Regem noſtrum in ſucceſſione feudi, ponderatis à Marciano *conſil. 17. num. 13. tom. 1.* neque per viam extenſionis dictæ gratiæ conceſſæ pro feudi ſucceſſione ſunt intelligendæ, & pertrahendæ ad prælationem in venditione feudi, quia licet extenſio fiat de diuerſis Camerar. *in dicto cap. Imperial. fol. 47. littera Q*, tamen in caſu noſtro non poteſt habere locum primo, quia cognati, ſcilicet deſcendentes ex fœminis de iure communi feudorum ſunt excluſi à ſucceſſione feudi, & à prælatione in venditione feudi, facta extraneo; deinde fuerunt admiſſi ad ſucceſſionem ex gratiis Regno conceſſis, quæ dicuntur propriæ diſpenſationes contra ius commune feudorum, quia fecerunt de illicito licitum; ergo vtpote correctoriè ſunt ſtrictiſſimè reſtringendæ ad caſum petitum, & conceſſum, de quo loquuntur, nec aliquo modo extendendæ ad caſum Prælationis, diuerſum à ſucceſſione, argum. *l. ſi vero 65. §. de viro, ff. ſolut. matrim.* nec ex maioritate rationis extendenduntur ad id, quod eſt minus Cyriac. *cap. 219. num. 5. & 7. & cap. 257. num. 40. & cap. 323. num. 37. tom. 2.* de Georgio *de feudis, cap. 53. n. 3.* Montan. *in dicto cap. Imperial. fol. 42. num. 68.* tum quia ceſſat ex- 54
tenſio in præiudicium domini, tum quia ceſſat extenſio ſi reſultat in præiudicium tertij Decian. *conſil. 10. n. 8. & ſeqq.* Grat. *cap. 885. n. 34. tom. 5.* Staiban. *reſol. 199. n. 67. & ſeq. tom. 2.* tum quia extenſio gratiarum à ſucceſſione ad prælationem ex proprietate verborum non fit, niſi mens domini diſponentis concurrat Camerar. & Montan. *vbi ſuprà*, tum quia conſuetudines feudales non poſſunt extendi ad alios caſus vltra expreſſos, etiam quod ſint ſimiles, vel maiorem rationem habentes, Staiban. *reſol. 61. n. 43. tom. 1.* Sanfelic. *deciſ. 100. n. 59.*

Semper tamen ſupponendum eſt, quod in præ- 55
lationibus feudorum non habet locum edictum ſucceſſorium, quod licet in ſucceſſione feudali ſit admittendus, vt ſcilicet nolente proximiore ſuccedere, admittatur remotior; tamen in prælatione feudali, ſi proximior agnatus noluerit, non poterit remotior per edictum ſucceſſorium admitti ad retrahendum, quia edictum ſucceſſorium in ſucceſſione feudi locum habet, non in prælatione, vt acerrimè firmant Iſernia *in cap. 1. §. hoc quoque, num. 6. de ſucceſſ. feudi*, Brun. *conſil. feud. 40. n. 5. & conſ. 80. n. 20.* Schrader. *de feud. p. 8. c. 8. num. 44.* Ioan. Bekeri *diſſert. iur. c. 17. n. 19. lib. 1.* Brittan. *de retract. gentilitio, art. 286. gloſſ. 2.* Vulteius *de feud. c. 11. n. 101.* Gallup. *in method. feudali, part. 2. n. 25.* Reg. de Mar. *reſol. 116. n. 30. & ſeqq. tom. 2.* Reg. de Pont. *deciſ. 11. n. 12.*

Dices

56 Dices contra supra dicta in nostra conclusione feuda in regno nostro sunt hæreditaria, ita vt qualitas hæreditaria adeo præualeat, vt habeantur tanquam allodialia præcedente regis assensu, vt latè Capyc. Lat. *consult.* 27. & 28. *tom.* 1. & *consult.* 96. *tom.* 2. ergo non datur præstatio in quocunque feudo vendito, sicut non datur in allodiis.

57 Respondemus, quod in regno nostro feuda non possunt appellari omninò hæreditaria, sed benè ex pacto, & prouidentia, cum qualitate tamen hæreditaria, & differunt à feudis ex pacto; & prouidentia non hæreditariis, quia licet certæ personæ sub illa inuestitura vocentur; ita vt illis testator in corpore feudi præiudicare non possit; tamen tenetur esse hæres vltimo defuncti, quando per eum non stat, licèt contrarium teneat de Curtis *in diuersor. feud. fol.* 49. *à num.* 60. *cum pluribus seqq.* & differunt etiam à feudis omninò hæreditariis, in quibus omnes, & quicunque hæredes succedere valeant, vt benè fundat Reg. de Ponte *decis.* 11. *à num.* 25. vbi Reg. Rouit. *in allegat.* quam ibi videre est *à num.* 25. *cum seqq.* & licèt quando adest clausula pro hæredibus dicatur esse feudum hæreditarium; ita vt teneatur habere ratum factum defuncti, & possit grauari in actione tamen personali vsque ad valorem feudi in agnato, vel in filio: deducta legitima; ita vt quatenus sit in hæreditate inuentarium non iuuet; nihilominùs, non per hoc dici poterit feudum omninò hæreditarium, nec desinet esse feudum ex pacto, & prouidentia cum qualitate tamen hæreditaria, quia non omnes in eo succedere possunt; sed tantum illi, qui per constitutionem, & inuestituram sunt vocati, vt benè Rouit. *in d. allegat. num.* 28. & 33 ideo velit, nolit testator ille, qui inuestitura vocatur succèdere debet: licèt cum qualitate hæreditaria; adeo vt nullum præiudicium illi inferri poterit per testatorem in corpore feudi, & quamvis possit grauari in pretio; tamen, si ille nolit soluere non potest Iudex aliud facere; nisi illum cogere ad vendendum feudum, etiam per capturam personæ, sed si ille nolit, non poterit Iudex vendere, vt benè de Curtis *fol.* 49. *num.* 62. Præses de Franch. *decis.* 604. de Ponte *tit.* 6. *de potest. Proregis de assensu super dotibus, fol.* 247. *num.* 18. & 19. Reuert. *decis.* 38. *part.* 6.

58 Ex quibus infertur, quod in hac prælationis concessione nulla est facienda differentia, nisi ad feudum fuerit antiquum, vel nouum, quia iure antiquo consideratur conseruatio bonorum in agnatis, quod in nouo secus est, vt benè Capyc. Latro *consult.* 28. *num.* 24. de Ponte *decis.* 11. *num.* 12. Anna *obseruat.* 10. *Deca.* 1.

59 Quarta conclusio, si concedatur subfeudum in feudum nobile, cum onere adhoc, & feudali seruitio cum iure primogenituræ, & exclusione fœminarum, non poterit dicta Vniuersitas prætendere ius congrui, ius prælationis, & ius coactionis ad sibi vendendum. Quæ conclusio fuit à me disputata in causa Vniuersitatis Buccini cum Octauio Torella; vbi quidam erant consortes subfeudatarij, pro communi, & indiuiso multorum territoriorum feudalium Illustris Dux Martinæ, & Comes Buccini præstiterat assensum, cuidam venditioni factæ de quadam parte per Octauium Torella Vniuersitas petiit iure congrui dicta bona feudalia, dixi ego non competere.

60 Probatur quia licet ius congrui locum habeat in omni Prouincia, & sit quasi ius commune; quia illa constitutio Imperatoris Federici quæ incipit *Sancimus, de iure Prothomis.* vbique recepta per similia statuta vt benè fundat Antonius Thesaur. *lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 2. & 4. tamen in dicto iure congrui non includitur materia feudalis, nec in feudis sibi locum vendicare dicit Afflict. *de iur. Prothom.* §. 1. *num.* 7. Tiraquel. *de retract. Municip.* §. 1. *gloss.* 3. *num.* 4. Rosental. *tom.* 1. *de feud. c.* 9. *concl.* 87. quia in feudis solum procedit ius congrui ratione sanguinis, in tantùm quod si essent duo consortes eiusdem feudi, & vnus venderet partem suam tertio, alter consors non potest petere ius prælationis, & congrui contra illum tertium ementem vt decisum refert Thesaur. filius *d. quæst.* 39. *lib.* 1.

61 Probatur secundò; quia omnis sermo licet generalis non includit materiam feudalem latè Afflict. Tiraq. & Rosental. *vbi supra*, tum quia bonorum appellatione non veniunt bona feudalia, quia sunt bona cum qualitate omninò separata ab aliis; tum quia sequeretur posse alienari feudum in extraneum, coniunctum ratione vicinitatis sine assensu, quod est omnino negandum; vndè sequerentur duo absurda. Primum alienatio feudi in vicinum sine assensu, quia si lex congrui haberet locum in feudis, emptor haberet assensum à lege, nec curaret assensum domini, qui etiam in subfeudis de necessitate requiritur Afflict. *dec.* 233. Secundum absurdum esset, quia dominus haberet Vassallum, quem nollet.

62 Tertiò probatur: quia si vniuersitas vellet partem prædictorum subfeudorum venditam ad se peruenire, sequeretur, quod tale feudum deueniret ad vniuersitatem, & sic ad manus immortales, vt benè Fontanel. *tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 1. *num.* 13. & 14. quod esse non debet in damnum domini, quia vniuersitas nunquam moritur: hinc probat Rosental. *cap.* 9. *concl.* 33. *num.* 7. generalem potestatem alienandi feudum non censeri datam, vt alienari possit Ecclesiis, Vniuersitatibus, Communitatibus, & Collegiis, quia immortalia sunt, in quibus nón adest spes deuolutionis, & consolidationis, *vt supra* dixi.

63 Neque dicas suprà dicta esse vera in feudis, non verò in subfeudis, seu excadentialibus, quæ sunt parua feuda, & plana, & de tabula solent appellari, & tanquam res paruæ minimè terminari debent secundum regulas feudorum.

64 Respondeo enim, quod totum opus consistit in videndo, si dicta bona sint feudalia, necne, dum in eorum concessione imponitur scilicet exiguus census, siue solutio annua, vt reditus frumenti, pecuniæ, vel similis, quia si sunt feuda non sunt subiecta iuri congrui, *vt supra* fundauimus, quod vlterius patet, quia cum conceditur aliqua res sub aliquo exiguo censu, & in concessione dicitur expressè quod illa res datur in feudum, tunc res iudicatur feudalis, vt benè Camerar. *in cap. Imperial. pag.* 41. *columna* 1. *lit. C*, Qui sic ait fuisse pluries decisum & licet sint res paruæ, non per hoc excluditur, quin non sint feudales, pro quo videatur Nouar. *lib.* 2 *quæst.* 42.

Licèt ergo vniuersitati competat ius congrui, vt latè Staib. Senior *consil.* 10. Præses Amatus *consil.* 93. Camil. de la Rata *consil.* 45. tamen procedit in Burgensaticis, non in feudalibus, post alios Molf. *sup. consuetudin. in tit. de iur. congr. quæst.* 13. *num.* 9. *cum seqq.*

65 Quare puto ego distinguendum esse duos casus. Primus est, si territoria concedantur in feudum nobile cum onere ad hoc feudali seruitio iure primogenituræ, & quod masculus præferatur

tur fæminæ, tunc dico, quod hæc ſunt verè feuda, & iudicantur, vt bona verè feudalia; nec in eis locum habet ius congrui. Secundus caſus eſt quando non conceduntur in feudum, nec cum onere ad hoc feudali ſeruitio iure primogenituræ, & excluſione fœminarum, ſed conceduntur ſimpliciter cum annuo onere cenſus, & tunc æquiparantur burgenſaticis, & in eis habent locum iura communia Romanorum, & conſequenter poſſet prætendi ius congrui hanc diſtinctionem cum deciſ. S. Conſ. tradit Camer. *vbi ſupra, num.8. cum ſeqq.* idem dixit doctiſſimus ille Reg. Ioannes Camillus Cacacius in allegatione pro Baronia Tricarici, dum qua additio ad Præſid. Lanar. *in cap. 1. de ſucceſſ. feudi à n.7. cum ſeqq.* dominus Rouit. *dec.42.* Molf. *vbi ſupra, quæſt.13. à num.9. vſque ad 15.*

66 Neque vniuerſitas potuit prætendere dicta ſubfeuda propter cauſam publicæ vtilitatis, quia iura, quæ loquuntur de illa publica vtilitate procedunt in burgenſaticis, non autem in feudalibus, vt benè Staib. & la Rata *vbi ſupra.*

67 Quinta concluſio. Prælatio cum in feudis conceditur, vt in caſibus, de quibus ſupra locum habet etiam in venditione ſub haſta. Concluſio hæc eſt de mente Tiraq. *de rectract. lignager §. 1. gloſſ. 14. n.8.* Guttier. *practicarum, quæſtionum. quæſt. 157. num. 2.* De Franch. *dec. 277. 482. & 588.* Camil. de la Rata *conſil. 40. n. 13.* Rouit. *in rubr. de feud. num. 32.* Sanfel. *dec. 100. n. 26.* & latiſſimè *in dec. 103. per totam.* Paponius *lib. 21. tit. 7. arreſt. 29.* & fuit deciſum in cauſa Iuliæ Muſcettulæ, & in aliis cauſis ſupra adductis; quamvis contrarium teneat Capyc. Latr. *conſult. 27. num. 50.* pro quò allegat tantummodo Caſſaneum *in conſuetudinib. Burgundiæ Rub. 10. num. 5.* & Roman. *conſil. 107.*

68 Sexta concluſio: Prælatio competens in feudis eo modo quo ſupra competit etiam fœminis, pro qua cõcluſione probanda ſufficit allegare ita tenuiſſe Tiraquel. qui relatis argumentis pro contraria parte *num. 180. vſque ad num. 198.* ſuam profert ſententiam in hanc affirmatiuam partem *num. 199. & 244.* & ſatisfacit poſteà *n. 200. & 232. & ſeqq. in tr. de retr. lignager. §. 1. gloſſ. 9.* ſic etiam tenuit Angel. *conſil. 191.* Cepol. *conſil. ciuil. 65. in fine,* & Pariſius *conſil. 81. n. 20. lib. 3.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolanenſia, c. 417. num. 1. & 199.* Cacher. *deciſ. 127. num. 3.* quod ita pro indubitato obſeruari in regno dicit Anna *obſeruat. 10.* & latè Iacob. *Notuel. de iur. Prothom. §. 2. num. 38.* Matienſis *lib. 5. tit. 10. in lib. 8. gloſſ. 2.* Capyc. Latr. *deciſ. 57. num. 38.* ſic fuiſſe deciſum pluribus in cauſis ſuprà narratis, ſcilicet in cauſa Iuliæ Muſcettulæ, in cauſa Durazzani, in cauſa Marchioniſſæ Piſcariæ, in cauſa affictus Ciuitatis Grauinæ, & in cauſa Muriliani, vt per Capyc. Latr. *vbi ſupra, num. 55.*

69 Septima concluſio in illis caſibus, in quibus competit prælatio in feudis, de quibus ſupra admittitur ſecundogenitus ad prælationem; licèt viuat primogenitus, ſed non concurrat ad excluſionem ſecundogeniti.

70 Probatur, quia vbi agnatus proximior noluit vti hoc iure prælationis, tunc alius agnatus in eodem gradu, vel ſequens in gradum; licèt non ſit futurus ſucceſſor; poterit ipſe prælationem petere ex perſona ſua: quia viget illud intereſſe, ne bona maiorum vadant ad alienas manus ita fundant Kooppen. doctiſſimus Germanus *in deciſ. 54. num. 57. & ſeq.* Schrader. *conſil. 20. n. 41.* & *de feud. part. 8. cap. 7. num. 5.* Facchineus *lib. 7. controu. 17.* Rouit. *in rubr. de feud. n. 39. & in allegat. impreſſis* poſt vndecimam deciſionem Reg. de Ponte. *num. 92.* Roſental. *de feud. cap. 9. membr. 2. concl. 82. num. 7.* & *concluſ. 92. num. 2.* Gallerat. *centur. 1. renunciat. 42. num. 10.* Capyc. Latr. *dec. 57. à num. 29. per totum, n. 37.*

Secundum quam concluſionem fuit deciſum 71
in cauſa Durazzani; nam inſteterunt pro prælatione, tam Diana de Loffredo ſoror, quàm Dom. de Loffredo patruus Sanctorij venditoris & per decretum S. Conſilij ſub die 23. Iulij 1615. fuit prouiſum, quod dicta Diana infra dies decem præcisè, & peremptoriè adimpleat contecta in inſtrumento venditionis, quibus adimpletis conſignetur poſſeſſio præuio regio aſſenſu, verùm ſi dicto termino elapſo, & depoſito integro non facto, poſt alios dies 4. immediatè ſequentes dictus Dominicus prædicta adimpleuerit eidem conſignetur poſſeſſio, præuio regio aſſenſu; vndè videmus, quod ſequens in gradu fuit admiſſus in prælatione, quando primus in gradu recuſat retrahere: ſic etiam fuit iudicatum in dicta cauſa Mariliani, in qua fuit deciſum competere prælationem Iuliæ, quamvis remotè & alios haberet, qui eam præcedebant in gradu, ſed prælationi renunciauerant, vt benè Capyc. Lat. *deciſ. 57. num. 55.*

Octaua concluſio prælatio in illis cauſis, in 72
quibus in feudis conceditur, non permittitur vbi præſumitur fraus & ſimulatio, quia ſi conſtiterit ex aliena pecunia velle retrahere, credendum eſt non eſſe terram prædictam manſuram in poſſe retrahentis, iuxta notata per Guidonem Papam *deciſ. 411.* per Vrſillum ad Afflict. *deciſ. 238. n. 6.* per Gaillum *lib. 2. obſeruat. 19. num. 8.* per Coſtam *de portione ratæ, quæſt. 100. num. 3.* per Caſtil. *deciſ. 89. num. 16.* per Giurb. *deciſ. 51. n. 11.* Quæ ſimulatio ſufficienter probatur per coniecturas. Beccius *conſil. 52. num. 50. & ſeq.* propterea Verallus *deciſ. 143. part. 1.* putat ſimulationem probari, ſi contrahens ſit pauper, & ad pretium perſoluendum pecuniam mutuo accipiat, qua poſita ſimulatione Conſiſtorium Syciliæ, prælationem denegauit, vt per Giurbam *d. deciſ. 51. num. 13.* pro vt etiam fuit excluſa D. Liuia Zattara à prælatione Mariliani, teſte Capyc. Latro *d. deciſ. 57. n. 59.* ſiquidem Liuia erat minor, & indigebat decreto, vt potuiſſet facere venditionem annuorum introituum pro habenda pecunia, pro qua re videatur Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 238. num. 6.* Caſtil. *deciſ. 244. num. 11. part. 3.* vbi deciſum refert Paponius *lib. 11. tit. 7. arreſt. 14.*

Neque obſtat, ſi fuiſſet conſignata tenuta 73
feudi emptori; ita vt ſit perfecta venditio, quæ ex ſola extinctione candelæ perfecta dicitur, & conſequenter ceſſat prælatio iuxta notata per Capycium Latro *conſult. 27. n. 58. & conſult. 28. num. 92. 93. 96. & ſeq.*

Reſpondeo enim, quod ſi agnatus ante conſi- 74
gnatam poſſeſſionem inſtiterit pro prælatione, tunc licet poſſeſſio ſit capta, non officit prælationi, quia ſufficit ſi tempore debito petierit, vt benè Capyc. Latr. *num. 97.* nam dum dicitur capta poſſeſſione non competere prælationem, procedit illud in prælatione quæ competit creditori agnato per Text. *in l. 1. C. de priuil. credit.* & fuit deciſum in cauſa ſancti Ioannis Rotundi de qua deciſionem facit Reg. Sanfelic. *deciſ. 104.* ſed in caſu noſtro; etiam poſt conſignatam poſſeſſionem competit prælatio, vel prohibendo tempore venditionis, vel poſt factam redimendo

pro

pro eodem pretio, ita Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *tom.* 1. plures refert, & sequitur Carol. Knobberg. *in tract. de differentiis inter feuda ex pacto, & hæreditaria, cap.* 8. *num.* 31. Rosental. *cap.* 3. *rubr.* 2. *concluſ.* 93. *num.* 13. Pistorius *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 23. Rouit. *in rubr. de feud. num.* 35. & in puncto probat Capyc. Latr. *conſult.* 27. *num.* 21. post Ioannem Fabrum *in* §. 1. *inſtitutionibus de emp. & vendit.* & Tiraquel. *gloſſ.* 2. §. 1. *num.* 46. *de retr. lignager.*

75 Neque obstat, si dicatur, quod agnatus excludi debet à prælatione, si constituerit Procuratorem ad licitandum per ea, quæ dicunt DD. quod si quis habet ius reuocandi alienata, si fuerit præsens, & non contradixerit non poterit amplius reuocare iuxta tradita per Capyc. Latr. *conſ.* 28. *num.* 94. ad quod citat Baldum *in l. quoties la prima, C. de fid. com.* & *in l. ſi ſine, C. ad Velleian.* & est Text. *in l. ſi feudum* 94. vbi DD. *de leg.* 1. quia præsens, & tacens consentire videtur, nisi protestetur contra actum *ex l.* 1. *C. de fil. fam. & quemadmodum, lib.* 10.

76 Respondeo enim, quod licet Procurator interuenerit pro licitatione, adhuc posset petere prælationem; nam licet, qui consensit venditioni, videatur se excluſisse à beneficio prohibendi venditionem sibi competentem, non tamen excluditur à beneficio retrahendi, & prælationi pro eodem pretio, quæ competit perfecta iam de venditione, vt benè Cannetius *in extrau. Volentes. cap. quid enim, num.* 19. *fol.* 200. nam licet concurrat in venditione, & licitatione; non tamen videtur renunciare emptioni, quinimo expressè colligitur velle emere, vnde non videtur consensisse venditioni, & nolle emere pro vt in casu, in quem loquuntur DD. allegati per Capyc. Latr. *vbi supra*, & licet fuerit victus in licitatione; non tamen sibi præiudicium peperit in prælatione obtinenda; nam prælatio separatum remedium est, nec impugnat venditioni, imò illa iam perfecta competit, & videtur potiùs ab emptore feudum velle adipisci reddito pretio non autem à venditore & in locum emptoris succedere, vt per Cannetium *vbi supra* per Rosental. *cap.* 9. *membr.* 2. *concluſ.* 19. *num.* 17. præter quam quod præsens, & tacens sibi præiudicat, nisi protestetur contra actum *d. l.* 1. *C. de fil. fam.* &c. *lib.* 10. Capyc. Latr. *vbi supra, n.* 94.

77 Nec omittendum est, quod si agnatus fuerit creditor feudi multò magis competit ei prælatio per argum. Text. *C. de l.* 1. *ff. de priu. credit.* Franc. *deciſ.* 82. *num.* 3. qui Text. non est correctus per Text. *in l. Dudum, C. de contrahen. emptione*, vt in Senatu Sabaudiæ fuisse decisum dicit Antonius Faber *in ſuo Codice, lib.* 8. *tit.* 16. *de iur. liberandi definit.* 14. *in fine*, & *lib.* 5. *de coniect. cap.* 15. *in fine*, vbi respondit obiectis à Gloss. *in d. l.* 1. sic in venditione sub hasta bonorum debitoris præfertur agnatus, qui est creditor vigore dictæ legis primæ, si tamen compareat antè consignationem possessionis, vt decisum in S. Consilio iunctis Aulis, dicit Consiliarius de Bottis *in additionibus*, ad Bart. *in nouiſſima impreſſione Veneta.* Nec possumus dubitare dispositionem Text. *in d. l.* 1. habere locum etiam in feudis, si quidem est vniformis consuetudini iuris feudorum, quæ præfert agnatum extraneo in venditione feudi vt benè Andreas *in* §. *ſed & res.* quem refert, & sequitur Paris de Puteo *de reintegratione feudi, fol.* 241. *num.* 15. tandem pro complemento huius conclusionis, dico quod multò magis competit prælatio agnato, si non fuerit expeditus assensus super venditione, vt decisum per Sacrum Consilium iunctis Aulis Castri Loratini, dicit Francus *deciſ.* 620. *in fine*; vbi fuit admissa Hyppolita Riccia hæres debitoris ad rehabendum Castrum prædictum, soluto pretio, quamvis ibi fuisset expeditus Reg. assensus post mortem debitoris; nam quamvis de hac decisione dubitet Reg. de Ponte *de Poteſt. Proregis, de aſſenſu Reg. ſuper dotem* §. 1. *num.* 21. tamen decisionem prædictam sequuti sunt Reg. Tappia *deciſ.* 12. *num.* 16. & *num.* 18. qui dicit causam prædictam fuisse votatam cum eius interuentu summo studio, idem refert Consiliar. de Leonardis inter Consilia Rouiti *conſil.* 70. *num.* 6. & *ſeq. lib.* 2. Consil. de Georgio *allegat.* 6. *n.* 44. & *ſub n.* 47. *in fine.*

Vltima conclusio: Prælatio locum non habet 78
in nostro Regno Neapolitano in venditione bonorum burgensaticorum, excepta illa prælatione, quæ competit ratione vicinitatis.

Probatur conclusio, quia licèt sub Iudaica politia in legibus Mosaïcis constitutum fuerit, vt si quando, fundus, vinea vel alia res immobilis alienaretur, proximi cognati ex ordine propinquitatis extraneo emptori præferri debeant, vt ex Leuit. *cap.* 25. *verſic.* 25. Rut. *cap.* 4. *verſic.* 4. Hier. *cap.* 32. *verſ.* 7. Gen. *cap.* 33. *in princ.* & hoc idem iure communi Romanorum disponebatur per Text. *in l. Dudum* 14. *C. de contrahen. empt.* notat Ærnest Cothman *conſil.* 41. *num.* 17. *volum.* 4. tamen prædictum ius non vltra tempora Imperatoris Valentis, Theodosij, & Arcadij præualuit, quorum deinde constitutione sublatum fuit. *d. l. Dudum.* Napod. *in conſuetud.* 1. *de iure congr.* Vnde factum est, vt omnes politioris literaturæ DD. tractantes de gentilitia redhibitione, siue retractu proximitatis, nō iuri communi, sed consuetudinibus, & statutis laicorum adscribunt Tiraq. *in tr. de vtroque retract. in præfatione.* Cassaneus *ad conſuetudines Burgundiæ, in tit. de retr. in princ.* Daniel Mollerus *part.* 2. *differ.* 37. *num.* 10. Petrus Gregor. *in lib.* 26. *Syntagmat. cap.* 19. Ioachim Beust *in l. admonendi, num.* 872. *ff. de iur. iur.* Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 39. *num.* 192. Gaillus *in lib.* 2. *obſeruat. cap.* 19. Misinger. *lib.* 3. *obſeruationum. cap.* 51. Rosental *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 86, Ioannes Koopen. *dec.* 52. *num.* 11. Matthias Colerus. *dec. Saxoniæ* 23. Mastril. *deciſ.* 4. *n.* 2. Cothoman. *conſil.* 42. *num.* 17. *volum.* 4. & facit Text. *in cap. conſtit.* 8. *de in integr. reſtitut.* sed in nostris constitutionibus, vel consuetudinibus nihil de gentilitio retractu dispositum habemus, igitur in regno nostro prælatio non habet locum in burgensaticis, præter illam, quæ cadit ratione vicinitatis.

Quod si dicatur Imperatorem Federicum, iam 79
senio confectum, & vetustate collapsum in sua constitutione incipiente sancimus *ſub tit. de iur. Prothom.* nouiter introduxisse; Respondetur enim constitutionem illam sancimus in Imperio Romano vim vniuersalis sanctionis obtinere ex verbo illo sancimus, quod proprium Imperatoris est ex Gloss. *cap.* 1. *ſub tit. conſtitutionis Lotharij Imperatoris*, vbi Aluarot. *n.* 2.

Neque dicas secundò, quod dicta constitutio 80
non fuerit lex, quia sine die, & consule iuxta Text. *in Authent. vt præponatur nomen Imperatoris, l.* 4. *C. de diuerſ. reſcriptis*, vnde inter leges non numerata; imò plures dubitarunt de hac constitutione, vt bene Beust. *vbi ſupra, n.* 872. Berlich. *part.* 2. *concl.* 39. *n.* 11. & 12. Facchineus

lib.6.cap.17. Afflict. *in cap.1.§.Porrò, num.36. in fine*, qualiter olim feudum poſſit alienari, refert Pelliccia *ad conſuetud. Auerſæ, in tit.de iur. congrui, n.109.*

Reſpondeo enim quod conſtitutio *ſancimus* non legalis eſt, ſed municipalis, & conſuetudinaria, & edita à Federico Secundo Imperatore Romano, & Rege Siciliæ, proinde ſolum in Siciliæ Regno ſeruanda, ſed non fuit poſita in volumine conſtitutionum, quia fuit condita à Federico II.tempore,quo erat excommunicatus; propterea,nec tenet,nec valet,vt poſt Pellicciam *vbi ſuprà,n.114.* fundat Montan. *contr.21.n.2.* quæ recepta tamen eſt per antiquum vſum,& in noſtra Ciuitate Neapolitana peculiares habemus conſuetudines ſub titulo de iure congrui Proſper Rennella *in tract.de iur.prothom. in rubr.num.20.* Præſes de Franch.*deciſ.346.num.11.& dec.390. num.3.* ſic iudicatum per Sacrum Conſilium, teſtatur Ioannes Angel.Piſanel. *in dicta conſuet.de iur.congr.fol.52.*

81 Duo tamen concurrere debent, vt quis poſſit retrahere, nempe vt ſit conſanguineus, & ſit coniunctus ratione rei, vt *in d.conſtitut.* vbi notat Napod.Afflict. & alij, *vbi ſuprà*, Rennella *in loc.citat.* Roccus *reſponſorum legalium, tom.2. reſp.99.num.7.* Secundò requiritur, vt ſit conſanguineus venditoris,Petr.Gregor.Tiraquell.& alij apud Berlich. *part.2.concl.39.n.24.* per hoc fit, quod ſi Eccleſia vendat non habet locum retractus,quia non habet Eccleſia proximiores,qui poſſint bona retrahere, iure agnationis, vel cognationis, nec hæreditario iure deferuntur, *c.1. de conceſſ.præbendæ*, Boërius *dec.231.*Petr.Greg. *in lib.26.ſyntagm.cap.2.num.12.* Ant.Gomezius *ad l.70. Tauri,num.9.* ſic videmus in caſu, quo maritus vendidit bona,quæ acquiſiuit ex ſucceſſione vxoris, quod cognati vxoris non admittuntur ad retractum, vt bene Theodor. Reinfin. *in tract. de retract. conſang. in tit. in quibus rebus ius Prothomiſeos locum habet, q.3. num.41.volum.1.* ſic etiam in ſimili facti ſpecie creditoribus, quibus res debitoris in ſolutum adiudicata fuerat res illas vendentibus conſanguineis debitoris retractum non competere iudicauit Senatus apud Cothman.*loc.cit.*quia per adiudicationem ſequutam,non amplius erant bona debitoris, ſed creditorum, quibus adiudicata fuerant: nam mutata cauſa perſonæ, conſequenter ipſum ius retractus mutatur argum. *l.1. C. de imponen.* lucratiua deſcriptione *lib.10.* Theodor. Reinfing.*loc.citat.* de perſonis, quibus retractus competit *quæſtione 2. num.142.*

82 Solum bonis feudalibus retractus gentilitius viget,ſecùs verò in allodialibus Roccus *reſp.99. num.9.& 10.* & ex aliis fundat Piſtor. *lib.2. q.11.num.9.*

Nec obſtat authoritas Regentis Sanfelicij *deciſ.101.* vbi fuit data prælatio agnato in re allodiali.

Reſpondeo enim quod ibi agebatur de Territorio ſubiecto fideicommiſſo in quo ille,qui prælationem obtinuit erat vocatus,vt legitur *ibi n.6.* Abſurdum enim fuiſſet, & à ratione iuris alienum vocatum non præferri extraneo,& Bart.*conſil.19.*quia lex ſemper fauere ſolet ei,qui ius habet in re,vel habere ſperat.

83 Non video tamen quomodo poſſint dicere Doctores aliqui quod ius retractus competat agnatis ex diſpoſitione Text. *in leg.1. ff. de priu. credit.*ibi(cum bona venduntur debitoris in comparatione extranei, & eius qui creditor, cognatuſve ſit potior, habetur creditor cognatuſve) quorum opinio, quam debilis ſit, demonſtrant (illa verba magis tamen debitor, quam cognatus) vnde apparet, quod prælatio fundatur in credito, non in coniunctione ſanguinis, dum ex dicto Textu creditor tantum, præfertur cognato tantum, item Textus ille non loquitur de retractu,ſed de prælatione,quæ datur creditori agnato, quando bona debitoris venduntur, vt ibi patet. Differt verò retractus à prælatione: nam retractus non competit, niſi poſt venditionem, vt ex Rebuffo firmat idem Reinfing. *loc.cit.n.187.* ſed prælatio ſpectat ante venditionem; poſt verò nequaquam Reg.Sanfelic.*deciſ.104.n.19.* vnde ſi poſt factam venditionem compareat quis pro prælatione, quamvis ſit creditor, & agnatus excluditur,vt per S.Conſilium deciſum refert Conſiliarius de Bottis *in addit.* ad Bart.*in dict.l.1.ff.de priu.credit.*cuius verba ſunt.Die 10.Iunij 1675. in cauſa creditorum Magnifici Fabritij Mormilis, dum eſſet vendita quædam domus ad inſtantiam eius creditorum, & liberata Roſellæ, Girollæ, quæ ceperat poſſeſſionem, comparuit Magnificus Valerius Mormilis creditor, & cognatus, petens præferri in venditione dictæ domus pro eodem pretio vigore dicti Textus, & iunctis Aulis fuit excluſus, quia venditio iam erat facta, plures alias deciſiones, tum S.Conſilij, tum Regij Collateralis Conſilij referunt, tum Reg.Sanfelicius *deciſ.104.n.19.& 20.* tum Conſiliarius Rocco *reſponſ.99. num.13. & 14.* & hæc ſatis pro hac prælationis materia.

DISCEPT. CCCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies narratur,de quo in præſenti.*
2 *Citatio ad informandum D.Pompei Girone.*
3 *Excommunicatio emanata, & Cedulones affixi contra D.Pompeum Girone.*
4 *Poſſe appellari à declaratoria excommunicationis habetur.*
5 *Reſolutio Authoris proponitur ambigua vſque ad finem.*
6 *Milites Hieroſolymitani in viſitatione quando puniantur ab ordinariis, & quando non.*
7 *Iudex carens iuriſdictione peccat mortaliter ſi iudicare voluerit.*
8 *Trid.*ſeſſ.24.de reformat.cap.11. *adducitur, & explicatur.*
9 *Requiſita pro exemptione Capellani S. Ioannis ab authoritate Epiſcopi,quæ ſint.*
10 *Epiſcopi intentio eſt fundata in omnibus ſubditis ſuæ Diœceſis.*
11 *Religio S. Ioannis Hieroſolymitani eſt vera Religio,ex S.Auguſtino dependens.*
12 *Religioſi Militenſes non habent velle,nec nolle, facta profeſſione.*
13 *Milites Hieroſolymitani non poſſunt diſponere,vel teſtari, & qualiter.*
14 *Religionis Superior non poteſt moleſtari ex obligatione facta per Monachum.*
15 *Mandatum exequutiuum, an poſſit relaxari contra Capellanum Militenſem ob obligationem factam in forma Camerę per eundem Regularem,neque contra Commendatarium, vel alium ſuperiorem.*
16 *Capellani S.Ioannis eiuſdem Religioſi, an, & quando*

quando teneantur ad processiones accedere per Episcopos.

17 *Capellani aliarum Religionum militarium ad quid teneantur.*

18 *Trid.* sess.6.cap.3.de reform. *facultatem concedit puniendi Regulares extra claustra delinquentes.*

19 *Trid.* sess.25.de Regularibus, cap.13. *qualem dat facultatem Episcopis cogendi Regulares ad processiones.*

20 *Vsurpatores bonorum Ecclesiæ qui sint, & quas pœnas incurrant.*

21 Can.17.Bullæ Cœnæ, *qualiter puniat vsurpantes bonorum Ecclesiæ.*

22 *Falso titulo, vel falsa transactione possidens bona Ecclesiæ punitur pœna vsurpatoris.*

23 *Capellani Sancti Ioannis quando subiiciantur suis Prælatis.*

24 *Æquiuoca sunt prius diuidenda, deinde definienda.*

25 *Capellani non professi si resideant intra septa, Monasterij Sancti Ioannis non subiiciuntur Episcopo.*

26 *Capellani professi quomodolibet, & vbicunque habitent non subiiciuntur Episcopo.*

27 *Professio probatur ex libris Monasterij.*

28 *Professio qualiter adducenda.*

29 *Trident.* sess.24.cap.11.de Regularibus, *quæ requirit in Capellanis S. Ioannis pro exemptione.*

30 *Episcopus Maranta non est sibi contrarius, sed se declarat.*

31 *Sacræ Congregationis declarationes, an, & quatenus sint nobis contrariæ.*

32 *Sacra Religio Hierosolymitana est vera Religio.*

33 *Priuilegia ignorare non potest sacra Religio Hierosolymitana sibi concessa.*

34 *Canonis excommunicatio, seu declaratio ignorari non potest.*

35 *Episcopus an possit declarare excommunicatum exemptum.*

36 *Textus* in Clementina prima, de priuilegiis, *explicatur.*

37 *Epistola Cardinalis Burghesij quid dicat in præsenti.*

38 *Exemptionis obseruantia qualiter committatur.*

39 *Ordinarius loci an possit declarare excommunicatum Equitem Hierosolymitanum percutientem Clericum.*

40 *Capellani S. Ioannis delinquentes extra claustra, à quibus puniantur.*

41 *Equites S.Ioannis qualiter sint exempti quoad curam animarum.*

42 *Regulares an possint declarari excommunicati ab ordinariis locorum.*

43 *Equites Hierosolymitani an possint citari, & quando ab ordinariis locorum.*

ARGVMENTVM.

Capellani, Vicarij, & alij seruientes Religioni Sancti Ioannis Hierosolymitani, an possint citari, & declarari excommunicati in S. Visitatione ab Ordinariis ob vsurpata, & occupata bona Ecclesiæ, quæ est in iuribus ordinariis, Trident. sess.6.cap.3.de Reformatione, *&* sess.25.de Regularibus, cap.13. *explicatur, vnà cum Canone* 17. *Bullæ Cœnæ; Capellani prædicti habitantes intra septa Monasterij puniuntur à Religione, non ab Ordinariis pro delictis commissis extra claustra, quod si sint professi, etiam cognoscuntur à suis Superioribus, si verò percusserint Clericum, à quo sint absoluendi, an scilicet ab Ordinario loci, an à suis Superioribus proponitur difficultas.*

PRO

Religione Sancti Ioannis Hierosolymitani, an Capellani professi possint visitari ab Episcopis in actu Visitationis, vt vsurpantes bona Ecclesiæ Episcopo subiectæ, & quid si non morentur intra septa Hospitalis Sancti Ioannis, sed in domibus suis, &c.

EVIT Neapoli mensibus elapsis in Curia Archiepiscopali Neapolitana inquisitus Frater Pompeius Girone de nonnullis, de quibus in citatione, de mandato Congregationis S. Visitationis sub Eminentissimo Cardinale Caracciolo, cuius verba damus. 1

De mandato Congregationis Sanctæ Visitationis. Ad omnem instantiam, & requisitionem R.D.Fisci Sanctæ Visitationis fiue, &c. Citetur, moneatur, & requiratur Frater Pompeius Girone ex aduerso principalis, quatenus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, restituat, exhibeat, & cum effectu ipso facto consignet in posse Clerici Philippi Amettani Beneficiati Capellæ Sanctæ Mariæ de Carmelo sitæ in pertinentiis suburbis Virginum, vbi dicitur à Peruozzo, supellectilia, & mobilia sacra dictæ Capellæ, per ipsum indebitè detenta, & vsurpata, necnon infrà terminum horarum 24.quarum octo pro primo, octo pro secundo, & reliquos octo pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, comparere debeat, & habeat coram nobis ad dicendum causam, quare non debeat declarari incursum in pœnas, & censuras sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, præsertim in excommunicationem contentam in Can. si quis Clericum S. C. Trident. *cap.11.sess.22.de reformatione,* in Bulla Cœnæ Domini, aliisque sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, tanquam dissipatorem, & vsurpatorem bonorum, supellectilium sacrorum, & iurium eiusdem Capellæ, latiùs vt ex actis vigore Sanctæ Visitationis formatis, alias ipso citato, & in termino prædicto non compa- 2

rente,

rente, hora immediatè ſequenti: compareat ad videndum proferri ſententiam excommunicationis, & pro excommunicato ſe declarari videri, & Cedulones expediri, & affigi per loca ſolita, & conſueta. Datum Neap. die 18. Nouembr. 1671. V. Fiſcus Metellus Talpa Vicar. Generalis, & Sanctæ Viſitationis Iudex, & ſubdelegatus. D. Ioannes Leonardus Spanus Sanctæ Viſitationis Actuarius, & Cancellarius, &c.

3 Poſt factam citationem, de qua in præſenti, fuit excommunicatio fulminata, atque declarata, & per loca ſolita Neapoli Cedulones affixi, tali modo.

Hic authoritate, qua in his fungimur tam ordinaria, quàm delegata in executione Decreti Congregationis ſanctæ Viſitationis, declaramus, & denunciamus Reuerendum Sacerdotem Pompeum Girone incidiſſe, & incurriſſe in cenſuras, & pœnas in Sacris Canonibus, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contentas, & præſertim in excommunicationes contentas in Bulla Cœnæ Domini, & Sacri Concilij Trid. ob iniuſtam, & indebitam occupationem, & denunciationem bonorum mobilium, & ſuppellectilium Sacrorum Calicum Capellæ ſanctæ Mariæ de Camelo, in loco dicto à Peruozzo de Neapoli, & aliis, provt ex actis, inſtante admodum Reuerendo Franciſco dictæ ſanctæ Viſitationis, ſiue, &c. Metellus Talpa Vicar. Generalis, & Sanctæ Viſitationis Iudex, & exequutor. D. Ioannes Leonardus Spanus Sanctæ Viſitationis Actuarius.

4 His poſitis, comparuit apud acta D. Pompeus Girone appellans à declaratoria ad Auditorem Cameræ, petens Apoſtolos, dicens ſe eſſe exemptum ab ordinaria Iuriſdictione Epiſcopi, & per conſequens dicebat de nullitate excommunicationis, & declaratoriæ illatæ.

5 Ego pro veritate negotij articulum diſcurram, & an pro Epiſcopo, vel non, non formabis iudicium, niſi vſque ad finem huius reſponſi, quia tibi placebit.

6 Probatur primò, quòd pertinet ad Religionem illius punitio, quia cum Fiſcus Curiæ Epiſcopalis Venuſinæ procederet aduerſus Reuerendum D. Ioſephum Ioſiam ex ordinariis Capellanis Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ Sancti Ioannis, vt illum viſitaret viſitatione perſonali, fuit dictum, quod non poſſet fieri, quia erat ex Capellanis Eccleſiæ Sanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis ſacr. Baiulationis Venuſinæ, in domibus eiuſdem degens, eique deſeruiens, intra eiuſdem ſepta ſub illius Commendatoris, ac Baiulini obedientia viuens; ergo dicebatur, quòd erat exemptus ab Epiſcopo, quia extra territorium cenſentur eſſe qui ſunt exempti, & extra Iuriſdictionem Epiſcopi, *c. vt animarum 2. in fine de conſtit. in 6.* ergo impunè, ideſt ſine pœna, ſi non pareat, non eſt puniendus, Gloſſa *in d. cap. vt animarum*, & ex Innocentio III. *in cap. nouit 7. de officio legati*, & Paulus dixit *in l. finali, ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* adeo vt peccato ſe adſtringat Iudex, 7 qui Iuriſdictione carens, ius dicere tentat, vſurpat enim, quod ſuum non eſt, furtumque factum, ex Auguſtino *in cap. pœnale 13. 14. quæſt. 5.* Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt. 60. art. 6.* & *quæſt. 80. art. 12.* vbi Caietanus ex S. Paulo ad Romanos 14. *quæſt.* Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum, & dixit Maranta *reſponſo 40. num. 1. vſque ad 10. part. 3.* & *reſponſo 89. num. 45. part. 4.* & *reſponſo 86. num. 15. part. 5.* ergo quando Capellanus deſeruit Eccleſiæ, & Iudex inferior vult illum cognoſcere pro delicto, tunc ſi inſeruiebat Eccleſiæ Sancti Ioannis, & horis Canonicis ex Priuilegiis Pij V. & Gregorij XIII. de quibus Epiſcopus Maranta *dicto reſponſo 50.* & *reſponſo 86.*

Probatur ſecundò, ex Trid. *ſeſſ. 24. cap. 11. de reformat.* in quo Tridentino, pro Epiſcoporum iuriſdictione decreta, atque definita iam fuerant, ad cuius terminos conſtitutionem ſuam, dum priuilegia confirmauit, Religioni Hieroſolymitanæ reduxit Sacrum Concilium, vt Epiſcopus in reſidentia contineret, cum priuilegia omnia, exemptiones ab ordinariorum Iuriſdictione reformaſſe, eaque locum non habere decreuiſſe, quæ comprehendit etiam priuilegia ſancti Ioannis Hieroſolymitani ibi (ne tamen illa in peſſum omnia daret) ſic domum intulit, & excepit exceptis tamen illis, qui prædictis locis, aut militari actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, ſiue in his, qui legitimè, & ſecundùm regulam communem Militarium profeſſionem fecerint, de quo conſtare debet Ordinario, Gregorius verò XIII. addit *in ſua Bulla*, vt tria illa requiſita in iis, qui actu inſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſideant, & ſub eorum obedientia viuunt, & quod hæc requiſita ſimul concur- 9 rere debent, vnum verò eorum ſi deficiat exceptio locum non habet. Quod in ſimili de Reformatione Hieroſolymitana refert Antonius Maceratenſis *lib. 1. var. reſolution. 18. per tot.* præſertim *in verbo exemptio*, §. 3. Barboſ. *in collect. Epiſcop. ſeſſ. 24. cap. 11.* & Maranta reſponſo 80. præſertim *à num. 20.*

Ergo cum Archiepiſcopus, vel Epiſcopus ha- 10 beat ſuam intentionem fundatam in omnes, qui ſunt in ſua Diœceſi, quia eſt loci ordinarius, *cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. cap. cum perſona 7. de priuilegiis in 6.* Maranta *reſponſo 80.* à qua regula ſunt exempti illi, qui per exemptionem ſunt tales, vt ſunt illi, qui actu deſeruiunt Eccleſiis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, inter quos erat Ioſia ille, de quo Maranta *reſponſo 86. in fine, & principio*, & D. Pompeus Girone non eſt inter illos, ex Trid. & Conſtitutione Gregorij, quia non eſt de illis Clericis, vel ſacerdotibus, qui ſunt intra ſepta Monaſterij, ergo potuit Archiepiſcopus Neapolitanus fulminare excommunicationem, & cedulones affigi facere contra D. Pompeum, tamquam delinquentem extra clauſtra, cum præſertim procederet per ſanctam viſitationem.

Probatur tertiò, quia Religio ſancti Ioannis 11 Hieroſolymitani eſt vera Religio, tria vota ſubſtantialia, Religionis ſcilicet obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis profitendo ſub regula ſancti Auguſtini, & per ingreſſum in hanc Religionem, & in ea per profeſſionem ſequutam, matrimonium ratum ſoluitur, vt benè Emanuel Sà, *in verbo Religio, num. 41.* Nauarrus *conſ. 11.* & 12. Gerardus Maynardus *deciſione Tholoſana, lib. 1. deciſ. 27. per totam.* S. Thomas 2. 2. *quæſt. 186. art. 6.* & 7. Sanchez *de matrim. lib. 2. diſput. 18. num. 8.* Ferdinandus Vaſquez *lib. 1. Illuſtrium, cap. 105. num. 48.* & *ſeqq.* Gratianus *cap. 363. num. 20.* & *ſeq.* & *part. 3. c. 457. num. 24.* Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus, effectu 1. à num. 109. vſque ad num. 127.* Lezzana *in ſumma quæſtionum Regularium, p. 1. cap. 20. num. 34.* Pellizzarius *in manuali Regularium, tract. 1. cap. 3. quæſt. 9. num. 30.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 43. num. 23. 24.* &

ſeq.

ſeq. Rota apud Duranum *d.* 38. *part.* 2. & apud Gregorium XV. *deciſ.* 87. *num.* 20. & *ſeq.* ibique Beltraminus *in addit. num.* 23. Epiſcopus Maranta *reſponſo* 3. *num.* 35. & *reſponſo* 76. *num.* 15. *part.* 4. Nouarius *in lucerna Regularium in verbo Milites Hieroſolymitani, num.* 1. & *ſeq.* Maranta *tom.* 5. *reſponſo* 89. *à num.* 14. *cum ſeqq.*

12 quia ſtatim, quòd ſolemnem profeſſionem emittunt, non dicuntur habere velle, vel nolle, ſed ſe habent, vti mortui modo, cum arbitrio ex ſuo non dicantur habere, ſed illius, quem vice Dei ſuper caput ſuum poſuere, *cap. ſi Religioſos* 27. *in principio de electione in* 6. *cap. Religioſi* 50. *de*

13 *regul. in* 6. *cap. finali de teſtam. in* 6. vnde neque diſponere, neque teſtari poſſunt, & non ſibi, ſed Religioni quærunt, *Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſiis*, Rota *deciſ.* 87. apud Gregorium XV. & *dec.* 109. DD. *in cap. in præſentia de probat.* Rot. *part.* 2. *deciſ.* 313. qui neque poſſunt diſponere de perſonis eorum, ſine ſpeciali licentia magni Magiſtri, quia non ſunt ſui iuris ratione voti, ſeu Religionis, neque per

14 obligationem ſine aſſenſu factam Prior moleſtari, etiam ſi eſſet Cameralis obligatio, obligando ſe, & perſonam ſuam extra Religionem, vt benè Lezzana *d. cap.* 50. *num.* 12. Pellizzarius *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. & ex Bulla Pij IV. oſtendit Maranta *part.* 5. *reſponſo* 89. *à num.* 41. vt nec ex

15 obligatione facta per Militem prædictum poſſit relaxari mandatum exequutiuum contra eumdem, vel contra Priorem, ſeu commendatarium, vt poſt alios Maranta *d. part.* 5. *cap.* 89. *à n.* 47. Neque aliquid obſtat iuramentum appoſitum in contractu obligationis à milite Hieroſolymitano, quia non poteſt ex efficacia eum obligare, Maranta *d. controu. ſeu reſponſo* 92. *à num.* 63. *cum ſeq.*

16 Probatur quartò, quia fratres Cappellani Hieroſolymitani tenentur accedere ad proceſſiones, quæ fiunt in Diœceſi, vt de Fratre Hieronymo de Donato Presbytero Religionis ſancti Ioannis, qui fuit coactus accedere ad proceſſionem in ciuitate Auerſana, & ipſe exiſtebat in terra ſancti Antimi, & decidit Maranta, dum eſſet Vicarius Auerſanus, vt ipſemet refert *part.* 2. *reſponſo* 6. nam licèt ſint Religioſi, & profeſſionem poſt annum probationis teneantur emittere, vt declarauit S. Congregatio apud Gratianum *cap.* 363. *num.* 27. & 28. & *cap.* 457. *n.* 31. Genuenſis *in pract. cap.* 21. *de viſitatione, n.* 12. Riccius *part.* 1. *collect.* 206. Buractus *deciſ.* 779. *num.* 11. Cæteri verò Milites, quia non emittunt votum caſtitatis, niſi coniugalis, verè Religioſi non dicuntur, ſicuti Milites Hieroſolymitani, P. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 64. & *reſol.* 77.

17 & *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. qui dicit quòd in aliis militaribus ordinibus (veluti Alcantaræ, Calatrauæ, &c.) in quibus caſtitatis votum in matrimonium dumtaxat promittitur, non procedit, vt matrimonium diſſoluatur ratum, & non conſummatum, infra terminum, de quo *in cap. ex publico de conuerſione coniugatorum*, Maranta *p.* 2. *reſponſo* 6. *num.* 9. ſic decretum S. Congregationis de non loquendo cum Monialibus, extenditur etiam ad Milites Hieroſolymitanos, vt ex litteris Sacræ Congregationis reſcriptis Vicario Neapolitano refert Quaranta *in ſumma Bullarij, in verbo Monaſterium, & in dicto verbo.* Quod decretum refert Epiſcopus Campanilis in diuerſorio *rubrica* 12. *cap.* 16. *num.* 43. & facto verbo cum ſanctiſſimo, idem innouauit S. Congregatio, teſte Maranta *part.* 2. *reſponſo* 6. *num.* 19.

Probatur quintò, quia Trid. decretum *ſeſſ.* 6. 18 *de reformat. cap.* 3. in quo facultas tribuitur ordinariis puniendi exceſſus Regularium extra clauſtra degentium, & delinquentium, comprehendit Milites Hieroſolymitanos, quia verè Regulares ſunt, & ſic militant, & ſic Milites degentes extra locum ſuorum ordinum cum facultate ſuorum Superiorum puniri poterunt ab Epiſcopis ſuis, Genuenſis *cap.* 59. & *cap.* 21. *num.* 12. Riccius *part.* 2. *in praxi, deciſ.* 277. & *part.* 2. *collect.* 503. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 105. *num.* 15. & 16. Campanilis *rubrica* 12. *cap.* 13. *num.* 22. & patet ex Trident. decreto *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de Reformatione* ibi exceptis iis, qui prædictis locis, aut Eccleſiis actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, & ſub eorum obedientia viuunt, Triuiſanus *part.* 1. *dec.* 36. *num.* 2. *in* 4. *argumento*, & fuiſſe declaratum per Sacram Congregationem in vna Tranenſi, refert Marius Antoninus Maceratenſis *vbi ſuprà, c.* 11. *lib.* 1. *var. reſol.* 18. & hoc etiam attenta Conſtitutione Gregorij XIII. *de anno* 1580. quæ incipit: *Circumſpecta*, Maceratenſis vbi ſupra, & Antonius Naldus *in verbo Milites, num.* 11. & Petrus Antonius Moneta *de iudicibus conſeruatoriis, c.* 6. *num.* 52. Maranta *part.* 2. *reſponſo* 6. *num.* 13. *in fine*, qui ait pluries practicaſſe contra eoſdem, non obſtante quacumque exemptione, etiam per Bullam Gregorij XIII.

Et ſicuti Regulares ad Proceſſiones publicas 19 accedere tenentur ex Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus, cap.* 13. ſic iſti tenebuntur ſcilicet ſacerdotes ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani profeſſi, & ſi non acceſſerint, compelli poterunt, & compulſionem per cenſuras fieri poſſe, dicit fuiſſe deciſum Papiæ Maceratenſis *lib.* 1. *caſu* 35. quia per S. C. Regulares ſubiiciuntur Epiſcopo, quorum arbitrio remittitur, vt compellantur, vt deciſum per Curiam Archiepiſcopalem refert Genuenſis *d. cap.* 59. *num.* 9. Gratianus *cap.* 232. *num.* 13. & 14. Riccius *in praxi, for. Eccleſ. reſol.* 308. & *collect.* 503. in quinto caſu, & declaraſſe S. Congregationem refert P. Sorbus *in compendio Priuilegiorum Mendicantium in verbo Proceſſiones*, Portellius *ad dubia Regularia in verbo Proceſſiones*, & alias probationes refert Maranta *d. reſponſo* 6. *per totam*, querelam exponentes Milites tam apud Tribunal Nuntiaturæ, quàm Romæ apud Sacram Congregationem facere poſſunt contra Marantam, qui cedulones affigi mandauit.

Quia verò ſub citatione dicitur, vti vſurpator 20 bonorum Eccleſiæ, ſeu Capellæ ſanctæ Mariæ de Carmelo, eſt ſciendum, quòd occupator is dicitur, qui capit, & accipit, ſibique applicat, Ambroſius Calepinus in verbo (*occupo*) quem adducere licitum eſt, ad iuris verbum, & ambiguitates explicandas ſecundùm Francum *deciſ.* 662. *n.* 17. Lexicon Iuridicum *in verbo occupare, & in §. ferè, & §. illud autem eodem titulo*, Maranta *part.* 2. *reſponſo* 21. *à num.* 6. & Textus Concilij comprehendit omnes tam fœminas, quam maſculos occupantes, Maranta *num.* 11. *d. reſponſo* 21. *part.* 2. tam mandantes, quam per ſe facientes ex dictione illa (*per ſe*) vel per alios, & pœna, de qua in Concilio fulminatur etiam *in can.* 17. *quæſt.* 2. *per totam*, & ante eum Maceratenſis *lib.* 1. *var. reſol.* 73. *à n.* 12. & 13. 21 Maranta *vbi ſupra, num.* 11. *verſ. & cum facientes*, & continentur etiam occupantes non auctoritatiuè, Maceratenſis, & Maranta *locis citatis*, & multo magis in Trident. & Bulla Cœnæ

continetur hæreditatis occupatio ſcilicet Eccleſiæ, ad notata per Marantam *d. part. 2. reſponſo 21.* etiam ſi hæreditatem Eccleſiæ quis poſſideret,
22 cum falſa tranſactione, & falſo titulo, quia etiam occupare dicitur, & ſub Canone tum Concilij, tum etiam Bullæ Cœnæ contineretur, ad notata per Marantam *d. reſponſo 21. num. 29.* & ſic vides quòd detinentes hæreditates Eccleſiarum, eaſque non denunciant eiſdem, incurrunt in dictam excommunicationem Bullæ Cœnæ, & hoc etiam ſi cum Eccleſia ſit facta tranſactio cum falſa cauſa, & falſo titulo, vt patet ibi in Concilio etiam in occupante rem Eccleſiæ authoritate Iudicis ſecularis, vt patet ex Concilio Tridentino ibi (*ſeu quacumque arte, & quocumque quæſito colore*, &c.) notat Maranta *num. 47. in fine*, Maceratenſis *d. lib. 1. reſol. 46. & reſol. 73. n. 77.* Duardus *d. quæſt. 2. num. 3. verſ. nam largo ſumpto vocabulo*, ſacrilegus dicitur ille, qui rem Eccleſiæ etiam non datam, ſed relictam, & debitam iniuſtè detinet, vt poſt alios Maranta *n. 48.*

23 Suppoſitis pro veris ſupradictis, ſecurè eſſet dicendum potuiſſe excommunicari ab Archiepiſcopo Neapolitano fratrem Pompeium Girone, quia verò negotium dependet ab alia circumſtantia, propterea dico Fratrem Pompeium non potuiſſe excommunicari ab Archiepiſcopo Neapolitano. Ratio circunſtantiæ eſt, quia Capellani Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ, Vicarij aliqui illius ſeruientes, &c. ſiue profeſſi ſint, ſiue non profeſſi, an ſint exempti à Iuriſdictione ſi crimen commiſerint, vt in eos tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, poſſint animaduertere ad Trid. Concilij ſanctiones declarandas *ſeſſ. 6. cap. 3. de reformat. & ſeſſ. 24. cap. 11. in fine*, & Bulla Gregorij XIII. quæ incipit circumſpecta: ex Bulla Gregorij XIII. lata 25. Nouembris 1580. ſui Pontificatus anno nono, cui initium eſt circumſpecta in omnibus, in Bullario *tom. 2. Conſtit. 64. fol.* 448. quam etiam refert Quarantæ *in verbo Priuilegia Regularium, in fol....*

24 Circunſtantiæ ergo, & Bullæ æquiuoca diuidenda, deinde definienda ſunt, vt veritas eluceſcat, ex Textu *in cap.* cum Ioannes de fide inſtrumenti, vbi Abbas. Rota in Mediolanenſi Iuriſpatronatus, coram Pirouano *deciſ. 74. num. 4.* apud Viuianum in praxi Iurispatronatus, *l. Papinianus 21. ff. de minoribus, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ. l. neque natales 10. C. de probat.* duo ergo Gregorius XIII. diſtinguit in Bulla, primo Vicarios, Capellanos, miniſtros, ſeruientes aſcriptos Colonos, Procuratores, & familiares, non aliter exemptos ab ordinario, quam contra eos tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatos de eorum exceſſibus, & delictis, etiam extra viſitationem, quando, & quoties opus fuerit inquirere, viſitare, punire, & corrigere poſſint, & exemptos eſſe, niſi in Eccleſiis, aliiſque locis dictorum Militum actu ſeruiant, & intra eorum ſepta, & domos reſideant, ac ſub eorum obedientia viuant, quæ omnia debere ſimul concurrere intelliguntur, illi verò qui legitimè, & ſecundum regulam prædictæ Religionis profeſſionem fecerunt, abſolutè ſunt exempti, modo de profeſſione taliter emiſſa loci ordinario conſtet, fecerint, & ſic ad Bullam Gregorij XIII. habetur, atque colligitur.

25 Sunt itaque diſtinguendi illi, qui Religionis regulam profeſſi ſunt, ab illis, qui nondum profeſſi ſunt, illi qui ſeruiunt Religioni, & non ſunt profeſſi debent habere omnia requiſita cumulatiuè, vt à Iuriſdictione ordinarij dicantur exempti, etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, primo ſcilicet, vt in Eccleſiis, aliiſue locis Militum actu ſeruiant ſecundò, vt intra eorum ſepta, & domos reſideant, & ſub eorum obedientia viuant, quæ omnia vna ſimul concurrere debent, & ſi vnum deficiat, eorum exemptione minime potiantur, ſed in illis qui profeſſionem fecerunt, vnum ſufficit, ſi ſcilicet legitimè, & ſecundum regulam prædictæ Religionis, profeſſionem fecerint, de qua loci ordinario conſtare debet, vt latè Epiſcopus Maranta *part. 4. reſponſo 80. à num. 21. 22. & 23.* & ſic probata profeſſione facta ſecundùm Regulam erit exemptus ab ordinario loci, in quo deliquiſſe conſtiterit, vt neque delegatus Sedis Apoſtolicæ aduerſus eos delinquentes procedere poterit ordinarius, 26
& probabitur profeſſio per publicam ſcripturam Notarij publici Religionis manu extractam, atque etiam à deputato ordinis, vel commendatariæ manu exaratam extractam fuiſſe, ab illo inquam deputato, qui eſt taliter deputatus ad profeſſionem excipiendam, eiuſque ſigillo roboratam, & Epiſcopo loci ordinario, in qua conſtet de profeſſione, & profeſſio poteſt probari per ſcripturam, in qua conſtet de profeſſione, & profeſſio debet probari per ſcripturam, dicit Gloſſa *in cap. 1. de cenſibus, in 6. in verbo ſcriptis*, Cardinalis Caualerius *dec. 271. n. 3.* Gratian. *cap. 640. num. 4.* vel per fidem extractam à libris 27
Religionis, in quibus deſcribuntur profeſſiones profeſſorum, ſicuti baptiſmalis infuſio, vel matrimonij contractus probatur libris Parœcorum, ex Trid. *ſeſſ. 24. cap. 1. §. ſed habet Parœcus de reformat. matrimonij* Riccius *part. 2. deciſ. 340.* Card. Caualerius *deciſ. 444.* Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 15. num. 22.* Epiſcopus Maranta *reſponſo 53. num. 2. 3. & 4. part. 3.* Federicus de Senis *conſ. 119.* Gratianus *d. cap. 640. num. 7. & 9.* Idem Maranta *part. 4. reſponſo 80. num. 26. part. 4.*

Cum ergo conuenitur coram Ordinario Preſ- 28
byter, vel Sacerdos Sancti Ioannis, qui profeſſus eſt, docere debet de profeſſione ex Concilio Toletano 4. *cap. 48. in Canone Monachum 3.* & per Leonem Papam *in cap. Puellæ 20. quæſt. 1.* & Clementem III. *in cap. cum virum 12. de Regularibus*, & Trident. *ſeſſ. 25. de Regularibus, c. 19.* & Gratian. *cap. 440. num. 25.* ergo Capellanus Sancti Ioannis legitimè profeſſus, ex Bulla Gregorij XIII. eſt ab Ordinario exemptus, vt neque tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus in eum animaduertere valeat, quæ ſanè Conſtitutio eſt conformis Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de Regularibus, cap. 11.* vbi tollens exemptionem ab Ordinariis, ſic dicit (exceptis tamen iis, qui præ- 29
dictis locis, aut militiis actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, & domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, ſiue iis, qui legitimè, & ſecundùm regulam eorundem Militum, profeſſionem fecerunt, de qua Ordinario conſtare debet, non obſtantibus priuilegiis quibuſcunque etiam Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & aliorum militarium) & hic eſt caſus noſtræ quæſtionis in Religioſo profeſſo, & propter decreti prædicti ſanctionem, Regens Sanfelicius *deciſ. 252. part. 2.* refert, Fratrem Carolum Paganum huius ſacræ Religionis Nouitium, vel ſaltem tacitè profeſſum, in carceribus M. C. V. retentum ob aliqua commiſſa crimina ad Religionem remiſſum fuiſſe, licèt non meminerit ipſe Conſtitutionis Gregorianæ.

Neque

30 Neque dicas contrarium dixisse Episcopum Marantam *part.2.responso 6.num.12.13 & 14.* Respondeo enim non esse sibi contrarium, sed conformem, quia *in responsione 6.* non concurrebant requisita, quæ ex Trident. *dicto cap.11. in fine*, concurrere debebant, neque concurrebant requisita Constitutionis Gregorianæ, & sic eramus in puris terminis dicti Concilij Tridentini, & Constitutionis, in quibus data exemptio non habet locum, quando nec intra sepia, & domos degebant, neque professionem legitimam emisissent, & sic formata fuit regula, vt omnes, qui in Diœcesi sunt, Episcopo loci Ordinario subiiciantur, *Can. omnes Basilicæ 16. q.7. cap. In persona 7. de priuil. in 6. cap. conquerente 16. de Offic. Ordin. in 6.* Rot. apud Garz. *decis.* 448. & apud Caualerium *decis.* 306. & fundat Episcopus Maranta *part.3. responso 81. num.11.* at in casu, quo tales milites sunt Capellani, & Vicarij, ac cæteri seruientes professionem fecerunt, non possint, neque vti delegati Sedis Apostolicæ in actu visitationis cognosci, idem si sint non professi, dummodò habitent in eorum domibus; & Ecclesiis, ac sub eorum obedientia viuunt, vti se declarando explicat Maranta *p.4. responso* 80.

31 Neque dicas obstare plures Sacræ Congregationis Cardinalium declarationes, de quibus Maranta *p.4. responso* 80. *n.33.* in quibus contrarium habetur.

Respondeo enim de talibus declarationibus non authenticè illatis curandum non esse ex notatis à Sanchez *lib.8. de matrim. disp.2. num.10. in fine*, & si militer Pater Diana *part.1. tract.12. de horis Canonicis, resol.6.* & *tract.6. de paupertate Religiosa, resol.32.* Et hæc est ratio cur prædictæ declarationes per eandem Congregationem annuente Pontifice sunt omninò prohibitæ, atque de medio sublatæ, vt aduertit Maranta *d. part.4. responso* 80. *in fine.*

Quare, &c.

Iulius Caponus, &c.

NEAPOLITANA.

32 R. Pater Sacra Religio Hierosolymitana est notoriè exempta à iurisdictione Ordinariorum, vt nec in personas, nec Ecclesias eiusdem possint promulgare censuras, vt habetur in Bulla secunda Anastasij IV. §.8. *in Bulla 9. Pij IV. §.37.* & in aliis.

33 Nec bona est excusatio sub prætextu ignorantiæ suorum Priuilegiorum, vt tradunt Cocher. *de iurisd. in exemptos, p.2. q.49. n.3.* Sayrus *de censuris, lib.1. cap.8. num.7. ad med.* Donatus *de Regul. tom.4. tract.13. q.24.*

34 Non obstat quòd hic sint latæ censuræ, sed lata tantùm sententia declaratoria aduersus percussorem Clerici, quia in dicto Priuilegio Pij IV. prohibitum est Ordinario exercitium cuiuscunque potestatis; ergo nec potest ab eis fieri hæc declaratio, & denuntiatio, vt aliàs fuit resolutum à Sacra Congregatione, teste Barbosa ad Concilium *sess.24. cap.11. num.12.* fuit enim dictum posse Episcopum præcipere Parœcis suis, ne Equitem delinquentem recipiant, non autem declarare excommunicatum propter percussionem Clerici, quia verba Priuilegij sunt amplissima, non solùm de excommunicatione, & censuris, sed etiam de aliis sententiis, & de nulla potestate exercenda, quæ verba sine dubio etiam declarationem comprehendunt, cum sit actus potestatis, & iurisdictionis.

Vltra quod etiam in puncto iuris verior, & 35
receptior est opinio, quòd Episcopi non possint declarare Regularem exemptum incurrisse sententiam excommunicationis à iure latam, cum sit actus iurisdictionis, à qua Regulares sunt totaliter exempti, vt tradunt Nauar. *consil.2. n.2. de sentent. excomm.* Peyrinus *ad Bullam 2. Sixti IV. §.10. num.13. & 14.* Portellus *verbo Episcopus, num.9.* Roderic. iun. *in compend. Regular. resol.62. num.14.* Pater Diana *tom.5. tract.1. resol.35.* Pellizzar. *tract.8. cap.6. num.45.* Lezzana *p.1. c.11. num.15.* Leon. *in compend. censurarum resolut.2. n.491. & seq.* Donat. *de Regular. tom.4. tract.13. q.26.* Pater Bordonus *variar. resol. tom.1. resol.7. num.10. vers. Oppositum*, Vulpe *in praxi, cap.42. num.25.* Cespedes *de exempt. Regularium, cap.18. dub.295. per totum.*

Nec refragantur Canonistæ *in Clement.1. de* 36
priuil. quia loquuntur in abusibus in dicta Clementina specialiter probatis cum hac speciali facultate eos declarandi excommunicatos. Vnde non potest extendi ad alios casus, vt respondent Nauar. & fere omnes alij *suprà* adducti, vt patet ex verbis claris illius Textus.

Vnde optimè fundata est epistola Cardinalis 37
Burghesij olim super simili casu scripta Nuntio Apostolico illius temporis, & habet vim legis, vt in puncto dixit Rota coram Cæsare de Grassis *decis.1. num.10. tit. de præbend.* Cum enim huius sacræ Religionis priuilegia sint clara, vt in causis etiam criminalibus nulli alij sint Iudices, quàm Superiores huius Religionis, vt habetur in Bulla 9. Pij IV. §.56. Et pro huius exemptionis ob- 38
seruantia specialiter Illustr. Nuntio Neapolitano, vt innigilaret, mandauit Gregorius XIV. *in sua Constitutione 5. §.8.* iustissimè mandauit Cardinalis Burghesius, dum Papæ nepos erat, Nuntio, vt impediret Ordinarium, ne in casu etiam *cap. si quis suadente*, Religiosos huiusmodi molestia afficeret, itaut indubitanter idem sit nunc faciendum.

Quare, &c.

Hercules Bonconius Aduocatus, &c.

EMinentissime Domine, cum D. Pompeius 39
Girone Eques Hierosolymitanus prætendat se non posse declarari ab Eminentissimo Archiepiscopo excommunicatum ob manus nulliter in NN. Sacerdotem illatas, supplicantur EE. VV. pro declaratione sequentis dubij de communi consensu partium remissi,

An possit Ordinarius contra dictum Equitem procedere ad declarationem excommunicationis incursæ ex *Can. si quis suadente*, &c.

Et licèt aliqui Doctores opinioni negatiuæ inhæserint, prætendit tamen Curia Archiepiscopalis talem denuntiationem legitimè spectare ad ipsam, prout firmant Felin. *in cap. non potest, de sentent. & re iudic.* Barbos. *de Apost. col.63. n.33.* fusiùs in propriis terminis Equitum Hierosolymitanorum *in tract. de visit. lib.2. cap.20. n.24. in fine*, Ioan. Andr. *in cap.1. num.1. in fine, de priuil. in 6.* plurimique relati per Lauretum de Franch. *in tract. de controu. inter Episcop. & Regul. cap.7. vers. Contraria opinio*, Textus *in Clem.1. de priuil. & Clem.2. de pœnit. & in cap.2. de priuil. & excessibus Prælatorum.*

Quæ opinio tanto magis procedere debet in 40
delictis extra claustra commissis; quo casu dicti Equites tanquam non degentes intra sepia, non gaudent Priuilegiis Gregor. XIII. *Bulla 67. §.2.* Barbosa ad Conc. *sess.24. cap.11. num.11.* & firmatis

mauit pluries S. Congregatio, prout videre eſt in vna Vulturana die 7. Septembris 1630. in vna Nebien. 7. Februarij 1632. & in vna Limana 19. Nouembris 1625. & in aliis.

41 Vltra quod cum declaratio excommunicationis incurſæ ſit actus inductus ad fauorem animarum, non poſſunt dicti Equites eſſe circa ſpectantia ad Curam animarum ab Ordinario exempti, Gregor. XIII. *Bulla 67. §. 5. cap. peruenit, il 1. de appellat.* Ioan. Andr. *in cap. 1. de priuileg. in 6.* Genuen. *in praxi Neapolitana, cap. 28. n. 18. verſ. Niſi declaratio.*

42 Facit etiam ad hoc quod dicit Petrus de Anchar. *conſil. 185.* nempe declarationem excommunicationis incurſæ fieri ad hoc, vt euitetur excommunicati commercium. Qua ratione mota S. Congreg. Conc. reſcripſit pluries poſſe Epiſcopum declarare excommunicatos Regulares quoquomodo exemptos incurſos in excommunicationem ex diſpoſitione Sacrorum Canonum ad hoc vt ab aliis euitentur, vt videre eſt in vna die 24. Maij 1621. & in vna Limana 24. Ianuarij 1623.

43 Non obſtat, quòd contra Equites Hieroſolymitanos non poſſit ad citationem, quæ ante denuntiationem requiritur declarari, cum citatio ſit actus iuriſdictionis.

Reſpondetur enim quod cum hæc citatio habeat clauſulam ſi tua putas intereſſe, quæ non arctat volentem comparere, non dicitur arctatoria, ideóque non importat iuriſdictionem, Felin. *in cap. non poteſt, de ſent. & re iudic.* cuius doctrina fuit approbata à Sacra Congregatione Epiſcop. & Regular. die 24. Maij 1621. vt refert Barboſa *deciſ. Apoſt. collectan. 632. n. 33.*

DISCEPT. CCCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa Vrbanus VIII. quid conceſſerit Domino Epiſcopo Ricciullo.*
2 *Gratia conceſſa Illuſtr. D. Ricciullo fuit ampliata ab eodem Papa Vrbano VIII.*
3 *Diſpoſitio D. Ricciulli qualis fuerit.*
4 *Præſentatio Breuium in Nuntiatura Apoſtolica, & tranſactio facta.*
5 *Præambulum factum in fauorem hæredum Illuſtriſſ. Epiſcopi Ricciulli.*
6 *Petitio partis contra illos de Ricciullo affertur.*
7 *S.C. qualiter proceſſerit in cauſa Mainardi cum Ricciullis.*
8 *Nullitates oppoſitæ per Mainardum.*
9 *Mainardi oppoſitiones qualiter prætendantur euacuari à parte.*
10 *Promiſſio de renuntiando an, & qualiter habeatur pro renuntiatione.*
11 *Renuntiatio an habeatur pro facta ſi Pater promiſerit reficere tantundem.*
12 *Renuntiatio quando noceat filiis ex perſona propria venientibus.*
13 *Renuntiatio Matris quando filiis noceat etiam ex perſona propria.*
14 *Renuntiatio Matris qualiter à filiis cenſeatur approbata.*
15 *Renuntiatio Matris quando illam excludit, & filios.*
16 *Mainardo noluiſſe Ricciullum aliquid relinquere, qualiter probetur.*
17 *Teſtes deponentes de maleuolentia qualiter probent.*
18 *Nepotum maleuolentia erga Patruum, vel Auunculum qualiter probetur, &* n. 19.
20 *Teſtium ſcientia qualiter probetur.*
21 *Mainardi affectio qualis fuerit erga Ricciullum.*
22 *Voluntas teſtatoris, de qua hîc, quomodo ſit explicata.*
23 *Epiſcopi, & Sacerdotis teſtamentum qualiter valeat ſine ſeptem teſtibus, ſed cum duobus tantum.*
24 *Teſtamentum an ſuppleri poſſit quoad præſentiam teſtium, &c.*
25 *Teſtamentum de iure Canonico requirit ſcripturam, ſolum ad probationem.*
26 *Epiſcopi an poſſint, & qualiter teſtari.*
27 *Teſtamentum Epiſcopi an declarari poſſit coram teſtibus.*
28 *Teſtamentum qualiter reſpiciat familiam.*
29 *Breuia plura conceſſa Archiepiſcopo Ricciullo.*
30 *Breue S. P. ad fauorem Epiſcopi, qualiter poſſit eſſe.*
31 *Statutum vocans conſanguineos ad ſucceſſionem intelligitur de agnatis, non de cognatis.*
32 *Epiſcopi bona qualia ſint, quæ ſpectent ad Cameram.*
33 *Superfluitas in verbis Pontificiis non eſt attendenda.*
34 *Inueriſimilitudo non eſt attendenda.*
35 *Priuilegium in præiudicium Cameræ qualiter intelligatur.*
36 *Agnati qualiter cognatis præferantur, & quando.*
37 *Familiares Epiſcopi quando illi poſſunt ſuccedere.*
38 *Teſtari potens, ſi moriatur ab inteſtato, quid agendum.*
39 *Papa concedens facultatem teſtandi, de quibus bonis loquitur.*
40 *Epiſcopus quando inre communi teſtetur, & qualiter, &* n. 41.
42 *Epiſcopus quid poſſit diſponere de bonis patrimonialibus.*
43 *Patrimonialia bona Epiſcopi qualiter, & quibus debeantur, &* n. 44.
45 *Epiſcopum quando diſpoſuiſſe videtur de bonis Eccleſiæ, & quãdo de bonis patrimonialibus.*
46 *Epiſcopus quando diſponat de bonis Eccleſiæ, &* n. 47.
48 *Illuſtr. Archiepiſcopi Ricciulli mors narratur.*
49 *Antonij Mainardi petitio contra illos de Ricciullis.*
50 *Cauſa petita remitti derogatur, & datur terminus.*
51 *Nullitates præambuli qualiter opponantur, &* num. 52.
53 *Filij ſororis admittuntur cum filiis fratrum ad bona Auunculi.*
54 *Renuntiatio Matris non nocet Maynardo filio.*
55 *Reſcriptum conceſſum Ricciullo qualiter præiudicare poterit nepotibus.*
56 *Epiſcopus diſponit de bonis ſuis patrimonialibus.*
57 *Epiſcopus non diſponit de bonis Eccleſiæ.*
58 *Diſponendi prohibitio quæ bona comprehendat.*
59 *Reſcriptum Pontificis qualiter interpretandum.*
60 *Hæres ſanguinis venit tam cognatus, quam agnatus.*
61 *Reſcriptum Pontificis ambiguum qualiter per S. P. interpretandum.*
62 *Poſſeſſorij diſcuſſio qualiter facienda.*

63 *Voluntas*

63 *Voluntas qualiter probetur.*
64 *Rescriptum Pontificis, de quo hic, non respicit omnia bona, sed particularia.*
65 *Nullitates propositæ pro parte Antonij Maynardi.*

ARGVMENTVM.

Filij sororis, & filij fratris succedunt æqualiter auunculo ab intestato succedenti etiam si fuisset Sacerdos, vel Episcopus, & testetur, vigore Breuis de bonis intuitu Ecclesiæ, de quibus testari non poterit, nisi ex Breui Pontificio, etsi Breue loquatur de consanguineis, an agnatos tantum comprehendat, an etiam cognatos, & sic cognati veniunt sub nomine sanguinis, & nullitates propositæ admittuntur, &c.

IVRIVM ALLEGATIONES, PRO

Abbat. Antonio, & Vincentio Ricciullo fratribus.

1 PAPA *Urbano Ottauo concesse à Monsignor* Ricciullo *all'hora Vescouo* di Belcastro, *& poi* Arcinescouo di Cosenza *di poter disponere ò in vita, o in morte di ducati 4000. in beneficio delli* suoi più prossimi parenti di casa Ricciullo mascoli, & non femine, *& in caso che non hauesse disposto, gli fussero successi quelli, che haueriano succeduti ab intestato, come dal chirografo di detto Sommo Pontefice, & propriè fol. 9. à terg. litt. B.*

2 *Detta gratia fu ampliata dal medesimo Papa à ducati 8000. in modo ch'essendo* inserito *in questo secondo, il primo breue, nel quale sono chiamati* li mascoli, & non femine più prossimi parenti di casa Ricciullo, *s'amplia detta facoltà di testare à ducati 8000. vt supra,* vt in eo succedant hæredes sanguinis dicti Archiepiscopi, *fol. 91. à terg. & fol. 117. nello quale appare il medesimo Breue esser stato executoriato dal Thesoriero generale del medesimo Sommo Pontefice.*

3 *Essendo morto detto Monsignor Riciullo, fè vna sperie di Codicillo, ò dichiaratione, nella quale fè diuersi legati, però non vi è institutione d'herede espressa; atteso hauendo* più volte *detto Arcinescouo* dichiarato, *che li suoi heredi erano* l'Abbate Antonio, & Vincenzo Ricciulli *suoi nepoti* figli del suo fratello carnale, *non volse far espressa institutione di herede, per euitare li fastidij, & spese, che detti suoi heredi haueriano hauuto con la Camara Apostolica, come infrà si dirà, qual dechiaratione è ex fol. 52. vsque ad fol. 57.*

4 *Seguita la morte di detto Arcinescouo, & presentati detti Breui nella Nunciatura Apostolica, hauendo detto Abbate* Antonio Ricciullo *vno dell'heredi, transatto con detta Nunciatura, furno excamerati tutti li beni hereditarij di detto Arcinescouo in beneficio di detto Abbate Antonio, vt ex dec. Nunciature fol. 19.*

Et dalla Vicaria capta informatione, & constito della voluntà di detto Arcinescouo, d'instituire heredi detti suoi nepoti ex fratre *in* 17. *di Giugno* 1643. *fu interposto* decreto di preambolo à lor beneficio, *fol. 5. & si fece l'inuentario di detto Arcinescouo, vt patet, fol. 28.* 5

In tanto il Dottor Antonio Mainardo nepote ex sorore di detto Arcinescouo si fè dichiarare herede pro quarta parte ab intestato del medesimo Arcinescouo dalla Corte di Regio in Calabria *fol. 12.* 6

Venuta la causa nel S.C. & iui datosi il termine ordinario, & compilato il processo, & nata la sententia diffinitiua *à relatione del Signor Theodoro* à beneficio delli detti Abbati Antonio, & Vincenzo Ricciullo, *essendosi confirmato il decreto di preambolo della Vicaria à lor beneficio spedito,* & assoluti *dall'impetitione del d. Antonio Mainardo, vt ex sententia, fol. 135.* 7

Dalla quale hà detto di nullità *il medesimo Mainardo, fol. 138. & ordinatosi per S. C. stante la pretesa pouertà del medesimo Mainardo, che dette nullità si discutano senza deposito.* 8

Et si bene s'è risposto à dette nullità ad vna per vna, *ad ogni modo, per maggior giustificatione di detta sentenza di detto S. C. & delle raggioni di detti fratelli Ricciulli, si dice, che à detto Antonio Mainardo non compete nessuna raggione sopra detta heredità.* 9

Primo, perche sua madre hà renunciato, & esso Antonio hà ratificato la renunza.

Secondo, perche detto Arcinescouo hà instituiti heredi li detti Vincenzo, & Abbate Antonio Ricciulli suoi nepoti.

Terzo, perche il Breue Pontificio ch'abilita la persona del Vescouo à disponere parla di detti Ricciulli, nè può includere detto Maniardo.

Quoad primam certum est dictum Mainardum dictam prætensam successionem postulare vti filium Vincentiæ Ricciullo sororem dicti Archiepiscopi, quæ *promisit renunciare omnibus successionibus,* ab intestato deuolutis, ac in *futurum deuoluendis,* vt patet *fol. 119. & fol. 120. & 121.* quam promissionem de renuntiando sufficere sine effectuali renunciatione ex Couarr. *in cap. quamvis pactum de pactis in 6.* tenuerunt Franc. Molin. *de Rit. nuptiar. lib. 1. quæst. 81.* & alij, quos allegat, & sequitur D. Reg. Capyc. Latr. *decis. 3. num. 29. & decis. 2. num. 33. &* D. Consil. Staybanus *nepos resolut. 28. num. 42.* 10

Tanto magis, quod Lucas Antonius Mainardus pater dicti Doctoris Antonij in eodem instrumento promisit, & se obligauit non contrauenire facere dictam Vincentiam eius vxorem, neque eius hæredes, & casu quod contrauenire vellent se obligauit teneri de proprio, & reficere tantundem illis in quorum beneficium fuerit renunciatum, vt patet d. *fol. 117. & fol. 119. & 120.* quod pactum esse validissimum, iam diù scitum est in nostris Tribunalibus, vt habet D. de Pont. *de potest. Proregis, tit. 9. de success. mulierum, à n. 10. & 11.* Muscatell. *in praxi fideiussoria, part. 1. modo 19. per totum* Apicell. *in tutamine pauperum, tit. 4. num. 695. in addit.* & D. Consil. Staybanus *resolut. 28. à num. 46. vsque ad num. 69.* qui respondet omnibus contrariis, & signanter *ad decis. 247.* D. de Franch. quæ neque est applicabilis ad casum nostrum, ex multis, vt infrà dicetur & signanter, quia Vincentia Ricciulla habuit ducatos tercentum pro complemento suarum dotium de bonis dicti Archiepiscopi, de cuius successione tractatur. 11

Neque obstat, si Mainardus diceret quod ipse 12

venit ex propria perſona, & quod dicta eius mater exceſſit è vita ante dictum Archiepiſcopum, & quod ex vulgata doctrina Bart. *in l. qui ſuperſtites, ff. de acquir. hæredit.* talis renuntiatio habet illud intellectum ſi hæreditas ei eſſet delata, alioquin renuntiatio ipſi ex propria perſona venienti non obſtaret.

13 Quia reſpondetur, quod quicquid *de veritate* huius articuli, omninò iudicandum eſt obſtare dicto Mainardo dictam renuntiationem, ex duobus.

Primò, quia doctrina Bart. non procederet, quando tertius, & ſic maritus in eadem renuntiatione ſe obligaſſet ſoluere, & teneri de proprio, caſu quo filij, vel hæredes matris renunciationi contrauenire vellent.

Secundò, & melius, quia idem Antonius Mainardus, qui nunc pertinaci moleſtia, vexat dictos fratres de Ricciullo idemmet approbauit renunciationem prædictam poſt mortem eius matris; nam ipſe Antonius conſtituit procuratorem ſuum pactum ad exigendum à dicto Archiepiſcopo, & recipiendum complementum dotis in dictis capitulis matrimonialibus promiſſæ, provt cum effectu recepit ducatos tercentum pro dotium complemento Archiepiſcopum quietando, vt patet *fol.* 121. de anno 1630. poſt mortem ſuæ matris.

14 Cumque dictos ducatos tercentum habuit ex cauſa, & promiſſione dictorum capitulorum matrimonialium, in quibus dicta renuntiatio cum promiſſione non contraueniendi erat promiſſa, & ſtipulata, omninò dicendum eſt dictum Antonium Mainardum renuntiationem prædictam à matre promiſſam ipſe approbaſſe, ac ratificaſſe. Recipiens enim ſolutionem vigore alicuius contractus cenſetur approbare, & ratificare omnia in illo contractu contenta, *l. quidam ex parte cum gloſſ. ff. de euict.* Bald. *conſ.* 184. *ad intelligentiam, vel nunc venio, lib.* 2. Crauett. *conſ.* 137. *colum.* 2. *verſic. ex teſtamento*, quia ratificatio, nè dum verbis, ſed facto ipſo inducitur, imò magis facto, quam verbis, *l. Paulus, ff. rem ratam habere*, Dec. *conſ.* 613. *colum.* 2. *in fine, & conſ.* 58. *in principio, & conſ.* 222. *cum infinitis Corollariis*, & ſimilibus adductis, & allegatis per Card. Tuſchum *litt. R, concl.* 11. *per totam*, Afflict. *deciſ.* 236. *num.* 3. *& deciſ.* 164. *cum aliis innumeris* per idem Tuſc. *concl.* 13. *&* 14. *litt. R.* Maximè, cum idem Mainardus ſit V.I.D. ſciebat ex receptione complementi totius dotis ſubſequi neceſſario approbationem omnium contentorum in dictis capitulis matrimonialibus, & ſic dictæ ampliſſimæ renuntiationis per eius matrem fieri promiſſi, vndè ſibi imputet, quod ſemetipſum excluſit, licet ex aliis multis cauſis eſſet prorſus excluſus vt infra dicetur.

15 Ergo Mainardus non poteſt venire ex perſona matris, quia mater promiſit renuntiare, quod idem eſt per omnia, ac ſi renuntiaſſet, non poteſt venire, quia hæres patris, qui promiſit de proprio, & ſe obligauit non contrauenire facere, non poteſt denique venire ex perſona ſua, quia ipſe poſt mortem matris per receptionem complementi dotis receptæ ab eodemmet Archiepiſcopo approbauit dictam renuntiationem per ſupradicta.

Secunda inſpectio.

16 Iuſtificatur ſententia S. C. quia dictus Archiepiſcopus noluit vnum obulum dicto Doctori Mainardo relinquere ei per quam inuiſo, & exoſo cum ſemper dictus Archiepiſcopus, & in illa infirmitate, ex qua mortuus eſt, & antea, & ſemper declaraſſet, quod ſua voluntas erat, vt integra eius hæreditas peruenire ad dictos eius ex fratre nepotes Antonium, & Vincentium Ricciullum, penitùs non nominato dicto Mainardo.

Deponunt primus teſtis *ſacerdos de viſu* 17
fol. 81. *ſuper* 3. *&* 4. *& ſuper* 7. *& ſuper* 9. che per certa pretenſione, che teneua detto Mainardo *per certo credito, che diceua hauer con detto Arciueſcouo ſe faceſſe il conto, e ſe reſtaſſe creditore di detti heredi l'haueſſero pagato.*

Secundus *teſtis fol.* 82. qui eſt Doctor, & 18
Conſultor Sancti Officij, nunc Epiſcopus Literarum de viſu ſuper 3. & ſuper 4. & ſuper 7. & ſuper 9. *& melius in declaratione facta per eumdem teſtem fol.* 83. in fine.

Tertius teſtis *fol.* 86. à ter. ſuper 3. 4. & 7. & ſuper 9. & ſuper 10.

Quartus teſtis fol. 88. ſuper 3. ſuper 4. ſuper 7. & ſuper 9.

Et alij *quam plures* teſtes *de auditu* ex *fol.* 78. cum ſeqq.

Qui teſtes reddentes cauſam eorum dicti, di- 19
cunt id per Archiepiſcopum fuiſſe ordinatum, & diſpoſitum; non ſolum quia amabat dictos eius nepotes vti filios, & eos diligebat ſicut ſemetipſum: nam quoad Abbatem Antonium fecit illum ſuum Vicarium generalem in Archiepiſcopatu Conſentino; quo verò ad Vincentium nubere fecit Neapoli cum magna dote, prouidens ei de proprio de omnibus ſumptibus pro matrimonio contrahendo, vt omnes prædicti teſtes ſuper 2. articulo deponunt ex *fol.* 78.

Aliam ſcientiæ cauſam prædicti teſtes red- 20
dunt: ſcilicet quod exonerando ſuam conſcientiam ad ipſos ſuam hæreditatem peruenire voluit, nam cum mortuo Thoma Ricciullo eius germano fratre, remanſiſſent dicti Abbas Antonius & Vincentius infantuli ſub eius tutela: illam exercuit, & vt poſſet ſe Romam conferre, ibique domum aperire, & ſe manutenere cum decore; & denique vt Epiſcopatum obtineret; non ſolum omnia animalia, & pecuniam remanſam in fratris hæreditate inſumpſit, ſed vendidit multa bona ſtabilia pupillorum nunquam poſtea redditis computis, neque reliquis perſolutis, hoc factum vti publicum, notorium, & incontroverſum octo teſtes deponunt Primus *fol.* 79. *fol.* 80. *fol.* 81. *fol.* 83. *fol.* 86. *fol.* 87. *fol.* 88. *& fol.* 89 omnes *ſup.* 10. *articulo.*

Nullus horum reſpectuum in Mainardo ex 21
ſorore nepote cadere poterat. Imò totum oppoſitum. Et quod omnem aliam contrariam præſumptionem excludit, eſt Breue Pontificium vbi (*vt infrà videtur*) maſculos ſolum de domo Ricciullo vocat excluſis fœminis, quod ex ratione naturali deſcendit; Vnde Doctores dixerunt, præſumi teſtatores diligere magis eorum familiam, quam proprias filias fœminas, vt habet Beroius *conſ.* 138. *num.* 138. *num.* 11. *&* 12. quæ omnia ſequendo Sfort. Odd. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *art.* 1. *num.* 16. 17. 18. *&* 19. dicit hoc naturaliter contingere, *quia amor ſuapte natura reuertitur ad ſua principia, & ideo quilibet defendit libentius, ea quæ recedunt, ab individuis, & ſpeciebus, & ad genus ſuum redeunt quam ipſa individua, & propterea dicitur publicè intereſſe conſeruari familiarum dignitatem, l.* 1. *ff. de ventre inſpiciendo*, cum concordantibus per Marzar. *conſ.* 14. *num.* 21. *lib.* 1. cum aliis per eundem

Sfor.

Sfor. *loco cit.* Per fœminas autem non conseruatur agnatio, & fœmina est finis agnationis patris, & nubendo alteri, facit finem familiæ paternæ, & quando est nupta, iam est finita, ratio agnationis suæ, vnde videmus parentes, parum curare de fœminis, & illis dotes, solum constituunt, & quantum fieri potest minores Aymon. *cons.* 87. *num.* 5. *vers.* 3. *principaliter* quem refert, & sequitur Mantica *lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 8. *in fine.* Si hæc procedunt in patre cuius viscera filia est, quid in fratre, quid in sorore iam mortua quid in natis ex illa sorore, Mainardis, non Ricciullis.

22 Sed nos sumus in claris. Voluntas Archiepiscopi iam per quatuor testes de visu est legitimè probata, deque ea per dictos testes, & alios plures de auditu legitimè constat solum addidi, prædicta, vt videatur, dispositionem, & voluntatem Archiepiscopij fuisse, non solum iustam æquam, & rationabilem, sed etiam, vt probat Sfortia naturalem, vt eius familiam, & prosapiam conseruare.

23 Vndè si Breue non adesset adhuc dicta dispositio, esset validissima, non solùm per viam vltimæ voluntatis, sed etiam vti testamentum. Nam Episcopi, & sacerdotes possunt testari, seruata forma Iuris canonici, & testamentum de iure canonico non requirit, septem testes, sed duos testes, & Parœcum, vt in vulgatis *c. relatum, & cap. cum esses de testamentis*, quæ iura habere locum in clericis testantibus extra terras Imperij, probat additio ad Abbatem *in d. cap. cum esses, col.* 3. *sub num.* 7. *vers. item adde, quod clericus saltem est priuilegiatus per hoc c. vt possit facere testamentum, cum duobus testibus, & presbytero, & c.* fol. mihi 115. *in fine*, & de hoc est celebre consilium Baldi 448. *quæritur in primis, n.* 3. *vers. secundo quæritur clericus, lib.* 1. fol. mihi 137. *à terg.* vbi Bald. expressè tenet, quod per *d. cap. cum esses & cap. relatum*, valet testamentum sacerdotis coram duobus testibus, & Parœco, & tunc dicit non valere, quoties præcessit alium testamentum solemne, quod tale testamentum solemne esset præsumptuosum dicere quod per istud secundum non solemne reuocaretur; sed si nullum præcessit, tenet expressè quod valeat, *in d. vers. non obstat*, quia sacerdotes viuere debent secundum canones, & idcò idem Bald. notabiliter, *in l. si quando* 35. *vers. ex leg. ista habetis, num.* 6. *C. de inoff. testam. dixit, quod si Papa concessit monacho, quod possit testari de bonis paternis*, sicut plerumque facit, qualiter debeat intelligi dicta concessio dicit Baldus se putare, quod verbum prolatum à Papa *Intelligatur secundum ius canonicum, non secundum ius ciuile, vt extra de testam. cap. cum esses, & cap. relatum, hæc* Bald. cuius doctrina est communiter recepta, vt est alia additio ad Abbatem *in cap. cum esses, in verb. & istam opinionem, vers. & vbi dicit, vt intelligatur dispensatum*, vt testetur secundum solemnitates iuris canonici, non iuris ciuilis, &c. ergo hæc dispositio valida omninò est, Neque obstat, quod tempore declarationis non constat adfuisse Parœcum, quia duobus modis respondetur.

24 Primò, quod Speculator *in tit. instrum. edict. §. compendiosè ex num.* 10. *quod* dicit & conferunt dicta per Io. Dilect. *de arte testandi, tit.* 2. *caut.* 2. *ex num.* 5. præsentia Parœci per alios duos testes suppleri potest, & propriè *sub n.* 12. *vers. si vero essent quatuor* fol. mihi 681. sic si dispositio de iure canonico, est facta coram quatuor testibus est, validissima: nam duo sufficiunt vice Parœci, hæc doctrina Speculatoris, est ab omnibus recepta, vt dicunt Abbas Imol. Henric. & omnes *in d. c. cum esses*, & Couar. *in eod. c. cum esses, num.* 13. *vers. cæterum hæc interpretat.* & ad illam fundandam allegat alios classicos DD. & est ipsa veritas, vt ex Dilect. *loco citato.*

Secundò respondetur, quod sufficit quilibet Sacerdos, loco Parœci, vt dicit Bald. *in d. cons.* 448. *sub num.* 3. *vers. vel alio presbyt. in Sacris constituto*, idem dicit Corneus *cons.* 161. *l.* 4. & Sanchez *lib.* 4. *cons. moral. cap.* 1. *dubit.* 7. & Hondedeus *cons.* 26. *num.* 3. *vol.* 2. & quando Archiepiscopus, fecit dictas declarationes, adfuerunt monachi, Iesuitæ, & alij presbyteri. Sicque omnino, vel quia sunt quatuor, vel quia inter hos quatuor adsunt Sacerdotes, & alij dicta dispositio, etiam non attenta dispensatione hominis, quæ omnes defectus ex se sedaret, vt infra sed mero iure communi canonico ex se esset validissima per supradicta.

Minus obstat, quod de dispositione nulla 25
adest scriptura, quia tale testamentum, non requirit scripturam, nisi ad probationem, vt dicit Doctor. Marta *summa successionis legalis, part.* 4. *quæst.* 1. *art.* 7. *n.* 32. Bertaz. reuidendus, *cons.* 86. *per totum*, Honded. *cons.* 77. *lib.* 1. quia perfectio scripturæ requiritur in testamento in scriptis secus, vbi testatur de iure canonico, nam sufficit declaratio voluntatis, coram duobus testibus, quia cum iam ipsi citata parte, ante sententiam sint legitimè recepti, ipsorum depositiones publica instrumenta dicuntur, Quæ omnia corroborantur ex dictis breuibus Summi Pontificis, qui ei facultatem disponendi in scriptis vel sine scriptis pro vt ei placuerit concedit, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, his verbis, *E senza solennità di leggi, & delli statuti delli luochi, doue seguirà la sua morte anco per simplice schedula*, quod expressiùs est repetitum in secundo Breui, *fol.* 91. à t. sublatis igitur solemnitatibus omnium legum humanarum, & sic septem testium, & aliis de quibus in *leg. hac consultissima, C. de testament.* reducit se ad legem naturæ, & ad legem Christi, quæ dicit in ore duorum, vel trium stet omne verbum, & sic ad dicta *capitula relatum, & cum esses*, quæ ex dicto Euangelico Saluatoris nostri iure nituntur.

Tertia inspectio.

Sed quia Episcopi nullam testandi habent fa- 26
cultatem, ac de iure communi intestabiles sunt capitulo *præsenti c. Quia sæpe. c. cum in officiis c. Quia nos de testamentis Clementina. statutum, de electione*, cum aliis congestis per Barbosam *de potestate Episcopi alleg.* 114. *per totum.* ideo solum nos in hac causa iudicio meo practicare, & considerare debemus primam, & secundam facultatem dicto Archiepiscopo à Romano Pontifice concessam.

Dico ergo, vel valet, vel vti testamentum, vel 27
vti vltima voluntas coram dictis quatuor testibus declarata dispositio facta à dicto Archiepiscopo, Vel non valet. Si valet, vt certissimè credo, & infra melius probabo, iam causa est finita, quia omnino constat Archiepiscopum, nec vnum obulum voluisse dicto Mainardo relinquere, sed integram eius hæreditatem ad eius ex fratre nepotes peruenire.

Vel dictus Mainardus contendit dictam dispositionem non valere, vt quia forte per opportunum numerum testium non probatur, & tunc

intrat

intrat primum Breue Summi Pontificis, *fol.*90. *litt.B*, vbi ſic diſponitur, *che morendo Monſignore ſenza teſtare, debbiano andare alli ſuoi più proſſimi di caſa Ricciullo maſcoli, & non femine, che li ſoccedano ab inteſtato.* Vnde nihil penitus Mainardus ex hoc prætendere poteſt.

28 Dignoſcitur, etiam voluntas expreſſa Archiepiſcopi: nam ſi ad deſcendentes per lineam fœmininam, & ad alios, quam ad maſculos *de Caſa Ricciullo*; ſuam hæreditatem peruenire voluiſſet, vtique gratiam à Papa generalem, & non reſtrictam ad maſculos, & non ad fœminas *de Caſa Ricciullo* impetraſſet, & ponderandum eſt, quod ſi ſuam ſororem excludere voluit; dicit enim non fœminæ *di Caſa Ricciullo*; multo fortiùs, qui ex dictis fœminis deſcendunt, cum in vlteriori gradu ſint.

29 Secundum autem Breue ab eodem Summo Pontifice ei conceſſum auctis meritis eiuſdem Archiepiſcopi, cum Sede Apoſtolica, in quo ſolum augetur quantitas, & ſumma, & non diuerſificatur primum Breue, dicit quod poſſit diſponere de ducatis octo mille, *fol.*91. *littera A*, per hæc verba: *Quod ſi contigerit te ab inteſtato ab humanis decedere, omnia & ſingula bona, res, & iura, vt præfertur qualificata, & pro ſumma octo millium ſcutorum huiuſmodi duntaxat ad Cameram Apoſtolicam prædictam non pertineant, ſed ad hæredes tui ſanguinis deueniant, & illis deficientibus inter familiares tuos arbitrio perſonæ, ſeu perſonarum, quos ad id ſcriptæ nominaueris diſtribuantur*; quæ verba iterum Mainardum excludunt, tum quia hoc ſecundum Breue, non eſt aliud, niſi ampliatiuum quantitatis, vt expreſſiſſimè in eo legitur, idcircò intelligitur *auctum cum eiſdem qualitatibus, & requiſitis*, quæ in primo continentur, quia res *aucta non deſinit eſſe prout prius, neque* dicitur *res diuerſa* à prima Geminianus *conſil.*70. *num.*7. *verſ. Tamen in iſto*, & additamentum non mutat naturam eius, cui adiicitur; imò ſequitur eandem naturam, & eandem actionem imitatur alias eſſet deſtruere, & non addere Oldradus *conſil.*131. *num.*13. *verſ. Et hoc*, vt clarius, & quando iudex, vel arbiter addit aliquam ſummam, ſummæ iam declaratæ cenſetur addere, cum eadem qualitate quam habet ſumma cui fit additamentum Caſtrenſ. *conſil.*418. *dubitatio conſiſtit per totum, lib.*2. vnde ſtatutum augens legitimam in omnibus intelligi debet de ipſo augmento, prout iura loquuntur de legitima ipſa, ideò ſicut in legitima non cadit grauamen, ita, neque in augmento Calderinus *conſil.*12. *de conſtitut.* & *conſil.*361. *aliàs* 32. *de teſtamentis.* Vn[illegible] cum patentibus literis, omnes qui non ſu[illegible] *ae Caſa Ricciullo* in primo Breue excluſi ſunt, idem cenſendum per omnia eſt de hoc ſecundo, quod ſolum additamentum, ſiue augmentum, quantitatis, & ſummæ non diuerſificationem cauſæ, vel materiæ continet.

30 Secundò, quia iſtud ſecundum dicit ad Cameram Apoſtolicam prædictam non pertineant, ſed ad hæredes tui ſanguinis deueniant, vnde dicens tui ſanguinis non poteſt comprehendere, niſi agnatos, vt probat ex Alciat. Simone de Petris Fuſario, & aliis Auguſtinus Barboſ. *de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificatione appell.*238. in verba ſanguis, & latiſſimè diſputat Fuſar. *conſil.*49. poſt Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*22. *num.*35. *verſ. Sciendum tamen eſt*, vbi allegat Corneum *in conſil.*13. *ad huius num.*15. *lib.*2. vbi inquit in materia matrimoniali, tolerabile eſſe conſanguinitatis nomine etiam cognatos includi per Textum *in cap. Tua nos de conſanguin. & affinit.* diuerſum autem in materia ſucceſſionum in quibus non eſſe recedendum à ciuili ſignificatione per quam non ſolum ſanguinis, ſed etiam conſanguinitatis titulo deſignari ſolum agnatos, qui per maſculos coniunguntur, vt concludit, idem Peregr. *ante n.*36.

Qua ratione ſingulariter reſpondit Curtius 31
iunior. *conſil.*176. *num.*2. quod ſtatutum vocans ad hæreditatem conſanguineos debeat intelligi de agnatis, & non de cognatis, & eſt Text. ſingularis *in l. poſt conſanguineos, ff. de ſuis & legitimis, in l. lege* §. *cum enim vnius, C. de legitimis hæredibus in Canon. coniunctiones* 35. *quæſt.*2. & in materia exemptionis, & immunitatis, quando ſcilicet Princeps aliquem eximit, & priuilegiat contra regulas iuris, (prout in contingenti caſu) abſolutum eſt apud Doctores communi voto receptum, quod ſi in gratia vocentur, qui ſunt de ſanguine priuilegiati deſcendentes ex fœminis cenſeantur ſemper excluſi, & non comprehenduntur, niſi venientes ex maſculis ad Textum indiuidualem *in l.*1. §.1. *ff. de iure immunit.* vbi Gloſſ. Bart. Imol. Decius, Curtius iunior. & alij quos nuncupatim refert, & ſequitur D. Reg. Rouit. *in pragmat.*9. *num.*18. *de feudis*, Gaillus *obſeruat.*2. *num.*16. *lib.*2. Præſ. de Franch. *deciſ.*207. *num.*6. D. Reg. de Pont. *deciſ. Collateralis, conſil.*5. vbi teſtatur Ducem Parmæ ex primogenita Luſitani Regis natum, Margaritæ Caroli V. filiæ nepotem, & à Rege Catholico per ſuas literas de ſanguine ſuo, & ſuum ſobrinum declaratum, adhuc in ſupremo Collaterali Conſilio excluſum fuiſſe ab immunitate ſigilli conceſſa deſcendentibus de ſanguine Regio, quia non poterat dici propriè de ſanguine, qui ex linea fœminina veniebat, & ne dum allegat Andr. & alios, ſed fatetur communem ſcholam Doctorum in hoc reſidere ex ſoli diſſimis rationibus ibidem cumulatis ex quibus illa fuit exornata deciſio.

Neque his omnibus opponi valet, quod pro- 32
priè non verſemur in caſu exemptionis, & ſic infra terminos *dict. legis*, §.1. *ff. de iure immunit.* Siquidem præter quam quod diſpoſitio illius Text. procedit in qualibet materia priuilegiatiua, & à iure communi exorbitanti, vt probauit Curt. iun. *conſil.*5. *num.*40. receptus à D. Rouit. *pragm.*9. *ſub num.*18. Attamen nos propriè verſamur in caſu exemptionis: nam cum de iure nullus Epiſcoporum teſtari poſſit de rebus poſt Epiſcopatum quæſitis, vt *in cap.*1. *extr. de teſtam.* ſed eorum bona ad Cameram Apoſtolicam pertineant, ſi id alicui concedatur, vt de iis teſtari, & diſponere valeat ex hoc ipſius comprobabitur immunitas, atque exemptio à ſpolio ad Text. ſingularem *in cap. ſi Papa*, §. *cum enim de priuileg. in 6.* quapropter habentes ſimilia priuilegia, & teſtandi facultatem exempti à ſpoliis dicuntur ſecundùm Redoanum *de ſpoliis, q.*1. *n.*8.

Secundò probatur ex appoſitione illorum 33
verborum ſiue dictionis tui ſanguinis: nam ſi Papa, ita voluiſſet vocare cognatos ſicut agnatos ſatis ſupérque illos vocaſſet dicendo ſimpliciter, (ad hæredes tuos) cum hoc caſu omnes in gradu ſucceſſibili vocati cenſerentur vulgatis iuribus. Si ergo voluit in forma prædicta, ſub illis verbis, atque dictionibus priuilegium indulgere, ne vacua verba illa ſint, concludendum eſt ad ſolos agnatos, & deſcendentes, ex maſculis, qui ſunt de ſanguine priuilegiati Summum Pontificem reſpexiſſe: nam alias redargueretur de ſuperfluitate,

tate, quod non est dicendum secundùm Gratian. *discept. forens. cap.* 417. *num.* 6. & verba in priuilegio posita à Summo Pontifice operantur, etiam contra Sedem Apostolicam, ne superflua videantur ad Textum *in cap. si Papa* 10. *de priuileg. in* 6.

34 Neque his omnibus refragatur illud aduersæ partis obiectum ab absurdo deductum, quod si vocarentur soli agnati, & non cognati, sequeretur, quod deficientibus hæredibus sanguinis vocarentur familiares & serui, sicque in illo casu excluderentur cognati, & coniuncti ex latere sororis per familiares, atque seruos, atque ita per extraneos, id quod non videtur de mente Summi Pontificis, ob inuerisimilitudinem.

35 Siquidem Respondeo primò, quod cum priuilegium hoc contineat Cameræ Apostolicæ præiudicium principaliter intelligi debeat prout sonat, ac nullum pati possit subauditum intellectum, siue extensionem, etiam ex identitate rationis ad Textum *in cap. sanè extr. de priuileg.* & dixit Redoanus *de spoliis, q.* 7. *num.* 19. vbi quod habens tale indultum testandi, non potest codicillari, sed debet custodiri in forma specifica, & quod in eo reperitur omissum, censeri debet omissum ex proposito ex Text. *in cap. porrò* 7. *in fine*, vbi Gloss. *in verbo tenore extr. eodem tit. de priuilegiis*, idémque si aduersarius non est comprehensus ex proprietate verborum, non potest ex coniecturis comprehendi, siue includi.

36 Secundò Respondetur, quod quando per impossibile foret comprehensus aduersarius in secunda gratia, & ex hac coniectura sicque ex coniecturis venirent cognati, tunc vocarentur siue admitterentur quando agnati deficerent alioquin præferendi essent agnati ipsis cognatis, vt in terminis post Alban. *consil.* 69. Peregr. *de fideicommiss. artic.* 22. *num.* 35. *in fine, conclus.* Fusar. *d. quæst.* 331. *sub num.* 3. *vers. Quod si essemus in casibus*, quod ex coniecturis etiam venirent cognati præferendi essent agnati cognatis, &c. & idem Fusar. latiùs fuit prosequutus *in præcit. consil.* 49. *n.* 14.

37 Tertiò, & tandem respondeo, quod testandi priuilegium quando loquitur de familiaribus, & seruis ex casu intestati refertur ad casum dispositionis dum dicit (inter familiares suos arbitrio personæ, seu personarum quas ad id scriptæ nominaueris distribuantur) Ecce ergo, quod ibi familiares in tantum venirent in quantum testator eos vocaret: nam alias essent similiter exclusi. Et familiares qui postea vocantur deficientibus hæredibus sanguinis, non sunt serui, & famuli, sed cognati, & affines, & omnes consanguinei, lato sumpto vocabulo iuxta Text. *in leg. pronuntiatio* 195. *§. familiæ, de verb. signific.* & *in l. vltima, C. eodem tit.* ac dixit Gloss. relegenda vti indiuidualis *in cap. in literis* 24. *verb. de familia, vers. Familiares*, ibique Abb. *sub num.* 5. *extr. de testibus*, ac suadent sequentia verba facultatis repetitiua qualitatis, prius positæ ibi (in fauorem consanguineorum, & affinium prædictorum, &c.) nam cum sit indubitatum affines non cõprehendi appellatione hæredum sanguinis necessariò hæc dictio referri debet ad verba illa (familiares) sub quibus continentur, etiam affines, vt *in dict. l. vltim.* vbi Bart. *Cod. de verbor. signific.* ac iuxta ea, quæ indiuidualiter iam supra fuerunt deducta.

38 Neque obiiciat aduersarius, quod poterat Dominus Archiepiscopus testamentum condere, & quod ideò illud non condidit, quia noluit præiudicare suis venientibus ab intestato, inter quod seipsum dicit comprehensum.

Etenim respondetur satis liquidò in facti serie fuisse deductum, atque probatum, quod ideò Dominus Archiepiscopus noluerit testamentum condere virtute illius facultatis, quam à Summo Pontifice concessum habebat, ne magis nepotes ex fratre hæredes suos cum collectoribus spoliorum, atque cum Cameralibus inuolueret. Sciebat enim vir ille doctissimus, quæ scripsit Redoanus *de spoliis, quæst.* 7. *in princip.* quod occurrit sæpè *vt mortuo Clerico pro defensione spoliorum, ac rerum relictarum per defunctum exhibeant hæredes testamentum, & indulgentiam dispensationem, seu licentiam testandi de bonis occasione Ecclesiæ quæsitis per defunctum à Romano Pontifice pro tempore existenti obtentam super quo sæpè numero, oritur controuersia agentes pro Camera, & venientes pro parte defuncti, putà quia non sit seruata forma literarum Apostolicarum dictæ licentiæ in testamento, vel in dispensatione, quam fecit testator, vel quia modum formam excesserit, aut alias, vt ea vti debeat non sit vsus* (nec Redoanus) ex quibus verè dignoscitur in quantis anfractibus ponantur hæredes Prælati, vbi vigore facultatis sibi à Pontifice indultæ testetur, ac quam bene ab iis eximantur, vbi intestatus decedit, qui ideò dixit, quod non volebat per illam declarationem, quam faciebat inferri præiudicium aliquod suæ facultati testandi, ac suis venientibus ab intestato. Primò, quia bene sciebat, quod vigore primæ facultatis succedentes ab intestato erant proximiores de domo Ricciulla masculi, & non fœminæ, & vigore secundæ facultatis erant hæredes sui sanguinis, qui ex probatis, atque in superioribus demonstratis sunt agnati, & sic descendentes per masculos, & non per fœminas. Secundò, quia iam coram pluribus personis omni exceptione maiores declarauerat quod hæredes, & successores sui ab intestato forent nepotes ex fratre quibus consultum esse voluit, vt plenè, & concludenter fuit probatum per plures testes omni exceptione maiores, & tamen cum ageretur de declaranda voluntate duo tantùm testes sufficiũt vt post gloss. & scribentes *in l. hæredes palam, §. sed si notum in verbo post, ff. de testamentis*, aduertit Camill. de Medic. *consil.* 7. *sub num.* 8. & dixit Iacobus de Aret. *in l. illa institutio, ff. de hæredibus instituendis*, quod etiam titulus institutionis est quædam solennitas quæ potest probari per duos testes secundùm Gloss. *in l.* 2. *C. de bonorum poss. secundum tabulas, quam Gloss. sequuntur*, ibi Paul. de Castr. & Alex. & tenet apertè Card. Zabarell. *in suo cons.* 60.

39 Denique non obstat, quod Mainardus exclamat, scilicet quod Papa non debebat se intromittere in dictis Breuibus, nisi de bonis acquisitis per Archiepiscopum de Ecclesia, & intuitu Ecclesiæ, non autem de bonis patrimonialibus eidem Archiepiscopo spectantibus, vel in bonis ex sua propria industria acquisitis. Tantò magis, quod idem Abbas Antonius Ricciullus in quadam supplicatione, quam in S. C. porrexit, vt forum eiusdem S. C. declinaret, hanc bonorum distinctionem agnouit, dicens quod pro bonis patrimonialibus Archiepiscopi debebat causa remanere coram Iudice sæculari, ex quo colligit Mainardus Episcopum duplicem habuisse patrimonium.

40 Sed multifariam respondetur, & primò in facto, dictum Abbatem Antonium voluisse causam extrahere à Iudice sæculari, & ad illum

finem id dixiſſe, vt ſuum intentum haberet, nam ſi id ei contigiſſet, non per hoc ſi non adeſſent bona patrimonialia eius aſſertio ad dictum finem emanata, illa creare potuiſſet, ſed intelligi debebat, & debet quatenus adſint, & quatenus reperiantur. Vndè ſi cauſa fuiſſet remiſſa habuiſſet vt ſupra intentum, ſed non per hoc bona patrimonialia, quæ verè non adſunt, fuiſſent inuenta.

41 Secundò reſpondetur cum punctuali, conſ. Paul. de Caſtr. 273. *ad primum reſpondetur volum.* 2. vbi dicit quod conceſſa Epiſcopo facultate teſtandi, ſi in ea licentia ſit expreſſa ſumma, & cauſa, & in quorum beneficium teſtari poſſit, ſi inter illas cauſas, & inter illas perſonas adſit aliqua, in quorum beneficium poterat Epiſcopus abſque licentia teſtari, de iure communi, tunc non poſſet vti facultate à iure communi conceſſa, *niſi pro ſumma in licentia expreſſa*, & pro *perſonis in ea declaratis*, & ratio eſt, quia cum potuerit vti iure communi reſtrinxit ſe ad licentiam cuius forma ſeruanda eſt, vndè dato, quod Mainardus ſuccederet ab inteſtato iure communi in bonis patrimonialibus, tamen, quia illo iure vti noluit Archiepiſcopus, ſed reſtrinxit ſe ad licentias Summi Pontificis, quæ ipſum, vt ſupra excludunt illarum forma adamuſſim obſeruanda eſt.

42 Tertiò datur validitatis diſpoſitionis probatæ per teſtes, tum de iure communi, tum ex dicta forma breuium, quæ omnem iuris ſolemnitatem abſtulit, vt ſupra iam adeſt cauſa teſtati, quæ multo magis bona patrimonialia comprehendit, cum iſta Epiſcopus habeat ad ſui liberam diſpoſitionem, & ſic licite diſpoſuit; alia vero ab Eccleſia, & intuitu Eccleſiæ acquiſita, non ſint in ſui commercio, vt de illis in morte diſponere potuiſſet per iura Communia Canonica prædicta, & etiam per prohibitiones, Iuſtiniani *in Auth. de Eccleſiaſticis titulis, §. interdicimus collat. 9. & per tradita per* Paul. de Caſtr. *d. conſ.* 273. *n.* 4. *verſ. ad* 5. forma breuium attendenda eſt vt ſupra.

43 Quartò quia ſumma ſcutorum octo mille aurei, quæ in ſecundo breui continentur, tranſcendit tres hæreditates dicti Archiepiſcopi; non ſolum, quæſita, ſed vndecunque, & qualitercunque ei ſpectantia: vndè in hac cauſa mihi videtur diſputari de *ente rationis*, quia nec bona patrimonialia adſunt, nec de Eccleſia acquiſita, ſummam prædictam in primo breui contentam excedunt, vndè credimus Mainardum de nomine, non de re litigaret.

44 Quintò non probauit Mainardus Archiepiſcopum bona patrimonalia reliquiſſe, vel ſua parta induſtria, *tres enim caſus* diſtinguunt DD. aut enim conſtat prælatum habuiſſe bona tempore ſuæ promotionis aut conſtat, quod non habebat, aut ſumus in dubio.

45 Primo caſu non intuitu Eccleſiæ ſed perſonæ quæſita cenſentur, & contrarium intendenti incumbit onus probandi.

46 In ſecundo verò caſu quando tempore promotionis conſtat nihil habuiſſe pro Eccleſia præſumendum eſt, quod intuitu illius fuerint quæſita per Text. *in cap.* 1. *de teſtament.* dum, probat nulla Epiſcoporum bona, poſſe ab aliis detineri, niſi illa ſolummodo, quæ Epiſcopus ante Epiſcopatum propria habuiſſe conſtiterit, *Ergo cum exceptio firmet* regulam in contrarium fateri omninò oportet omnia quæſita poſt Epiſcopatum, præſumi intuitu Eccleſiæ quæſita, interim dum aliud legitimè non probatur, Capyc. *de Siracuſ. Capit.* 3. *de peculio Cler.* per Text. *in Auth. de Eccleſiaſt. titulis §. interdicimus, coll.* 9. *cum gloſſ. in verb. prælatos.*

Tertio Caſu, quando ſumus in dubio, quia 47
neque conſtat bona inuenta penes prælatum fuiſſe quæſita ante, vel poſt Epiſcopatum, tunc etiam pro Eccleſia præſumendum, quod illius intuitu fuerunt comparata, vt omnes iſtos caſus diſtinguit, & comprobat Epiſcopus, Barboſ. *in ſuo tract. de off. & poteſt. Epiſcopi alleg.* 114. *num.* 11. *verſ. & vt ſcire poſſis cum ſeqq. fol. mihi* 736. *vbi num.* 13. dicit, quod, vt omnis dubietas tollatur, *debet Epiſcopus tempore, quo Epiſcopatum conſequitur inuentarium illarum rerum facere, quas ipſe ex patrimonio, vel alio titulo comparauit*, vt probat Text. *in dict. capit. de Siracuſan.* 28. *diſt.* 161. *præſentis temporis habita rerum deſcript.* quòd ſi prælatus hæc non fecerit præſumitur contra eundem nihil habuiſſe, & quod omnia intuitu Eccleſiæ acquiſierit, vt in ſimili de hærede non conficiente inuentarium diſponit, Auth. *de hæredibus, & falcid. §. ſancimus coll.* 1. verſ. patet; vt omnia iſta habet idem Barboſa *loco cit. ex num.* 16. cum igitur non conſtet Archiepiſcopum bona propria ante *tres Epiſcopatus* videlicet Belcaſtreſis, Caſertani, & Conſentini, quos rexit vltra alia officia Eccleſiaſtica magni ponderis, habuiſſe bona propria, & ſumus in tertio caſu pro Eccleſia præſumendum, quia ſumus in dubio, & ideò in dictis bonis, Epiſcopus nullum habere poteſt ſucceſſorem mero iure ciuili attento, vt in *d. §. interdicimus*, & de iure Canonico penitus os habet clauſum, vndè ad ſolam facultatem, & licentiam Summi Pontificis recurrendum eſt, quæ cum Mainardum excludant ei perpetuum ſilentium imponendum ſperatur.

Sed non ſolum ſumus in tertio caſu ſcilicet in dubio, an Archiepiſcopus habuerit de proprio, quin *euidentiſſime conſtet* proprium patrimonium, Thomæ Ricciulli eius germani fratris, & pupillorum, qui ſub eius tutela remanſerunt, vt ſupra explicuimus conſumpſiſſe, Neap. 6. Decembris 1650. Die Sancti Nicolai.

IVRIS ET FACTI, *PRO*

V. I. D. Antonio Mainardo ex ſorore nepote quond. Illuſtriſſ. Archiepiſcopi Conſentini D. Antonij Ricciulli.

CVM ab hac vita diſceſſiſſet Illuſtr. 48
Archiepiſcopus Conſentinus D. Antonius Ricciullus nullo condito teſtamento comparuerunt in M.C.V. Abb. Antonius, & Ioannes Vincentius Ricciulli vti illis ex fratre nepotes, exponendo præfatum Archiepiſcopum eſſe mortuum ab inteſtato, & proindè illius hæreditatem ad ipſos tanquam proximiores pertinere, vt in proc. *fol.* 2. à tergo. Et examinatis duobus teſtibus aliquali modo habitis cum reuerentia qui nedum depoſuerunt dd. Abb. Antonium, & Ioannem Vincentium eſſe Nepotes illius & promixiores in gradu, ſed etiam quod ille non reliquiſſet alios nepotes reddendo rationem, & dicendo: nam ſi reliquiſſet alios nepotes vtique illud ſcirent tanquam ciues eiuſdem patriæ vt legitur à *fol.* 2. à tergo per totum *fol.* 3.

Ex

Ex quibus depositionibus dicta M. C. præcedente citatione ordinata per edictum, & per proclama executa eos declarauit hæredes vniuersales ipsius Archiepiscopi ab intestato mediante decreto præambuli *fol.* 5. à tergo.

49 At quia Doct. Antonius Mainardi dicti Archiepiscopi ex sorore vtrinque coniuncta Nepos fuit per Curiam Ciuitatis Regij declaratus etiam hæres dicti Archiepiscopi ab intestato pro portione tamen ad ipsum spectante *fol.* 12. *& seqq.* Ideo statim atque notitiam habuit prædictos Abb. Antonium, & Ioannem Vincentium fuisse per d. M. C. declaratos hæredes vniuersales ac omnia bona hæreditaria etiam sine Inuentario vsurpasse cum reuerentia dum æqualis portio non vniuersalis successio competebat, à prædicto decreto præambuli appellauit, & de nullitate dixit in forma ad S. C. & petiit portionem sibi spectantem declarari: & sic obtinuit causam committi in S. C. vt in supplicatione *fol.* 1.

50 Et cum pro parte dict. Abb. Antonij ad defatigandum ipsum Mainardum fuerit instatum pro Remissione dictæ Causæ ad Iudicem ecclesiasticum saltem pro bonis quæ fuisse peruenta dicebat, & ex Breui Apostolico, pro aliis vero vt inris procedi, vt in eius compartitione, & supplicatione præsentatis *fol.* 34. *&* 37. nihilominus fuit ab ipsa petita remissione exclusus decreto D.C.C. *fol.* 35. & decreto S. C. *fol.* 39.

Et demum dato termino in causa ipsa factisque probationibus ex quibus clarè constat, nec controuertatur ipsum Antonium Mainardum esse nepotem dicti Archiepiscopi vti filium legitimum, & naturalem Vincentiæ Ricciullæ ipsius Archiepiscopi sororis vtrinque coniunctæ, vt deponunt testes super primo, & secundo articulis à *fol.* 100. *vsque ad* 105. omni iure sperabat ipse Antonius Mainardus ad minus fuisse reformandum prædictum decretum M. C. ad portionem ipsorum fratrum; & declarari portionem sibi spectare, & spectauisse pro duabus ex quinque partibus dictæ hæreditatis dicti Archiepiscopi à die mortis illius vna cum fructibus, & interesse liquidandis vbi aliàs de rigore iustitiæ attenta dispositione Regiæ Pragmaticæ testem falsum, seu primæ de falsis cuius pœnam prædictus Vincentius est incursus stante declaratione facta formiter circa vsum præd. falsorum testium, & Actorum in processu *fol.* 58. à tergo ac repudiatione partis suæ in actis declarata *fol.* 18. tertiam partem sperabat.

51 Nihilominus mediante definitiua sententia S. C. fuit declaratum bene fuisse, & esse prouisum d. Mag. C. mediante dicto decreto præambuli, & proinde dictos fratres de Ricciullo, & hæredes dicti Archiepiscopi, liberandos, & absoluendos esse ab impetitionibus ipsius Antonij Mainardi *fol.* 135.

52 Aduersus hanc sententiam fuerunt pro parte ipsius Antonij propositæ nullitates *fol.* 138. quarum discussio hodiè tractatur.

Et perstringendo illas ad vnum tantum Caput dicitur, quod sententia ipsa est contra expressum casum, *l. in §. si igitur defunctus neque, & in §. si verò neque fratres Auth. de hæred. ab int. ven.* vbi statuitur, quod moriente aliquo ab intestato nullis superstitibus descendentibus, nec ascendentibus vocantur ad hæreditatem filij fratrum, & Sororum vtrinque coniunctorum præmortuorum; & sic deinceps Agnati, & Cognati nulla adhibita differentia inter coniunctos ex parte Fratris, & Sororis. Nec erit superfluum dicere pro notoria ipsius Mainardi iustitia, quod sententia ipsa est *contra apertum casum legis Aunnculo C. Communia de succeff.* vbi mortuo nepote ab intestato succedit Aunnculus, & si moritur Aunnculus succedit nepos, & in hoc Text. fundata est aperta illa decisio eiusdem S. C. in terminis nostris, & in hac eadem facti specie relata per D. Præsid. de Franc. *in decis.* 412. licet tamen in casu nostro tam defunctus, quam succedere volentes sint forenses qui statuto seu consuetudinibus Ciuitatis non ligantur.

Vnde cum sententia prædicta declarauerit filios fratris tantùm esse ad dictam hæreditatem admittendos Exclusis Filiis, Sororis vtrinque coniunctæ vti est ipse Antonius Mainardus cui nec statutum nec aliqua renuntiatio obstat, negari non potest quin ipsa sententia sit nulla, & inualida tanquam lata contra expressum casum legis. 53

Nec ipsi Antonio Mainardo venienti ex propria eius persona pro nihilo obstat asserta, seu prætensa renuntiatio promissa per Lucam Antonium Mainardum pro parte Vincentiæ Ricciullæ prædictæ tantùm, quæ nihil promisit in eius capitulis matrimonialibus *fol.* 117. nec aliquid deinde fecit, quorum vigore si adhuc ipsam renuntiationem ipsa Vincentia fecisset nihil obstaret, vbi dictus Lucas Antonius eius Maritus ipsius Vincentiæ renuntiationem tantùm promisit, & non aliarum personarum ex propria eorum persona venientium veluti est ipse Antonius eius filius, qui mandatum tantum fecit dicto Lucæ Antonio ad recipiendum ducatos 300. Ex dotibus dictæ Vincentiæ pro maritanda Anna eiusdem Vincentiæ filia ac pro eis receptis, seu recipiendis iura, & actiones cedendum ipsi Archiepiscopo super bonis hæreditariis quondam Sempronij Ricciulli Patris dictæ Vincentiæ, & dicti Archiepiscopi, quod mandatum potest legi *fol.* 118. *& seqq.* Vnde si dictus Lucas Antonius aliud fecit contra dicti mandati tenorem, non valet, & idem est si d. mandati fines excesserit per Text. *in l. si mandati, C. mandati,* vbi procurator non seruans mandatum non præiudicat Domino, immò renuntiatio ipsa asserta, seu prætensa, est contra formam eorumdem capitulorum Matrimonialium ad quæ se remittit, vnde ipse Mainardus nullum ex his habet obstaculum. 54

Nec dictis fratribus de Ricciullo opitulatur *Rescriptum, seu facultas testandi ab Apost. Sede concessum d. Archiepiscopo vt tam in vita, quam in mortis articulo vsque ad summam ducatorum* 8. *mil. in beneficium cuius voluisset, disponere potuisset, & illo ab intestato decedente summa prædicta ad Cameram Apostolicam non pertineat, sed ad hæredes sanguinis illius deuenire debuisset: & illis deficientibus inter eius familiares arbitrio personæ, seu personarum per dictum Archiepiscopum scripto nominandæ distribuenda foret.* 55

Quia dictum rescriptum non intelligitur, nec in eo tractatur de vniuersali successione, & hæreditate dicti Archiepiscopi, nec de successione bonorum patrimonialium, & aliorum suorum iurium, & actionum hæreditariarum, de quibus libere testari, & ad sui libitum disponere poterat absque ipso rescripto, seu facultate; vt habetur per Rhedoan. *in tract. de spoliis Eccl. quæst.* 7. *De licentia, & dispensatione testandi clericis, vel prælatis concessa ante numerum primum ibi. Et omisso dicere de bonis acquisitis ex hæreditate artificio, vel doctrina de quibus libere Clericus testari potest, & disponere sine licentia, cap.* 1. *&* 2. 12. 56

quæſt. 3. cap. quia nos, & cap. relatum el ſecondo verſ. Cæterumque ex hæreditate, c. requiſiſti ante fin. ex Text. *de teſtam.* per Bald. *in conſil. 113. volum. 2. incip. præmittendum eſt. Dicemus in bonis quæſitis per Eccleſiam vel intuitu Eccleſiæ de quibus ideo conceditur licentia, vel diſpenſatio teſtandi de illis, & diſponendi Clerico quia de iure de illis teſtari non poteſt, cap. 1. & cap. cum in officiis cap. quia nos, & prælleg. cap. relatum de teſtam. Hæc Rhedoanus.*

57 Sed intelligitur tantum de bonis acquiſitis, & quærendis ex redditibus Eccl. vt apparet ex inuentario quod d. Archiepiſcopus obtinuit fieri de ſuis bonis ante Epiſcopatum quæſitis vigore decreti Cameræ Apoſtolicæ ſub die 13. Februarij 1627. etiam pro fiſco audito dictæ Cameræ generali Commiſſario ac delato prius iuramento ipſi Archiepiſcopo non fuiſſe bona prædicta acquiſita ex redditibus beneficiorum, vel penſionum Eccleſiaſticarum cuius Inuentarij inſtrumentum eſt in proc. fol. 160. & ſeqq. & expreſsè etiam cernitur ex illis vltimis verbis in fine eiuſdem Reſcripti poſitis, *fol. 93. ibi. Volumus autem vt in eorundem bonorum Eccleſiaſticorum diſpoſitione iuxta quantitatem Reſidui erga Eccleſias à quibus eadem accepiſti te liberalem exhibere pro vt conſcientia tibi dictauerit, & animæ ſaluti videris expedire.*

58 Nam prohibitio diſponendi ea tantùm comprehendit, quæ ex redditibus Eccleſiaſt. comparata ſunt, vt vltra præcit. Rhedoan. habetur per Emin. Card. Tuſchum *in verb. Spolia prælatorum concl. 361.* & per Horat. Viſc. *in ſuis Concluſionibus iur. in verb. Clericus, vel Prælatus*; & ſic cum dictus Archiepiſcopus potuiſſet abſque diſpenſatione, & licentia Summi Pontif. ad ſui libitum diſponere, non eſt credendum, quod voluerit ad illum recurrere, vt de illis facultatem, quam diſponendi habebat, obtineret, dum fruſtrà precibus imploratur, quod iure communi conceditur *l. Imperatores*, & ibi Bart. *de priuil. cred. l. vnica, C. de Theſauris, lib. 10.* Surd. *deciſ. 173. num. 18.* Gratian. *diſcep. for. tom. 4. cap. 617. num. 23.*

59 Præterquam quod cum in dicto Reſcripto & Pontificis fauorabili conceſſione fiat mentio de hæredibus ſanguinis, & d. Archiepiſcopus liberos non habuerit in linea collaterali omninò eſt intelligendum de legitimis hæredibus, ſeu coniunctis provt intelligit Aym. Crau. *in rubr. de legat. 1. num. 63. ibi Hæredibus, ſanguinis ſeu coniunctis*, & nouiſſimè Ioan. Bapt. Ciarlinus *contr. for. tom. 1. lib. 1. cap. 1. num. 8.* quod hæredes ſanguinis propriè ſunt ſucceſſores. Et vbi Papa loquitur, & conceſſio eſt Pontificia, & bona Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſticos, redditus concedit, omnino ipſa conceſſio, & reſcriptum ſecundum ius Pontificium erit intelligendum iuxta Text. *in c. Cauſam, quæ num. 16. verſ. Quarta declaratio de reſcriptis* Bald. *in l. ſi quando in princip. ff. de inofficioſo teſtam.* vbi etiam Caſtr. & alij; & ſic in propria teſtandi licentiæ materia docet Sim. de Pret. *de interp. vlt. vol. lib. 2. interp. 1. vol. 4. num. 60. & 64.* Et ſecundum ius Pontificium hæredum ſanguinis, & ſanguine coniunctorum nomine, tam Agnatos, quam cognatos venire, non dubitatur. Ex Text. *in cap. tua nos, & cap. non debet de conſang. & affinitat. & cap. poſtremo de appell.*

60 Vltra quod etiam iure prætorio inſpecto hæredes ſanguinis prædictos in ipſa collaterali linea de Cognatis non minùs quam de Agnatis intelligi debere eſt Text. Rotundus *in l. Hac parte ff. vnde Cognati. ibi: Hac parte Proconſul naturali æquitate motus omnibus Cognatis permittit Bonorum poſſeſſionem quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem.* Et ſic vbi habemus apertiſſimum textum, & caſum legis vlterius non eſſe quærendum docet Vrſill. ad Afflict. *dec. 96. num. 15.* cum legis conſcientia, ſiue ratio vincat mortalium rationem, quæ dicitur abuſiua quando pro ſe non habet legem, vt dicit Bald. *in cap. Clerici de vita, & honeſt. Cler.* Vnde cum verba dict. l. hac parte ſint apertiſſima, & in eadem materia, ſiue Collaterali ſucceſſione cognatorum magis appropriari non poſſint quam appropriata ſunt, cum & ſanguinis hæreditariam qualitatem tractent, & de ipſis Cognatis, quos ſanguinis ratio vocat ad ipſam, cur ergo erit dubitandum, quod ipſi Cognati ex proximioribus hæredes ſanguinis non ſint, & eo maximè vbi ſumus in materia beneficij conceſſi à Principe latiſſimè interpretanda *iuxta terminos legis finalis, ff. de conſtit. Princip.*

Verum nihilominus eſt, quod quando Reſcri- 61
ptum eſſet ambiguum vtique per S. Pontif. eſſet interpretandum, vt in puncto dicit Text. *in c. cum veniſſent de iudic. det. in l. in ambiguis, num. 3. de reg. iur.* & Card. Tuſch. *in ſuis concluſ. litt. I, concluſ. 329.*

Nec obſtant in caſu noſtro deciſio quinta in 62
poſſeſſ. per D. R. de Pont. relat. & adducta iura ſuper ea, *in allegat.* quas refert D. Reg. Rouit. *in pragm. 9. de feud.* vbi tractatur de illa materia ſtricta iuris immunit. conceſſa generi iuxta Text. *in l. 1. ff. de iur. immun.* & ibi diſputatur, qui ſint de ſanguine, & illa dictio, *de* ponderatur, quæ cauſam immediatam propriè importat, vt docet, Bald. *in l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. & naufr.* ſed reſcriptum loquitur de hæredibus ſanguinis, quos in linea tranſuerſali lex prætoria iuxta proximitatem gradus facit hæredes, & vocat ad hæreditatem ſiue cognatos, ſiue agnatos d. l. hac parte ac iuncta *præcit. Anth. de hæred. ab inteſt. venient. §. ſi verò neque. verſ.* Nullam vero, quod ius hodie viget, & inconcuſſe ſeruatur, & ipſe Rouit. *ibid. etiam in illo ſuo caſu per eum de ſcripto, num. 12.* ideſt, *in dicto iure immunit. generi conceſſo, in num. 46. cum duabus illis limitationibus admittit iam regulam in contrarium iuxta doctrinam* Bald. Caſtr. & Ioan. de Plat. *& iuxta dictum Text. in l. hac parte, ff. vnde cognati*, quæ regula firma remanet pro nobis. Quod autem conceſſio ipſa non ſit, neque dicatur ius immunitatis ſed Beneficialis, ſeu Beneficentiæ, & Gratiæ, ex Præfatione dicti reſcripti datur intelligi in principio ibi *Merita nos inducunt, vt te vberioribus Gratiæ, & Beneficentiæ noſtræ fauoribus proſequendo ea tibi libenter concedamus, quæ tuis hæredumque tuorum commoditatibus fore conſpicimus opportuna.* Immò quod donatio dictorum Reddituum ſit declarata non autem exemptio ex illis verbis in fine dicti reſcripti *fol. 91. ibi, Et aliis quocunque vocabulo ſucceſſoribus tuis*, &c. *gratioſè donamus.*

Nec etiam dictam aduerſam partem releuat 63
aſſerta, & figurata voluntas ipſius Archiepiſcopi erga ipſam tum quia vera, & talis non fuit, cum teſtes ſuper ea examinati ſint omnino falſi, & animoſi ex illorum lectura ſi etiam ea vera fuiſſet, quòd negatur, cum voluntas in mente retenta nihil operetur *l. ſi repetendi, ff. de condit. ob cauſ. & ſic propoſitum l. quidam, cum filium, ff. de hæred. inſtit.* nam voluntas ipſa ad extremum vitæ ſpiritum eſt ambulatoria, atque mutari poteſt, & dictus Archiepiſcopus iam ab inteſtato de-

ceſſerit,

cesserit,& sic decedere voluit,vt ex instrumento suæ dispositionis, seu Codicilli *fol.* 53. vbi quæ voluit,dixit, declarauit,& legauit,quid ergo pars ipsa in ipso casu intestati quærit ex tot testium mendicatis suffragiis ? vbi nec testator potest facere quin leges in suo testamento locum non habeant.

64 Prætereà ex abundanti aduertitur,quod præd. de Ricciullo in M. C. V. institerunt se declarari hæredes dicti defuncti ab intestato non quidem vigore rescripti, sed ex iuris communis dispositione. Et quia deposuerunt ibi testes ab eisdem producti dictum Archiepiscopum non reliquisse alios nepotes, vt supra dictum est,ideò obtinuerunt prædictum præambuli decretum à d. M.C. per quod fuerunt declarati hæredes vniuersales. Vnde cum à dicto Decretc appellauerit, & de nullitate dixerit in forma ipse Mainardus in pari gradu repertus, & existens, & portionem sibi spectantē declarari institerit, vt in supplicatione *fol.* 1. de viribus prædictæ eius petitionis, & appellationis ac de iustitia dicti decreti præambuli tractandum erat in ipso S. C. vbi etiam pars aduersa in eius articulis *artic.* 11. *fol.* 77. petiit se vniuersalem hæredem ab intestato confirmari; & sic nullo modo tractandum erat de interpretatione dict. Rescripti Apostolici quod non aliter articulum, & generalem successionem, seu hæreditatem prædicti Archiepiscopi respiciebat de qua agitur, sed illud ad certum genus bonorum tantum referebatur, & proinde S. C. præd. Abbatem, vt supra dictum fuit à dict. petita remissione extlusit cum hæreditas ipsa sit successio in vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis suæ per vulg. Text. *in l. hæreditas, ff. de reg. iur. & præter iur. hæred.* quod adessent alia bona quam per dict. rescriptum comprehensa,& intellecta,apparet ex proces. *fol.* 34. 37. & 160. Cætera ex veri huius facti intellectu suppleat religio, & doctrina tanti Senatus.

IVRIS, ET FACTI

PRO

V. I. D. Antonio Mainardo ex sorore Nepote quondam Illustriss. Archiepiscopi Cosentini D. Antonij Ricciulli.

QVM ab hac vita discessisset Reuerend. Antonius Ricciullus Archiepiscopus Cosentinus, nullo condito testamento, comparuerunt in M. C. V. Abbas Antonius, & Ioan. Vincentius Ricciulli prædicti Archiepiscopi ex Fratre,Nepotes, exponendo præfatum Archiepiscopum fuisse mortuum ab intestato, & proinde eius hæreditatem ad ipsos Abb. Antonium,& Ioan. Vincentium, tanquam proximiores pertinere *fol.* 2. Et examinatis duobus testibus, qui nedum deposuerunt DD. Abb. Antonium, & Ioan. Vincentium esse Nepotes dicti Archiepiscopi, & proximiores in gradu, sed etiam quòd non aderant alij Nepotes in eodem gradu, reddendo rationem : nam si alij Nepotes adfuissent, vtique ipsi testes tanquam ciues eiusdem Patriæ hoc scirent, vt legitur *fol.* 2. *à tergo, per totum, fol.* 3. vnde per dictam M. C. V. dicti Abbas Antonius, & Ioan. Vincentius fuerunt declarati hæredes vniuersales ab intestato dicti Archiepiscopi *fol.* 5. *& à terg.*

Et quia Doctor Antonius Mainardus dicti Archiepiscopi ex sorore vtrinque coniuncta Nepos,fuit per Curiam Ciuitatis Regij declaratus hæres eiusdem Archiepiscopi ab intestato pro portione ad ipsum spectante *fol.* 12. *& seqq.* ideò statim atque notitiam habuit prædictos Abb. Antonium & Ioan. Vincentium, fuisse per dictam M.C.V. declaratos hæredes vniuersales ab intestato prædicti Archiepiscopi,appellauit à dicto decreto præambuli, & obtinuit causam committi in S.Consil. *fol.* 1. & dato termino in causa prædicta ; factisque probation bus,ex quibus clarè constat ipsum Antonium esse Nepotem dicti Archiepiscopi ex Vincentia Ricciulla eius sorore vtrinque coniuncta, vt deponunt testes super primo & secundo articulis *à fol.* 100. *vsque ad* 105. omni iure sperabat ipse Doctor Antonius Mainardus fuisse reformandum prædictum decretum præambuli M.C.V. & proinde ipsum Antonium fuisse confirmandum hæredem vniuersalem pro quarta parte dicti Archiepiscopi ab intestato defuncti. Nihilominus mediante sententia diffinitiua S.Consilij fuit declaratum bene fuisse prouisum per M. C. V. & proinde dictos Fratres de Ricciullo absoluendos esse ab impetitionibus prædicti Antonij Mainardi *fol.* 135.

Aduersus hanc sententiam fuerunt pro parte ipsius Antonij Mainardi propositæ nullitates *folio* 138. quarum discussio hodie tractatur,& restringendo illas ad vnum tantum caput dicitur quod sententia prædicta est contra expressum casum legis *in §. si igitur defunctus,& in §. si vero, neque fratres, Auth. de hæred. ab intest. veniunt*, vbi statuitur quod moriente aliquo ab intestato nullis superstitibus descendentibus, nec ascendentibus vocantur ad hæreditatem filij fratrum, & sororum vtrinque coniunctorum,& sic deinceps agnati,& cognati nulla adhibita differentia inter coniunctos, ex parte fratris,& sororis. Prætereà est etiam sententia prædicta contra apertum casum *l. Auunculo, Cod. communia de succes.* vbi mortuo Patruo, seu Auunculo respectiuè ab intestato superstitibus Nepotibus,ex fratre,& Nepotibus ex sorore prout est casus, de quo agitur omnes prædicti Nepotes succedunt, & succedere debent,vt sic fuisse decisum dicit D. de Franch. *decis.* 412. vnde cum S. Consilium declarauerit filios fratrum tantum esse ad dicti Archiepiscopi hæreditatem admittendos exclusis filiis sororis vtrinque coniunctæ, negari non potest quin sententia prædicta sit nulla, & inualida tanquam lata contra prædictos expressos casus legis.

Nec obstat quod in Capitulis matrimonialibus dictæ quondam Vincentiæ Ricciullo, promisit Lucas Antonius Mainardus tunc eius sponsus, & postea vir, quod eadem Vincentia renuntiare debuisset in beneficium Sempronij Ricciullo dotantis,& eius filiorum eorúmque hæredum & successorum omnia iura sibi competentia,& competitura, super omnibus, & quibuscunque successionibus, & hæreditatibus paternis,maternis,fraternis,sororiis,& ziernis. Posteà verò in anno 1630. idem Lucas Antonius,etiam vti Procurator dicti Antonij eius filij confessus fuit recepisse à prædicto Reuerendiss. Antonio Ricciullo Episcopo Belcastri filio dicti Sempronij integras dotes dictæ Vincentiæ, & fecit amplam renuntiationem in beneficium dicti Episcopi omnium Iurium dicto Antonio competentium,

tentium, & quæ in futurum fortè competere potuiſſent ſuper omnibus, & quibuſcunque hæreditatibus, & ſucceſſionibus paternis, maternis, fraternis, ſororiis, & ziernis. Vnde dictus Antonius videtur excluſus à ſucceſſione dicti Epiſcopi eius Auunculi ſaltem ex vi renuntiationis prædictæ. Quia huic difficultati multiplici reſponſione occurritur.

Primò, quod prædicta Vincentia non interuenit in Capitulis matrimonialibus, nec vnquam renuntiationem prædictam fecit.

Secundò, dicitur quod vbi dicta Vincentia renuntiaſſet, vtique renuntiatio prædicta eſſet intelligenda de ſucceſſionibus, quæ ipſi renuntianti delatæ fuiſſent; non aut de hæreditatibus deuoluendis in beneficium ſororum filiorum poſt ipſius renuntiantis mortem: nam tali caſu filiis ex propria perſona venientibus matris renuntiatio non obſtaret, D. de Franch. *deciſ.* 67. & D. Reg. Capyc. Latr. *deciſ.* 4. *lib.* 1.

Aduertitur, quòd dictus Lucas Antonius erat Procurator Antonij eius filij ad recipiendum ab hæredibus dicti Sempronij dotantis ducatos tercentum pro complemento ducatorum octingentorum ſolui promiſſorum pro dotibus dictæ Vincentiæ, non autem eram Procurator ad renuntiandum hæreditatibus, & ſucceſſionibus Antonio eius filio deuoluendis, vt legitur ex mandato procuræ inſerto de verbo ad verbum in inſtrumento receptionis dotium prædictarum qua de re non potuit dictus Lucas Antonius mandati fines excedere, & renuntiare dictis ſucceſſionibus.

Quartò & vltimò, ex abundanti aduertitur, quod dictus Lucas Antonius fecit renuntiationem prædictam ſeruata forma Capitulorum matrimonialium, ac pro illorum obſeruantia. Certum eſt autem quid vigore dictorum Capitulorum, & renuntiationis faciendæ per dictam Vincentiam non fuiſſent excluſi eiuſdem Vincentiæ filij à ſucceſſionibus, quæ poſt eius mortem ipſis delatæ fuiſſent, vt *ſuprà* fundatũ eſt meritò licet renuntiatio per dictum Lucam Antonium facta fuiſſet præcedente ſufficienti mandato (quod expreſsè negatur) officere ipſi Antonio non potuiſſet quoad ſucceſſionem poſt mortem Vincentiæ eius Matris delatam, quia actus factus pro excluſione alterius tantum operatur, quantum ille primus operaretur, & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem vulgatis iuribus.

Nec dictis fratribus de Ricciullo opitulantur reſcripta, ſiue facultates teſtandi prædicto Archiepiſcopo ab Apoſtolica Sede conceſſæ die 24. Maij 1627. & die 9. Octobris 1632. vt tam in vita, quam in mortis articulo vſque ad ſummam ſcutorum 8000. in beneficium cuius voluiſſet diſponere potuiſſet, & illo ab inteſtato decedente, ſeu nulla facta diſpoſitione prædicti ſcut. 8000. ad hæredes ſanguinis illius deuenire debuiſſent, ab illis deficientibus inter eius familiares arbitrio perſonæ per dictum Archiepiſcopum ſcripto nominandæ diſtribuendi forent.

Quia in dictis reſcriptis non tractatur de ſucceſſione bonorum patrimonialium, nec de illis pro quibus delato prius ei iuramento non fuiſſe illa acquiſita ex redditibus beneficiorum, nec ex penſionibus Eccleſiæ petiit, & obtinuit inuentarium fieri, prout fuit confectum audito pro fiſco Cameræ Apoſtolicæ generali Commiſſario etiam vigore decreti eiuſdem Cameræ generalis Theſaurarij ſub decimatertia & decimaquinta die Februarij prælati anni 1627. cuius Inuentarij publicum inſtrumentum *fol.* 160. *& ſeqq.* ſed tantum de bonis acquiſitis, & acquirendis ex redditibus Eccleſiaſticis vt expreſsè cernitur ex illis verbis: *Del intrate del detto, ò altro veſcouato, & di qualſiuoglia beneficio, ò penſione Eccleſiaſtica, che hà de preſente, ò hauerà per l'auenire*, vt in proceſſ. *fol.* 90. *litt.*... Nec poterant dicta reſcripta, ſiue conceſſiones intelligi de bonis patrimonialibus, ac aliis ſupradictis in quibus vllo vnquam tempore aliquid per Cameram Apoſtolicam prætendi non poterat, prout erant bona ipſa in prædicto Inuentario deſcripta, ac alia iura hæreditaria, & patrimonialia, de quibus neque ſolet Camera deuenire ad ſpolium, vt habetur per Redoan. *de ſpol. Eccl. q.* 7. *ante num.* 1. & Mich. Craſſ. *de ſucceſſ.* 9. *teſtamentum, q.* 14. *n.* 1.

Nam prohibitio diſponendi non comprehendit bona patrimonialia, ſed ea tantum quæ ex redditibus Eccleſiaſticis comparata ſunt. Vnde cum dictus Archiepiſcopus potuiſſet abſque diſpenſatione Summi Pontificis de bonis prædictis patrimonialibus diſponere, vt per Card. Tuſch. *in verbo, Spolia Prælatorum, concluſ.* 561. & Hor. Viſcont. *in concl. iur. in Verbo Clericus, vel Prælatus*, vbi latè non erat prout non eſt credendum, quod voluerit ad Summum Pontificem recurrere, vt de dictis bonis facultatem diſponendi obtineret, cum fruſtra precibus imploratur, quod iure communi conceditur *leg. Imperatores*, & ibi Bart. *de priuileg. credit. l. vnic. Cod. de Theſaur. lib.* 10.

Præterquam, quòd cum in ſecundo reſcripto fiat mentio de hæredibus ſanguinis, & dictus Archiepiſcopus liberos non habuerit omnino prædicti hæredes ſanguinis ſunt intelligendi de legitimis hæredibus ab inteſtato venientibus. Et quando reſcriptum eſſet ambiguum vtique eſſet interpretandum per Summum Pontificem, vt in puncto dicit Text. *in cap. cum veniſſent*, & ibi Gloſſ. *in verbo, Iudicari extra de iudic. & in c. inter alia, de ſent. excomm.* ac etiam ex Text. *in l. vlt. C. de leg.*

Immò in propriis noſtris terminis quando contingit fieri interpretationem priuilegij Apoſtolici, ſiue incidenter, ſiue principaliter, vt quia verba illius ſunt dubia; tunc ad Papam eſt recurrendum, vt *dict. cap. cum veniſſent*, & ibi Innoc. *& omnes de iudic.* Gabr. *conſil.* 182. *num.* 14. *lib.* 2. Rot. Rom. *deciſ.* 83. *num.* 5. *&* 6. *part.* 2. *diuerſ.* Dec. *in l. in ambiguis, num.* 5. *de reg. iur.* & alio refert Card. Tuſc. *in ſuis pract. concl. litt. I, concl.* 329.

Item ex abundanti dicitur quod prædicti Abb. Antonius, & Vincentius Ricciulli petierunt, tam in M. C. V. ſe declarari hæredes dicti Archiepiſcopi ab inteſtato nullo ibi præſentato reſcripto Apoſtolico, ſed ex iuris communi diſpoſitione ſub prætextu quod dictus Archiepiſcopus non reliquiſſet alios conſanguineos proximiores, nec in eodem gradu exiſtentes (quod verum non erat) & ſic obtinuerunt dicti præambuli decretum; vnde cum à decreto prædicto appellauerit Doctor Antonius Mainardus in pari conſanguinitatis gradu exiſtens, vt in ſupplicatione *fol.* 1. & plenè fuit probatum, nec controuertatur quod ſit in dicto æquali gradu, de viribus prædictæ eius petitionis, & appellationis, ac de iuſtitia dicti decreti præambuli tractandum erat in ipſo S. C. vbi etiam pars aduerſa in eius articulis *artic.* 11. *fol.* 77. petiit ſe vniuerſalem hæredem ab inteſtato confirmari; & ſic nullo modo tractandum erat de interpretatione dicti reſcripti Apoſtolici, quod non aliter reſpiciebat dictum

Iudicium

Iudicium vniuersale hæreditatis, & generalis successionis dicti Archiepiscopi de qua agebatur, sed ad certum genus Bonorum tantum referebatur, quod nihil commune habet cum ipsa hæreditate.

P R O

Antonio Mainardo nepote ex sorore quondam Illustrissimi Archiepiscopi Consentini D. Antonij Ricciulli, &c.

DE EADEM RE.

65 NVLLITATES propositæ per D. Antonium Mainardum *fol.* 138. aduersus sententiam S.R.C. sub die 20. Iunij 1646. *fol.* 135. ad fauorem Abb. Antonij Ricciulli, & Vincentij Ricciulli nepotum ex fratre carnali quondam Reuerend. Archiepiscopali Consentini sunt omnino reiiciendæ, quia pro nihilo obstant, & sententia prædicta omnino confirmanda est, quia iustissimè, & æquissimè fuit perlata.

Non obstat prima per Text. *in l. hæreditas, ff. de regul. iur.* quia hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis; ideo sufficit dixisse hæreditatem d. Archiepiscopi spectare ad ipsos, & petiisse se declarari hæredes, quia per concomitantiam intelligitur de vniuersali.

Non obstat secunda quia cum Archiepiscopus nullam testandi iure communi habebat potestatem, Episcopi enim intestabiles *cap.* 1. *de succ. ab intest.* vbi omnes, solùm est attendenda gratia, & facultas eidem Archiepiscopo à Sede Apostolica concessa, quæ eatenus disponere permittit, vel eatenus Cameram Apostolicam excludit, si decederet ab intestato, quatenus *detti suoi beni, quelli vadano, e debbiano, andare alli suoi più prossimi di Casa Ricciulli maschi, e non femine, che gli succedano ab intestato* fol. 90. à terg. lit. B, Neque secundum breue Pontificium est diuersum, tum quia non est aliud nisi quòd facultas in primo concessa disponendi de scut. 4000. est ampliata ad scut. 8000. & solùm ampliat summam, non diuersificat formam, neque modum primi, vt fundatum est, & fundabitur; tum quia expressè dicit, quòd deueniant ad hæredes sanguinis dicti Archiepiscopi *fol.* 91. *à ter. in princ.* Cum ergo primum expressè excludat consanguineos, qui non sunt de familia Ricciulli, secundum non diuersificatur à primo, nisi in summa, & quantitate, & expressè loquitur de hæredibus sanguinis, & sic de familia Ricciulli testes optimè deposuerunt, quod non adetant alij, nisi dicti Abb. Antonius, & Vincentius Ricciulli, ex fratre nepotes, quia non erat facienda mentio de dicto Mainardo, qui nec est de familia Ricciulli, nec est de sanguine, sed præsupponitur nepos ex sorore, quæ habita dote renunciauit.

Ad tertiam nullitatem de prætensis falsitatibus testium examinatorum ad instantiam dictorum de Ricciullis, resp. provt in præcedeti.

Ad quartam respondetur quod verè fuit expedita citatio per edictum, vt patet *fol.* 4. & ex relatione, *fol.* 5. sed ad quid allegatur nullitas actorum, forte etiam si esset facta, quod negatur, in prima instantia, si post modum idem Mainardus appellauit ad S. C. vbi dato termino fuit compilatus processus in causa appellationis, & prolata diffinitiua sententia contra eundem Mainardum vnde cum adsit sententia, non potest loqui amplius de prætensa nullitate actorum, stante Regia *Pragm.* 77. *de off. S. R. C.*

Ad quintam opponit de iure tertij, immò vt proximum offendat, non dubitat contra semetipsum arma contorquere, quia si non adest breue summi Pontificis concedentis testandi facultatem, iam bona ad neutrum eorum spectant, neque ad Ricciullum, neque ad eundem Mainardum, sed ad Cameram Apostolicam, sed veritas est in contrarium, quia Breue prædictum fuit præsentatum in Nunciatura Apostolica, & ibi exequutum, vt patet ex extracta *fol.* 92. *à ter.* ibique omnino præsentandum erat & non alibi, cum de interesse Cameræ Apostolicæ dumtaxat tractabatur. Vnde cum rescripta summi Pontificis pertinentia solùm ad interesse Cameræ Apostolicæ præsententur in Tribunali Nunciaturæ eiusdem Summi Pontificis, credimus (Salua tamen correctione) quod nullum requiratur exequatur. Cum ergo dictum Breue fuerit in Nunciatura effectum scriptura forensis, & super illud iudicatum in illo tribunali, certè potuit ab eo copia extrahi, & illa in S. C. præsentari, quod tamen ad cautelam fuit factum cum debita licentia, & cum decretatione S. C. quod recipiatur *fol.* 93.

Ad Sextam respondetur esse probatum in facto Archiepiscopum non solum non habuisse bona patrimonialia, sed vt ad gradum Archiepiscopalem peruenire potuisset, non solùm consumpsisse bona propria, sed etiam bona quondam Thomæ Ricciulli eius fratris carnalis, & patris D. Abb. Antonij, & Vincentij, & sic omnia, quæ reliquit fuerunt acquisita per eundem Archiepiscopum, vt etiam in dubio præsumitur, & qui dicit contrarium probare tenetur vnde cum bona prædicta fuerint per Nunciaturam incameratas solutis per dictum Abb. Ricciullo decimis quatuorcentum dictæ Cameræ, fuerunt bona prædicta excamerata, & disequestrata ad sui beneficium tantùm, etiam vigore dicti Breuis, & cessa ad beneficium eiusdem Ab. Antonij omnia iura eidem Cameræ competentia, super hæreditate, & bonis dicti Archiepiscopi, & patet *fol.* 19. *à terg.* & *fol.* 20.

Septima & vltima non obstat, imò est contra partem, nam quoad supplicationem, *fol.* 37. non indiget responsione; quoad scripturam *fol.* 53. *litt. B*, est contra partem, nam dicit illa declarationem velle quòd non præiudicet facultati testandi & concessæ à Summo Pontifice, & suis hæredibus, qui ei ab intestato succederent. At facultas testandi, & hæredes, qui ab intestato ei succedere possent, vigore dictorum breuium, sunt omnino dicti de Ricciullo, vt supra explicatum, Ergo dictus Mainardus nihil potest prætendere, magis quòd ex eadem dispositione licèt informi facta ab eodem Archiepiscopo magis quàm enixè apparet de eius voluntate, nam tota dicta dispositio est ad fauorem, & beneficium dicti Vincentij Ricciulli eius nepotis, & suæ vxoris Hieronymæ Vitalis, penitus non nominato dicto Mainardo, de aliena familia, & ei per quàm inuiso, & exoso.

Vnde constat per dicta infrascriptorum testium, quòd dictus Archiepiscopus, & in vita, & in morte declarauit velle, quòd integra eius hæreditas

reditas perueniret ad dictos eius nepotes Antonium, & Vincentium Ricciullum, penitus non nominato dicto Mainardo.

Primus teſtis Sacerdos de viſu *fol.* 81. *ſuper* 3. *&* 4. *&* 7. *&* 9. *che per certa pretenſione che teneua d. Mainardo per certo credito, che diceua hauer con detto Arciu. ſe faceſſe il conto, e ſe reſtaua creditore, detti heredi l'haueſſero pagato.*

Secundus teſtis, *fol.* 82. qui eſt Doctor, & Sancti Officij, nunc Epiſcopus Litterarum, de viſu *ſuper* 3. *&* 4. *&* 7. *&* 9. & meliùs in declaratione facta per eundem teſtem, *fol.* 83. *in fine.*

Tertius teſtis, *fol.* 86. *à tergo ſuper* 3. 4. *&* 7. *&* 9. *&* 10.

Quartus teſtis, *fol.* 88. *ſuper* 3. *ſuper* 4. *ſuper* 7. *&* 9.

Et alij quamplures teſtes de auditu ex *fol.* 78. *cum ſeqq.*

Qui teſtes *aſſignano la cauſa non ſolo, per che detto Arciueſcouo amaua detti ſuoi nepoti come figli, e li voleua bene quanto l'anima, per che all' Abb. Antonio lo fece ſuo Vicario Generale in Coſenza, e à Vincenzo lo caſo in Napoli prouedendolo di quant' era neceſſario per detto matrimonio, come depongono li detti teſtimonij ſuper ſecundo articulo ex fol.* 78. *mà anco lo fè detto Arciueſcouo per diſcarrico di ſua conſcienza, atteſo per farſi Veſcouo (eſſendo remaſto tutore delli detti Vincenzo, & Antonio ſuoi nepoti) ſe piglio quanto haueano, e ſi vendi detti ſtabili, ſenza hauer reſomai conto di detta tutela. Deponunt teſtes della terra di Rugliano ſua patria.*

Quali teſtimonij anco deponeno che mai detto Arciueſcouo hà fatto neſſuna gratia à detto Mainardo, ſe non ad inſtanza de detti ſuoi nepoti Ricciulli, e per ciò ſtante che detto Mainardo reſta eſcluſo etiam per la renuncia fatta dalla madre, conforme, è detto nel ſcritto dato à V. S. ſe vede, che la detta ſentenza è giuſtiſſima, & perciò ſe deueno reiettare dette nullità.

Et ſtrictiùs loquendo dicimus, quòd inter perſonas Eccleſiaſticas, in materia teſtamentorũ non ſeruatur lex ciuilis, quæ ſeptem teſtes requirit, ſed ſolùm lex canonica, quæ ſolùm duos teſtes requirit, duos teſtes abſque Parœco, & hoc mero iure communi, vt in particulari iuris notula dabitur DD. iudicibus. Tanto magis, quia per Breue *fol.* 90. eſt ei permiſſum, *che poſſa teſtar', e diſponere tanto inter viuos, quanto in vltima volontà, & in qualſiuoglia altro modo*, etiam in articulo mortis. *E ſenza ſollennità de leggi, e delli ſtatuti delli luochi, doue ſeguirà la ſua morte, anche per ſemplice ſchedula.* Et in ſecundo Breui *fol.* 91. *à terg.* expreſſiùs hoc dicitur, quod nullæ iuris ſolemnitates, in tali diſpoſitione ſint neceſſariæ, & ſic duo teſtes, qui de ſua voluntate deponerent, eſſent ſatis, quantò magis, quòd ſunt quatuor de viſu, & alij quamplures de auditu, cum tot adminiculis, etiam mero iure communi attento (abſque Breuibus, cum quibus cauſa eſt in tuto, quia in primo vocantur expreſsè li Ricciulli, in ſecundo hæredes ſanguinis, quod idem eſt) ſtante quod de voluntate conſtat per quatuor teſtes omni exceptione maiores, dictus Antonius Mainardi nihil poteſt prætendere. Vnde ſententia debet omninò confirmari, ipſumque à limine iudicij repelli, prout ſperatur, &c.

In hac cauſa fuit per S. Concilium dictum nullitates obſtare.

DISCEPT. CCCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi an, & qualiter præcedant.*
2 *Epiſcopus præcedit Principes ſeculares.*
3 *Epiſcopus qualiter in Iure appellatur.*
4 *Epiſcopus an ſit in dignitate; & qua.*
5 *Ius Epiſcopi eſt manutenendum.*
6 *Epiſcopi prærogatiua quotuplex.*
7 *Princeps quantumvis maximus tenetur honorem præſtare Epiſcopo.*
8 *Iuris gradus quotuplex.*
9 *Dominus temporalis an poſſit erigere Baldacchinum in Eccleſiis ſui Territorij.*
10 *Principis nomine qui veniat ad finem habendi Baldacchinum.*
11 *Feudatarij habentes feuda à Papa, ab Imperatore, vel à Rege an habeant Baldacchinum.*
12 *Conſuetudo Regionis an ſufficiat ad obtinendum Baldacchinum in Eccleſia.*
13 *Barones non poſſunt prohiberi habere Baldacchinum in Eccleſia, poſita conſuetudine.*
14 *Sedes ſecularium qualiter in Eccleſiis à Magiſtratibus habeantur vigore Caremonialis.*
15 *Conſuetudo immemorabilis non cenſetur ſublata.*
16 *Sedes laicorum an poſſint haberi intus Presbyterium, poſita præſcriptione.*
17 *Conſuetudo cum debitis requiſitis quid operetur in hac materia.*
18 *Conſuetudo ſedendi electis Ciuitatis Neapolis intus Presbyterium eſt manutenenda.*
19 *Sedes laicorum poſſunt collocari in Eccleſiis poſt Presbyterium.*
20 *Honorificationes quibus modis fieri poſſint, & qualiter.*
21 *Genuflexoria honorifica in Eccleſiis datur laicis.*
22 *Puluinaris vſus quibus prohibetur in Eccleſiis.*
23 *Præſides Prouinciæ poſſunt habere vſum puluinaris in Eccleſiis, & etiam debetur vxori Præſidis.*
24 *Priuilegium quod non extenditur ad perſonam, fallit ad perſonam vxoris, ſi Marito competat.*
25 *Poſſeſſorium pro vxore qualiter probandum pro dignitate muneris mariti.*
26 *Beneuolentia Principalis datur etiam vxori, & alio affini.*
27 *Vſus in plurimis eſt ſignum poſſeſſionis, & probat poſſeſſionem.*
28 *Collaterale conſilium quid determinauerit in præſenti.*
29 *Litteræ ad hoc propoſitum adducuntur.*
30 *Caſtellanus Barij non habet puluinare in Eccleſiis Ciuitatis.*
31 *Caſtellanus nullam habet Iuriſdictionem carcerandi.*
32 *Caſtellanus non eſt officialis, niſi intra Caſtra tantum.*
33 *Caſtellanus quando dicatur officialis, & quando non.*
34 *Caſtellanus an, & quando habeat regalias.*
35 *Caſtellanus in quacumque Ciuitate ſit, non eſt officialis Ciuitatis.*
36 *Caſtellano non ſuffragantur habuiſſe olim tales prærogatiuas.*
37 *Prærogatiuæ, & Regaliæ quomodo, & quando præſtentur Caſtellanis.*
38 *Caſtellanus nihil adduxit pro ſe, &c.*

39 *Baldacchinum à Dominis ſecularibus non erigendum.*
40 *S. Congregatio quid declarauerit in ſimili materia.*

ARGVMENTVM.

Baronum Regni prærogatiua, & priuilegia, quæ ex antiqua conſuetudine habuerunt in Eccleſiis ſuorum feudorum defenduntur, nec poſſe Epiſcopos illa prohibere, vnde tum de ſedilibus, tum de puluinari, tum etiam de aliis agitur; ſedilia an, & quando permitti poſſint laicis in Presbyterio, & quid extra thurificationes reſpectu laicorum, à quibus ſint faciendæ, latè explicatur. Et an competant Regalia prædicta vxoribus Præſidum & Caſtellanis Regni.

PRO BARONIBVS REGNI Neapolitani, CIRCA Sedilia, Genuflexoria, Baldacchina, & ſimilia.

1 VM certiſſimum ſit in Iure noſtro Epiſcopos quoſcumque debere præcedere omnes Principes ſæculares in ſua Eccleſia, & Diœceſi, decet enim in omni benè ordinata Republica diſtinctionem perſonarum adeſſe, vt in cæleſti Hierarchia ſeruatur, & in corpore humano, in quo licet multa ſint membra, tamen non habent eumdem effectum, & ſicut homo conſtat anima, & corpore, ita quoque duo principia ſunt, quibus ſecundùm naturam dirigitur, & in ſuos fines deducitur poteſtas politica, quam ad corporum ſalutem, pacem, ac vitæ honeſtatem naturalem Deus eſſe voluit, & poteſtas ſpiritualis, quæ ad diuina, & ſupernaturalia animum attollit, propterea in hac controuerſia pulcherrima contingunt diſputari in facto, quæ inter ſæculares, & Eccleſiaſticos pluribus in locis de Regno contigerunt, quæ omnia pluribus concluſionibus explicabuntur, vnde ſit

2 Prima concluſio: Epiſcopus debet præcedere quoſcumque etiam Principes ſeculares in ſua Eccleſia, & Diœceſi, deſumitur ex Textu *in c.* 1. *de præb.* & per Felinum *in Rubrica de maior. & obed.* Abbas *in cap. cum victoriosis de elect. & in cap. cum venerabilis de præb. & in cap. Dilectus de conceſſ. præb.* Iaſon *in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & dum eſt in Eccleſia collocanda eſt ſedes illius in ſublimiori loco Eccleſiæ, *cap. Epiſcopus* 95. *diſt.* Baldus *in addit. ad Speculatorem, tit. de ſpeciali Iuriſdictione omnium iudicum, & in l. nullus, C. de Decurion. lib.* 10. *& in l. ad ſimilitudinem, C. de Epiſc. & cleric.* Iaſon *in l.* 1. *col.* 4. *ff. de offic. eius*, vbi Purpuratus ait, quòd Epiſcopus dicitur Summus Pontifex, & eſt Textus *in cap. ſi officia, & in cap. Qui Eccleſiaſticis* 39. *diſt. & in cap. Epiſcopus* 18. *diſt.* quod ſatis eleganter proſequitur Bertacchinus *de Epiſcopo, lib.* 1. *ſub principio, & lib.* 4. *part.* 1. imò vocatur Sereniſſimus, *Clementina in pleriſque de elect.* Item Comes, Marchio, Dux, atque Rex, vt notat Speculator *in tit. de Reſcriptis præſentandis*, §. *finali*, quare licèt in Eccleſia ſint multi ordines, ac dignitates, tamen Papa ſe appellat Epiſcopum, ideſt, quia in Eccleſia nullus eſt maior ordo Epiſcopali, vt grauiter, ac verè dixit Gloſſa *in præmio ad* 6. *verſ. Epiſcopus, & in cap. quamquam* 2. *quæſt.* 7. 3 4

Poteſtas porrò ſpiritualis abſolutè dignior eſt, & præſtantior ciuili: nam eſt Architectonica cui ciuilis ſubordinata eſt, cum finis ſacræ poteſtatis ſit multo potentior, quocirca Chriſtus Rex filiæ Sion, Rex manſuetus eam ſemper politicam, vix nunquam exercuit, conſiſtit autem talis prærogatiua in multis, primo quòd inter Deum, & Populum medius conſtituitur Deuteronomij *cap.* 17. ſecunda eſt in exemptione à legibus, & omnibus ciuilibus, quæ partim diuino, partim humano iure conceſſa eſt, vt *in toto lib.* 1. *tit.* 3. *de Epiſcopis, & Clericis.* tertia eſt prærogatiua, quòd in rebus Eccleſiaſticis nullum ius eſt Imperatoris, propterea in Synodo Romana 3. ſub Symmacho, decretum eſt, ne Reges ſe immiſceant in rebus ſacris, Socrates *lib.* 4. *cap.* 3. quam differentiam inter Imperium, & ſacerdotium agnouit Ambroſius *cap.* 20. *de dignitate ſacerdotali*, Chryſoſtomus *in Iſaiam Homilia* 4. *&* 5. 5 6

Et ſic Princeps quantumvis maximus tenetur Epiſcopo præbere honorem, eique iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignare, & ſic ad dexteram, per Textum *in cap. ſolitæ de maior. & obed.* vbi Panormitanus, & Ioannes Andreas Corſettus *de pot. Regia, quæſt.* 57. Landenſis *de Dignitatibus, verſ.* 10. & eſt Textus *in Extrauaganti vnam ſanctam de maior. & obedientia*, latè Gregorius Tholoſanus *lib.* 15. *de Republica, cap.* 2. §. 11. & propterea Petrus Bleſen. *in epiſtola* 146. *ad S. Pontificem data*, ſic eum alloquitur: non Rex, non Imperator, aut Dux à iugo rectæ iuriſdictionis eximitur, Crux Chriſti antecellit Aquilas Imperatoris, & gladius Petri antecellit Aquilam Imperatoris, & gladius Petri gladium Conſtantini, & Apoſtoli ſedes præiudicat Imperatoris poteſtati, per hoc ſacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium die 27. Ianuarij 1597. Archiepiſcopo Ianuen. ſcripſit talia verba (*non ſi deè dar mano dritta el Doge dentro la chieſa, nè la ſedia del Doge deue eſſere equale all' altezza, come quella dell' Arciueſcouo, la quale ſia alta per tre gradi*, quod pluries decretum, & confirmatum per S. Congregationem. 7 8

Neque per hoc negatur Dominis temporalibus locorum ius erigendi Baldachinum, cum non contineatur in Conſtitutionibus Apoſtolicis talis prohibitio, ſed tota prohibitio eſt, ab vno decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in vna maior. Boianenſi die 12. Ianuarij 1608. huius tenoris, in Eccleſiis nullus, neque Dominus loci, præterquam Epiſcopus Baldacchinum poteſt erigere, & Epiſcopus omnibus Sacrorum Canonum remediis huiuſmodi Baldacchinum omnino remoueri facere debet, cum qua Congreg. confirmauit ſe Sacra 9

Domino Congregatio in ſimilibus proceſſit, ſed tota eſt difficultas, quando, & quibus hoc obſtet decretum, & dico in Principe ſeculari tanquam primo, & à reliquo Populo differente, & in culmine dignitatis poſito, debetur Sedes in Eccleſia, imò Thronum eleuatum à parte tamen ſiniſtra Epiſcopi, & extra Presbyterium, & non negat Textus *in dict. c. ſolita de maior. & obed.* per Textum *in l. deprecatio, ff. ad l. Rhodiam de iact.* Caſſaneus *in Catalogo Gloriæ Mundi, part. 5. conſiderat. 32.* Belluga *in ſpeculo Principum Rubrica 6. in principio*, Altogradus *conſ. 1. num. 11. 32. & 33. & 40. lib. 2.*

10 Quia verò Principis nomen propriè non conuenit, niſi ei, qui eſt ita ſupremus, & abſolutus, quòd nullum Superiorem recognoſcat, niſi Deum; non autem inueſtitis à Papa, Imperatore, vel Regibus, quia tunc potiùs abuſiuè Princeps dicitur, quia recognoſcit Superiorem, Gloſſa, Ancharanus, & alij *in Clem. vnica, de Baptiſmo*, Freccia *de ſubfeudis, part. 2. tit. quis dicatur Princeps, num. 4. & 5.* in materia tamen noſtra ſtricta, & præciſa ſignificatione, neque Principes feudatarij ſub nomine Principis venire deberent, quia ſunt feudatarij dignitatis à Papa, vel ab Imperatore inueſtiti, aut à Rege inueſtiti, qui Reges non recognoſcunt Superiorem, & licèt propriè, & verè non dicatur Princeps, niſi Imperator, vel Rex omninò independens, tamen ſi habent hanc dignitatem alij Principes, licèt ſubordinatam, in aliquibus tamen Principis beneficio gaudent, Maſtrillus *de Magiſtratibus, lib. 4. cap. 3. num. 23.* quia maximam dicuntur habere præeminentiam.

11 Itaque feudatarij habentes feudum dignitatis à Papa, Imperatore, vel à Rege poterunt talem Thronum, & Baldacchinum habere: nam hæc dicitur dignitas præexcellens prima poſt Reges, & ſecunda Duces, Marchiones, & Comites, vt per Maſtrillum *dict. cap. 3. num. 11. 29. & 31.* & ſicuti Imperatori, vel Regi conceditur eleuatio Throni cum Baldacchino, præſente ipſo ſummo Pontifice, iuxta exemplum Concilij Ferrarienſis, de quo Altogradus *conſ. 1. num. 19.* ergo non eſt inconueniens, quòd habenti dignitatem communicatam ſibi à Rege, concedatur eleuatio Throni, cum eadem præeminentia cum Epiſcopo, qui eſt pariter ſuperior Eccleſiaſticus Papæ ſubordinatus, quia comparatio Solis, & Lunæ, de qua *in cap. ſolita de maior. & obed.* inter ſupremam poteſtatem Eccleſiaſticam exemplificatam per Papam, & ſupremam poteſtatem Imperialem exemplificatam in Imperatore, vel Rege ſeù Regni rectè currit inter vtramque ſubordinatam.

12 Quare ceſſante poſitiua iuris reſiſtentia eſt attendenda conſuetudo Regionis, quæ in hac præſertim materia præ omnibus attenditur, nec ab ea eſt recedendum, imò totum ei tribuendum eſt, etiamſi iuris diſpoſitioni aduerſetur, Baldus communiter receptus *in cap. cum olim de conſuetudine*, Menoch. *conſ. 51. num. 49. & ſeq.* Altogradus *conſ. 1. num. 58.* Papa Gregorius XV. *deciſ. 124.* & ibi additio, & ſufficit conſuetudo etiam locorum vicinorum, Altograd. *d. conſ. 59.* ſuffragante etiam receptiſſima concluſione, vt in ambiguis, obſeruantia ſit ſemper optima interpres, ergo probata conſuetudine, ſiue immemorabili poſſeſſione habendi Sedem, Scamnum, aut genuflexariũ in Presbyterio, thurificationem triplici ductu, & pacem poſt Epiſcopum, & aſſiſtentes ante dignitatem, & alios Canonicos, nec non retinendi genuflexaria honorifica in aliis Eccleſiis, aut Baldacchinum debent Domini temporales continuare, nec poterunt impediri ab Epiſcopis, nam licèt laici occupare nequeant res 13
ſacras, poſſunt tamen acquirere ius honorificum habendi Baldacchinum, & Sedem in Eccleſiis in eminentiori loco, ſimileſque prærogatiuas multis modis, nempè priuilegio, conſuetudine, præſcriptione, &c. vt egregiè Pariſius *conſ. 149. num. 1. & ſeq.* vbi hanc opinionem veram appellat, & in iudicando, & conſulendo ait ſemper ſeruari Gratian. *cap. 210. num. 32.* vbi ait dari actionem iniuriarum, & officium Iudicis contra amouentes ſedes laicorum, quodque ſit licita eiſdem defenſio, etiam manu armata, Barboſa *in Collect. ad lib. 5. decretalium in cap. Apoſtolicam de ſimonia, num. 11.* & in ſpecie de Iure ſedendi, Menochius *conſ. 51. num. 50.* Rota *deciſ. 22. num. 6. in fine, part. 8. recent.*

Neque obſtat, quòd in Ceremoniali Epiſco- 14
porum *lib. 1. cap. 3.* de ſedibus Epiſcopi in fine ſtatuatur, quòd ſedes pro laicis nobilibus, Magiſtratibus, & Principibus quamvis magnis, ac excelſis, plus, minuſve pro cuiuſquam dignitate, & gradu ornata deceat, extra chorum, & Presbyterium collocari, vt benè Caſtaldus *lib. 2. ceremoniali, ſect. 1. cap. 3. de ordine ſedendi, num. 16.* Barboſa *voto 115. num. 3. & 4. lib. 3.* Altogradus *d. conſ. 1. num. 26.* ergo implicitè prohibet ne ſedes laicorum collocentur in choro, & Presbyterio apud Altare, provt fuiſſe reſolutum à Sacra Congregatione Rituum 10. Iunij 1602. in Reſponſione ad ſextum dubium dicit Barboſa *in Summa Apoſtolicarum deciſionum in verbo ſedes collect. 668. num. 12.*

Reſpondeo quòd intelligitur quando non 15
exiſtit immemorabilis conſuetudo, quæ numquam cenſetur ſublata per conſtitutionem, ſeu legem contrariam, niſi de ea fiat expreſſa, & indiuidualis mentio, eidemque fuerit in ſpecie derogatum, Gloſſ. *in cap. 2. de præſcript. in 6.* Mareſcottus *lib. 2. var. reſol. 101. num. 4.* Gratianus *cap. 492. num. 50. & 578. num. 10.* Garſia *part. 3. de Beneficiis, cap. 2. §. 1. num. 190.* Rota *deciſ. 614. num. 1. part. 2. & deciſ. 686. num. 1. part. 4. & deciſ. 197. num. 6. part. 9. & deciſ. 53. num. 13.* coram Ottobono. Imò quod ceremoniale non tollat conſuetudines immemorabiles, ſed tantum abuſus, fuit ſæpiſſime declaratum per eamdem S. Rituum Congregationem in vna Salamantina die 10. Ianuarij 1604. & in vna Ceſarauguſtana 10. Aprilis eiuſdem anni, teſtatur Barboſa de Canonicis, & dignitatibus *cap. 33. num. 24.* vbi ait ita ſeruari debere in omnibus Regnis, & locis totius Chriſtianitatis, & idem dicit Garſia *de Beneficiis, part. 3. cap. 2. §. 1. n. 191.* vndè licèt conſtitutio Clementis VIII. ſuper obſeruationes Cæremonialis alleget contrariam conſuetudinem, attamen intelligi debet de conſuetudine immemorabili, quæ ſemper cenſetur præſeruata, & excepta.

Secunda concluſio: poſſunt laici ex immemora- 16
bili conſuetudine habendi Sedes in Presbyterio præſcribere ius, quia hoc non eſt contra diſpoſitionem ſacrorum Canonum, neque contra cæremoniale, quia dum expreſsè non prohibet illas collocari in Presbyterio, ſed ſolum ſtatuit, quòd deceat Principibus laicis Sedes ornatas plus, & minus pro vniuſcuiuſque gradu, & dignitate habere, extra chorum, & Presbyterium, & licèt per hoc inferri poſſit, prohibitos eſſe inferre intus Presbyterium, tamen ſufficit, quòd id non

prohibue

prohibuerit, vt in terminis Ceremonialis Romani, & Bulla Clem. VIII. dicit Rota *dec.* 102.
17 *num.* 19. *part.* 10. quia immemorabilis consuetudo quando est concludenter probata cum requisitis Glossæ *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. tribuit quodcumque priuilegium, & omnem meliorem titulum de mundo ex Rota relatis *decis.* 677. *num.* 4. *part.* 1. Pignatellus *consult. can.* 7. *num.* 26. *in fine*, & licet non releuaret consuetudo habendi sedem intra Presbyterium, vbi adest, cum sacra Rituum Congregatio semper declarauerit, laicis non licere Sedem habere in Ecclesiis, nisi extra Presbyterium, & resistit ceremoniale loco allegato, quod debet seruari, vti lex Rota *decis.* 701. *n.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. ex eius forma tradita in hac materia non sedendi laicos intra Presbyterium esse omnino seruandam, non obstante asserta consuetudine in contrarium, ita Rituum Sacra Congregatio mandauit, etiam si consuetudo esset immemorabilis, quia esset consuetudo irrationabilis, ad notata per Sperellum *decis.* 179. *num.* 23. & 36. *cum seq.* & licèt putet Pignatellus *d. consult.* 7. *num.* 27. non posse introduci talem consuetudinem, licèt
18 immemorabilem, quia non est rationabilis, sed potius corruptela, & abiicienda ex cap. finali de consuetudine, & multum defatigatur Pignatellus ad ostendendam non esse consuetudinem rationabilem, quando reuera, vt probauimus, illa consuetudo est rationabilis, pro qua laici alliciuntur ad deuotionem; Iura patronatus fundando, Capellanias, &c. quæ omnia cum hoc paruo honore eis dato fundarunt, & construxerunt, & sicuti omnia bona Ecclesiarum à laicis sunt donata, ita non debet Ecclesiis videri incongruum, si sedes habeant ex antiqua consuetudine in Presbyterio Ecclesiæ, & practicatur Neapoli in Illustrissimis Electis huius Inclytæ Ciuitatis, qui quando accedunt ad Ecclesias Patronorum ad offerenda vota, vt in Ecclesia sancti Pauli, S. Theresiæ, & aliorum Patronorum sedent in Presbyterio cum sedibus propriis, & hoc ab antiquissimo tempore quicquid dixerit Pignatellus *vbi supra consult.* 7. *num.* 27. *per totum*, qui ait laicos talem locum sibi vsurpando, vti sacrilegos esse puniendos, expellendos, & deiiciendos, ex Gratiano *cap.* 210. *num.* 33. & addit Pignatellus illam consuetudinem esse contra honestatem, quando est contra regulam rectæ rationis, quod non est in casu nostro, vbi consuetudo est ad acquirendum honorem in Ecclesiis, quod competit Patronis Iuris patronatus, &c.
19 Tertia conclusio potest à laicis collocari Sedes in Ecclesia multo magis extra Presbyterium, & dum audiunt sacras Conciones possunt eas habere simul cum Episcopis apud eosdem, dummodò, non sit maior, vel pulchrior Sede Episcopali, vt ait S. Congregatio in vna Perusina die 5. Octobris 1615. & debet esse saltem vno gradu humilior sedes sæcularis Sede Episcopali, & loco aliquantulum inferior, vt de Sede Abbatis habentis vsum mitræ censuit S. Congregatio in vna Alexandrina S. Petri die 7. Februarij 1604. & ratio est, quia dignitas laici Principis, excepta dignitate Episcopi, cui debetur honor, præcedit aliis, & post Episcopum præcedere debet *d. cap. solitæ*, latè Altogradus *d. cons.* 1. *num.* 12. & 13. & *num.* 41. Sperellus, & Pignatellus, *vbi supra.*
20 Quarta conclusio Thurificationes triplici ductu, licèt per Regulam ceremonialis debeantur ipsis Episcopis, vel celebranti, nihilominus si adest immemorabilis consuetudo, quòd aliis pariter, Thurificentur putà Magistri, seu œconomi Ecclesiarum, debet cum eisdem seruari, vt declarauit S. Congregatio in vna Casertana 18. Septembris 1632. ita etiam Thurificandum esse ante, vel post dignitates, & Canonicos; quia recurrimus ad consuetudinem, S. Congregatio apud Barbosam *in summa Apostol. decisionum in verbo Thurificatio, num.* 17. & idem quoad pacem dicit S. Congregatio in vna Granatensi 9. Maij 1606. & alibi Pacis osculum nulli, nec etiam Præsidenti, vel Consiliario Regis dandam esse ante Episcopum, sed dandam esse Domino loci, & aliis laicis, post datam pacem omnibus de choro, & tunc deberi non à Beneficiatis, sed ab aliquo Ministro cotta induto dari, non cum osculo, sed cum instrumento S. Congregationis die 5. Iulij 1604. apud Pignatellum *consult.* 7. *num.* 30. *in fine.*

Quinta conclusio; Genuflexaria honorifica in 21
Ecclesiis, nec ceremoniale, nec alia lex, vel constitutio ea prohibent Domino loci, vel Gubernatori, qui ipsum Dominum repræsentat, dummodò collocentur extra Presbyterium, eaque amoueri non licet, cum cederet in læsionem Maiestatis Principis sæcularis, ideoque ad tollenda dissidia, & odia, quæ foueri possint, in hac materia contra Episcopum, & Dominos sæculares, Episcopi omni conatu, & studio, omnibusque decentibus officiis, incumbere debent, conseruationem amicitiæ cum Principibus secularibus, eisque facilè se præbere in concessione eorum, quæ eorumque Principum gratiam, & beneuolentiam conciliet, citra tamen præiudicium Episcopalis dignitatis, & Iurisdictionis, vt benè Altogradus *cons.* 1. *num.* 62. *lib.* 2.

Quia verò debetur vsus puluinaris vulgò Co- 22
scini, omnibus Præsidibus in quacumque Prouincia Regni, vt in Prouincia Montis Tusculi, ex litteris Regiis docet Eliseus Danza *de pugna DD. tit. de variis criminibus, cap.* 6. *fol.* 335. & posito quòd debeatur Præsidi Prouinciæ, debetur etiam vxori Iure sui officij, & pro integra possessione omnium ad suum officium pertinentium, & eis competit manutentio in vsu puluinaris in Ecclesiis, & hoc discrepantibus nobilibus Salernitanæ Ciuitatis prætendentibus contrarium, & licet diuersa sint Iudicia possessoria, & petitoria, tamen in Iuribus prædictis incorporalibus Iustitiam, & titulum operantur non solum Iustitia, & titulus, sed ad excludendum, & impugnandum, si qua esset contradictio Aduersarij titulus, & possessio prodest, Baldus *in l. ordinarij, num.* 10. *C. de reiuendicat.* Decius *in cap. licet causam, n.* 99. *de probat.* Menochius, Bursatus, & Honnedeus *cons.* 22. *num.* 19. Gratianus *cap.* 402. *num.* 12. Beltraminus *ad Ludouisium, decis.* 233. *num.* 6. Franciscus Milanensius *decis.* 3. *num.* 80. *cum seq.* & *num.* 117. *lib.* 1. Posth. *obseruat.* 71. *num.* 120. & 121. Giouagnonus *cons.* 10. *num.* 77. & *cons.* 11. *num.* 41. *lib.* 3. & *cons.* 8. *lib.* 2. taliter quòd quasi possessio incorporalium coadiuuata ratione, & Iustitia ciuili, etiam per coniecturas, & argumenta, dicitur res plenè probata, Menoch. *de retinenda possess. remedio vlt. num.* 34. Ludouisius *decis.* 258. *num.* 3. Farinacius *decis.* 661. *n.* 3. *part.* 2. *in recensionibus*, Caualcanus *decis.* 76. *num.* 4. imò etiam singularis, & vnicus testis, Ludouis. *decis.* 438. *numer.* 3. Beltraminus *ad eundem decis.* 160. Rota post Posthium *de manutenendo decis.* 222. *num.* 6. & quamvis possessio sit probata per vnicum actum est manutenenda, Posthius *obseruat.* 18. *num.* 25. Giouagnonus

conſ.8.num.17.lib.2. poſt Poſthium Capyc. Latro *deciſ.181. vol.2. num.25.* Sanfelicius *deciſ.335. vol.3.*

23 Poſito ergo quòd Præſes Prouinciæ eſt in quaſi poſſeſſione puluinaris in Eccleſia poterit etiam illud habere eius vxor, vt in duce Siani filio D. Regentis Latro, & eius vxore Illuſtri Diana Caracciola Ducilla Siani, patrocinante in collaterali Conſilio coram D. Regente Nauarro, D. Dominico Patrone, tunc Aduocato Primario, nunc digniſſimo Regio Conſiliario, quia vxores officialium gaudent honoribus ſuorum virorum, Maſtrillus *de magiſtratibus, lib.5. cap.4. n.70.* & dicit Maſtrillus id probari à Ioanne de Platea per illum Textum *in l. Mulieres, C. de dignitatibus, lib.12.* vbi latè Amaia, Boërius *de ſacro Conſilio, num.13.* Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, part.5. conſiderat.39. per totam*, latiſſimè Picchardus *Inſtit. tom.4. de nobilitate communicata*, qui omnes vno ore concluſionem confirmant, quia ſunt Coniuges realiter vna caro, non ſolum vnum corpus œconomicum, ad Text. *in cap. debitum de Bigamis, cap. idonei 4. quæſt.1. l. ſicut dotes, §. ſi maritus, ff. ſoluto matrim.* Caſſaneus *loco citato*, qui plura dicit communicari à Rege vxori, quàm & Reginæ matri, imo & primogenito in Regno ſucceſſori indubitato; Reginæ enim coniugi communicatur quæ alias dici poterunt incommunicabilia, vt eſt Corona Regalis, ſubſcriptio, & ſtare à dexteris, & facit *Pſalm.44.* Adſtitit Regina dexteris tuis.

24 Neque dicas quòd priuilegium regulariter non extenditur ad perſonam, ergo conceſſa Præſidi, non ſunt conceſſa mulieri.

Reſpondeo quòd perſona viri, & perſonam vxoris comprehendit virtute comprehenſiua, non extenſiua, & propriiſſimo modo, vt notant DD. *in l. Fiſcus la prima, §. foro, ff. de iure Fiſci, §. non tamen permittimus, Auth. de nuptiis, collat.4. l. Princeps, ff. de legib.* cumulat Fragoſius *de Republica Chriſtiana, tom.1. diſp.6. §.10. num.193. & ſeq.* & proindè Priuilegia ipſius dignitatis communia ſunt, cum ante *d. §.* non autem permittimus, vbi expreſſus eſt textus, quia quoad dignitatem, licèt non quoad adminiſtrationem, nulla eſt differentia inter virum, & vxorem, vere enim, & realiter coniux eſt talis, ſaltem pro participanda dignitate viri, quicquid ſit è contra, quo caſu ait Regens de Ponte *de pot. Proregis, tit.10. de diuerſis prouiſionibus, §.1. num.23.* quòd vir accipiens dignitatem ab vxore, dicitur talis, & ſi verè non ſit talis, ſed vxor, vti membrum capitis, iuxtà dictum Apoſtoli, accipit eſſe taliter à viro, vt non dicatur, ſed verè talis ſit, provt vir eius, & ratio diuerſitatis in hoc aduertitur per Fragoſium *loco citato, num.194.* quia faciliùs totaliter communicatur, & diffunditur principali, à principali ad acceſſorium, quàm è contra, & eſt ratio Textus *in l. fœminæ, ff. de ſenat. l. Incolæ, C. de dignit. lib.12. l. finali, C. de Incol. lib.12. l. fin. C. de priuil. ſchol. lib.10.* Amaia *vbi ſupra.*

25 Confirmatur hoc ipſum, quia vir recte in poſſeſſorio manutenendæ pro vxore, reuera tamen pro ſemetipſo, imò & poſſeſſorius actus viri ſufficere, ſi proprij deficerent ad probanda requiſita in hoc poſſeſſorio Iudicio etiam pro coniuge; Quod vir in iſtis Iudiciis præcedentiæ, vel ſedendi in ſtallis poſitis in Eccleſiis, & vtendi ſimilibus præeminentiis, & rectè agit ipſe pro totali communicatione honoris vxoris, tamquam ſui corporis parte, vt latè Ciarlinus *c.19. tom.2.* ibi propriè in figuratione caſus, Giouagnonus *conſ.8. lib.2. in fine*, vbi dat rationem, quia vna ſedes dicitur viri, atque vxoris, vnde turbans vxorem, turbat medietatem Iuris viro debitam, & ſic offendens virum, cui etiam datur ex hoc actio iniuriarum, vt Giouagnonus *d.conſ.8.num.15.* & eſt Text. *in l. item apud Labeonem, §. ſi quis Virginem, verſ. ſponſam, ff. de iniuriis*, & ad viri dignitatem pertinet inæqualiter vxoris honor, *d. l. fœminæ, ff. de ſenat.* ſequitur quod offendens dignitatem, *d.l. pro, & l. iniuriarum, §. ſi quis, ff. de iniuriis.*

Confirmatur hoc ipſum, quia viro datur actio, 26
vt manuteneatur ſua Coniux in eodem honore, quo ipſe fruitur, & benè poſſeſſorios actus hos allegabit, & obtinebit pro vxore ex Iuribus allegatis *ſupra*, niſi ex dignitate viri procedit participata connexio vxoris, & dignitatis poſſeſſio conſtituitur per vnicum actum, ergo poſſidens pro parte principali, benè obtinebit manutentionem in connexis, & neceſſariis, vt eſt Textus notabilis *in l. ſi in partem agri, ff. quemadm. ſeruitus amittatur, l. ſeruitus, & l. ſi ſeruitus, ff. eodem*, vbi ſolum excipiuntur fundi ſeparati, vt poſſeſſio ad vnam non extendatur ad aliam, quæ diuiſio non debet intelligi materialiter, vt notatur *in d. l. ſi diuiſus*, ſed formalis taliter, vt amplius nulla pars nihil tangat, vel pertineat ad aliam, non ſic vbi vna ad aliam partem deteriorari contingat per non vſum, vt gloſſa ibi *in verbo iniuria*, ideſt deterior conditio fiat, quo caſu vbi communis res eſt, & deterior conditio fiat vnius per non vſum alterius, tunc ait Paul. *lib.5. ad edictum ſeruitus per ſocium nobis retinetur, d.l. ſeruitus*, & ad idem Sceuola *in l. vſu retinetur, ff. eodem, l.3. verſ. vti videamur*, vbi Gloſſa *in verſ. qui nobis, ff. de itinere, actuque priuato*, niſi tamen ex hoc dubitari contigerit maiorem, & ſtrictiorem ſocietatem reperiri vnum in diuiduo totius vitæ conſtituentem, quàm inter virum, & vxorem, quorum ſocietas, & vnio prototypus eſt maioris vnitatis, vnde & exemplar ab ea ſumpſit Chriſtus vnionis ſuæ cum Eccleſia, & vocatur ſocietas diuina, & humana, *l.1. ff. de ritu nuptiarum, §. nuptiæ, inſtit. de patria poteſt. & §.1. inſtit. de iure naturali, Gentium, & ciuili*, vnde dixit Hoſtienſis *in ſumma in tit. excommunicationis §. quæ ſit pœna, num.15.* quòd iſta ſocietas facit communem quamcunque actionem ciuilem, & vſum certum communicat adinuicem, Iure diuino, & humano, & poſt Liuium Dionyſium Alicarnaſſæum, Rinaldum, & alios Camillus Borrellus *in ſumma deciſionum, tom.3. tit.1. num.151.* fundat, per legem Romuli, declaratum iure ſacro Mulierem omnium fortunarum ſociam eſſe, ad quod Plutarchus *de legibus connubialibus, cap.20.* & conſtituitur ſocietas, quæ eſt in indiuiduo inter caput, & membrum, ad notata per Borrellum *loco citato, num.198.* Alex. *conſ.115. lib.4.* Ricciullus *lib.4. de iure perſonarum, cap.48. num.26.* & faciunt adducta per Baldum *in l.2. col.8. C. de ſerv. & aqu.* Alciatus *conſ.68. lib.2.* dicentium inter connexos allegari vſum vxoris ad tuitionem vſus alterius, provt regulariter eſt inter ſocios omnium bonorum, ratione, quia quicquid quæritur, vel amittitur eſt commune, vt notat Crotus *conſ.20. num.6.* Rolandus à Valle *conſ.91. vol.2.* Ludouicus *comm. opin. concluſ.53.* & ideo commodum poſſeſſionis pluribus eſſe commune, notat Blaſius Michalonus *de duobus fratribus, part.2. cap.13. num.3.* quilibet enim ſocius fingitur ſe conſtituere, quòd poſſideat ita ſuo nomine, prout alterius,

alterius,ad Text. *in l.1. §. in societate cum leg.seq. ff. pro socio*, Mantica *de tacitis, lib.6. tit.15. n.1. & seq.*

27 Confirmatur secundò, quia vsus puluinaris in Ecclesiis est signum, in quo contradistinguitur vxor Præsidis à cæteris omnibus subiectis illi Magistratui, & similibus, qui signo amoto equidem par omnium esset conditio; ergo in hoc non solum versatur officium iudicis, quod à viro ad tuendam vxoris conditionem communem sibi obligatam in d. dignitate ad notata per Fabrum *in §. aliam, instit. de bonor. possess.* sed sufficit in præsenti possessio dignitatis, vt necessariò dignitatum ordo sit seruandus, prout in puncto de vxoribus officialium defendit Regens Capyc. Latro *decis.*181. *num.*37. *&* 38. & est Textus *in l.1. C. vt dignitatum ordo seruetur, lib.*12. per quem remanent nulla in contrarium allegata posse à subditis obseruantiam æqualitatis cum Superiore,quia hic vsus vbi adesset, vti vsurpatio esset,officio iudicis extirpandus, & esset propriè sacrilegium,inde vti delictum,nullo iure est dissimulandum, vnde nec in his applicari titulus *vti possidetis*, quia hæc signa sunt insignia dignitatis,vbi ea negando,vel affirmando,communia esse cum subditis præsumpserit aliquis,temerarium esse actum, & puniendum iusserunt, Imperator *in l. finali, C.de priuilegiis eorum, qui in Sacris Palatiis militant lib.*12. & signa sunt ait Textus *in l.1. C. de præpositis sacrorum Cubiculariorum, eodem libro*, vt in sedibus, & in consessu eis ordo seruetur, alioquin esset totum Mundum in confusione vertere, si mulieres licèt nobiles alicuius Ciuitatis, pariter cum ea, quæ in dignitate est, sedeant, & omnino æquali more tractent, quando præesse debet, quæ dignitatem Principis, iudicis consequuta est,his qui tantùm municipalibus functi sunt,ait Textus *in l.2.C.de albo scribendo.*

28 Confirmatur tertiò, quia Collaterale Consilium pro Illustr. Principe Trigiani, in causa illa, de qua non suspectus tunc Pater, scilicet Illustr. Marchionis Torelli Regens Capycius Latro pro Illustr. suo filio scripserat, compilando decisionem citatam 181. *à num.*77. & Sanfelicius *decis.*335. *vol.*3. ponderando multa, quæ concurrunt in Illustr. Ducissa, præeminentiæ,& dignitates, vt vsus puluinaris impediri non possit; est enim in eadem dignitate Præsidatus, ac vir, vt fundat D. Capyc. Latro *num.*38. est titulata eodem titulo Ducis,ac vir,est nobilis nostræ Ciuitatis Neapolitanæ,& vti talis præferenda est cuique nobili alterius Ciuitatis Regni, vt ait Marcellus de Mauro *allegat.*50. *à num.*8. & in casu nostro adsunt aliæ circunstantiæ,quæ tunc erant in Duce Trigiani, nam noster Dux Siani est Præses in illa Prouincia Salerni, & sic Illustris persona,ad notata per Rouitum *in Rubr. de offic. Magistri iustitiarij*, & est caput Collegij Prouincialis, & tenet ibi personam Domini nostri Regis, cuius proprium est præsidere consiliis, vt ait Marcus Antonius surgens de Neapoli illustrata *cap.*27. *num.*4. *&* 22. vnde aptissimè de nostro Præside possunt afferri illa verba Textus *in l.4. ff. de offic. Præsidis*, quem Textum de officialibus Prouinciarum Regni extollit Ioseph Mele ad Gizzarellum *decis.*30. *num.*42. & est etiam eques Iacobi in Albo. Et hoc datur ob possessionem officij, vnde officium Præsidis est quod possidet, & possessio vnius Præsidis est diuersa ab alia alterius Præsidis, & possessio authoris est diuersa ab illa successoris, qui absque noua appositione non potest ex antecedente possessione concludere,quòd possideat, vulgata *l.cum hæredes, ff.de acquir. possess.l.*1. §. *Scæuola, ff. si quis testam.lib.esse iussus fuerit*,continuatur vnus Præses possessionem alterius Præsidis ad exemplum beneficij,Garsia *part.*5. *de beneficiis, cap.*5. *n.*37. Gratianus *cap.*402. *à num.*8.Posthius *loco citato.*

29 Tandem fuerunt adductæ litteræ pro parte nobilium Ciuitatis Salerni, vbi de anno 1634. per Collaterale Consilium fuerunt factæ litteræ Audientiæ Aprutinæ, mandantes modum interponendi tabulatum in loco, vbi sedebant mulieres, nè adinuicem esset aspectus interessentium diuinis officiis, & ad Episcopum spectat ius contradicendi, cuius est proprium sedes in Ecclesia disponere, & signa dare præcedentiæ, Gratianus *cap.*210. *num.* 47. *&* 48. Genuensis *in praxi, cap.*34.*num.*22.Ciarlinus *cap.*119.*num.*9. *& seq.* Capyc.Latro *decis.*181.*num.*9. *& seq.* Sanfelic. *decis.*331. *num.*17. Molina *cap.*25.*num.*34. *& decis.*1. Posthius *de manutenendo obseruat.*10. *num.*7. Rota post *tract.decis.*117. & poterit allegari Danza *vbi suprà.*

30 Sexta conclusio, Castellanus Bari non potuit obtinere sediam, vel puluinare in Ecclesia sancti Nicolai, vel in alia Ecclesia Bari existente cum dicta sedia, vel puluinari in concione audienda die aduentus, vel quadragesimæ audiendo Concionem, & hoc instantibus nobilibus Barensibus fuit contra Castellanum practicatum, quia talis ciuitas Barensis subiicitur Regi, nullum habet Patronum, nec Castellanus habet à Rege hanc prærogatiuam, vel quando est in Ecclesia, quæ stat intus ambitum Castelli, tum quia Castellani Regij, vel non habent Iurisdictionem, vel illam habent solum in Castello, quod gubernant,vnde non veniunt appellatione officialium, & debent potiùs reputari Ciues proximi, quàm officiales,vt *in cap. Regni*, quod incipit Castellani reassumpti per Antonium de Nigris *num.*20. vbi Castellani in Castris tantummodò se intromittant in Iurisdictione, & ibi Sebastianus de Neapoli,ibi Nota contra Castellanos hodiernos, qui temerariè Iurisdictionem vsurpant, carcerando, & alios actus exercendo indebitè, quia malè faciunt per illum textum, & sic etiam notat Franc. *dec.*455. verum excipitur *in cap.* prædicto, nisi forsan aliquid aliud per litteras committatur, & est *decis.*505. *num.*15. & per hoc non obstabat, quòd Castellanus dicebatur habere officium ex Alexandro *in l.2. ff. de Iurisdict. omn. Iudicum*, quod refert, & sequitur Decius *in Rubrica, ff. de officio eius*, & quia habere officium largo modo sumptum, sed sine Iurisdictione,& Ritus prædicti loquuntur de officialibus, qui verè sunt illi,qui Iurisdictionem habent,&c. vt latè Afflictus *in Constit. Regni Castellanos in principio*, & Antonius de Nigris *ad cap. Regni*, quod incipit Castellanus extra arcem, seù Castrum habeat aliquam Iurisdictionem, prærogatiuam,seu potestatem,dic quod non,vt *in d. cap. nostro,& in cap.*94. *Castellani, num.*176. sed intra Castrum habet Iurisdictionem, pro custodia Castri, argumento à contrario sensu dictorum Iurium, &c. & eorum seruientes non possunt se intromittere de negotiis vniuersitatis,dicas quod non, quia non ipsi Castellani, nec eorum seruientes de aliquo negotio vniuersitatis extra Castrum, nec palam, nec occultè possunt se intromittere,& contra facientes puniuntur, vt *ex constit.culpam*,&c. Matthæus de Afflicto *in Constit. Regni*, quæ incipit *Castellani*, qui dicunt, quod

31

non habent parere, nec obedire officialibus in prædictis perſonis pro ſeruitio Curiæ ſuæ,& Caſtellani, & ſeruientes poſſunt arma portare extra Caſtra,vt *in conſtit. quæ incipit Caſtellani*, & ſeruientes poſſint arma portare extra Caſtra, Andræas in *d.Conſt.Caſtellani*,vbi Matthæus de Affliclo *in primo notabili,& in d.cap. Caſtellani, n.*86. *de Caſtellanis,& in cap.*94. *Caſtellanis,num.*276. & contrafacientes puniuntur pœna contenta in conſtitutione Regni, quæ incipit intentionis.

32 Igitur non poteſt eſſe difficultas, vt patet ex dictis, Caſtellanum non eſſe officialem, vel eſſe talem, ſed largo accepto vocabulo, & ſine vlla Iuriſdictione, vel ea reſtricta in ſua Caſtra tantum, & per hoc non habent prærogatiuas afferendi arma in loco, quia de facto reputantur perſonæ priuatæ, & ſubiiciuntur officialibus Curiæ loci, in quo Caſtro ſitum eſt, ergo nulla ratione potuit Caſtellanus Baruli, prætendere poterit extra Caſtrum Bari in publico loco, in Eccleſiis Ciuitatis tractari, vt officialis, ſed etiam ab officialibus Ciuitatis pateat, qui repræſentat Regem in eadem Ciuitate dominante repreſentat Regem ſegregatum in ſede particulari in Capella, cum propria vxore, cum puluinari pro genuflexione quam prærogatiuam neque prætendit Officialis Baruli, vel eius vxor in eadem Prouincia, nec gaudebunt Præſides Prouinciarum, & propterea dicitur, quòd talis prætenſio præiudicat regaliæ Regis, & libertati, & nobilitati Ciuitatis, ac libertati Eccleſiarum, quæ haberet alium officialem,extra officiales conſuetos,& ſolitos extra Caſtra, vt in publico in Eccleſiis Ciuitatis oſtenderet ſignum Iuriſdictionis, & poteſtatis, imò dominium,& patronatus, quia tales, dum iſtæ particulares coſcinium cognoſcuntur ante genuflexarium, & antequam pacem recipiant à ſacerdote tali tempore,& Baronibus conceditur in ſigno vtilis dominij,Iuriſdictionis,& poteſtatis,vt concludit Nouarius *tom.* 3. *de grauaminibus vaſſallorum,verſ. in recognitionem,&c. grauamine* 21. *& in verſ.vt de ambobus declarationibus* teſtatur Auguſtinus Barboſa *ſuper Bullas Pontificum,in verb. Baro, pag.* 61. ergo poterit Caſtellanus Barenſis prætendere has prærogatiuas,ſcilicet ſediam,puluinare,&c. intus Eccleſiam,quæ eſt in Caſtrum, non ſi ſit extra Caſtrum Vallitterarum.

33 Dicit etiam fideliſſima Ciuitas Baruli, quod aut eſt attendenda opinio Alciati *conſ.* 48. *n.*9. dum conſuluit, Caſtellanum nullo tempore, etiam per mille annos non contrahere domicilium in loco,in quo commoratur,& ſic tamquam exterus non poterit, nec debebit prætendere aliquid, niſi ſediam particularem, puluinare, &c. cum aliis prærogatiuis in Eccleſiis, & in publicum, illorum ſcilicet quæ habent alij Ciues Ciuitatis Baruli, & tanto magis, quòd ſecundum Alciatum reputatur exterus Caſtellanus,non habens domicilium; Accedit quòd Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *conſiderat.*13. contra Caſtellanum Surdus *conſ.* 106. *num.*6. Menochius *de arbitr. caſu* 86. *num.*28. & 29. Gratianus *cap.*184. *num.*55. quia videtur contraxiſſe domicilium in eo loco, in quo eſt Caſtrum,ibique bona,& vxorem tranſtulerit: ergo vti Domicilium habens quoad multa, non quoad omnia, ciuilitate gaudere poterit, vt aduertit Gratianus, *vbi ſupra, num.*52. & ſic ciuilitas denegata Caſtellano ab Alciato, conceſſa tamen ab opinione æquiore, nec poterit effectum aliquem producere, quòd ſit Caſtellanus titulatus, quia nobilium appellatione veniunt Comites,Marchiones, &c. per Textum *in cap.Grandi*, vbi Dominicus de S.Geminiano *in* 3. *notabili de ſupplenda, negligentia Prælatorum,& in cap. conſtitutus il ſecundo extra de teſt. & in cap. conſtitutus de teſtam.* Caſſaneus *part.*8. *conſid.*46.

Confirmatur, ciuitas Bari poſſet dicere, quod 34
has prærogatiuas ſediarum particularium in Eccleſiis,&in Publicis puluinariis munitis,in Cappellis, & aliis partibus, in quibus poſſint prætendi,ex rationibus,de quibus *ſuprà*, non omnes concludunt in perſona priuata, niſi quando talis eſt, quòd habeat Iuſpatronatus Eccleſiæ, in qua intendit tali vti facultate, vel quando contendit quis ſe deberi, vt poſt Textum *in cap. Piæ mentis, & Canone frequentius* 6. *quæſt.*7. Abbas *in Rubrica de Iurepatronatus,num.*4. *& in cap. nobis, num.*3. *eodem titulo*, Lambertinus *de Iure patronatus, lib.*3. *quæſt.*1. *principali per totam*, Roccus *de Iurepatronatus in verb. Honorificum, & in principio, & in quæſt.*63. Freccia *de ſubfeudis, lib.*1. *verſ. finem*, Caualerius *deciſ.*321. & Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico,lib.*3. *cap.*112. *à n.*214. *cum ſequenti*, Comitolus *in deciſ. de anno* 1643. *deciſ.*153. *ſub num.*3. & 12. Ergo ſi Caſtellanus Baren. non tenet Ius patronatus in Eccleſiis Baruli, congruenti ratione excludi debet ab vſu prærogatiuarum puluinaris, quæ prærogatiuæ ſpectare deberent in Eccleſia ſancti Nicolai, quæ eſt de Iurepatronatus Regio,& ſic Regi,vel tenenti eius locum pro Gubernio, & ordine iuſtitiæ competit hoc, non verò debetur Caſtellano,qui repræſentat Regem, & tenet locum Regis in Caſtro ſolum, ſed extra Caſtrum ex diſpoſitione Capitulorum, & conſtitutionum Regni eiuſdem,in quibus Caſtellanus reputatur,vt perſona priuata.

Hoc ampliatur in aliis Regni ciuitatibus, vbi 35
ſunt Caſtra,& habitant Caſtellani etiam titulati, in quibus tam in ciuitatibus, quam in Eccleſiis illorum,vbi non datur puluinare Caſtellano,neque genuflexarium, neque ſedia particularis in Cappella, nec datur ad oſculandum pacem, vel Euangelium, vt in Ciuitate Taranti, Brunduſij, Capuæ, & aliis famoſiſſimis huius Regni, & in hac Ciuitate Neapolitana Capite Regni, in qua numquam fuit practicatũ dari extra Caſtra prærogatiuas aliquas in Eccleſiis, vel in publico Caſtellanis, qui demorantur hic. Ergo nec poſſunt id prætendere Caſtellani Barenſes,vel alij Regij, quia attenditur conſuetudo loci dominantis, ſecundùm Achillem de Graſſis *deciſ.*3. *num.*7. & 10. Caualerius *deciſ.*73. *num.*4. qui dicit ſic ſeruari,& etiam conſuetudo in locis conuicinis eſt attendenda Gloſſa ſingularis *in cap. ſuper eo de cenſibus in verbo in Vicinis*, atque in ſuo caſu comprobauit Pariſius *conſ.*25. *num.*42. *lib.*4. & Aymon Cranetta *conſil.*206. *num.*14.

Neque dicas pro Caſtellano, quod tam ipſe, 36
quam eius prædeceſſores habuerunt, & gauiſi ſunt prærogatiuis ſupradictis in Eccleſia ſancti Nicolai Barenſis, in qua à Prioribus eiuſdem Eccleſiæ fuerunt conceſſæ, vt dicitur à pluribus Ciuibus Barenſibus per fides ab eis factas.

Reſpondeo enim quod ſemper, quod Caſtellani hanc nouitatem fecerunt, eam fecerunt cum amicitia, & familiaritate, quam habebant cum Prioribus Eccleſiæ ſancti Nicolai, & ob hanc cauſam inuenerunt tale tentatiuum, cui ſemper Ciuitas ſe oppoſuit, & nobilitas etiam, præſertim de anno 1638. fuit expedita prouiſio per Collaterale Conſilium, vt non deberet Caſtellanus talem nouitatem proponere, & occurrente

aliqua

aliqua causa in contrarium, vt compareret in eodem Collaterali Consilio ad dicendum quicquid ei occurreret, & propterea dici non potest, quòd sit dicta consuetudo, dummodò Ciuitas, & nobilitas se oppoſuerunt, & non solum non fuerunt reiecti, sed etiam non admissi à supremis Iudicibus, vt post Ripam *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num.* 8. vbi Fagnanus, Caualerius *decis.* 77. *n.* 6. *& decis.* 649. *n.* 3. Cardinalis Puteus *dec.* 362.

37 Neque dicas prærogatiuas, & actus prætensos possessionis censeri factos inuoluntarios; ergo etiam si per nullos annos fuit facta, nullam præstat possessionem prout per Textum *in l. Iure familiaritatis, ff. de acquir. poss.* & per alia Iurisconsultorum responsa nouissime comprobauit Capiblancus *in pragm.* 1. *num.* 339. *de Baronibus.*

Respondeo enim has prærogatiuas fuisse concessas Castellano ab aliquibus Prioribus Realis Ecclesiæ sancti Nicolai, ob gratitudinem, & familiaritatem, ob quam sic tractare potuerunt Castellanos prædecessores, quia nunquam fuerunt concessæ tales prærogatiuæ cum consensu Capituli, vnde cum nullum habuerunt consensum à Capitulo in talibus prærogatiuis, qui actus obtempti vigore familiaritatis, non per hoc simpliciter dant ius.

Addo quod numquam in Ecclesia Castellani potuerunt acquirere eam possessionem, vel quasi aliquam realem capi poterunt in præiudicium alterius, ex Caualcano *in tit. de Bracchio Regio, fol.* 46. *num.* 64. ibi, quoniam per huiusmodi dominium fictum ius, nec possessio acquiratur in Ecclesiis, nec in rebus Ecclesiæ, *d. l. sancimus, C. de sacrosanctis Eccl. & sub num.* 647.

38 Addo etiam quòd nunquam fuit adductum, nec adduci poterit possessionis aliquis actus, habuisse dictas prærogatiuas, ex aduerso autem prohibitum est personis de populo, vt tractent Sacramenta, & Presbyteros etiam publica voce, & fama, & de visu, quòd numquam viderunt sedilia; Pater, & Mater Castellani hodierni numquam fuerunt visi in Ecclesia, Rota coram Comitolo *decis.* 153. & obstat Castellano exceptio rei iudicatæ in eodem casu indiuiduali, tam vigore decreti Collateralis Consilij, quàm per litteras S. E. per quas fuit ordinatum, ne mulieri Castellani Barensis daretur ad sedendum cum prærogatiuis, &c. non obstante quòd per prius tam Castellanus, quàm vxor habuerint, quia non fuit contradictio eiusdem Ciuitatis, & posita contradictione fuit dictum, vt illa sedeat, vbi sedent aliæ honestiores mulieres Ciuitatis, & hoc quia fundatur in Regalia Domini nostri Regis, de qua Castillus *de tertiis debitis, tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 201.

39 Ex quibus infertur primo, prædictum decretum de Baldacchino à Dominis secularibus non erigendo, esse vsu receptũ, tanquam legem, iuxta quæ legis naturam respicere tantum futura, non autem præterita, vt latè deduxit Farinacius *in fragmentis* 2. *parte in verbo lex, à num.* 25. & ita docet obseruantia sacræ Rituum Congregationis in hac speciali materia Baldacchini, quæ prohibet quasdam nouas erectiones, non autem antiquas, ad notata per Pignatellum *consult.* 7. *n.* 32. vndè licèt successor videatur continuare prædictam præeminentiam ab immemorabili annexam feudo, dum in Ecclesia sui prædecessoris Baldacchinum ab antiquo tempore retinuerunt; de Iure autem præeminentiæ, vtpotè acquisitæ feudo non extinguuntur cum persona feudatarij possessoris, sed transeunt in successorem, vt planè Menochius *cons.* 905. Franchus *decis.* 56. Rouitus *decis.* 6. *num.* 6. *cum seq.* & generaliter de possessione quæsita prædecessori, ratione dignitatis, vel feudi transeunt in successorem, defendit latè Posthius *obseruat.* 55. Quod adeo verum est, vt procedat etiam si feudum esset ad Regem, per quem deinde ex integro alteri concessum sit, vt apud DD. citatos videre est. Quo tamen casu viget maior difficultas, quia tamquam pertinens ad suam causam, videtur illud primum feudum extinctum, & deinde creatum aliud de nouo, & multo magis indubitanter, vbi casus deuolutionis non euenit, si est idem feudum quia ob debita prædecessoris transiuit cum assensu Regis dato, quia tùnc est verè indubitatus, dum successor est subrogatus in locum prædecessoris, in omnibus est idem feudum.

Neque verum est, quòd spatio multorum an- 40
norum fuerit intermissus vsus talis prærogatiuæ.

Respondeo enim, quod cum agatur de iuribus incorporalibus, & facultatiuis, numquam per mille annos ius præscriptum censetur nisi, vel constet de publica fama, & de obseruantia, *cap. Abbate, de verb. signific. cap. contingit,* Pignatellus *obseruat.* 7. *num.* 35. *cum seqq.* qui affert varios modos decisos sedendi temporales Dominos in Presbyterio, & alio loco Ecclesiæ, tam in vna Mediolani, quam in alia Seguntina.

DISCEPT. CCCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur de qua hic.*
2 *Pontificale Romanum* fol. 672. cum seqq. *adducitur & explicatur.*
3 *Clementina vnica de baptismo ad propositum adducitur.*
4 *Duces, Marchiones, quibus æquiparentur.*
5 *Titulati huius Regni Iurisdictionem habent priuatiuè quoad Reges in suis terris.*
6 *Titulati huius Regni non dicuntur tales solùm abusiuè, sed cum effectu.*
7 *Filij Regum, & titulatorum baptizantur in propriis domibus.*
8 *Factum adducitur Principis Cellamaris in terra Terlizzi.*
9 *Episcopus corrigere debet subditorum peccata.*
10 *Episcopus superintendere debeat super oues suas.*
11 *Principis nomen æquiuocum est.*
12 *Titulati huius Regni licet sint subditi Regi, tamen pleniſſimas habent inuestituras.*
13 *Episcopus in sua Diœcesi fundatam habet iurisdictionem in suos subditos.*
14 *Factum Episcopi Masij Ciuitatis Iuuenacensis refertur, & ab impugnationibus Episcopi Marantæ saluatur,* num. 15. & 16.

ARGVMENTVM.

Principes, & titulatos huius Regni vigore Pontificalis Romani non impediri in suo primo ingressu suorum feudorum recipi sub Pallio ab Ecclesiasticis, quod exemplo mirabili Clementinæ pri-

mæ de baptiſmo probatur. Principum magnæ Potentiæ, de quibus Pontificale loquitur quod veniant titulati huius Regni, qualem habeant authoritatem. Plura facta recenſentur, in quibus titulati huius Regni fuerunt recepti in eorum terris ſub Pallio. Epiſcoporum facilitas in cenſuris inferendis reprobatur, & alia ad materiam.

IVRIS RESPONSVM, PRO PRINCIPE ROCCÆ ASPIDIS D. Franciſco Filamarino, CVM Archiepiſcopo Sanctæ Seuerinæ.

1 ARchiepiscopvs ſanctæ Seuerinæ proceſſit ad cenſuras contra Illuſtrem Principem Roccæ Aſpidis D. Franciſcum Philamarinum plura capita continentes, quæ cenſuræ ſolùm in foro exteriori, & apud Puſillos Principem diffamarunt, vt ex ſequentibus rationibus probandum ſpero, ſufficientes tamen fuerunt, vt ponerent illum in ſiniſtram opinionem apud Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium, tum immunitatis Eccleſiaſticæ, tum etiam ſacrorum Rituum, apud quas fide præſtita dictis per Archiepiſcopum, non habita notitia vitæ, & morum Illuſtris Principis denegarunt à cenſuris appellationem vel teſtium repetitionem coram alio Epiſcopo, vt autem videatur exceſſus Illuſtris Principis.

Supponendum eſt qualiter die 3. Iunij 1661. fuerunt affixi Cedulones, in quibus fuit Princeps declaratus excommunicatus tribus ex capitibus videlicèt, quorum primum caput erat, qualiter Princeps in ſuo primo ingreſſu, quem fecit in Terra Cutri Prouinciæ Calabriæ, vltrò fuerit receptus ſub Pallio, & à Clero aſſociatus cum Cruce, quæ cauſa introducta in S. Congregatione fuit pro parte Principis fundatum non eſſe hoc contra Pontificale, & Ceremoniale Romanum, imò potiùs ſecundùm illud, vt *infrà* patebit. Secundò, quòd hoc honore gauiſi ſunt in eadem Terra Dux Nuceriæ, Dux Belcaſtri in Ciuitate Bellicaſtrenſis, & in Monte Spinelli Illuſtr. Principiſſa Domina dictæ Terræ, & in Rocca Neti Princeps Strongoli, vt ex fide Syndici, & Electorum, ac totius Regiminis vniuſcuiuſque loci prædicti conſtat, & ita vſitatus eſt mos Regionis, non ergo Princeps, neque Clerus peccarunt.

Additur pro parte Principis, fuiſſe hanc quamdam exhibitionem affectus voluntariam, non ſolùm ſponte à Clero oblatam, imò à Principe reiectam, qui pluries replicauit, & inſtitit, vt Clerus reuerteretur, & cum non permiſerit Regimini ſecularium ſuas exhibere demonſtrationes vltraoneè oblatas, nec etiã permiſiſſet exhibitiones illas à Clero præparatas, & veritas fuit hæc, quòd poſt plures replicatas inſtantias à Principe factas, ſemper Clerus dicebat, quòd erat in pacifica, & quieta poſſeſſione exhibendi tales honores, à tempore Ducis Nuceriæ, & quòd etiam habuerunt licentiam à Vicario Capitulari, & Principi ſuperuenienti vnus ex Clero obuiam venit cum cruce, cui Princeps omni, qua decebat reuerentia, deſcendit ab equo, & humi faciem tenens, Crucem ſacroſanctam adorauit, aliàs ſi faciem à Cruce auerteret Iulianum illum impium, & Apoſtatam imitatus fuiſſet, & in hoc actu à toto Clero circumdatus fuit ſub Pallio poſitus.

Additur etiam, quòd nec à ſacris Canonibus, nec à decretis Sacræ Congregationis fuit numquam pœna impoſita excommunicationis vtentibus Pallio in primo ingreſſu Baronis, imò è contra in toto ferè Regno Neapolitano, ſic practicatur, ergo cum nulla ſit excommunicationis pœna inflicta? cur Archiepiſcopus illam contra Illuſtr. Principem promulgauit, ergo iuſtè ad Sacram Congregationem recurrit.

Sacra Congregatio immunitatis, non conſideratis forſitan talibus rationibus deciſionem dubij remiſit ad Congregationem Sacrorum Rituum, quæ ordinauit, & iuſſit Archiepiſcopo, vt plenam relationem eidem faceret, ſuſpenſa cenſura, qui cum vellet, & ſuo modo, vt dici ſolet, examen caperet, & miſſis aliquibus fidibus à vero alienis, ſub die 4. Auguſti eiuſdem anni, fuit declaratum Principem incurriſſe in cenſuram, & quòd Clerus, & Presbyteri non poſſent cogi, nec eſſent obligati ad recipiendum Baronem ſub Pallio in primo ingreſſu ad Baroniam, quod nullus negat, non enim Princeps coëgit, nec Clerus erat obligatus, ſed ex mera ſua vrbanitate, & facultate id fecit, quod nullo Iure prohibebatur, vnde etiam hodie poteſt fieri, quia Sacra Congregatio dixit non poſſe cogi, ſed non tollit vrbanitatem agentium, & hæc nullis decretis repugnat, ſed potiùs decretis Pontificalis conformatur, vt *infrà* probabo.

Vnde à tali ſententia cenſuræ confirmatoria pro parte Principis, omni, qua decet, reuerentia de nullitate dicitur, & ſupplicatur remitti à Sacra Congregatione teſtium repetitionem coram alio Epiſcopo, coram quo recipiantur teſtes non ſuſpecti, & audito Principe, & vt aliqualis habeatur notitia falſitatis cum reuerentia, quam procurauit Archiepiſcopus, ſupplicatur Sacram Congregationem ponderare ſequentia; Primò enim aliqui teſtes dicunt, quòd Dux Nuceriæ noluit ſub Pallio recipi, etiam ſibi oblato, contra quod deponunt centum, & plus perſonæ Terræ Cutri, qui dicunt recepiſſe Ducem talem honorem ſibi oblatum. Secundò dicunt, quòd Duci Nuceriæ fuit nouum pallium præparatum, & exaggerant maximopere, quòd Illuſtris Princeps fuerit receptus ſub eodem Pallio, ſub quo Corpus Chriſti Domini transfertur, cui reſponſio eſt clara; Primò non eſt verum fuiſſe pallium nouum confectum ad Ducem Nuceriæ recipiendum, imò & ipſi, & alij Barones, de quibus ſuprà fuerunt recepti ſub eodem Pallio, ſub quo Chriſti Domini corpus transfertur; ſemper enim fuit Pallium Eccleſiæ, quod ad hunc finem conficitur, & patet quòd idem Archiepiſcopus fuit receptus in primo ingreſſu ſub eodem Pallio, nec debet videri hoc indignum, quando ſub eodem Pallio in dies celebrantur matrimonia, & benedictiones celebrantur nuptiarum, etiam vilium perſonarum cuiuſcumque loci, & quia teſtes deponunt contra veritatem, propterea ſupplicatur S. Congregatio, vt concedat terminum defenſiuum dicto Principi, vt ſuam Innocentiam probet

bet coram alio Episcopo non suspecto, nec Nicolai Mariæ depositio aliquid facit, sed vt de falso suspecta reiicienda, quando liquido constat, quòd erat ille surdus, & cæcus, qui vix, & imperfectè videbat, & ob suas infirmitates sensibus, & cerebro erat quasi destitutus.

In secundo capite Censurarum habetur, quod iussisset Illustris Princeps extrahi ab Ecclesia Ioannem Baptistam de Rosa, & quòd licèt postea iussisset reponi, in eadem tamen apponi fecisset Custodes circum circa, ex quo damnum notabile habuit dictus Rosa, quia suis expensis Custodes Salarium, & victum habuerunt; quod totum contra veritatem asseritur, quia talis fuit captus in domo propria, & ductus ad carceres, se proiicit è fenestra Domus Gubernatoris, & dum esset in via captus à satellitibus, posuit in itinere pedem in primo Ecclesiæ gradu, sed hoc non obstante ductus ad carceres, prætendebat gaudere Ecclesiæ immunitate, & licèt non deberet gaudere, quia erat in fortiis Curiæ, quando tetigit gradum Ecclesiæ, sed hoc non obstante Illustris Princeps iussit reponi in Ecclesiam, nolens disputare de articulo immunitatis, nolebat enim ab illo aliud, nisi computorum simplicem redditionem, cum igitur prætensa extractio fuit in actu fugæ, & ad carceres tradnctus illicò, longè distantes ab Ecclesia sancti Dominici Terræ Cutri, vbi Princeps morabatur, quomodo poterit dici, fuisse suo ordine de Rosa extractum, & de hoc negotio transmitturtur fides, & supplicatur S. Congregatio, vt repetantur Testes, & cognoscatur veritas, vt Principis intentio innotescat; circa verò solutionem salarij factam à Rosa satellitibus in Ecclesia illum custodientibus, patet esse falsitatem, nam transmittuntur fides, in quibus asseritur, satellites illos recepisse frumentum ab ærario Principis pro custodia, qui extra Ecclesiam existebant pro toto tempore, quo renitens fuit ad computa reddenda, & licèt in ingressu Archiepiscopi in Ecclesiam, dixerit de Rosa, quòd Custos, seu Barricellus noctis tempore fuisset in Ecclesiam ingressus, tamen ille respondit, verum fuisse ingressum, sed vocatum ab eodem de Rosa, sub prætextu quòd dubitabat occisum iri ab inimicis suis, & desiderabat pro sua custodia ingressurum, & sic ingressum fuisse ordine de Rosa, non Principis.

In tertio capite censurarum asseritur Illustr. Principem occupasse nonnulla bona, scilicet territoria quondam Ecclesiastica, & signanter duo petia territorij dicta docime, & sancti Petri de Niffi, quæ erant sub Prioratu Eminentissimi Odescalchi; Quod factum est verum, sed taliter narratur, nam Ioannes Dominicus de Bona in anno 1661. locauit quædam pascua pro animalibus Principis, & soluit mercedem, vt patet ex scriptura de recepto facta per D. Andræam Godamum, Affictatorem Prioratus prædicti, cuius fidei copia Romam transmittitur, & sic nulla est censura, cum solutio affictus sit facta per Principem, ergo nulla est territorij occupatio, & sic etiam respondetur ad occupationem territorij Eminent. Gymnetti, vt in facti nota fuit probatū.

Videns Archiepiscopus sanctæ Seuerinæ causas censurarum non esse aëreas, in anno 1662. processit ad duas alias censuras, ex aliis duobus capitibus, quorum primum erat Principem iussisse verberari Clericum coniugatum Petrum Dattilo, & Ioannem Hieronymum Sollazzo. Secundum caput, quòd induxerat nonnullos Clericos coniugatos, & seluaticos ad renuntiandum suis Priuilegiis per publicum actum, in præiudicium Iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed talia delicta non fuisse à Principe mandata, clarè patet, ex quo sunt illi Vassalli dilectissimi à Principe sub peculiari protectione illius, & per hoc Archiepiscopus hæc omnia somniauit, vt à deuotione eiusdem separaret, nec aliquid in sui fauorem habuit Archiepiscopus, sed ad modum Belli relaxat cedulones, & excommunicationes, & credo quod notitiam non habet, sanctam Matrem Ecclesiam non habere efficaciora arma, quàm censuras, quæ sunt omni qua decet Iustitia, & ponderatis causis, & probatis, non ad libitum fulminandæ, & circa secundum caput, quòd induxerit Clericos ad renuntiandum, debet aduerti, quòd cum Princeps fuisset excommunicatus appellauit ad Curiam Romanam, & obtinuit litteras inhibitoriales ab Auditore Cameræ directas Archiepiscopo sanctæ Seuerinæ, cum absolutione ad reincidentiam, quæ iussit citari partes offensas, & citatis prædictis Clericis, qui renunciauerant clericatui, responderunt publico testimonio coram iudice, & testibus, quod renunciauerant clericatui sponte, & allegarunt causam renuntiationis, ex quibus apparet nullam fuisse, & falsam cum reuerentia excommunicationis causam.

Tandem in mense Aprilis 1663. Archiepiscopus processit ad censuras contra Principem Roccæ, sub prætextu decimarum non solutarum mensæ Archiepiscopali ex animalibus, contra quem supponere oportet, qualiter de anno 1572. comparuit Cardinalis Sanctorius Archiepiscopus tunc temporis sanctæ Seuerinæ petens manuteneri in possessione exigendi decimas, vigore Priuilegiorum Regis Alphonsi de Aragonia, quorum vigore exigebat decimam omnium Agnorū, & casei ouium, &c. quæ erant exterorum tantum, quæ veniunt ad pasculandum in territoriis Diœcesis sanctæ Seuerinæ, Archiepiscopus Cafarelli prætendebat etiam decimam Animalium baccinarum, & aliorum animalium cuiuscumque generis, tam exterorum, quam Ciuium, & causa introducta Romæ fuit dictum, soluendas esse Decimas ouium, & Agnorum exterorum tantum, vt 14. Iunij 1650. fuit Romæ decisum, & Illustris Principissa Scilli vtilis Domina Terræ Cutri, auditis vanis prætensionibus eiusdem Archiepiscopi, comparuit in S. C. & obtinuit Regale Præsidium, atque fuit ordinatum, vt Archiepiscopus desisteret ab exactione decimarum, nisi seruata forma priuilegij, & propterea nec ipse, nec successor Archiepiscopus Paruicinus exegit decimas aliorum animalium dictæ Illustris Principissæ Scillæ, & vix ingressus Archiepiscopus modernus in suum Archiepiscopatum, tentauit Archiepiscopus exigere decimas omnium animalium, propterea Illustris Princeps comparuit in S. C. penes acta, & produxit Archiepiscopus nonnullas scripturas in Collaterali Consilio, ergo non poterat ex hac causa Illustr. Principem excommunicare.

Ego tamen dicebam nullam incurrisse Principem excommunicationem ex illis, quæ nunc sequuntur; statuitur autem in Pōtificali Romano *fol.* 671. modus recipiendi processionaliter Imperatorem, & *fol.* 673. statuitur ordo ad recipiēdum processionaliter Regē, & *fol.* 675. statuitur ordo ad recipiēdū processionaliter Principem magnæ potentiæ: quo posito videamus, qui veniant appellatione Principis magnæ potentiæ, pro quo probando Textus est *in Clem. vnica, de Baptismo*, vbi habetur, quod nullus debet baptizare filios domi,

mi, ſed duntaxat in Eccleſiis, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, niſi neceſſitas vrgeat propter quam nequeant ad Eccleſias abſque periculo deferri, vel niſi eſſent filij Regum vel Principum, & cum fuiſſet dubitatum an Textus *in dicta Clementina*, comprehenderet quoque filios Principum, ſeu titulatorum Regni Neapolis; ita vt valeant baptizari in eorum domibus priuatis: prima facie videbatur, quod non, quia verba diriguntur ad magnos Principes, qui ſecundùm Bald. *conſil.* 123. *volum.* 1. intelligendi ſunt de maioribus Principibus, qui Regibus æquiparantur ſecundùm Rodulph. *in tract. de origine Ducum Italiæ*, *num.* 255. & ideò Vitalin. *in dicta Clement. num.* 43. dixit Textum *in dicta Clement.* intelligi de magnis Dominis, ſubdens, quod non comprehenditur Dux Venetorum, & Ianuenſium, ſed Duces Regales, putà Comes Flandriæ Dux Sabaudiæ, & ſimiles, & ſecundùm Paſcettum *conſil.* 12. *ſub dicta Clement.* non continetur Marchio Montis Ferrati, licet bene Marchio Brandeburgenſis ſequitur Alciatus *de ſingul. certam. cap.* 32. *num.* 5.

3 Contrarium tamen dicit Riccius *in prax. tom.* 2. *reſ.* 427. ex Abb. *in dicta Clem. vnic. num.* 6. *de baptiſm.* qui ait à dicta diſpoſitione non eſſe excludendos Duces, Marchiones, & Comites, qui iure merito poſſunt Principibus æquiparari, & iſtos explicat in Principe Acaiæ, Salerni, & Tarenti, qui Principes fuerunt Neapoli, igitur dicta diſpoſitio comprehendit titulatos Regni, quia ipſi titulati, tanquam in perpetuo inueſtiti cenſendi ſunt ſupremi Principes in eorum titulis, & omnia poſſunt, quæ poteſt Imperator in toto orbe Curtius ſenior *conſil.* 49. *num.* 5. & in ſpecie de Marchione Montis Ferrati, loquitur Natta *conſil.* 487. *num.* 9. Ladercus *conſil.* 71. *volum.* 1. Bellonus *conſil.* 51. *num.* 3. & *conſil.* 59. *num.* 19. Beccius *conſil.* 56. *num.* 61. vbi loquitur non ſolùm de Marchione Montis Ferrati, ſed de aliis, de quibus mentionem facit Rolandus *conſil.* 29. *num.* 30. *volum.* 1. Menoch. *conſil.* 31. *n.* 13. *conſil.* 31. *volum.* 1. & propterea Caſſan. *in Catalogo Gloriæ Mundi*, *part.* 5. *conſideratione* 47. 4 voluit, quod Marchiones, & Duces æquiparantur Imperatori in ſuo Marchionatu, vnde quoad ipſos verificatur dictum Gloſſæ, Abbatis, Ancharani, & Bonifacij, dum affirmant Textum *in dicta Clement.* 1. *de baptiſm.* facientem mentionem de Principibus comprehendere etiam eos, qui Imperatoribus, & Regibus ſubſunt, quales ſunt iſti Principes noſtri, qui cum ſint inueſtiti de mero & mixto Imperio habent omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent, priuatiuè quoad Re- 5 gem, vt *in cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione*, per Federicum, vbi notat Iſern. cum aliis latè Amedeus de Ponte *de Laudem. quæſt.* 24. Theſaur. *deciſ.* 150. hinc eſt, quod Rex inueſtiens Vaſſallum de mero, & mixto Imperio cum Regalibus, priuat ſe iuriſdictione, & emolumentis Afflict. *deciſ.* 271. Grammaticus *deciſ.* 30. Theſaur. *deciſ.* 131. Guid. Papa *deciſ.* 241. Roland. *conſil.* 42. & 48. *lib.* 2. Rubeus *conſ.* 77.

6 Neque obſtat, quod Principes Regni Neapolitani habent poteſtatem valdè limitatam ex quo dicuntur Principes, Duces, & Comites abuſiuè ex Afflict. *cap.* 1. *quis dicatur Dux*, & ſecundùm Rodulph. *loc. cit.* ſolo nomine dicuntur tales, quia recognoſcunt Regem in Superiorem, & in eos non ſunt tranſlata omnia Regalia: igitur habent poteſtatem limitatam.

Reſpondeo enim ſupra dictos DD. nihil concludere: nam ſecundùm Minadoum *in conſil. Regni in aliquibus, num.* 17. *de ſucceſſionibus Comitum*, non minus realiter poſſunt dici Duces, vel Principes illi qui ſunt inueſtiti in Regno Neapolitano in quo Rex eſt Monarcha, quam illi, qui ab Imperatore ſunt alibi conſtituti: nam recognitio inueſtituræ non tollit effectum dignitatis, nec habere Regalias eſt effectus Ducatus, vel Comitatus, vt bene poſt Minadoum dixit Ricc. *part.* 2. *reſ.* 427.

Quia ergo *in dicta Clem. vnica, de baptiſm.* diſ- 7 ponitur baptiſmum eſſe conferendum in fontibus Eccleſiarum, & non in priuatis domibus exceptis filiis Regum, vel Principum, qui baptizantur in ſacello Regio, vel Principatus, vt bene Carolus de Graſſ. *lib.* 1. *de Regalibus Franciæ iure vlt.* Vincent. Turt. *de Capellis, & Capellaniis Regum, cap.* 4. *num.* 45. & Ricc. *vbi ſupra*, quem ſequitur Barboſ. *in dicta Clement. vnic. num.* 4. qui etiam dicit comprehendi Prinpipes, & titulatos Regni Neapolis: conſequenter apparet Pontificale Rom. *fol.* 675. comprehendere titulatos Regni Neapolis, ideò in anno 1652. Princeps 8 Cellamaris ingreſſus fuit in terram Terlizzi more Epiſcoporum in Diœceſi cum Pallio, & cum voluiſſet accedere taliter ad Cathedralem Iuuenacen. non fuit ab Epiſcopo Maranta receptus, ſed non proceſſit ad cenſuram.

Circa verò modum procedẽdi Epiſcopi parcat 9 mihi ſua authoritas, quia Epiſcopus peccantium crimina corrigere debet, quod ſi non faciat magis dicendus eſt canis impudicus, quam Epiſcopus ex Greg. verbis *in Paſtoral. part.* 1. *cap.* 4. à Gratiano relati *in Can. nemo* 83. *diſt.* & rationem reddit Gloſſa ibi, quia magis vult placere ſilendo, quam diſplicere coarguendo; ergo erunt rei Epiſcopi ob negligentiam, vt ait S. Auguſt. *in Can. quiſquis Chriſtian.* 23. *q.* 4. quia cum ſit Epi- 10 ſcopus ſuperintendens ne ſibi commiſſæ pereant oues, vt ex Conc. Leon. Papæ IV. habetur *in Can. nulli Epiſcoporum* 16. *q.* 1. *cap. Cleric.* §. *Epiſcopus autem* 21. *diſtinct. cap. legibus* 93. *diſtinct. cap. qui Epiſcopatum deſiderat* 8. *diſt.* 2. *Canon. oportet Sacerd.* 82. *diſtinct.* debet tamen Epiſcopus procedere, vt Pater, debebat enim Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ Principem aduertere etiam minando, atque terrendo, & videre quomodo id factum fuerit, quia inueniſſet ſanè Principem dictum honorem noluiſſe, ſed à Presbyteris oblatum cum renitentia non refutauit, & non ad cenſuras ex abrupto procedere, vt bene fecit Maranta, non enim ſine graui cauſa habet Eccleſia gladium cenſurarum ad Rom. 13. Paulus dixit (ſi autem malum feceris time, non enim ſine cauſa gladium portas & tunc ſi Epiſcopus prohibuiſſet, & Princeps acquieuiſſet prohibitioni eſſet Archiepiſcopus nunc in quaſi poſſeſſione prohibendi iuxta notat. per Gloſſ. communiter receptam *in l. qui lumina vicinorum* 20. *ff. de ſeruit. Vrbanorum*, Francus *deciſ.* 166. *num.* 8. Rota apud Card. Seraph. *deciſ.* 151. & apud Coccinum *deciſ.* 402. *num.* 10. Gabriel *lib.* 5. *de præſumpt. concluſ.* 20. dictus Portius *lib.* 3. *regula* 33. *Epiſcopo*, Marant. *reſp.* 35. *num.* 27. & 28. & *reſp.* 95. *n.* 8. *part.* 5. Beltraminus ad Gregorium XV. *dec.* 162. *num.* 16. non ergo prudentia Domini Archiepiſcopi laudari poterit.

Dices nomen Principis eſt æquiuocum, vt ca- 11 piatur Princeps, quaſi primo locum tenens, vt Gloſſ. *in cap. fundamenta* 17. §. *proinde de electione, in* 6. *in verb.* (*Princeps,*) & plura dicit Gloſſ. *in Clem. in verb. Regum, de baptiſm. & eius effectu,*

ex

ex pluribus Lancellottus Corradus *in templo Iudicum, lib.1. cap.3.* ergo Pontificale loquens de Principe magnæ potentiæ, non intelligitur de titulatis Regni: nam alias Apes,& Grues habent Principem ex Hier. *ad Rusticum Monachum in cap.in Apibus 7. q.1.* & Gloss. dicit *in d.Clem.1.* & tamen de his non loquuntur iura, tunc quia Princeps noster est feudatarius Regis nostri Catholici, & sic liggius vassallus ac subiectus, etenim Liggius dicitur quasi ligatus, vel legatus, quasi legalitatem seruans, & iuramentum hoc soli Regi præstatur, vt ex pluribus Afflict. *decis.307.num.3.* Capyc. *in dicta inuestitur.feud. in v. lig.* Reg. de Ponte *consil.37.n.26. & 27. volum.2.* Iacobutius de Franchis *in prælud. feud. in 8.diuis.num.137.& 142.* Petrus Greg. *part.1. syntagm.lib.6.cap.2.n.22.* Curtius iun. *cons.140. num.7.lib.2.*

12 Respondeo enim quod licet Princeps sit subditus Regi, tamen propter inuestituram, quam habet cum mero, & mixto Imperio facultatem habent cum omnimoda potestate, qui inuestituram habent in Germania ab Imperatore inuestiti prædictam habent prærogatiuam, sic etiam inuestiti à nostro Rege Monarcha eandem habent prærogatiuam, sicut & illi, qui ab Imperatore sunt inuestiti, sic videmus Baroni honorem deberi,vti primo Cini post Episcopum, cui tenentur assurgere Vassalli, *l.consalutaturus, C.de sent. passis,* Capiblan.*in singularibus,in verb.Honor,& reuerentia, sing.74.* Neque dicas, quod Episcopi stant in quasi possessione prohibendi Baronibus vsum Pallij,de quo in præsenti,& fundatur prohibitio *in l.scripta in Pontificali, & Ceremoniali Romano*; ergo debet manuteneri.

13 Respondeo enim quod licet Episcopus suam habeat intentionem fundatam quoad iurisdictionis exercitium in omnes,qui in sua sunt Diœcesi,& quoad omnes Ecclesias,vt in Aurelianensi Concil. *in Can. omnes Basilica, quæ per diuersa loca 26.quæst.7.* & rationem habes ex Bonifacio VIII.*in cap.cum personæ Ecclesiastica, in c.7. de priuil.in 6.*intelligitur tamen in illis,in quibus habet iuris assistentiam; tunc enim manuteneri debet in quasi possessione prohibendi, vt in Conc. Aurelian. 1.*in Can. Abbates 18.q.2.* vbi Gloss. *in verb.Episcoporum,* quam rationem reddit, & ex Concil. Antiochen. *in Can.per singulas Prouincias 9.q.3.* & Innocent. III. sic respondit *in c.cum Venerabilis, §.quia igitur de relig.dom.* & Honorius III. *in cap.conquerente 16. §.nos autem de offic. Iud. Ordin.* Rota *p.1.in recensionibus,decis.172.n.7.* & *decis.156.num.4.* & apud Card. Mantic.*decis.322.& part.2.diuers.decis.dec.736.* & apud Gregorium XV.*decis.309.*vbi Beltram. *in additionibus.*

Vnde habemus in facto quod Episcopus Iuuenacensis Iulius Masius immediatus prædecessor Marantæ in Episcopatu Iuuenacensi sic recipi fecit Principem Molfictæ Gonzagam, atque Guastallæ Principem, quando accessit ad Ciuitatem Iuuenacensem, & Baldacchinum in Ecclesia habuit; ergo vnus actus sufficit ad consuetudinem *l.Mela. §.sed si alimenta, ff.de alim. & cib.leg.* Surdus *de alim. tit.4.q.16.n.26.* Episcopus Marant.*resp.23.n.9.p.3.*

Respondet Maranta primò, quod Episcopus Masius voluit complacere Principi.

Sed contra, si esset delictum præsumi non potest,nec in conscientia debet dici voluisse Episcopum complacere Principi.

14 Respondeo secundò, Maranta, quod errauit Masius credens Principem Molfittæ magnæ potentiæ,cum alibi pecunias cudat de per se.

Sed contra, quia non per hoc sequitur non 15
omnes titulatum huius Regni: si enim hoc esset conclusio limitari deberet in Principe Venusi, qui in statu Plumbini est feudatarius absolutus, & in Principe Ostiliani, qui in statu Sabionetæ pecuniam cudit, at hæc sunt ridiculæ responsiones, quia in Regno considerantur vt titulati Regni,non habito respectu ad alias terras,quas possident in aliis locis.

Quam firmiter assero potuisse Principem Roecæ Aspidis taliter recipi ab illis de Cutri, nec bene Sanctæ Seuerinæ ad censuram processisse.

DISCEPT. CCCXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species describitur,de qua in præsenti.*
2 *Debitor offerendo bona stabilia creditoribus liberatur.*
3 *Creditor non potest non recipere stabilia à debitore existente non soluendo.*
4 *Textus* in Auth.hoc nisi, C.de solutionibus, *explicatur.*
5 *Solutio minus rei pro alia,quando fieri possit.*
6 *Renuntiatio* Auth.hoc nisi, Cod.de solut. *an valeat.*
7 *Iuramentum non refertur ad incognita, & ignorata.*
8 *Francus* decis.85. *extenditur.*
9 *Renuntiatio* Auth.hoc nisi,de solut. *an locum in debito ex causa dotis.*
10 *Renuntiatio* Auth.hoc nisi, Cod.de solut.*explicatur.*
11 *Renuntiatio* Auth.hoc nisi,de solut.*an habeat in patrimonio decocto.*
12 *Renuntiatio* Auth. hoc nisi, *an locum habeat, posito inuentario.*
13 *Regens Rouitus* cons.18.*explicatur.*
14 *Textus* in Auth. hoc nisi, *procedit etiam in feudis.*

ARGVMENTVM.

Authent. hoc nisi,Cod.de solut. *præbet facultatem debitori offerendi stabilia creditori, procedit etiamsi debitor renuntiauerit* Auth.& ampliatur, *Præses de Franchis* decis.85. *Rouiti* consilium 18.& add.

IVRIVM ALLEGATIONES, *PRO*

Mag.Curatore Patrimonij,& hæredibus qu.Marci Strinæ V.I.D.

NOVISSIMVM Ius Authen- 1
ticorum non solùm legis Petiliæ imitauit clementiam, qua fugata seruitia, & abolita fuit immanitas legis duod. tab.

contra quam Sextus Cecilius quendam Philoſophum defendit, vt qui ſoluendo eſſent impunè creditoribus ſuis dilaniandi traderentur quaſi corpora libera, quæ pro alio extimationem non recipiunt, ad Text. *in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & in l. fi. ff. de his qui deiec.* pecuniæ creditæ obnoxia eſſent, ex Aul. Gell. *noct. act. lib. 2. cap. 1.* notat Gloſſemmatarius *in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* quam quoque duritiem poſt *d. l. Petiliam* in aliquo mulſerat Diuorum Gordiani, & Gallieni Cæſarum pietas *in l. ob es, cum auth. imò à debito, C. de act. & oblig.* Deinde Gregorij III. S. P. religio *in cap. lator, de pignor.* Sed etiam
2 alia particulari ordinatione diſpoſuit, vt qui pro pecunia accepta non erant idonei, fortunas eorum immobiles creditoribus offerendo ab omni prorſus moleſtia eſſent ſecuri, vt *in §. quod autem, auth. de fideiuſſ.* ex quo originem ſumpſit *auth. hoc niſi, C. de ſolut.* quod etiam priſcis temporibus notabiliter, ſed non tam dilucidè ſancitum erat de iure *digeſt. & C. vt in l. à Diuo Pio, §. ſi pignora,* ibi, *vt addicantur ipſi, ff. de re iud. & in l. vetuſtiſſimam, §. ſin autem tempore ſtatuto, & §. ſin autem minus quidem, C. de iure dom. imp.*

3 Hinc vrgentibus creditoribus quon. V. I. D. Marci Strinæ facto ſequeſtro, ac ordinata venditione omnium bonorum dicti debitoris, factiſque ſubhaſtationibus quorumdam bonorum immobilium fol... quia aliud in hæreditate non erat, adhibitaque omni humana diligentia in perquirendis emptoribus, quia nullus fuit repertus emptor, inſtiterunt hæredes, & Mag. Curator Patrimonij dicti quond. debitoris mandari creditoribus, quatenus dictas ſubſtantias immobiles, iuxta appretium inter ſeſe diuiderent, cui petitioni vti iuſtitiæ, & veritati cohærenti omnes creditores acquieuerunt, eamque ſibi ipſis vtilem, & fructuoſam prædicarunt; at quia Reuer. D. Io. Dominicus Riccardi vnus ex creditoribus noluit dictæ adiudicationi concurrere, ideo præcedentibus inſtantiis dicti Mag. Curatoris fuit illi per plura decreta iniunctum, vt procuraret venditionem dictorum bonorum, vt *fol.* 252. 278. 305. 306. & 307. à quibus vltimo loco appellauit ad S. C. & obtulit Regiam decretationem de verbo faciendo.

4 At quia nos patrimonij iura tuemur, noſtrum erit oſtendere quantum opinio dicti Riccardi à nouiſſimo Authenticorum iuris dictamine abhorreat.

Siquidem nulli dubium eſt, quando conſtat, debitorem in pecunia, vel aliis bonis mobilibus ſoluendo non eſſe, tunc creditorem obnoxium eſſe immobilia debitoris in ſolutum accipere, vt ex dictis Iuribus apertè colligitur, nempe ex *d. §. quod autem, & d. auth. hoc niſi.*

5 Non obſtante illo vulgi dicterio, quod aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, quia regula illa in hoc limitationem adepta eſt, vt ex dictis Iuribus cum Bald. & Abb. tradit Dec. *in l. 2. §. mutui datio in 2. lect. num. 24. ff. ſi cert. pet.*

Etiam ſi in obligatione eſſet facta promiſſio ſoluendi in pecunia, quia ea non exiſtente, adhuc debitor offerendo ſtabilia liberaretur, Bertazz. *in tract. de clauſul. inſtr. clauſ. 41. gloſ. 5. n. 4.* Velaſc. *de priuil. paup. part. 1. quæſt. 49. num. 9.* Theſaur. *deciſ. 153.* Benint. *deciſ. Bonon. 28.* de communi teſtimonium perhibet Ludouic. *deciſ. Peruſ. 64. à num. 8. cum ſeq. & Rota Bonon. apud d.* Valaſc. *deciſ. diuerſ. 70.*

6 Cui quidem beneficio & ſi renunciari poſſe per debitorem quandoque firmauerit Præſ. de Franch. *deciſ. 81.* & Minad. *deciſ. 2.* attamen illa opinio ſuos habet impugnatores, vt etiam ſi talis renuntiatio eſſet iuramento vallata non teneat, fundauit Iacob. de Beluiſ. *in d. §. fin. auth. de fideiuſſ. col. fin. verſ. tertiò quæritur,* Alex. *conſ. 37. vol. 2.* Fachin. *controu. iur. lib. 10. c. 63. verſ. ſed contrariam, poſt* Dec. Salyc. Curt. Rip. Bologn. & alios, probat Alciat. *in d. l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet.* & cum Dyn. Cyn. Alex. & aliis, firmat Cenc. *de cenſ. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 6. num. 13.* Theſ. *dec. 36. & 153.* Donnadeus *de renuntiat. cap. 36. à num. 16.* Marcianus *diſp. 31. num. 7.* Capyc. Latr. *conſ. 104. num. 8.* Add. ad Rouit. *d. conſ. 18.* vbi latiſſime de materia, an poſita renuntiatione poſſit opponi beneficium prædictæ Auth. & dicunt poſſe debitorem dare bona in ſolutum Creditoribus, Sanfelic. *deciſ. 111. & 268.* Andreol. *controu. 93.* Pratus *lib. 1. c. 14.* Additio ad Rouitum *conſ. 18.*

Ratio affertur in promptu, nam iuramentum 7
non recipit extentionem ad incognita, & ignorata, *cap. cum inter, in fin. & ibi gloſ. de renunc.* ſed intelligitur rebus ſic ſtantibus, arg. *l. cum quis in princip. & l. ſtichum, §. vſumfructum, ff. de ſolut. cap. quemadmodum,* vbi *gloſ. in verb. conditio, & in verb. oculos,* Menoch. *conſ. 84. n. 24. & conſ. 219. n. 1. & 29.* Baez *de debitore inope, cap. 1. num. 50.* Siquidem ſi debitor tempore renuntiationis cogitaſſet, quod ſubhaſtatis ſubſtantiis ſuis, & non reperto emptore non poterat creditores cogere, vt illas in ſolutum reciperent, ſtante dicta renuntiatione, ob quod oportebat ſe carceribus mancipari, ibique marceſcere, vtique non renunciaſſet, ne ſui ipſius homicida eſſet argumento eorum, quæ tradunt DD. *in cap. ſuggeſtum, de decimis.*

Nihilominus admiſſa D. Præſ. de Franch. ſen- 8
tentia (citra tamen veri præiudicium) illa communi ore limitatur, quando debitor ſubhaſtationem ſuorum bonorum paſſus fuit, & iuſtus emptor non fuit repertus, & detexerit ſe eſſe inopem, & aliunde modum non habere ſoluendi in pecunia; nam tunc non obſtante quacumque renuntiatione, ac promiſſione ſoluendi in pecunia etiam iurata, offerendo eius bona liberatur, & creditores illa in ſolutum recipere tenentur, vt per Rip. *in d. §. mutui datio, num. 28.* Feder. de Sen. *conſ. 60. num. 16.* Honded. *conſ. 18. n. 44. vol. 1.* dicentem beneficium hoc ſemper debitori prodeſſe, etiam ſi illi renunciaſſet, quando euidenter apparet, nullo modo poſſe ſoluere in pecunia, quia data impoſſibilitate iuramentum non obligat promittentem, *cap. & ſi Chriſtus de iureiur. cap. impoſſibilium, de reg. iur. in 6. cap. breui, cap. ego enim, & cap. querelam,* vbi *canon.* præſertim Abb. & Felyn. *de iure iuran.*

Quam iuris diſpoſitionem ſibi quoque locum 9
vendicare etiam ſi debitum dependeret ex cauſa dotis dixere Honded. *d. conſ. 18.* Theſaur. *deciſ. 155. num. 5.* Guttier. *lib. 1. pract. cap. 56.* & Reg. Galeot. *controu. illuſt. lib. 2. cap. 5. num. 12.* etiam in hæreditate lucroſa cum Surdo, Marcobrun. & aliis, probat Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 16. num. 14.*

Hæc potius dicta ſint pro generica quæſtionis 10
tractatione, quam noſter caſus expoſceret. Siquidem nos verſamur in themate, in quo nonnulla conueniunt, quibus ſtantibus etiam DD. contrariæ opinionis aſſeclæ, & ſectatores veram noſtram ſententiam, & indubitatam exclamant.

Siquidem ſumus in patrimonio decocto, & 11
credito

creditorum mole oppresso, in contractibus dicti Riccardi nulla legitur renuntiatio beneficio *d. Auth.* nullus reperitur emptor omnes creditores conueniunt, solus iste dissentit, sumus etiam in hærede cum beneficio leg.& inu.qui omni prorsus difficultate remota potest cogere creditores, quibusvis renuntiationibus defuncti, non obstantibus etiam iuramento vallatis;etiam si hæreditas esset lucrosa, & creditum ex quacunque priuilegiata causa descenderet, vt seruato apprætio bona sibi adiudicent,vt præter DD. sup.alleg. hanc quoque sententiam amplexati sunt Paul.de Castro *in l.fin.§. & si præfatam,num.5.* vbi Bart. Alex. & omnes, *C. de iure delib.* Angel. *in l.1. §. hæc stipulatio, ff. ad l.falcid.* Imol. *in l. si pecunia, ff. deleg. 2.* Io.Petr. Surd. immemor illius, quod alibi scripserat *decis.318.* ibique Hodierna *suus Additionator*, qui determinationem S.C. ad fauorem debitoris contra creditores adducit post Gasp.Thes. *in addit. ad eius Genitorem, decis.153. litt.B,* & ne aliorum laborum transcriptor videat,& vno verbo omnes adducam, Consiliar.Gizzarell. *in illa sua suaui, decis.7.*

12 Nec in casu nostro indigeremus inuentario. Primò, quia omnia bona erant sub iudice,& sequestrum sustinet vices inuentarij. Secundò, quia sumus in patrimonio decocto,vbi datur restitutio aduersus non confectum inuentarium,vt notissima sunt iura.

13 Nec obstat vulgatumillud *cons.Reg.Rouiti 18.* de quo (vt audio) pars aduersa facit magnum festum, nam illi benè occurrit Consiliar. Paschalis *in tract.de pat. potest.part.2. cap.9.* inserendo allegationes Hyppoliti Vannij, Alex. Trentacinque, & Francisci Vinij, pro eadem causa factas, & facti species illius consilij longè distat à casu nostro; nam agebatur de adiudicando feudo, quod non patitur diuisionem, nihilominus quia fuit repertus emptor, articulus ille non fuit decisus,vt idem Rouit. dicit in fine, & Paschal. *loco sup. cit. num.80.*

14 Attamen nouissimis temporibus dispositionem *d. Auth. hoc nisi* locum obtinere, etiam in feudis decreuit Sac.Cons.ad relationem illius eximij Viri, & nunquam satis laudati Regij Consiliarij D. Marci Antonij Cioffi Præceptoris mei semper colendissimi, cuius egregia, erudita, & vndequaque ornata facinora omnibus meritò venturis ævis sunt exemplo futura (& hoc credo) ex punctuali doctrina Andr. feudorum Aurigæ *in cap.1. num.2. de duob. fratr. de nouo benef. inuest.* & sic labitur dicta Consultatio Reg. Rouiti.

Ex quibus currenti calamo scriptis, Dominorum Iudicantium censuræ suppositis, ni nostrum iudicium fallat affectus, victoriam speramus indubiè.

DISCEPT. CCCXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur disputanda.*
2 *Textus* in l.sequens quæstio, ff. de legat. 2. *explicatur.*
3 *Textus* in d. l. sequens quæstio *ampliatur.*
4 *Textus* in d.l. sequens quæstio *limitatur.*
5 *Donatarius grauari an, & quatenus possit à donante, & qualiter.*
6 *Donatarius grauatus in genere, non censetur grauatus ad bona donata.*
7 *Donatio quando veniat in fideicommisso.*
8 *Donatio, vt reuocetur, requiritur consensus donatarij.*
9 *Donatarius onus acceptans, quatenus sibi præiudicet.*
10 *Donatarius hæres institutus si conficiat inuentarium, sibi non præiudicat.*
11 *Fontanellæ* Decisio 46. & 47. *adducitur ad propositum.*
12 *Donatarij consensus specialis in acceptatione quando requiratur.*
13 *Castillus* tom.3. cap.10. à num. 39. *adducitur.*
14 *Donatio facta impedit testamenti factionem actiuam.*
15 *Donatarius si acceptet onus, an præiudicet sibi, & quid si fiat hæres in aliis bonis.*
16 *Franciscus Censalius ad Peregrinum fol. 20. adducitur.*
17 *Donatarius adeundo hæreditatem beneficio inuentarij non tenetur ad vincula apposita in donatione.*
18 *Faber* in suo Codice in tit. de iur. delib. defin. 44. *adducitur ad propositum.*

ARTICVLVS PRIMVS,

An Ioannes Franciscus Senior, potuerit donationem, quam fecit Ioanni Marino filio contemplatione certi matrimonij contrahendi,in capitulis matrimonialibus grauare onere fideicommissi ipsum Ioannem Marinum.

RESPONDEO hanc fuisse illam famosam quæstionem, de qua DD. *in l.sequens quæstio, ff. de legat. 2.* inuenio tamen DD.sentientes communiter,& verè quòd non. 1

In primis Regens Rouitus *cons. 72.* in causa Ioannis Laurentij Petonia, quem Ioannes Franciscus Pater in testamento hæredem instituit, & grauauit, vt post mortem sine liberis alteri restitueret,cui hæredi per prius donauerat Pater nonnulla bona stabilia in præmium emancipationis, quorum bonorum paternorum in vita filius possessionem acceperat per mortem hæredis grauati sine filiis, fuit condemnatus hæres ad fideicommissum restituendum, & prætendebat fideicommissarius consequi etiam illa bona donata; è contra hæres grauati dicebat talia bona non esse comprehensa, quia erant propria illius grauati per donationem primo loco factam, nec comprehendi in fideicommisso per Textum *in d. l. sequens quæstio, ff. de legat.2.* & ex consultatione Cuiacij 22. ac ex Peregrino *art.6.* ait Regens Rouitus fuisse decisum per S. C. & est illa decisio,de qua Thorus *part. 2. in verbo bona empta* donata à Patre.

Secundò ad hoc probandum adducuntur Fusarius *quæst.632.* Cutellus *de donationibus contemplat. matrimonij, tract.1. discursu 20. particula 10. num.84.* & Fontanella *tom.1. claus. 4. glossa 5. à num.50. & in addit.7. & decis.46. tom.1.* Antonius Faber *lib.6. Cod. tit.11. de iur. delib. defin. 44.* qui loquentes de tali donatione dicunt per Textum *in d. l. sequens quæstio 68. ff. de legat.2.* talia bona non venire in fideicommisso, & licèt textus loquatur de donatione facta 3 vxori,

vxori, eius tamen diſpoſitio in omnibus prædictis caſibus locum habere debet, ob eandem prorſus rationem, quæ in his omnibus perſpicitur, quia cum donatio à principio valuerit inter Patrem,& filium, dicuntur bona extra Patrimonium Patris fideicommittentis à tempore donationis exiſtere, & ſic fideicommiſſum cadit in bonis extra donationem, quod tamen ſecus eſſet in donatione, quæ à principio valet, ſed reuocabiliter,vt inter coniuges,&c. Salernus *vbi ſuprà, num.*8.

4 Quia verò Paulus author *dictæ regulæ l.ſequens quæſtio*, illam reſtrinxit dicens (Planè nominanti maritus vxoris fideicommittere poteſt, vt & ea reſtituat) propterea dictam limitationem omnes fermè admittunt, tum *in d.l.ſequens quæſtio*,tum etiam alibi,vt poſt alios Fuſarius *q.*632. *num.*7.*&* 8.*&* 633.*num.*10.Cutellus *n.*85.*&* 97. Ramonius *conſil.*85. *à num.*15. Fontanella *dictæ clauſ.*4.*gloſſa* 5. *num.*30.*&* 31. *tom.*1. qui idem repetit *deciſ.*46.*num.*6.*tom.*1. quos refert, & ſequitur Regens Capyc.Latro *deciſ.*44.*n.*23.

5 In hoc tamen eſt difficultas ex illo Pauli verbo (*nominatim*) an ſufficiat donantem in genere nominare bona donata in fideicommiſſo,ita poſt alios Mantica *lib.*7. *de coniecturis, tit.*8. *num.*24. Menochius *lib.*4.*præſumpt.*196.*num.*8.Intrigliolus *centuria* 3. *quæſt.*74. *num.*4. Fuſarius *quæſtione* 632.*num.*9. & alij apud Capycium Latro *deciſ.*44.*n.*26.

Sed contra, quia verba quamvis generalia, reſtringi debent,ne ius tertij tollatur,vt communiter volunt Doctores apud Barboſam *axiomate* 223.*n.*42.

6 Secunda ſententia docet, quòd ſi teſtator in genere hæredem grauauit ad reſtituendum quicquid ad eum peruenisſet,non venirent bona donata priùs inter viuos, ſed ea tantum, quæ ex vltima voluntate ad eum peruenisſent, atque ita notant Gloſſa marginalis *in dict.l.ſequens quæſtio*, Clarus *in* §.*teſtamentum*,*q.*71.*in fine*, & ſic intelligitur Gloſſa *in l.ſi mulier,in verbo,Si mortis,ff.de legat.*3.quæ ratio colligitur ex *d.l.ſequens quæſtio* 68.vbi ait I.C. quòd fideicõmittere poteſt,& ſic tribuit poteſtatem fideicommittendi, ſed colligi debet talis voluntas aliunde colligitur autem firmiſſimè (ſi nominatim talia bona donata fideicommiſſo ſubmittat, quod ſi non faciat nominatim loquendo de bonis donatis, vt donatis, vel exprimendo corpora eadem in fideicommiſſo inſtituto, non intelligitur velle ea bona fideicommiſſo ſubmitti) vt aiunt DD. apud Fuſarium *q.*648.*num.*5.*&* 6. vnde Angelus,Alexander,& Corneus apud Fuſarium *vbi ſuprà, n.*12. & apud Salernum *num.*7. dicunt faciendam eſſe nominatim mentionem de bonis donatis in ipſa fideicommiſſi conſtitutione, ad hoc, vt in eo includantur,nec ſufficere,quòd teſtator in hæredis inſtitutione bona donata expreſſerit, & poſtea fecerit fideicommiſſum ſimpliciter, & generale,& nulla de eis mentione facta,vt ſufficere conſuluit Decius *conſil.*254. *col.*2. *num.*3. Curtius iunior *conſil.*54. *col.*1. Pariſius *conſil.*2.*lib.*3. Decianus *conſil.*3. *num.*29. *lib.*1. Corneus *conſil.*87. *col.*2. *lib.*2. quos refert Menochius *conſil.*451.*num.*23. *lib.*5. Fuſarius *vbi ſuprà,n.*12.

7 Tertia verò ſententia eſt quòd quando donatio inter viuos fuiſſet nulla, vel à principio reuocabilis, vt à marito vxori,vel è contra,à Patre filio in poteſtate,&c. tunc ſufficit generalis mentio in fideicommiſſo facta bonorum donatorum, quia per talia verba cenſetur reuocata, at quando ſumus in donatione valida non reuocabili, vt inter Patrem, & filium exiſtentem in poteſtate, vel emancipatum,&c.in caſibus ſuis,& tunc requiritur expreſſa ſubiectio bonorum donatorum in fideicommiſſo prædicto,ita poſt Cutellum,& alios dicit Salernus *dicto conſil.*48. *num.*12. ergo 8
quando donatio à principio fuit valida, non poteſt ab ea recedere donans, & reuocare, ſed vt eam reuocet, eſt neceſſarius donatarij conſenſus, alioquin neque illam reuocare poterit, nec bona donata fideicommiſſo ſubiicere, quòd ſi donans talia bona fideicommiſſo ſubiiciat nominatim, cum id nequeat præſtare, eique deſit fideicommittendi facultas, quam habere non poteſt, niſi dependenter à voluntate donatarij, poterit tunc donatarius titulo donationis bona donata poſſidere, & repudiare hæreditatem: ad hoc enim vt valeat huiuſmodi fideicommiſſum de bonis donatis,ipſiuſmet donatarij,tanquam Domini conſenſus requiritur, vel verbis expreſſis, vt ſi expreſsè onus acceptet,vel ſaltem tacitus, & facto aliquo demonſtratus, vt ſi hæreditatem adeat, alioquin niſi conſentiat,poterit; imò ne cenſeatur conſentire, debebit hæreditatem refutare, atque inſiſtere donationi, ita Peregrinus *d. art.*6. *num.*49. qui teſtatur ita obtinuiſſe, quem citat, & ſequitur Cutellus *tract.*1. *diſcurſu* 20. *p.*10. *num.*97. rationem reddentes,quia perfectæ donationi noua conditio apponi non poteſt,*d.l.perfecta donatio*, *C. de donation. quæ ſub modo*, Ramonius *conſil.*100.Lupus,Gomezius,& alij apud Cutellum, Peregrinum & Salernum *num.*13.
Quòd ſi donatarius fideicommiſſo ſuper rebus 9
ſibi anrea donatis conſentiat, nulli dubium eſt, quin ſibi præiudicet, vt notant DD. apud Cutellum *vbi ſuprà, num.*97. & apud Fuſarium *quæſt.*648.*num.*10. qui omnes admittunt diſtinctionem traditam per Peregrinum *conſil.*63. *num.*6.*&ſeq.lib.*4.putà id verum eſſe ſi fideicommiſſum conceptum ſit ſub nomine bonorum, ſecus ſi ſub nomine hæreditatis,videndus Ancharanus *conſil.*765. Caſtillus *lib.*3. *cap.*10.*num.*42. Fontanella *deciſ.*46.*n.*6.

Sed eſt quæſtio quid ſi hæres,ſimúlque dona- 10
tarius conficiat inuentarium, an ei profit. Cum certum ſit debere conſentire donatarium ſimúlque hæredem ad hoc,vt fideicommiſſum,de quo loquimur, robur obtineat (in caſu,quo donatio à principio valet) tunc eſt videndum, an dicatur conſentire donatarium, quando hæreditatem apprehendit, ſiue conficiat inuentarium, ſiue non conficiat, prima opinio eſt conſentire hæredem, ſiue conficiat inuentarium, ſiue non,ita Cutellus *vbi ſuprà, num.*97. quem nominatim ſequitur Capycius Latro *deciſ.*44. *num.*27. & illum pro certo ſequitur Fontanella *clauſ.*4.*gloſſ.*5.*num.*47. ſecunda opinio eſt non conſentire hæredem, atque donatarium ſimul acceptantem hæreditatem, cum beneficio inuentarij, non teneri ſtare vinculis, conditionibus, & grauaminibus nominatim appoſitis in bonis antea donatis,niſi in quantum ſufficerent bona hæreditaria, id eſt bona, quæ vltra donata caperet donatarius à teſtatore, in vim inſtitutionis hæredis in illius fauorem
factæ, & ita refert deciſum per Senatum Cata- 11
loniæ,at *in deciſ.*46.*n.*8. refert aliam deciſionem omnino oppoſitam eiuſdem Senatus,cuius tamen nouitas declarationis nimis turbauit doctiſſimum Fontanellam, vt ipſe ait *num.*9. tum ob contrariam Senatus ſententiam,tum quia contraria ſententia deſtrueret inuentarij naturam, ac priuilegia, & ſignanter, ne hæres teneatur vltra vires

hæredita

hæreditarias, *l.finali,§.sed & si præfatam,& §. in computatione,C.de Iure delib.*& inuentarium constituit in eo statu, ac si hæreditatem non adiuisset,ex DD. citatis,& subdit Fontanella, *vbi supra n.17.* hæredem cum inuentarij beneficio posse post hæreditatis acceptationem, ea omnia dimittere,quæ ex institutione habuit,vt post Peraltam dicit Peregrinus *art.37. num.12.* dicentem hæredem cum beneficio inuentarij reputari,vti bonorum testatoris depositantium,nec facto inuentario hæres factum defuncti tenetur approbare, nisi in quantum sufficit, quod habuit ex testamento,vt post Cancerium *3.part.var.cap.20. de inuentario a num.131.* dicit Salernus *d.consil.48.*
12 *§.20. num.19.* qui *num.31.* ait,quod aut vinculum apponitur in bonis hæredis, & requiritur specialis acceptatio, & consensus donatarij, aut imponitur super bonis,quæ fuerunt donantis,& translata ad donatarium, & tunc sufficit quomodocumque acceptetur onus,subdit tandem & vltimo loco quòd quomodocumque onus imponatur, si hæres faciat inuentarium non præiudicabit eidem, secus si inuentarium non conficiat.

13 Sed audiamus Castillum *tom.3.controu.cap.10. à num.39. cum sequentibus*, qui ait infertur præterea ad Regulam, *l. perfecta donatio*, ad indagationem, & explicationem eorum, quæ cum aliis scripserunt Guid.Papa *cons.194.* & Hugo Celsus *in consil.120.* qui dicunt donantem posse in suo testamento instituere hæredem donatarium in rebus irreuocabiliter donatis sub nouis conditionibus, aut pactionibus, quod supponunt procedere, etiam donatario non consentiente; nam ex consensu illius dubium non est,quin donationi perfectæ,modus,conditio, & grauamen adiici possit, quod sequitur Ripa *resp.63. num.6.* Curtius Iunior *cons.120.num.9 lib.2.* & fundantur isti DD. *ex l.Titia 89.§.Lucius,ff.de legat.2.* sed contrarium post alios dicit Castillus *d. c.10. num.40. primo ex d.l.perfecta donatio*, secundo ex *l.si ante 8. C. de donat. ante nuptias*, quæ dicit, quod quærimus,ponderant Beccius *cons.58.lib.1.* Alexander *cons.31. num.3. vol.5.* Velasquez de
14 Auendano *in l.25.Tauri,glossa vnica,num.3.* cum enim donatio perfecta, & irreuocabilis impediat testamenti factionem super bonis donatis, vt scribunt Paulus de Castro *cons.831. vol.2.* Parisius *cons.63. num.16. vol.1.* Cephalus *cons.531. n.22.lib.4.* Caualcanus *decis.45.num.6.* & sicuti expressè reuocari non potest,ita neque tacitè per aliam quamcumque dispositionem factam in contrarium, ita post Cephalum, Crauettam, Albam, Curtium, & alios, dicit Castillus *num.45.* Nec quicquam facit Textus *in d.§. Lucius*, quia procedit in donatione facta à Patre filio emancipato, quæ potuit in testamento nouum recipere grauamen,& conditionem,quia erat inofficiosa, & quæ reuocari poterat ex Constitutione Alexandri *in §. Imperator eiusdem Ciuitatis*, & facit Textus *in l.si totas,C.de inoffic.donat.* Clarus *in §. donatio,quæst.24.* Ripa *in l. si numquam,C.de reuoc.donat.num.91.* Costa *in cap.si Pater de testam. in 6. in verbo priuare, num.21.* & post Mattiensem, Azeuedum, Homnedeum, & alios dicit Castillus, *vbi suprà.*

15 Verùm subdit Castillus *vbi suprà num.46.* quod quando donatarius non solum fit hæres in bonis donatis, sed etiam in aliis testatoris bonis fit hæres,posset grauamen opponi à donante, & tali casu si donatarius omnibus bonis frui velit, tenebitur necessario adimplere onus, & grauamen adiectum in talibus bonis, quæ antea irreuocabiliter sibi donata fuerunt,& statim quòd fit hæres donatarius, & adierit hæreditatem virtute testamenti, censetur consensisse modis,conditionibus,& vinculis in testamento adiectis, vt post Mandellum de Alba,Curtium Iuniorem,& alios apud Castillum, *vbi suprà.*

Tertiò facit Censalius *in addit.ad Peregrinum,* 16
fol.2. col.1. in addit. ad art.4. num.9. qui ait posse donantem hæredem facere donatarium in rebus etiam donatis,& eo casu si omnibus bonis frui velit,tenebitur vinculum seruare super bonis antea donatis, sequitur Baeza *de non meliorandis filiabus, cap.9. num.11.* Molina *de primogenitura, lib.2. cap.11. num.8.* & eo ipso, quòd donatarius adierit hæreditatem, & fecerit se hæredem virtute ipsius testamenti censetur consensisse modis, & conditionibus donationi appositæ,& adducit Fontanellam *decis.46. & 47.* vbi latissimè, & hoc fundari dicit per Textum *in l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub modo*, vbi ait Imperator donationi perfectæ non posse apponi modum,conditionem,&c. nisi apponeret à principio, & si apponat ex interuallo, & ipse donatarius facit se hæredem, virtute ipsius testamenti, & suum consensum accommodauerit, modis, & conditionibus donationi adiectis, valebit dispositio, nisi tamen donatarius hæreditatem adiuisset cum beneficio legis, & inuentarij, vt benè Fontanella *decis. 46. sub num.7. & in tract. de pactis nuptialibus, tom.1. claus. 4. glossa 5. num.39. & 43.* Censalius *vbi suprà fol.20. col.2. & fol.211. col.1. vers. septimo obseruo* post Fusarium *quæst.632.* & alios, quos allegat, qui proposita regula, limitat deinde, nisi nominatim testator hæredem grauauerit in prædictis bonis, pro qua limitatione laudat Fusarium, Cutellum, Ramonium, Fontanellam, & Capycium Latro *decis.44.* cum Salerno *d. cons.48. §.11. num.7.* & licèt aliqui dixerint hoc sufficere,vt Decius,Curtius Iunior, Parisius, Decianus, Corneus, & alij apud Menochium *cons.451.num.33.*& Fusarium *d. quæst.632. num.12.* tamen ipse Salernus *n.8.* dicit vtrãque opinionem esse probabilem, vt autem dicatur consentire donatarius sufficit si hæreditatem adiuerit, Salernus *d. cons.48. §. 20. à num.15. cum sequentibus*, Capyc. Latr. *decis.44. à num.27.* de quo neminit Salernus *vbi supra* qui post *num.16. & 17.* recenset diffidentes Se- 17
natus Cataloniæ decisiones, in hoc articulo factas,quarum meminit Fontanella *claus.4.glossa 5. num.39. & decis.46. num.7.* vt scilicet donatarius adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij,non teneatur stare vinculis,conditionibus, & grauaminibus nominatim appositis in bonis antea donatis, nisi in quantum sufficerent bona hæreditaria, hoc est bona, quæ vltra donata caperet donatarius à testatore in vim institutionis in eius fauorem factæ, & postea *dec.46. num.8.* appositam eiusdem Senatus refert decisionem, idem Fontanella, & tandem concludit Censalius post alios, & post Capycium Latro *decis.44. num.27.* Inuentarium factum à donatario hæredem instituto saluare, vt non censeatur consensum præstitisse grauaminibus, ac vinculis,&c.

Quartò facit Antonius Faber *in suo Codice in* 18
tit. de iure delib. defin.44. vbi ait, quòd donatarius hæres institutus, & de restituenda hæreditate rogatus, licèt hæreditatem purè agnouerit, non implorato beneficio legis,& inuentarij,non ideo tamen cadit àiure sibi per donationem quæsito, quia confusio, quæ fit per additionem, non impedit quominus hæres sibi consulere possit

per

per deductionem, & retentionem bonorum, niſi proponas ipſas quoque res donatas nominatim per fideicommiſſum fuiſſe relictas, poſtquam placuit, res quoque hæredis legari poſſe, & fideicommitti : Nec diſtinguendum an donatio inter viuos facta ſit, an mortis cauſa : nec proinde an inter viuos purè facta ſit, an ſub conditione, ita Faber, *vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ſub commemoratione filiorum intelligitur de filiis communibus.*
2 *Textus* in l. ſi vir vxori 61. ff. de condit. & demonſtrat. *adducitur.*
3 *Donatio pro certo matrimonio intelligitur filiis, vti filiis, non vt hæredibus facta.*
4 *Donatio contemplatione matrimonij non poteſt reuocari ante acceptationem.*
5 *Donans ſi promiſit non reuocare, veniunt filij vt filij.*
6 *Filij, vt filij qualiter intelligantur vocati.*

ARTICVLVS II.

An ex quo in præfatione donationis dicatur donaſſe Franciſcum Antonium Seniorem Ioanni Marino filio, dicendo pro quocumque matrimonio, tamen cum ſit facta pro certo matrimonio, & in Capitulis illius, ad beneficium filiorum naſcicturorum dicti matrimonij, quod tractabatur, & concludebatur cum Capitulis, & ſequuto dicto matrimonio talis donatio ſit filiis quæſita, vti filiis, vt non poſſit præiudicium inferri, nec ab Auo donante, nec à Patre primo donatario.

1 REſpondeo quancumque donationem, aut aliam quamlibet diſpoſitionem, aut conceſſionem factam ab vno ex contrahentibus, ſiue ab aliquo donante, aut dotante, in qua fit mentio de filiis intelligitur de filiis communibus ex illo matrimonio, non de aliis, per Textum ſingularem *in l. cum vir* 25. *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi cum vir vxori, quandoque liberos habebit, fundum legauit, intelligitur donatis ex illo matrimonio, vt ibi ſummat Bartolus, quod ſi fiat mentio de liberis inter virum, & vxorem, intelligitur donatis ex eis, quod idem notat Bart. *in l. dotem, ff. ſolut. matrim.* vbi habetur, quòd conſuetudo, quæ dicit, dotem remanere apud virum, ſi mulier deceſſerit in matrimonio cum liberis, intelligitur de liberis ex eis natis, vt *in d. l. cum vir, & l. ſi inter, ff. de pactis dotalibus*, vt explicat Berous *conſ.* 49. *vol.* 1. Signorollus *conſ.* 37. Quia licèt diſpoſitio videatur generalis, tamen cenſetur reſtricta ad filios certæ vxoris, & ſic procedit Textus *in l. ſi filius à Patre* §. *ſi quis ex certa, ff. de liber. & poſthumis*, & explicat Iaſon *in l. placet, n.* 8. *ff. de liberis. & poſthumis*, vbi Soccinus *col. penult.* Paulus *conſ.* 52. *num.* 18. *lib.* 2. & eſt Textus *in d. l. placet*, Menochius *conſ.* 41. *num.* 36. *vol.* 1. Franciſcus Caldas Pereyra *lib.* 3. *quæſt.* 13. *n.* 31.

2 & facit Textus *in l. ſi vir vxori* 61. *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi ſi vir vxori ad tempus liberorum legauerit, intelligitur de procreandis ab eodem cum illa vxore, etiam poſt teſtamentum, & facit Textus *in l. matrimonij cauſa* 21. *ff. qui, & in quibus, & l. vxori* 3. *ff. de auro, & argento legato, & l. ſi inter virum* 24. *ff. de pactis dotalibus*, & facit Textus *in l. filius à Patre*, §. *ſi quis ex certa, ff. de liber. & poſthum.* & *l. ſi quis ita*, §. *ſi quis cum ignoraret, ff. de teſtam. tutel.* Nec eſt nouum, diſpoſitionem generaliter prolatam reſtringi ex ratione particulari, *l. cum Pater* 77. §. *dulciſſimis, ff. de legat.* 2. *l. ſi de certa re* 31. *C. de tranſact.* Surd. *conſ.* 389. *num.* 9. & *ſeq.* Oſaſchus *deciſ.* 98. *num.* 10. nam cuiuſcumque diſpoſitionis ratio reſtringit dictum ad limites rationis *d. l.* 77. §. *dulciſſimis*, Harmannus Piſtorius *lib.* 2. *quæſt.* 39. *num.* 19. Barboſa *in ſuis axiomatibus in verb. diſpoſitio generalis.*

Ergo cum talis donatio ſit facta pro certo ma- 3
trimonio contrahendo filio, & filiis naſcituris cenſetur vti filiis requiſita, non vti hæredibus, vt latè Regens de Marinis *tom.* 1. *cap.* 89. *per totum*, non potuit Franciſco fieri præiudicium per Ioannem Marinum primum donatarium ad notata per eumdem Regentem de Marinis, ergò ſequitur diſpoſitionem ſuper dicta donatione factam ab eodem Franciſco Antonio in damnum Ioannis Marini, & filiorum eius, non potuiſſe fieri ex rationibus ponderatis à DD. apud eumdem de Marinis citatis.

Neque dicatur poſſe ſuſtineri diſpoſitionem, 4
& grauamen, quia ante acceptationem factam à filiis, poterat dicta donatio reuocari. Reſpondetur enim falſum eſſe, quod aſſeritur, quia talis donatio fuit facta intercedente ſtipulatione Notarij, perſona, &c. quo caſu nullus ſomniauit poſſe reuocari; imò per ipſam taliter ſtipulatam acquiri ius abſenti, & irreuocabile etiam ante acceptationem nullus eſt, qui neget, ex notatis à Guidone Papa *deciſ.* 267. & 505. Tiraquello, Boërio, Card. Mantica, & aliis apud Dominum de Marinis tum *lib.* 1. *cap.* 89. *num.* 20. tum etiam in obſeruat. ad Regentem Reuerterium *deciſ.* 3. *num.* 3. & hoc iure vtimur hodie, & in præſenti ceſſat vmbra cuiuſcumque difficultatis, ex quo Ioannes Marinus primus donatarius filius Ioannis Franciſci Senioris in donatione interceſſit, & poſſ. fuit, &c. ad notata per Doctores *in l. qui Romæ*, §. *Flauius, ff. de verb. obligat.* poſt alios Barbatus de fideicommiſſis *part.* 1. *cap.* 4. *inſpect.* 2. & 3. vbi latiſſimè.

Et quando donans promiſit donationem non 5
reuocare, & quando eſt facta contemplatione certi matrimonij, & quòd filij ſuccedant vti filij, eſt temeritas ruſticorum prætendere poſſe reuocari, vel non acceptatam, non habere locum, &c. tradunt poſt alios Andriolus *lib.* 2. *controu.* 127. *num.* 4. Auguſtinus Barboſa *voto deciſino* 14. & Antoninus de Amato *reſol.* 20. *num.* 7. Maſtrillus *deciſ.* 212. *num.* 13. Marius Cutellus *de donat. contemplat. matrim. tom.* 2. *tract.* 2. *diſcurſu* 2. *ſpeciali* 23. *num.* 28. Fontanella *clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 1. *num.* 7. Regens de Marinis *tom.* 1. *cap.* 82. *num.* 36. *cum ſequentibus*, præſertim concurrente 6
cautela, vt filij ſuccedant vti filij, non verò vti hæredes Patris, vt ſcripſit Molfeſ. *conſ.* 2. *num.* 38. vel quando paciſceretur vt ſponſus, cui fit donatio, ſit vſufructuarius tantùm bonorum, quæ donantur, vel tandem ſi ſpeciali pacto contrahatur, vt creditoribus ſponſi ſuper rebus donatis nullo vmquam tempore ius aliquod quæratur, vt in caſu, quo ſcripſit Anell. Amat. *conſ.* 68. Reg. de Marinis *d. conſ.* 89. *num.* 30.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio incerta, non extenditur ad alia.*
2 *Reseruatio vnius successionis non extenditur ad aliam.*
3 *Textus* in l. 3. §. si in venditione, ff. com. prædiorum, *explicatur.*
4 *Reseruatio nullum ius tribuit illi, in quem dirigitur reseruatio.*
5 *Reseruatio apponendi conditiones, de qua hic, qualiter facta sit.*
6 *Dispositio, de qua in præsenti qualiter facta respectu fœminarum.*
7 *Donatarius facto inuentario non tenetur ad onera.*
8 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.*
9 *Hæres tenetur seruare promissa per defunctum.*
10 *Iuramentum defuncti an liget hæredem.*
11 *Hæres tenetur seruare iuramentum defuncti.*
12 *Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*
13 *Hæres obligatur approbare, ex quo sentit commodum.*
14 *Hæres tenetur ad omnia seruanda, quæ defunctus disposuit.*
15 *Inuentarium separationem inducit iurium, & actionum.*

ARTICVLVS III.

An posità reseruatione à principio donationis apponendi vincula sibi placita potuerit illa deinde apponere.

1 REspondeo non potuisse, quia reseruatio limitata ex certa causa, vel ad certa iura non extenditur ad alia, Cruetta *cons.* 33. *num.* 22. Beccius *cons.* 74. *num.* 6. & 7. vbi ait, quòd reseruatio quoad iura hæreditaria Patris, non operatur quoad iura hæreditaria fratris, Marcabrunus *cons.* 48. *num.* 30. & *seq.* vbi ait, quòd facta ad vnum finem, & effectum non operatur alium, Cardinalis Tuschus *litt. R, conclus.* 245. *n.* 33. & operatur reseruatio, quod reseruatum non sit sublatum, imò si quid contrarium fiat, haberetur pro non facto, Bart. *in l. ille, à quo, §. si de testam. ff. ad Trebell.* Cardinalis Tuschus *d. litt. R, conclus.* 243. *num.* 14. qui *num.* 15. ait, quòd reseruatio operatur resolutionem, si fiat contrarium, Baldus *in l. terminato, num.* 50. *C. de fructibus, &*
2 *litium expensis*, & *num.* 17. ait, quod si filia sibi reseruat in renuntiatione vnam successionem, vel modum vnum succedendi, non censetur alium modum reseruasse, sed excluisse, quia reseruatio nihil iuris de nouo tribuit, *l. & si quis* 14. §. *plerique, ff. de Religiosis, l. penult.* ibi sine præiudicio, *ff. de acqu. hæredit.* Cepolla *cons.* 25. *n.* 21. Decius *consil.* 516. *num.* 24. *col.* 5. natura enim reseruationis est, vt ius reseruatum tantum conseruet, *cap. indemnitatibus* 45. *de electione in* 6. *cap.* 1. §. *caterum de statu Regul. in* 6. *l.* 2. §. 1. *ff. quibus modis pignus*, vel hypotheca soluitur, Philippus Matthæus *cons. Marpurgensi* 21. *n.* 71. vnde verba prolata ad finem, & effectum reseruandi non operantur aliquam acquisitionem de nouo vltra ius reseruatum, Geminianus *cons.* 108. *col.* 7. & facit Textus *in l.* 6. §. *si in venditione*
3 *in fine, ff. comm. prædior.* vbi si venditor ædium excipiat, & seruitutem reseruet, quam dixit Titio deberi, licèt emptor consenserit, si tamen in veritate reperiatur nullam seruitutem Titio deberi, talis reseruatio nihil operabitur, etenim quæcumque reseruatio præsupponit ius reseruanti antecedere, illudque non excedi postea Consilium Argentoratense 24. *num.* 38. *tom.* 1. Oldernopolus *Consilio Marpurgensi* 50. *tom.* 2. *num.* 41. cum reseruatio nullum ius tribuat illi, 4
in quem dirigitur, si prius ius non habebat, *l. minor* 39. §. 1. & ibi *glossa, ff. de euict.* & sic reseruatio non inueniens reseruabile nihil operatur, Angelus *in l. si quis legauerit*, ibique Bart. *ff. de legat.* 1. Natta *tom.* 3. *cons.* 626. *num.* 198. & reseruatio in aliquo particulari casu operatur in reliquis concessionem, Rosental *de feudis, cap.* 50. *concl.* 7. *num.* 8. *& tom.* 2. *cap.* 12. *concl.* 1. *n.* 34. *in addit. litt. K*, Tabor *in locis communibus, lib.* 16. *cap.* 13. *de reseruat.* & plura de reseruatione in donationibus facta, tradit Fontanella *tom.* 1. *gloss.* 4. *claus.* 23. & Cutellus *de donat. contemplatione matrimonij, tom.* 2. *tract.* 2. *discursu* 1. *speciali* 40. & plura Arnoldus Reyger *in thesauro Iuris, in verbo reseruatio*, Petrus Brittiensis *in suo repertorio, tom.* 3. *in verbo reseruatio*, Besoldus *in thesauro practico, litt. L, fol.* 550. *col.* 2. *& litt. R, in verbo reseruatio, fol.* 821. *col.* 1. Sed in præsenti facti specie reseruatio 5
fuit facta à quondam Francisco Antonio Seniore in donatione prædicta, scilicet apponendi conditiones, & vincula, vt perpetuarentur dicti Scuti 6000. in beneficium filiorum eorumdem descendentium in infinitum, ergo totum illud, quod deinde additur in testamento ab eodem Ioanne Francisco Seniore, vltra perpetuitatem in descendentes, est nouum vinculum, & non reseruatum, ergo nulliter dispositum, vt suprà dicebamus, imò talis reseruatio esset destructiua donationis, quia fuit facta, vt nunquam acquireretur pleno iure, sed simpliciter, & in perpetuum vsumfructum applicaretur donatariis præsentibus, & censerentur grauati ad fauorem descendentium, & extraneorum.

Imò quando fœmina in capitulis matrimo- 6
nialibus erat contemplata pleno iure in vsufructu, sua vita durante, si habuerit descendentes, & non habens pleno iure in vsufructu, & proprietate, quia libera remanebant bona penes ipsam, per defectum conditionis, & descendentium, vigore verò testamenti priuabatur quarta parte in vita, & toto in morte. Neque valet dicere imposuisse Franciscum Antonium pœnam priuationis hæreditatis illis, qui non obseruabant, & quod propterea cum fuerit adita hæreditas, & acceptata in vita dici debet d. dispositio, quia, vt *suprà* diximus in primo articulo, fuit facta aditio cum beneficio legis, & inuentarij, & hæreditas non habebat aliquid compensatiuum vltra bona donata, quia fuit damnosa potiùs, quàm lucrosa: & ex inuentario facto hunc effectum sortitus est donatarius, vt ad onera, & vincula non teneatur, 7
vt supra punctualiter in primo articulo dicebamus, quamvis enim hæres post aditam hæreditatem, videatur quasi contraxisse, & omnia defuncti facta in se transtulisse, vt illis contrauenire non possit, *l.* 1. *ff. de rebus creditis*, nec factum eiusdem impugnare, *l. cum à Matre* 14. *C. de rei vendic. l. si ab eo* 7. *C. de negotiis gestis, l.* 24. *C. de donat. l. filiusfam.* 114. *l. cum Pater, ff. de leg.* 1. *leg. vnum ex familia* 67. §. *sed etsi, ff. de legat.* 2. *l. successores* 10. *C. de solut. l. si vxor* 7. *C. de bonis auctor. indic. possid.* Roman. *consil.* 140. *in fine*,

Ruinus *conſil.1.num.13.& conſ.7.num.39.vol.1.* Carpzouius *part.2. conſtit.48. defin.3. num.20.* Mantua *conſil.71. num.14. vol.2.* Decianus *conſil.31.num.157.vol.1.& conſil.56.num.23.vol.2.*
8 *& conſil.55. num.87. vol.3.* & quod à defuncto eſt geſtum, & factum hæredem omnimodo teneri ratum habere, docent Tiraquellus *de retractu lignagier, §.1. gloſſa 9. num.48.* Afflictus *deciſ.285. num.11.* etiamſi propriam ſuam perſonam, proprióque iure niteretur, iuxta Textum *in d.l.ſi ab eo 7. C.de negotiis geſtis, l.venditoris 3. C.de rebus alien.non alienandis, l.1.ff.de except.rei venditæ,* & *l.Seia 73.ff.de euict. l.filium 31.ff.de lib.cauſa,* Burſatus *conſil.138. num.38. volum.2.*
9 vnde ad omne id, ad quod defunctus tenebatur hæres ex illo contractu tenetur, vt dicit Magonius *deciſ.Lucenſi 58.in principio,* ſic hæres inſtitutus ſi ex teſtamento hæreditatem adierit, tenetur alteri parti, cui facta eſt conuentio, & ſtipulatio, ad obſeruantiam dictæ conuentionis, vel ſtipulationis, Myſingerius *conſil.4.lib.4.num.83. centuria 2.* Viuius *deciſ.118.num.50.* dicens hæredem abſque vllo ſcrupulo teneri obſeruare promiſſa, & conuenta per defunctum, quod idem dicit Daniel Mollerius *in Commentario ſuo ad Conſtitutiones Saxoniæ, part.2.conſtit.15.num.96.* & extendit etiamſi hæres præter legitimam nihil acquirat, & eo magis procedat, ſi iuramento inſtrumentum ſit firmatum, cum illud habeat duo vincula, vnum quod obligat animam iurantis, & illud cum ſit perſonale perſonam iurantis non egredietur, & aliud ciuile, quod ligat hæredes, & ſucceſſores, vt contra factum defuncti iura-
10 tum venire non poſſit, Angelus *in l.qui ſuperſtitis, in fine, ff.de acquir. hæred.* quem ſequuntur Romanus, Aretinus, Imola, *ibidem,* idem Imola *in cap.cum contingat, de iur. iur. cum.16.* Franciſcus
11 Monaldus *conſil.38.num.16.vol.1.* atque inde eſt, vt iuramentum quoad firmitatem contractus tranſire dicatur in hæredes, Couar. *in cap.quamvis de pactis,* Seraphinus de Seraphinis *in tract. de priuilegiis iuramenti, priuilegio 52.num.9.* Antonius Gabriel *in ſuis concluſionibus, tit. de iure iurando, concl.6.* Franciſcus Burſatus *conſil.339. num.7. vol.3.* & proinde ad iuramenti iſtius obſeruationem, adſtringantur, per tradita ab Antonio de Butreo *in d.cap.cum contingat, colum.5. in principio,* & *ibidem,* Panorm.*num.8.* Afflictus *deciſ.381.in fine,* Gabriel *conſil.127.num.22.vol.1.*
12 Alexander Raudenſis *conſil.9. num.17.vol.1.* ex quo fit, hæredem teneri exonerare conſcientiam defuncti, *cap.final.de ſepulturis, cap.in litteris 8.de raptoribus,* Alexander *in l.Pomponius, §.cum quis, ff.de acquir. rerum dominio,* Capyc. *deciſ.4. n.13.* Carpzouius *part.3. conſtit.14. defin.17. num.3.* Ruinus *conſ.20.n.20.vol.4* Menochius *conſ.24. num.22. vol.1.* Decius *conſil.272. num.6.* Ratio eſſe poteſt, tum quia ex qua perſona quis lucrum ſentit, etiam eius factum improbare non debet,
13 *l.ex qua perſona 149.* & *l.ſecundum naturam 10. ff.de regul.iuris, cap.qui ſentit, eodem in 6.* Marcus Antonius de Amato *deciſ. Marchiæ 169. num.21.* tum etiam quia hæres adeundo hæreditatem dicatur quaſi contrahere, vtque eo ipſo ſeſe adimplendum omnia obligare, ad quæ defunctus tenebatur, *§.hæres quoque 5.inſtit.de obligat.* quæ ex quaſi contractu *l.apud Iulianum 3. in fine, ff.quibus ex cauſis in poſſ. l.ſi quis 5. §.hæres, ff.de obligat.& action.* Iaſon *conſil.63.n.16. vol.3.* Pariſius *conſ.16.num.38.vol.2.* Menochius *conſ.115.n.59.vol.2.*
15 Inuentarium tamen, & perſonarum, & factorum, & iurium, & actionum ſeparationem conſeruat, *l.vltima, §.9. C.de iure delib.* & fictionem illam contraria fictione perimit, Fircheltuſius *diſputat.6. de feudis, Theſi 22.* confert omnino Carpzouius *part.2.cap.48.defin.3.n.3.* & Foſterius *lib.2.de ſucceſſ. cap.2.num.17.* & DD.omnes agentes de inuentario, vt Angelus de Peruſio, Franciſcus de Porcellinis, Ioannes Coraſius, Rolandus à Valle, Sebaſtianus Monticula, Phannuccius de Phannuciis, Dionyſius Pontanus *ad conſuetud.Aleſſenſes, tit.2.* Michaël Craſſus *lib.2. recept. ſentent. §. Inuentarium,* Barr. *de ſucceſſ. lib.11.tit.8.cum ſeqq* Crauetta *conſult.593.* Facchineus *conſil.32.* Kircouius *tom.4. conſil.25.* Guid.Papa *deciſ.571.* Carpzouius *p.3.conſt.33.* Marta *tit.de Inuentario.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur huius quarti articuli.*
2 *Derogatiua in donatione appoſita, de qua hîc quid operetur.*
3 *Iuramentum habet vim clauſulæ derogatiuæ.*
4 *Derogatoria qualiter tollatur.*
5 *Diſpoſitio ſpecialis requiritur ad tollendam clauſulam derogatoriam.*

ARTICVLVS IV.

An poſita clauſula derogatoria in donatione per Franciſcum Antonium Seniorem, potuerit illam alterare.

VT intelligatur, ſupponere oportet in facto, 1
quòd quando Franciſcus Antonius Senior fecit donationem contemplatione matrimonij Ioanni Marino promiſit illam non reuocare ſecundùm formam expreſſam in ea, ſed eam promiſit ſemper validam habere, & firmam, & nunquam eam reuocare, nec in totum, nec in partem, & quod ſi contingeret eam reuocare, intelligeretur ſtatim confirmata. Hoc poſito,

Reſpondeo per talẽ derogatoriã non potuiſſe 2
Franciſcum Antonium donãtem illam reuocare, alterare, vel aliter diſponere ab ipſa donatione, tũ ex natura dictæ donationis inter viuos, de qua in primo articulo, tum ex natura dictæ clauſulæ derogatoriæ, de qua DD. *in l.ſi quis, ff.de leg.3.* Celſus Vgo *in tract.de clauſulis, pag.476.* Clarus *in §.teſtamentum, quæſt.99.* Menochius *lib.4. præſ.166.* Card.Mantica *de coniecturis vltim.vol. lib.1.tit.6.num.8.* Marta *de clauſulis, part.4.clauſula 14.* Ceuallos *quæſt.211.* Gratianus *cap.48. num.21.* Cardin.Tuſchus *littera C, concluſ.346.* Theodoſius Rubeus *in ſingularibus Rotæ. 2.part. clauſ.12.& 277.* cuius proprium eſt, tollere ea, de quibus ſpecialis mentio fieri deberet, Menochius *conſil.1096.num.15.* & iuramentum ipſum 3
habet vim clauſulæ derogatoriæ, latè Barboſa *clauſula 43.* ergo cum donans appoſuerit in donatione iuramentum de non reuocando, & clauſulam derogatoriam, vt ſi aliquando contigerit reuocari, vt haberetur ex tunc pro confirmata, ſequitur apertè quòd non potuit Franciſcus Antonius ſenior donationem prædictam iuratam non reuocare, pro certo, & determinato matrimonio factam, illam deinde reuocare diſputando, vt ſubiecta eſſet fideicommiſſo, contra *l.perfect.*

fect. donatio, C. *de donat. caus. mortis*, Bertoldus *in locis communibus, in verbo*, *Clausula*, Besoldus *pract. concluf. in verbo, Clausula derogatoria*, ergo dispositio facta in testamento per Ioannem Franciscum Seniorem, quando instituit hæredem Ioannem Marinum donatarium, dicitur contra factum proprium, reseruationem, & derogationem dispositum, & contra primam legem sibi in donatione impositam, quam sibi voluit præfigere in donando, & contra Textum *in d. l. perfecta*
4 *donatio, C. de donat.* quæ sub modo; præsertim quia non specificè fecit mentionem de tali derogatoria, quod scilicet cum illam reuocasse, tunc reuocatio haberetur pro noua confirmatione, quod tenebatur facere ob vim derogatoriæ, de qua ibi, & videmus in clausula derogatoria apposita in primo testamento, pro qua tollenda non sufficit generalis derogatio, nec individua est necessaria,
5 sed requiritur specialis ad clausulam derogatoriam prioris testamenti, Couar. *in rubr. de testamento, part. 2. num. 19.* Clarus *in §. testamentum, q. 99.* Farinacius *decis. 721. part. 2. recent.* vbi ait, quòd tunc dicitur specialis mentio primi testamenti, quando testator facit mentionem de clausula derogatoria in ipso testamento inserta, vt latè Barbosa *dicta dict. 43. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Testatio, contestatio, attestatio, detestatio, & protestatio qualiter differant.*
2 *Testamentum qualiter dictum testatio mentis.*
3 *Testatio in genere accepta quid comprehendat.*
4 *Attestatio specificè quid significet.*
5 *Protestatio quid sit.*
6 *Hæres quando præsumatur pro hærede se gessisse.*
7 *Hæres præsumitur si soluat debita hæreditaria.*
8 *Hæres soluens cum protestatione non sibimet.*
9 *Filius an possit legitimam acceptare, & hæreditatem Patris repudiare.*
10 *Legitima est quota hæreditatis, & quo iure.*
11 *Hæres non potest pro parte adire, & pro parte repudiare.*
12 *Hæres soluens legata si sciat non debere non repetit.*
13 *Hæres soluens legata non detrahit falcidiam, secus si protestetur in solutione.*
14 *Aditio quando præsumatur citra ius, & nomen hæredis.*
15 *Generalia verba qualiter explicanda.*
16 *Verbum signi vniuersalis* (omnis) *qualiter intelligatur.*
17 *Obligatio generalis quæ non comprehendat.*
18 *Generalia verba sunt ciuiliter intelligenda.*
19 *Generalia verba si damnum causent restringi debent.*
20 *Derogatoria appositа in donatione quid operetur.*
21 *Inutilis, & frustratoria lex, aut dispositio nihil operatur.*
22 *Verbum quodcunque in iure aliquid disponere debet.*
23 *Inutilis actus vt non dicatur, qualiter satis est, vt operetur.*
24 *Generalis dispositio qualiter restringatur per specialem.*
25 *Dispositio testatoris cadit super bonis propriis non alienis.*
26 *Testatoris dispositio potiùs de bonis proprijs, & facilius quam de alienis intelligi debet.*

ARTICVLVS V.

An onus in testamento appositum super donatione videatur acceptatum à Ioanne Marino posita protestatione iurium sibi competentium vigore donationis primo loco factæ.

PRo intelligentia suppono dari in iure nostro 1
testationem, contestationem, attestationem, detestationem, & protestationem, Doctores post Bartolum *in l. non solum, §. morte, ff. de noui oper. nuntiatione*, Ripa *in cap. cum M, num. 67. de constit.* quas confundunt inter se Doctores, sæpiùs re vera tamen distinguuntur: etenim testatio nihil aliud est, quàm ad aliquem actum testium facta conuocatio, *l. 5. §. vltim. ff. de administr. tutorum, l. prima, §. sed & si quis, ff. quod vi, aut clam, l. capite quinto, ff. ad leg. Iuliam, de adulteriis*, Brissonius *lib. 18. de verborum signific. in verb. testatio*, Ioannes Caluinus *in Lexicon, in eodem verbo*, 2
sic testium conuocationem, appellamus testationem, & in hoc sensu intelligunt Iustinian. *in principio institutionum, de testament.* Guido Pancirolus *lib. 3. variar. lectionum, cap. 22.* & in ge- 3
nere accepta testatio comprehendit contestationem, attestationem, detestationem, & protestationem, vt bene Pancirolus *vbi suprà*, contestatio est illa testium conuocatio, quæ fit in iudicio, vel actis, quæ à litis contestatione originem traxit: nam quando Reus negat se debere Actori vterque ad hoc testes conuocat Pompeius Festus *in verbo, Contestari*, Brissonius, & Caluinus, *vbi suprà*, Pancirolus *dicto cap. 22.* Attestatio est cum quis de aliqua re, absentem 4
certiorem facit, siue hoc per Nuntium, siue per Procuratorem, siue per Epistolam, Rebuffus *in l. subsignatum 39. §. testari*, vbi etiam Alciatus, *ff. de verborum signific.* detestatio est absenti facta cum testatione prohibitio, quæ etiam præsenti fieri posse videtur, *dict. l. subsignatum, §. penultim. l. detestatio, l. plebs*, §. 1. *ff. de verborum significat.* vbi Gedeus, & Brecleus, Alciatus, & Pancirolus, *vbi suprà*. Protestatio verò est animi nostri 5
iuris acquirendi, conseruandi, damnive repellendi causa facta attestatio, dicitúrque protestatio quasi animi nostri ante factum facta testatio, id est declaratio, & hoc denotat dictio (*pro*) quæ ante actum testationem celebratam significat, vnde post actum, & ius alteri quæsitum facta, nihil operatur, Pancirolus *vbi suprà*, sed talia vocabula in lata significatione supra vnum pro alio vsurpatur, Bart. *in dicto §. morte, num. 11.* Ripa *in d. cap. cum M*, Constantius Rogerius, *de protest. §. 1. n. 2.* hoc posito,

Respondeo ad dubium non sibi præiudicasse 6
Ioannem Marinum per acceptationem hæreditatis in donatione sibi facta duc. sex millium in capitulis matrimonialibus, ab eodem Ioanne Francisco Patre. Idque probatur, tum quia hæres præsumitur gessisse se pro hærede animo adimplendi voluntatem Testatoris, *l. 2. C. de iure delib. l. Parentibus 8. C. de inoffic. testam. l. si ponas 23. §. 1. ff. eodem*, vnde si debita hæreditati soluit, præsumitur pro hærede soluisse, *l. & magis 4. ff. de solution.* Gotoffredus *in d. l. 2. C. de iur. delib. litt. E.* Duarenus *de acquir. hæredit.*

dit. cap. 3. Mantica *lib.* 12. *de coniecturis, tit.* 12. *num.* 5. vbi *num.* 13. ampliat etiam ſi hæres ſoluat legata relicta ad pias cauſas ex *d. l. Parentibus*, §. *qui autem agnouit*, *C. de inoffic. teſtam.* Maſcardus *concl.* 44. *num.* 29. Menochius *lib.* 4. *præſ.* 101. *num.* 80. Gratianus *cap.* 468. *num.* 87. ſi tamen ſolutio ſit facta cum proteſtatione, quod non intendit filius agnoſcere Patris hæreditatem, neque eidem ſe immiſcere, dicta *l. pro hærede* 2. *l. & ſi quis* 14. §. *plerique. ff. de acquir. hæredit.* Hieronymus de Franco *de proteſt. conſid.* 89. *in fine.* tum quia licèt in dubio Inuentarij confecto, non inducat geſtionem pro hærede, *l. vltima*, §. *ſin autem, C. de iur. delib.* vbi Gotofredus *litt. A*, vbi habetur exigi omnino poſt inuentarij confectionem, quòd hæres vel repudiet, vel adeat, ergo præcisè ex confectione inuentarij, non dicitur hæres iam adiiſſe, quia poteſt hæres illud conficere ad cautius deliberandum, an vtilius ſit adire, vel repudiare, & vt certius efficiatur, an hæreditas ſit damnoſa, vel lucroſa, non tamen animo adeundi, *l. pro hærede* 20. *ff. de acquir. hæred.* Maſcardus *concl.* 48. *num.* 3. & 4. Mantica *lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 15. Menochius *d. lib.* 4. *præſ.* 101. *num.* 96. Marta *de ſucceſſionib. part.* 4. *quæſt.* 14. *art.* 2. *num.* 9. & *tom.* 5. *ffff. in tit. aditio, cap. inuentarium*, & *cap. per confectionem inuentarij*, tamen ſi proteſtetur à principio ad quem finem vult conficere inuentarium, tunc tollitur omnis ſcrupulus pro aditione, Franco *de proteſt. conſid.* 88. *per totam.*

9 Idque confirmatur, quòd licèt filius, cui Patris hæreditas delata eſt, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato non poſſit legitimam ſibi debitam in bonis Patris agnoſcere, reliquam verò hæreditatem repudiare, vt poſt alios Menochius *lib.* 4. *præſumpt.* 101. *num.* 65. cum non ſit licitum filio legitimam acceptare, & paternam hæreditatem repudiare, iuxta communem ſententiam, Duareni *de acquir. hæredit. cap.* 6. Ferdinand. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 20. *part.* 4. *à num.* 212. Menoch. *d. præſumpt.* 101. *num.* 39. Piccardus *in tit. de acquir. hæred. cap.* 18. *num.* 57. *iuncto* 61. Melchior de Valentia *quæſt. illuſtr. in tit. de acquir. hæred. cap. vlt.* Grat. *cap.* 249. *num.* 3. *cum ſeq.* Idque colligitur ex Textu *in* §. *aliud quoque Capitulum* 4. *vt cum de appell cognoſcitur collat.* 8.

10 quia vt benè deducit Duarenus *d. cap.* 6. communiter ſententia eſt, legitimam eſſe quotam hæreditatis, vt dixit Vaſquius *vbi ſupra* cum Melchior. de Valentia *num.* 5. vnde in legitima filius nuncupari ſolet hæres poſt alios Gratian. *c.* 688. cumque hæreditas ſit indiuidua, iudiciumque teſtatoris indiuiſibile, conſequenter diuiſionem pati non poteſt, *l. quartum* 40. *ff. de acquir. hæredit.*

11 Neque poterit filius, vel hæres quicumque hæreditatem agnoſcere, pro parte repudiare, *l.* 1. & 2. *l. ex aſſe* 10. *l. ſi ſolus* 30. *ff. de acquir. hæred.* Valentia *vbi ſupra*, *num.* 5. Vnde non poterit filius agnoſcendo legitimam, quæ cenſetur portio, & pars hæreditatis paternæ reliquam hæreditatem, & iudicium teſtatoris ſcindere, vt benè Duarenus *d. cap.* 6. Menochius *d. præſ.* 101. *num.* 67. Verùm talis concluſio, & doctrina ſupra poſita non procedit, quando filius legitimam acceptat ex alio titulo, quàm titulo inſtitutionis, ſeu ſucceſſionis, puta ſi acceptet, vt debitam ex contractu, tunc enim quia ceſſat ratio indiuiduitatis hæreditatis, & indiuiſibilitatis iudicij teſtatoris, poterit quamvis portionem legitimam agnoſcat hæreditatem reliquam repudiare, Gratianus *c.* 249. *num.* 20. ibi (Quare dicimus, quòd poterit filius acceptare legitimam ſibi relictam per viam contractus, & reſpuere hæreditatem Patris; quaſi tunc illud ſit ex diuerſa voluntate,) & legantur illa verba (Quicquid aliud ſit, quando eodem titulo hæreditatio ſibi obueniret,) & legatur Mantica *lib.* 12. *de coniecturis, tit.* 10. *num.* 19. ergo poſita proteſtatione in acceptatione hæreditatis prædictæ videtur non acceptaſſe.

12 Sic videmus, quod quando hæres ſciens ſe non debere integra legata, ea ſoluerit, ceſſat repetitio, quia videtur ea donaſſe, in quo ſibi imputari debet, *l.* 1. *C. ad leg. falcid.* Pichardus *in* §. *ſed quia ſtipulationes*, *inſtit. de fideicomm. hæreditat.* niſi probauerit ſe id feciſſe per errorem facti, qui probabilis eſt, ex *l.* 9. *C. ad leg. falcid.* non idem dicendum in errore iuris, qui eſt in hac cauſa improbabilis, ſicut & in reliquis, vnde impedit ſoluti repetitionem, *l.* 9. & *l. penult. ff. de iuris, & facti ignorantia*, Gratianus *cap.* 193. *n.* 37. & 38. & tamen modo, quo explicatur *in Auth. ſed cum teſtator*, *C. ad leg. falcid.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 31. Perez *in l. illud, C. ad leg. falcid.* at ſi

13 hæres in tali ſolutione legatorum fuerit proteſtatus, quòd non intendebat ſibi in aliquo præiudicare, per talem proteſtationem videtur ſibi reſeruaſſe facultatem, deducendo falcidiam, Achilles Pedrocca *conſ.* 16. *num.* 129. Corneus *in d. Auth. ſed cum teſtator*, *num.* 8. vbi Cynus *num.* 50. Soccinus Iunior *conſ.* 19. *num.* 11. *vol.* 2. Franco *de proteſtation. conſider.* 74. *per totam*, hæredes namque inſtituti dandi depellendi cauſa (quod plerumque ex hæreditate ipſa obuenit, *l. hæreditatis* 119. *ff. de verb. ſignif. l.* 5. *ff. ad leg. falcid. l.* 5. *ff. de bonor. poſſeſſ.* Mantica *lib.* 12. *tit.* 9. *n.* 3.)

14 ſolent ſi aliqua geſſerint, ex quibus aditio in dubio præſumitur proteſtari, ea facere citra ius, & nomen hæredis, & non animo adeundi, & ſe pro hærede gerendi voluntate, qua proteſtatione incontinenti, & in ipſo actu aditionis facta (nam alias ſi ex interuallo fiat, nihil prodeſt, Coſta *de re integra, diſt.* 62. *num.* 8.) animus adeundi præſumptus, ſiue inductus omnino excluditur, *l. Neſennius* 34. *ff. de negotiis geſtis*, & argumento *l. primæ*, §. *ſi hæres, ff. ad Tertullianum*, *l.* 5. §. *qui ſemel, ff. de ſucceſſ. edict.* quia per talem proteſtationem fuit explicata voluntas proteſtantis, *l. qui in aliena*, §. *Celſus*, vbi Gotofredus *litt. B*, *ff. de acquir. hæred.* Ignatius de Villar *in ſylua reſponſorum, reſponſo* 20. *num.* 10. Epiſcopus Maranta *tom.* 5. *reſponſ.* 9. *num.* 28. Gratianus *cop.* 706. *num.* 40. Cardin. Mantica *lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 15. Menochius *d. lib.* 4. *præſ.* 101. *num.* 86. Maſcardus *concluſ.* 47. *num.* 10. Duarenus *de acquir. hæred. cap.* 3. Donellus *lib.* 7. *comment. cap.* 8. Franco *de proteſtationibus conſider.* 71. *per totam.*

15 Neque aliquid obſtat, quòd in ſuo vltimo teſtamento Ioannes Marinus dixerit ſe acceptare teſtamentum quondam Franciſci Antonij ſui Patris, cum omnibus vinculis, & conditionibus de verbo ad verbum: quia talia verba generalia ſunt explicanda ſecundùm illud, quod declarauit in vita, hoc eſt in quantum ad diſpoſitionem fideicommiſſariam, in beneficium linearum ſuarum, non in quantum ad collationem, ſeu imputationem, aut contributionem, & confuſionem ducatorum 6000. quam impugnauerat acceptare, ſe proteſtando, &c. Ratio eſt, quia licèt de

16 natura ſigni vniuerſalis ſit, omnia includere, *l. à Procuratore* 13. *C. mandati*, *l. omnes* 3. *C. ſine cenſu, & reliquis*, *cap. ſolitæ* 6. *de maior. & obed. cap.* 20. *de obſeruantia ieiuniorum*, *cap. ſi Romanorum*

rum 19. *dist.* Cravetta *cons.* 294. vbi exemplificat in societate omnium bonorum, vt comprehendat omnia, quæ excogitari possunt, & in marito, qui promisit restitutionem dotis vniuersaliter, vt censeatur renunciasse lucro sibi debito vigore statuti, sic licèt in obligatione bonorum non veniunt ea, quæ quis in specie non fuisset
17 obligaturus, *l. obligationes, ff. de pignorib.* istud tamen non procedit in obligatione per verba vniuersalia, quia tunc omnia veniunt, Decius *in l. omnia, §. si certum petatur, cap. sedes de Rescriptis*, Corneus *cons.* 128. *lib.* 3. Cravetta *cons.* 294. *num.* 8. tamen sicut generalitas legis recipit limitationem de habilitate, Glossa *in l. vt gradat.* 11. §. *& si, ff. de muneribus, & in l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* vbi Gotofredus; sic verba quantumcumque generalia semper sunt ciuiliter accipienda, *l. fideiussor* 2. §. *quod ait Prætor* 4. &
18 sæpe voce generali, intelliguntur singula generum, non genera singulorum, *l.* 13. *ff. de in ius vocando.* Hinc generalia verba, quæ in vna tantum re hoc habere possunt, non autem ad multa, cuius expressè mentionem facere videntur, *l.* 24. *ff. de fundo instructo, & instrum. legato*, Bart. *cons.* 196. & generalitas quæ ad eamdem speciem contrahitur, & pro expressa habetur, & ge-
19 neralia verba sunt restringenda, ne pars remaneat decepta, damnumque sentiat, *l. penult. ff. ad exhibendum, l. cum Aquiliana* 5. *ff. de transact. l.* 35. *ff. de pactis, l.* 6. *ff. de pignoribus, l.* 11. *ff. de transaction.* cum non sit par, & æqualis ratio omnium casuum, qui sub verbis illis generalibus possunt comprehendi, Bart. *in l. si pluribus* 44. *ff. de legat.* 2. & etiam generalia verba, quæ sequuntur secundùm ea, quæ antecedunt, restringuntur, *l. non est nouum* 26. *ff. de legibus, l.* 100. §. 1. *de legat.* 3. Decius *cons.* 179. *col. fin.* & quòd generalis dispositio ita sit intelligenda, ne quæ antecedant corrigere videatur, Romanus *cons.* 499. *col.* 3. Alexander *cons.* 77. *col.* 5. *vol.* 7.
20 & generalis lex, siue constitutio numquam derogat speciali, licèt anteriori, & habenti clausulam derogatoriam, Scraderius *de feudis, part.* 10. *sect.* 5. *num.* 42. ergo cum in donatione facta in capitulis matrimonialibus fuerit apposita clausula derogatoria, &c. quia promisit illam non reuocare, & quatenus contigisset eam reuocare, haberetur, provt de nouo facta, sequitur quòd quando Ioannes Marinus acceptauit, & emologauit testamentum Ioannis Francisci, intelligitur quoad vincula, & onera fideicommissi, respectu linearum, non autem respectu donationis ducatorum sex millium, sibi in vita factæ, &c.

21 Nec dicas talem exceptuationem, & approbationem inutilem fuisse, & frustratoriam, nisi ad collationem scutorum 6000. donatorum, referretur, vt veniret in fideicommisso restitutorio, at leges nihil operari dicunt, nec permittunt frustra, sed omnia verba debere aliquid operari di-
22 cunt, *l. si quando* 109. *ff. de legat.* 1. nec est disputandum de rebus inanibus, & inutilibus, aut superfluis, Sichardus *in l.* 1. *C. ne vxor pro Marito, n.* 3. & nullus censetur frustratorium actum celebrasse, Carpzouius *responso* 97. *num.* 14. *per l.* 59. *ff. de verb. obligat.* nec ipsa natura frustratorium admittit, *l. hac stipulatio* 14. §. *Diuus il primo, ff. vt legato nomine caueatur*, nec contrahentes vllam syllabam otiosam posuisse præsumuntur, vt post alios Gotofredus *de feudis cap.* 6. *Thesi* 5. esset enim actum nullum, & inutilem facere, quod importat ly (*frustra*) *l. cum Reus* 14. *ff. de fideiuss. l. cum donat.* 34. *C. de transact.* & frustrà expectatur alicuius rei euentus, cuius effectus nihil operatur, *l. aliquando* 13. §. *fin. ff. ad Velleianum, l.* 33. *ff. de hæred. instit. l. cum hæres* 52. §. 1. *ff. de acquir. hæredit. l.* 33. *ff. de iudiciis, l. finali, C. qui admitti ad bonor. possess. possint, l. ad probationem* 21. *C. de probat. cap. cum contingat* 36. *de officio iudicis delegati*, Surdus *decis.* 184. Molina *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 10. *num.* 57.

Respondeo enim quòd ad hoc, vt non dicatur 23
frustratorius, ac inutilis actus, sufficit habere effectum suum in aliquo, quia verba, licèt vniuersalia, restringuntur, ne tollatur ius tertij, Oltradus *cons.* 268. *per totum*, maximè *num.* 8. & addit procedere etiam si verba hoc non patiantur, & allegat Textum *in cap. Paratus* 23. *quæst.* 1. sic ne quis damnum indebitè patiatur, verba generalia restringuntur ad iuris dispositionem, Ancharanus *cons.* 361. Card. Tuschus *litt. V, concl.* 128. vnde Oltradus *cons.* 8. ait, quòd verba generalia, & vniuersalia subsequentia post enumerationem, seu dispositionem restrictam ad certas species, & loca restringuntur ex præcedentibus, nisi aliter appareat de mente testatoris, & subdit Oltradus, *vbi suprà*, quòd Paterfamilias fecit legatum de 24
creditis, seu bonis certorum locorum, restringitur ad loca expressa, licèt testator postea ex subsequentibus generalia verba apposuerit, quia restringuntur, sic si testator legat certam pecuniam pro funere, & aliis postea legat omnem pecuniam alteri, debet intelligi, extracta priùs speciali pecunia legata, quia per enumerationem antecedentem specialem derogatur generi sequenti, Afflictus *decis.* 45. vbi Visillus *in addit.* Cardin. Tuschus *litt. V, concl.* 140. *& litt. I, concl.* 359. ergo in præsenti, quia talis acceptatio generaliter facta, potest suum effectum operari, & habere in detractionibus bonorum antiquorum, pro quibus non erat protestatus, propterea dicendum est, acceptationem taliter factam (exceptis bonis donatis) suum operari effectum, ergo non fuit inutilis, & frustratoria, & in omnem euentum necesse erat, vt exprimeret impugnationem factam, & protestationem sequutam prius, & quòd ab illa recedebat, vt patet consideranti *supra* traditas conclusiones, ergo, &c.

Idque sic intelligi debet, quia semper testato- 25
ris dispositio in sua quacumque dispositione intelligitur disposuisse, & disponere de bonis propriis, & in illis quorum disponendi facultas ad eum spectat, non verò in bonis, quæ sunt in dominio, & possessione alterius, quia de rebus alienis nemo potest testari, *Auth. Ingressi, C. de sacros. Eccles. l. conficiuntur* 8. *§. si post* 3. *ff. de iure Codicill.* & ibi Glossa, Iason *in Rubrica, C. qui testam. facere possunt.* Testamentum enim fit de rebus propriis, vt latè Scruffius *cons.* 83. *num.* 7. *centur.* 1. vnde in dubio quis præsumitur de bonis suis testari voluisse, Bart. *in l. Codicillis, §. institutio, ff. de leg.* 2. Decius *cons.* 378. & facit Textus *in l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* & difficilius 26
testator de bonis hæredis sui, quàm de suis propriis disponere voluisse dicitur, Baldus *cons.* 239. *vol.* 2. Cravetta *cons.* 144. *n.* 8. Menoch. *cons.* 86. *lib.* 2. Hinc dici solet testatorem minus grauare hæredem, quam fieri possit, *l. vnum ex familia* 67. *§. si rem* 8. *ff. de legat.* 1. *l. nummis* 75. *ff. de legat.* 3. *l. cum* 38. *§. Seio, l. si ita scriptum sit* 46. *ff. de legat.* 1. *l. semper in obscuris* 9. vbi Bart. & Decius *num.* 20. *ff. de regul. Iuris*, Gædeus *cons. Marpurgensi, vol.* 3. *cons.* 33. *num.* 430. Afflictus *decis.* 44. *num.* 18. imò potius toleratur legatum

inualidum, quàm quod teſtator cenſeatur grauare hæredem, Crauetta *conſ.*32.*n.*3 *&* *conſ.*149. *num.*15. *lib.*1. Pantaſch. *tom.* 2. *quæſt. illuſtr. quæſt.*6. *num.*47.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor non tenetur alterare facta anteceſſoris, nec poterit facere.*
2 *Hæres tenetur ſeruare facta ſuorum anteceſſorum.*
3 *Hæres ſuccedit in honore, & onere defuncti.*
4 *Hæres non ſuccedit in iuribus naturalibus defuncti.*
5 *Succeſſor in Principatu an teneatur ad pecuniam acceptam per anteceſſorem.*
6 *Hæres ex perſona propria venit contra factum defuncti.*
7 *Hæres an in Iuramento repræſentet defunctum.*
8 *Hæres quando venit ex perſona propria non præiudicatur à defuncto.*
9 *Hæres in donatione facta contemplatione certi matrimonij, venit ex perſona propria.*
10 *Succeſſor aut eſt per priuationem, aut per tranſmiſſionem.*
11 *Donatarius quando veniat ex propria perſona, & quando vti hæres.*

ARTICVLVS VI.

An poſita, & non conceſſa acceptatione expreſſa facta per Ioannem Marinum omnium contentorum in teſtamento quondam Ioannis Franciſci, etiam reſpectu donationis ducatorum ſex nullium, poſſint filij Ioannis Marini, & qui eum repræſentant dicere de nullitate.

1 REſpondeo pro ratione dubitandi ſupponendum eſt, non licere ſucceſſori, quod non licuit auctori ſuo, *l.cum hæres* 11. *C. de diuerſis, & tempor. præſcript.* §. *Diuina, &* §. *fructuum, inſtit. de vſufr. l.* . *C. ſi aduerſus creditores, l. exceptio* 23. *l. cum de hoc* 27. *ff. de except. l. ſi eum* 10. §. *qui iniuriarum*, vbi latè Iaſon, *ff. ſi quis caution.* ſiquidem ſucceſſor non poteſt eſſe melioris conditionis, quàm ſuus Auctor, Petrus de Vbaldo *in tract. de benef. in princ. num.*9. vbi ait, quòd qui ſuccedit in alterius ius, eodem iure vti debet, & illud poteſt ſucceſſor, quod poterat prædeceſſor, nec poteſt illud, quod ille non poterat, Petrus Antibolus *de muneribus, part.*12. Antonius de Roſellis *de indulgentiis, num.*452. nec ſucceſſor debet eſſe magis priuilegiatus, quàm eius prædeceſſor, Petrus Antibolus *vbi ſupra num.* 10. Conſilium Argentoratenſe *tom.*1. *conſ.*2. *num.* 130. &
2 netur ſucceſſor ſeruare facta ſuorum anteceſſorum, *cap.*1. vbi DD. *de prob.* Zaſius *in l.*2. §. *eodem tempore, ff. de orig. iuris*, Crauetta *de antiquit. temporis, part.*1. §.1. *num.*17. adeo vt nec de plenitudine poteſtatis contrauenire poſſit, Paulus *in l. digna vox, C. de legibus*, Zaſius *conſil.* 10. *numero* 5. *colum.* 2. Vulteius *tom.*1. *conſ. Marpurgenſi* 16. *num.* 82. Miſincerius *reſponſo* 34. *num.*10. qua ratione etiam obſtringitur benè geſta prædeceſſoris ſui ratificare, *l. cum à Matre* 14. vbi Bart. Bald. Cynus, & alij *C. de reiuendicat. l. venditrice, C. de reb. alien. non alien. cap. deceſſorum* 19. 15. *quæſt.*2. ſuccedit enim in honore, & onere, Baldus *in ſua Margarita in verbo dignitatis*, Oltradus *conſ.* 249. 3
quemadmodum hoc latè declarant Marpurgenſes *tom.*4. *conſ.*16. *num.*115. D. Tamborus *de oblig. & ſucceſſion. inofficioſis per totum*; Quando itaque dicitur ſucceſſorem ad factum ſui prædeceſſoris non teneri, Gloſſa vltima, & DD. *in d.l. digna vox* 4. *C. de legibus*, Bald. *in l.*2. *num.*3. *eodem titulo, & conſ.*161. *num.*2. *vol.* 2. hoc ve- 4
rum dicunt in concurrentibus dignitatem, & quæ ſunt iuris merè poſitiui, non etiam quæ ſunt iuris naturalis, aut gentium, putà contractuum, aut inueſtiturarum, quia hæc à prædeceſſoribus facta, & conuenta: vt qui pro vna, & eadem perſona habeantur, *cap. quoniam* 14. *de officio delegati.* Alex. *conſil.*121. *num.*12. ligant, & à ſucceſſoribus, maxime quando aliis ius eſt quæſitum, ſeruanda ſunt, Baldus, & DD. *in d. l. digna vox, C. de legibus*, Iacobinus *in tract. feudali in principio in verbo, at Princeps, num.*1. Vuſſembechius *num.*1. *conſ.*41. *num.*122. Gil-
man 1. *vol. voto* 3. *num.*75. qui loquens in Prin- 5
cipe diſtinguit, quod aut Princeps accepit pecuniam ob honorem ſuum, aut ob aliam ſuam vtilitatem, aut ob ſtatum dignitatis, primo, & ſecundo caſu ſucceſſoré non teneri dicit, niſi ei ſuccedat in hæreditate, argumento *l. prouidendum* 23. *C. de decurionibus*; Tertio verò caſu, aut prædeceſſor in dignitate accepit pecuniam mutuam in cauſam voluntariam, aut in caſum vtilem ipſius dignitatis, & in his caſibus ſucceſſorem non teneri dicit Textus *in l. ſi rem communem* 12. *C. ſi certum petatur*, aut accepit in cauſam neceſſariam, putà ob dignitatem, vel dignitatis res conſiderandas, quo caſu teneri, & contra eum actionem perſonalem locum habere concludunt communiter omnes *in cap.*1. *de ſolution. & in l.* 57. *ff. de rebus creditis.*

Qua ratione dubitandi non obſtante; reſpon- 6
deo ex perſona propria hæredis poſſe quemcumque venire, non vti hæredem, ſed ex perſona propria, quia doctrina argumenti procedit modo improprio, & fictione iuris, *Auth. de iureiurando à moriente præſtiti*, ibi (*quodammodo*) quod verbum denotat improprietatem, vt ait Bart. *in l.* 4. §. *Cato in* 6. *oppoſit. ff. de verb. ſignif.* ſiquidem propriè, & verè eſt alia perſona defuncti, alia hæredis, vt dicit Iaſon *in l. ſi quis ita promiſerit*, §. *ea lege, n.*12. *n.*47. *ff. de verb. oblig.* Dynus *in cap. Ratum de regul. iuris in* 6. Sicuti alia eſt anima vnius, & alia alterius, vt notabiliter declarat Soccinus *conſ.* 60. *col. penult. vol.*1. & 7
ideo licèt defunctus de calumnia iurauerit, nihilominus eius hæres iurare tenetur, quia in iſtis eadem perſona non reputatur, & ita in quibuſcumque rebus facti ſecùs in his, quæ iuris ſunt, latè Marianus Soccinus *in cap. fin. col.*10. *de iuramento calumniæ*, Philippus Francus *in cap.*2. *in fine de confeſſis in* 6. Idem eſſe in quolibet alio iuramento defuncti, *cap. veritati* 14. *de iureiurando*, & tradit Corneus *conſ.* 20. *col.* 3. *vol.*3. Natta *in cap. quamvis pactum de pactis*, & ideo hæres non ſuccedit in officio defuncti, cum induſtria eſt electa, vt dicit Corneus *conſ.* 244. *vol.* 3.

In præſenti verò facti ſpecie, licèt eſſet facta 8
acceptatio expreſsè etiam pro donatione, tamen non poterat talis acceptatio præiudicare filiis, qui non veniunt vti hæredes, quorum eſſet obſeruare defuncti voluntatem, vt in argumento dicebatur, ſed quia illis debetur talis donatio per

diſpo

dispositionem primi donantis irreuocabiliter vti filiis factam, per consequens poterunt contra factum præsens venire, tanquam ex propria persona, vt in simili dixerunt Grammat. *decis.93. num.9.& 12.* & post multos Ossascus *decis.Pedemontana 18.num.5.* Anton.Faber *lib.4.C.tit.11. de hæreditariis actionibus, defin.4.* vnde iura adducta in argumento procedunt, quatenus filij Francisci Antonij, necnon Ioannis Marini venirent ex persona defuncti, secus quando non ex persona illorum, sed ex propria persona, iuréque suo, & proprio veniunt Franch. *decis.67.num.8.*
9 *& 9.* Anton.Faber *tit.11.defin.1.* sed in præsenti successores Ioannis Marini, non vti hæredes veniunt, sed ex propriis personis; igitur etiam posita acceptatione nullum inferri potuit præiudicium, quia non intrant personam suorum Parentum, sed ex propria veniunt persona, idque ex eo, quia non habent à Patre, vt in talibus bonis primi donantis succedant, vt in proposito respondit Bart. *in l.qui superstitis, num.2.ff.de acquir.hæred.* idem Bart. *in l.1. §. si sit nepos, ff. de collat.dotis,* qui ait, quòd filius succedit in locum, id est, in gradum Patris, non tamen succedit in personam Patris, sed ex propria, idem Bald. *in l.2. num.4.*
10 *C.de liber. præter.* qui ait, quòd duobus modis dicitur quis in alterius locum succedere. Primò, per priuationem. Secundò, per transmissionem. Primo modo succedit quis in locum alterius ex propria tamen persona amoto impedimento, quod ei obstabat, quomodo succedit secundus hæres mortuo primo, nec tamen ei nocet factum primi, & sic intelligitur in præsenti. Secundo verò casu, factum primi nocet secundo, vt ibi sequitur Alex. Soccin. & Iason, idem dicit Alex. *in dict.l.qui superstitis*, post alios Blasius Robles *de repræsent.lib.2.cap.16.num.97.& seq.* Gutierrez *in cap. quamvis pactum de pactis, in 6.* quod quidem procedit etiamsi Pater acceptando tale onus dixisset, quòd acceptabat pro se, & hæredi-
11 bus suis, quia talis acceptatio nullo modo præiudicabit filiis, quin venirēt, non possint ex propria persona, ita Maranta *disp.10.n.34.* Gaspar Thes. *lib.2.quæst.forens. quæst.90.n.3.* Franc.*d.dec.67.* & pluries decisum per Senatum Sabaudiæ refert Antonius Faber *in suo Cod. lib.2. tit.3. defin.1. & 14.* ergo licèt Ioannes Marinus dixerit in suo testamento, vt obseruaretur à filio, scilicet à Francisco Antonio iuniore, & per hoc non poterat, nec ipse, nec sui hæredes contradicere, tamen intelligitur circa ea, quæ ipse testator Ioannes Marinus non impugnauerat, quod non potest applicari ad donationem ducatorum sex millium, de qua Pater protestatus fuerat tempore acceptationis hæreditatis Patris, vt *suprà* dicebamus.

SVMMARIVM.

1 *Facti species de qua in hoc articulo proponitur.*
2 *Prohibitio facta hæredi nomine proprio, non extenditur ad alios.*
3 *Prohibitio personalis facta filiis non transit ad nepotes.*
4 *Prohibitio facta hæredi nominato non extenditur ad hæredem hæredis.*
5 *Prohibitio nuda à causa, & pœna non valet, & sic non obligat.*
6 *Textus* in l.Pater 76. §. Iulius, ff. de leg. 1. *explicatur.*
7 *Prohibitio nuda alienandi, cur non teneat.*
8 *Prohibitio cum priuatione, an aliquid operetur.*

ARTICVLVS VII.

An præceptum factum à Francisco Antonio Seniore Ioanni Marino de conferendis ducatis sex mille donatis, quatenus valuisset, obligauerit filios eiusdem Ioannis Marini.

IOannes Marinus acceptauit testamētum Fran- 1
cisci Antonij senioris, cum protestatione tamen circa donationem scutorum 6000. sibi in Capitulis matrimonialibus facta, vt *suprà* dicebamus, idem tamen Ioannes Marinus in suo testamento, dum hæredem fecit Franciscum Antonium iuniorem, dixit, atque præcepit, vt idem Franciscus Antonius suus filius sit obligatus adimplere, & obseruare omnes conditiones, vincula, & fideicommissa, prohibitionem alienandi, substitutionem, & quamlibet aliam legem impositam per quondam Frāciscum Antonium Stincam Pattem sui ipsius, & Auum dicti Francisci Antonij, in suo testamento, &c. an talis prohibitio includat dictos ducatos sex mille donatos.

Respondeo primò, non comprehendi ex ratio- 2
nibus *suprà* traditis, quia non erant in posse, & bonis suis, sed in illa vocati erant eius filij, vt dicebamus *suprà*.

Respondeo secundò, quòd talis prohibitio fuit à Ioanne Marino facta Francisco Antonio nomine proprio, quia prohibitio facta filiis hæredibus institutis demonstratiuè, non recipit extensionem de filiis ad Nepotes, Glossa *in §. nos igitur, Auth.de restit fideicommissi*, Doctores omnes *in l.filiusfamilias, §.Diui, ff.de leg.1.* D.Merlinus *controu.forens.cap.72.num.50.* & facit Thorus *part.3. in verbo, Alienatio prohibita, fol.19.* vbi prohibitio personalis relata ad filium non de- 3
bere extendi ad nepotes, fuit decisum, licèt in terminis illius casus non videretur disertis verbis expressa ratio generalis, erant tamen alia quæ idem importare poterant, videlicet, quòd alienando dicerentur nullæ alienationes, & priuaretur ipse filius institutione hæreditatis, in qua deberet succedere persona ibi nominata, vt bene Barbatus *de fideicommissis, part.1. cap.8.num.23.* sic quando prohibitio alienationis fuerit facta legatariis sub nomine proprio, diceretur personalis, & non fieret extensio, nec ad eorum hæredes, nec ad alias personas, *l.Lucius, §.Sempronius, ff.de leg.3.* Barbatus *vbi suprà, cap.8.n.29.* Et prohibitio facta hæredi nominatiuè, scilicet 4
proprio nomine nominato, in casu, quo daretur extensio non extenderetur ad hæredem hæredis, Bart. *in dicto §. Sempronius*, & *in l.si quis filium, §.finali.ff.de acquir.hæred.* Alexand.*in l.filiusfam. §.Diui*, & ibi Iason *num.151.* Ripa *num.111.* & Ferdinandus Loazes *num.158.* vbi ait de communi, *ff. de legat.1.* Petra Placentinus *de fideicommissis, q.2.num.37.* idem Alexander *consil.56. lib.1.* Surdus *decis.125.num.2.* ergo cum Ioannes Marinus vincula, & præcepta dictæ donationis protestatus fuisset nolle acceptare: non potest dici, quod illud præceptum donationis conferendæ inhibuerit Francisco Antonio iuniori, & quatenus pars aduersa prætendat inhibuisse, tamen dico inhibuisse Francisco nomine proprio, ideóque non extendi ad Ioannam Mariam Stin-

cham

cham hæredem ab inteſtato dicti Franciſci Antonij iunioris ; ergo ad nihilum obligabatur D. Maria, ergo potuit optimè teſtari , hæredem faciendo Dominum meum Ignatium Prouenzalem eius digniſſimum virum ; ergo & aërea eſt prætenſio Montis Pauperum verecundorum circa dictam donationem.

5 Reſpondeo tertiò , tale præceptum fuiſſe nudum, & omni tum ratione,tum cauſa deſtitutum, & conſideratur tanquam nudum præceptum, quod reducitur ad Conſilium,& poterit à prohibito tranſgredi, *l.filiusfamilias, §. Diui,il 2. ff.de legat.1.* ibi(Diui Seuerus, & Antoninus deſcripſerunt eos,qui in teſtamento, vetant quid alienari , nec cauſam exprimunt , propter quam id fieri velint, niſi inueniatur perſona , cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum ſit, nullius eſſe momenti ſcripturam , quaſi nudum præceptum reliquerint , quia talem legem teſtamento non poſſunt dicerentur ; ergo bene poterat Franciſcus Antonius diſponere ; ergo cum non diſpoſuerit bene declarata fuit hæres ab inteſtato Don Ioanna Maria Stincha eius ſoror ; ergo bene hæc potuit diſponere ad beneficium D. Ignatij

6 Quod etiam probatur ex *l. Pater 36. §. Iulius Agrippa* , & *in l. Lucius Titius 91,ff. de legat.3.* ex quibus in vtroque iure deducit Bartolus, nudum præceptum, vel prohibitionem alienationis ſine cauſa alienationem non impedire, Bartolum ſequuntur cæteri communiter , inter quos Craſſus *in §.fideicommiſſum, quæſt.5.* Menochius *conſil.1081. num.3.* Gabriel *comm. concluſ.in tit. de fideicommiſſ.concluſ.9.* Simon de Petris *de interpr. vltim.volunt. fol.282.* Petra *de fideicommiſſ. q.1.* Hieronymus de Laurentiis *deciſ.Auenionenſi 23. num.3.* Intrigliolus *centuria 3.de ſubſtit.quæſt.72. num.22.* Fuſarius *quæſt.685.* Gratianus *cap.280.* vbi ait dici nudam prohibitionem,quando teſtator non dixerit,vt talia bona remaneant in familia. Item quod nec ad ſuos poſteros , & deſcendentes perueniant, vel ſi pœna aliqua non fuerit appoſita , & plures aſſignat rationes, Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.14.* & præſertim ea eſt efficacior ratio , quam tradit Theſaurus iunior *lib.3.*

7 *quæſt.forenſ.quæſt.117.num.3.* quia ſcilicet prohibitio alienationis ex tali modo præcepto facta, non impedit dominij tranſlationem , ad Textum *in l.quædam 62. ff. de acquir. rer. domin.* & hoc procedit etiamſi cum prohibitione alienationis ſit adiecta clauſula (*nullo modo*) ſcilicet dicendo, vt nullo modo alienare poſſint , prout eſt caſus expreſſus *in dict.l.Lucius,Titius 91. in principio, ff.de leg.3.* vbi (nullo modo prædia ſuburbana, aut domum hæres alienet,) & ita concludit Berretta *conſil.75.num.50.* Peregrinus *de fideicomm. artic.14. num.1.* Gratianus *cap.280.num.13.* & procedit etiamſi res aliena prohibita fuiſſet maiorum ſuorum , vt expreſsè voluit de Caſtro *in dict.l.filiusfam.§.Dini,num.3.*de quibus Peregrinus *artic.14.* de qua re legatur Surdus *dec.125. per totam.*

8 Imò procedit concluſio propoſita,etiamſi hæres in caſum alienationis priuaret hæredem hæreditate : nam adhuc eam tanquam nudum præceptum nihil operaretur,tamen ſi adiecta pœna, nec eligere , nec videri inducere aliquod fideicommiſſum conſtat ex *l. Pater 38. §. fundus,* & *§.quindecim , ff. de legat.3.* & procedit etiamſi prohibitio fuerit facta per verba geminata,quoniam cum adhuc remaneat nuda prohibitio à cauſa,& perſona, vtique non tenet , Petra *de fideicommiſſ.q.1.num.94.* Intrigliolus *centuria.3.de ſubſtit.q.72.num.34.* & facit Textus *in l.Baliſtra, ff.ad Trebell.*vbi licèt verba geminata producunt plures effectus , non per hoc habet , vt poſſit actum nullum conualidare,& licèt aliqui contrarium dixerint , tamen loquuti ſunt contra diſpoſitionem Textus *in l.Iulius Agrippa,ff.de leg.3.* vbi erat geminata prohibitio , & ibi erat Aui nuda prohibitio ; ergo , &c. & procedit etiamſi prohibitio eſſet facta pluribus , Mantica *lib.7. de coniect.tit.5.num.16.*Surd.*deciſ.238. num.18.* Gratian.*cap.280.n.15.*ergo,&c.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio quælibet eſt pro filiis.*
2 *Fideicommiſſum odioſum.*
3 *Fideicommiſſum continet onus , & reſtringendum.*
4 *Prohibitio alienandi eſt odioſa.*
5 *Fideicommiſſum in dubio eſt iudicandum non extare.*
6 *Fideicommiſſo non ſubiiciuntur in præſenti bona hæredis.*
7 *Hæres voluntatem defuncti ſequitur in caſu commodi,& incommodi.*
8 *Fideicommiſſo grauari poteſt hæres , & quando ad res etiam ſuas.*
9 *Fideicommiſſum de rebus alienis fieri poteſt.*
10 *Fideicommiſſum fit de bonis alienis ſcienter,non ignoranter.*
11 *Primogenitura fieri poteſt in re aliena , & quando.*
12 *Bona acceptata ſub onere facto inuentario, non præiudicat acceptatio.*
13 *Donatarius onera non cenſetur acceptare, & quando.*
14 *Doti , & legitimæ non poteſt imponi fideicommiſſum.*
15 *Conditio etiam proteſtatiua non poteſt apponi in legitima.*
16 *Legitima non poteſt grauari,vel minui.*
17 *Pater non poteſt prohibere alienationem bonorum legitimæ.*
18 *Filius non faciens inuentarium , legitimam non amittit.*
19 *Legitima cum onere acceptata an poſſit reſpui à filio.*
20 *Filius paternum iudicium ſemel approbatum tenetur conſeruare.*
21 *Filius conſentiens teſtamento Patris , an dicatur illud approbare quoad onera.*
22 *Aditio ſimplex paternæ hæreditatis non nocet filio circa onera.*
23 *Legitima an veniat in reciproco fideicommiſſo.*
24 *Legitimam petendo ius tranſit ad hæredem, ſed non ius impugnandi onus appoſitum in legitima.*
25 *Proteſtatio quid operetur circa onus legitimæ.*
26 *Inuentarij omiſſio præiudicat in onere legitimæ acceptato.*
27 *Diſpoſitio,de qua in præſenti fuit ſpecificata,& qualiter.*
28 *Textus* in l. cum Prætor 12. ff. de iudiciis, *explicatur.*
29 *Textus* in cap.nonne, de præſumptionibus, *explicatur in ſenſu literali, & myſtico.*
30 *Affirmatio vnius eſt negatio alterius, & quare.*

IVRIS RESPONSVM, PRO

D. meo Ignatio Prouenzale Iudice M.C.V. in criminalibus, & Fisci Patrono in eadem M.C.V.

CVM

Sacro Monte Pauperum verecundorum;

SVPER

Articulo donationis factæ à Francisco Antonio Stinca Senatore Ioanni Marino filio pro certo, & determinato matrimonio, an potuerit illam fideicommisso supponere, & quid si successit acceptatio testamenti cum protestatione, & quid confecto inuentario per donatarium, & quid si donatarius fecerit deinde aliud fideicommissum relatiuum ad illud paternum, & quid si dicat donatarius se disponere de rebus suis, an veniant bona donata. Ad Text. *in l. sequens quæstio 68. ff. de legat. 2.*

ARTICVLVS VLTIMVS,

Qualiter res in dubio præsumatur libera, an fideicommissata.

1 REspondeo quod omnis præsumptio assistit filiorum fauori, sicque D. Ioannæ Mariæ Stinchæ, vt potè vocatæ ex omni iure ad successionem Parentum, & ad eiusdem beneficium prævalet, & subsistit quælibet affectio, *l. cum ratio*, vbi DD. *C. de bonis damnatorum*, *l. qui liberos, ff. de liber. Agnat.* & ex hoc dici solet omnem interpretationem esse faciendam ad exclusionem fideicommissi, etiam pia causa substituta, DD. *in cap. si Pater de testam. in 6.* quia fideicommissum sua natura, & regulariter est odio-
2 sum, vti DD. dicunt per Textum *in l. voluntatis, §. cum filiæ, ff. de vulgari*, Glossa *in l. precibus C. de Impub. & aliis substit.* Menoch. *consil. 95. num. 29. lib. 1.* Cephalus *consil. 268. num. 28. lib. 2. & consil. 620. num. 1. lib. 5.* Decianus *cons. 7. num. 89. vol. 1.* Vlteius *cons. Marpurgensi 29. num. 132.* Cranetta *cons. 180. in fine*, Crassus *in §. fideicommissum, quæst. 2.* Idem Menochius *cons. 85. num. 29. & cons. 150. n. 50. & præsumpt. 67. num. 20. & seq.* Fusarius *de fideicom. quæst. 290. num. 1.* quia continet onus,
3 *l. cohæredi 41. §. cum filia, ff. de vulgari*, & stricte intelligendum, ac iudicandum est, *l. nummis, ff. de leg. 3. l. apud Iulianum, §. Seio, l. si ita scriptum in fine, ff. de leg. 1. l. si ita relictum fuerit in principio, ff. de legat. 2.* & impedit alienationem, Kinspildius *de fideicomm. familiarum nobi-*
4 *lium, cap. 11. per totum.* Prohibitio autem alienationis est odiosa, Alex. *in d. l. filius familias, §. Diui il 2. ff. de legat. 1.* Fusarius *quæst. 676.* Besoldus *cons. 11. num. 17. & cons. 232. num. 25.* atque adeo fideicommissa tanquam odiosa esse restringenda, & in dubio contra fideicommissum faciendam esse interpretationem, & iudicandum, communiter DD. concludunt, cum Soccino, Riminaldo, Cranetta, Alexandro, Rolando à Valle, Peregrinus *art. 1. num. 29. & seq.* vbi Censalius in additionibus, Kinspildius *in d. tract. de fideicommissis familiarum nobilium, cap. 7. n. 82.*

Vnde in dubio iudicandum est, fideicommis- 5
sum non extare, Bart. *in l. cum Auus in fine, ff. de condit. & demonstrat.* Rolandus *cons. 46. num. 3. & cons. 72. num. 31. lib. 3.* Menoch. *cons. 224. num. 22. & lib. 4. præs. 67. num. 20.* Peregrinus *d. art. 1. num. 37. & 40.* Mascardus *concl. 775.* exceptis fideicommissis familiarum nobilium, de quibus Kinspildius *cap. 7. num. 87.* Card. Tuschus *litt. F, concl. 248.* Fusar. *quæst. 291. n. 3.* Mascardus *vbi supra.*

Et quòd voluerit bona donata Ioannes Mari- 6
nus supponere fideicommisso, patet ex eo, quia faciendo fideicommissum relatiuum, ad fideicommissum Patris, dixit, & ideo volo, vt tam bona dicti testatoris, quam bona mea supposita censeantur eisdem vinculis, & substitutionibus, & licet in bonis hæredis possit fideicommissum fieri, sicuti res propria hæredis potest alteri legari, *§. non solum, instit. de legatis l. is, cuius 26. ff. de legat. 2. l. haredibus 25. C. de fideicommissis*, Principium institutionum de singulis rebus per fideicommissum relictis, *l. magis puto, §. si fundus, ff. de rebus eorum, qui sub tutela, &c.* cum enim hæres, & defunctus iuris fictione pro vna, eademque persona habeantur *Nouella 48. in fine præfationis*, eadem iuris fictione fit, vt hæredis res, defuncti esse videatur, argumento *dicti §. non solum 4. instit. de legatis*, vbi res aliena, apponitur rei testatoris, vel hæredis, vt ibi dicunt Borcolten, Vulteius, & Arprectus ibi, & ciuilis præterea ac naturalis ratio postulat, vt hæres, qui ex testamento commodum sentit, & testato- 7
ris voluntatem in commodo sequitur eadem quoque in incommodo impleat, & sequatur, *§. 1. in fine, instit. de singulis rebus per fideicommissum relictis, l. filius fam. 114. §. quid ergo, ff. de leg. 1. l. Pomponius 13. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. secundùm naturam 10. ff. de regul. iuris*, atque ita etiam testatorem rem hæredis fideicommisso grauare posse, vt eam fideicommisso restituat, tradunt per Textum *in l. sequens quæstio 68. in fine, ff. de leg. 2.* Parisius *cons. 2. num. 47. lib. 3.* Menoch. *cons. 482. num. 31.* Surdus *decis. 15. num. 23.* Fusarius *quæst. 627. num. 2. & quæst. 648. num. 48. & sequenti*, cum ipse quoque testator 8
hæredem, vel fideicommissarium grauare possit, vt sibi debitum remittat, *l. cum Pater 77. §. Titio 31. ff. de legat. 2. l. si debitor ff. ad l. falcidiam*, Peregrinus *art. 3. num. 4.* Natta *cons. 110. num. 3.* & testator in re hæredis posse, prout in re propria, *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de leg. 2.* cuiusmodi debiti remissionem etiam tacitè iniungi, veluti si testator iubeat, ne hæres super bonis fideicommissariis, vllam fideicommissario molestiam, siue iuris, siue facti, causet, Peregrinus *art. 35. num. 50. & seq.* Regens de Marinis *allegat. 146. à num. 12. inter allegationes diuersorum, tom. 3.*

Quod idem dicimus in rebus alienis, quæ nec 9
testatoris, nec hæredis, nec fideicommissarij propriæ, sed alterius tertij sunt, cum hæ legari, &

fideicommitti poſſint, *d.§. non ſolum 4. inſtit. de legatis, §. poteſt autem, inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis, l. cum ſeruus 39. §. conſtat 7. ff. de leg. 1. l. ſi pecunia 12. l. Mœuius 66. §. fundo, l. vnum 67. §. ſi rem tuam, ff. de leg. 2. l. cum alienam 10. C. de legatis*, voluiſſe enim defunctus præſumitur, vt vel res comparetur, vel pretium ab hærede præſtetur, *d. §. non ſolum 4. inſtit. de legatis, l. non dubium 14. §. finali, ff. de legat. 3. d. §. 1. inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum, & c. l. ſi domus 71. §. qui confitetur 3. ff. de legat. 1.*

10 Id tamen intelligitur modo teſtator ſciuerit eſſe hæredis, vel alienas, *d. §. 4. inſtit. de legatis*, quod legatario, vel fideicommiſſario probandum incumbit, *d. §. 4. inſtit. de legatis, l. verius eſſe, §. 1. ff. de prob.* quia ſi ſciuiſſet rem alienam eſſe forſitan non legaſſet, *d. §. 4. inſtit. de legat.* at cum teſtantium voluntates faciliores ſint in rebus ſuis legandis, quàm in alienis comparandis, *d. l. cum vnum 67. §. ſi rem tuam 8. ff. de legat. 2. & hæredibus onerandis, l. Stincho 30. §. 1. ff. de vſu, & vſufr. legato*, nec refert an difficilis ſit rei alienæ legatæ comparatio, *l. cum ſeruus 39. §. conſtat 7.*

11 *ff. de leg. 1.* Ideo primogenitura in re aliena inſtitui poterit: ſi teſtator id ſciens fecerit, & hæredem teneri rem illam emere, & ſucceſſori tradere, vel ſoluere eius æſtimationem, vt ex ea bona immobilia emantur, & in primogenij ſucceſſorem perpetuò transferantur, ſecùs verò eſſe, ſi ignorans id fecerit, tunc enim primogenium vitiari, tradit Molina *de primogenit. lib. 2. cap. 10. num. 70.* Kinſpildius *de fideicomm. cap. 50. num. 93.*

12 Ergo cum in præſenti non fuerit onus acceptatum à Ioanne Marino, imò in ſpecie proteſtatus, vt ſupra diximus, & licet dixerit bona teſtatoris, & ſua venire ſub fideicommiſſo, tamen bona donata erant filiis acquiſita, vt diximus *ſuprà*, & acceptata ſunt onera cum vniuerſitate bonorum, facto inuentario, vt diximus, ſequitur ac ſi non fuiſſent acceptata, & Franciſcus Antonius iunior venit ex perſona propria: ac ſi non fuiſſet hæres, & Maria fuit ab inteſtato hæres declarata Franciſci Antonij Iunioris vltimi morientis, ergo ad nihilum prodeſt, vel prodeſſe poterit fideicommiſſario prætenſo dictæ donationis, ſcut. 6000. acceptatio, vt in primo articulo diximus: quando talis quantitas donata filiis na-

13 ſcituris, vti filiis, erat proprium patrimonium filiorum, & hæc eſt ratio cur ſuper dote fideicommiſſi onus non poſſit imponi, quia exiuit à Patrimonio Patris, *l. à filia in principio, ff. ad Sen. Conſ. Trebell. l. Pater filiam, ff. ad leg. falcid.* Craſſus *in §. legitima quæſt. 41.* Mantica *de coniecturis, lib. 7. tit. 8. num. 27.* Peregrinus *de fideicomm. art. 6. num. 1.* Fuſar. *quæſt. 297. n. 20.* quia dos ſuccedit loco legitimæ, Bart. *in l. Titio Centum, §. Titio genero, num. 6. ff. de condit. & demonſtrat.* Iaſ. *conſ. 69. l. 2.* Fuſarius *d. quæſt. 297.* Kinſplidius *cap. 6. num. 148. & ſeq. & cap. 50.*

14 *in fine.* Quod verò in legitima non poſſit fideicommiſſum imponi, patet, quia legitima debet eſſe ab omni onere, & grauamine ſoluta, & libera, nec diem, conditionem, modum, aliaque obſtacula admittit, *l. Papinianus 8. §. quarta 9. ff. de inoffic. teſtam. l. omnimodo 30. l. quoniam 32. l. ſcimus 36. in principio, & §. 1. C. de inoffic. teſtam.* Craſſus *in §. legitima, quæſt. 38.* Card. Tuſchus *litt. I, concluſ. 187.* Schraderius *de feudis, part. 10. ſect. 19. num. 226.* Berlicchius 3. *part. concluſ. 14. num. 3.* Fuſarius *quæſt. 296.* etiam ſi conditio illa ſit proteſtatiua, Gloſſ. *in l. ſi Pa-*

15 *ter*, vbi Aretinus, Angelus, Fulgoſius, & alij, *C. de inſtit. & ſubſtit.* Schraderius *vbi ſupra, num. 227.* imò etiam ſi ſit facilis, & facillima, Bald. *in l. quoniam*, & ibi Salycet. Paulus, Iaſon, & alij, *C. de inoffic. teſtam.* vel fauorabilis, & pia, Schraderius *vbi ſuprà, num. 229.* quia legitima grauari non poteſt, vel minui, etiam ſub prætextu legatorum ad pias cauſas, Caldas *conſil. 15. & conſ. 360. in fine*, ſed detrahitur tam- 16
quam æs alienum à legatis piis, Baldus *conſ. 85. lib. 1.* Ruinus *conſ. 57. col. 2. lib. 2.* Decius *conſil. 235. num. 7.* Card. Tuſchus *d. col. 187. n. 35. & ſequenti*, & ſi grauamen ſit appoſitum, illud remouetur, ac ſi non ſit appoſitum *d. l. quoniam 32. C. de inoffic. teſtam.* Card. Tuſchus, *vbi ſupra*, Craſſus *in §. legitima, quæſt. 28. in fine*, Berlicchius *d. concl. 14. num. 50.* atque ex hoc fit, vt non poſſit grauari legitima per fideicommiſſum per Auth. Res, quæ, *C. comm. de legatis*, Decius *conſ. 81.* Angelus *conſ. 307. in fine*, Craſſus *in §. legitima, quæſt. 38. num. 3. & ſequenti*, Mantica *lib. 7. tit. 8.* Cardinalis Tuſchus *d. concl. 187. num. 77.* Vlteius *tomo 4. conſ. Marpurgenſi 30. num. 88. & 110.* Fuſarius *quæſt. 296. per totam*, & fideicommiſſum non valere in legitima conſuluit Alexander *conſil. 55. num. 7. & d. conſ. 86. lib. 4.* Menochius *d. lib. 4. præſ. 67. n. 23.* Card. Tuſchus *d. concluſ. 187. num. 7.* ergo grauamen fideicommiſſi ex legitima deduci, ſicut omne aliud grauamen, vt conſuluit Romanus *conſ. 185. & conſ. 239.* Alex. *conſ. 3. lib. 7.* Abbas *conſ. 15.*
lib. 2. Card. Tuſch. *vbi ſupra n. 54.* nec poſſet Pa- 17
ter prohibere alienationem bonorum pro quota legitimæ, nequidem ex cauſa, vt ſcribit Iaſon *in l. filius fam. §. Diui, col. 2. ff. de leg. 1.* Card. Tuſch. *vbi ſuprà, num. 8.* nec legitima grauamen recipit in proprietate, nec in vſufructu, Baldus *conſ. 237. lib. 1.* ſed legitimæ quantitas libera eſſe debet, tam in vſufructu, quam in proprietate, Cumanus 18
conſil. 25. num. 4. Card. Tuſchus, *vbi ſupra, litt. L, concl. 187. num. 12.* ita vt etiam non facto inuen- 19
tario, legitima de fideicommiſſis deducatur, Gloſſ. *in Auth. hoc amplius, C. de fideicomm.* vbi Angelus, & Alex. Petra *de fideicomm. quæſt. 15. n. 111. & 128.* Peregrinus *art. 36. num. 149.* Fuſarius *d. quæſt. 296. num. 13. & ſeq.* Quòd ſi filius ap- 20
poſitum grauamen, vel onus fideicommiſſi, &c. in legitima ſciens, prudenſque acceptauerit, & expreſsè in onus illud conſenſerit, non poterit ex poſt facto illud reſpuere, ſed paternum iudicium ſemper approbatum ſequi tenetur, *l. Parentibus, 8. §. 1. & §. generaliter 20. C. de inoffic. teſtam. l. non putauit 8. §. ſi quis ſua 6. ff. de bonor. poſſ. contra tab. l. impuberem 22. §. finali, ff. de falſis*, Gabriel *in verb. legitima concl. 1. limit. 20. n. 55.* Rodericus Suarez *in l. quoniam. C. de inoffic. teſtam.* Card. Tuſchus *litt. L, concl. 187. num. 114.* Decius *conſ. 26.* Ripa *conſ. 6. num. 13. lib. 1.* Fuſarius *quæſt. 246. num. 42. 48. & 91.* Quod ſecùs eſſet, 21
ſi in Patris teſtamentum filius generaliter conſenſerit, Rolandus à Valle *conſ. 26. vol. 3. num. 13.* Craſſus *in §. legitima, quæſt. 38. num. 21.* & ſimplicem teſtamenti approbationem non impedire legitimæ deductionem dicit Gabriel *conſ. 137. num. 40. lib. 1.* Pariſius *conſ. 26. lib. 2.* Tuſchus *vbi ſupra num. 24.* Vulteius *conſ. Marpurgenſi 29. num. 124. & vol. 4. conſ. 30. num. 60. & 104.* Fuſarius *quæſt. 296. num. 141. & ſeq.* ſicuti neque 22
ſimplex paternæ hæreditatis aditio legitimæ deductionem impedit, Gabriel *de legitima concl. 1. num. 4.* Mantica *de coniecturis, lib. 7. tit. 8. n. 3. & ſeq.* Craſſus *in §. legitima, quæſt. 38.* Petra *de fideicommiſſis, quæſt. 15. num. 19.* Menochius *lib. 4.*

præſumpt.

præſumpt. 196. *num.* 20. & Fuſarius *d. quæſt.* 296. *num.* 28. *& ſeq. & num.* 44. *& ſeq.*

23 Solùm in ſubſtitutione, & fideicommiſſo reciproco inter filios, eſt quæſtio, an comprehendatur legitima, putant aliqui comprehendi per Textum *in l. ſi Pater Puellæ, C. de inoffic. teſtam.* quem non eſſe correctum per Textum *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* dicunt plures DD. licèt alij, & magis communiter aſſerant correctum eſſe, de qua re legas Capycium Latro

24 *conſult.* 121. *& ſequenti, tom.* 2. & licet ius petendi legitimam tranſeat ad filios, eorumque hæredes, & ſucceſſores, non tamen tranſit priuilegium, vt legitimam habeant ſine onere: vt poſt alios Cancerius *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 203. Gratianus *cap.* 985. *à num.* 11. *cum ſequentibus*, Regens Capyc. Latro *conſul.* 121. *à num.* 36. tamen id procedit, quando Ioannes Marinus in

25 vita non fuiſſet proteſtatus, dum acceptauit teſtamentum Franciſci Antonij Senioris, vt ſuprà dicebamus, & obſeruat Regens Capyc. Latro *d. conſult.* 121. *num.* 34. & ponderando eumdem *num.* 37. ibi ceſſat amaritudo, quia acceptauit hæreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij,

26 at in caſu noſtro, vt diximus *in* 1. *articulo*, acceptauit cum beneficio legis, & inuentarij, tam Ioannes Marinus teſtamentum Franciſci Antonij Senioris, quam Franciſcus Antonius Iunior teſtamentum Ioannis Marini, vt dicebamus.

27 Tandem accedit, quòd quando ſuppoſuit bona ſua paternæ diſpoſitioni ſpecificauit eam, dicendo (dicto fideicommiſſo, vinculo, prohibitioni alienandi, & ſubſtitutioni factæ ab eodem Franciſco Antonio) & non expreſſit collationem, ſeu reſtitutionem dictorum duc. 6000. à Patre ordinatam, quæ cum fuerit diſpoſitio particularis, & inſolita opus habebat ſpecificatione, & hoc tanto magis, quòd ipſemet impugnauerat dictam diſpoſitionem factam in paterno teſtamento, qui enim poterat duo dicere, vnum

28 dicendo alterum negat, & tacendo fatetur, *l. cum Prætor* 12. *ff. de indic.* vbi Barboſa *num.* 37. *&* 53. *cap. nonne* 5. *de præſcript.* nam in Euangelio Ioannis *cap.* 8. refertur duo fuiſſe obiecta Chriſto Domino, alterum quòd Samaritanus eſſet, alterum quòd Dæmonium haberet, poſterius expreſsè negauit dicens. Ego Dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, &c. ergo infert Gregorius *in d. cap. nonne*, prius tacendo conceſſit, cuius rei non in ſenſu literali, ſed morali rationem reddunt DD. communiter cum Origene, vt per Cardinalem Toletum in Ioannem *cap.* 8. *num.* 21. Maldonatus *ibi num.* 49. Pater Cornelius à Lapide, & alij expoſitores, quia Samaritanus ſecundùm communem ſignificatio-

29 nem, idem eſt quod cuſtos, planè Chriſtus Dominus verè cuſtos eſt, iuxtà illud Pſalmi: niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam, & Eſaia *cap.* 21. Cuſtos quid de nocte? ponderant ergo Textum DD. ad hoc, quod incluſio vnius, eſt excluſio alterius, Pichardus *inſtit. de exhæred. liberorum, num.* 10. Menochius *de arbitrariis caſu* 37. *num.* 22. *& & conſ.* 106. *num.* 314. *& conſ.* 141. *à num.* 9. Cardin. Tuſchus *tom.* 4. *litt. I, concl.* 71. Barboſa *in Collect. ad Textum in d. cap. nonne de præſumpt.*

30 *num.* 4. & de vno negans, de alio confitetur tacendo, *d. l. cum Prætor, ff. de Iudiciis*, quod enim de vno negatur, de pluribus conceditur, *cap. non ſolum abnegat* 11. *quæſt.* 3. & negans ex duobus illatis, alterum præſumitur affirmare, Tabor 2. *tomo de locis communibus, lib.* 12. *cap.* 6. §. 7.

DISCEPT. CCCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur, de quo hic.*
2 *Conſuetudo qualiter introducatur.*
3 *Conſuetudo à quibus fiat.*
4 *Conſuetudo an requirat aſſenſum Principis.*
5 *Conſuetudo quanto debeat eſſe obſeruata.*
6 *Conſuetudo an debeat eſſe præſcripta.*
7 *Conſuetudo qualiter introducatur.*
8 *Conſuetudo titulata inducitur ad minus per tres indicaturas.*
9 *Conſuetudo quæ non valet, vt talis, an, & quando valeat, vti pactum.*
10 *Conſuetudo limitata quæ ſit.*
11 *Conſuetudo qualiter differat à pacto, & quæ ſit differentia.*
12 *Conſuetudine poſita, vel ablata, multa remanent non proponenda.*
13 *Conſuetudinis verba conſiderantur, & numeris ſequentibus.*

ARGVMENTVM.

Conſuetudine exiſtente circa ſucceſſionem, qualiter illa ſit probanda, & an differat à pacto, & qualiter probetur.

IVRA
PRO
IO. BAPTISTA VERITA.

Borrell. act.

ET licet ea, quæ in facto notaui ſatis 1
ſuperque ſufficerent pro tuitione Iurium Ioannis Baptiſtæ Veritâ, ac pro reſponſione obiectionum Hieronymi Labini, tamen volui ea etiam Iurium Authoritate comprobare.

Sed quia iuſtitia ipſius Ioannis Baptiſtæ eſt tam clara, ideo hilari animo me conuertam ad eam totis meis viribus defendendam, pro Victoria obtinenda.

Et vt facili methodo, luce clarius patefiat; ad reſponſiones obiectionum dicti Aduerſarij accingar, quibus eneruatis; certum erit, condemnari debere ipſum Hieronymum ad dotem ducatorum quatuor mille, per ipſum inſolidum promiſſam, ipſi Ioanni Baptiſtæ, vna cum intereſſe, vſque ad præſens decurſo.

Tres igitur obiectiones fiunt, aduerſus iuſtam prætenſionem ipſius Ioannis Baptiſtæ omnes fundatæ, in aſſerta conſuetudine Ciuitatis Bitontinæ vulgo nuncupata (quod ſi contingat.)

Prima namque eſt, quod in dicta Ciuitate adſit, conſuetudo prædicta (quod ſi contingat) per quam excluditur pater à ſucceſſione filiæ defunctæ ante 18. annum.

Secunda ſupponit, quod caſu quo dicta conſuetudo (quod ſi contingat) non valeret in vim conſuetudinis, valebit tamen in vim pacti, cum ſecundum eam fuerit matrimonium prædictum

contractum, inter ipſum Ioannem Baptiſtam, cum dicto Hieronymo.

Tertia denique eſt obiectio, quod caſu quo vlla ex eis procederet, non poſſit obtinere ipſe Ioan. Baptiſta, niſi pro ſumma duc. 2000. nam pro reliquis debeat ſe dirigere ſuper monte Familiæ Labini, ſtante aſſignamento facto in Capitulis matrimonialibus.

Sed quam vanæ, & inutiles ſint dictæ obiectiones, luce clarius, ex infraſcriptis demonſtrabitur.

2 Et quoad primam certum eſt d. aſſertam conſuetudinem (quod ſi contingat) vllo modo ſubſiſtere poſſe, ſed potius tanquam abuſum, eſſe abolendam, quod ex pluribus fundatur.

Primò, quia cum ipſa ſit contra ius commune, ſcilicet erga Text. *in Authent. defuncto, C. ad Tertull.* & naturale, cum per eam priuentur filij diſpoſitione ſuorum bonorum, ac patres luctuoſa ſucceſſione propriæ ſobolis. Certum erit, quod debeat eſſe in ſcriptis, quo caſu tria requiruntur, ad hoc, vt conſuetudo prædicta in ſcriptis contra ius commune inducatur, & vno ex eis deficiente, non erit ſeruanda, ſed omnino abolenda.

3 Requiritur primò, quod debeat ea fieri à maiori parte Ciuitatis, vel Capituli, aut ſimilium, qui conſuetudinem condere poſſunt, & debent etiam congregari legitimè, pro tali conſuetudine facienda, vt optimè fundat Aymon. Crauet. *in conſil. 134. num. 25. verſ. 3. pro ratione*, Maſcard. *de probat. concluſ. 423. num. 1. & ſeqq.* & punctualiter Anellus Amat. *in conſil. 48. num. 12.* ſed Pellic. *ad conſuetud. Auerſ. in præludio, num. 16.* ampliat, nimirum, quod debent eſſe ad minus duæ partes Ciuitatis, quæ debeant eſſe nobilitate, ſcientia, ac dignitate præſtantiores ea ratione, quia cum derogatur iuri communi, non abſque cauſa fieri debet, & ſic, quæ cauſa abſque virtute, ac ſcientia dignoſci poteſt, quapropter à dictis perſonis induci debet, ita Neapodan. *in Proœm. conſuetud. n. 12. & 13.*

4 Secundò, requiritur aſſenſus Principis, qui vocatur aſſenſus Regius, ea etiam ratione, quia conſuetudo contra ius commune, ad hoc vt inducatur, debet ſtatui, ab his, qui contra ius poſſunt diſponere, ſed ſolum Princeps abſolutus, non recognoſcens Superiorem, contra ius ſtatuere poteſt, per nouum ius ab ipſo confectum, igitur requiritur aſſenſus ipſius, quodque confirmatur, quia cum conſuetudo dicatur ſtatutum tacitum non poteſt induci ab his, qui in eo actu ſtatutum expreſsè condere non poſſunt, ſed Ciuitas recognoſcens Superiorem, non poteſt ſtatutum, contra legem expreſsè condere, ſed ſolum Princeps ſupremus, igitur neque poteſt tacitè per ſtatutum, ſeu conſuetudinem hoc agere. Confirmatur etiam authoritate Aymon. Crauet. *dict. conſil. 134. num. 25.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 978. num. 38.* Anell. Amat. *in d. conſil. 48. num. 14.* Et quod conſuetudo ſit ſtatutum tacitum, fundatur ex Text. *in cap. conſuetudo, diſt. 1.* & *l. de quibus, ff. de legibus*, optimè Conſiliarius Theod. *in allegat. 1. num. 37.* & *alleg. 79. n. 9. & 10.* vbi fundat requiri confirmationem Principis.

5 Tertiò requiritur, quod ita fuerit ſecundum eam obſeruatum, vt ex Maſcard. *de probat. concluſ. 424. num. 2. & 6.* & Anell. Amat. *d. conſil. 48.* Quapropter cum in caſu noſtro non concurrat vllum ex dictis requiſitis, tam neceſſariis, imò totum contrarium fuerit per nos fundatum per teſtes, vt in facto notaui, neſcio quanam fronte pars aduerſa audere poſſit hoc in dubium reuocare, quod d. conſuetudo (quod ſi contingat) ſit conſuetudo in ſcriptis?

Quod autem non ſit conſuetudo præſcripta, 6
eſt indubitatum: nam ad hoc vt inducatur conſuetudo præſcripta, contra ius commune, requiruntur ad minus centum anni, in quibus ſemper ita fuerit obſeruatum, vt fundat d. Conſiliarius Theod. *in d. alleg. 1. num. 37.* & *in alleg. 39. num. 9.* Imò ad probandum dictam conſuetudinem præſcriptam, eſt neceſſe, quod teſtes deponant eos illam vidiſſe obſeruatam, in tali loco, à talibus perſonis, eas in ſpecie nominando, per nomina, & cognomina, & per tantum temporis interuallum, & quod dicti actus fuerint publicè viſitati, vt fundatur ex Maſcard. *de probat. d. concluſ. 424. num. 2. & 6.* & meliùs *num. 56.* ſequitur Camill. de Medic. *conſil. 152. num. 9.* & Anell. Amat. *dict. conſil. 48. num. 11.* Et ideò requiruntur tot requiſita, quia tractatur de actu tam pernicioſo, imò eſt tam neceſſaria dicta frequentia actuum, quod ſi fuerit probatus vnicus actus contrarius dictæ conſuetudini præſcriptæ, tunc tanquam interrupta, non habebit amplius locum, vt fundat Grat. *deciſ. 148. n. 10. 11. & 12.* Regens Rouit. *in conſil. 66. lib. 2. num. 19.* vbi tradit, quod licet d. conſuetudo fuerit diuerſimodè obſeruata ſtandum erit ei, quæ eſt ſecundum ius commune Maſtrill. *in deciſ. 121. num. 31. & 32.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 79. num. 9.* & eleganter, ac ad plenum hoc totum habetur per Dominum Paul. Staiban. iunior. meum Genitorem *in reſol. 98. à num. 123. vſque ad 138.*

Igitur quantò fortius hoc adaptari debet in 7
caſu noſtro, vbi non ſolùm fuit fundatum dictam conſuetudinem (quod ſi contingat) non fuiſſe obſeruatam, non obſtante, quod ſecundum eam in omnibus Capitulis fuerit ſtipulatum, cum diuturnitate temporis non decem, aut viginti annorum, ſed immemorabilis de quo hominis non adeſt memoria, ſed etiam fuit per plures teſtes omni exceptione maiores probatum plures actus affirmatiuos contrarios dictæ conſuetudini, ex quibus patet omnes nobiles dictæ Ciuitatis, ſemper obſeruaſſe contra id, quod diſponitur in dicta conſuetudine, licet dicti nobiles, in Capitulis, ſecundum eam contraxiſſent, & quod plus eſt dicti actus explicantur per nomina, & cognomina dictorum nobilium, vt in facto eſt conſpicuum.

Nec poteſt dici, quod ſit conſuetudo titulata: 8
nam ad eam inducendam ad minus requiruntur tres iudicaturæ, inter tres diuerſas perſonas in eodem genere cauſæ, vt fundat Neapod. *in proœmio conſuetud. num. 42. & 43.* & melius Dom. Conſil. Paul. Staiban. Genitor meus *d. reſol. 98. num. 144. & 145.* quæ ſententiæ cum deficiant in caſu noſtro, certè non poteſt pars aduerſa ea tueri.

Quo verò ad ſecundam oppoſitionem, quod 9
ſi non valebit dicta conſuetudo in vim conſuetudinis, valebit tamen in vim pacti.

Reſpondetur vllo modo eam nobis obſta- 10
re, quod triplici medio luce clariùs demonſtrabitur.

Primò, quia ſuppoſito pro abſoluto, prout ſuperius fundaui, dictam conſuetudinem (quod ſi contingat) non eſſe veram conſuetudinem, certè dictum pactum in Capitulis appoſitum nil penitus nobis obſtabit: nam quid fuit in eis conuentum, niſi velle contrahi ſecundum dictam conſuetudinem (quod ſi contingat) quæ cum non

ſit

sit vera consuetudo, sed abusus, & corruptela, quæ solum per ora Notariorum auditur, certè pactum prædictum, vti relatum ad eam nullius erit roboris, cum certum sit, & ex regula notetur, quòd relatum est in referente, ex Text. satis vulgato *in authent. si quis in aliquo, C. de edendo*, Grat. *decis. 93. num. 22.* vbi tradit, quod relatio facit actum ita limitatum, vt restringatur eo modo, prout reperitur illud, ad quod habetur relatio allegat Text. *in l. in testamento, ff. de conditionib. & demonstrat.* Igitur quanto fortius hoc procedere debet in casu nostro, vbi non solum in pacto fuit de dicta asserta consuetudine facta mentio, sed tota vis ipsius consistit in ea, qua cessante, cessat quoque pactum prædictum vt relatum ipsius.

Secundò, quia in Capitulis prædictis non interuenit ipsa Anna Erfilia, & sic vllo modo ei obstare potest pactum prædictum.

11 Tertiò, non obstat pactum prædictum, vti pactum, quia hæc est differentia inter pactum, & consuetudinem: nam quando adest consuetudo vniuersalis, tunc sufficit esse ei subiectum, vt eius dispositio, locum habere possit, in pacto namque per partes, adiecto, est necesse, quòd expressis verbis fuerit per partes ipsas renuntiatum omni successioni, ad hoc vt paciscentes excludantur ab ea: nam alias nullo modo excluderentur, quando simpliciter refertur alicui dispositioni, quæ non habet robur consuetudinis vniuersalis, & hoc confirmatur à simili, & in casu valdè fortiori: nam consuetudo Nidi, & Capuanæ, quæ licet habeat multa requisita consuetudinis vniuersalis, & signanter obseruantiam centum annorum, in quibus omnes nobiles Neapolitani eam obseruauerunt, ac etiam sit roborata Principis authoritate, scilicet Regis Catholici in anno 1505. vt habetur in Capitulis Neapolitanis huius fidelissimæ Ciuitatis, *n. 5. fol. mihi* 14. quod refert Dominus Consiliarius Theodor. *in dict. allegat. 1. num. 39.* & *allegat. 77.* tamen quia valet non in vim consuetudinis, sed in vim pacti, vt omnes nostri Regnicolæ tenent, quos refert Reg. Capyc. Latro *in decis. 35. in fine, in vers. Discussa hac causa*, & præcipuè Præs. de Franch. *in d. decis. 537. num. 16.* est tamen necesse, quod qui volunt secundum eam contrahere in Capitulis, non solùm exprimant se velle contrahi, secundum consuetudinem Nidi, & Capuanæ, sed etiam renuntiant expressè ad inuicem successionibus filiorum ab intestato morientium: nam eo casu valebit, quia vnusquisque potest renuntiare iuri suo, & talis contractus est communis vsus totius nostræ Ciuitatis, quem refert Dom. Consil. Theod. & Reg. Capyc. Latro *in dict. decis. 35.* sed si non fuerit per partes renuntiatum expressè successionibus filiorum, non obstante, quod dixerunt velle contrahi secundum dictam consuetudinem Nidi, & Capuanæ, tamen possunt succedere. Ea ratione, quia ad hoc, vt aliquis per pactum sit excludendus, debet expressè renuntiare, cum in dubio nemo censeatur ius suum perdere, & ad hoc corroborandum adduco decisionem punctualem nostri supremi Tribunalis iunctis aulis S. C. latam in causa Mariæ Strinæ cum Valignanis referente Regio Consiliario Scipione Theodoro, in qua causa, licet adesset in Capitulis pactum, velle contrahi secundum dictam consuetudinem Nidi, & Capuanæ, quia postea non adfuit renuntiatio, expressè facta per matrem, fuit tamen admissa ad filij successionem, & fuit sententia prædicta denuo confirmata, vt optimè refert D. Præs. Merlin. *in controuers. cent. 2. cap. 49.* vbi ita tradit decisum in banca Scacciauenti. Igitur quanto fortius hoc adaptari debet in casu nostro, in quo non solùm d. Ioannes Baptista de cuius interesse agebatur, non renuntiauit expressè successioni dictæ eius filiæ, sed nec verbum vllum nec de ea fuit facta mentio, & solum fuit dictū velle contrahi secundum dictam consuetudinem (quod si contingat) Et quod plus est d. asserta consuetudo non habet vllum ex requisitis consuetudinis Nidi, & Capuanæ: nam non fuit obseruata à nobilibus Ciuitatis Bitonti, per centum annos, sed semper fuit contra eam obseruatum, licet fuerit secundum eam stipulatum velle contrahi, vt superius fundauit, nec fuit à Rege nostro confirmata, vt fuit consuetudo Nidi, & Capuanæ, & tandem d. consuetudo Nidi, & Capuanæ, non est tam odiosa, ac irrationabilis: nam priuat solum patres à successione filiorum, ab intestato, non autem ex testamento, vt prætenditur in hac asserta Bitontina consuetudine, & quod plus est d. consuetudo Nidi, & Capuanæ, continet solum exclusionem parentum à successione filiorum, quod non est in d. asserta consuetudine (quod si contingat) vbi continetur plura capita, vltra d. exclusionem parentum, à successione filiorum. Igitur quantò fortius d. decisio applicari debet casui nostro, cum non adsit expressa renuntiatio facta per Ioan. Baptistam patrem.

Et ex hac responsione, remanent etiam resolutæ obiectiones, tam circa constitutionem Montis d. Familiæ de Labini (quæ vltra quod non loquitur in hoc casu, sed tantum moriente muliere sine filiis, vt in facto notaui) tamen nec etiam in ea fit vlla mentio de expressa exclusione patris, & eodem modo in testamento paterno ipsius Annæ Erfiliæ, non adest expressa mentio d. Capituli contenti in ipsa consuetudine circa exclusionem parentum. 12

Imò quando in d. testamento adesset, nec etiam poterat tale onus apponere in dote prædicta cum ea non excedat legitimam spectantem d. Annæ Erfiliæ Et quisnam poterit in dubium reuocare, quod pater aliquod onus apponere possit in legitima filio, vel filiæ relicta. Certè nemo nam apud omnes Doctores communi sensu, est indubitatum, legitimam deberi filio, vel filiæ absque onere, vt fundat Præs. de Franch. *in decis. 293. in fine*, & est indubitatum, cautelam tamen trad. idem Præs. de Franch. vt pater instituat hæredem filium in omnibus bonis, & habeat tantundem aliunde, vt possit aliquod onus apponere, vt *n. 11.* ex quibus remanet hæc secunda obiectio fundata in dictis assertis pactis eneruata.

Sed pro coronide iustitiæ Io. Baptistæ fundabitur (licet ex abundanti d. assertam consuetudinem, quod si contingat dato, & non concesso, quod haberet omnia requisita veræ consuetudinis, vel ad minus valeret in vim pacti) nullatenus applicari posse casui nostro cum indubitatum sit verba d. assertæ consuetudinis posse solum applicari, quando filius moritur ab intestato, nulla facta dispositione suorum bonorum, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, vt ex verbis ipsius assertæ consuetudinis patet in quibus clarè constat, non adesse particulam vllam, ex qua possit argumentari, quod d. consuetudo priuet filios dispositione suorum bonorum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ac patres luctuosa successione propriæ sobolis ex testamento filij. 13

13 Quodque corroboratur ex consuetudine etiam Nidi, & Capuanæ, quæ licet habeat omnia requisita veræ consuetudinis, vt superius fundaui quibus caret ipsa consuetudo (quod si contingat,) tamen non excludit partes à successione filiorum, ex testamento, sed tantum ab intestato, vt fundat Præs. de Franch. *in dec.* 537. & Molfes. *in comment. ad consuetud. Neapol. part.* 3. *quæst.* 24. *num.* 14. nec deest ratio efficax hoc suadens, nam ad hoc, vt consuetudo prædicta (quod si contingat) posset priuare filios dispositione suorum bonorum, duo erant necesse, primo, quod Ciuitas Bitontina haberet potestatem reuocandi ius commune per nouam legem, ab ipsa confectam, cum de iure communi concessa est vnicuique dispositio suorum bonorum, ex regula satis noti, disponat testator, & fiat lex, &

14 Secundo, quod expressè (dato, quod haberet potestatem) d. ius commune reuocaret, vt fundat Reg. de Pont. *in cons.* 3. *num.* 28. 29. & 30. At Ciuitas Bitontina prædictam potestatem reuocandi ius commune numquam habuit, & posito, quod habuisset illud expressè in d. consuetudine non reuocauit (vt patet consideranti) igitur ea nobis non obstat, corroboratur etiam ratio prædicta: nam est tam priuilegiata libertas dispositionis suorum bonorum, vt numquam ei censeatur derogatum, licet quis ex pacto promiserit nolle alicui succedere ex testamento, non obstante enim tali pacto, poterit adhuc succedere, si fuerit institutus, ita Paul. de Castr. *in l. fin. in* 4. *col. C. de pact.* motus ea ratione, ne per pactum meum auferatur alteri libera testandi facultas, quod contra bonos mores esset.

15 Et in terminis terminantibus, quod numquam pater censeatur excluſus à successione filij, vel filiæ, nisi expressè fuerit in pacto, vel consuetudine priuata filio potestas disponendi fundatur decis. Reg. Capyc. Latr. 53. vbi refert consuetudinem Barens. incipientem, dos à patre profecta, quæ licet habeat omnia requisita veræ consuetudinis (quibus nostra caret) tamen quia expressè in ea, pater non excluditur, fuit decisum in casu ibi relato, patrem non excludi à successione filiorum, non obstante, quod in capitulis, secundum d. consuetudinem contraxerit, & sic omnino ipse Io. Baptista ex omni parte admitti debet ad successionem d. eius filiæ.

16 Non obstat, & tandem tertia obiectio, quod non teneatur soluere ipse Hieronymus nisi solum pro summa duc. 2. mille, & pro aliis debeat se dirigere super monte familiæ Labini.

Nam respondetur partem ex aduerso, non bene perlegisse pactum in capitulis appositum, in quibus expressè fuit conuentum, quod si post annum cum dimidio post contractum matrimonium, non fuissent à monte prædicto soluti ipsi Io. Baptistæ duc. prædict. 2000. teneantur dotantes soluere eos de propria eorum pecunia; quapropter cum contracto d. matrimonio, non fuissent soluti post d. annum cum dimidio ipsi Io. Bapt. d. ducat. 2000. certum est, vigore pacti prædicti, debere condemnari d. Hieronymum ad tertias prædictas decursas, à d. anno, vsque ad præsens vna cum eorum capitale, quod de iure comprobatur; nam semper quod est appositum tempus, eo elapso, tenetur cedens soluere, cum dies interpellat pro homine, ad quod corroborandum adduco Text. aureum, loquentem tamen in casu fortiori, in *l. fideiussor.* 17. §. *vlt. ff. de fideiuss.* vbi habetur, quod si aliquis fideiussor obligauerit, se ad quadraginta, si Titius in eius vita non soluerit; tenetur certè d. fideiussor, si Titius in eius vita non soluerit, etiam si in vita ipsius non fuerit interpellatus à creditore: dat rationem Text. cum sufficiat Titium non soluisse, quapropter cum in casu nostro sit appositum tempus anni vnius, certum erit, quod eo elapso tenetur d. Hieronymus ad solutionem d. summæ promissæ.

Et licet hæc sufficerent pro responsione huius obiectionis, tamen ex abundanti confirmatur etiam ex facti consideratione: nam licet ipse Ioan. Baptista interpellasset montem prædictum, ac fecisset omnes diligentias, tamen nec etiam posset recuperare infra d. tempus statutum. dict. ducat. 2000. cum appareat euidenter tunc temporis adesse plures mulieres de eadem familia de Labini nuptas antè d. Annam, quibus fuerant promissæ dotes prædictæ duc. 2000. quæ post modum eas consequutæ fuerunt post d. tempus constitutum in d. capitulis, & hac de causa se cautelauit ipse Ioannes Baptista.

DISCEPT. CCCXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species adducitur.*
2 *Statuta, & Regulæ Montis S. Angeli Custodis asseruntur Neapoli fundatæ.*
3 *Ætas maritandæ in dicto Monte statuitur.*
4 *Maritanda quo tempore, vt possit de dote disponere.*
5 *Puella quando disponat, vigore fundationis.*
6 *Contractus formam à quibus accipiant contractus.*
7 *Fundatores Montis si pauci sint in præsenti possunt testari de præterito Montis.*
8 *Interpretatio scripturæ qualiter sit facienda.*
9 *Interpretatio facienda à iudice, qualis esse debeat.*
10 *Interpretatio, de qua in præsenti, qualiter fieri debeat.*
11 *Testis de Collegio, de vniuersitate, &c. est magis idoneus ad probandum, quod est de vniuersitate, vel Collegio.*

ARGVMENTVM.

Capitulationes Montis sancti Angeli Custodis referuntur, & de ætate requisita ad matrimonium, vt de dote disponant, & qualiter sint statuta interpretanda, & an ipsi testes de vniuersitate, Collegio, &c. sint idonei ad probandum.

IVRA *PRO* GVBERNATORIBVS

Montis Diui Angeli Custodis,

CVM

CVM

Victoria Iordana.

Commiss. Reg. Consil. Io. Franciscus Marcianus.

De Litto Act. Mag.

1 VICTORIA Iordana petiit in S.R.C. legatum ducatorum mille, & ducentorum sibi relictorum à Gratia Tizzana eius filia in testamento, & ad illorum solutionem condemnari Magnificos Gubernatores Montis Diui Angeli Custodis, cum ad illam spectabat disponere de medietate dotis duc. 3000. quibus gaudet quælibet descendens ex Montis fundatoribus, vt & illa stante obitu absque filiis.

Excipiunt d. Gubernatores Montis, ipsis auditu nouum prætendi ab actrice, esto quod Gratia nuptui tradita fuit ante decimum octauum annum, & infra eandem ætatem vitam cum morte commutasset absque filiis, quo casu ex legibus Montis, nulla dos, nec partis dispositio competit.

Lite contestata, processuque compilato postulant d. Gubernatores pro absolutiua sententia, ex infrascriptis.

2 Primò, per d. Montis fundatores anno 1605. fuerunt leges, & Montis Constitutiones factæ, Principis rescripto, regioque Assensu roboratæ, secundum quas erit iudicandum, vt post Caccialup. probat Surd. *cons.* 460. *num.* 9. *vers.* 4. quos referendo sequitur Molfes. *cons.* 25. *vers.* 2. post Comment. *ad Consuet. Neap.* rei enim suæ quilibet est moderator; & arbiter *l. in re mandata C. mandat.* in traditione rei suæ quodcumque pactum fit, illud valere manifesti iuris est *l. in traditionibus, ff. de pact.* & initio dotis dandæ omne pactum ad libitum fieri potest, *l. cum dos in principio, ff. de pact. dotal.* Text. *in l. ob res* §. *si extraneus, ff. eod.* omninò videmus, ibi legem enim rei suæ dicit.

Capitula, & Montis Constitutiones circa dotes sunt vt.

CAP. X.

3 *L'età della donna, che con effetto hauerà da consequire il beneficio del maritaggio, non sia meno d'anni decedotto compiti, è ch'habbia con effetto conchiuso il matrimonio obligando li maritanti, che goderanno il beneficio del Monte di presentare alli Gouernatori copia authentica della capitulatione del matrimonio, con potestà di disporre della donna conforme la Consuetudine di Nap. &c. cioè senza figli della metà, è con figli della decima. Il remanente peruenga à figli conforme l'vsanza della noua manera, però morendo li figli in pupillare età, ò abintestato quandocumque senza figli la dote di duc. 3000. dedotta la quantità disposta dalla matre conforme la consuetudine, con dechiaratione, &c. ch' in detto caso ancora venghino li frutti aumentati, & entrate se trouaranno al tempo della morte delli figli.*

Postea videntes, considerantesque Domini fundatores ætatem annorum 18. completorum esse potuisse impedimento nuptiis puellarum, cum Sacri Canones viri potentem puellam regulariter anno duodecimo constituant, præsertim cum Napodan. scriptum reliquerit in Consuetud. *in omnibus num.* 76. *& seq.* puellam Neapolitanam committentem stuprum post 16. annum non posse exheredari, tametsi de iure communi tunc tempus esse deberet annorum vigintiquinque quod probat Molfes. *ad Consuet. Neap.* & addit hoc ita esse, propter maiorem malitiam, qua pollent fœminæ, in hac Ciuitate.

Ideo aliud capitulum condiderunt, statuendo in hæc verba.

CAP. XI.

Maritandosi la donna, prima che habbia compiti l'anni 18. in tal caso il Monte non sia obligato à darle la dote, nè meno l'interesse di dette dote, se non all' hora quando la detta donna hauerà compito detti anni 18. e perciò se dechiara che maritandosi la detta donna prima di detti anno 18. tanto essa, quanto li figli di suo corpo habbino acquistato la ragione di dimandare, è consequire la detta dote, quando essa donna hauerà compiti detti anni 18. ancorche morisse prima de compirle in vita. 4

Ergo patet primo non fuisse adimpletum per dotantes Gratiam, legi Montis, quia præsentata Gubernatoribus non fuerunt pacta nuptialia illius.

Rursus non leguntur stipulata more nobilium *alla noua manera.*

Secundò puella maritata post completum 18. annum, decedens cum filiis potest disponere de decima, absque prole de medietate dicto cap. 10. in cuius declaratione factum est cap. 11. supra exemplatum, ius acquiritur puellæ nuptæ ante 18. annos, & filiis petendi, & consequendi dotem, quando compleuerit dictam ætatem, quamvis moriretur antequam compleuerit annos 18. in hoc capitulo nullum verbum de dispositione, quando decedit absque prole, ergo si voluissent dixissent vnico verbo, non dixerunt: igitur noluerunt *l. vnica* §. *sin autem ad deficientis in fine, C. de caduc. tollend.* & quando duo ponuntur alterum adesse non sufficit *l. si hæredi* 5. *ff. de condit. institut.* vbi DD. & in contractibus voluntas debet esse expressa, & omne omissum habetur pro omisso, etiam in dote *l. si extraneus, ff. de condict. ob caus. l. quicquid astringenda, ff. de verb. oblig.* cum aliis apud Surd. *cons.* 572. *num.* 52. 5

Tertiò, ait Vlpian. *in l. in conuentionalibus* 52. *ff. de verb. oblig.* contractus formam contrahentes dant, & ibi Bartol. *in summ.* docet verba *dubia in contractibus conuentionalibus interpretari ex mente contrahentium*, & Papin. *in l. in conuentionibus* 219. *ff. de verb. & rer. signif.* inquit in conuentionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba spectari placuit, ad idem Text. *in l. fin. C. qua res pign. oblig. poss.* causam enim verborum, & mentem contrahentium spectandam fore notat ex aliorum placitis Dec. *cons.* 697. *num.* 6. & 7. iam in facto est probatum numquam in mentem venisse fundatorum puellæ intra annum 18. decedenti absque prole fuisse datam potestatem disponendi de medietate. 6

Quartò, hoc ab eisdem Montis fundatoribus quorum supersunt pauci, attestatum fuit iureiurando dato vti testibus in hoc iudicio quorum attestationes, vt legantur obsecro, isti enim vti fundatores Montis, qui constitutiones, & capitula fecerunt sunt optimi maximi ad interpretationem prædictam, etenim ad probandum ea, quæ fiunt in Collegio, testes de eodem Collegio sunt magis idonei ad Text. *in l. consensu, C. de repud.* vbi DD. exornat Afflict. *decis.* 400. *num.* 1. præsertim quando deponunt de facto proprio Affl. *decis.* 369. *num.* 7. *ad saturitatem*, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 44. *à num.* 47. & quando sunt duo est indubitatum Præs. de Franch. *dec.* 60. *num.* 4. & 14. 7

Quintò,

8 Quintò, interpretatio verborum dubiorum in contractu, eſt facienda à præcedenti capitulo: Sequentia enim à præcedentibus declarantur, vt latè probat Surd. *allegat. conſ.* 572. *num.* 38. & 39. & alibi, ait, vt gauderet puella dote, illiuſque diſpoſitione decedens cum filiis, vel ſine, neceſſe erat, vt nuptias contraheret poſt completam ætatem annorum 15. Ergo dum habilitatur puella ad matrimonium contrahendum ante dictam ætatem, & acquiſitio dotis petẽdæ tam ab ipſa, quàm à filiis pendet à complemento annorum 18. etiam poſt mortem, quis negabit in hac permiſſione non fuiſſe cogitatum de diſpoſitione medietatis dotis, quoties infra annos 18. abſque prole vitam cum morte commutauerit, alias induceretur incontinenti correctio prioris capituli, quod vti abſurdum non eſt dicendum, nec præſumendum, docet Gloſſ. *in l. non ad ea* 88. *in verb. præſens circa finem, ff. de condit. & demonſtr.* plura apud Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 37. Dec. *conſ.* 195. vbi idem in ſtatutis, & aliis diſpoſitionibus latè probat, & poſt alios probat Surd. *d. conſ.* 572. *n.* 58. imò eſt annihilatio dicti capituli 11. mutatio namque voluntatis non præſumitur, & probanda eſt, *l. eum qui* 22. *de probat.*

9 Sextò, etiam quando interpretatio eſt facienda à iudice, illa eſt facienda, quam contrahentes vero ſimiliter interrogati feciſſent *l. tale pactum* 41. §. *fin. ff. de pact.* vbi DD. Dec. 697. *num.* 8. & quæ magis neceſſarium caſum comprehendit *l. ex iis* 5. *ff. Imperator, verſ. ſed ſi forte, ff. de ſolut.* & quæ vtrique parti magis expedit, eſtque minus præiudicialis, & quæ pugnantia ad concordiam deducat, vt perbelle monet Menoch. *de arbitr. iud. cent.* 2. *caſu* 199.

10 At in hoc caſu nedum ſi fuiſſent interrogati, ſi puella nupta, & mortua infra annum 18. abſque prole potuiſſet diſponere de medietate dotis conſequendæ completa ætate, reſpondiſſent negatiuè, ſuperſtites fundatores, ita iuramento accedente teſtati ſunt: ergo, &c. eorum tamen ſufficit interpretatio *d. l. in conuentionalibus* 52. & *d. l. in conuentionibus* 219. & magis neceſſarium caſum iſta interpretatio comprehendit, nempè quod nupta, & decedens infra dictam ætatem cum filiis licitè diſponit de decima, & reliquum eſt filiorum cum conditionibus in capitulis Montis contentis. Et ita iſta interpretatio expedit vtrique parti, nam decedendo cum filiis acquiritur omne ius, & puellæ, & proli, & abſque filiis monti, & conſequenter eſt minus præiudicialis ſtante iſta diſtinctione, vt poſt Alex. probat Dec. *d. conſ.* 195. & pugnantes opiniones ad concordiam reuocantur, vt per DD. allegatos.

11 Supereſt, vt obiectioni partis aduerſæ ſatisfaciamus. Ait actrix, iſtos teſtes examinatos quamvis ex Montis fundatoribus non eſſe admittendos, quia in re propria, & Vniuerſitatis Montis.

Reſpondendo formaliter, dicitur primo ipſos etiam extra titulum teſtium, vti contractus, & Montis fundatores ſufficere ad interpretandum ambiguitatem quatenus adeſſet, & ad declarandam voluntatem *d. l. in conuentionalibus*, & *d. l. in conuentionibus.*

Secundò, nullus teſtis eſt magis idoneus, quam ille de Collegio ad probanda ea, quæ in Collegio fiunt arg. Text. *in l. conſenſu, C. de repud.* cum aliis apud Affl. *dec.* 400. *num.* 1. cui magis creditur cum deponat de facto ſuo, vt probatum eſt ſupra ex Affl. & Tiraq. qui allegat Salic. *in l. ſi quis decur. C. de fal.* qui eſt opinionis ſtandum eſſe ſoli vni teſti, at quando adſunt duo eſt indubitatum, vt Præſ. de Franch. *dec.* 60. *num.* 4. & 14.

Tertiò reſpondetur, quoties teſtes de vniuerſitate deponunt pro vniuerſitate in cauſa ſpectante ad vniuerſitatem quantum ad honorem, & commodum, & tunc idonei, vt per Affl. *d. deciſ.* 400. aut in conſequentiam, & ſecus, & adducit Bald. dicentem, quando ſuccumberet Vniuerſitas, illi de Vniuerſitate deberent mittere manus ad marſupium, & tunc non ſunt idonei, ſecus verò, quando non tenentur ipſi ad damnum, hinc monachus poteſt eſſe teſtis pro Monaſterio, vt per DD. prædictos, & Præſ. de Franch. *dec.* 197. *num.* 4. ſemper S. C. admittere teſtes pro Vniuerſitate teſtatur, præter in cauſa paſcuorum.

Tandem iſti fundatores, vltra quod nullum commodum ſentire poſſunt, de atteſtata veritate; eſt eis valdè damnoſa eorum depoſitio cum puellæ ab eis, & eorum deſcendentibus maſculis, poterunt matrimonium contrahere infra annum 18. & mori abſque filiis infra dictam ætatem, quod ſi de medietate dotis diſponere poterunt, illa relinquenda potius foret conſanguineis, & earum parentibus, vt communiter fieri ſolet arg. *l. nam ad ea ff. de leg.*

Cæterum ſtante cauſa tam clara ſupplicant dd. Gubernatores Montis pro ſententia abſolutoria provt ſperant à S. C. cætera Dominorum Senatorum religio ſupplebit.

DISCEPTAT. CCCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, de qua hic.*
2 *Paragij liquidatio qualiter fiat.*
3 *Paragij liquidatio quo tempore fiat.*
4 *Paragium debetur in corporibus, non in fructibus.*
5 *Paragium debetur loco legitimæ.*
6 *Paragium eſt legitima.*
7 *Paragij fructus debentur à die mortis.*
8 *Legitima eſt ius vniuerſale, & vocatur quota hæreditatis.*
9 *Fructus legitimæ à quo tempore debeatur.*
10 *Fructus paragij quando debeantur minori.*
11 *Mora irregularis quando currat contra maiorem.*
12 *Paragium an debeatur filiæ non nuptæ.*
13 *Bona quando mutent qualitatem per tranſlationem perſonæ.*
14 *Rurſus mutatio, qualiter faciat bona mutari, & numeris ſequentibus.*

ARGVMENTVM.

Paragium qualiter liquidetur, & quo tempore, debetur in corporibus, non in fructibus, & debetur loco legitimæ, imò eſt ipſa legitima, & fructus debentur à die mortis, ac eſt ius vniuerſale, & quota: Mora irregularis quando noceat minori.

IVRIVM

IVRIVM ALLEGATIONES,

PRO

Sorore Catharina Angiulli, & succeſſiuè pro ſuis hæredibus.

Canalis pro Cioffo Act.

1 SOROR Catharina Angiulli Monialis in domo, cùm petiiſſet in M.C.V. ſub die 5. Iulij 1638. aſſignari paragium ſuper bonis quondam Angeli Angiulli ſenioris patris, remanſis in ſua hæreditate, quæ poſſidebantur per Horatium Angiulli ſuum fratrem, filium, & hæredem reſpectiuè dicti quondam Angeli, vna cum intereſſe, & pro dicta quantitate, immitti in poſſeſſionem Maſſariæ hæreditariæ in actis deductæ *fol.* 118.

Et ſeruatis ſeruandis, per eandem M.C. ſub die 28. Maij 1639. obtinuiſſet decretum in ſui fauorem, quo mediante condemnatus dictus Horatius ad ſoluendum actrici paragium liquidandum, vna cum intereſſe liquidando *fol.* 175.

Et pro ipſa liquidatione ſub die 13. Septembris 1639. commiſſus calculus, *fol.* 181. & etiam pro portionibus fraternis, & ſororiis, quæ ei ſpectauerunt ſuper dicta hæreditate, & bonis, vt *fol.* 426.

In ipſo calculo calculator retulit, *fol.* 428. quod ex proceſſu liquebat, quondam Angelum Angiulli communem patrem ipſius ſororis Catharinæ, & Horatij reliquiſſe vndecim filios, ſex ſcilicet maſculos, & quinque fœminas, *fol.* 187. ac remanſiſſe in hæreditate prædicta bona ſtabilia (ſic appretiata vigore decreti ipſius M.C. ſub die 17. Decembris 1639. quod pro liquidatione paragij petiti per Catharinam Angiulli appretientur bona quondam Angeli Angiulli patris ad finem prouidendi, *fol.* 182.) aſcendentia ad ducatos 18205.0.10. vt à *fol.* 212. *vſque ad fol.* 217. vltra victualia, & mobilia.

Quæ victualia tempore mortis dicti quondam Angeli de anno 1600. in 1601. valebant, videlicet frumentum ad carolenos vndecim, & vndecim cum dimidio pro quolibet modio.

Fabæ ad carolenos quinque)
Ordeum ad carolenos ſex) *fol.* 206.

Auena ad carolenos quatuor cum dimidio mobilia, & ſe mouentia nempe oues, & hœdæ mille, & quingentæ valebant ducatos mille, & bis centum, *fol.* 215. *à terg.*

Vaccæ centum quinquaginta, ducatos bis mille, bis centum, quinquaginta boues aratorij quadraginta quinque, ducatos mille, & duodecim cum dimidio, eodem *fol.* 215. *à terg.*

Equæ quatuor ducatos centum)
Duæ Aſinæ ducatos viginti ſex) *fol.* 216.
Currus quinque ducatos ducentos.)

Retulitque etiam calculator, eod. *fol.* 428. eidem ſorori Catharinæ deberi portiones ſuorum fratrum vtrinque coniunctorum præmortuorum, non obligatorum ad dotes Lauræ d'Angiulli, in quibus portionibus in ipſa ſucceſſit pro medietate ab inteſtato, vt ex fide præambuli, *fol.* 282. paritérque deberi paragia aliarum duarum ſororum vtrinque cõiunctarum præmortuarum, vna cum eorum intereſſe, quarum ſororum fuit etiam declarata hæres, vt dicto *fol.* 282.

Et inſtitiſſet ipſa ſoror Catharina procedi ad liquidationem tam paragij prædicti, *fol.* 219. quàm portionum fraternarum, & paragiorum ſororum, cuius rei gratia fuiſſent expeditæ plures monitiones, à *fol.* 219. *vſque ad* 221. & non facta dicta liquidatione in M.C. cauſaque introducta in S.C. per viam appellationis.

Ac per tunc Regium Conſiliarium de Carleual cauſæ Commiſſarium fuiſſet domi decretum ſub die 8. Iulij 1641. quod M.C. procedat ad liquidationem creditorum Catharinæ Angiulli; verùm non ad executionem inconſulto S. C. ſeu præfato Mag. cauſæ commiſſario *folio* 259. *à terg.*

Ipſaque liquidatione (morte præuenta ſorore Catharina, vt *fol.* 363.) non aliter facta, inſtiterunt eius hæredes *fol.* 443. ad præſens fieri, & cum ſuper ipſa liquidatione ſit per S.C. pronuntiandum, dubio procul ex infraſcriptis eſt liquidandum paragium dictæ ſororis Catharinæ reſpectu ſtabilium prædictorũ pro nunc in duc. 825. eiúſque intereſſe à morte patris in aliis ducatis 2481. vel ſaltem 1772. & pariter liquidandas portiones fraternas in duc. 2263. pro qualibet portione, medietatem cuiuſque portioni ſpectauiſſe, & ſpectare eidem Catharinæ, & ſucceſſiuè eius hæredibus.

Et hoc, quia in paragij, liquidatione, dum tra- 2
ctatur de bonis burgenſaticis fit æſtimatio, & appretium omnium corporum contentorum in ſucceſſione, Capyc. *deciſ.* 158. Caput. *in repet. ad conſuet. ſi moriatur, part.* 2. §. 6. *num.* 10. *verſ. Quando ageremus, fol.* 222. Anell. Amat. *conſil.* 11. *num.* 5. & 27.

Attenditúrque tempus mortis teſtatoris, pro 3
æſtimando valore bonorum pro paragio, Reg. de Pont. *conſil.* 79. *num.* 17. Caput. *vbi ſuprà, n.* 11. *fol.* 223. Anell. Amat. *d. conſil.* 11. *n.* 6. & numerus filiorum, Caput. *d.* §. 6. *n.* 12. *fol.* 223.

Eſt etenim paragium, portio medietatis, vel trientis illorum bonorum ac ſucceſſionis, quæ habitura fuiſſet ſoror Catharina filia, ſi per legem excluſa non eſſet, Minad. *in conſtitut. in aliquibus, num.* 25. *notab.* 7. & Caput. *d. num.* 11. *circa fin.*

Ex quo paragij liquidatio fit ad inſtar legitimæ, vt in proprietate debeatur, Anellus Amat. *d. conſ.* 11. *n.* 5. & 27. & *conſ.* 12. *n.* 1.

Et ſicut legitima in corporibus, & non in fru- 4
ctibus debetur, *l. ſcimus,* §. *repletionem, C. de inoffic. teſtam.* Molfeſ. *in conſuetud. Neap. part.* 3. *q.* 6. *n.* 2. & 24. & *conſ.* 9. *num.* 16. Barbat. *de diuiſion. fruct. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 15. ita paragium, cùm ſit onus, patrimonium reſpiciens, in proprietate debetur, Amat. *tom.* 1. *reſol.* 2. *num.* 7. vbi optimè fundauit, & recenſet Thor. *nouiſſimè in ſupplemento deciſio. verb. Paragium debitum, il primo, verſ. Ita paragium.*

Eſtque paragium loco portionis iure naturæ 5
debitæ, Anell. Amat. *d. conſil.* 11. *num.* 2. qua de re, iura, quæ de legitima loquuntur, in paragio etiam verificantur ex natura ſubrogati, Andr. de Iſern. *in d. conſtit. in aliquibus, colum.* 8. *in antiquis, verſ. Sed hoc paragium,* & *col.* 12. *in fine, verſ. Eadem ratione, & in aliquibus, col.* 8. *in antiquis, verſ. Sed hoc paragium,* & *col.* 12. *in fine, verſ. Eadem ratione, & in repetit. conſtit. Comitibus, in princip.* Afflict. *in d. conſtit. in aliquibus, num.* 43. & 44. Anna *alleg.* 7. *num.* 13. ibique ait: *Paragium eiuſdem iuris cum legitima eſſe*; ſic etiam tenet Fab. de Anna *conſil.* 6. *num.* 20. Vinc. de Franch. *dec.* 61. *num.* 5. Petr. Greg. *de dote, & paragio, q.* 2. & *q.* 28. *num.* 7. *in fine*, Anell. Amat. *d. conſil.* 11. *num.* 3. &

*conſil.*12. *num.*1. vbi multos DD. Regnicolas adducit: his addo Cam. de Medic. *conſil.*11. *n.*7. & *conſil.*75. *num.*10. Reg. Capyc. Galeot. *tom.*2. *controu.*15. *num.*30. Conſ. Theod. *allegat.*81. *num.*3. Muta *deciſ.*90. *num.*40. nouiſſimè Thor. qui alios recenſet *in ſuppl. comp. deciſ. d. verſ. Paragium debitum, il primo.*

6 Imò fortiùs dixit Afflict. quod paragium ſit legitima *in deciſ.*162. *num.*2. Camill. Salern. *ad conſuet. ſi moriatur, poſt n.*50. quamobrem fructus paragij eodem iure, quo fructus legitimæ debentur, Anna *d. alleg.*70. *n.*11. Petr. Greg. *d. tract. de dote, & paragio, quæſt.*26. ibíque addentes, Anell. Amat. *d. conſil.*11. *n.*8. Reg. Capyc. Galeot. *tom.*2. *d. controu.*15. *n.*47.

7 At fructus legitimæ à die teſtatoris obitus debentur *l. Papinianus, §. vnde ſi parens, C. de inoffic. teſtam.* & ſic communi conſenſu tenent Gloſſ. & Bald. *in l. in fideicomm. in princ. ff. ad Trebel.* idem Bald. *conſil.*221. *lib.*4. vbi ait, quod nunquam ſine fructibus, legitima ſtare poteſt, Alexand. Cornel. Tiraq. Menoch. Boſſ. Capr. Natta, Marzar. Ruin. Gab. Cæph. Petra, Peregrin. Surd. & Cuch. quos omnes cumulat Merl. *de legit. lib.*2. *tit.*1. *q.*1. *num.*3.

8 Ratio in promptu affertur, quia legitima eſt ius vniuerſale, cum vocetur quota, & portio, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoffic. teſtam.* qua de re, fructus eam augent, Bart. *in l. ex facto, la grande, col.*2. *ff. de hæred. inſtit.* Soccin. ſen. *conſil.*57. *n.*40. *lib.*4. Natta *conſ.*156. *n.*8. Peregr. *de fideic. art.*36. *n.*89. Merlin. *vbi ſuprà, n.*4.

9 Qui fructus & ſi hæredes quondam Angeli ad eos præſtandos, interpellati non fuerint, conſumptíque eſſent, debentur, & ſucceſſiuè ad intereſſe hæredes tenentur, Merlin. *vbi ſuprà, n.*11. *cum ſeqq.*

Eò fortiùs, quia ipſa ſoror Catharina, tempore patris obitus, erat minor, vt deponunt omnes teſtes partis aduerſæ, à *fol.*316. *vſque ad* 321. deponunt enim ſuper 3. *art.* de anno 1642. ipſam eſſe annorum quinquaginta, qui Angelus pater deceſſit de anno 1600. *fol.*334. itaque neceſſariò erat annorum octo dicto tempore obitus, ſic Soccin. ſen. *conſil.*57. *num.*43. *lib.*4. & Alexand. *conſil.*134. *num.*38. *lib.*6. Beret. *conſil.*114. *n.*16. Natt. *conſil.*156. *num.*12. Merlin. *dict. lib.*2. *tit.*1. *q.*1. *num.*27.

10 Quia mora irregularis fauore minoris ætatis conſtituitur abſque interpellatione in eorum beneficium, ex Text. nota *in l. cum minorum*, vbi Bart. Bald. Salyc. & DD. *C. quib. in cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. in l. Titia Seio, §. vſuras, de leg.*2. *l.*3. *§.*1. *ff. de adimen. legat. l. eum, §. appareat. ff. de fideicomm. liber.* DD. multi, quos cumulat, & ſectatur Merlin. *vbi ſuprà, dict. l.*2. *tit.*1. *q.*1. *num.*28.

11 Nulla habita ratione de prætenſis alimentis præſtitis ipſi Catharinæ per Octauiam Vaccham dum vixit, & poſt eius obitum per Horatium, prætendendo pars aduerſa compenſari cum intereſſe ad Ann. *in alleg.*70. *n.*27.

Nam dum ipſa Catharina ſucceſſit in portionibus fraternis, & in paragiis ſororum detentis per Horatium, ipſi actrici ab inteſtato obuentis, alimenta percepit ex bonis propriis, & non hæreditatis quondam Angeli Angiulli, vt inferiùs demonſtrabitur, & conſequenter non poteſt prætendi compenſatio aliqua.

12 Quod paragium etiam, quod ſoror Catharina nupta haud fuerit, debetur: nam non obſtante, quod filia non maritetur, debetur, Regens Lanar. *conſil.*70. *num.*7. ſempérque eſt vniforme, quod Moniali debetur, éſtque loco legitimæ, etiam non profeſſæ Moniali, Capyc. *in conſuet. ſi moriatur, ſub num.*67. *in apoſtil. incip. an autem hæc conſuet.* Præſ. de Franch. *deciſ.*44. & debetur Moniali, ſicut nubenti, Muta *in cap. Regni Sicilia 6. n.*6. & 9. *Regis Iacobi, num.*1. tranſmittitúrque ad hæredes, de Franch. *deciſ.*618. etiam extraneos, Camil. Salern. *in d. conſuet. ſi moriatur, poſt n.*50. Napodan. *litt. F, fol.*95.

Debetúrque à fratre tam ſuper bonis paternis, vt Doctores omnes ſupracitati, & Gizzarell. *deciſ.*37. *n.*25. quàm maternis Camill. de Medic. *dict. conſil.*11. *num.*12. Petr. de Gregor. *d. tract. de dote, & paragio, quæſt.*19. Maur. iun. *allegat.*103. *num.*2. & ſic deciſum per S. C. vt apud Thor. *in ſupplem. compend. deciſion. d. verſ. Paragium debitum.* 13

In portionibus fraternis, & paragiis ſororum, in quibus ſucceſſit ſoror Catharina, & declarata fuit hæres pro medietate; eſt verum, quod ſoror ſuccedit fratri æqualiter cum aliis fratribus, etiam quod fratris hæreditas, fuerit ſola patris hæreditas, Ann. *alleg.*70. *n.*32. & 33.

Nam poſtquam bona tranſeunt de perſona in perſonam, & ſic de patre in filium, non dicuntur amplius paterna, ſed fraterna, Anna *vbi ſuprà, num.*33. & ſubnectit; mutata enim perſona mutatur conditio rei, allegat *l. Paulus, aliàs per procuratorem, ff. de acquir. hæredit. l. fin. in fin. ff. de inoffic. teſtament.* & cùm primum vnitur hæreditas patris, & filij, non dicitur hæreditas patris, ſed filij, *l. ſed ſi plures, §.*1. *ff. de vulgar. & pupillar.* 14

Sunt enim dicti fratres, & ſorores ſui hæredes quondam Angeli Senioris, iuxta Apoſtol. filius ergo hæres, & ſunt Domini rerum paternarum, abſque vllo alio facto, mero iure, *l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. l. filius, qui patri, ff. de vulgar. & pupillar. l. ſi quis filium, ff. de inoffic. teſtam.* Anton. Gomez. *tom.*1. *reſolut. cap.*9. *num.*7. vbi alia iura adducit Micha. Graſſ. *tract. de ſucceſſ. art. tranſmiſſio, quæſ.*23. *n.*1. 15

Quamobrem ad quoſvis hæredes, etiam extraneos, hæreditatem paternam, iure ſuitatis, tranſmiſerunt, etiam ab eis non agnitam, Ant. Gomez *dict. cap.*9. *ſub num.*19. *verſ. Octauo infero*, quæ opinio adeò communis eſt, vt nemo auſus ſit contradicere, vt firmat Michaël. Graſſ. *d. art. tranſmiſſio, q.*23. *ſub n.*1. *in fin.* 16

Quæ tranſmiſſio ex potentia ſuitatis fit, ſi quis moritur ex teſtamento, vel ab inteſtato relicto filio ſuo, & in poteſtate: nam ſi talis filius decedat hæreditate patris non adita, illam ad hæredes tranſmittit, Gomez *d. c.*9, *n.*7. & *ſub n.*19. *illat.*8. vbi allegat Text. capitalem & expreſſum *in l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legitim. liber.* 17

Quod procedit, quamvis filius fuerit infans, & hoc reſpectu portionis Angeli iunioris poſthumi: nam vt ex *d. l. in ſuis, ff. de liber. & poſth.* cùm dominium tranſeat ipſo iure in filium, non efficit maior ætas, ſed ſola ſuitas, ſeu filiatio, hanc communem dicit Iaſ. *in l. ſi infanti, C. de iur. deliberand.* quam * communem opinionem veriorem * eſſe teſtatur Alex. 18

Et quamvis filius poſthumus natus, poſt mortem patris non eſt, nec vnquam fuit in poteſtate patris, quia dum fuit in vtero, non erat homo, ens, nec ſubiectum de per ſe, vt in eo potuiſſet eſſe patria poteſtas, *l. fin. ff. de collat. bonor.* & *in l. fin. ff. de aſſign. libert.* 19

Tamen in ipſo inſtanti, quo natus fuit, habuit ſuitatem, iuráque eius, *l. poſthumo, ff. de iniuſt. rupt.* 20

rupt. testam. l. si quis filio exhæredato, verbo planè, & per tot. leg. eod. tit. cum aliis iuribus adductis per Gomez *d. cap. 9. num. 14.*

21 Illaque potentia, quod filius fuisset in potestate paterna, siue viuo patre natus sit, operata fuit existentiam suitatis post mortem patris, vndè Gomez *d. num. 14.* ait, quod patria potestas in actu, vel saltem in potentia operatur, & inducit suitatem ex Text. *in §. ita demum instit. de hæred. quæ ab intest. deferun.* ibi. *Posthumi quoque qui si viuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui hæredes sunt.*

DISCEPT. CCCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius tenetur soluere onera intrinseca rei legatæ, seruitutes ibi existentes pati, collectas, & Canones soluere, &c.*
2 *Legatarius tenetur ad onera realia, & mixta super re legata.*
3 *Census præteriti possunt peti, tum ab hærede, tum à legatario possessore rei.*
4 *Pensio in beneficio solui debet ab hærede primi titularis, vel à secundo titulari, ad arbitrium Pensionarij.*
5 *Pensionarius non agit contra secundum titularem quando hic fecisset diligentias contra primum titularem, & quid si fuerint inutiles.*
6 *Pensio imposita antiquo iure per Episcopum non erat soluenda à secundo titulari.*
7 *Episcopus antiquitus poterat imponere pensiones in beneficiis, non hodie.*
8 *Legatarius tenetur pati seruitutes actiuas, & passiuas rei legatæ.*
9 *Legatarius ad pias causas non tenetur de æquitate soluere censum super re legata existentem.*
10 *Legatum rei alienæ Iure Canonico, & æquitate ciuili, & Canonica valet, & quando.*
11 *Legatum ad pias causas, vel factum consanguineis, aut valdè amicis æquipollent.*
12 *Legatum relictum Ecclesiæ cum aliquo onere rei, illud onus soluitur ab hærede, non à legatario.*
13 *Legatarius est magis dilectus in re legata, quàm hæres.*
14 *Legatarius fundi non tenetur ad censum soluendum super illo fundo.*
15 *Legatarius non redimit rem legatam ab onere, sed hæres.*
16 *Census submissio est onus hæreditarium.*
17 *Regula illa res transit cum onere qualiter procedat.*
18 *Res transit cum onere inter dominum oneris, & possessorem, non inter alios.*
19 *Testator in dubio quid censeatur voluisse legare.*
20 *Textus* in l. si res obligata 60. *qualiter intelligatur.*
21 *Hypotheca facit rem auocabilem in totum, vel in partem.*
22 *Legatum fundi vnà cum omnibus iuribus suis, &c. transfert onus soluendi censum ad legatarium.*
23 *Legatarium non teneri ad censum rei legatæ regulariter procedit.*
24 *Ampliatur si fiat legatum personæ coniunctæ, vel valdè amico.*
25 *Testator magis legatarium diligere præsumitur, quàm hæredem in re legata.*
26 *Legatum qualiter recipiat interpretationem.*
27 *Legatarius piæ causæ non tenetur ad censum super re legata impositum.*
28 *Legatarius non tenetur ad onera quando esset damnosum legatum.*
29 *Factum disputatur de quo in hac quæstione.*
30 *Onera rei legatæ à quo solui debeant.*
31 *Textus* d. l. si res obligata 60. ff. de leg. 1. *adducitur.*
32 *Textus* in l. quæro, ff. de vsufructu legato *explicatur.*
33 *Textus* in l. Imperatores, ff. de Publicanis, *adducitur.*
34 *Cancer.* part. 3. var. cap. 20. *adducitur punctualis.*
35 *Textus* in l. si domus ff. de leg. 1. *adducitur.*
36 *Regentis Reuerterij* decisio 360. punctualis *adducitur.*

ARGVMENTVM.

Textus in l. si res obligata 60. ff. de leg. 1. *explicatur, legatarium pati debere seruitutem rei legatæ, ad onera census emphyteutici soluendos teneri latè probatur. Collectas etiam, & alia onera soluit. Censum autem à testatore impositum soluit hæres, quando sciebat testator tale onus; quæ scientia vndè colligatur, adducitur. Legatarius si sit persona coniuncta, vel Ecclesia, aut causa pia, soluit censum impositum super re legata, & multo magis si legatum fieret elusorium, & si multo pluris legatum valet, quàm onus tunc solutio pertinet ad legatarium, non ad hæredem. Regula, quòd res transit cum onere qualiter procedat, & de quibus oneribus intelligi debeat.*

IVRIS RESPONSVM,

PRO

ECCLESIA HÆREDE,

CONTRA

Ecclesiam legatariam, cui incumbat onus luendi legatum, & quando.

An legatarius teneatur ſoluere cenſum exiſtentem ſuper re legata, an verò hæres ad id teneatur.

DIFFICILEM aggredior quæſtionem à Rota ſic extimatam, teſte Cencio *de cenſibus dec.* 522. in principio, etenim aliqui pro hærede ſentiunt, alij pro legatario, mihi tamen vnica reſponſione, ac deciſione articulum decidendum eſſe non placet, ſed diuerſis caſibus diſtinctis, poſſe iure arbitror, ad quæſtioni reſpondendum, quare ſit

1 Prima concluſio: quando teſtator legat rem alicui cum onere intrinſeco ſeruitutis cenſus emphyteutici, & aliis intrinſecis oneribus, tunc ad legatarium tranſit onus ſoluendi, & ſeruitutes patiendi, nec hæres tenetur illam rem legatam à ſeruitutis onere liberare, vel cenſum emphyteuticum ſoluere, quæ concluſio colligitur *ex l. ſi is cui, §. finali, ff. quemadm. ſeruitus amittatur, & in l. apud Iulianum*, alias incipit *Africanus* 40. *vel* 41. *§. hæres*, vbi Gloſſa *in verbo præteritum, & in verbo ſolarium, ff. de leg.* 1. & ſic dicit Practica Papienſis *in forma libelli pro legato rei ſingu-*
2 *laris in principio, num.* 17. Cuius ratio eſt, quia onera realia, vel mixta ſemper tranſeunt cum re legata, *l. fin.* vbi Baldus, & alij, *C. ſine cenſu, vel reliquis*, Rolandus *conſ.* 32. *num.* 3. & 4. Caſtillus *de vſufr. cap.* 56. *num.* 15. Riminaldus Iunior *conſ.* 298. *num.* 7. Burſatus *conſ.* 5. *n.* 12. *lib.* 1.
3 pro cenſibus verò debitis ante mortem teſtatoris, tenentur hæredes, non legatarius, vt diſtinguit Gloſſa *in d. l. in verbo præteritum, in d. l. apud Iulianum, §. hæres, ff. de leg.* 1. Gratianus *c.* 611. *à num.* 1. Verùm Domino Cenſus nullum inductum videtur præiudicium, quia poſſet cenſus præteritos ad ſui libitum exigere, vel à legatario poſſeſſore rei cenſui ſubiectæ, vel aduerſus hæredes principalis debitoris, ratione hypothecæ, vt latè Theſaurus *dec.* 164. Trentacinquius *l.* 1. *var. de iure Fiſci reſolut.* 4. *num.* 1. vbi loquitur de collectis, & oneribus, Gratianus *l.* 3. *cap.* 955. *à num.* 8.

4 Quod ipſum dicimus de penſione in beneficio, quæ cum ſit onus reale inhærens beneficio ad quemcumque illud tranſit, Penſionis onus tranſit etiam, *cap. ſi quis laicus* 16. *quæſt.* 1. Gigans *de penſionibus quæſt.* 40. & ſic ſucceſſor in beneficio, tenetur tum pro futuris, tum etiam pro terminis iam decurſis, *l. quæro, ff. de vſufructu*, Gambarus *de poteſtate legati, l.* 6. *à n.* 427. ſed quoad præterita procedit quando nulla poteſt imputari negligentia penſionario, cur non exegerit cenſus decurſos, Rota *deciſ.* 552. *part.* 2. *recentiorum*, Verallus *deciſ.* 266. *part.* 1. & ſic
5 poſita omnimoda negligentia penſionarij, ſi titularis eſt factus non ſoluendo, non tenetur ad præteritas penſiones, Rota *deciſ.* 130. *part.* 3. *recent.* ſicuti liberatur ſucceſſor à ſolutione penſionis, ſi beneficium, ſuper quo erat impoſita, euictum fuerit, Marcheſanus *de commiſſionibus, tom.* 1. *fol.* 614. *deciſ.* 15. Verum ſi probet penſionarius diligentias fuiſſe inutiles, ſi factæ fuiſſent, tunc etiam tenetur præteritas ſoluere ſucceſſor, Bart. *conſ.* 102. Cappella Tholoſana *deciſ.* 256. Burattus *deciſ.* 106. *num.* 19. & 676. *num.* 11. *part.* 2. *recenſiorum*, de quibus diligentiis Tondutus *cap.* 70. qui dicit Rotam inclinare, vt prius vadat penſionarius contra hæredes primi titularis, & deinde contra beneficij poſſeſſorem.

Verùm id limita in penſione impoſita in be- 6
neficio, authoritate ſolius Epiſcopi, quia illa non tranſit ad ſucceſſorem in Beneficio, vt poſt alios, ſcilicet Nauarrum, & Felynum, dicit Sanchez *lib.* 2. *Conſiliorum moralium, cap.* 3. *dub.* 42. *num.* 4. quia quando agitur de penſione durante vitæ tempore Penſionarij, ita vt obliget ſucceſſores, requiritur authoritas ſedis Apoſtolicæ Gigans *de penſionibus, quæſt.* 87. *num.* 50. Rota *deciſ.* 437. *part.* 1. *recent.* Barboſa *de exigenda penſione, num.* 3. & ſic intelligitur Gigans *quæſt.* 42. dum ait onus penſionis tranſire ad ſucceſſorem in beneficio.

Quod ſi dicas Epiſcopum non poſſe impone- 7
re penſiones in beneficiis, *vt in tit. decretalium*, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. Reſpondeo argumentum procedere de iure antiquo, quando Epiſcopi poterant imponere penſionem ſuper beneficiis, at nunc, quia non poſſunt, vt communiter DD. apud Tondutum *cap.* 1. *per totum*, licèt ipſe aliter diſtinguat, ideò non procedit concluſio ſupradicta de penſione Epiſcopi.

Ampliatur concluſio in ſeruitute reali actiua, 8
vel paſſiua rei legatæ impoſita, quia pertinet ad legatarium, *l. ſi is cui, §. finali, ff. quemadm. ſeruitus amittatur, l. Mœuius, §. penult. ff. de legat.* 2. Gomeſius *lib.* 2. *var. cap.* 12. *de legatis, n.* 39. quia in legato tantum illud intelligitur relictum, quantum in eo habebat teſtator, *l. ſerui electione, §. finali, ff. de leg.* 1. *& in l. vxor Patroni, C. de legatis*, Surdus *deciſ.* 11. *num.* 10. ſic vſusfructuarius etiam tenetur ad collectas, tributa, cenſus, penſiones, &c. quia cum poſſideat, & fructus percipiat, ad onera intrinſeca tenetur, Garzia *de expenſis, cap.* 11. *num.* 45. Caſtillus *de vſufructu, cap.* 57. *à num.* 14. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 8. Caluinus *de æquitate, lib.* 2. *c.* 145. *num.* 8.

Secunda concluſio, de æquitate fauore piæ 9
cauſæ non tenetur legatarius ad pias cauſas ſoluere onera, & cenſum, rei legatæ annexa, vbi hoc expreſsè non diſpoſuerit teſtator, ſed ſimpliciter legauerit fundum Eccleſiæ, aut piæ cauſæ, ſuper qua cenſus, & onera erant conſtituta, quia hoc caſu de æquitate tenetur hæres, rem liberam legatario tradere, eamque ab onere liberare, cui erat ſubiecta: nam hoc caſu præſumitur teſtatorem, rem liberam legare voluiſſe, quando ſimpliciter legauit Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, ſiue perſonæ coniunctæ, vt probat Textus vbi Gloſſa, vt Bart. *in l. ſi res obligata, ff. de legat.* 1. vbi communiter DD. Pariſius *conſ.* 57. *num.* 25. *lib.* 3. Bellonus *conſ.* 9. *num.* 8. Menochius *conſ.* 89. *num.* 24. *cum ſequentibus*, & de æquitate eſſe magis communem hanc concluſionem dicit Gratianus *cap.* 611. *num.* 7. *cum ſeqq. & num.* 10. *cum ſeqq. & cap.* 955. *num.* 25. & 37. *ac num.* 48. *cum ſeq. & cap.* 986. *num.* 13. *cum ſeq.* qui Gratianus *d. cap.* 611. *num.* 7. *verbo facit*, & confutat eam 10
diſtinctionem, quã nonnulli fecerunt, quod legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ, ſiue piæ cauſæ de æquitate canonica non valet, quàm de rigore Iuris, valeat tale legatum, tam ad fauorem coniunctæ perſonæ, quàm piæ cauſæ, & ſic pro anima, cum nulla videatur eſſe maior coniunctio, quàm cum anima, quæ cæteris rebus eſt præferenda, *l. ſancimus, C. de ſacroſanctis Eccleſiis, cap. præcipimus* 12. *quæſt.* 1. *& cap. Matthæus de ſimonia*, & ita concludunt omnes DD. *in l. cum alienum, C. de legatis, & in d l. ſi res obligata, ff. de legat.* 1. & notat Coſta *de facti ſcientia centur.* 1. *diſt.* 66.

dist. 66. quia omnia dispositа in materia legati fauore coniunctorum, locum etiam habent, fauore piæ causæ, & Ecclesiæ, & pro anima: cum Deus sit Pater noster, & Ecclesia Mater nostra, *cap. qui abstulerit 12. quæst. 2. cap. si quis irascitur 13. quæst. 2.* Tiraquellus *de pia causa in principio*, Rubeus *de testamentis ad pias causas ....* Romanus *cons. 235. num. 50.* Menochius *lib. 4. præs. 116. num. 3.* Card. Mantica *lib. 9. de coniecturis, tit. 9. num. 4.* & hoc etiam ampliant in legatis
11 factis valdè amicis, non solum coniunctæ personæ, Menoch. *de arbitrariis casu 146. num. 1.* Costa *centuria 1. dist. 66. num. 2.* Gratianus *cap. 955. num. 34. & num. 51.* & legatum factum piæ causæ debet latè interpretari quicquid regulariter legata pia strictè esse interpretanda dicatur, *in l. Titia, §. Seia*, vbi Bart. *ff. de auro, & argento legato*, Surdus *de alimentis, tit. 2. quæst. 10. num. 17. & tit. 8. priuilegio 15. num. 6.* & latiùs *dec. 298. num. 10.* & in legatis ad pias causas semper veniat quod est maius, non quod est minus, Abbas, & alij *in cap. Mendicantes de testam.* Gozadinus *cons. 60. col. 2.* & Cagnolus *in l. semper in obscuris, num. 10. de regul. iuris.*

12 Declaratur conclusio, vt à fortiori procedat si testator legat rem Ecclesiæ cum aliquo onere, putà celebrandi Missam, &c. quia tunc censetur eam rem legasse sine alio onere, voluisse legare piæ Causæ, vel coniunctæ personæ, Couar. *in cap. filius noster, num. 2. de testamentis*, Menochius *lib. 4. præs. 116. num. 27.* quia legatario commodum aliquod remanere debet pro legato, deducto onere eidem imposito, vt ait glossa magna *in d. l. si res obligata, vers. secundus est casus, ff. de leg. 1.* Gratianus *cap. 350. num. 19. &*
13 *cap. 955. num. 23.* propterea dici solet, quòd legatarius præsumitur magis dilectus in ipsa re legata, quàm hæres, ergo ei magis fauendum est, quam hæredi, *l. Publius Mænius 36. ff. de condit. & demonstrat.* etiam si hæres esset coniunctus testatori, Surdus *cons. 72. num. 16. lib. 1.* Gratianus *cap. 611. num. 37.* quando res potens est legari, secus si legari non posset, vt feudum, &c. Afflict. *in cap. 1. de prohib. feud. alienat.* per Federicum, licèt deberi extimationem feudi legati dicunt Mantica *lib. 9. de coniecturis, tit. 11. n. 8.* Menochius *lib. 4. præsumpt. 119. num. 6.* Rosental *de feudis, cap. 7. conclus. 2. per totam*, quod sequitur Gratianus *cap. 611. in fine*, & fauore legati pij videas apud Surdum *de alimentis, tit. 8. priuil. 18.* & apud Anneum Robertum *lib. 1. rerum iudicatarum, cap. 1.* Tiraquellum, & Thorum *de pia causa, per totum*, sic præstari debent etiam ante aditam hæreditatem, Bartolus *in l. 1. C. de sacrof. Eccles.* Gratianus *cap. 62. num. 23. & 26.* Caluinus *de æquitate, lib. 2. cap. 145. num. 30.*

Verùm limitatur conditio quando alia pia causa esset hæres instituta, quia tunc conquassantur priuilegia, *Auth. quas actiones, C. de sacrof. Eccles.* & ius commune seruari deberet Doctores communiter *in d. Auth. de qua Authentica*, & Brocardico, latè Trentacinquius.

14 Tertia conclusio legatarius, qui rem legatam inuenit censui consignatiuo subiectam, scilicet super qua fuerat facta venditio annuorum introituum à Domino, non tenetur censum soluere, sed solutio pertinet ad hæredem, sic habetur *in l. si res obligata 60. ff. de legat. 1.* vbi habetur, quod quando testator scit (quæ scientia semper præsumitur, quando ipse testator censum imposuit) rem esse hypothecatam alteri, tunc ipse hæres illam luere tenetur, & censum soluere: ex quo Textu sic tenet Menochius *cons. 997. n. 10. & seq. & cons. 1009. per totum*, Rodriquez *de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 1. num. 6.* qui dicit Senatum Parisiensem ita iudicasse, Costa *de portione ratæ, quæst. 72. num. 8.* Ceuallos *quæst. 747. n. 23.* Fælicianus *de censibus, tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 6. & l. 3. cap. vlt. n. 4.* Gratianus *cap. 955. num. 23.* Cencius *de censibus, quæst. 79. num. 16.* vbi dicit hanc opinionem esse de iure veriorem, & illam à contrariis defendit, & ibi adducit allegationem cuiusdam Pauli Ranucci Aduocati Romani, hoc idem tenet Cancerius *part. 3. var. cap. 20. num. 1. & 2.* dicens ita disputatum inter duos famosos DD. Merlinus *de pignoribus, lib. 4. quæst. 157.* & in hanc partem inclinasse Rotam apud Cencium *decis. 17.* & firmat eadem Rota in Romana pecuniaria, seu census 26. Februarij 1635. coram Ghislerio per totam, sed eadem Rota dixit hanc causam esse per coniecturas decidendam, vt *in decis. 475.* apud Cencium, & *decis. 522.* licet absolutè dicat Regens de Marinis *lib. 1. cap. 12. num. 2.* licet contrarium dicant alij apud Gratianum *cap. 611. num. 1.* & ante eum Practica Papiensis in forma libelli pro legato singulari *in principio, num. 17.* & quoad vsumfructuarium, cui fuit legatus vsusfructus fundi, grauati onere census dixit Castillus *de vsufruct. cap. 57. num. 14.* & alij relati à Cencio *quæst. 79. in principio*, & Caluinus *de æquitate, cap. 145.* cum quibus nouissimè sentit Antonius Conciolus *part. 2. alleg. 69. per totam*, sed non cum limitatione, de qua *infra*, vnde pro Regula sit conclusio proposita.

Probatur primo, quia ad hæredem pertinet 15
redimere rem legatam ab onere obligationis, & casus quando testator sciebat rem obligatam, *§. sed & si rem*, vbi Oynotomus, & alij, *instit. de legatis, d. l. si res obligata 60. ff. de legat. 1. l. licet is, ff. de dote prælegata, l. prædia 6. C. de fideicomm. l. qui post 3. C. de legatis*, Gomsius *tom. 2. cap. 12. num. 39.* Crassus *in § legatum, quæst. 15.* Mangilius *de emct. quæst. 64. num. 10.* Cyriacus *cap. 145. num. 35.* DD. communiter *vbi supra*, scientia verò patet, quando ipsemet censum imposuit super re legata, & sic sufficit agi de facto proprio, vt cesset omnis ignorantiæ præsumptio, *l. cum alienam 10. C. de legatis*, vbi Iason *num. 7.* Menochius *d. cons. 997. num. 12. & 1009. num. 8.* Rota Romana *in d. pecuniaria census in §. de scientia autem, & decis. 297. n. 18. part. 8. recent.*

Probatur secundo, quia census submissio est 16
onus hæreditarium, Boërius *decis. 66.* Costa *de portione ratæ, quæst. 72. & cons. 9. num. 1.* Cencius *quæst. 79. num. 7.* qui ait, quod licet in contractu census adsit obligatio tam personalis, quàm realis, tamen magis attenditur obligatio personalis, quæ non sequitur rem, sed datur contra hæredem, & sic dicebat Ranuccius relatus à Cencio *vbi supra, quæst. 79. num. 43. & 44.* & ante eum Viuius *dec. 333. lib. 2.* ergo nil mirum si per hæredem illud sit subeundum, *l. fin. §. cum igitur*, vbi DD. *C. de iure delib. l. si cum dotem 23. §. transgrediamur, ff. solut. matrim.* Gratianus *cap. 204. num. 36. part. 2. & cap. 733. num. 15. part. 4. & cap. 981. num. 22. part. 5.* Cyriacus *controu. 5. num. 95. & controu. 347. num. 14.* & Felicianus *tom. 2. de censibus, lib. 1. cap 1. num. 6.* Cencius *d. quæst. 79. num. 8.* Rota *in d. Romana pecuniaria, seu census, §. vnde sequitur.*

Dices primò, res transit cum onere suo, & cum 17

ſeruitute reali actiua, & paſſiua ſibi impoſita, *l. fin.* vbi Iaſon *num.6. ff. de noui operis nuntiat. l. ſi conuenit* 18. *§. ſi fundus, ff. de pignor. act. cap. ex litteris, de pignoribus*, & ex his fundatur Pedrocca *conſil.*20. ad contrarium tenendum, & Gratianus *cap.*611. *num.*2. ergo pertinet ſolutio ad legatarium, non ad hæredem.

Reſpondeo, quòd dicta Regula locum habet in onere, quod reſpicit Dominium, & ſubſtantiam rei, intrinſecè, & illi inhæret, & eſt perpetuum, vt ſunt Tributa, Collectæ, Canones, & ſimilia, & quòd non fundatur in aliquo debito perſonali, vt eſt pignus, hypotheca, & cenſus, & ideò hæres ſatisfacit tradendo talem rem cum dicto onere, & ſeruitute, & vitio rei, & non tenetur dictam rem liberare, ſecus tamen eſt in cenſu, & obligatione conſiſtente in debito pecuniario, cum talis hypotheca ſit quoddam ius, & qualitas ipſius rei extrinſeca conſiſtens in pecunia, quam hæres poteſt remouere ſoluendo debitum principale, & ideò licèt debeatur propter rem, tamen cum debeatur à perſona, ad eum ſpectat onus liberandi, à dicta obligatione, & rem integram tradendi abſque dicto onere cenſus, qui perſonam obligatam repræſentat, vt *in* §.1. *Auth. de iure iurando à morienie præſtito*, Paulus de Caſtro *in dict. l. ſi res obligata* 60. *col.*2. *ff. de leg.*1. quam ſequitur Coſta *q.*62. *num.*3. Aretin. *in dicto* §. *ſed & ſi rem, num.*2. *inſtit. de legatis*, Felician. *dicto lib.*1. *tom.*2. *cap.*1. Gomezius *dicto cap.*12. *num.*39. Cencius *q.*79. *n.*14. Gratianus *cap.*955. *num.*24. & *num.*41. Paulus Ranuccius apud Cencium *dicta quæſt.*79. *num.*41. & 42. Rota *in dicta Romana pecuniaria*, §. *non obſtat quod cenſus.*

18 Dices ſecundò, obſtat deciſio Rotæ 537. *n.*12. vbi ait, quòd regula prædicta, vt res tranſeat cum ſuo onere in poſſeſſorem, non fundatur in perpetuitate oneris, ſed in iure ei cohærente, ſed ita cohærent onera intrinſeca, ſicuti pignus, hypotheca, & cenſus; ergo omnium ſolutio pertinet ad legatarium.

Reſpondeo, quòd diſtinctio, de qua in argumento non poteſt procedere, quia dependet ab ea quæſtionis ſolutio, an hæres teneatur luere, ſeu liberam tradere, & liberare rem legatam ab onere, quod teſtator ſciebat; tunc enim diſtinctio fit, quod aut onus eſt intrinſecum, & perpetuum, vel extrinſecum, quod hæres poſſit ſolutione tollere. In primo caſu non tenetur hæres, in ſecundo verò tenetur hæres liberare omnino rem legatam, vt bene Gomezius *cap.*12. *num.*29. Felicianus *lib.*2. *c.*1. *num.*6. Menoch. *conſ.*1009. *num.*8. Coſta *dicta quæſt.*72. *num.*3. *& ſequenti*, Ceuallos *q.*743. *num.*23. *& ſeq.* Gratianus *c.*955. *num.*26. Cencius *dicta quæſt.*79. *num.*13. Paulus Ranuccius apud Cencium *vbi ſuprà, numero* 41. *&* 42.

Reſpondeo ſecundò, quòd dicta regula, quæ dicit, quòd res tranſit cum onere ſuo, procedit, & locum habet, quando eſſet quæſtio inter Dominum Cenſus, & poſſeſſorem fundi cenſuati; quia tunc bene vigore dictæ regulæ Dominus Cenſus habet electionem agendi contra hæredem impoſitoris cenſus, vel contra legatarium poſſeſſorem fundi, ſecus eſt quando controuerſia eſt inter legatarium, & hæredem quiſnam ex eis teneatur ſoluere cenſum, & liberare rem legatam ab onere cenſus, quo caſu intrat diſpoſitio Textus *in d.l. ſi res obligata* 60. *ff. de legat.*1. vt data ſcientia oneris in teſtatore, hæres teneatur rem legatam liberare ab onere cenſus ſuperimpoſiti, vt bene declarat Felicianus *dict. cap.*1. *n.*6. Paulus Ranuccius apud Cencium *dict. quæſt.*79. *num.*23. Rota *in dicta Romana pecuniaria*, §. *non obſtat.*

Dices tertiò, in dubio cenſetur teſtatorem voluiſſe legare tantum ius, quod habet in re legata *l. ſerui electione* 5. §. *finali, l. ſi domus* 74. *in fine, l. ſi à ſubſtituto* 47. *ff. de leg.*1. cum aliis adductis à Rota Romana *vbi ſupra*, §. *nec minus aduerſatur*, & ſic hæres liberatur tradendo rem qualis eſt, *l. ſeruo legato*, §. *ſi fundus, ff. de legat.*1. Iaſon *in d.l. ſi res obligata* 60. *num.*4. *&* 5. *ff. eodem tit.* 19

Reſpondeo omiſſa reſponſione Gerij Spini *conſil.*19. *num.*37. quòd id procedit, quando teſtator habet ius in re, quod conſiſtit in vero, & proprio dominio, in toto, vel in parte, quia illud tantum videtur legaſſe, & de eo ſolum diſpoſuiſſe, itaut pars rei, quæ erat aliena non cenſeatur legata, diuerſum autem eſt, quando teſtator habet plenum, & perfectum dominium rei legatæ, quæ tamen reperitur alteri obligata, & hypothecata, & nulla pars rei ſibi deficit, nec reperitur aliena, ſed ſolum teſtator erat debitor in pecunia, & in quantitate, pro qua rem illam hypothecauit, quia tunc ſi ſcienter illam legauerit, tota res debetur, & tenetur hæres illam rem liberare ab obligationibus hypothecariis, & cenſibus ſuperimpoſitis, *d.l. ſi res obligata* 60. & ibi Iaſon. Paulus, & alij, *ff. de legat.*1. Bart. *in l. prædia* 6. *C. de fideicomm.* Baldus *in l. cum alienum* 10. *num.*2. *&* 10. *C. de legatis*, Gomezius *d. cap.*12. *num.*39. Gratianus *cap.*955. *num.*23. *& ſequenti*, Coſta *dict. q.*72. Merlinus *de pignor. lib.*4. *q.*157. *num.*3. Rota *in d. Romana pecuniaria* 1635. §. *nec minus aduerſatur.*

Dices quartò, cum Achille Pedrocca *conſ.*2. *num.*160. Textus *in d.l. ſi res obligata cum concordantibus*, intelligi ſolum, quando res legata in totum euinceretur legatario, ſecus ſi euincatur pro parte, & ſubdit Pedroccha, ita eſſe de mente Bartoli *in leg. ſi domus* 74. §. *de euictione, num.*4. *verſ. Et hoc eſt verum, ff. de legat.*1. & Iaſonis *in dict. l. ſerui electione* 5. §. *finali, num.*2. & *in d.l. ſi res obligata* 60. *num.*50. *ff. de legat.*1. at res legata in totum non auocatur à legatario per hypothecam. 20

Reſpondeo falli ibi Pedroccã, malè applicando rem obnoxiam cenſui legatam, non poſſe per hypothecariam in totum euinci, quia poſſet etiam pro parte debiti in totum à legatario euinci, & *l. quamvis* 6. vbi notant omnes, *Cod. de diſtract. pignoris*, quod notat Gaillus *lib.*2. *obſeruat. cap.*92. *n.*50. qui dicit hoc eſſe de natura actionis hypothecariæ, vt per eam auocentur omnia bona, etiamſi decuplo plus debito valeant, Cencius *quæſt.*79. *n.*2. vbi Paulus Ranuccius *n.*37. & *quæſt.*98. *num.*45. Scappuccinus de Saluiano *lib.*2. *q.*15. Capycius *dec.*110. *num.*20. Andriolus *controu.*170. *n.*3. Rota apud Cencium *dec.*451. *à n.*6. *&* 9.

Confirmatur reſponſio, quia Doctores *in dict. l. ſi res obligata*, conſtituit differentiam inter ius, ex quo res non poteſt auocari in totum, putà in ſeruitute, & inter ius hypothecæ, per quam res poteſt in totum auocari, & dicunt hæredes teſtatoris ſcientis rem eſſe obligatam teneri ad liberandam rem legatam alteri hypothecatam, quando per hypothecariam poteſt auocari in totum, vt in caſu noſtro, Paulus *in dict. leg. ſi res obligata, num.*2. *&* 8. Iaſon *in leg. ſi domus* 74. *ff. de legat.*1. vbi Alexander *num.*30. Cencius *dict. q.*79. *num.*50. 21

*num.*50. vbi expressè reprobat Pedroccam, & bene declarat etiam Paulus Ranuccius relatus à Cencio *dicta quæst.*79. *num.*36. & 37. & dixit Rota *in vna Romana pecuniaria, seu census, §. non obstat* : vbi subiungit rem legatam non posse auocari, ob seruitutem super eam impositam per rationem, de qua ibi per eum, quod verò hypotheca competat Domino Census contra bona censui onerata, omnes dicunt, & admittit idem Pedrocca *dicto consil.*2. *num.*8. & probat Cencius *quæst.*79. *num.*50. & *quæst.*98. *num.*3. & ante eum scripsit Bonus *de censibus, artic.*37. *num.*88. Federicus Martona *de censibus, cap. vltimo, num.*109. Auendanus *de censibus, cap.*96. *num.*6. Merlinus *de pignoribus, lib.*2. *quæst.*93. & *quæst.*94. *num.*28. Rota *decis.*211. *num.*5. *p.*3. *recent.*

22 Limitatur dicta tertia conclusio, vt procedat quando res obligata censui simpliciter legatario fuit legata, quia si esset legata cum omnibus suis iuribus, & pertinentiis; tunc res legata transit ad legatarium cum suis iuribus, tam actiuis, quàm passiuis; & ideò tunc onus liberandi rem legatam ab oneribus, & hypothecis super impositis, spectaret ad legatarium, non autem ad hæredem, ita scripserunt Bursatus *consil.*50. *num.*6. *lib.*1. Pedrocca *consil.*2. *num.*42. & 159. Felicianus *tom.*2. *de censibus, lib.*1. *cap.*1. *num.*6. Menochius *consil.*997. *num.*43. & 44. Cencius *q.*79. *num.*15. qui ait hoc procedere sine difficultate, Merlinus *lib.*4. *de pignoribus, quæstione* 157. *num.*4. Rota apud Cencium *decis.*517. *num.*11. quæ est repetita *decis.*143. *parte quinta, recent.* & *in dicta Romana pecuniaria, seu census, §. in hanc autem.*

23 Ex quibus infertur primo opinionem ad fauorem legatarij pro regula esse constituendam ex authoritate S. Rotæ Romanæ, de qua in dicta Romana pecuniaria, seu census, cuius authoritas facit communem, teste Corneo *consil.*16. *num.*50. *lib.*1. & post eum Paulus Rubeus *in discursu ad studiosos inserto, in septima parte, recent. num.*242. & *seq.* & Sperellus *decis.*121. *num.*26. licèt alias de hac opinione Rota dubitauerit *decis.*522. *in principio.*

24 Infertur secundò, talem conclusionem multo magis procedere, quando legatum esset factum coniunctæ personæ, quia tunc omnes admittunt teneri hæredem liberare rem legatam ab onere census, cum in dicto casu præsumendum sit, testatorem voluisse legatarium ei coniunctum, legatum absque vllo onere consequi debere, vt tradunt Gomezius *tom.*1. *variar. cap.*12. *num.*39. Crassus *in §. legatum, quæst.*15. Gratianus *cap.*611. *num.*7. & *cap.*955. *num.*45. & *seq.* qui extendit etiam ad valdè amicos, Ceuallos *quæst.*79. *num.*17. qui dicit hoc transire absque difficultate, Gloss. Bart. & alij *in dict. leg. si res obligata* 60. *ff. de legat.*1. Menochius *lib.*4. *de præsumpt. præsumpt.*116. *num.*15. Mangilius *de euiction. quæst.*63. *num.*20. Costa *de facti, & iuris scientia, centur.*1. *distinct.*66. Cardinalis Mantica *lib.*9. *de coniecturis, tit.*10. *num.*4. Caluinus *de æquitate, cap.*145. *num.*10. & *seq.* Cyriacus *cap.*412. *num.*38. quæ opinio iure optimo est communiter recepta, vt ait Antonius Conciolus *part.*2. *allegat.*69. *num.*18. & procedit etiamsi hæres sit æquè, vel magis coniunctus, post alios Conciolus *dict. allegat.*69. *n.*19.

25 Cum testator in re legata magis videatur diligere legatarium, quàm hæredem, *§. primo, vers. Et in summa, instit. de donationibus*, Cardinalis Mantica *lib.*7. *de coniecturis, tit.*1. *num.*39. Rubeus *de testam. in præludiis, num.*95. Gratianus *dicto cap.*611. *num.*36. & *cap.*955. *num.*36. *part.*5. vnde in re legata legatarius quodammodo hæres appellatur, *leg. id tempus* 14. *§. in re legata, in fine, ff. de vsucap.* Cardinalis Mantica *vbi suprà, num.*39. & Rota *decis.*262. *num.*2. *parte prima, recent.* & Cyriacus *controuers.*490. *num.*19. Caluinus *dicto cap.*145. *num.*20. licèt 26
alij dixerint legatum non admittere latam interpretationem etiamsi factum sit coniunctæ personæ, vt ait Homnedeus *consil.*63. *num.*48. & *seq. volum.*1. & *consil.*57. *num.*37. & *seq. volum.*2. maximè quando hæres institutus est magis, vel æquè coniunctus, Mangilius *de euict. quæst.*63. *num.*25. Menochius *lib.*4. *præsumpt.*106. *num.*18. Surdus *consil.*112. *num.*77. *vol.*1. qui tamen dubitatiuè loquitur *ibi n.*78.

Infertur tertiò, idem procedere quando fun- 27
dus oneri census obnoxius, esset legatus ad piam causam, putà pro Missis celebrandis, pro anima testatoris, pro maritandis puellis pauperibus, vel pro aliqua alia pia causa: quia tunc pariter coniectura sumenda est, quod voluerit testator liberum legare Ecclesiæ, itaut onus soluendi censum pertineat ad hæredem, qui tenebitur fundum liberare ab onere census, Gratianus *dicto cap.*611. *num.*7. & *seq.* & *cap.*955. *num.*34. & *seq.* Cencius *dict. quæst.*79. *num.*17. & 18. latè Caluinus *dicto cap.*145. *num.*9. & *seq.* & sentit Rota *in dicta Romana pecuniaria, seu census, §. in hanc autem*, cum etiam legatum ad pias causas sit latè interpretandum, Abbas *in cap. indicante, num.*6. *de testamentis*, Romanus *singul.*521. Surdus *decis.*298. *num.*10. & *de alimentis, tit.*2. *quæst.*10. *num.*17. & *tit.*8. *prinil.*25. *num.*6. Gratianus *dicto cap.*611. *num.*15. Cardinalis Mantica *lib.*6. *tit.*3. *num.*35. & *seq. de coniecturis*, qui testatur de communi opinione, & post omnes Baldassar Thomasius *in tractatu diuers. decade prima, de priuilegiis piæ causæ, tract.*10. *tit.*2. *num.*302. & *num.*200. Cyriacus *cap.*340. *num.*41. & 42. Caluinus *de æquitate, cap.*145. *num.*16. qui disposita in coniunctis personis fauore Ecclesiarum habere locum dicunt.

Quarta conclusio, quando legatarius si onus 28
soluere teneretur, scilicet censum super re legata impositum soluere, legatum nullam produceret vtilitatem, tunc sine vllo dubio pertinet onus soluendi ad hæredem, hæc conclusio colligitur ex *leg. qui concubinam* 29. *§. qui hortos*, & ibi Glossa, *ff. de legat.*3. vbi testator, qui hortos conduxerat ad quinquennium relinquendo vsumfructum hortorum alicui, videtur voluisse, quòd hæres soluat pensionem, & legatarius fructus illorum percipiat, quia aliàs legatum esset inutile, si solueret pensionem secundùm Glossam ibi, ita Bartolus *in leg. his verbis* 100. *§. idem testator, ff. de legat.*3. Iason *in dict. leg. si res obligata* 60. *num.*9. & *seq. ff. de legat.*1. Menochius *consil.*997. *num.*22. & *lib.*4. *præsumpt.*106. *num.*12. Gomezius *tom.*1. *cap.*12. *num.*39. vbi additio, Felicianus *tom.*2. *cap.*1. *num.*6. Surdus *consil.*493. *num.*6. *volum.*4. & *decis.*28. *num.*3. Crassus *in dicto §. legatum, q.*15. *num.*2. *in fine*, Gratianus *cap.*986. *num.*12. *part.*5. Cencius *quæst.*79. *num.*3. Cancer. *variar. part.*3. *cap.*20. *num.*2. & 3. Mangilius *de euiction. quæstione* 66. *num.*14. Merlinus *de pignor. lib.*4. *quæstione* 157. *num.*4. Caluinus *dicto cap.*145. *n.*15. & 18. Rubeus *ad decis.*636. *part.*4. *recent. tom.*3. *num.*62.

*num.*62.63.*&* 67. Rota apud Cencium *dec.*473. *&* 517. *num.*10. *&* *decis.*522. *num.*2.*&* *in dicta Romana pecuniaria*, §. *vrget*, quicquid contrarium dicant alij apud Crassum *in d.*§. *legatum*, *quæst.*15. quia ad hoc, vt actus valent receditur à regulis iuris, *d.l.concubinam* 29. §. *qui hortos*, vbi Glossa *ff.de legat.* 3. & quia in hac eadem causa contingit mihi responsum clarè pro veniali Monasterio S.Augustini maioris huius Ciuitatis cum venerabili Monasterio S. Mariæ de Monte Carmelo eiusdem Ciuitatis, ideo dabo responsum prædictum, breuiter collectum ex dictis in hac quæstione.

IVRIS, ET FACTI NOTA

PRO

Venerabili Monasterio S.Augustini Maioris huius Ciuitatis,

CVM

Venerabili Monasterio S. M. de Monte Carmelo Neap.

Commiss. Dominus meus Antonius Florillus.

29 IN anno 1656. Mense Iulij die octaua, Roccus Cirillus suum condidit testamentum nuncupatiuum, rogatum manu Notarij Caroli Salomonis, quod hodie cum aliis scripturis eiusdem Notarij conseruatur apud Notarium Io. Baptistam de Auersana; copia verò est in actis, fol .... in quo testamento, instituto hærede vniuersali, Venerab. Monasterio S. Augustini Maioris de Neap. legatum fecit Venerab. Monasterio S. Mariæ Montis Carmeli de Neapoli, annuorum duc.86. & tarenos duos, vna cum eorum capitali duc. 1410. ex summa annuor. duc. 172. & tarenos quatuor, quos dixit consequi debere singulis annis ab Ill. Marchione Altauillæ D Hieronymo Columna, pro capitali duc duorum millium octingentorum viginti, debitorum vigore instrumenti rogati manu Notarij Ioannis Antonij Izzi de Neap. in quo legato annuor. duc.86. & tar. duorum, vna cum eorum capitali. Idem Roccus testator instituit suum hæredem particularem idem Venerab. Monasterium S.Mariæ de Monte Carmelo, decurrendos dictos ann. duc.86. 2. ad beneficium d. Monasterij à die mortis eiusdem testatoris in futurum.

In quo legato Roccus Cirillus apposuit onus, vt d. Venerab. Monasterium S. M. Montis Carmeli, & eius Reuerendi Patres, teneantur, & obligentur celebrari facere Missas mille pro vna vice tantum, pro anima Iesuannæ de Martino eius matris, & amplius duas Missas cum cantu singulis in perpetuum pro animabus omnium suorum defunctorum.

In hoc eodem testamento idem Roccus reliquit Ioanni Angelo Pio eius socero, sua vita durante alios duc. 86. 2. & post eiusdem Ioannis Angeli, & Dianæ suæ filiæ dictos duc.86. 2. debitos ex summa duc. 172. 4. ab Ill. Marchione Altauillæ, & post eorum mortem, dixit, vt irent in beneficium Monasterij prædicti S.M.Montis Carmeli eiusdem hæredis particularis *fol.*13.

Hoc verò creditum duc.172.4. quod Roccus habebat, fuit hoc modo celebratum; nam in anno 1645. die 18. Iulij Iesuanna de Martino mulier quond. Dominici Cirilli, vendidit hospitium quoddam domorum, vnà cum territorio modiorum septem in circa Iacobo Columna Marchioni Altauillæ, situm, & positum in Casali S. Ioannis ad Teduccium, pro pretio duc. 2880. & Marchio pro tali capitali se obligauit soluere ann. ducatos 172. vt ex instrum. manu Notarij Io. Antonij Izzo de Neapoli.

Successit deindè, quod die 9. Ianuarij 1652. ipsa Iesuanna, cum eius secundo viro, scil. Alesio Calenna, vendiderunt ex dictis ann. duc. 172. ann. duc. 24. pro capitali duc. trecentorum Fabritio Capicio Minutulo, nomine, & parte hæreditatis, & Montis Io. Baptistæ Minutoli, seu eius monte hodie adminstratio per Gubernatores Ecclesiæ A. G. P. & asseruit Iesuanna, quod erant sui dotales, & quod venditionem faciebat, præuia dispensatione Proregis, & ait etiam super omnibus eius bonis tam dotalibus, quàm extradotalibus suis, præsentibus, & futuris, pro pretio duc. 329. 4. ad rationem duc.7. & vno quadrante pro centenario *fol.*3.

Venerabile Monasterium S.Augustini fuit hæres declaratus Rocci Cirilli, die 5. Octob. 1656. vigore testamenti, cum conditionibus in eo appositis, saluo iure cuiuslibet *fol.*14. & alias Roccus fuerat hæres declaratus Iesuannæ de Martino eius matris, *fol.*15. *&* 16. de mense Aprilis eiusdem anni, & fecit inuentarium solemne in ann. 1664. *fol.*119. & in eo describuntur bona omnia stabilia, scil. sex apothecæ cum suis membris in platea Sancti Augustini, & quædam domus posita in Turri octaua mobilia non fuerunt inuenta in Rocci hæreditate.

Pro parte eiusdem Monasterij S. Augustini, adducuntur diuersæ solutiones *factæ* propria pecunia de oneribus prædictarum domorum, & plures affrancationes censuum super eisdem domibus existentium, propria pecunia Monasterij, vt Hospitali A. G. P. duc. soluit 150. cum tertiis *fol.*105. *&* 123. Paulo Moruillo 200. *fol.*114. *& alia fol.*107. D. Ianuario de Andræa duc. 300. *fol.*111. alios soluit duc. 200. Ioanni Angelo Pio creditori Rocci Cirilli, *fol.*119. cuidam de Fichino duc. 1860. *fol.*116. *& alios* 300. Placido Curtio *fol.*112. & aliam partitam duc. 1860. in summa soluit Monasterium S. Augustini summam ferè duc. quinque millium in circa.

Quia verò pro parte Montis de Minutulis, pro consequutione annuorum duc.24. procurator A. G. P. fecit conuenire Iesuannam de Martino, & Alesium Calennam *fol.*5. *&* 7. postea in anno 1657. ex quo conueniebantur Procurator Vener. Monasterij Montis Carmeli, vti legatarius Rocci Cirilli filij Iesuannæ, & hæredis ad solutionem dictorum annuor. 24. debitorum Monti de Minutulis comparuit Procurator prædicti Monasterij S.M. de Monte Carmelo, dicens spectare hoc onus ad Monasterium S. Augustini *fol.*27. vnde denunciando iudicium Monasterio prædicto institit sequestrari bona omnia hæreditaria, & fit ordo pensionariis, vt faciant depositum die 9. Ianuarij 1658. *fol.* 28. solutiones verò factæ fuerunt de præterito pro medietate à Ioanne Angelo Pio legatario duc. 86. 2. & pro alia medietate à Procuratore Monasterij S.M. de Monte Carmelo, *fol.* 33. 34. *&* 89. & alia instantia contra Monasterium S. Augustini *fol.*59. *&* *fol.*71. *&* 96. *&* 76. *&* 98. videns procurator

tor Monasterij S.Augustini, quod erant eius effectus à Rocco Cirillo dependentes sequestrari, coram eodem D.Capiblanco Commissario instituit pro dissequestro, & obtinuit tolli pro excessu firmo remanente pro concurrenti quantitate in mense Octobris 1064. *fol.* 104.

Quia verò Monasterium S. Augustini intendit non teneri ad tale onus, dicens pro se habere doctrinas, & punctuales iudicaturas nostrorum Tribunalium, etiam Supremorum, adducit etiam omnia instrumenta, quibus euidenter apparet de affrancatione multorum creditorum super bonis prædicti qu. Rocci Cirilli R. quia putat habere notoriam instantiam, & esse merum casum legis, & iuris articulum institit tolli sequestrum, & declarari onus prædictum spectare ad legatarios Monasterium S. M. de Monte Carmelo pro medietate pro nunc, & in totum facto casu mortis alterius collegatarij, cui substitutus dicitur Monasterium prædictum.

Facti serie prænarrata videndum est, quid de iure, & puto esse decidendum ad fauorem Monasterij S.Augustini.

30 Primò, quia onera adiecta in certa summa legata, transeunt ad illum legatarium illius quantitatis, ex *l.Caio Seio* 13. *ff. de alimentis, & cibar. legat.* Caio Seio trecentos aureos legauit, & ex vluris eius summæ, libertis cibaria, & vestiaria præstaret, quæ statuerat, codicillis autem eandem summam venit dari Caio Seio, sed dari Publio Mæuio voluit, quæro, an libertis fideicommissum debent Mæuius. Respondi Mæuium, nisi aliud de quo non deliberaretur doceat sibi à testatore iniunctum, videri secundùm voluntatem testatoris recepisse ea onera, quæ adscripta erant ei summæ, quæ in eum codicillis transferebant: & sic fit ibi regula generalis, quod omne legatum transit cum onere suo: ergo Venerab. Monasterium S.M.Montis Carmeli tenetur soluere legati onus, quod est in re illa specialiter iniunctum.

31 Probatur secundo ex *l. si res obligata* 60. *ff. de leg.*1. vbi onus luendi rem legatam ab onere hypothecæ spectat ad hæredem, sed Text. limitatur (nisi aliquid potest esse superfluum soluto ære alieno) quæ limitatio, & eiusdem verba duplici modo possunt accipi; Primò si res sit hypothecata pro eo quod valet, ita vt si legatarius soluat debitum principale inutile redderetur legatum, & tunc non obstante ignorantia testatoris, onus luendi incumbit hæredi, sed si pro eo quod valet non fit hypotheca, sed pro minori summa, tunc data ignorantia testatoris onus luendi incumbit legatario, quia adhuc vtile est legatum, vt post alios nouissimè Barbosa *in l. si res obligata* 60. *num.*18. *ff. de leg.*1. *& num.*21. *cum seq.*

32 Probatur tertio, quia vsusfructuarius tenentur ad collectam fundi, *l. quæro, ff. de vsufr. legato, l. apud Iulianum, §. hæres, ff. deleg.*1. *l. si pendentes* 27. *l. hactenus, §. si quid elocatum, ff. de vsufruct.* hæc tamen regula limitatur, nisi tanta esset solutio collectarum, quod æquiualeret perceptioni fructuum, quia tunc proprietarius tenetur, *l. concubinam, §. qui hortus, ff. deleg.*3. & allegat Glossa Text. *in d. l. si res obligata, ff. deleg.*1. Bart. *in l. his verbis, §. Item testator, ff. deleg.*3. & sic obtinuisse dicunt Romanus *singulari* 157. *& conf.*230. hic ergo est casus noster, proprietarius est Venerab. Monasterium S.Augustini, vsufructuarius, & legatarius duc. scil.172. est Venerabile Monasterium S. M. Montis Carmeli, onus est duc.24. super d. summa, ideique fuit onus adiectum tempore legati missarum mille pro vna vice tantum, & duarum annuarum cum cantu, quarum solutio posset fieri cum carolenis viginti singulis annis, ergo non est impositum grande onus, ergo Monasterium S. M. Montis Carmeli est in causa mera lucratiua, & Monasterium S.Augustini est hæres, & de proprio expendit maximas pecuniarum quantitates, & facta comparatione inter vtrumque Monasterium hæredem, scil. & legatarium melioris conditionis est legatarius, qui percipiet duc.172. annuos solo onere duarum Missarum cum cantu, & Monasterium S.Augustini percipiet vtilitatem longè minorem ob affrancationes factas censuum.

Probatur quarto ex *l. idem Iulianus, §. hæres,* 33
vbi hæres cogitur legati prædij soluere vectigal præteritum, vbi Glossa *in verbo Præteritum*, ait imò legatarius possessor, *l. Imperatores, ff. de publicanis, & vectigalibus, l. fin. C. sine censu, vel reliquo,* vbi dicitur, quod possessores tenentur ad tributa, vectigalia, & alia onera soluenda, scil. præterita soluit hæres, futura verò possessor tenetur soluere, nisi esset tantum tributum, vt absorberet totum legatum, quia tunc soluitur ab hærede, vt benè Glossa *in d. l. cum seruus* 59. *§. hæres, ff. deleg.*1. Pensiones verò, vel seruitutes, quæ insunt rei legatæ semper ad legatarium pertinent, *d. l. si pendentes* 27. *§. si quid, ff. de vsufr. l.* idem Iulianus 41. *§. etsi hæres, vers. præteritum, ff. deleg.*1. ita enim hæc insunt, vt semper cum onere suo videantur legata, notat Pichardus *in §. sed si rem obligatam in fin. inst. de legatis*; Hinc Bart. *in l. quæro* 28. *ff. de vsufr. legato*, ait, quod onera, quæ debentur pro habendo ipso iure fructuum percipiendorum, & hoc onus non pertinet ad vsumfructuarium, quædam sunt onera, quæ habito illo iure sunt imposita, pro fructibus, vel pro prædio, vel personæ pro prædio, & ista onera pertinent ad fructuarium, vt in *d. l. quæro*, & hæc est verissima solutio, ita additio ad Bart. *vbi sup.* vbi allegat Abbatem *cons.*119. & ità Greg. Lopez *in l.*27. *tit.*9. *partita* 6. *glossa* 1. *in fin.* quærit num ad legatarium transeat res legata cum onere suo, propter quam testator ad aliquod personale onus tenetur, & se remittit ad notata per Bart. *in d. l. quæro, ff. de vsufr.* & concludit Aluarod. *de coniecturata mente defuncti, lib.*2. *cap.*20. *n.* 44. *&* 45. Rodriq. *de ann. reddit. lib.*2. *quæst.*1. *à n.*6. *cum seqq.* qui ait, quod hoc onus pertinet ad legatarium, Molina *disp.*201. Gomes. *cap.*12. *de legatis à num.*39. vbi additio.

Probatur quintò, ex doctiss. Cancer. *part.*3. 34
*var. cap.*10. *de leg. num.*1. qui ponit casum nostrum in indiuiduo, dicens Vincentius presbyter Villæfranchæ instituit sibi hæredem vniuersalem communitatem presbyterorum d.Villæ (ecce hæredem locum pium fecisse, vt in casu nostro) & legauit quandam domum suam valoris quadragintarum liberarum cuidam consanguineo, d. domus erat specialiter obligata d. communitati, pro quodam censuali antiquo creato ex pretio d. domus, proprietatis quadragintarum librarum, dubitatum fuit, an cum testator onus soluendi dictum censuale, non imposuerit dicto legatario, sed simpliciter domum legauerit, teneatur ipse ad eius solutionem, dicit Cancer. quod pro parte negatiua consuluit Primarius Lector Vniuersitatis Leridæ per Text. *in l. prædia, C. de fideicommissis, & in l. si res obligata, ff. deleg.*1. *& §. Sed etsi rem, Inst. de legat.* vbi habetur hæ-

redem teneri luere rem legatam, quæ alteri erat obligata, vbi testator sciebat obligatam, nam si ignorabat onus luendi pertinet ad legatarium.

Idem ait Cancer. se consuluisse, & addebat, quod si legatarius soluere debuisset onus illud, res legata fuisset inutilis legatario, quo casu indistinctè, siue testator ignorat, obligationem, siue non, hæres tenetur luere, & post alios sic dicit Crassus *in §. legatum, quæst. 15. in fin.* & licet (ait Cancer.) videretur contrarium dicendum, cum dictum censuale esset creatum de pretio rei, & pro ea domus fuisset specialiter obligata, quæ specialis obligatio videtur quædam seruitus rei imposita, ex quo fit, vt ad legatarium onus transeat, *l. si domus alicui, ff. de leg. 1.* & notat Portoles ad Molin. *in §. legatum, num. 42.* aliud sentiens si tantum adesset generalis obligatio, nam tunc hæres tenetur soluere illud debitum, & non legatarius, sequitur Aluarod. *de coniecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 46. & seq.* Id tamen est intelligendum, nisi debitum absorberet totum rei legatæ valorem, vt dictum est, & notat Ias. *in l. si seruus Titij 73. ff. deleg. 1.* vbi in d. casu, propter illum Text. ait nihil interesse, quod res legata esset hæredi obligata, & sic consuluit Cancer. in præsenti Cancerij doctrina facit, quia tradit regulam pertinere ad hæredem, subdit, quod si ignoranter legasset onus luendi, pertinet ad legatarium, at in præsenti debitum cum Minutulis, non fecit Roccus, sed mater de anno 1652. Roccus fuit declaratus matris de anno 1656. & post paucos menses mortuus, vndè non fecit inuentarium, vt scire posset præsumi; tale debitum fuit à matre contractum intus Ecclesiam Archiepiscopalem Neapolitanam die 9. Ianuarij 1652. vndè non est domi factum, vt præsumatur consanguineus scire facta consanguineorum, scil. quæ fiunt inter eosdem, *l. octaui gradus, ff. vnde cognati,* Cancer. addit, quod posita speciali hypotheca onus luendi pertinet ad legatarium, siue sciebat testator, siue ignorabat, hic est casus noster, quia Iesuanna mater Rocci specialiter obligauit corpus censuale annuor. duc. 1724. ad beneficium Montis Minutulorum pro d. quantitate duc. 24. ergo secundùm Molin. Aluarod. & alios à Cancer. allegatos onus luendi pertinet ad legatarium. Tertiò subdit Cancer. quod quando legatum ex debiti solutione fieret eluforium, tunc pertinet ad hæredem, sed in præsenti legatum est annuor. duc. 172. 4. cum onere duarum Missarum cum cantu, ergo potius esset hæreditarius titulus eluforius, quam titulus legati, quia Monasterium S. Augustini hæres plures expendit pecuniarum quantitates, pro censibus affrancandis, possidet apothecas, & domus subiectas infinitis periculis, accommodationibus, &c. & sunt senectute vetustæ domus, ita vt singulis annis requirantur meliorationes, &c.

35

36 Tandem rogo DD. Iudicantes, hoc factum, fuisse per viros doctissimos præteriti sæculi decisum, & hæc decisio est apud Reg. Reuerter. *dec. 360.* vbi votantibus Salernitano Præside S. C. Ioanne Andrea de Curtis, Antonio Orificio, Doctore Quatra Felice Scalaleone, & Vincentio de Franchis, & postmodum in Collat. Cons. fuit decisum pro fratre Ducis Amalfiæ, vbi fuit considerata ratio, quod probauit legatarius fuisse inutile legatum si ad onera teneretur legatarius, scil. ad solutionem annuorum introituum super Terra Scafati, & domo sibi legatis teneretur, erant enim in tanta quantitate, vt si onera ab hærede non erant soluenda vtique legatum esset inutile, ergo argumentando à contrario sensu, quod in sententiis, quæ vim habent legis validum est in iure ad notata per DD. *in Rubrica, ff. de off. eius,* vbi legatum non est inutile, imò onus modicum respectu legati magni, qualis iudex poterit existimare, onus in re specialiter obligata non esse à legatario soluendum, quando videmus S.C. & Collaterale decidisse ad fauorem legatarij, quod non teneretur non ex alia ratione, nisi quia fuisset legatum, de quo ibi eluforium, ergo cum in præsenti sit contrarium, ad legatarium onus pertinebit, quam decisionem obseruat Reg. de Marin. ibi, & alibi, scil. *1. tom. cap. 12.* & si coniunctæ personæ legatum factum sit, onus luendi pertinet ad legatarium, ex DD. *in l. si res obligata, ff. de leg. 1.* fallit si alius coniunctus sit hæres institutus per DD. *in d. l. si res obligata,* vndè fauor Ecclesiæ legatariæ debitus æquipollet fauori Ecclesiæ hæredi institutæ.

Quare spero ita decidendum sub tantis præceptoribus.

DISCEPT. CCCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua hic.*
2 *Sacrilegium est disputare de Principis potestate.*
3 *Regaliæ Principis sunt in duplici differentia, & quæ sint.*
4 *Regaliæ Principis quando veniant in concessione, & quando non.*
5 *Criminis læsæ maiestatis cognitio ad quem Iudicem spectet.*
6 *Criminis læsæ Maiestatis indulgentia qualiter concedenda.*
7 *Iurisdictio in Rege semper est in habitu.*
8 *Criminis læsæ Maiestatis causa an remittatur à Baronibus ad M. C. V.*
9 *Meri imperij concessiones an fuerint reuocatæ à Ministris Regis.*
10 *Restitutio causa pacis fit veluti ex capite Iustitiæ, & omnia comprehendit.*
11 *Duci Parmæ priuilegia cur concesserit Carolus V.*
12 *Cognitio criminis læsæ Maiestatis an permissa sit à Carolo V. Duci Parmæ.*
13 *Remissio petita fuit ex parte Ducis Parmæ in Regia Audientia, & excluſus.*
14 *Cognitio criminis læsæ Maiestatis an, & qualiter sit de Regalibus.*
15 Decisio *Sanfelicij 69. adducitur, & ampliatur.*
16 *Priuilegij possessio attenditur non eius tenor.*
17 *Priuilegia Baronis qualiter sint exhibita.*
18 *Tribunalia localia indicat tanquam Deus.*
19 *Concessio Regalium an comprehendat cognitionem criminis læsæ Maiestatis.*
20 *Criminis læsæ Maiestatis expressa concessio requiritur.*
21 *Cognitio criminis læsæ Maiestatis, de quibus Regalibus est.*
22 *Cognitio criminis læsæ Maiestatis cognoscitur ab Audientia, & à M. C. V.*
23 *Remissio causæ non fit post condemnationem, & quando sic ex priuilegio.*
24 *Baroni possessio in vna parte iuuat quoad alias possessionis partes.*

25 *Priui*

25 *Priuilegia Duci Parmæ concessa fuerunt ex causa onerosa.*
26 *Regaliarum concessio, quæ sit à Rege, quales comprehendat.*
27 *Remissio petita in Regia Audientia, quid operetur denegatio.*
28 *Remissio in criminalibus an detur post sententiam.*
29 *Regalia cognoscendi de crimine læsæ maiestatis est inalienabilis.*
30 *Regalia Principis personam tangens non potest concedi.*
31 *Priuilegia concessa terris, illis ad Regem deuolutis, extinguuntur, & quando.*
32 *Princeps non tenetur seruare in præiudicium suæ authoritatis.*

ARGVMENTVM.

Cognitio læsæ Maiestatis concessa etiamsi fuisset ab Imperatore Carolo V. Duci Serenissimo Parmæ ex causa dotis, an intelligatur semper inesse, an verò mutatis personis censeatur, mutatione priuilegij, illud mutatum, vt sola M. C. V. cognoscat de tali crimine. Regaliæ quot sunt in genere, & quæ in specie. Post sententiam, vt quando sit remissa, & quid ex priuilegio.

RESPONSIONES
ad obiectiones Regij Fisci;

PRO

Serenissimo Duce Parmæ,

Super remissione Ioan. Pauli Damiani inquisiti de Seditione.

Reg. Consil. Dom. D. Gaspar de Soto Commissarius.

Grimaldus Scriba.

1 VAMVIS Articulus remissionis causæ Ioannis Pauli Damiani inquisiti, & condemnati ad mortem de crimine læsæ Maiestatis sit decisus contra priuilegium Serenissimi Ducis Parmæ, qui expressis verbis habet cognitionem huius criminis, etiam in primo capite; tamen nunc in gradu reclamationis libuit aliqua annotari, respondendo obiectionibus Regij Fisci, qui dicebat:

Primò, hanc cognitionem esse de reseruatis Principi nullatenus concedendis.

Secundò, concessionem licèt validè factam, non proinde tribuere iurisdictionem priuatiuam ad Regem, eiúsque Officiales Regios, præsertim vbi iam apparet fuisse iudicatum.

Tertiò, iurisdictionem licet priuatiuè concessam nunc indigere esse damnosam Regi concedenti, & esse contra bonum statum Reipublicæ, propterea nullo pacto seruandum esse priuilegium, quoad hanc cognitionem.

Quartò, hoc priuilegium fuisse tempore sequestri facti contra Sereniss. Ducem Odoardum extinctum, & eguisse noua confirmatione expressis verbis.

Sed nos præter ea, quæ in aliis allegationibus demonstrauimus, supplicamus etiam considerari sequentia, ex quibus facilè possemus sperare moderationem decreti S.C.

Ad primum, quamvis ad instar sacrilegij sit de Principis potestate disputare, *l. 3. Cod. de crim. sacrileg.* tamen hodie dubitatur, Principem non posse concedere hanc cognitionem, quia est de inseparabilibus à Regio honore, & Diademate, & obstat Text. *in cap. intellecto, de iure iurand.* vbi etiam accedente iuramento irritatur, quod Dominus Rex alienauit in præiudicium sui honoris, & Regiæ Coronæ, quod autem cognitio huius criminis sit de reseruatis, & quod sola M.C. cognoscit, adest Const. Regni *statuimus*, vt M. C. & testantur Luc. de Penna *in l. 1. Cod. de priuileg. scholar.* Camer. *in cap. Imperialem, fol. 80. colum. 1. littera C,* & alij adducti in præcedentibus allegationibus. 2

Sed re vera dici non potest esse de illis regalibus affixis ossibus, & animæ Principis tempore suæ Coronationis, & Vnctionis, quæ nullo modo in alium transferri possunt, prout sunt directum dominium, suprema auctoritas, plenitudo potestatis, Diadema, Sceptrum, potestas legis condendæ, Magistratus creandi, monetas cudendi, & alia, quæ dicuntur mera, & maiora regalia, de quibus loquitur Text. *in dict. cap. intellecto*, Sestinus *lib. 1. de regal. cap. 2. & 5.* Couar. *pract. qq. cap. 4. num. 1.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 1. tit. 3. num. 75.* & hæc sunt illa, quæ sunt inalienabilia, per modum tamen expropriationis, non autem per viam infeudationis, dicit Bald. *proœm. Cod. num. 28.* & *in proœm. feudor. n. 32.* Luc. de Penn. *in l. quæcunque, col. 4. C. de omni agro deserto*, sufficit enim Principem sibi reseruasse superioritatem, quia semper dicitur sibi reseruare maiora ab his quæ concessit, iuxta Text. *in cap. dudum, §. hoc igitur, de præbend. in 6.* Couar. *d. cap. 4. num. 1.* & ideò in Regno Franciæ quamvis ista regalia maiora à nemine possideantur, nisi à Rege, & eius filiis, dicit Bammacar. *in cap. si vassallus culpam si de feud. defunct. milit. fuer. cont. quæst. 15. n. 138.* allegando auctorem illum damnatæ memoriæ *tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 60.* tamen Ludouicus XI. superioritate retenta concessit Principi Orangiæ facultatem cudendi monetam etiam auream, & argenteam, & indulgendi quibusvis damnatis ad mortem, exemplo crimen læsæ Maiestatis in primo capite, refert Coppin. *de demanio Franciæ, lib. 2. tit. 7. num. 11. littera A*, nec reperitur iure cautum hanc cognitionem criminis læsæ Maiestatis Principem non posse alicui inuestito de Castro cum mero, & mixto imperio cum regalibus concedere. Addo quod nec etiam *in tit. quæ sint regal.* apparet, quod sit de regalibus, sed duntaxat emolumentum obueniens ex hoc crimine, vt habetur *eodem tit. cap. 1. vers. Et bona committentium crimen læsæ Maiestatis*, quod emolumentum nos habemus expresè concessum in priuilegio, vnà cum omnibus regalibus, quæ sunt *in* 3

tit. quæ ſint regalia, & ſic omnino pertinent ad vtilem Dominum inueſtitum, iuxta *deciſ.* Afflict. 282. *num.* 16. & notata per Roland. à Valle *conſil.* 78. *num.* 2. & 22. *lib.* 2. & *conſil.* 73. *lib.* 4. bene verum eſt, quod de conſuet. Regni dicit Afflict. *d. verſ. & bona committentium crimen læſæ Maieſtatis, num.* 10. quem ſequitur Capyc. *in ſua inueſt. in eodem verſ. fol.* 129. quod in omnibus conceſſionibus, quæ fiunt in Regno cum mero, & mixto Imperio, & regalibus, ſolitum eſt hanc criminis cognitionem reſeruari, & licet non fiat expreſsè, ſemper intelligitur etiam quantum vis ſint verba generalia, quia expreſſis verbis debet concedi, ex quo eſt de regalibus reſeruatis Regiæ Coronæ, & procedit Conſt. Regni *Ea, quæ ad ſpeciale decus*, & altera Conſtit. *Duram, & Diram*, per quas hæc regalia indigent priuilegio expreſſæ conceſſionis, dixit Iſern. *d. Conſtit. Ea, quæ ad ſpeciale decus*, vbi Afflict. *num.* 1. notat Regem Alphonſum Primum conceſſiſſe Baronibus Regni merum, & mixtum imperium, & alios ſucceſſores Reges confirmaſſe.

4 Et propterea DD. in hac materia duntaxat dubitarunt, quando verbis generalibus, & abſque alia expreſſione verborum fuit facta conceſſio, an veniat cognitio huius criminis, & communiter dixerunt, quod non, quia neceſſe eſt, quod expreſſim concedatur, ita Hieron. Gigas *tract. de crimine læſæ Maieſtatis, rubr. quis de crimine læſæ Maieſt. cog. poſſ. num.* 3. & 4. & alij per Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 23. Giurba, qui obtinuit pro ſua Ciuitate Meſſana, habente hoc priuilegium *conſil.* 59. *num.* 121. Bammacar. qui obtinuit pro Principe Biſiniani in crimine falſæ monetæ *d. cap. ſi quis fallus*, *num.* 181. & Illuſtr. Dom. meus Marchio Ramontis *lib.* 2. *controu.* 72. probauit deciſum iunctis Aulis pro priuilegio Turris Octauæ, quamvis in illa cauſa Fiſcus diceret ex delicto Franciſci Surrentini inquiſiti de homicidio proditorio intus hanc Ciuitatem fuiſſe offenſam reuerentiam Principis, qui per eſſentiam, & præſentiam adeſt in Ciuitate, proinde cognitionem illius cauſæ eſſe de regalibus reſeruatis inſeparabiliter concedendis.

5 Nec obſtat dicere cognitionem huius criminis fuiſſe ſemper penes ſpectabiles Regentes Regiam Cancellariam, & alios Delegatos à Prorege, vt teſtantur Foller. *in dict. Conſt. Statuimus, num.* 5. & Illuſtr. Dom. Marchio Belmontis *lib.* 2. *Iuris Regni, de offic. Magiſtr. iuſtit. in Conſt. M. C. noſtræ, in verb. læſæ Maieſtatis*, & quod ſi dictus Dux haberet hanc cognitionem faceret gratiam ei, qui offendit Regem Dominum ſuum, quod valdè deteſtabile eſt.

Nam reſpondetur, quod in hac cauſa Reg. Aud. M. C. & S. C. vſque modo procedit tanquam Iudex ordinarius; ideoque D. Dux conqueritur magis, & eſto adeſſet delegatio, hoc non poſſet præiudicare eius priuilegio, vbi expreſsè continetur clauſula abdicatiua, non ſolùm ad omnia ſuprema Tribunalia, ſed etiam ad quoſcunque Iudices delegatos, & delegandos.

6 Nec militat ratio illius abſurdi circa facultatem indulgendi de hoc crimine, quia hanc non habet in priuilegio, & ſub vno non continetur aliud, quia expreſſis verbis debet concedi facultas indulgendi in hoc crimine, teſtatur id. Gig. *eodem tract. rubr. de plur. & variar. quæſt. q.* 8. & alij per Maſtrill. *tract. de indultu, cap.* 26. *num.* 10. Quinimò etiamſi adeſſet expreſſa facultas concordandi, & indulgendi de hoc crimine, nullius eſſet efficaciæ, quia hoc concedere eſſet facere homicidam ſui ipſius, & eſſet contra Neruum correctionis, contra bonum ſtatum, publicam vtilitatem, & induceret peccatum, ita poſt Iſern. & Afflict. *d. verſ. & bona com. num.* 49. teſtatur in puncto idem Gigas *eadem rubr. quæſtione* 16. *numero ſeptimo*, ideò Rex Ludouicus hoc expreſsè ſibi reſeruauit in illo priuilegio Principi Orangiæ conceſſo.

Ecce ergo, quod non eſt vndequaque verum id, quod prætenditur Principem expreſſis verbis, non poſſe concedere cognitionem huius criminis, & quando de hoc adeſſet aliquod dubium interpretatio pertinet ad eundem concedentem, quia eius eſt ſoluere, cuius eſt condere, Doctores *in l. fin. Cod. de legibus*, & *in cap. cum veniſſent, C. de iudic.* præſertim in hoc caſu vbi fit dubium de valore eius, quod conceſſit, Gutierrez *lib.* 4. *q.* 28. *num.* 8.

Ad ſecundum, licet quoad Regem nulla iuriſdictio conſiderari poſſit priuatiua, quia penes ipſum ſemper reſidet in habitu, licet alteri ſit conceſſa quoad exercitium, & conceſſio ſic intelligitur, vt nullatenus ex ipſa ius concedentis violetur, *cap. quoad tranſlationem*, vbi Abb. *de offic. deleg.* per Textum *in l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrb. prad.* Iſern. *cap.* 1. §. *donare, num.... qualiter olim feud. alienare poterat*, Afflict. *d. rub. quæ ſint reg. num.* 68. Decius *conſil.* 85. *colum.* 3. *num....* & quando Princeps concedit regalia, non videtur conceſſiſſe, vt inueſtitus illa exerceat cum eadem ſuperioritate, & plenitudine poteſtatis, ſed ſemper dicitur reſeruata eiuſdem authoritas concedentis, Gramm. *deciſ.* 30. *n.* 3. Melchior Phœbus *deciſ. Luſit.* 28. *n.* 8. & 18. 7

Tamen nos ſumus in diuerſo caſu, quia vſque modo Princeps noluit hanc cauſam penes ſe auocando, ratione ſupremæ poteſtatis, Sac. Conſ. ſiue alteri Iudici committere; quo caſu humiliter obediendum eſt, nec fit præiudicium priuilegio, quia diſpenſando illius iura conſeruat, prout ſeruari teſtantur idem D. Marchio *lib.* 3. *Iuris Regni, pragm.* 1. *vbi de crim. agi oport. num.* 32. D. Reg. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 3. §. 1. *num.* 18. *de offic. elect.* Capiblanc. *pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 166. quamvis non deſint Doctores qui dixerint contrarium, quando priuilegium apparet conceſſum ex cauſa onerola, vt ex Baldo *in l.* 2. *num.* 35. *ff. de diuiſ. rer. & qualit.* Cacher. *deciſ.* 44. Maſtrill. *dec.* 263. & ideò dicit D. Reg. de Curte quod hoc fit de facto, licet de iure defendi non poteſt, *in diuerſ. feud.* §. *poteſt quoque feudum, fol. mihi* 28 *num.* 16. & *ſeq.* Capiblanc. *pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 166. Bene verum eſt, quod quando fit generaliter pro bono publico per modum legis condendæ, nemo eſt qui dubitet fieri poſſe, idem Capiblanc. *tom.* 2. *cap.* 13. *n.* 6.

Et ad id quod obiicitur iam fuiſſe iudicatum per Tribunalia collegiata, & obſtare *deciſ.* Grammat. 26. Anna *ſing.* 56. D. Reg. Sanfel. 69. ſatis videtur reſponſum in præcedentibus allegat. ex eodem priuilegio, vbi adeſt clauſula irritans ſententias, & facultas petendi remiſſionem tam lite pendente, quam poſt ſententiam, præterea contra illas deciſiones adſunt aliæ adductæ à Dominis Regentibus Tappia, & Rouito *dict. pragm.* 1. *vbi de crim. agi oport.* quas intelligit Maſtrill. *deciſ.* 197. *num.* 12. procedere in Magnatibus Regni, & ideò pro Principibus Salerni, & Biſiniani fuit iudicatum cauſas remitti etiam poſt ſententiam, teſtatur Capiblanc. *tom.* 2. *cap.* 49. *n.* 16. & 17. & caſus qui adducitur per Annam fuit deciſus, ex cauſis mentem S. C. mouentibus, 8

&

& citra præiudicium priuilegij Illust. Ducis Sueſſæ,& ſic non facit exemplum; Quare igitur dubitari poterit cauſam remitti huic Sereniſſ. Duci non ſolùm primo Magnati huius Regni, de Potentatibus Italiæ, & de deſcendentibus inuictiſſ. Imperatoris Caroli V. non ſolum ex l. priuilegij, ſed etiam inſpecta qualitate perſonæ.

9 Ad tertium dicebat Affl. *in prælud. Conſt. q.* 24. *num.*4. quod quidam Aduocatus Fiſci Gallorum, erat in opinione reuocandi omnes conceſſiones meri Imperij factas per Sereniſſimos Reges Aragonenſes, quia erat de Regalibus, ſed hæc nimirum, quia Gallus erat, cuius natura eſt ſtolida, vaniloqua, & mutabilis, vt idem conciues Galli teſtantur, præſertim Guglielm. de Benedict. *in c. Rainutius, in verb. ſi abſque liberis il* 2. *num.*40. Tiraquell. *ad l. connub.* 7. *num.* 15. & ſic ante eos expertus fuit Italus noſter Imperator Iulius Cæſar *lib.*4.*de bello Gallico*, ibi, *quod ſunt in conſiliis capiendis mobiles,nouiſque plerumque rebus ſtudent*; Veritas eſt,quod Princeps non prohibetur ſua priuilegia, quamvis ſint ex contractu, & cauſa onerosa corroborata ſuſpendere, vel reuocare, quando tamen concurrit iuſta cauſa, & publica vtilitas, quæ de nouo ſuperuenit, quam cauſam ipſe Princeps ſi ſciuiſſet, non conceſſiſſet; ſed hoc intelligitur,ſi lege generali omnes comprehendat, nec reſpiciat præiudicium, dumtaxat vnius tertij, Bart. *in l. fin. num.*2. *C. ſi contra ius,& vtil. publ. & in l. toties*, §. *ſi cui, ff. de pollicit.* Dec. *c. quæ in Eccleſiarum, num.*21. *de conſtit.* latè Mandell. Albenſis *conſ.*185. *num.*17. *& per tot.* & procedit, quando conſtat aliundè non poſſe publicæ vtilitati occurrere, Capyc. *deciſ.*51. *num.*13. *&* 14. Cacher. *deciſ.*90. *n.*15. Ratio quia omnia priuilegia habent intrinſecam conditionem rebus ſic ſtantibus, & ſtatu taliter permanente, DD. *in l. quæro*, §. *inter locatorem, ff. locati, & in l. quod ſeruus, ff. de cond. cauſa data*, & pati ſuſpenſionem, vel reuocationem, quando concedenti ratione boni ſtatus, & publicæ vtilitatis incipiunt eſſe damnoſa, *cap. ſuggeſtum, de decim. cap. quanto,de cenſibus*, Roland. *conſ.*13. *num.*19. *vol.*3. Extra hos caſus nemo eſt, qui dubitet Principem teneri ad obſeruantiam priuilegij, præſertim quando eſt conceſſum ex cauſa onerosa,& tranſeunt in contractum, latè probauit, & adducit omnes D. Io. Bapt. Larrea *alleg. fiſc.* 3.*per totam*,Sarmient. *lib.*1. *ſelect. interp. cap.*8. *n.*20. & alij, quos colligit Maſtr. *tract. de indult. c.*24. *num.*1. optimè Affl. *d. Conſt. Ea quæ ad ſpeciale decus, num.*2. *& in prælud. quæſt.*17. *num.*2. vbi ſic dicit ipſe reſpondiſſe Carolo VIII.tempore quo inuaſit Regnum.

Nos non ſumus in hoc caſu, quia vſque modo Princeps hac plenitudine poteſtatis vſus non eſt tollendo ius tertij pro cauſa publica,quæ præferri debet priuatæ, ad Text. *in l. Item ſi verberatum, ff. de rei vindic. l. Lucius, ff. de euict. l. ius publicum, ff. de pact. l. cotem ferro*,§. *fin. ff. de public. & vectig.* DD. *in l. digna vox, C. de legib.* Cancer. *lib.*3. *var. reſol. c.*3. *de priuileg. n.*92. *&* 93. & quando S. C. vellet cognoſcere, an ſit locus ſuſpendendi priuilegium in hoc caſu, ſtantibus mutatione temporum, enormitate delicti, & calamitatibus currentibus per homines ſeditioſos, & rebelles exortis; tunc decretum (ſalua ſemper reuerentia eiuſdem Supremi Tribunalis,interponendum eſſet, provt in illa cauſa Ciuitatis Capuæ prætendentis habere priuilegium cognoſcendi de crimine falſæ monetæ fuit interpoſitum,quod adducitur per D. de Franch. *deciſ.*285. *num.*6. poſſe, Excellentiſſ. D.Proregem, Capitaneum, & Locum tenentem generalem huius Regni per ſe, & alios nomine Regiæ Maieſtatis cognoſcere hanc cauſam falſæ monetæ, non obſtantibus priuilegiis Capuanis, & pœnam Regio Fiſco applicare. Hoc enim eſt diſpenſare priuilegio, & ex plenitudine poteſtatis auocando cauſam illam alteri committere, quod nos lubenti animo ſuſtinemus.

Ad quartum,non videmus qua ratione Dom. 10
Dux alia confirmatione opus habuiſſet, dum reſtitutio facta Sereniſſ. Duci Odoardo notorium eſt,fuiſſe pleniſſimam, cum omnibus prærogatiuis, provt per prius poſſidebat ante ſequeſtrum; quinimò de iure quando reſtitutio fit ex cauſa pacis, eſt eiuſdem effectus illius,quæ fit ex cap. Iuſtitiæ,& veniunt omnia provt ante reſtitutionem, nec opus eſt aliqua expreſſione, vt ex noſtris teſtantur Capyc. *dec.*69. *n.*1. *&* 29. Vrſill. *dec.*116. *num.*1. *& dec.*403. D. de Franch. *deciſ.*213. *num.*41. *& ſeq.* optimè Conſ. Ann. *in c. vn. de vaſſal. decrep. ætat. num.*226. *&* 233. ex Afflict. *deciſ.*261. *num.*4. & hæc procedunt, quando eſſemus in caſu, quo reperirentur bona alienata penes tertium; quando verò bona, & omnia ſequeſtrata ſunt penes fiſcum; tunc etiam in caſu, quo reſtitutio fit ex Gratia, veniunt in beneficium reſtituti omnia quæ penes fiſcum exiſtebant ante factam reſtitutionem, & in hoc articulo nemo eſt,qui dubitet,teſtatur Sfort. Od. *quæſt.*99. *num.*129. & fuit deciſum in illa cauſa Felicis Antonij Viti Ciuitatis Altamuræ, quæ cauſa tempore ſequeſtri,quando ceſſabat priuilegium, derogatoriæ *l. vn.* fuerat introducta in M. C. per viam electionis fori, & acquiſitum ius fiſco, & partibus per litis conteſtationem, & alia acta facta in M. C. nihilominus per eandem ad relationem D. Salituri fuit remiſſa cauſa ad Officiales D. Ducis Ciuitatis Altamuræ, & confirmatum per S. C. ad relationem D.Conſiliarij Carauitæ,refert Thor. *part.*3. *ſect.*3. *in verb.remiſſio cauſæ inquiſitionis,fol.*91. *&* 95. vbi ex iuribus prædictis allegatis etiam per D. Saliturum fuit deciſum pro Seren. Duce Odoardo, cuius reſtitutio fuerat facta pleniſſimè ex cap. Pacis, & Iuſtitiæ.

Supereſt igitur Senatores ampliſſimi, vt ex his ſupplente veſtra doctrina, & æquitate, priuilegium Sereniſſ. Ducis actualiter, ſeruientis Domino noſtro Regi, conſeruetis, vt Deus, &c.

PRO

SERENISSIMO DVCE Parmæ,

CVM

Regio Fiſco.

INVICTISSIMVS Cæſar glor.me- 11
mor. Carolus V. cùm Sereniſſimam eius filiam D.Margaritam ab Auſtria nuptui tradidiſſet Sereniſſimo Duci Octauio Farneſio nepoti Sanctiſſimi Domini Papæ Pauli III. & præcedente tractatu condignam dotem promiſiſſet; volens denique adimplere promiſſa, inter alia, quæ contemplatione dicti matrimonij in dotem dedit, fuit Terra Montis

Regalis,cum omnibus Oppidis,Caſtris,& Villis, cum ſuo territorio adiacentibus,dictos Sereniſſimos Duces , eiuſque hæredes , & ſucceſſores vtriuſque ſexus inueſtiendo, cum mero,& mixto imperio, cum omnibus, & quibuſcunque Regalibus , etiam quæ in titulo, quæ ſint regalia continentur , vt habetur in priuilegio *fol.* 27. & à ter. & inter alia,quæ in huius priuilegij amplitudine continentur expreſſis verbis , non ſolùm conceditur cognitio de delictis , quæ ſola M. C. cognoſcit , & de illis commiſſis coram quocunque Tribunali , ſedente etiam M. C. & Regia Audientia intus , & extra territorium, ſed etiam in criminibus hæreſis , læſæ Maieſtatis in primo capite,& falſæ monetæ,cum clauſula abdicatiua, quoad omnia Tribunalia , & ſignanter Regias Audientias, Mag. Cur.Vic. Sac. Reg. Conſ. & Collat.Conſ. *fol.* 58. & à ter. Quamvis inquiſiti non eſſent in fortiis , ſed contumaces, vel foriudicati, & etiam ſi eſſent condemnati per ſententiam, aut aliter lite pendente, annullando, & irritando omnia acta, & ſententias prædictas, tanquam à priuatis perſonis latas , ita quod nullo modo, aut ex quacunque cauſa, etiam denegatæ, ſeu retardatæ iuſtitiæ , poſſint, aut valeant ſe intromittere Tribunalia prædicta,ſed dumtaxat cognitio ſit Officialium ipſorum Sereniſſimorum Coniugum , eorum hæredum , & ſucceſſorum, non obſtante quacunque præuentione , etiam reali *fol.* 59.

Hinc eſt , quod cùm Io. Paulus Damianus de Villa Arrenghi pertinentiarum Montis Regalis fuiſſet pro crimine ſeditionis condemnatus ad remigandum vita durante per Regiam Audientiam Aprutinam *fol.* 43. & per Mag. Cur. in gradu appellationis damnatus ad mortem, declarando eius bona Regio Fiſco applicata à die patrati ſceleris , *fol.* 49. cuius ſententiæ nunc pendet appellatio in S. C. ad inſtantiam inquiſiti *fol.* 50. & eſt datus terminus *fol.* 51.

12 Comparuit Procurator Sereniſſimi Ducis Parmæ abnepos,& hæres dictorum Sereniſſimorum Coniugum, petiitque cauſæ remiſſionem ad Curiam Montis Regalis *fol.* 52. *& ſeq.* præſentauitque hoc ſollemne priuilegium , *d. fol.* 57. *cum ſeq.* Et quamvis euidentia notorij huius priuilegij , cuius poſſeſſio conſeruatur in deſcendentibus eiuſdem Sereniſſimæ Dominæ Margaritæ filiæ Imperatoris , qui vtique poſſidere poſſunt, etiam Regalia maiora Principis oſſibus affixa inſeparabiliter nemini priuato concedenda. Nihilominus contenditur hodie per Regium Fiſcum, an cognitio huius criminis ſit remittenda Officialibus Curiæ prædictæ,id totum,quia vno oculo reſpicit grauitatem ſceleris in inquiſito , ſed Domini Iudicantes dextero oculo reſpicientes merita,& dignitatem perſonarum, quarum contemplatione Princeps,& Pater voluit concedere, argumento eorum,quæ Camerar. dicebat *in cap. Imperialem,§.præterea Ducatus,pag.97.col.4. cum ſeq.* non ſic tenaciter,& ſtrictè interpretabuntur hoc priuilegium,prout Regius Fiſcus conſiderat contra præceptum Gloſſ. *in c.alligant in verb. tenax* 16. *quæſt.*7.

13 Hæ ſunt obiectiones Regij Fiſci.

Primò , quia in Regia Audientia fuit petita remiſſio pro parte Sereniſſimi Ducis , dato termino,fuit excluſus,neque fuit appellatum, & ſic obſtat exceptio rei iudicatæ.

14 Secundò , cognitionem huius criminis tanquam de exceptuatis eſſe de Regalibus , nullo modo ſeparandis à Principis perſona , vt ex noſtris dixerunt Luc.de Penna *in l.1.col. pen. C. de priuil. ſcholar. l.1. col.4. C. de veter. col.5.* Paris de Put. *tract.de ſindic.tit. de exceſſ. Baron. fol.mihi 5. num. 5.* Loffred. *in ſua paraphraſ. cap. 1. §. filij, ſi de feud. defunct. milit. fuer. controu. fol. mihi 58.*Camerar. *d.cap.Imperialem, fol.80.col.1. litt.C,* & proindè ſolùm Mag.Cur.Vic.tanquam Vicaria Regis habere cognitionem huius criminis, inquit Capiblanc. *pragm.8. p.1.num.86.*

Tertiò , quia poſt latas ſententias tam à Regia Audientia,quàm à Mag.Cur.æquum non eſt cauſam remitti ad Officiales inferiores , qui cognoſcere habeant de meritis Tribunalium collegiatorum , prout aliàs fuit deciſum , ex Conſil. Ann. *ſing.56.* & D.Regente Sanfelic.*deciſ.69.* 15

Quartò , quia cùm poſſeſſio priuilegij magis fit attendenda,quàm tenor illius , vt idem Capiblanc. inquit, *d.pragmat.8.part.1. num.195.* neque hodie ſit probata poſſeſſio reſpectu cognitionis huius delicti,dicere fas eſt per non vſum fuiſſe priuilegium amiſſum in hac ſpecie cognitionis delicti,in quo regulam eſſe, quod in iuriſdictionalibus quantum poſſeſſum,tantùm præſcriptum. 16

Sed nos de non iure Regij Fiſci facillimè ex lege ſcripta Priuilegij reſponderemus,cùm in eo omnes obiectiones ſint deciſæ : vt autem ſummo digito aliqua pro maiori elucidatione notemus, ſupplicatur animaduerti infraſcripta , ex quibus iuſtitiam Sereniſſimi Ducis roborari ſperamus.

Ad primum,obſeruetur in facto, hunc inquiſitum fuiſſe etiam carceratione præuentum ab Officialibus Curiæ Montis Regalis, qui cùm illum carceraſſent, & dubitaſſent de cuſtodia carcerum Montis Regalis pro ſecuriori carcere conſignarunt illum carceribus Regiæ Audientiæ,& ita fuit inibi receptus *fol.* 1. Et quamvis poſteà fuiſſet à Regia Audientia ordinatum pro tranſmiſſione actorum ; nihilominùs per Gubernatorem Montis Regalis,fuit pluries oppoſitum de notorietate Priuilegiorum eius Curiæ, & ad euitandum euitanda , fuerunt conſignatæ copiæ, vt habetur in ſuis replicationibus *fol.* 3. & 19.vnde in hoc ſuccedebat Regula , quod quando Priuilegia Baronis ſunt notoria , remiſſio concedi debet abſque alia exhibitione,vt poſt Follerium,& Grammat. teſtatur de praxi Capiblanc. *pragm.8. part.1. num.77.* 17

Neque obſtat,quod in Regia Audientia appareat interpoſitum decretum , quod cauſa remaneat,non obſtante remiſſione petita *fol.*18.Nam ſupplicatur animaduerti,non apparere in proceſſu fuiſſe petitam remiſſionem à procuratore , ſeu aliqua perſona legitima Sereniſſimi Ducis , ſed ſolùm producitur in actis ſupplex libellus pro remiſſione,datur terminus,non compilatur proceſſus, ſed idem Io.Paulus inquiſitus dat proceſſum pro compilato, vt eſt videre *fol.*19. & à terg. & interponitur decretum,quod cauſa remaneat,notificantur hæc cuidam Doctori Antonio Alferio aſſerto Procuratori Curiæ Montis Regalis , de cuius mandato non conſtat , & nihil in actibus reſpondet. Vnde ex reuolutione cartarum S. C. vbi iudicatur ſola facti veritate inſpecta,vt Deus, iam videns non ſolùm malè , & nulliter proceſſum, ſed etiam non aliter iudicatum ſuper priuilegio Domini Ducis,nunc reuidendo cauſam ex eiſdem actis , nullam poteſt habere rationem de decreto prædicto,iuxta notata per Afflict.*dec.*79. Dom.Reg.Rouit. *pragm.5. num.28. de offic. S.C. pragm.1. num. fin. de appell.* quia dici non poteſt iudicatum ſuper priuilegio habente cognitionem criminis exceptuati,quod non fuit præſentatum, 18

neque

neque discussum, ex doctrina Baldi *l. receptitia, C. si cert. petat.* Dom. de Franchis *decis.* 278. *n.* 6. ideoque non immeritò fuit modò præsentatum memoriale Collateralis Consilij, quod M.C. prouideat super remissione prædicta *fol.* 55. quia adhuc per ipsam super hoc articulo non fuit iudicatum.

19 Ad secundum, non desunt DD. magnæ authoritatis, qui probarint concesso Castro, cum mero, & mixto imperio, & fortius superaddita generali concessione Regalium venire omnia, quæ personæ Principis cohærent, quorum antesignanus fuit Andreas noster *in rubr. quæ sint regalia, num.* 3. *vers. & sic si Imperator, vel Rex*, cuius doctrinam per quatuor columnas latè disputauit Luc. de Penna *d. l. contra publicam vtilitatem de re militar. libr.* 12. qui tandem sic concludit, *Igitur iuxta personarum, & causarum qualitatem, & merita, responsio aptanda est*, volens, quod quando Feudatarius est de Magnatibus, per quos non est incongruum possideri regalia, venire etiam in generali concessione, quæ personæ Principis tanquam reseruata adhærent; quod limitatur, quando feudum transiret ad extraneas personas, seu singulares successores, provt pluries decisum testatur Minad. *in Const. in aliquibus, super verb. In aliquibus, vers. & per hoc fol.* 49. Præs. de Franch. *decis.* 275. contra quos etiam est decisio Dom. Regentis Rouiti 6. vbi probauit, priuilegium tanquam reale transire ad quemlibet singularem successorum.

20 Sed in nostro casu cessat hæc amaritudo, quia habemus expressam concessionem cognoscendi de hoc crimine læsæ Maiestatis in primo capite, & sic dubitari non potest de huius causæ remissione, quia quamvis sit de reseruatis Principi, apparet facta expressa illius concessio, ex Text. *in cap. quod translationem, de officio delegati, & in cap. cum in generali, de offic. Vicarij in sexto*, Bald. *in l.* 2. *num.* 44. *C. de seruit. & aq.* Roland. *cons.* 76. *num.* 15. *in fin. lib.* 3. & alij per Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 23. Afflict. *decis.* 122. *num.* 3.

21 Quibus addo rationem à fortiori, nam cognitio huius criminis non est de Regalibus, quæ nullatenus separari possunt ex persona Principis, sicuti sunt Regia Insignia, Sceptrum, Diadema, Solium, Regia Suprema Superioritas, & plenitudo potestatis, quæ constituunt Regiam Dominationem, & hæc etiam ab ipso Rege volente concedi non possunt, & si concederentur, dicendum est, semper maiora sibi reseruasse ab his, quæ concessit, iuxta Text. *in cap. dudum*, §. *hoc igitur, de præbend. in sexto*, Couarr. *pract. quæst. cap.* 4. *num.* 1. Peregrin. *de iur. fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 75. Sed quia in Regno in generali concessione non venit, tanquam de reseruatis secundum opinionem prædictam, cùm fit concessio, non est disputandum de Principis potestate, Affl. *decis.* 122. *num.* 3. Quinimmò *in tit. quæ sint regalia*, non habemus cognitionem huius criminis esse de Regalibus, sed emolumentum obueniens ex pœna illius, vt *cap.* 1. *in verb. bona committentium*, vbi dixit Afflict. quod in inuestituris solitum est propterea reseruari expressè, sequitur Capyc. *in sua inuestitura, in verb. & committentium crimen læsæ Maiestatis, fol.* 129. & tamen nos habemus in priuilegio expressim concessa omnia, quæ sunt *in tit. quæ sint regal.*

22 Nec obstat dicere, Reg. Aud. & Mag. Cur. tanquam Vicariam Principis cognoscere de hoc crimine, quia repugnat Constitut. Regni, Statuimus, vt M. C. vbi inter alia habet cognitionem huius delicti tanquam Iustitiarius, dumtaxat circa torturam ex processu informatiuo habet hanc facultatem tanquam Vicaria Principis, iuxta *cap. Regni in accusatis, & c. tormentis*, Carauit. *ritu* 55. *num.* 2.

Ad tertium, exempla, quæ adducuntur, ex D. 23
Regente Sanfel. *d. decis.* 69. non possunt obstare in nostro casu, vbi expressè adest facultas auocandi causas post sententias latas ab ipsis Supremis Tribunalibus, etiam respectu foriudicatorum, non existentium in fortiis, annullando, & irritando sententias prædictas, *& singul. Ann.* 56. vbi loquitur de Priuilegio Ill. Ducis Summæ in causa cuiusdam foriudicati, per M. C. & in casu D. Regentis Sanfel. *d. decis.* 69. in causa Blasij Ciccarelli de Casali Iuliani condemnati, per M. C. non aderat hæc specialis concessio, & sic procedebant, vt per Grammat. *dec.* 26. *num.* 5. quod post condemnationem nulla fit remissio, ex doctrina Salic. *in l.* 1. *C. vbi de crim. agi oport.* & Bal. *in l. exequutorem, C. de exeq. rei iudic.* illa ratione, quia donec Baro non petiit remissionem, acta, & sententia ex ipsis sequuta remanebunt valida, ex doctr. Alexandr. *in l. à diuo pio*, §. *sententiam vers. nec obstat, quod alius, ff. de re iud.* At verò in nostro priuilegio dicitur expressè, quod acta, & sententiæ proferendæ sint nullæ, & inualidæ tanquam latæ à priuatis personis, & sic cessat omne dubium. Addo quod adducta per Ann. & D. Sanfel. non sunt vndequaque tuta, quia in contrarium sunt aliæ iudicaturæ, quas testantur Reg. Rouit. *prag.* 2. *num.* 5. *vbi de crim. ag. oport.* & Dom. Regens Tappia *lib.* 3. *iur. Regni, prag.* 1. *eod. tit. num.* 49. optimè deinde probatur, per Io. Aloys. *Catal. tract. de indul. c.* 10. *num.* 65. *& seq.* Donat. Ant. de Marin. *resol. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 3. *& seq.* ac nouissima exempla adduxerunt etiam Nouar. *tract. de priuileg. miserab. pers. priuil.* 97. *n.* 3. Thor. *tom.* 2. *in verb. remissio, causæ alicuius vassalli*, Viscont. *in suis conclus. in verbo Baro post sententiam.* Tantò magis vbi adessent appendices, quia scilicet penderet appellatio, quia tunc hæc siue suspendat iudicatum inspecto futuro euentu, siue extinguat inspecto statu præsenti, Dom. de Franch. *dec.* 370. *num.* 14. Baroni non est neganda remissio, actus non fuit consummatus, sed habet tractum successiuum, in quo consulendum est iurisdictioni Baronis, *vt post doctr. Andreæ d. cap. Imperialem num.* 79. Testantur Catalan. & de Marin. *vbi supra.*

Ad quartum non videmus, quomodo obiici 24
possit defectus possessionis cognitionis huius criminis, non solum quia sumus in actu discontinuo, vbi non infertur præiudicium nisi ex tempore quo casus occurrerit, & per non vsum, vel contrarium vsum, negligens fuit Baro vtendi suo priuilegio, quemadmodum testantur DD. *in l.* 2. *C. de seruit. & aq. & in cap. vt priuilegium*, §. *illud. vbi gloss. in verb. semel de priul. & in cap. Abbate* 5. Siluan. *in verb. donec de verb. sign.* Dom. de Franch. *decision.* 225. *num.* 3. Ann. *sing.* 400. Gizzarel. *dec.* 70. & est communis DD. sententia post doctrinam Bartol. *in l. cum scimus, C. de agric. & censit. lib.* 11. *& in l. filiis, C. de decur. lib.* 10. Surd. *cons.* 179. *num.* 27. *vol.* 3. Grat. *discept. for. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 55. Sed etiam, quia sufficit Baroni in vna parte ex contentis in priuilegio docere suam possessionem, Bart. *in l.* 1. §. *si quis hac interdicto de itinere actu. priu.* vt exinde conseruetur in toto, vt in terminis testa-

tur

tur Caſtrenſ. *in l. ſi prius nocturnæ, num. 2. ff. de aq. plu. arcend.* & Innoc. *in cap. dilectus de Cappell. monachor.* vbi omnes Canoniſtæ, Marcell. *de Maur. alleg. 61. num. 3.* ex Bartol. *in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto de itin. actuque priu.* Sed nos habemus nonnullos actus poſſeſſiuos remiſſionum cauſarum, etiam de delictis Officialium, & aliis de quibus ſola M. C. & Regia Audientia cognoſcunt, idcircò dubitari non poteſt de poſſeſſione priuilegij.

Supereſt modò reſpondere cuidam rationi abſurdi, & inconuenientiæ euitandæ, quam conſiderare poſſet Fiſcus vtpotè, quòd inferiores Officiales cognoſcerent de meritis ſententiarum latarum per Superiores Iudices, contra Text. *in cap. cum inferior de maiorit. & obed.* & propterea poſſe S. C. in hac parte ſuſpendere effectum priuilegij.

25 Sed neque in rigore iuſtitiæ, neque ſecundum æquitatem, hanc prætenſionem in hoc ſupremo Tribunali S. C. vigere poſſe credimus, quia ſi attendimus legem ſcriptam in priuilegio voluit Imperator, vt ſi qua fortè dubitatio, aut ambiguitas vllo futuro tempore contingeret ſuper contentis in dicto priuilegio, aut dependentibus ex eo, interpretatio ſemper fieri debeat in fauorem ipſorum Sereniſſimorum coniugum, eorundem hæredum, & ſucceſſorum *fol. 60. à terg.* Si verò velimus attendere iuris diſpoſitionem, certum eſt hoc priuilegium eſſe ex cauſa oneroſa, nempe pro dote, ad quam Princeps ex contractu tenebatur, ideoque neque in totum, neque in partem reuocari, aut ſuſpendi poteſt, quia ſicut non poteſt auferre feudum, ita nec poteſt mutare tenorem inueſtituræ, inquit Bald. *cap. 1. §. his verò, in fine, de gradu ſucceſſ. feud.* nec onus, vel aliquam conditionem addere, Loffred. *in ſua paraphr. c. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſ. benef. amit.* Frecc. *de ſubfeud. lib. 1. q. 1. n. 14.* Et ſi adeſt caſus oneroſus, in quo dicunt DD. Principem ex naturali iuſtitia obligari ad obſeruantiam priuilegij, vt ex Bald. *l. Princeps in 1. lect. ff. de leg. l. qui ſe patris, num. 1. vnd. lib.* Rom. *ſing. 457.* Dec. *conſil. 51. in 2. dub.* nam Cæſar ligatur verbis, & contractu, *l pen. de donat. inter vir. & vxor. l. Cæſar, ff de public. & vectig.* quia Deus etiam obligatur ex promiſſione, ex Magiſtr. ſententia, inquit Bald. *l. 1. num. 1. ff. de pact.* poſt Cynum *in l. digna vox, C. de leg.* & ſpiritus maligni, qui ſunt mendaces, nihilominus obſeruant pactiones, inquit Bald. *conſil. 366. vol. 3.* D. Reg. de Curte *in diuerſ. feud. §. poteſt quoque feudum, num. 14. folio mihi 28.* poſt Iſern. *in Conſt. Ea quæ ad ſpeciale decus, verſ. Sed ſi in præmium,* & Afflict. latè *ibidem, num. 2.* Reſtaur. Caſtal. *de Imper. q. 55. num. 5. & 114. num. 12.* Grammat. *deciſ. 65. num. 26.* Clar. *§. feudum, quæſt. 59.* Nonniſi hic noſter caſus eſt, quia adſunt onera matrimonij, cuius priuilegia tranſeunt in deſcendentes, *l. vn. de priuil. dotis,* qui ſunt de Potentatibus Italiæ, de ſanguine Regio, & meritorum amplitudine præcellentes; quod ſi ſuſpicaretur Fiſcus, remiſſa cauſa rei impunitionem, & propterea non debere remitti, vt ex Azeuedo *ad l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recollect.* notauit Dom. Reg. Tappia *d. pragm. 1. num. 32. vbi de crim. agi oport.* faciliter ſatisfiet, vel eligendo Iudicem in Ciuitate, qui ipſo inaudito non promulgabit ſententiam, cùm fiſci Patronus poſſit interuenire in omnibus cauſis Regni, & huius Ciuitatis, etiam Baronalibus, Dom. de Franchis *deciſ. fin. num. 17.* aut tandem ſecundam aliam opinionem conſulendo Principi, vt ratione ſuperioritatis ex plenitudine poteſtatis auocet ad ſe cauſam, diſpenſando priuilegio Domini Ducis, pro hac vice tantùm, vt ſeruari ſic aliquando, teſtantur idem D. Tappia *dict. num. 32.* & Dom. Reg. de Ponte *de poteſt. Proregis, tit. 3. §. 1. n. 19. de Official. electione*, licet de facto, quia de iure defendi non poteſt, inquit Capiblanc. *pragm. 8. part. 1. num. 166.* Dom. Reg. de Curte *d. num. 16. & ſeq.* & tunc non conqueritur Baro, ſed bene Dominus Dux, qui habet priuilegium cum abdicatiua ad quemcunque delegatum à Principe concedendum.

Hæc ſunt iura Sereniſſimi Domini Ducis, cætera ſuppleri meretur à vobis Dominis Senatoribus, doctrina, & æquitate pollentibus, & ita ſperatur, vt Deus.

IVRA
PRO
Regio Fiſco,
CVM
Illuſtr. Duce Parmæ;
SVPER
Remiſſione Ioan. Pauli Damiani inquiſiti, & condemnati per M. C. de crimine læſæ Maieſtatis.

Grimaldus Scriba.

INTER Regalia, & reſeruata in ſignum ſupremi Imperij, & in priuilegium Regiæ Coronæ ſunt cauſæ criminis læſæ Maieſtatis, *cap. 1. quæ ſint regal.* ibi, *Bona committentium crimen læſæ Maieſtatis*, & proinde ſolus Princeps, eiúſque delegatus, vt in Regno eſt Magna Curia Vicariæ ſuper his ius cognoſcendi habet, per *Conſtitut. Regni, Statuimus,* Afflict. *in d. cap. 1. num. 46.* Capyc. *in inueſt. fol. mihi 129.* In tantum quod ſi in inueſtitura alicuius Terræ alteri facta non fuerit à Principe ſibi reſeruata talis cognitio, vel generaliter conceſſiſſet Regalia, non per hoc vnquam intelligitur permiſſa cognitio ſuper crimine læſæ Maieſtatis, Afflict. *vbi ſuprà, ex num. 19.* Paris de Put. *de ſyndic. verb. Excedunt, à n. 12.* Gigas *de crim. læſæ Maieſtatis, tit. quis de crimine læſæ Maieſtatis cognoſc.* Belluga *in ſpec. Princ. tit. de iuriſdict. & vtr. Imp. rub. 27. §. & quia quotidiana, num. 59.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. n. 232.* Giurba *conſil. 59. num. 93.* Maſcard. *deciſ. 101. num. 12.* & Præſ. de Franch. *deciſ. 275.* refert idem deciſum, etiamſi conceſſio facta fuerit eorum, de quibus ſola Mag. Cur. Vic. cognoſcit: nam & verba non comprehendere ait cauſas non reſeruatas in vim ſupremi dominij, ſed alias M. C. reſeruatas, quæ eidem conuenire poſſent, prout eandem ſectatur opinionem D. Præſ. Merlin. *ſuis contr. forenſ. cap. 99. num. 25. & 33.* & ſi expreſsè fuerit conceſſa hæc cognitio criminis læſæ Maieſtatis, intelligitur de omnibus aliis caſibus, præter quam in primo capite, D. Genitor meus *in ſuo tract. de*

26

Baron.

*Baron.pragm.*8. *part.*1 .*num.*88.*&* 93. nam & si Priuilegium sit latè interpretandum contra Principem concedentem, & in fauorem personæ benemeritæ, ex *l.pen. ff.de const. Princ.* intelligitur tamen in consuetis concedi,non autem in reservatis in vim supremi dominij,Franch.*d.dec.*275. *circa finem.*

In casu de quo nunc agitur, supponit Regius Fiscus, opitulari non posse Illustr. Duci Parmæ, instantiam factam in S.R.Cons. petendo remissionem Ioan. Pauli Damiano sui vassalli Montis Reali Inquisiti, & condemnati per Regiam Audientiam Abrutij vltra, & per M. C. ad pœnam mortis naturalis ob crimen læsæ Maiestatis, vigore concessionis per fel.mem. Imperatoris Caroli V.factæ Sereniſſimæ D. Margaritæ de Austria dictæ Terræ Montis Realis, cum ampliſſimis prærogatiuis, & inter alia cognoscendi de omnibus delictis, etiam criminum læsæ Maiestatis in primo capite, hæresis, & falsæ monetæ,ob matrimonium contractum cum Illustr. Octauio Farnesio Auo præsentis Ducis Parmæ,sed ex infrascriptis decidendum esse per S.C.non esse locum petitæ remissioni.

27 Primò, quia in prima instantia in Regia Audientia Abrutij fuit per Officiales dicti Illustr. Ducis petita dicta remissio, & causa cognita denegata, & infra legitima tempora non fuit appellatum, vnde ei obstat exceptio rei iudicatæ, *tot.tit.ff.de except.rei iud.*

28 Secundò, ex quo post sententiam in criminalibus non datur remissio, Bald. *in l.exequutorem, num.*28. *C.de except.rei iud.* Salyc.*in l.*1 .*Cod.vbi de crim.* & *in l.si cui,*§.*fin. ff.de accus.* Grammat. *decis.*26.*num.*5. & in Reg Coll. ita decisum refert Anna *sin.*56. Dom.meus *pragm.*8.*part.*2. *ex num.*91. & *tom.*2. *cap.*49. *à num.*13. Auil. *cap. Prætor,cap.*27.*num.*7. Thor.*in suo compend.decis. verb.Remissio,tom.*2. Gabed. *decis.*210. Mastrill. *decis.*147. Rationem adducunt, quia absurdum magnum esset, vt post causam terminatam à Superiore, Officiales inferiores Baronis haberent illam reuidere, reuocare, & limitare, ac dare locum contemptui, ex reuocatione forsitan facienda. Inferior enim non dat legem Superiori, *cap. cũ inferior,de maior.& obed.* sed eius gesta reuereri debet,arg.Text. *in l.liberto,ff.de obseq.lib.patr. præs.* Item,quia per sententiam perempta est instantia,& litigium,dum inquam non est lis, non est locus remissioni, & si per appellationem detur secunda instantia, cùm Baro non sit Iudex maior,prouocatio non datur ad minorem,sed ad maiorem Iudicem, vt diffusè per D. Sanfel. *decis.*69.& licèt D.Tap.& D.Rouit.*in rub.pragm. vbi de delict.* contrarium teneant,interpretantur à supradictis DD. ipsorum opinionem vendicare sibi locum in causis Illustr.Baronum,qui habent prærogatiuam petendi remissionem, etiam post sententiam latam, & circa remissionem concernentium exequutionem sententiæ Superioris, cuius exempla adducit Thor. *loco supracit.* vltra quod D.Rouit. *in fin.* remittit cogitandum,dum dicit,esse tamen videndum Molin.*de brach.sæcul. lib.*3. *cap.*42. qui indistinctè tenet,remissionem post sententiam non dari. In inuestitura dicti Illustr. Ducis & si ampliſſima, non tamen inspicitur hæc prærogatiua petendi remissionem post sententiam, sed tantùm componendi post sententiam, scilicet in causis à suis Officialibus terminatis,quod necesse erat expressio, vt ea authoritate vti valeat Baro, cum aliàs non posset, dum lata sententia conquiescat officium, *leg. Iudex postquam, ff. de re iudic.* Franchis *decis.*370.

Tertiò, quia etsi essemus in tempore petendi remissionem,adhuc esset ei denegãda:nam hæc cognitio causarum læsæ Maiestatis, cùm sit inter Regalia, & inter præcipuè reseruata in vim supremi dominij, & non solita alienari,vt *suprà* fundauimus, sequitur, quod inalienabilia sunt; non enim personæ, sed officio, & ministerio Principis per Rempublicam ei concessa fuere à Constitutione Regni, etsi permitteretur iam totum paulatim periret Imperium, vt dicit Gloss.*in auth. quomodo oport. Episc.* Conseruari inquam debent vita, & præeminentiæ potestatis Regiæ cum sint à Deo 7.*quæst.*1.in his etenim Princeps non est verè Dominus,sed quasi Dominus, sicut tutor,& vti maritus Reipublicæ, inter quos matrimonium morale, & politicum contrahitur, prout inter Ecclesiam, & Prælatum matrimonium spirituale, & proinde bona, & prærogatiuæ prædictæ de potestate ordinaria alienare Princeps haud potest,vt diffusè per Luc.de Penna *in l.quicunque,la* 2.*Cod.de omni agro dese.* & *in l.contra publicum,C.de remilit.lib.*12. Si tamen disponeret de potestate absoluta,de qua nobis non est disputare,vt *in l.disputare,C.de crim.sacril.* tunc vt concessio ipsarum Regalium non solitarum concedi figat pedes, requiritur vt in ea adsint clausulæ,*ex certa scientia, & de plenitudine potestatis*, Abb.*in cap.innotuit,de elect.* Iason *in leg. quanquam, C.de re milit.* Ripa *in l.obligatione, ex num.*2. *ff.de pignor. & hypoth.* vbi ampliat etiam in his, quæ solent cum difficultate concedi, sequitur Petra *de potest. Princ. cap.*21. *num.*35. Franchis *decis.*275. *num.*8. in inuestitura dicti Illustr. Ducis non apparent expressæ dictæ clausulæ, dum concessæ fuerunt dictæ prærogatiuæ; ergo dicendum est perfunctoriè potius,& ad honorem dicta verba, cognoscendi de criminibus læsæ Maiestatis fuisse addictas, quam vt suum sequerentur effectum, cum si voluisset Princeps, dispoſuisset cum clausulis efficacibus, dum in suo pectoris scrinio sint omnes leges. 29

Adstipulatur,quod ista Regalia,quæ ad Principem spectant ex præcipua potestate ita substantialiter insunt Regiæ dignitati, & ipsius Regis ossibus inhærent, quod difficiliter, & quodammodo impossibiliter separantur adinstar characteris impressi in Sacerdotem, argum. *ex l.quod autem,in fine,ff.de ser.vrb.præd.* Luc.de Penna *in dict.l.contra publicam,num.*9.sequitur,quod licet aliquam dictarum prærogatiuam de potestate absoluta alicui benemerito Princeps concedat, non per hoc subintelligitur se expropriasse de suo alto dominio,sed per quæcunque verba censetur cumulatiuè concessisse iurisdictionem illam,ad Textum *in cap.ad hoc,* & ibi Doctores *de hæres.in* 6.& in puncto, quod quando concurrat publica vtilitas(vt est in casu nostro detegere crimina læsæ Maiestatis, & punire qui vitam Principis, eiusque status mutationem in tantam Reipublicæ perniciem nituntur, quod difficiliter sequi potest per Ministros inferiores Baronum, sed tantùm per delegatos à Principe ob eorum præeminentiam, authoritatem, & modum illa exequendi) etiam quod Baroni concessa sit illa iurisdictio in officium, vel in vtile dominiũ cum clausulis abdicatiuis, & priuatiuis, & per quamcunque aliam concessionem factam, semper remanet cumulatiua cum Principe concedente, Bellug.*de spec.Princ.rub.*15.§.*sed quid dices,* Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit. de elect. offic.* §.1. 30

num. 23. & 24. Petra *de poteſt. Princ. cap.* 8. *ex num.* 64. *verſ. quintus caſus.* Et proinde dum in hac cauſa Regij Officiales ſe ingeſſerunt, nemo alius, ipſo Principe inconſulto, ſe intromittere poteſt, Grammat. *voto* 28. *ex num.* 6.

31 Inſuper notum eſt, Statum dicti Dom. Ducis in hoc Regno, annis retroelapſis deuolutum fuiſſe ad S. M. illiuſque Terras venditas, & ſequeſtratas ad Fiſci beneficium, & ſic extinctæ fuerunt omnes dictæ prærogatiuæ, & priuilegia, Andr. *in c.* 1. §. *huius autem generis, ex quib. feud. amitt. & in cap.* 1. §. *ille tamen, de contr. apud Par. term.* Ann. *alleg.* 64. *num.* 14. Et ſi poſtea ex munificentia noſtri Regis Terræ ei reſtitutæ fuerunt, non cenſentur ſimul conceſſa dicta priuilegia iam extincta, ſed requiritur expreſſa, & noua ſpecialis conceſſio dictarum prærogatiuarum, Andr. *in d. l.* 1. *ex quib. cauſ. feud. num.* 13. *verſ. conſueuerunt Barones, de Pont. tit. de aſſenſ. Reg. num.* 6. præcipuè dictarum Regalium, quæ non ſunt, nec debent concedi, vt diximus ſupra, & dum non concurrant ad præſens eadem paterna affectio, & ratio, quæ primo loco noſtrum Inuictiſſ. Imperatorem induxerunt ad illa concedendum Sereniſſimæ D. Margaritæ vti ſuæ filiæ, mutatione perſonæ non tranſeunt ad alios, quibus Princeps forſan non fuiſſet conceſſurus, vel duriùs, arg. Text. *l. licitatio, §. fi. ff. de publ.* Afflict. *deciſ.* 361. Franch. *deciſ.* 175. *num.* 7. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic.* §. 1. *num.* 34. in omnibus enim inueſtituris nemini alij Baroni talis prærogatiua cognoſcendi de delictis criminis læſæ Maieſtatis in primo capite, à Sereniſſimis retro Regibus conceſſa apparet.

32 Et demùm aduertendum eſt, quod notabiliter dixit Grammat. *vot.* 28. *num.* 14. Principem etiam de Iure non teneri ad obſeruantiam illius, quod in præiudicium ſuæ authoritatis, & dignitatis conceſſit, & ante eum Abb. *in cap. ſicut il* 2. per illum Text. *extra de iureiur.* cum aliis ab his coaceruatis; In exceptis enim in hoc Regno non ſeruantur priuilegia vti ſonant, D. Genitor *d. pag.* 8. *num.* 93. Et maximè ſi dictum præeminentiarum non reperiatur infeudatus in poſſeſſione, pro vt non reperitur dictus Illuſt. Dux cognoſcendi de crimine læſæ Maieſtatis. Et his temporibus in illam ipſum immitti, in tam euidens præiudicium Realis Dignitatis, & Reipublicæ quietis, Fiſcus nequaquam credit, ſed omnem Iuſtitiam, & arbitrium à tam circumſpectis, & integerrimis iudicantibus ſperat; quorum intelligentia cætera ſuppleat, dùm currenti calamo, provt mihi tempus impartitur, hæc ſcripſi.

DISCEPT. CCCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius annuæ præſtationis cogitur accipere corpus, ſiue proprietatem.*
2 *Legatarius ex æquitate compelli poteſt ab hærede recipere congruam proprietatem.*
3 *Legatarius incapax cogitur recipere extimationem rei legatæ.*
4 *Debitor ex cauſa lucratiua poteſt vnam rem pro alia tradere.*
5 *Quod tibi prodeſt, & alteri non nocet fieri debet.*
6 *Onera in fundo colendo ſunt legatarij, non hæredis.*
7 *Solutio materiæ pro materiato, non eſt vnius pro alio ſolutio.*
8 *Emphyteuta an poſſit Canonem ſoluere anticipatè, & creditor teneatur recipere, & quid in Eccleſia.*
9 *Legatarius caſu quo cogitur accipere corpus pro annua penſione, debent etiam ſolui expenſæ pro fructibus colligendis.*
10 *Legatum in perpetuum relictum Eccleſiæ durat vltra centum annos.*
11 *Legatarius annuus cogitur per annos recipere, & vnicum eſt pro primo anno, pro aliis verò conditionale.*
12 *Legatum annuum debetur in principio anni.*
13 *Dotis vſuræ debentur in principio anni, & quando.*
14 *Alimenta annua debentur in principio anni.*
15 *Legati annui cedit dies ab initio.*
16 *Legatarius annuus poteſt agere de iure futuro cum iure præſenti.*
17 *Actio ante tempus poteſt proponi pro iure de futuro cum iure de præſenti.*
18 *Actio pro iure de futuro, non poteſt proponi, niſi adſit ius de præſenti actuale.*
19 *Legatum annuum debetur in principio anni, niſi ſit relictum ex certo corpore, quia tunc debetur tempore recollectionis.*
20 *Penſionarius propria authoritate extinguit penſionem gratis, ſecus ſi accepta pecunia.*
21 *Penſionarius an poſſit extinguere penſionem in præiudicium creditorum.*
22 *Penſionis reſeruatio, quando fiat loco alimentorum penſionarij.*
23 *Alimentorum renuntiatio futurorum debitorum ex vltima voluntate ſine decreto Iudicis non fit.*
24 *Vltima voluntas non vitiatur ex impoſſibili conditione, neque penſio impoſita motu proprio à Papa, quia æquiualet vltimæ voluntati.*
25 *Penſio Eccleſiaſtica non ſemper pro alimentis imponitur.*
26 *Penſionis reſeruatio, facta in actu reſignationis ſapit naturam contractus innominati.*
27 *Penſio impoſita motu proprio pro alimentis, extingui poteſt gratis, ſine decreto.*
28 *Penſionis extinctio numquam requirit decretum.*
29 *Alimentorum renuntiatio valet cum iuramento, niſi ſint alimenta iure ſanguinis debita.*
30 *Penſionis duplex genus, lucratiua ſcilicet, & oneroſo & traditur differentia.*
31 *Religioſi Capuccini, & fratres recollecti; ſunt incapaces hæreditatis, & legatorum perpetuorum, ſed non ſi ad tempus fiant.*
32 *Religio Capuccinorum non eſt capax annuæ præſtationis pro neceſſitatibus ſuis.*
33 *Capuccinus, vel ſtrictioris Obſeruantiæ, eſt capax legati annui pro ſuis neceſſitatibus.*
34 *Capuccinus, qui habebat annuam penſionem, ſi transferatur ad Religionem capacem transfert ſecum talem penſionem.*
35 *Religioſus poteſt habere annuam præſtationem ad nutum Superioris amouibilem.*

ARGVMENTVM.

Legatarium annuæ quantitatis poſſe cogi ab hærede accipere corpus, vel proprietatem

prietatem legato æquiualens,& hoc concedimus debitoribus omnibus ex causa lucratiua. Emphyteuta an possit Canonem soluere anticipatè,& quid in Ecclesia, legatum annuum debetur in principio anni, nisi sit relictum ex fructibus talis fundi, quia tunc debetur tempore collectionis fructuum, Dotis vsuræ, & alimenta annua debentur in principio anni,& quando legatarius annuus possit agere pro futuris,iuncto iure de præsenti; Pensio an possit extingui authoritate propria sine Papæ consensu, & procedit in extinctione facta gratis; secus si per recessum, vel alia causa onerosa. Pensio quando detur pro alimentis, & quando assimilatur vltimæ voluntati, quando contractui, Capuccinum esse capacem annuæ præstationis, & ad aliam strictiorem Religionem, &c.

Quia verò in Archiuio nostri Sancti Hospitalis, industria,& diligentia nostri Secretarij diligentissimi,Ioannis de Curtis,fuit inuentum hoc Responsum,quando Gubernatores plures effectus tradiderunt creditoribus eiusdem S.D.tempore D. Francisci Philamarini Principis Roccæ, placuit hoc Responsum, & industriam nostri Secretarij non paruipendere.

RESPONSVM
PRO
Venerabili Hospitali Incurabilium huius Almæ Vrbis Neapolitanæ,

Vt Apostolicæ concessionis vigore eius bona, ac nomina debitorum insolutum eius creditoribus præberi, ac præstari valeant.

An Legatarius annuæ quantitatis cogi possit ad accipiendum corpus pro extinctione legati, & quid, si sit Ecclesia, & quid sit legatum annuum,& an pensio possit extingui à Pensionario.

CVM in actu adsim gubernio S. Hospitalis, & Ecclesiæ Incurabilium Neapoli, locus in tota Europa commendatus,plura reperi onera annualia debita ab eadem Domo hærede instituta per diuersos fideles, in diuersis temporibus, & inter alia in testamento quond. Petri Nugnes de Palma, qui hæredem fecit dictam Sacram Domum, & legatum fecit Venerabili Monasterio Montis Dei PP. S. Dominici Congregationis Sanitatis,per hæc verba,

Item lascio, & voglio, che subito seguita mia morte, li Padri della Venerabile Chiesa del Monte di Dio de PP. Domenicani à Pizzo-Falcone debbiano celebrare, e fare celebrare in d. loro Chiesa proprio nella Cappella del Santissimo Rosario, vna Messa perpetua il giorno,per l'anima mia, e de miei parenti. Perciò li lascio la lemosina necessaria de doc. settanta due l'anno, quali voglio se gli facciano buoni sopra tutti li miei beni,con la generalità, &c.

Domus, & Hospitale Incurabilium hæres dictorum Nugnes,prætendit dare capitale de contanti eidem Ecclesiæ Montis Dei, qua pecunia faciat sibi emptionem ad rationem ducatorum quatuor pro centenario; sicque soluendo capitale de contanti ducatorum mille,& octingentum, se liberare ab onere solutionis in futurum; Etenim se ab obligatione correspondendi ducatos 72. annuos, pro quibus exigendis soluit exactoribus ducatos quinque pro centenario, & sic in graue damnum repetitur, sed dando capitale benè cautelatum supponit satisfacere suæ obligationi, &c.

Monasterium Montis Dei,ad faciendam quietationem capitalis, & tertiarum Sacro Hospitali, & in futurum non molestare, quacunque ex causa periret aliqua emptio facienda, & ad hoc comparuit in Tribunali Venerandæ Nuntiaturæ Apostolicæ pro decreti interpositione, &c.

Quia verò hoc totum dependet ab illa quæstione, an hæres obligatus soluere onera annualia, possit dare tot in corporibus, vel in quantitate, vt ex fructibus satisfiat,se liberando ab annua solutione,&c.

Contingit etiam hoc in testamento Cæsaris Antonij Mormilis de nobilissima familia, & de Platea Portænouæ huius Ciuitatis, cùm reliquisset hæredem D. Carolum filium Ducem Carinari, eum grauauit, vt teneretur dare Patribus S. Seuerini, vbi est Cappella familiæ prædictæ, anno quolibet in perpetuum, ducatos centum, D. Carolus filius quæsiuit,an posset se à tali onere liberare, tradendo corpus talis valoris; Respondi ego posse id facere, & Patres contendentes,visis doctrinis, acquieuerunt.

Probatur primò,per Textum *in l. si quis argentum 25. C. de donat.* vbi expressis verbis habetur,quòd,si quis exerceat liberalitatem donando, vel legando annuum redditum de bonis suis, potest tradere pecuniam pro vna vice tantùm, vbi Glossa dicit,hoc esse fauore eius, qui liberalitatem exercuit,vnde Baldus *in d. l. num.6.* dicit, quòd, si debitor non vult habere onus portandi fructus ad domum creditoris, poterit creditori dare fundum, vnde eos suscipiat, idque propter liberalitatem, seu munificentiam donantis, vnde ait Pone, testator fecit testamentum, & instituit me hæredem, mandauit, quòd quolibet anno, darem cuidam loco Religioso quindecim salmas vini,dico ego Religiosis, volo de bonis testatoris assignare vobis vnam bonam vineam,& vos habeatis curam circa eam, dicunt Religiosi, nolumus istam curam, imò nolumus habere aliud facere, nisi bibere, hæc Baldus, & quærit quid iuris, & concludit pro hærede contra Religiosos, sequitur Barrius *lib.9. de succeff. tit. de legatis, num.15.* vbi addit,vnum singulare post Tepatum

tit.6 2 2. cap.4. quod poterit hæres ſingulis annis variare, quia cùm legatum annuum, tot ſint legata, quot ſunt anni, *l. in annos, l. cum in ſingulos, ff. de annuis legatis, l.1 1 5. ff. de condit. & demonſtrat.* imò dicit idem Barrius *num.17.* poſt Tepatum, quem allegat, quòd, ſi teſtator leget corbem frumenti annuatim, vſque ad annos decem, poterit hæres pro toto tempore ſoluere decem, & dare totum, & legas in ſimili Capycium Latr. *deciſ.11. num.3. & 4.*

2 Probatur ſecundò ex æquitate, qua compelli poteſt legatarius ab hærede, ad recipiendam idoneam proprietatem, ex qua vinum legatum, vel frumentum, deductis expenſis, colligere valeant, & ad hoc Ioannes Caluinus, *lib.2. de æquitate, cap.144. num.6.* allegat Baldum *in d. l. ſi quis argentum, num.4. &* 5. C. *de donat.* & Caccialupum *de penſionibus, quæſt.16. num.20. vol. 13. tractatuum, part.1.* vbi *num.19.* ſcribit, quòd ſi decem ſingulo anno debentur, ſufficit ſoluere 150. ad redditum percipiendum, cùm veriſimiliter ex illis 150. decem anni percipi poſſint, *cap. ad veſtras, de donat. inter virum,* poſt Bald. *in d. l. ſi quis argentum, num.7.* quod, vt valdè notabile, & quotidianum comprobat Petrus Gerandus *ſingulari 34.* vbi ait hoc quotidianum, & honorabile eſſe fauore eius, qui munificentiam exercet, & hanc eandem ſententiam videtur amplecti Federicus Scotus vir doctus, ſed pronus ad carpendum aliorum dicta, *in l. 2. §.1. n.251.*

3 *& 261. ff. ſi certum petatur*; Quòd, ſi legatarius ſit incapax proprietatis, vt plerique ſunt fratres mendicantes, æſtimationem ei deberi cauetur *in l. filiusfam. §. ſi quis alicui, ff. de leg.1. l. Titia, ff. de leg.2. l. Patronus, ff. de leg.3.* Federicus Scotus, vbi ſupra §.2. *num.259.* Cuius ratio eſt, quia pro materia ſolui poteſt materiatum eiuſdem ſubſtantiæ, & è contra. Nam quod in ſubſtantia, & vtilitate recipit functionem, non dicitur aliud, ſecùs ſi eſſet diuerſitas in ſubſtantia, vel in vtilitate, Baldus vbi ſupra *num.4. & 6.* Scotus vbi ſuprà *num.207.* vbi ait materiam, & materiatum non differre genere, niſi vbi ſequuta fuerit irreuocabilis migratio materiæ in materiatum, *l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pign. act.*

4 Probatur tertiò, quia ſpeciale eſt, quòd quando agens agit ex cauſa lucratiua, admittatur ſolutio alterius ſpecici. *d. l. ſi quis argentum, §. ſi verò, C. de donat.* & præſertim fauore vltimæ voluntatis. *l.1. & l. Titiæ, ff. de auro, & argento legato*, Gloſſa *in dicta l. ſi quis argentum, verbo in æſtimatione, & verbo fundos tradere,* vbi circa medium dicit, quod ita placuit Principi fauore exercentis liberalitatem, contra communia iura, vt etiam explicat Baldus *d. num.6. verſ. dicunt quidam,* quod hoc eſt ſpeciale, vt dicitur de debitore farinæ, qui poterit tradere frumentum in eius locum, ob cauſam legati, non autem in cauſa mutui, vt ſcribit Federicus Scotus *vbi ſupra n.139.* quia propriè farina non videtur fructus prædij, vt ſcribit Baldus *in d.l.1. num.26. de fructibus, & litium expenſis.*

5 Probatur quartò, quia quilibet poteſt facere, quod ſibi prodeſt, & alteri non nocet, *l. Item Varus, ff. de aqua pluuiali arcenda, l. in Creditore, ff. de euict.* & qui præſtat æſtimationem, dicitur rem propriè præſtare, *l. propè modum, ff. de verb. ſignif.* cùm æſtimatio vice rei fundetur, *l. ſi ſterili, §. cùm per venditorem, ff. de act. empt. l. dario, § ſi per venditorem, ff. de euict.* Scotus *vbi ſupra num.160.* Ergo debitor volens ſe eximere ab onere portandi quid annuum, vel fructus annuos ad domum creditoris, poterit creditori à principio dare idoneum fundum, ex quo eos fructus ſuſcipiat, vel ſoluere per annos 15. anticipatos, & tali pecunia ſoluta liberatur, vt probat Baldus *vbi ſupra n.7.* quod clarius habetur *in d.l. ſi quis argentum, §. ſi autem donator,* ibi (in redditibus autem in quindecim annis æſtimationem præſtes) vbi Baldus *num.7.* quem Textum declarat ibi Gloſſa, reſpectu ſingularis perſonæ, cui fuit factum legatum, cùm viuere præſumatur per annos quindecim, ita vt eam diſpoſitionem minimè locum habere videatur, quando legatum factum fuit vniuerſitati, ſiue corpori, cuius vita non poteſt vllo modo taxari, nec limitari, quod corpus ſemper durare præſumitur, vt ſunt Monaſteria, & Ciuitates, *l. proponebatur, C. de iudiciis.*

Neque dicas, quòd onus cultiuandi fundos 6
pertinet ad hæredem; legatarij autem ſolùm habent curam bibendi vinum legatum, ergo non cogitur legatarius accipere fundum, pro tot ſalmis vini legati: Conſequentia patet, quia ſequeretur, quòd aliud pro alio inuito creditore ſolueretur, quod non poteſt fieri, *l.2. §.1 ff. ſi certum petatur,* & notat Caluinus *de æquitate, lib.2. c.44. num.1.* ergo cùm certa vini quantitas fuerit legata Religioſis, eis inuitis, non poteſt hæres proprietatem loco vini aſſumere.

Reſpondeo non ſolui alium pro alio, quando 7
vigore legati, loco rei traditur æſtimatio eiuſdem, vt ſupra dicebamus, præſertim quando res non præſumitur per contractum debita, ſed per vltimam voluntatem, vel ex cauſa lucratiua, &c. tunc enim habet locum regula, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, fieri debet, &c. & licèt rigore iuris attento, Religioſi legatarij ſolùm debeant vinum recipere, & quatenùs loco vini, cogerentur recipere proprietatem, vtique læderentur, & grauarentur, æquitate tamen ſuadente ad id cogi poſſunt legatarij ex dictis à Caluino *de æquitate, lib.2. cap.144. num.2.* & ſic dicunt ad Text. *in l. talis ſcriptura,* vbi Bart. & Dynus *ff. de leg.1.* qui Textus de rigore iuris loquens, ait, quòd contra voluntatem legatarij non poteſt hæres loco vineæ tradere pecuniam, ergo neque loco vini poterit hæres dare proprietatem, cùm non poſſit debitor, inuito creditori ſoluere aliud, licèt melius *l. finali, ff. de vſu, & hab. & §. huic autem, inſtit. de act. l. ſi mandato meo, ff. mandati,* quæ iura loquuntur ſtricto iure, non de æquitate, Caluinus *d.cap.144. num.5.*

Ex quibus infertur primò ad quæſtionem, an 8
hoc procedat in emphyteuſi: Prima opinio eſt Baldi *in d.l ſi quis argentum, num.8.* qui ait emphyteutam poſſe ſoluere annatas quindecim anticipatas, & ſi interim moriatur ille, cui fuit facta ſolutio, non reuertitur pecunia, ſiue prædium traditum ad ſoluentem, quia ſicuti poterat ſoluere in quolibet anno, & noluit ſoluere ſemel pro ſemper, vt ex redditibus qualitatis prædictæ, percipiat creditor illud annuum creditum, ita non poterit vlterius agere ad recuperationem ſoluti, ſiue traditi, *l. in fideicommiſſi, §. cùm Pollidius, ff. de vſuris, d. cap. per veſtras de vſuris,* Bald. *loco cit. num.8.* Secunda opinio eſt contraria, quam tenet Speculator *in tractat. de emphyteuta, num.43. & 44. fol.280.* dum probat, Eccleſiam non teneri recipere anticipatè Canonem, quem per 30. annos offert emphyteuta, ex *l. Item illa, ff. de conſtit. pecun.* quia ei inuita etiam, quod melius eſt, præſtari non poteſt, *l. non poſſe, & l. ſequenti, ff. de vſufr. cap. geſta 74. diſt.* quia habetur pro ſuſpecto futurum præiudicium, argumento

mento *l. qui in futurum, ff. de pactis, & l. 2. ff. solut. matrim. iuncta l. filius, §. diui, ff. de legat. 1.* & sicuti Ecclesia non potest cogere emphyteutam ad soluendum ante tempus, *l. licet, C. de condit. & indebit.* ita neque eadem Ecclesia cogi debet ad recipiendum Canonem ante tempus, *l. qui Romæ, ff. de verb. cap. vnico de plus petitionibus*, & licet plus soluere dicatur, qui ante ipsum soluit, *§. plus, instit. de act.* Adeo quòd qui plus facit, quàm debet, benefacit, quod debet, *l. cùm furti, ff. de in litem iurando*, & laude dignus est, qui non minus, sed plus facit, quàm debet, *l. is, cum quo, ff. de aqua pluu. arc. l. si arbore. ff. de seruitut. vrban. rustic.* & ita hanc opinionem tenet Clarus *in §. emphyteusis, quæst. 22.* Rodoanus *de reb. Eccles. non alien. quæst. 19. cap. 2. n. 14.* post alios Corbolus *de iure emphyt. limit. 17. num. 3. & 4.* vbi etiam ait, quòd licèt emphyteuta per publicum instrumentum vellet anticipatè soluere Canonem pro multis annis, cum omni interesse domini, quia tamen cursu temporis posset variari interesse, & dominus grauaretur in onere illud probandi, ideò indistinctè tenendum est, vt emphyteuta non possit arctare dominum ad accipiendum anticipatè futuros Canones, & tandem in emphyteuta cessat liberalitas per Imperatorem considerata in legatis, vel donationibus, de quibus supra, ergo cessare debet effectus prædictus.

9 Infertur secundò, quòd eo casu, quo permittitur hæredi dare legatario corpus pro legato annuo relicto, tunc in tali prædio æstimando, deduci debent omnes expensæ faciendæ in colligendis fructibus, quia fructus non dicitur, nisi deductis expensis, *l. si à patre, §. finali, ff. de petit. hæredit. l. fructus, ff. solut. matrim.* Glossa *in d. l. si quis argentum, §. si verò, in verbo fundus, C. de donat.* Caluin. *lib. 2. de aquit. cap. 144. à num. 10.*

10 Infertur tertiò, legatum relictum in perpetuum percipiendum ab Ecclesia, & sic corpori nunquam morituro, iuxta *l. proponebatur, ff. de iudiciis*, durare secundùm aliquos, vsque ad centum annos ex Alexandro *cons. 60. lib. 1.* per Text. *in l. penult.* vbi Baldus, *ff. de annuis legatis*, Glossa, & Baldus *in l. municipibus, ff. de vsufr. legato*, vbi vsusfructus legatus Ciuitati durat centum annis, vel si aliquod annuum relictum sit, durat per centum annos, Alexand. *in l. 2. ff. solut. matrimon.* Ruinus *consil. 143. col. 4. lib. 4.* Decius *consil. 378.*

Contrarium tamen putat Bart. *in l. si vsusfruct. municipibus, C. de vsufr. legato, & in l. cùm vsusfruct. ff. de vsufr.* & ibi Glossa *in verbo longè*, quia cùm legatum sit factum in perpetuum, talis qualitas perpetuitatis extenditur vltrà centum annos, *l. annus, §. à Titia*, & ibi Glossa, *C. de annuis legatis*, quæ durat, donec durabit Ecclesia, siue Templum, & ita malè consuluisse Alexandrum dicit Parpalia *in l. super la 2. num. 8. ff. solut. matrim.* vbi distinguit legatum annuum simpliciter factum, & legatum annuum in perpetuum, vt primo casu procedat opinio Alexandri, secundo casu opinio *Parpaliæ*, sequitur Crot. *in l. 4. §. Cato, num. 134. ff. de verb.* Riminaldus Iunior *consil. 219. num. 32.* Berous *consil. 155. lib. 1.* Gratian. *cap. 131. num. 14.* vbi ait, quòd destructa Ecclesia, cui factum fuerit legatum perpetuum, transit ad S. Pontificem, quia supereest Christus, cuius contemplatione præsumitur factum fuisse legatum, & remanet Ecclesia Romana, à qua cæteræ Ecclesiæ emanarunt, Cotta *in memorabilibus, in verbo perpetuum, vers. tamen in practica*, & sequitur Gratian. *vbi supra num. 16.* quia omne verbum in lege aliquid operari debet, & non esse superfluum, Glossa *in l. penultim. Cod. quod metus causa.* Baldus *in rubrica. Cod. de contrahend. emptione. l. stipulatus in princip. ff. de vsuris*, ergo cùm testator legauerit annuum in perpetuum, ita debet intelligi, non per centum annos, præsertim considerato fauore Ecclesiæ, de quo *in l. sunt personæ, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*, & fauor animæ, qui cunctis præfertur, *l. Sancimus la 1. C. de Sacros. Eccles.* & simul fauor publicæ vtilitatis, quæ consistit in Ecclesiis, & corporibus non morituris, Bald. *in l. 1. ff. solut. matrimon.*

Infertur quartò, quòd legatum annuum, de 11
quo *in l. in singulos 8.* & *in l. Caius Seius 12. ff. de annuis legatis, & in l. cum in annos 10. & l. nec semel 12. & l. cùm in annos 23. ff. quando dies legati cedat*, Ioseph Ludouicus *decis. lucens. 23.* Rota apud Buractum *decis. 643.* debetur legatario in principio anni, non autem in fine illius, *l. à vobis 5. d. l. in singulos 8. ff. de annuis legatis. d. l. nec semel 12. ff. quando dies legati cedat. l. 1.* vbi Glossa, & DD. *C. quando dies legati cedat*, Cotta, Bart. & alij *in l. qui hoc anno 42. ff. de verb. obligat.* Caualcanus *de vsufructu mulieri relicto, num. 166.* Crass. *in §. legatum, quæst. 41.* Gomesius *var. tom. 2. cap. 19. num. 27.* vbi testatur de communi opinione, & in iudicando, & consulendo esse receptam, Surdus *tit. 4. de alimentis, quæst. 17.* Gargianeus *cons. 97. num. 48. vol. 1.* Menoch. *cons. 18. num. 27.* Noalis *de transmissionibus, casu 66. num. 19.* Cancer. *var. part. 1. cap. 16. num. 31.* Rota *decis. 680. num. 6. part. 4. recens.* Altogradus *cons. 72. num. 14. lib. 2.* nouissimè Ant. Conciol. *part. 1. alleg. 26. n. 20.*

hoc idem dicunt de fructibus, seu interusuriis 12
dotalibus debitis annuatim, ob retardatam solutionem dotis viro sustinenti onera matrimonij, quia eidem solui debent in principio anni, vt post Baldum *in lib. 1. C. de fideicommissis, num. 3.* Soccinum Iuniorem *consil. 70. num. 14. lib. 1.* 13
& Surdum *de alimentis, tit. 4. quæst. 17. num. 10.* dixit Rota Romana *decis. 428. num. 50. part. 3. recent.* sic alimenta solui debent in principio anni, Bald. *in d. l. 1. num. 3. C. de fideicomm.* Caualcanus *vbi supra, num. 6.* Cancerius *d. part. 1.* 14
cap. 16. num. 32. Baldassar Thomasius *in suis tractatib. decad. 3. tit. 18. num. 156.* Rota apud Burattum *decis. 891. num. 3.* Pyrrus Maurus *de solut. cap. 55. num. 3.* vbi ait, quòd quando terminus apponitur in obligatione ad illam multiplicandam, & cognoscendam, solutio fieri debet in principio termini, quia tunc dilatio dicitur apposita fauore creditoris, vt post Altogradum *d. cons. 72. num. 16. lib. 2.* dicit Conciolus *d. part. 1. alleg. 26. num. 4.*

Totum autem hoc probatur, quia dies legati 15
annui cedit ab initio cuiuslibet anni, *l. habitationis 11. ff. de vsu, & vsufruct. legato*, Glossa *in l. à vobis 5. in verbo deberi, ff. de annuis legatis*, Gargianus *consil. 97. num. 47. vol. 1.* Surd. *tit. 4. q. 17. num. 10.* Noalis *vbi supra, num. 19.* & faciunt tradita per Glossam *in dict. l. 1. C. quando dies legati cedat*, ibi, annua si debes, tunc inspicias caput anni, annua si debes in fine teneberis anni DD. *vbi supra*, vnde si legatarius huius annui legati, moriatur in principio anni, transmittit integrum legatum ad eius hæredes, *dict. l. à vobis 5. & d. l. in singulos 8.* & ibi Doctores *de annuis legatis*, Surd.

tit.4.quæſt.17.num.9.& ſeq.& *conſil.113.num.8. vol.1.*Coſta *de portione ratæ,q.1.n.18.* Cancerius *part.3.cap.21.num.348.*Noalis *caſu 86.num.19.* Baldaſſar Thomaſius *decade 3.tit.18.num.156.* Altogradus *dict.conſ.72.num.15.*Conciolus *dict. allegat.26.num.6.* cuius ratio eſt, quia legatum annuum pro primo eſt purum, & maturatur in principio cuiuſlibet anni, *dict.l.1. C.quando dies legati cedat,d.l.nec ſemel 12.ff.eodem tit.*Caſtillus *de vſufruct.cap.67. num.32.* Cencius *de cenſibus, quæſt.118.* Scapuccinus *de Saluiano interdicto lib.1.cap.14.* Coſta *de portione ratæ,q.60.* Noalis *d.caſu 66. num.19.* Cyriacus *controu.18.num.7.* & *controu.319. num.12.* licèt pro annis ſequentibus ſit conditionale, Doctores *vbi ſuprà,* Surdus *deciſ.120. num.15.* & ideò pro illis non eſt tranſmiſſibile, vt bene declarat Noalis *dict. caſu 66.n.19.*

16 Ideoque poterit legatarius cogere hæredem, & à Iudice imponi facere præceptum,vt declaret Iudex ex nunc hæredem obligatum eſſe ei ſoluere vnamquamque ſummam annuam, in principio cuiuſlibet anni aduenientes, ne legatarius quolibet anno cogatur agere contra hæredem, pro conſequutione dicti annui legati, Gloſſa *in d.l.1.*vbi notant communiter omnes, *C.de fideicommiſſis,* Gomezius *tom.2. cap.11. num.47.* vbi teſtatur de communi opinione Craſſ. *in §. legatum, quæſt.44.* & elapſo anno ſententia exequi debet abſque alio proceſſu, Gargineus *conſil.97. n.49.*Surd. *dec.120.n.6.& ſeq.*vbi D.Hodierna Scapuccinus *de Saluiano interdicto lib.1. qu.14. n.7.* qui dicit in annuis legatis,in annuis præſtationibus,in annuis alimentis ius de futuro, poſſe in iudicium deduci, non ad effectum exigendi, ſed ad effectum, vt adueniente tempore ſibi ſoluatur,ne creditor cogatur ſingulo anno agere, vt Doctores docent, Cencius *quæſt.96. num.14.* Rota apud Puteum *deciſ.259.n.4.part.1.* Con-

17 ciolus *part.1. allegat.26.num.9.* regulariter enim in debitis annuis poteſt agi ante tempus, etiam pro tempore futuro, vt adueniente tempore ſibi ſoluatur, Oſaſchus *deciſ.134.* Surdus *deciſ.120.* Fontanella *clauſ.4.gloſſ.18.part.4.num.18.& ſeq.* Poſthius *de manutenendo, obſeru.12. num.132.* quod non procedit in fideiuſſore cenſus,Poſthius *vbi ſupra,*Rota *deciſ.521.num.13.* apud eundem Poſthium.

18 Quod tamen tunc procedit, quando tempore moti iudicij, aliqua ſumma debita ſit, pro præterito, & illa in iudicio proponitur, & ſimul cum ea agatur ſuper futuris præſtationibus, vt adueniente tempore ſoluantur, ita Vrſillus ad Afflictum *deciſ.279.n.2.* Fontanella *vbi ſuprà, n.18. & ſeq.*Surdus *d.deciſ.120.num.17.& ſeq.*vbi docet modum practicandi, Cencius *dicta quæſt.16. num.16.* licèt enim iudicium non poſſit fundari ſuper iure de futuro,*l.non quemadmodum 35.ff.de iudiciis,l.1.§ ſocius, ff.de vſufr.* Surdus *vbi ſuprà, num.11.*D.Hodierna *dict.num.11.*Cencius *n.17.* cùm tractus futuri temporis non ſpectent ad Iudicem, *leg.Atheius 14. §.in hoc iudicio, ff.de aqua pluuiali arcenda, l.1. §.1.ff.de vſuris,* Pinellus *in l.1.part.3.num.78.C.de bonis maternis,*Peregrinus *art.41. num.4.* D. Hodierna *vbi ſuprà, num.11.* quia tamen pro tempore præterito debitum eſt purum,ratione illius adiuncti, & in conſequentiam præteriti debiti puri, poteſt fieri petitio, & condemnatio ſuper futuris præſtationibus,ad effectum, vt ſoluatur tempore adueniente, quo caſu tenet, & valet iudicium ſuper futuris, Gomezius *tom.2.cap.11.num.47.* Surdus *vbi ſuprà, num.14.& 15.*D.Hodierna *n.11.& ſeq.*Cencius *d.quæſt.96. num.17.& ſeq.* Fontanella *vbi ſuprà, num.15.* Scapuccinus *de Saluiano lib.1. q.24. in fine.*

Cùm verò dicimus legatum annuum deberi 19
in principio anni,procedit, quando eſt relictum ex fructibus, non deſignato certo corpore, ſed ſi fiat deſignato certo corpore, tunc eſt expectandum tempus collectionis fructuum, *l.Firmio 26. §.Pater annua,*& ibi Gloſſa *in verb.mitio,ff.quando dies legati cedat,*Bart.*in l.qui hoc anno 42.ff.de verb. obligat.* Simon de Petris *de interpret.vltim. volunt.lib.4. dub.11.num.93.* Surdus *de alimentis,tit.4.q.17.num.11.* Altogradus *dict.conſil.72. num.17.* quia quando fructus legantur de certo fundo, dictum legatum eſt conditionale, ſi fructus naſcantur, *l.interdum 73. ff.de verb. obligat.* Paulus *in l.ſi ex conducto 16. §. ſi vis tempeſtatis, ff.locati,* Natta *conſil.86. num.2.* Surdus *d.q.17. num.24.* Cardin. Mantica *lib.14. de coniecturis, tit.30. num.39.* ergo eſt expectanda recollectio fructuum, tum quia quando genus debetur, habito reſpectu ad certam ſpeciem, tunc genus habetur pro ſpecie, *l.quæſitum eſt 31. ff.de peculio, l.Titiæ textores,eodem tit. l.in Nauem Sanphei 34. ff.locati,*Bart.& Doctores *in l.quod te,ff.ſi certum petatur,*Iaſon *in l.1.num.85. C.de iure emphyteutico,*Surd.*tit.4.quæſt.16.num.18.*& *q.17.num.25.* & Gratianus *cap.62.num.11.parte prima,* quicquid contrarium dicat Gloſſa *in d.l.Firmio,* contra quam Surdus,& Gratianus *vbi ſuprà.*

Quod adeo verum eſt,vt ſi teſtator legat(ver- 20
bi gratia) viginti annua,& ſimul decem modica frumenti, vel decem ſalmas vini,ex tali prædio, hæres non tenetur præſtare dicta ſcuta viginti in principio anni, ſed tantùm tempore recollectionis fructuum, ſcilicet frumenti, vini, &c. quia cùm pecunia, & frumentum, & vinum ſint in eodem legato connexa, debent æqualiter determinari, & ratione dictæ coniunctionis æqualiter præſtari, argum.*l.iam hoc iure 4. ff.de vulg.*Bart. *in l.ſi legatarius,§.1.ff.de legat.3.*Gratianus *c.62. num.10.* Surdus *tit.4.q.17. num.16.* idem Gratianus *cap.70.n.46.*Menoch.*lib.4.præſumpt.199. num.19.* & ſic intelligitur Coſta *de portione ratæ,quæſt.60.num.8.*Menoch.*lib.4.præſumpt.199.* Cencius*quæſt.83.* Rota *deciſ.680.num.7.part.4. recent.tom.3.*qui dicunt legatum annuum ſoluendum ex fructibus eſſe, ſoluendum tempore recollectionis fructuum,quia hoc intelligitur quando eſt de fructibus talis fundi,vt bene Antonius Conciolus *d.alleg.26. in fine.*

Infertur quintò,quòd ſicuti hæres poteſt ex- 21
tinguere legatum annuum ſoluendo, vel tradendo pro vna vice tantùm, ita Penſionarius poteſt, ſi velit extinguere penſionem ſibi competentem etiam in præiudicium creditorum ſuorum, ſed non poterit hoc facere Beneficiatus,inuito Penſionario, quia talis extinctio cedit ad vtilitatem Eccleſiæ, & fauorabilis eſt libertati beneficij, Amideus *de ſtylo dataria, cap.27. num.15.* Rota *deciſ.129.part.1. recent.* Tondutus *de beneficiis, tom.1.cap.15.*ſed eam impugnat Salgadus *part.1. cap.43. num.45. in labyrinto creditorum poſt Lottherium, lib.1. de beneficiis, cap.42. num.19.* & 22
Praxis Romanæ Curiæ eſt contraria,ſcilicet Penſionarium poſſe extinguere penſionem in præiudicium ſuorum creditorum, imò etiam Procuratoris perpetui,& irreuocabilis, quamvis ſoluto pretio, quia caſſatio, & extinctio penſionis eſt fauorabilis Eccleſiæ, quia per eam recuperat priſtinam libertatem, & eximitur à ſeruitute penſionis,

sionis, & adeò verum est, vt non valeat promissio etiam iurata de non extinguendo pensionem, Tondutus *de pensionibus, cap.* 21. *num.* 27. & 28. Sed hic obserua, quòd extinctio pensionis præuia pecunia fieri non potest sine authoritate Summi Pontificis, si tamen illius extinctio sit gratuito, sine interuentu pecuniæ, tunc non requiritur authoritas Pontificis, sed solo partium consensu fieri poterit, Gomezius *ad regulam de infirmis, q.* 16. *pag.* 3. Rodoanus *part.* 2. *de simonia, cap.* 14. *num.* 15. Parisius *lib.* 6. *de resignatione beneficiorum, q.* 2. *num.* 123. vbi dicit, quòd quando extinctio pensionis fit solutis anticipatis aliquibus annatis, non potest fieri sine consensu Pontificis, Achilles de Grassis *decis.* 6. *de renuntiat. ex Clem.* 1. *de renuntiatione*, Sanchez *lib.* 3. *opusculorum, cap.* 2. *dubio* 46. Gratianus *cap.* 158. *n.* 12. sic reductio pensionis si fiat gratis potest fieri, sola partium conuentione, Rota apud Garciam *lib.* 1. *de beneficiis, cap.* 5. *num.* 39. Parisius *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 119. sed fiat mediante pecunia, debet fieri authoritate Pontificis, Rota *decis.* 454. *n.* 7. *part.* 1. *diuers.* Tondutus *de pensionibus, cap.* 57. *num.* 3. & quando fit gratuita partium conuentione, neque requiritur Iudicis decretum, vt bene Tondutus *cap.* 58. *de pensionibus, n.* 14.

23 Dices pensionis reseruatio fit loco alimentorum Pensionarij, Gigans *de pensionibus, q.* 31. & *q.* 69. *num.* 3. *in fine*, Romanus *consil.* 388. sed transactio super alimentis futuris non valet sine Iudicis decreto, *l. cùm hi, ff. de transaction.* quia hoc est priuilegium alimentorum, vt alienari nequeant, Surd. *de alimentis, tit.* 8. *priuil.* 55. Tiraq. *de retractu consanguinitatis, §.* 26. *glossa* 1. *num.* 7. Galleratus *de renuntiatione centuria* 1. *cap.* 50. & saltem interuenire debet Iudicis decretum, maximè cùm debeantur alimenta ex vltima voluntate,
24 *dict. l. cùm hi*, Baldus *in l. pactum, C. de collationibus*, Surd. *tit.* 8. *priuil.* 56. Gallerus *vbi suprà, num.* 9. sic sunt pensiones à Summo Pontifice reseruatæ, quia videntur habere naturam legati, & vltimæ voluntatis, cùm procedant ex gratia Summi Pontificis, vt ait Barbosa *in l. diuortio.* 8. *in principio, num.* 43. *in fine, ff. soluto matrim.* Romanus *consil.* 348. *in fine*, qui ex hoc dicit, quòd sicut
25 vltima voluntas non vitiatur, quamvis id, quod intra certum tempus fieri debebat fuerit, post tempus præstitum, ita in mandato Papæ, quia licèt impossibile sit illud, quod in gratia demandatum est, non per hoc erit non adimplendum, sed erit arbitrio Iudicis intrà alium terminum adimplendum; ergo requiritur decretum Iudicis in tali extinctione.

26 Respondeo primò, quòd non omnes pensiones Ecclesiasticæ, loco alimentorum imponuntur, sed solùm quando id expressum fuit, putà per clausulam (vt commodius sustinere valeat) vel alia simili clausula, in Constitutionibus pensionum apponi solita; aliæ verò, quæ sine tali clausula, aut simili imponuntur, non habent vim alimentorum, vt bene aduertit Garzia *de beneficiis, lib.* 1. *c.* 50. & 51.

27 Respondeo secundò, quòd pensionis reseruatio facta in actu resignationis sapit naturam contractus innominati, Do, & Des, vt dicit Rota *decis.* 471. *part.* 1. *diuersorum*, quæ dicit, quòd in istis pensionibus, sicut in contractibus innominatis, licita est pœnitentia re integra, etiamsi vnus impleuerit, licèt alius aliquid fecerit, si perfectè non adimpleuerit, Bart. *in l. si pecunia, num.* 11. *ff. de condit. causa data, & causa non secuta*, etiamsi præstitus sit consensus, qui est tantùm præparamentum ad actum, vt *in dicta decis.* 471. *num.* 3. & sic pensio ratione consensus præstiti per titularem æquiparatur contractui, vt ait Achill. de Grassis *decis.* 13. *de pensionibus, num.* 8. Garzia *lib.* 1. *de beneficiis, cap.* 5. *num.* 41. Gigans *quæst.* 31. *num.* 50. & *q.* 99. *num.* 10. ergo licèt pensio esset pro alimentis, si tamen non fuerit reseruata motu proprio, sed in consequentiam consensus præstiti per titularem, potest remitti, vel cassari gratis, nulla Superioris, vel Magistratus authoritate, sicuti dictum est de alimentis debitis ex contractu, Garzia *vbi suprà.*

Respondeo tertiò, quòd etiam pensio impo- 28
sita motu proprio, & absque consensu titularis, dum extinguitur, nullum requiritur Iudicis decretum, quia ratio fauoris alimentorum cessat in hoc casu extinctionis pensionis: nam sicut alimentorum præstatio fauorabilis est, ita è contra pensionis extinctio fauorabilis, & retentio pensionis fauore caret, & illius cessatio est fauorabilis, quia Ecclesiam eximit ab onere, & seruitute, Paris. *lib.* 6. *de beneficiis, q.* 1. *n.* 5. & 6. Achilles de Grassis *decis.* 7. *de Decimis.*

Vnde apparet decretum Iudicis non requiri 29
in extinguendis pensionibus, quæ loco alimentorum non dantur, nec in illis, quæ dantur ex causa alimentorum, ex consensu Titulatorum, quia dicuntur ex contractu, nec in aliis, quæ sunt ex consensu partium, neque in illis, quæ motu proprio sine partium consensu, quia licèt verum sit, quòd habeant naturam vltimæ voluntatis, non tamen in illis consideratur duplex fauor, nempe alimentorum, & vltimæ voluntatis, quia Ecclesia fit libera, ab illo onere liberata, vt bene Sanligerius *cap.* 5 8. *de persionibus, num.* 24.

In quo tamen obserua, primò, quod in qui- 30
buscunque casibus alimentorum remissio iuramento firmatur, etiam sine Iudicis decreto, secundùm veriorem sententiam, de qua Facchin. *lib.* 3. *quæst. iuris, cap.* 21. quia iuramentum facit, vt ciuilis ratio cesset, cùm Religio sit præponenda iuris ciuilis constitutionibus, *cap. cùm contingat de iure iurando, cap. quamvis pactum de pactis, in* 6. Vasquius *lib.* 1. *de succes. creat.* §. 18. *quæst.* 29. *num.* 169. Padilla *in dict. leg. de alimentis, Cod. de transact. num.* 9. Garzia *dict. part.* 1. *de beneficiis, cap.* 5. *num.* 54. Mantica *lib.* 26. *tit.* 20. *num.* 12. quod tamen locum non habet in alimentis debitis à patre filio, quia debentur iure sanguinis, quæ propterea etiam cum iuramento remitti non possunt. DD. *vbi suprà.*

Obserua secundò, quòd pensionum duo sunt 31
genera: quædam habet causam onerosam, alia lucratiuam: onerosam causam habere dicitur quando vel propter extinctionem litis, vel propter renuntiationem beneficij in fauorem alicuius fit, prout quotidie fieri videmus, sed lucratiuæ sunt, quando vacante beneficio, vni confertur beneficium, & alteri pensio, ita Gigans *de pensionibus, q.* 3. *n.* 4.

Differentia autem est inter has duas pensiones, quod in ea, quæ causam habet lucratiuam, solet apponi hæc clausula (Francisco, vt commodiùs sustentari valeat, de alicuius subuentionis auxilio, prouidere volentes, &c.) quo casu censetur apposita pro alimentis Pensionarij; secundo modo in pensione onerosa, quando quis beneficium dimisit in fauorem alicuius reseruata pensione, solet apponi clausula (ne dictus Franciscus ex dicta resignatione, seu cessione, nimirum dispendium patiatur de alicuius subuentionis

auxilio

auxilio prouidere volentes penſionem annuam, &c.) quibus caſibus diuerſa eſt penſio, nam in primo caſu penſio cenſetur appoſita in beneficio loco alimentorum penſionarij; in ſecundo verò caſu, cenſetur appoſita in quamdam compoſitionem fructuum beneficij, dimiſſi, ita Pariſ. *de reſignatione Beneficiorum lib.6. quæſt.2. num.7. cum pluribus ſequentibus* Tondut. *cap.57. de penſionibus in fine.*

32 Hinc proponitur dubium, an Religioſi incapaces in communi, & in particulari, vt Fratres Capuccini, & recollecti, ſiue ſtrictioris Obſeruantiæ poſſint recipere annuum legatum, ſeu annuam penſionem ſuper aliquo corpore debitam; Reſponſio enim eſt, tales Fratres eſſe capaces legatorum pro vna vice, Incapaces verò legatorum perpetuorum, latè Sanchez *lib.7. Decalogi, cap.26. num.11.* Lezzana *in ſumma quæſtionum Regularium, part.5. in verbo legata Regularibus relicta, num.6.* Rota *deciſ.365. num.14.31. & ſeqq. part.5. recentiorum*; quo poſito dico ad dubium, ſi fuiſſet legatum capitale penſionis an-

33 nuæ debitæ per aliquem locum, tamquam res fructifera, ex qua ſingulis annis centum annua percipi poſſent, & hoc caſu legatum non valet, quia Religio non eſt capax penſionis ſoluendæ annis ſingulis, ſed ſi legata ſit ſumma ducatorum biſmille, cuius ſolutio ſit aſſignata ſuper illo capitali, tunc legatum erit validum, quia nihil annuum cenſetur hoc caſu legatum, & ideo fructus dicti Capitalis pertinebunt ad hæredes, qui ſoluendo pecuniam illam erunt liberati, cum ſint debitores pecuniæ, non autem capitalis, vt benè Tondut. *de penſionib. cap.72. à num.3. cum ſeqq.*

34 Sed quid ſi Pater filio Capuccino, vel ſtrictioris obſeruantiæ leget omnes annuas expenſas, quæ in futurum pro illo ſunt neceſſariæ, quas vult ſolui per hæredes ſuos, ne filius ſit oneroſus Conuentui.

Reſpondeo valere legatum, quia poſita capacitate legati in communitate oritur, capacitas in particulari, dummodò quod particulari Religioſo præſtetur, maneat ſub libera diſpoſitione Prælati Regularis, vt ex *Extrauaganti 1. de priuilegiis, verſ. porrò vt circa* dicit Sanchez *in ſumma, lib.7. cap.26. num.10.* Lezzana *part.3. in verbo legata Regularibus relicta, num.9.* Rodriq. *tom.2. quæſtionum Regularium, quæſt.125. art.6.* Sed Capuccini, & ſtrictioris obſeruantiæ ſunt capaces legatorum, per Text. *in cap. exiit, qui ſeminat, §. ad hæc quia fratribus de verb. ſignif. in 6.* quia licèt Regula dicat, quod qui non eſt capax inſtitutionis hæredis, neque ſit capax legati, *§. legati, inſtit. de legatis*, tamen hoc intelligitur, vt procedat, quoad illos, quibus de iure communi, non poteſt legari, ſecus quoad eos, qui ex accidenti, veluti ex voto redduntur incapaces, quia votum recipit interpretationem, ſecundùm ordinis Conſuetudinem, & intentionem, Sanchez *d. lib.7. cap.26. num.9.* Tondut. *de penſionib.*

35 *cap.72. num.8.* Quod ſi contingat hunc Capuccinum tranſire ad aliam laxiorem Regulam, eſt quæſtio, an poſſit petere valorem expenſarum, & ſubuentionem alimentorum, putant aliqui, quòd poſſit habere, quia cauſa neceſſitatis dicitur impulſiua, vndè licèt ceſſet per tranſitum ad aliam Religionem, non tamen tranſit obligatio habendi legatum, ita plures apud Tondutum *d. cap.72. num.9.* qui *num.13.* contrarium tenet, quando præcisè fuit factum pro neceſſitatibus ſubueniendis, ſed poſito, quòd ſit capax, & tranſeat ad aliam Religionem eidem debetur, vt in legato facto Religioſo Capuccino, tranſlato deinde ad laxiorem Regulam, ita decidit Rota, apud Burattum *dec.643. num.10. & 11.* & ſecundum Monaſterium agit pro talibus præſtationibus præteritis à die tranſlationis, *cap.5. in verbo redire de Clerico coniugato*, Tondutus *d.72. num.18.*

Poſſet etiam alicui Religioſo penſio reſeruari 36
pro ſuis neceſſitatibus ſubleuandis, Gigans *de penſionibus, quæſt.15.* vbi ait Religioſum poſſe habere annuam penſionem, non quidem perpetuam, ſed ad nutum amouibilem Superioris, non vt illum ſuam faciat, ſed vt illius diſpenſationem habeat, ſciente, & conſentiente Abbate, ad inſtar peculij quod ſeruus adminiſtrat, de conſenſu, & licentia Domini, *l.4. C. de manumiſſionibus, l. quam Tubeotonis, ff. de pecul.* Secundo dicit Religioſum ex licentia Papæ habere penſionem non amouibilem, ſed ad eius vitam duraturam, ſed hoc quando Abbas illam conceſſerit, & Papa ex certa ſcientia confirmauerit.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur diſputandum in præſenti.*
2 *Cenſus enumeratur inter immobilia, & alienatur, vt ſtabilis.*
3 *Priuilegia Pontificia conceſſa Sacro Hoſpitali Incurabilium referuntur.*
4 *Priuilegia S. Hoſpitalis Incurabilium, ad quid diſponendum dicant de redditibus, & cenſibus.*
5 *Priuilegia S. Hoſpitalis Incurabilium, ſunt ad inſtar aliorum Hoſpitalium, & quantum.*
6 *Aſſignationes redituum, & cenſuum, an poſſint fieri per Hoſpitale Incurabilium creditoribus eiuſdem.*
7 *Aſſignationes facienda per S. Hoſpitale, tendunt ad neceſſitatem, & vtilitatem eiuſdem.*

ARGVMENTVM.

Sacrum Hoſpitale Incurabilium poſſe aſſignationes facere ſuis creditoribus de effectibus, & cenſibus, ac aliis annuis introitibus, abſque vllo cenſuræ periculo, ad exemplum aliarum, quibus eadem priuilegia conceſſa ſunt, ob neceſſitatem, & vtilitatem eiuſdem Sancti Hoſpitalis.

NEAPOLITANA

Extinctionis onerum annualium, traditione Corporis, vel Capitalis, pro vna vice tantùm;

PRO

SACRA DOMO, ET Hoſpitali Incurabilium,

CVM

CVM

Legatariis, & aliis, quibus onera debentur.

1 GRAVI ære alieno, Hospitali Incurabilium huius Almæ Ciuitatis grauato, atque in maxima pro necessariis Hospitalis sumptibus necessitate existente, Domini illius Gubernatores quosdam census penè inexigibiles cum pacto de retrouendendo eidem Hospitali competentes creditoribus in eiusdem Hospitalis debiti extinctionem assignare intendunt, quæritur an licitè id exequi valeant, ac Iudicis decretum super huiusmodi assignationibus iustè interponi possit.

2 Et videtur primo intuitu negatiuè respondendum primò quoniam vti census inter immobilia computantur, iuxta Text. *in Clem. exiui, §. cumque annui redditus de verb. signif.* & tradita per Panorm. & addentes ad eum *in cap. nulli sub n. 10. de reb. Eccles. non alien.* & per Tiraq. *de retract. munic. gloss. 14. num. 120. & de retract. conuent. §. 2. num. 39. cum similib.* sed bonorum immobilium Ecclesiarum, piorumque locorum alienatio irrita existit, ac latæ excommunicationis censura prohibita est, iuxta Text. *in cap. nulli, & in cap. si quis Presbyterorum*, cum vtrobique notatis per Gloss. Butr. Imol. Panor. & omnes *de rebus Eccles. non alienan.* & in extrauag. *ambitiosè eod. tit. cum aliis concord.* igitur absque Apostolicæ Sedis assensu, & cum aliis requisitis in d. extrauaganti pro licita alienatione explicitis, mandatisque irrita censenda esset alienatio, cum minimè sit dubium d Hospitale vti fundatum, & erectum, nedum auctoritate Episcopi, sed etiam Summi Pontificis (vt notissimum est, & patet ex Apostolicis Bullis) iura, & priuilegia Ecclesiæ obtinere, illique competere certissimum est, iuxta Text. *in cap. ad hæc, & in cap. de Xenodochiis de Relig. Dom.* ac probant Rom. *cons. 477. num. 3. & seq.* Decian. *cons. 488. col. 4.* latissimè Felin. plurimis allegatis *in cap. de quarta, num. 3. & seq. de præscript.* Affl. & Vrsill. *ad eum decis. 77. in fin. cum similibus.*

3 Secundò licet videatur esse priuilegium Leonis X. & Clementis VII. vt huic Hospitali bonorum immobilium licita sit alienatio; nihilominus in tribus tantùm casibus illud loquitur in permutatione in emphyteusim concessione, & in venditione pro conuertendo pretio in fabricas, & pauperum ipsius Hospitalis sustentationem, cum autem in assignationibus, de quibus agitur nullus ex iis tribus casibus interueniat, aut verificetur; igitur iuris communis dispositio seruanda est cum in priuilegiis præsertim odiosis, & iuris communis derogatoriis ab illorum verbis, & tenore minimè sit recedendum, iuxta Text. *in cap. porrò, & in cap. recepimus de priuil. cum concordant.*

4 Tertiò posito huiusmodi assignationes pro venditionibus reputari, attamen cum illarum pretium in fabricas, vel subuentionem pauperum Hospitalis non conuertatur, vt patet, & iuxta priuilegium in eam tantum causam illud conuerti debere insinuatur, igitur huiusmodi priuilegium in hac specie minimè locum sibi vendicare potest.

5 Sed his non obstantibus contrarium in hac specie est asseuerandum, , suppositio præfatum Hospitale omnia priuilegia, exemptiones, immunitatesque habere, iisque frui, ac potiri posse, quæ habebat, & habet Vrbis Romæ, & Compostellæ, vt ex Clementis VII. concessione, exploratissimum est, ac inter alia nuncupatim priuilegium alienandi bona Hospitalis, vt sup. relatum fuit obtinet, & in præteritum semper exercui, vt communi huius Vrbis hominum traditione asseritur.

6 Probatur autem nostra conclusio quoniam assignationes bonorum, & annuorum censuum, quæ fieri per Hospitale intenduntur, verè contractus sunt, vel venditionis, vel permutationis, sed vtrique hi contractus in relata Pontificia concessione permittuntur, ac prout per Hospitale celebrari queant clarè disponitur, igitur validè huiusmodi assignationes censeri debent, minor est certa; maior verò sic probatur: datio in solutum, cuiusque rei creditori indebiti extinctionem vicem obtinet emptionis Text. & ibi Gloss. Salicet. aliique communiter notant *in l. si prædium, C. de euict. & in l. eleganter in princ.* vbi item Gloss. Bart. Castr. & omnes tradunt *ff. de pign. act.* vt latè probat Surd. *cons. 145. num. 20. & 34.* & *decis. 113. num. 5. cum similib.* idque tunc procedit cum quantitas aliqua pro specie, vel species aliqua pro quantitate insolutum creditori datur, sin autem species pro specie insolutum daretur, tunc ea datio vicem obtineret permutationis, iuxta Text. ac ibi tradita per Gloss. *in fine in l. libera*, quam ibi communiter prosequuntur Bar. Bal. Salic. & cæteri *C. de sent. inter loc. omn. Iudic.* ac latè explicat Surd. *d. cons. 145. n. 34.* ac DD. *in d. l. eleganter in princ. ff. de pign. act.* igitur cum assignationes, de quibus agitur, vel speciei dationem pro quantitate debita continuant, vel speciem pro specie, si pecies tantùm aliqua, ac non quantitas per Hospitale creditoribus deberetur, & sic ambos eos contractus venditionis, vel permutationis complectuntur iustissimè, ac optimo iure pro dicto Hospitali fieri, ac per decretum Iudicis decerni, & mandari debent. Et ex his priora duo argumenta in contrarium allata sublata censentur, ac tertium ex sequenti motiuo euacuatur.

7 Secundò eadem probatur conclusio, est autem necessitatis, ac euidentissimæ vtilitatis eiusdem Hospitalis in dictis assignationibus faciendis existentium, siquidem ob defectum eleemosynarum, & introituum ipsius Hospitalis impotens illud iam est redactum, ad tot pauperum in illo existentium subuentionem, ac tot ministrorum retentionem, ita vt si numerata pecunia, & eius creditoribus soluere, ac satisfacere teneretur, proculdubio pauperum, & Ministrorum curam habere, subuentionemque præstare non posset. Cum autem per relatas nominum debitorum, ac censuum penè inexigibilium assignationes eius creditoribus faciendas numeratam pecuniam illis non exoluat; proculdubio absque vlla mora, illas, quas habet pecuniarum quantitates in pauperum, & Hospitalis manutentionem, rectumque illius regimen exhibebit, erogabitque vtiliter, vt in praxi quoque notissimum est, & consequenter finis Summi Pontificis, qui in Apostolico Breui explicatum impletur, locumque sibi vendicat, ex quibus optimo iure infertur, vt cum in dicta Apostolica concessione dicatur, vt pretium ex bonorum Hospitalis venditione redactum, in fabricas Hospitalis, & pauperum subuentionem conuertatur; illud pretium, quod ex assignandis nominibus per eorum venditionem percipi posset, satis perceptum, exactumque censeri debet, dum illa quantitas, quæ eiusdem Hospitalis creditoribus exoluenda esset ipsi remanet

Hoſpitali, pro pauperum quidem, & Miniſtrorum alimentis, ſubuentioneque præſtanda, quam certè quantitatem porrigere, & exhibere non poſſet ſi in præſenti pecunia debita, alienumque æs ſoluere, aut ſoluere deberet. Itaque illa verba præfatæ Apoſtolicæ conceſſionis re ipſa ſatis verificantur, ac pauperum ſubuentioni optimè vt dictum eſt aptantur, conueniuntque licet aſſignationes bonorum, venditioneſque non præſenti pecunia, ſed in æris alieni extinctionem, vt ſuprà celebrantur, cum item ex iuris diſpoſitione non modo verbis explicitus, ſed effectus ſit attendendus Text. *in l. vlt. §. fin. ff. mand. in l. mulier in princ. ff. ad Trebell. & in l.3.* vbi gloſ. Bald. & omnes notant *C. de inſtit. & ſubſtit. cum ſimilib.* cum etiam duorum æquipollentium, idem ſit iudicium, ac diſpoſitio, iuxtà Text. *in l. fideicommiſſa, §. ſi cum ita, ff. de legat.3. & in cap. licet ex quadam de teſtam.* ac latè probant Alex. *conſ.2. ſub num.12. lib.1.* Surd. *dec.327. num.12. & deciſ.334. num.14.* aliique plurimi, quorum certiſſima eſt ſententia etiam in odioſis in materia ſtatutorum ſuper illos habetur.

8 Rurſus illud item aſſeuerari poteſt, vt verba dictæ Apoſtolicæ conceſſionis, nec conditionem, nec modum aliquem inducant, ſed Hoſpitalis Gubernatoribus poteſtatem, liberamque ea agendi, exequendique præbeant facultatem, vt nimirum pretium ex bonorum Hoſpitalis venditione redactum in fabricas, & pauperum ſubuentionem conuertere valeant, quod autem conſulitur, fierique permittitur non percipitur, ac non omne, quod quis facere, & operari poteſt neceſſe habet facere, illudque exequi, opereque complere, vt expreſſim habetur in *l. non quicquid in princ. ff. de iud. in l. ſæpè audiui Cæſarem, ff. de offic. Præſid. in cap.1. ad fin. de pœnit. diſtinct.6.* ac Gloſſ. & DD. notant *in cap. noſſe 76. diſtinct.* & conſequenter ſatis eſſet in Hoſpitalis beneficium, vtilitatemque alienationes cenſuum, & immobilium ſimpliciter fieri abſque immediatè pretij conuerſione in fabricas, ac pauperum ſuſtentationem. Ex his igitur motiuis, rationibuſque aſſignationes, de quibus agitur licitè poſſe, ac debere fieri in præfati Hoſpitalis beneficium, ſubuentionemque, atque ita Iudicis decretum pro illis decernendis iuſtiſſimè interponi minimè eſt ambigendum.

DISCEPTAT. CCCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, de qua hic.*
2 *Mandatum ad exigendum non eſt ceſſio.*
3 *Ceſſio non habet locum ſolutionis.*
4 *Textus* in l. Pupilli, §. ſoror, ff. de ſolut. *explicatur.*
5 *Mandatum in rem propriam, an habeat vim ceſſionis.*
6 *Mandatum fauore vtriuſque non excludit periculum nominis ceſſi à cedente.*
7 *Mandatum cum clauſula in rem propriam, an habeat vim ſolutionis.*
8 *DD. adducuntur, qui dicunt mandatum in rem propriam habere vim ſolutionis.*
9 *Periculum nominis ceſſi, an ſpectet ad ceſſionarium.*
10 *Eugenius* conſ.73. vol.1. *& Cancerius allegatur contra nos.*
11 *Textus* in l.1. ff. de Procuratoribus, *explicatur.*
12 *Textus* in l.1. §. in propria, ff. quando appellandum ſit, *explicatur.*
13 *Paulus de Caſtro adducitur in præſenti.*
14 *DD. adducuntur ad propoſitum, & numeris ſequentibus.*

ARGVMENTVM.

Mandatum ad exigendum an habeat vim ceſſionis, & ceſſio quando ſit propria ſolutio, & periculum nominis debitoris ceſſi vigore mandati quando ſpectet ad cedentem, quando ad ceſſionarium. Iura adducuntur, & explicantur, cum DD. qui videntur contrarium dicere.

FACTVM, ET IVS PRO

D. Ferdinando Pagano, & Dorothea de Tufo coniugibus.

Figliola Act.

DOn *Ferrante Pagano, e Dorotea del Tufo coniugi come creditori del Duca di Terranoua in annui ducati ſeicento ſettanta due per quattro capitali di duc. 9600. furono graduati in diuerſi luoghi nella graduatione delli creditori del detto Duca, cioè 8. loco per capitale di duc.3000. fol.341. 9. loco per capitale di duc.1600. fol.341. à ter.13. loco per capitale di duc.4000. fol.343. & 16. loco per capitale di duc.1000. fol.344. e poi ottennero l'aſſegnamento per la ſumma di duc.4600. in ſodisfatione delli primi due capitali riferiti 8. e 9. loco in virtù di decreto interpoſto à 3. di Settembre 1640. fol.484. & à riſpetto delle terze fu commeſſa vna relatione à Gio. Battiſta Cucurullo, dalla quale appare che dedotte tutte le quantità riceuute, & eſatte per detti Don Ferrante, e Dorotea coniugi, reſtano l'iſteſſi coniugi creditori in duc.2082.4.15. per le terze di tutti li quattro capitali fol.641. litt. A.* 1

Di più li detti Don Ferrante, e Dorotea coniugi, come donatarij del Padre Euſtachio Pagano deuono conſeguire dal detto Duca duc.1800. per l'annate decorſe dell'annui duc.100. debiti al detto Padre Euſtachio ſua vita durante, per li quali duc.1800. detti coniugi furono graduati 6. loco fol.336. Queſto credito ſi funda del ſeguente modo.

Ceſare Pagano fè teſtamento, nel quale inſtituì herede vniuerſale Vgone Pagano ſuo figlio primogenito fol.28. & à Gio. Battiſta, Euſtachio, e Romualdo Pagani ſimilmente ſuoi figli legitimi, e naturali laſciò la carata, e mezza delle trè ottaue del buon denaro per ogni parte, portione, e legitima, che haueſſe potuto competere alli detti ſuoi figli ſecondogeniti tanto ſopra l'heredità d'eſſo teſtatore, quanto ſopra l'heredità materna fol.28. & à ter.

A 15. d'Ottobre 1615. il detto Euſtachio eſſendo entrato

entrato nella Compagnia di Giesù, donò irreuocabilmente trà viui al detto Vgone suo fratello tutti li suoi beni mobili, e stabili, annue entrate, ragioni, & attioni, & anco la parte, portione, e legitima, che li poteua spettare sopra li beni paterni, & materni; & signanter il legato fatto à suo beneficio dal detto Cesare commune parte della terza parte delli frutti, & entrate della carata, e mezza delle trè ottaue del buon denaro fol. 44. *& 45. ben vero se reseruo il detto Padre Eustachio annui ducati cento sua vita durante* fol. 44. *à ter. & all'incontro detto Vgone s'obligò di pagare al detto Padre Eustachio li detti annui duc. 100. sua vita durante* fol. 46. *à ter. con patto che per il pagamento di detti annui ducati cento restassero specialmente obligate le predette robbe, e ragioni donate* fol. 48. *à ter.*

A 9. di Giugno 1624. il detto Vgone assegnò al detto Padre Eustachio li detti annui duc. 100. sopra le Dohanelle di Puglia pro faciliori illorum consequutione, & con l'infrascritta riserua, & non altrimente, cioè, che non si fusse fatto pregiuditio alcuno alle ragioni di detto Padre Eustachio di poter variare quante volte li fusse piaciuto, e di sodisfarsi sopra tutti l'altri beni d'esso Vgone, & in particolare sopra la detta carata, e mezza del buon denaro fol. 50. & 51. *& à t.*

A 23. di Settembre 1624. il detto Padre Eustachio donò donationis titulo irreuocabiliter inter viuos alli detti Don Ferrante, e Dorotea coniugi li detti annui ducati cento, che doueua conseguire sua vita durante, & anco li cedì tutte le ragioni, che li competeuano in virtù delli sudetti instrumenti fol. 52. *à t.*

Essendo stato ordinato, che li detti annui duc. 100. vitalitij s'apprezzassero in proprietà fol. 538. *à t. quelli furono apprezzati per ducati nouecento* fol. 540. *e poi se procedì alla vendita del ius d'esimere indemne, & illeso il patrimonio di detto Vgone Duca di Terranoua, dal pagamento di detti annui duc. 100. vitalitij, & essendo allumata la candela restò il detto ius al Magnifico Antonio Miroballo per ducati nouecento* fol. 557. *il quale Antonio nominò l'istessi Don Ferrante, e Dorotea coniugi fol... Per questo à 19. d'Agosto 1641. per Decreto del Signor Commissario, del deposito di duc. 6350. fatto per li Gouernatori del Monte della Misericordia per il prezzo della carata delle trè ottaue del buon denaro furono liberati alli detti coniugi li detti ducati nouecento in sodisfatione della proprietà di detti annui duc. 100. salua prouisione facienda à rispetto dell'annate decorse di detti annui ducati cento, pro qua amba partes compareant in Sacro Consilio* fol. 579. *e 580.*

Da questa liberatione se grauò il Marchese delli Rotundi, & ottenne, che se ne facesse parola nel Sacro Conseglio fol. 587. *& à 2. di Giugno 1642. per Decreto del Sacro Conseglio se disse bene prouisum per spectabilem causæ Commissarium sub die 19. Augusti 1641. Verum explicando prouisionem reseruatam in dicto decreto tam respectu tertiarum pretensarum per Ill. Ducem Apelluſiæ, quam respectu annatarum decursarum pretensarum per Don Ferdinandum Paganum, & Dorotheam de Tufo coniuges infrà quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde pretensis* fol. 649. *S'intima questo Decreto alli Procuratori constituiti in nome di tutti li creditori, & al curatore del patrimonio, & anco al Dottor Alessandro Scoppa Procuratore del detto Marchese* fol. 700. *& 701. Electio examinatoris* fol. 701. *à ter. s'intima alli predetti* fol. 701. *à ter. & 702. Ad concludendum, & concluſio* fol. 702. *& 707. intimata alli medesimi* fol. 736. *& 737.*

Pretende il detto Marchese, che li detti Don Ferrante, e Dorotea coniugi siano debitori del detto Duca in grossa summa di denari, sotto pretesto, che l'istessi coniugi, come Procuratori del detto Duca habbiano esatto molte quantità di denari da Gio. Domenico Marano, e dalle Dohanelle di Puglia, quali importano assai più delle terze, che l'istessi coniugi doueuano conseguire per li capitali di duc. 9600. e per questo tutto lo di più, che importano dette quantità esatte si deue escomputare all'annate decorse delli detti annui duc. 100. che li detti coniugi deuono conseguire in virtù della cessione fattali dal detto Padre Eustachio, come si legge nella supplica, nella quale il detto Marchese se graua dal Decreto della liberatione di ducati 900. fol. 587.

Pretende ancora il detto Marchese, che hauendo il detto Duca nel mese di Marzo 1632. constituito Procuratori in rem propriam li detti Don Ferrante, e Dorotea coniugi ad esigere le terze, che doueua conseguire da Gio. Domenico Marano Gouernatore delle tre ottaue del buon denaro, e sopra le Dohanelle di Puglia, e quelle esatte ritenersele in sodisfatione delle terze debite per esso Duca, come si legge fol. 604. *doueuano li detti coniugi seruirse subito della detta procura in rem propriam, e non permettere, ch'il detto Duca hauesse esatto le terze dal detto Gio. Domenico, e dalle Dohanelle di Puglia, e ch'hauendo il detto Don Ferrante esatto alcune quantità in virtù della procura semplice, fattali per detto Duca nel mese di Giugno 1632.* fol. 631. *non doueua pagare all'istesso Duca le quantità ch'esigeua, ma se le doueua ritenere in sodisfatione del suo credito, e che hauendone pagato duc. 719. 2. 8. al detto Duca quelli si debbiano escomputare ad credito d'esso Don Ferrante.*

Ma per detto Don Ferrante, e Dorotea del Tufo coniugi se risponde, che la procura in rem propriam non hà forza di pagamento, ne di datione in solutum ne tampoco transferisce il pericolo nel Procuratore, tanto più che nel caso nostro, detta procura fù fatta gratia facilioris exactionis, & per maggior cautela d'essi coniugi, come chiaramente si legge dicto fol. 604. *per lo che poteuano detti coniugi non seruirse di detta procura, ò pure seruirsene quando li fusse piaciuto come succedì poi nell'anno 1636. che detti Don Ferrante, e Dorotea cominciorno à seruirse della detta procura in rem propriam, e dall'hora in poi il detto Duca non esigì cosa alcuna, ne tampoco essi coniugi li pagorno vn quatrino. Si bene mai esigirno più di quello, che doueuano conseguire per causa di terze, ma più presto manco, per il che sono restati creditori in duc. 2082. 4. 1. per le terze delli quattro capitali, come si legge in detta relatione* fol. 641. *lit. A.*

Magna profectò intercedit discriminis ratio 2
inter mandare, & cedere actionem: nam ille, qui mandat, nullum ius transfert in mandatarium, sed tantummodo exercitium actionis, at ille, qui cedit, transfert vtilem actionem in cessionarium, vt magistraliter docet Cyn. *in l. 1. num. 5. Cod. de action. & obligat.* quem refert, & sequitur Reg. Rouit. *consil. 75. num. 7. lib. 1.* Cæterum si mandatum factum fuerit in rem propriam irreuocabiliter, vtiles actiones in mandatarium transferuntur, & per consequens cessio facta videtur, vt clarè deducitur ex traditis per Bertaz. *de clausul. instrum. clauſ. 29. gloſſ. 2. per totam*, & hoc casu idem est actionem cedere, & procuratorem in rem suam constituere, vt docent Accurſ. *in leg. 3. in verb. Mandaueris*, & ibi Salyc. *num. 3.*

& Fulgoſ. *num.5.Cod.de nouat.* & Scacc.*de commerc. & camb.§.2. gloſſ.5. num.256.* In caſu, de quo agitur Illuſtris Dux Terræ Nouæ, non aliter ceſſit D. Ferdinando Pagano Doroteæ, & Beatrici de Tufo nomina debitorum, ſed conſtituit eos procuratores irreuocabiliter in rem propriam ad exigendum nonnullas pecuniarum quantitates à ſuis debitoribus,eáſque exactas re-
3 tinendum in computum eorum crediti. Vnde ad ſummum creditores dicti Ducis poſſunt prætendere, quod prædictum mandatum in rem propriam, & irreuocabile vim ceſſionis obtineat. Certum eſt autem quod ceſſio non habetur loco ſolutionis, nec debitor cedens liberatur, quouſque creditor quantitatem ſibi ceſſam exegerit, Imol.*in l.facta, §.ſi hæres,num.4. ff.ad Trebellian.* Dec. *conſil.99. num.4.* Becc. *conſil.105. num.1.* Oſaſc. *deciſ.Pedemont.62.num.9.* Surd.*conſil.22. num.33. & conſil.145. num.6.volum.1.* Maſtrill. *deciſ.179.num.13.cum multis ſeq.* Gratian. *lib.1. forenſ. diſceptat. cap.64. num.29. & deciſ.* Rot. March.13. *num.44. cum duobus ſeq.* Scacc. *dict. §.2. gloſſ.5. num.253.* & nouiſſime Duran.*deciſ.* Rot. Rom.*266. num.17. part.1.* Ratio eſt in promptu,nam ſicut debitor ceſſus etiam poſt ceſſionem non eſt liberatus à nexu obligationis, qua tenetur cedenti, & debitam quantitatem ei ſoluere poteſt, niſi interueniat vnum ex requiſitis *dict.l.3.Cod.de nouat.* nempe denuntiatio, vel exactio partis debiti,aut litis conteſtatio, vt poſt alios notat,ibi Salycet.*in princ.* ita pariter cedens non eſt liberatus ab obligatione, qua tenetur ceſſionario,quia ſi obligatio cedentis eſſet extincta, vtique debitor ceſſus eſſet liberatus ab eius obligatione, & remanſiſſet tantum obligatus ceſſionario, prout in delegatione contingit iuxta notiſſimos terminos.

4 Nec obſtat Text.*in l.pupilli,§.ſoror.ff.de ſolut.* vbi decernitur, quod periculum nominis ceſſi ſpectat ad ceſſionarium, & non ad cedentem. Quia reſpondetur Textum prædictum non habere locum in ſimplici ceſſionario, aut Procuratore conſtituto in rem propriam,ſed in creditore; qui nomen aliquod in ſolutum recepit,ibi *(vt in nomine debitoris contenta legatum non peteret)* & in puncto docuerunt, Alex. *in l.ſi cum emptore, num.4.ff.de pact.* Imol.*in dict leg.facta, §.ſi hæres, num.4.ff.ad Trebellian.* Dec.*d.conſil.99.n.4.* Becc. *d.conſ.105.n.35.* Gratian.*d.c.64.n.29.* & Duran. *d.deciſ.266. n.17.*

5 Nec etiam obſtat, quod in caſu noſtro mandatum in rem propriam fuerit factum pro faciliori exactione, & per conſequens ceſſio videtur facta ad commodum dictorum D. Ferdinandi, Dorotheæ,& Beatricis, quo caſu periculum nominis ceſſi pertinet ad ceſſionarium, & non ad cedentem, vt communiter fatentur DD. Quia reſpondetur, quod ceſſio tunc demum dicitur fieri ad commodum ceſſionarij, cum actio donatur, vel alio titulo lucratiuo transfertur, Bertaz. *de clauſul. inſtrum. clauſ.29. gloſſ.4. num.2.* cum aliis congeſtis per Theſaur. *deciſ.201. num.1.* vel ſecundum alios ceſſio dicitur fieri ad commodum ceſſionarij,nedum quando creditum donatur,ſed etiam quando in dotem datur, venditur,aut inſolutum datur, dummodo cedens liberetur à ceſſionario, vt nouiſſimè probat Gait. *in tract.de credito,cap.2.tit.3. num.445.* Vltra iſtos caſus ceſſio facta creditori præſertim ſolutionis cauſa, cenſetur facta ad commodum cedentis, ideoque periculum nominis ceſſi ſpectat ad ipſummet cedentem, vt fatentur omnes ſupraciſtati Doctores, & in ſpecie Duran. *d.deciſ.266. num.16.* & Dominus Conſiliarius D. Ferdinandus Arias de Meſa celeberrimus iureconſultus *lib.1.var. reſol.c.43.n.25.*

Quinimmò licet ceſſio eſſet facta ad commo- 6
dum vtriuſque,nempe quia cedens facta ſolutione conſequeretur liberationem, & ceſſionarius vigore ceſſionis recuperaret creditum ſuum, adhuc periculum nominis ceſſi ſpectaret ad cedentem, quia cum principaliter ceſſio fiat ad commodum cedentis, non attenditur vtilitas, quam ſecundario, & in conſequentiam habet ceſſionarius, vt in propoſito conſiderauit Imol. *in dict.l.facta, §.ſi hæres, num.4.* quem ſectantur Sforzzaod.*in repetit. l.3.q.1. verb.Decimoſeptimo quæro,C.de nouat.* & Gaitus *d.cap.2.tit.3.n.448. & ſeq.*

Minus obſtat aſſumptum aduerſarij, quod 7
mandatum ad exigendum factum creditori cum clauſula in rem propriam habet vim ſolutionis, ad quod probandum allegat Text.*in dict. leg. pupilli, §.ſoror, ff. de ſolut. l.inter cauſas, §.abeſſe, ff.mandati,l.delegare.ff.de nouat.* Bald.*in dict.l.pro debito,Cod.de bon.authorit.iudic.poſſ.* Gozad. *conſil.38.n.11.* Eugen.*conſil.73.in princ.* & Cancer. *lib.2. variar. reſolut.cap.6.de ſolut. num.189.* & poſteà idem aduerſarius ſubdit, quod mandatum ita recipiens,videtur cedentem liberare, cum efficiatur dominus, & exactum non teneatur reſtituere,& allegat Gloſſ.*in l.1.ff.de procurat.* Caſtr. *in leg. ſi cum emptore, ff.de pact.* & Gratian.*lib.4. forenſ.diſcept.c.666.n.21.*

Quia reſpondetur,quod Text. *in dict.l.pupilli, §.ſoror,* non loquitur de procuratore in rem propriam conſtituto, ſed de creditore, qui dationem in ſolutum à debitore recepit, vt ſupradictum eſt, & Text. *in dict. leg. inter cauſas, §. abeſſe, ff.mandati,* & *l.delegare, ff.de nouat.* nullam prorſus faciunt mentionem de mandato ad exigendum facto creditori cum clauſula in rem propriam, ſed loquuntur in delegatione formiter facta, cum ſcilicet debitor delegatus de mandato delegantis ſe obligauit creditori per ſtipulationem, quo caſu antiqua obligatio omninò extinguitur, cum vera delegatio fieri non poſſit, niſi nouatio intercedat, quod non eſt in caſu noſtro.

Sic pariter non obſtant Doctorum authori- 8
tates in contrarium allegatæ: nam Bald. *in l. pro debito, Cod. de bon. auth. iudic. poſſid.* nec vnum quidem verbum protulit de procuratore, in rem propriam conſtituto, ſed loquitur in contractu cambij: dicit enim quod ſcribens literas cambij eſt liberatus, eo ipſo, quod recipiens literas promiſit ſoluere creditori quantitatem in literis contentam, quæ doctrina nihil prorſus facit ad caſum noſtrum, tum quia non ſumus in contractu cambij, tum etiam quia Bald. tenet ſcribentem eſſe liberatum,eo ipſo,quod recipiens literas promiſit ſoluere creditori, & fundat ſe in promiſſione facta per recipientem,ex qua videtur reſultare nouus contractus, quod etiam clariùs docet, Bart. *in l.ſingularia, num.19.ff.ſi certum petatur,* in caſu noſtro debitores Illuſtris Ducis Terræ Nouæ minimè ſe obligauerunt in beneficium creditorum, qui fuerunt conſtituti procuratores in rem propriam;ergo

Gozadin. *conſ.38.n.11.* videtur dicere, quod periculum nominis ceſſi ſpectat ad ceſſionarium, quando ceſſionarius fuit conſtitutus Procurator in rem propriam,& allegat Text. *in l.ſi Procuratorem,§.fin.ff.mand.* & Bald. *in l.qui ſtipendia, in princ.*

princ. Cod. de procur. ſed videatur quæſo Text. *in d. l. ſi procuratorem*, §. *fin.* nam ponitur ibi caſus, quod procurator mandato Domini ſeruum emit, & fecit ſibi caueri de euictione quæſitum fuit, an Dominus petere potuiſſet, vt ſibi quoque de euictione caueretur, & iureconſultus reſpondit ſufficere, ſi procurator hanc actionem Domino cederet, & procuratorem in rem ſuam conſtitueret, ex quo Text. non video quomodo fundari poſſit aſſumptum Gozadin. quod periculum nominis ceſſi ſpectat ad creditorem, qui in rem propriam fuit conſtitutus procurator. Videatur etiam Bald. *in tota l. qui ſtipendia, C. de procurat.* vbi nil aliud ad noſtrum propoſitum dicit, niſi quod ceſſionarius non dicitur propriè procurator: nam procurator eſt is, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat, & ceſſionarius conſiderato effectu adminiſtrat proprium negotium. Quod autem periculum nominis ceſſi ſpectet ad ceſſionarium, qui in rem propriam conſtitutus fuit procurator, verbum nullum, vnde de hac Gozadini doctrina, nulla prorſus eſt habenda ratio cum iuribus, & authoritatibus ſit deſtituta. Vel potiùs dicendum eſt, quod aſſumptum Gozad. locum, ſibi vindicat, quando creditor recepit in ſolutum dationem, & in conſequentiam huius contractus fuit conſtitutus Procurator in rem propriam, & hic erat caſus, de quo ibi agebatur, vt legitur *n.* 8.

9 Eugen. *conſil.* 73. *num.* 8. *volum.* 1. ait quod periculum nominis ceſſi ſpectat ad ceſſionarium, & allegat Text. *in l. periculum, ff. ſi certum petatur*, vbi decernitur periculum nominis ſpectare ad tutorem, ſeu adminiſtratorem, cuius culpa nomen ipſum deterius factum eſt. Quid autem ex hoc Text. inferre velit Eugen. prorſus non video. Exiſtimo tamen Eugenium loqui de ceſſione facta ad commodum ceſſionarij, vel in conſequentiam alterius contractus, putà venditionis, aut inſolutum dationis, quia paulò poſt *num.* 16. affirmat, quod facta ſimplici ceſſione ad commodum cedentis, non poteſt ceſſionarius contra cedentem agere, niſi diſcuſſo prius nomine debitoris ceſſo, per Text. *in l. ſi mandauero*, §. *interdum, ff. mandati.*

10 Cancer. *lib.* 2. *var. reſol. tit.* 6. *de ſolut. n.* 189. non ſolum non dicit id, ad quod allegatur, ſed contrarium prorſus affirmat, meamque ſententiam egregiè probat poſtquam, *num.* 183. formatquæſtionem, an ceſſio acceptata per creditorem habeat vim ſolutionis, & reſpondet, quod ceſſio facta creditori ad hoc, vt de quantitate exigenda poſſit ſibi ſatisfacere, non habetur loco ſolutionis, nec cedentem liberat, & poſtea *n.* 189. dicit aliud eſſe, cum nomina debitorum venduntur inſolutum dantur, aut delegantur; nam his caſibus ceſſio loco ſolutionis habetur, & allegat Text. *in d. l. pupilli* §. *ſoror ff. de ſolut. l. inter cauſas* §. *abeſſe ff. mandati l. delegare ff. de nouat.* & aſſignat rationem, quia creditor recipiendo nomen, videtur debitorem ſuum liberare, & allegat Bald. *in d. l. pro debito C. de bon. auth. iudic. poſſid.* Gozad. *conſ.* 38. Eugen. *conſ.* 73. & Marilian. *deciſ.* 2. *num.* 8.

11 Vnde cum in caſu noſtro Ill. Dux Terræ-nouæ non dederit inſolutum nomina debitorum, nec illa formiter delegauerit, ſed conſtituerit tantummodo D. Ferdinandum Paganum, Dorotheam, & Beatricem de Tuſo Procuratores in rem propriam ad exigendum certas quantitates, illaſque exactas retinendum neceſſario dici oportet eundem Ill. Ducem non fuiſſe liberatum.

Nec etiam obſtat Gloſſ. *in l.* 1. *in verb. aliena, ff. de procurat.* quia hoc tantum dicit, quod illa verba in rem ſuam intelliguntur in vtilitatem, & damnum ſuum, & allegat Text. *in l.* 1. §. *in propria, ff. quando appellandum ſit*, ex quo Text. videtur deduci, quod Procurator in rem ſuam tractat cauſam in damnum, & lucrum ſuum. Sed aduertendum eſt, quod cedens actionem, vel conſtituens aliquem Procuratorem in rem propriam; poteſt nihilominus quantitatem ceſſam exigere, niſi interueniat vnum ex requiſitis *dict. l.* 3. *C. de nouat.* ſcilicet denunciatio, vel exactio partis debiti, aut litis conteſtatio, vt ſupra dictum eſt, & ideo cum debitor ceſſus non ſit liberatus ab obligatione reſpectu cedentis, non poteſt dici, quod ipſe cedens ſit liberatus reſpectu ceſſionarij, & hac ratione periculum nominis ceſſi ſpectat ad cedentem, ſed quando interuenit vnum ex requiſitis *d. l.* 3. tunc quia cedens amplius exigere nequit, & ceſſionario imputari poteſt, quod quantitatem ceſſam exigere neglexit, videtur cedens liberatus ab obligatione reſpectu ceſſionarij, vt dicit Fulgoſ. *in d. lib.* 3. *num.* 4. 12

Hoc poſito, reſponſio patet de per ſe, nam licet Text. *in d. l.* 1. §. *in propria, ff. quando appellandum ſit* videatur dicere, quod damnum, & lucrum litis ſpectat ad Procuratorem in rem propriam, tamen ibi præſupponebatur, quod Procurator in rem propriam comparuerat in iudicio, & litem conteſtatus fuerat, & ſic interuenerant duo ex requiſitis *d. l.* 3. vndè cedens videbatur quodammodo liberatus, & propterea non mirum ſi damnum, & lucrum litis ad eum ſpectabat, ſed in caſu noſtro nullum ex dictis requiſitis interuenit ergo, &c. Vel dici poteſt, quod Text. *in d. l.* 1. §. *in propria* loquitur de ceſſione facta ad commodum ceſſionarij, ad quem etiam pertinet periculum nominis ceſſi iuxta diſtinctionem communiter receptam. 13

Caſtr. *in l. ſi cum emptore, num.* 3. *ff. de pact.* dicit, quod Procurator in rem propriam habetur pro Domino, & quod omnis vtilitas ſpectat ad ipſum, ſed loquitur in emptore hæreditatis, qui fuit conſtitutus in rem propriam Procurator; non autem in ſimplici ceſſionario, provt eſt caſus noſter. 14

Gratianus *d. cap.* 666. *num.* 21. *lib.* 4. ſimiliter ait, quod procurator in rem ſuam dicitur ille, ad quem vtilitas, vel damnum pertinet, tamen allegat Gloſſ. *in d. l.* 1. *ff. de procurat.* & Caſtrenſ. *in d. l. ſi cum emptore*, & alios Doctores, qui loquuntur in ceſſione facta in conſequentia alterius contractus, per quem periculum nominis fuit tranſlatum in ceſſionarium, vel quando interuenit vnum ex requiſitis *d. l.* 3. quo caſu cedens eſt liberatus, ſi ceſſionarius fuerit negligens in exigendo, vt ſupra dictum eſt, & audiat quæſo aduerſarius, Gratianum *lib.* 1. *forenſ. diſcept. cap.* 64. *num.* 30. ſic loquentem: *Aliud tamen eſſet, quando daretur nomen inſolutum cum ceſſione, tunc enim ſtatim liberatur, quicquid poſtea ſit de nominibus, & in hoc differt ſolum à ceſſione facta cauſa ſolutionis, quia hoc caſu expectatur exactio,* Imol. *in l. facta*, §. *ſi hæres colum.* 2. *ff. ad Trebell.* Becc. *conſ.* 105. *num.* 35. Surd. *conſ.* 145. *n.* 28. & 29. *lib.* 1. Gozad. *conſ.* 38. *num.* 2. Bertaz. *clauſ.* 33. *gloſ.* 28. *num.* 3. *ad finem*, hæc Gratianus. 15

Patet igitur omnes Doctorum authoritates ex aduerſo allegatas ad caſum noſtrum minimè pertinere, & proindè concludendum eſſe, quod ſimplex 16

plex cessio facta creditori solutionis causa, debitorem cedentem non liberat. Quod autem in casu nostro cessio facta fuerit solutionis causa, patet ex illis verbis Instrumenti, *per il più facile pagamento*, & paulò post ex aliis verbis, *quali quantità de denari, dopoi esatte, sia lecito ad essi Signori coniugi, e Beatrice retenere in loro beneficio per la sodisfatione di dette annue entrade.*

Vndè manifestè apparet creditores non recepisse nomina debitorum insolutum, & pro soluto, sed acceptasse solummodo mandatum ad illa exigendum pro faciliori consecutione, ideoque eorum creditum nunquam fuisse extinctum.

17 Sed hæc dicta sint ex abundanti, nam in casu, de quo agitur mandatum in rem propriam factum fuit ad maiorem cautelam creditorum, ibi, *sia obligato il detto Signor Duca à maggior cautela, & per il più facile pagamento di dette entrade, sin' come esso Signor Duca in presenza nostra dal primo del mese di Maggio primo venturo 1632. auante constituisce detti Signori Coniugi, e Beatrice, e ciascheduno per le loro rate procuratori irreuocabili* in rem propriam *ad esigere dette annue entrade.*

Ex quibus verbis censetur facta priorum Iurium reseruatio, quæ nouationem fieri omninò impedit, & propterea licet debitor delegatus se obligasset per stipulationem in beneficium creditoris, reseruatis tamen in eius beneficium primis Iuribus, nouatio facta non esset, & delegans adhuc obligatus maneret, Surd. *decis.23. num.9.* Mangil. *de euiction. quæst.80. num.22.* cum aliis adductis per Gratian. *d. cap.64. per totum.*

18 Insuper est aduertendum, quod cum mandatum in rem propriam factum fuerit ad maiorem cautelam, & pro faciliori exactione, vtique poterant prædicti D.Ferdinandus, Dorotea, & Beatrix non vti dicto mandato, quousque ipsis placuisset, nam cuilibet licitum est fauori suo renunciare, *l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, & facit Text. *in l. cum tempus, ff. de reg. iur.* vbi debitor, qui promisit infra certũ tempus aliquid soluere, licet ad solutionem vrgeri ante tempus minimè possit, potest tamen si vult ante tẽpus soluere, quia tẽpus promissoris gratia adiectum censetur; ita pariter si temporis dilatio fauore creditoris appositа sit, poterit sanè is ante tempus solutionem petere, vt notat, Dec. *in d. l. cum tempus, num.10. cum seq.* & in simili dicimus, quod promittens alicui vendere potest cogi ad vendendum, sed is, cui promissio facta est, cogi minimè potest ad emendum, vt ex Text. *in l. qui pecuniam, ff. si cert. pet.* probat Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.4. tit.3. num.4.* qua de re dato pro nunc citra veri præiudicium, quod mandatum prædictum non potuisset per Illustrem Ducem expresè reuocari, potuerunt nihilominus dicti D. Ferdinandus, Dorotea, & Beatrix illo non vti, eo magis quia præfatus Dux ab anno 1632. vsque ad annum 1636. non obstante mandato prædicto, quamplures pecuniarum quantitates exegit à nominibus debitorum in dicto mandato contentis, quod sine dubio facere potuit, cum non interuenerit vllum ex requisitis *l.3. C. de nouat.* & sic patet de consensu ambarum partium, tacitè actum fuisse, ne dicti D. Ferdinandus, Dorotea, & Beatrix eo tempore mandato in rem propriam vterentur. Cumque dictus D. Ferdinandus vigore alterius simplicis mandati exegerit aliquas pecuniarum quantitates, & de eis soluerit dicto Illustri Duci ducatos septingentos quadraginta vnum, eo quidem tempore, quo nulla prorsus aderat decoctionis suspicio, dicendum est quantitates dicto Illustri Duci solutas per dictum D. Ferdinandum bona fide, & absque vlla suspicione fraudis nullo iure ab eius creditor deducendas fore.

DISCEPT. CCCXL.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua hic.*
2 *Quæstionis status aperitur, de qua hic.*
3 *Tertiaria exigitur interdum pro laudemio.*
4 *Laudemium quid sit, & an concurrat in præsenti, an verò tertiatim.*
5 *Tertiaria debetur interdum vigore pacti in concessione adiecti.*
6 *Tertiaria debetur, si concedatur assensus cum solutione Tertiariæ.*
7 *Tertiaria ratione consuetudinis debetur, sed illius loci vbi res sita est, non vbi fit contractus.*
8 *Tertiaria an debeatur ex consuetudine introducta in Monasterio.*
9 *Tertiaria an debeatur ex consuetudine contractus Monasterij.*
10 *Tertiaria vt debeatur ex consuetudine, qualis requiratur solutio.*
11 *Tertiaria si non vniformis exigatur, & soluatur nullum producit præiudicium.*
12 *Tertiariæ non vniformis solutio quem effectum producat.*
13 *Tertiariam fuisse exactam, & interdum medietatem pretij, quem producat effectum.*
14 *Tertiariæ exactio in minori summa an Monasterio præiudicet.*
15 *Differmis exactio non operatur cum consuetudine.*
16 *Tertiaria pro laudemio qualiter probetur sententiis.*
17 *Sententiæ pro Tertiaria qualiter factæ; & n.18.*
19 *Sententiæ S.C. pro Tertiaria rerum sub dominio Camaldulensium directo.*
20 *Sententia, de qua supra fundatur in conuentione.*
21 *Sententia pro Tertiaria fundata in consuetudine; & num.22.*
23 *Sententia pro Tertiaria qualiter liquidetur.*
24 *Tertiaria qualiter debita integra pro laudemio.*
25 *Tertiaria vigore pacti, benè procedit; & n.26.*
27 *Tertiaria si differmis soluatur, non debetur etiam posita consuetudine.*
28 *Tertiaria in quibus partibus exigatur, & qualiter.*
29 *Tertiaria vt debeatur ex consuetudine, quæ requirat consuetudo.*

ARGVMENTVM.

Tertiaria debetur ex venditione bonorum redditiorum Monasterio Camaldulensium, & hoc, vel ex vi conuentionis, vel ex vi pacti, & an ex vi consuetudinis Monasterij in contractibus introductæ, & quid si consuetudo

non

non sit in loco rei sitæ, sed in loco contractus, & quid de consuetudine posita difformi solutione pretij, & adducuntur sententiæ emanatæ in S.C. & qualiter sint alias liquidatæ Tertiariæ.

IN IVRE
PRO
RR. PP. CAMALDVLENSIBVS,
CVM
Venerabili Monasterio S. Laurentij Ciuitatis Auersæ.

Reg. Consil. Carauita Commiss.

Iunctis Aulis.

In Banca de Viuo.

1 IL *Monasterio di S. Lorenzo d'Auersa, come padrone diretto pretese douer conseguire tre Terzarie per tre alienationi fatte d'vn Territorio chiamato Santa Maria Oliuola, sito in Santa Agata di Puglia posseduto dall'Ill. Marchese di Treuico.*

Et hauendo ottenuto sentenza, con la quale s'era detto: competere Terzarias pro quantitate tamen liquidanda, pro qua quantitate fiat assignatio dicto Monasterio de summa duc. 8000. debitorum per Ill. Marchionissam Triuici ex residuo pretij, pro qua d. Marchionissa correspondeat d. Monasterio, prout correspondet Hæremui Camaldulensium, fol. 124. *proc. Monasterij.*

Si grauorno della Sentenza li PP. Camaldoli pretendendo, che al Monasterio non spettaua Terzaria, mà Laudemio, e secondo, che per la quantità douuta per raggione di Laudemio non potena hauer attione sopra il prezzo douuto da d. Marchesa, mentre la prima volta s'era venduto subhasta, & il Monasterio era comparso nel prezzo, e così anco l'vltima volta, per lo che domandorno restitutione in integro aduerso la d. Sentenza fol. 153.

Si disse con decreto del S.C. non esse deferendum; verum exequatur Sententia pro Tertiariis debitis, vigore dictarum postremarum venditionum, salua prouisione facienda in Iudicio liquidationis respectu quantitatis exigendæ pro dictis Tertiariis fol. 191. *d. proc. Monasterij.*

E da quello si discorse in Rota, & anche mostrano le parole del medesimo decreto, pare che il S.C. si fusse mosso à concepirlo con queste parole; perche stauano portate più sentenze del medesimo S.C. con le quali staua dato al Monasterio il Laudemio col nome di Terzaria, & hauendo prouato, che con questo nome l'esiggeua; perciò stimò bene non appartarsi dall'altre Sentenze, ne reuocare quest' vltima toccante al nome di Terzaria; mà perche dalle proue fatte in altri processi appariua, che l'esattione di questa Terzaria non era vniforme, e le Sentenze portate per esempio, ne anche haueuano dato per intiero al Monasterio la terza parte del prezzo: mà liquidatala diuersamente, & al più alla raggione d' otto per cento; perciò si soggiunse, salua prouisione facienda respectu quantitatis exigendæ pro dictis Tertiariis.

Restando dunque da vedersi à che raggione altre volte il S.C. hauesse liquidito il Laudemio datoli co'l nome Terzaria per douersi liquidare coll'esempio delle medesime Sentenze quella, di che si tratta, al presente il Monasterio insiste di nouo, che debbia esseguirsi la sentenza per l'intiera terza parte del prezzo, perche suppone, che mentre il S.C. hà detto: salua prouisione facienda respectu quantitatis exigendæ pro dictis Tertiariis, non habbi pregiudicato il Monasterio à segno, che non possa di nouo rappresentare quelle raggioni, che rappresentò anche à tempo del decreto per fundare lispetti l'intiera terza parte del prezzo: augumentandole adesso maggiormente con alcune fedi cauate dall' Archiuario dell' istesso Monasterio, e scritture nouamente presentate, con le quali, e con l'altre scritture presentate in diuersi processi il Monasterio suppone fundare. 2

Prima, che in tempo della concessione di questo Territorio, quale seguì nell' anno 1547. staua in possessione d' esiggere la terza parte del prezzo delli suoi beni enfiteotici, portandosi per tal fine molti instromenti, che contengono l'assenzo dato dal Monasterio ad alcune alienationi sino dall' anno 1331. 1367. 1457. così continuando in appresso, dalle quali si vede, che habbi esatto la terza parte del prezzo. 3

Secondo, che il S.C. con più Sentenze proferite contro diuersi possessori hà condennati li medesimi à pagare la tertiaria liquidanda.

Et ancorche poi non si sia liquidata per l'intiera terza parte del prezzo, come pretendeua il Monasterio, mà al più si vede liquidata alla raggione d' otto per cento, si dice per il Monasterio, che nelli decreti di liquidatione vi è la clausola pro nunc, & in consequenza non può considerarseci suo pregiuditio, se non hà curato proseguire per la restante summa.

Portandosi all'incontro dui esempij, dalli quali si vede che il S.C. hà liquidato la d. Terzaria per l'intiera terza parte del prezzo à beneficio del Monasterio, come seguì nella Causa contro il Rationale de Martino, e contro il Patrimonio della Ratta.

Con le quali raggioni accompagnate dall' altre giudicature, suppone diuersi liquidare per intiero le due Tertiarie, che sta giudicato douersi sopra questo Territorio sito à S. Agata di Puglia, delle quali si tratta.

Che perciò mentre dal Monasterio si continua la pretensione di volere l'intiera terza parte del prezzo in luogo di Laudemio, necessita li PP. Camaldoli non solo à douer raccordare alli Sig. Ministri quello, che altre volte è stato rappresentato per loro difesa, ma anche nuoui motiui, con li quali sperano restarà bastantemente fondato, che al Monasterio non spetta altro, che Laudemio sopra questo Territorio dedotto nell' atti, non ostantino le scritture nouamente prodotte, e le sentenze portate per esempio à beneficio del Monasterio. 4

Quod autem non debeatur, nisi Laudemium hoc est quinquagesima pars pretij Domino directo fundatur ex dispositione *l. fin. C. de iure emphyt.* & posse maiorem quantitatem prætendi conceditur triplici ratione, nempè ratione pacti adiecti in concessione, ad Text. *in l. in re mandata, C. mand.* ratione consuetudinis loci, in quo res sita est, iuxta tradita per Nigr. *de laudem. tom. 1. quæst. 4. art. 1. n...* & etiam secundum aliquorum sententiam ratione consuetudinis introductæ ab ipso Monasterio concedente.

At in proposito non potest prætendi Tertiaria ratione pacti adiecti in concessione; etenim 5

in

in Inſtrumento non legitur hoc pactum, & licet prætendatur implicitè contineri, dum legitur in illo. *Conceſſerunt in perpetuum, & Iure emphyteotico ad ſtylum dictæ Eccleſiæ, & Monaſterij, & cum pactis emphiteoticis de ſtylo dictæ Eccleſiæ, & Monaſterij apponi ſolitis, & conſuetis*; & ibi. *Nihil reſeruantes niſi, & duntaxat directum dominium, & Ius emphyteoticum, & pacta emphyteotica in talibus apponi ſolita, & conditiones emphyteoticas in talibus apponi ſolitas, tam de iure, quam de conſuetudine Monaſterij*, fol. 16. à t. N. & fol. 20. proc. Monaſterij cum Ill. Duce Martinæ, obſeruandum eſt, quod verba prædicta non aliud important, niſi relationem ad pacta apponi ſolita in ſimilibus, etiam de ſtylo, & conſuetudine Monaſterij, dum expreſsè dicitur: cum pactis apponi ſolitis, ac proindè neceſſe eſt probetur ab ipſo actore terminus, ad quem fit relatio per alia inſtrumenta conceſſionum, in quibus appareat Monaſterium conſueuiſſe apponere hoc pactum ſoluntionis Tertiariæ ante annum 1547. quo tempore fuit facta conceſſio huius Territorij, cæterum ſi poſt annum prædictum cœpiſſet hoc pactum apponi à Monaſterio in aliis inſtrumentis, parum refert, etenim debet attendi tempus contractus, per Text. *in l. Rutilia Polla, ff. de contrah. empt.* atque ideò probari debet, quod eo tempore conſuetudo Monaſterij erat apponendi pactum huiuſmodi, vt tradit Corb. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob lin. finit. num.* 31. Sed in præſenti Cauſa non producitur inſtrumentum pro parte Monaſterij, ex quo appareat hoc pactum apponere conſueuiſſe ante dictum annum 1547. imo, quæ ſint pacta apponi ſolita à dicto Monaſterio declarantur per extenſum per dictionem videlicet, in quodam inſtrumento aſſenſus à Monaſterio præſtiti ſuper alienatione rei emphyteoticæ de anno 1555. fol. 81. & à t. & iterum de anno 1539. fol. 100. in fin. proc. Monaſterij cum Iacobo Coſſo, & inter pacta appoſita non reperitur hoc de Soluendo Tertiariam, ergo prætenſio Monaſterij non poteſt fundari in aſſerta conuentione, ſiue expreſſa, ſiue per relationem ad Conceſſiones præcedentes, dum expreſſa non legitur, neque producuntur aliæ conceſſiones factæ ante illam, de qua agitur, in quibus hoc pactum contineatur.

6 Et quamvis fuerint producta, quamplura inſtrumenta continentia aſſenſum præſtitum à dicto Monaſterio ſuper alienatione bonorum emphyteuticorum cum ſolutione Tertiariæ, dicimus hæc non ſufficere ad fundandum, quod ſolutio fuerit ſecuta vigore pacti in conceſſione appoſiti, & exinde probari Monaſterium conſueuiſſe hoc pactum in conceſſionibus apponere; cum enim potuiſſet exigi Tertiaria, vel vigore pacti, vel conſuetudinis loci, vel ratione conſuetudinis introductæ in bonis ſuis ab ipſo Monaſterio, vt conſultò ſuperius præmiſſum fuit; ſubintrat regula, quod dubia probatio non releuat producentem, ſecundum Gloſſ. *in c. præſentia de probat.* atque ideò non poteſt dici ab effectu probata conſuetudo apponendi hoc pactum in conceſſione, ex eo, quia probatur in caſu alienationis fuiſſe ſolutam Tertiariam, dum hic effectus potuit ab alio cauſari, quam à pacto, & ideò concludendum eſt non poſſe à Monaſterio prætendi tertiariam vigore pacti.

7 Nec prætendi poterit ratione conſuetudinis loci, cum enim attendatur locus rei ſitæ iuxta tradita per Montan. *controuerſ.* 20. *num.* 8. & Nigr. *d. Laud. d. tom.* 1. *q.* 4. *num.*..., non reperitur probatum in Terra S. Agatæ Apuleæ, vbi ſitum eſt Territorium, de quo tractatur hanc conſuetudinem vigere.

Videndum itaque ſupereſt, an debeatur vigore conſuetudinis introductæ ab ipſo Monaſterio, & quamvis ad probationem huius conſuetudinis producantur teſtes in alio iudicio examinati, plura inſtrumenta exactionum cum nomine Tertiariæ, & Sententiæ S.C. quamplures, quibus apparet fuiſſe condemnatos poſſeſſores ad ſolutionem Tertiariæ. 8

Replicatur primò, non immeritò dubitari poſſe de facultate ipſius Monaſterij circa hanc conſuetudinem in hoc caſu introducendam, ex traditis in propriis terminis per Dominum, & Præceptorem meum Conſ. Staib. *tomo* 1. *reſolut.* 98. *num.*... ſed omiſſa hac quæſtione dicimus hæc omnia Monaſteria non prodeſſe, & ſaltem ad finem exigendi Tertiariam ſuper Territorio, de quo agitur. 9

Etenim ad finem inducendi conſuetudinem ſuper exactione huiuſmodi Tertiariæ requiritur inter cætera, vt exactio ſit vniformis pro integra tertia parte pretij, vt in propriis terminis ſcripſit idem Conſ. Staiban. *tom.* 1. *reſolut.* 88. *num.* 88. & *num.* 137. qui citat Camill. de Medic. *conſil.* 152. *num.* 88. & ratio huius concluſionis eſt, quia cum requiratur, vt hæc conſuetudo veluti, contra Text. *in dict. l. fin.* ſit præſcripta per Textum *in l.* 2. *Cod. quæ ſit long. conſ.* ex actibus difformibus nulla præſcriptio induci poteſt, vt aduertit Grat. *cap.* 193. *num.* 22. at in propoſito ex teſtibus in aliis cauſis examinatis ad inſtantiam eiuſdem Monaſterij aliqui deponunt Monaſterium conſueuiſſe exigere Tertiariam, ſiue Quartariam, aliquando integram, & aliquando iuxta conuentionem, vt ſuper 7. *artic. fol.* 58. *à terg.* proceſſ. Iacobi Coſſo, & *fol.* 60. aliqui deponunt nunquam Monaſterium exegiſſe integram tertiariam, *d. fol.* 60. & ſuper 9. *fol.* 60. *à terg.* & addunt, quod pro re vendita pretio ducatorum quinquaginta Monaſterio fuerunt ſoluti duc. quinque ſuper 1. *art. fol.* 68. *à terg.* 10

Inſuper ex inſtrumentis ab eodem Monaſterio productis apparet exactionem factam non fuiſſe vniformem, imò neque ſemper exegiſſe nomine Tertiariæ, etenim de anno 1555. exactio ſit nomine Quartariæ, & pro re vendita pretio duc. 120. ſoluti fuerũt duc. 30. ſibíque Monaſterium reſeruauit ius Quartariæ *fol.* 80. *in fin.* dict. proc. de anno 1519. pretium rei venditæ importabat duc. ſexaginta ſex *fol.* 83. *à terg.* & nomine Tertiariæ ſoluuntur duc. ſex *fol.* 84. de anno 1539. ſoluuntur duc. quatuor, pretium verò rei venditæ aſcendebat ad duc. 21. *fol.* 95. d. proc. Coſſi. 11

Denique ſi fides adhibenda eſſet atteſtationi, quam nouiſſimè fecit Reuer. Archiuarius eiuſdem Monaſterij, qui teſtatur de exactione facta ſub nomine Tertiariæ, prout apparere dicit ex inſtrumentis in Archiuio Monaſterij conſeruatis; etiam ex atteſtatione prædicta apparet exactionem non fuiſſe vniformem, quantumvis Archiuarius elegerit illa inſtrumenta, quæ Monaſterio pinguius prouidere exiſtimauerit; conſtat enim de anno 1451. pretium rei importaſſe duc. 23. & pro Tertiaria fuiſſe ſolutos duc. 6. 2. 0. *fol.* 64. vol. ſcript. 12

Imò, ſi Archiuarij fides adhibenda erit, appareret quandóque Monaſterium exegiſſe non ſolum tertiam partem, ſed medietatem pretij rei venditæ, prout eueniſſe dignoſcitur de anno 1470. 13

quo

quo tempore res fuit vendita pretio duc. 14. & de illis Monasterium recepit duc.7. *fol.*64. & de anno 1457.cum pretium rei venditæ ascendisset ad duc.75. constat fuisse solutos duc.33.0.10. *fol.*59. itaque dubitari nequit exactionem fuisse difformem circa quantitatem.

14 Neque replicasse iuuat minoris quantitatis exactionem factam per Abbates nullum attulisse præiudicium Monasterio;cum enim iura Monasterij fundata sint in consuetudine, quæ nihil prodesse poterat antequam esset introducta, & præscripta, nec alio modo poterat introduci, & præscribi,nisi facto Abbatis, hinc sequitur non posse dici, quod factum Abbatis attulit Monasterio præiudicium remittendo, sed bene, quod non attulit beneficium in acquirendo,idque licitum esse Prælatis non dubitatur,per Text.

15 Posita igitur difformitate exactionis circa quantitatem, firma remanet conclusio, quod consuetudo Monasterij non possit dici præscripta, ac proinde prætensa Tertiaria, neque debetur vigore consuetudinis à dicto Monasterio introductæ cum non possit, nisi fuerit præscripta, vt *suprà.*

16 Quod verò de anno 1547. non aderat à Monasterio introducta, & præscripta consuetudo exigendi Tertiariam, ex eo apertius demonstratur, quia nouissimè fuit ab eodem Monasterio producta copia sententiæ reintegrationis secutæ de anno 1549. occasione inuentarij fieri petiti de bonis dicti Monasterij *fol.*33. *vol.* scripturarum, nec in ea legitur verbum aliquod de iure Tertiariæ, quamobrem hoc ius Monasterio non competiisse concludendum est,ex traditis in propria specie per Medic. *consil.*152.*n.*94. & Cons. Staib. *d.resol.*98.*n.*41.*&* 57.

17 Sed quoniam aduersus prædicta satis vrgere videntur sententiæ S.C. in actis productæ, quibus cum appareat fuisse condemnatos alios possessores ad soluendum Monasterio Tertiariam prætenditur iam tractari de consuetudine iudicata ad beneficium Monasterij; atque ideò non aliud esse attendendum: dicimus propterea ex omnibus sententiis, quarum producuntur exempla,non remanere probatam, prætensam consuetudinem ad Monasterij beneficium, non enim sufficit ad inducendam consuetudinem iudicatam alios fuisse condemnatos simpliciter ad Tertiariam, nisi expressè fuerit pronuntiatum in contradictorio iudicio, illam deberi vigore consuetudinis, & adesse talem consuetudinem,vt ex Gloss.*in rubr. C.quæ sit long.consuet.* & Alex.probat in terminis Cons. Staiban. *dict. resolut.*98. *num.*148. quæ verba non leguntur in sententiis prædictis.

18 Quinimò si obseruare voluerint, qua ratione fuerunt alij ad Tertiariam condemnati, constabit,vel consuetudine loci rei sitæ, vel particulare pactum initum post concessionem, de qua agitur fuisse motiuum condemnationis excluſa semper prætensa consuetudine à Monasterio introducta.

19 Recensenda sunt ideò sententiæ, quibus iura Monasterij nituntur. Prima sententia fuit lata de anno 1559. ad relationem Consiliarij Ioan. Andreæ de Curte, contra Ioan.Iacobum Cossò, & licet in actis appareant probationes factæ à Monasterio circa prætensam consuetudinem ab ipso introductam exigendi Tertiariam; attamen ex scripturis ab ipsomet productis apparet exactionem non esse vniformem, vt *fol.*80.*in fin.&* 81. *fol.*83.*à terg.*93. & *à terg.*95. *&* 96. testes ad instantiam Monasterij examinati super d. Consuetudine deponunt nunquam fuisse solutam integrè Tertiariam, vt super 7. & 9. *fol.*60. *& à terg.* proc. cum Ioan. Iacobo Cosso. Igitur non potest dici sententiam fundari in prætensa consuetudine Monasterij; pugnaret enim contra sententiam communis conclusio superius recensita, quod ex actibus difformibus non potest introduci consuetudo; alia igitur est exquirenda ratio, qua possit sustineri sententia, & constat illam in facto particulari fuisse fundatam,etenim Ioan. Iacobus Cosso ante emptionem se conuenit cum Abbate,mediante publico instrumento, & asserens se empturum pretio ducatorum 4000. quoddam Territorium Monasterio redititium promisit soluere pro laudemio ducatos 220.*fol.*8. & *à terg.in fin.* d. proc. Huic conuentioni nihil obstabat quominus à dicto emptore fieri potuisset, etiam in sui præiudicium, si aliquid præiudicij considerari posset,præsertim habito respectu, quod Territorium erat in Giuitate Capuæ, in qua de consuetudine soluitur quartaria loco laudemij,vt testatur Ouid.de Amic.Canonicus Capuanus *de iur.emphyt quæst.*57.*sub num.*1.& constat ex fidebus præsentatis in proc. Creditorum de Larattha *fol.*246. *&* 247. Ex quibus patet adesse consuetudinem exigendi Tertiariam, & Quartariam ad rationem 7.& 8. pro centenario: erat igitur adimplenda promissio,atque ideò meritò fuit secuta condemnatio.

Et quod sententia fuerit fundata in conuen- 20
tione,non autem in asserta consuetudine Monasterij palam fit ex verbis eiusdem sententiæ, & decreti liquidationis *fol.*111.*&* 114.d.proc.Declaratur enim competere Monasterio ius Tertiariæ,super Territorio in actis deducto,nec mirum si S.C.fuerit vsum hoc nomine Tertiariæ: nam constabat Monasterium esse in possessione exigendi laudemium sub nomine Tertiariæ,& propterea erat manutenendus in possessione cum hoc nomine: sequitur deinde condemnatio illis verbis: Et proinde condemnamus ad soluendum Tertiariam liquidandam ex eodem proc. in qua liquidatione habeatur ratio de conuentione habita cum Abbate quoad summam pro dicta Tertiaria deductam tantum. En igitur fundata sententia in conuentione, sed quia conuentio respiciebat illam venditionem,non alias futuras, & S. C. noluit præiudicare, tam dicto emptori, quam Monasterio,propterea ne in futurum possit prætendi eadem quantitas, fuit addita dictio taxatiua, quoad summam deductam tantum, & deinde in decreto liquidationis factæ pro duc. 220. iuxta conuentionem fuit dictum expressè, quod assensus præstitus & in futurum præstandus intelligatur præstitus,secundum naturam primæ concessionis,& non aliter *fol.*114.ex quibus patet S. C. noluisse præiudicium inferre iuribus dicti possessoris in futurum, quoad quantitatem soluendam pro laudemio exigi solitam à Monasterio nomine Tertiariæ,sed voluit eueniente casu esse recurrendum; non quidem ad consuetudinem, in qua fundabatur Monasterium, sed ad primam concessionem, quæ tunc temporis non reperiebatur producta; ergo sententia nullo modo potest dici fundata in asserta consuetudine Monasterij,ita quod possit duci ad exemplum.

Secunda sententia fuit prolata de anno 1570. 21
ad relationem Præsidis de Franchis, contra Paulum,& alios de Casserta *fol.*81. *volum.* scripturarum; & in quo fundetur non apparet,quia non producitur, nec reperiri potuit processus, pro certo

certo tamen habendum eſt, non potuiſſe fundari in aſſerta conſuetudine à Monaſterio introducta ſtante difformitate exactionis ab eodem Monaſterio facta, quæ conſuetudinis præſcriptionem in iis edebat, vt *ſuprà*: Imò probatur ſententiam non fuiſſe fundatam in aſſerta conſuetudine, etenim vigore illius Tertiaria erat liquidanda abſque aliqua difficultate in tertia parte pretij, & tamen apparet poſt ſententiam fuiſſe ordinatum primo loco, quod ſoluerentur duc. 40. ſaluis iuribus pro reſiduo, deinde quod ſoluerentur alij duc. 20. citra præiudicium pro reſiduo, nec amplius de reſiduo fuit locutum, cognito forſitan, quod maior quantitas prætendi non poterat; igitur excluſa conſuetudine à Monaſterio introducta, in qua de iure ſententia fundari non poterat, probabilius dicendum eſt condemnationem fuiſſe ſecutam attenta conſuetudine dictæ Ciuitatis Capuæ, in qua conſueuit ſolui quartaria, & tertiaria ad rationem, de qua *ſuprà*.

22 Reliquæ verò ſententiæ quotquot à Monaſterio proceduntur ſecutæ poſt prædictas parum negotij faceſſunt.

Primò, quia quandoque S. C. condemnauit poſſeſſores ad Tertiariam liquidandam, quandoque tamen, licet fuiſſet petita Tertiaria condemnauit poſſeſſores ſimpliciter ad laudemium liquidandum, nulla facta mentione Tertiariæ, vt in exemplis productis contra Catharinam Iuliano *folio* 82. *à terg.* Alexium Panſa *folio* 89. *à terg.* & Carolum Sarriano *folio* 92. *volum.* ſcripturarum.

23 Rurſus ſententiæ continentes condemnationem ad Tertiariam liquidandam nunquam fuerunt executæ pro integra tertia parte pretij à Monaſterio petita ſecuta forma ſuæ conſuetudinis, ſed tantum prætenſa Tertiaria fuit, liquidata ad rationem 8. & 9. pro centenario, vt patet ex proceſſu cum Franciſco Ozzias, in qua cauſa quamvis decreto S. C. fuerit declaratum laudemia in ſententia contenta eſſe integras Tertiarias, fuit tamen additum ſalua prouiſione facienda reſpectu quantitatis exactionis pro dictis Tertiariis *fol.* 83. *à terg. volum.* ſcripturarum, & ſic patet expreſsè S. C. non iudicaſſe petitam Tertiariam eſſe tertiam partem pretij rei venditæ, quinimò cum petita Tertiaria fuiſſet calculata proc. duc. 1715. 2. 13. habito reſpectu ad pretium rei venditæ pro ſumma duc. 5143. *fol.* 46. proc. cum Ozzias, quamvis decreto domi interpoſito fuiſſet ordinatum, quod ſolueret duc. 650. citra præiudicium pro reſiduo *fol.* 84. *volum.* ſcripturarum, hoc decretum, quoad quantitatem fuit etiam moderatum per S.C. & ordinatum, quod exequeretur pro ſumma duc. 500. ſalua prouiſione facienda pro reſtanti quantitate *fol.* 84. *à terg.* idem pariter fuit obſeruatum in cauſa cum Franciſco Topi, in qua Tertiaria fuit calculata pro duc. 423. habito reſpectu ad pretium rei aſcendens ad duc. 1269. *fol.* 79. proc. Monaſterij cum dict. Franciſco Topi, & tamen per S. C. fuit ordinatum, quod ſolueret Monaſterio duc. 70. vltra aliorum duc. ſexaginta prius liberatos, qui in vnum faciunt ſummam duc. 130. à quibus deductis duc. 4. 15. debitis pro cenſibus decurſis, vt in calculo *d. fol.* 79. remanent in ſatisfactionem Tertiariæ duc. 126. Hoc idem cernitur practicatum in cauſa Iulij Cerino, contra quem fuit executa ſententia pro duc. 179. ſalua prouiſione facienda reſpectu alterius quantitatis prætenſæ pro complemento Tertiariæ *fol.* 86. *& à terg. volum.* ſcript. & iterum in cauſa Angelæ Capograſſo, in qua mediante decreto domi fuerunt liquidati cenſus decurſi, & Tertiaria in duc. 100. ſalua prouiſione facienda, quoad reliqua *fol.* 88. *à terg. d. vol.*

Cum verò producantur pro parte Monaſterij 24
duo exempla, ex quibus patet fuiſſe admiſſam prætenſionem, & executum pro integra tertia parte pretij, alterum ſcilicet in cauſa Anelli Antonij de Martino, alterum verò in cauſa creditorum illorum de Laratta, obſeruandum eſt qua ratione hoc euenit, & conſtat ex actis alia ratione, quam Monaſterij conſuetudine fuiſſe ita practicatum; etenim in cauſa de Martino concurrit in facto, quod hic emerat Territorium ſitum in Terra Caiuani, ad rationem duc. 65. pro quolibet modio; quando iuſtum pretium erat vltra duc. 100. cum expreſſo pacto, quod ſolueret Monaſterio Tertiariam, ad cuius ſolutionem dictus de Martino ſe obligauit *fol.* 2. proc. cum d. de Martino. Conuentio hæc inita inter venditorem, & emptorem mediante publico inſtrumento ſuam merebatur executionem, propterea mediante decreto domi interpoſito viſo inſtrumento fuit ordinatum, quod ſolueret duc. 190. *folio* 9. *& à terg.* ac meritò decretum fuit confirmatum per S.C. *fol.* 24. & contractus emptor ad faciendum depoſitum de dicta ſumma, dum eandem quantitatem penes ſe retinuerat, quamobrem nihil erat cur promiſſio facta in inſtrumento non eſſet exequenda; fundatur itaque deciſio in voluntate venditoris, qui vendidit tanto minoris ad finem, vt reliqua pars ſolueretur Monaſterio, & in inſtrumento, in quo continebatur promiſſio facta ab emptore de ſoluendo quantitatem prædictam, qui propterea non debebat eum alieno lucrari, & hanc fuiſſe rationem patet, tam ex verbis poſitis in decreto, dum dicitur viſo inſtrumento, quam ex modo executiuè procedendi, qui non potuiſſet in dicta cauſa practicari, niſi vigore inſtrumenti.

In cauſa verò creditorum de Laratta aliud 25
factum particulare deciſioni dedit cauſam; etenim in inſtrumento conceſſionis Territorij venditi factæ de anno 1595. ſatis poſt conceſſionem, de qua tractatur, adeſt expreſſum pactum de ſoluendo integram Tertiariam in caſu alienationis *folio* 86. *in fin.* proc. dictorum creditorum; quid ergo mirum, ſi decreto S. C. de pretio liberati fuerunt duc. 450. in compotum Tertiariæ *fol.* 93. *vol.* ſcript. & deinde reliqua quantitas pro complemento *fol.* 94. *à terg. d. vol.* ſcript.

Hæc igitur exempla, tanquam innixa facto 26
ſpeciali ponenda ſunt extra cauſam, de qua agitur; & firmum remanet motiuum, quod S.C. aliquando poſſeſſores ad laudemium ſimpliciter aliquando condemnauit ad Tertiariam liquidandam, nec vnquam liquidauit illam pro integra tertia parte petita, niſi aliquo facto ſpeciali concurrente; & hinc ſequitur, neque ex ſententiis productis poſſe dici introductam conſuetudinem iudicatam ad fauorem Monaſterij: nam ſententiæ difformes, tum in conceptione verborum, tum etiam in effectu circa quantitatem in liquidatione, quæ difformitas neceſſe eſt, etiam impediat conſuetudinem iudicandi, vt probat Amat. *conſil.* 48. *num.* 8. & Conſ. Staiban. *d. reſolut.* 98. *num.* 150. Niſi dixerimus ab re fuiſſe locutos omnes, qui hanc concluſionem pro communi, & extra controuerſiam fundant, & docent in materia conſuetudinis introducendæ. Sequitur ſecundò, non poſſe dici ſententias adductas fundari in conſuetudine à Monaſterio introducta; dum

S. C.

S.C. noluit condemnare possessores ad integram 3. partem pretij, sed tantum in consuetudine loci rei sitæ : etenim omnia bona in iudiciis deducta apparet esse sita in Territorio Auersæ, Capuæ, & Casalium, quibus in locis consueuit solui aliquid Ecclesiis vltra laudemium; nam respectu Ciuitatis Capuæ sunt qui testantur solui quartariam, vt tradit de Amicis *d. quæst.* 57. quid dicit laudemium appellari quartariam in tota Prouincia Capuana, & constat ex fidebus præsentatis in d. proc. credit. de Laratta, respectu verò Ciuitatis Auersæ Testis productus ab eodem Monasterio in anno 1558. testatur, tam in d. Ciuitate, quam in tota eius Diœcesi consueuisse solui quartariam Maiori Ecclesiæ, & d. Monasterio, *vt super 7. art. fol. 1. & super 9. fol. 2. vol. script.* Sed quia non constat de vniformi exactione, & in Ciuitate Capuæ soluitur hæc quartaria ad rationem duc. septem, & octo pro centum, vt ex fidebus prædictis, de qua consuetudine forsitan aliundè S. C. se informauit propterea ad liquidationem deuenit in hunc modum, & ad hanc rationem.

27 Cæterum si contenderint his non obstantibus sententias latas ad fauorem Monasterij esse fundatas in consuetudine introducta ab ipso Monasterio omnes sententiæ essent contra iuris principia dictantia ex difformi exactione non posse introduci hanc consuetudinem, & proindè recurrendum esse ad ius commune, quo disponitur quinquagesimam deberi, vt ex traditis per Reg. Cons. Roc. *cons. 66. num. 19. lib. 2.* aduertit Consiliar. Staib. *d. resolut. 98. num. 151.* & ante istos Affl. *decis. 280. in fin.* ac propterea replicare fas erit, quod neque tot sententiæ deseruire possunt ad fundandam consuetudinem iudicatam, siquidem quando sententiæ sunt contra ius euidenter, tunc ex illis non inducitur consuetudo iudicata, nec sunt seruandæ cum aliis, eum quibus non est iudicatum, vt docet Reg. de Ponte omnino relegendus *de potest. proreg. tit. 1. §. 4. num. 50. & 51.* per Text. notabilem *in l. quod non ratione, ff. de legib.* ibi. *Quod non ratione introductum est, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet, vbi glossa in verbo obtentum declarat iudicatum* : itaque prætensio Monasterij, nec potest fundari in consuetudine iudicata, nec tot sententiæ in exemplum adductæ deseruire possunt pro fundamento prætensionis.

28 Demum ex alia redditur in dubium, quod super territorio, de quo agitur, non nisi simplex laudemium Monasterio competat, dato, quod in aliis consuetudinem introduxisset exigendi 3. pretij partem, vt prætendit; nam siuè attendamus instrumenta assensus præstiti cum exactione integræ tertiariæ, siue testium depositiones, & sententias, constat non alibi Monasterium exegisse Tertiariam, quam in Ciuitate Capuæ, Auersæ, & Casalibus, ac locis conuicinis, nec aliqua producitur similis exactio facta in d. Terra S. Agatæ de Apulia, siue super Territorio in actis deducto, siue aliis, si qua sunt territoria dicti Monasterij, quo fit consuetudinem, nullo modo prodesse super d. Territorio, regula enim est consuetudinem non posse induci ab eo, qui non habet facultatem statuendi, & legem condendi, vt tradit Alex. *lib. 6. cons. 173. num. 12.* & ideò ab alio hanc facultatem non habente introducta, non dicitur propriè consuetudo, sed assuefactio, siue præscriptio, secundum tradita per Rol. *l. 1. cons. 5. num. 74.* Præscriptio autem non extenditur de loco, vt scripsit Roman. *cons. 368. num. 8.* Ergo quatenus hæc consuetudo improprie sumpta fuisset legitimè introducta à Monasterio exigendi tertiariam, saltim non potest extendi ad bona sita in dicta Terra S. Agatæ, in qua nunquam consueuit Monasterium exigere tertiariam, & tantum seruanda erit super bonis sitis in Ciuitate Capuæ, Auersæ, & in illis locis, in quibus passi sunt homines, & possessores, & hæc consuetudo præscriberetur, ad quod faciunt in terminis scripta per Nigrum *de laudem.* omninò relegendum *tom. 1. quæst. 30. art. 1. num. 41.* qui tractans quæstionem, an laudemium debeatur de alienatione feudi posuit hæc verba, quæstionem, de qua agitur profecto determinantia. *Amplia primo, vt non debeatur, etiam quod Dominus probaret consueuisse exigere laudemium ex alienatione aliorum feudorum, nec admitti consequentiam: feudum est eiusdem Curiæ, ergo de illius alienatione debetur laudemium, sicuti deberetur de aliis feudis eiusdem curiæ,* Rosent. *de feud. cap. 6. concl. 76. num 6.* Guid. Papa *cons. 213. num. 5. Et ratio est, quia consuetudo, & pactum sunt stricti iuris, nec de vna re, vel persona loquentia ad alia extenduntur,* l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. &c. *ac paulo* infra num. 44. dicit, *& iura laudemiorum sunt odiosa, nec extendenda ad alium casum, in quo viget eadem ratio,* Scrader. *de feud. part. 6. cap. 3. num. 24. in fin.*

Sit igitur introducta consuetudo quantumlibet à Monasterio exigendi tertiariam in aliis locis, sit etiam iudicata, & in posterum exigat in dictis locis, & possessores exemplo aliarum sententiarum condemnentur, sufficit ex adductis in vltimo motiuo probasse, non ita posse practicari super territorio, de quo agitur, dum nunquam Monasterium exegit Tertiariam in Terra Sanctæ Agatæ, vbi situm est Territorium; & ideò speciali ratione declarandum est in hac causa deberi dicto Monasterio tantummodò quinquagesimam loco tertiariæ, provt RR. PP. Camaldulenses sperant ab integritate, & doctrina Dominorum Iudicantium, quorum partes sunt non solum euitare, ne hoc ius exigendi prætensam tertiam partem pretij introducatur, contrà iuris dispositionem in locis, in quibus non reperitur introductum, sed etiam, quæ ad hoc fundandum deficiunt supplere. Neap. die 16. Februarij 1665. 29

Quia verò in hac eadem Causa scripsit pro Cassinensibus Illustris Pater Abbas D. Honorius de Venosro, ideo placuit eius inserere scripta.

DISCEPT. CCCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium sancti Laurentij Ciuitatis Auersæ consequitur pro laudemio tertiariam.*
2 *Probatione Testium habetur deberi tertiariam.*
3 *Tertiaria solet relaxari interdum, & quare in parte debita.*
4 *Tertiaria qualiter fundetur.*
5 *Tertiaria non est noua in Iure, sed vsitata noua.*
6 *Territorium quodcumque redditituum Monasterio pro tertiaria.*
7 *Tertiaria debetur interdum ex pacto,* & n. 8. vsque ad num. 15.
16 *Tertiaria num debeatur integra, & quando.*
17 *Tertiarium Ius exigendi antiquissimum in pluribus causis practicatum.*

18 *Partis aduersæ oppositiones*, & num. 19.
20 *Tertiaria fuit interdum soluta in modica quantitate*, & num. 21. vsque ad 32.
33 *Decisio controuersiæ, de qua hic, affertur.*

IVRA VENER. MONASTERII S. Laurentij Ciuitatis Auersæ,

In exigenda à suis emphyteutis integra Tertiaria pro Iure Laudemij in qualibet alienatione.

Iunctis Aulis.

D. Honorius à Venafro humilis Abbas.

1 VENERABILE Monasterium Sancti Laurentij Ciuitatis Auersæ, cui præsum indignus Abbas, Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, vti directus Dominus quamplurium suorum bonorum emphyteoticorum, sibique redditiorum, reperitur in antiquissima possessione exigendi integram Tertiariam pro Iure Laudemij, quod ex dispositione Iuris sibi debetur in qualibet ipsorum alienatione; quod quidem Laudemium ex stylo Monasterij reperitur esse valoris tertiæ integræ partis rei concessæ. Idque extat fundatum in quatuor principalibus rationibus.

2 Primò in depositionibus, quam plurium testium, omni exceptione maiorum, qui cum iuramento examinati in pluribus, & diuersis huiusmodi Causis, in pluribus, & diuersis temporibus ab anno 1558. vsque ad præsens, de causa scientiæ deponunt dictam antiquissimam possessionem, consuetudinem, stylum, & obseruantiam prædicti Venerabilis Monasterij in percipiendo dictam integram Tertiariam à suis Emphyteutis in qualibet alienatione bonorum sibi redditiorum; testificando ita vidisse in praxi obseruari, ac de auditu, ita habuisse à viris antiquioribus tam Ciuitatis Auersæ, quam locorum vicinorum, qui referebant de communi opinione, ac de publica voce, & fama, & idem habuisse ab eorum prædecessoribus à tempore immemorabili, & continuato, quo non est memoria hominum in contrarium, prout legi potest in dictis depositionibus, existentibus in originalibus Processibus, præsertim in illo Causæ vertentis inter dictum Monasterium, & Io. Iacobum Cossa in Sac. Reg. Consil. in Banca Clauelli, & similiter in Processu causæ vertentis inter idem Mon. & Horatium de Franco S.R.C. in Banca de Martino. Qui testes in *num.* 20. ætatis annorum 80. 75. 64. 57. & consimilium, quasi omnes Nobiles dictæ Ciuitatis Auersæ, relictis aliis, sunt à propriis Processibus transportati in alligato Reassumpto, à me compacto omnium scripturarum, quas insinuo, vel cito in hoc scripto *à fol.* 1. *vsque ad fol.* 20.

3 Neque tali Iuri præiudicium aliquid generare potuit id, quod pro parte aduersa obiicitur; si frequentissimè Abbates, & Superiores pro tempore dicti Monasterij relaxasse suis Emphyteutis aliquam partem dictæ Tertiariæ eleemosynaliter, ex charitate, aut gratitudine pro recompensatione alicuius recepti beneficij, vel ex propria benignitate, & liberalitate illis donasse; nam actiones istæ facultatiuæ, potius auxerunt dictum Ius, & dominium. Donatio enim supponit possessionem exigendi, quia nemo potest donare, quod non habet, & si donat, signum est, esse Dominum illius rei, quam donat. Et eo fortiùs, quia in Instrumentis, in quibus reperiuntur dictæ relaxationes, & donationes, simul etiam reperitur computus factus inter Monasterium, & Emptores de integra Tertiaria sibi spectante pretij, quo bona emphyteotica emerunt; Nec non eorum manifesta confessio, qua confitentur spectare Monasterio dictam integram Tertiariam, quamvis ipsis aliqua pars de ea fuerit eleemosynaliter, vel alio modo, vt supra, relaxata, præterquam quod Abbates, & Superiores non potuerunt præiudicare Monasterio, & successoribus, cum non sint Domini, nec fructuarij, sed Administratores tantum, & Vsuarij iurium, & bonorum Ecclesiæ, & proinde omne præiudicium à supradictis in rebus suæ administrationis commendatis inutile est, & inefficax.

4 Secundo dicta antiquissima possessio exigendi dictam integram Tertiariam est fundata in proprio stylo ipsius Ven. Monast. S. Laurentij, qui stylus signanter consistit in quatuor principalibus pactis, & conditionibus, sub quibus, & non aliter, nec alio modo dictum Mon. sua bona concessit, de quibus se ipsum expoliauit, & alios locupletauit, non aliqua vi, dolo, vel fraude, sed ad petitionem, & preces ipsorum Concessionariorum super quibus bonis propriis prædictum Monast. vti Dominus, Iudex, & Arbiter iustè imponere potuit talem legem, quæ sibi placuit, & quam dicti Concessionarij voluntarij, & propter eorum propriam vtilitatem acceptauerunt, alias non concessisset. Nullus enim cogitur inuitus beneficium acceptare, & retinere. Et etiam quia contractus emphyteoticus recipit quascunque pactiones. Imò principaliter alienationes factæ ob modicitatem canonis non potuissent iustificari, nisi cum pacto Tertiariæ.

5 Vbi supponendum, quod tale onus Tertiariæ, non est quid nouum, inuentuum à Ven. Monast. S. Laurentij, sed vsitatum, & practicatum in diuersis Regnis, Prouinciis, & Ciuitatibus, & signanter in hac nobilissima Ciuitate Neapolis, vbi inter alios tale Ius possidetur ab Illustrissimo Comite Celani in territorio vulgo dicto *al Buosco*. Et non est exorbitans, sed æquum, fauorabile, & vtile Emphyteutis, & damnosum Monasterio, habito respectu ad valorem, & ad annuales redditus considerabiles dictorum bonorum, vt præcisè est Territorium S. Mariæ de Oliuola, de quo agitur in præsenti Causa, cuius redditus annuales ascendunt ad summam duc. 700. de communi opinione & fama; Idemque mihi relatum fuit à Viro omni probitate, huius rei conscio, & fide digno; absque aliqua industria, & labore vtilis Domini, quod totum consonum est veritati.

6 Et etiam quia dictum Territorium in omni sua amplitudine, & capacitate aptum est, & optimum ad seminandum, licet supradictus Possessor, tantum pro pasculo Maiorum animalium vtatur, quia sic expensas euitat, & æquales excipit fructus, tam feracis naturæ, & exquisitæ conditionis est dictum non paruum territorium, ratione præcipua desideratissimi Fontis, qui vocatur Romanus, forsan à magnificentia, & talis est perfectionis, vt per milliaria quinquaginta Regio illa non recreetur simili; locus est æstate non aridus, nec caloribus percussus, sed amœnus vndique,

que, & taliter, quod non solum dulciter inuitat, sed necessario cogit mercatores ad animalia illic fidendum; prout totum habetur in propriis relationibus trium Tabulariorum, qui de ordine S. R. C. accessum habuerunt ad dictum locum. Et census, quem de illo dictus Possessor soluit Monasterio, est solum duc. 110. quapropter cum sit capacitatis modiorum 2550. prout habetur in relatione Francisci Venosa vnius ex dictis tribus Tabulariis, sub die decima Februarij 1659. prout in Processu Ven. Monasterij S. Laurentij contra hæredes Marchionis Trenici *fol.* 146. remanet, quod pro quolibet modio soluuntur tantum gra. 4. & can. 3. & tamen communi vsu obseruatur in similibus concessionibus, vt pro quolibet modio soluantur saltem caroleni quinque. Ideò iustum est, vt qui in vno læditur, in alio releuetur.

7 Quæ pacta cum conditionibus sic conuenta interdictum Monasterium, & suos Emphyteutas sunt apposita in propriis Instrumentis omni solemni stipulatione vallatis, & iuratis, & sunt, Videlicet.

8 Primum pactum, vt dicti Emphyteutæ teneant, & recognoscant dicta bona à dicto Monasterio; & à directo dominio ipsius modo aliquo subtrahere non præsumant; Imò in recognitionem dicti directi dominij teneantur, & debeant in perpetuum soluere dicto Monasterio redditum, siue censum conuentum quolibet anno in festo Sancti Laurentij.

9 Secundum pactum, quod concessio ipsis facta supradicta bonorum tanto tempore valeat, & duret, quanto perseuerabit eorum recta linea.

10 Tertium pactum, quod non possint de dictis bonis contractum aliquem alienationis facere, nec inter viuos, nec in vltimis voluntatibus, nisi cum licentia, assensu, & consensu dicti Monasterij, & cum solutione integræ Tertiariæ, quod idem est, ac dicere ad stylum Monasterij, idem enim importat, prout legi, & obseruari potest in allegatis Instrumentis in dicto nostro Reassumpto *num.* 30. *à fol.* 21. *vsque ad fol.* 32.

Idque est tam certum, quod etiamsi in dictis Instrumentis non sit aliquando expressa talis obligatio solutionis integræ Tertiariæ in quolibet casu alienationis, prudentissimè tamen ita intelligitur per illud pactum speciale, adiectum in concessionibus scilicet *ad stylum Monasterij.* Hæc enim specialitas particularis conditionis, & pacti absque dubio aliquam specialem obligationem refert, præter alias obligationes communes, & vniuersales quorumcunque Contractuum emphyteoticorum, sed talis specialis obligatio non potest esse alia, quam supra dicta solutio *integræ Tertiariæ pro iure Laudemij*; provt patet à partium enumeratione, ac colligitur ita esse ex quamplurimis Instrumentis, in quibus tale pactum manet expressè explicatum; & posterus vsus perennis declarauit pactum illud *ad stylum Monasterij*; esse solutionem integræ Tertiariæ. Ex quo patet, quod hæc fuit prima, & antiquissima intentio dicti Monasterij, nam qui declarat, nihil noui dicitur inducere, sed tantum exprimit magis id, quod in primo sensu continetur.

11 Quartum pactum, quod si supradicti Concessionarij contrafecerint, alienando nempe dicta bona sine assensu dicti Monasterij, vel si defecerint à solutione prædicti redditus, siue census; Vel si decesserint absque filiis legitimis, & naturalibus ex eorum recta linea descendentibus. In omnibus iis casibus, & quolibet ipsorum dicti Emphyteotæ incidant in commissum, & ipso iure, ipsoque facto priuentur eorum iuribus, & dicta bona deuoluantur in pristinum vtile dominium ipsius Monasterij; Ita vt vigore dicti pacti licitum illi sit de facto absque decreto Iudicis, nullaque iuris, vel iudicij solemnitate seruata de illis possessionem recapere, eaque reincorporare, & reunire aliis rebus Monasterij, & ea pro se retinere, vel aliis concedere, quibus sibi magis placuerit, provt legi potest in supradictis Instrumentis num. 30. Igitur subsistentibus talibus pactis, & conditionibus contractus dictarum Concessionum sunt validi, sed istis non subsistentibus inualidi, & consequenter bona concessa per dictum Ven. Mon. erunt sibi restituenda: alias pactio, & conuentio in dictis Instrumentis appositæ redderentur inutiles, & derisoriè, quod est absurdum; generaretur enim confusio in Orbe, & auferetur vsus Contractuum, in quibus consistit publica hominum fides, & ciuile commercium.

In cuius confirmationem notandum, quod 12
prædictum pactum de non alienando sine assensu, & consensu dicti Ven. Monast. sub pœna caducitatis, & deuolutionis extat conualidatum, & corroboratum, imò decisum per definitiuam sententiam, latam per Magnificum V. I. D. Mathiam de Constantia Reg. Commiss. specialiter deputatum ab Illustrissimo, & Excellentissimo Domino D. Petro de Toledo Pro-Rege, & eius Regio Collaterale Consilio super Confectione Regij Inuentarij omnium bonorum, & Iurium dicti Ven. Mon. in fine talis confectionis, his præcisis verbis, videl.

Et casu, quo aliquis ipsorum Emphyteotarum 13
defecerit ab integra solutione redditus, & census. Vel aliquid ex prædictis bonis emphyteoticis irrequisito ipso Sacro Monasterio: alienauerit contra stylum dicta Ecclesiæ; illum; & eius hæredes, ac successores declaramus ipso iure, & sententiamus incidisse in commissum, ac cecidisse ab omni iure suo, illudque propria authoritate prædictum Mon. capere, & ad se auocare posse decernimus. Sub Datum anno Domini 1561. *vt in nostro Reassumpto* fol. 33.

Quæ omnia sunt in tam certa obseruantia; vt 14
viderim multa Instrumenta in nostro Archiuio, in quibus apparet, quod Mon. prædictum priuauit multos suos Censuarios eorum bonis Emphyteoticis de facto, & illa aliis concessit, vel pro se ea retinuit, quando non curauerunt obtinere assensum ab ipso in alienationibus; vel non curauerunt soluere annuum redditum, seu censum. Sicut etiam in casu deficientiæ eorum rectæ lineæ; prout legi potest in aliquibus mentionatis Instrumentis in nostro Reassumpto alligatis à fol. 41. vsque ad fol. 55.

Tertio supradicta antiquissima possessio exi- 15
gendi integram Tertiariam est fundata in solutionibus effectiuis à suis Emphyteutis receptis totius integræ Tertiæ, & partis pretij, quo in dies ab ipsis vendita fuerunt bona prædicta iuxta ipsius antiquissimum stylum, consuetudinem, & obseruantiam, prout plenius apparet in alligatis Instrumentis in dicto Reassumpto num. 40. assensuum, & consensuum per dictum Monasterium præstitutorum in mentionatis alienationibus per ipsos Emphyteutas factis, vt legi potest à fol. 59. vsque ad fol. 78. Vndè constat esse valde distans id, quod pro parte aduersa figuratur, nempe dictum ius Tertiariæ esse de recenti inuentum à modernis Monachis dicti Monasterij;

prædictæ enim ſolutiones, quæ afferuntur, ſunt ab anno Domini 1296.

16 Vbi conſiderandum eſt, quod in Inſtrumentis Conceſſionum mentionatorum bonorum nulla fit expreſſa mentio de obligatione ſolutionis integræ Tertiariæ, ſed ſolum notatur *ad ſtylum ipſius Monaſterij*; ſed hoc non obſtante in effectu, & realiter in talibus alienationibus ſoluta fuit Monaſterio integra tertia pars pretij, quo vendita fuerunt; ergo ad inducendam obligationem ſolutionis integræ Tertiariæ non eſt neceſſe, vt in contractibus conceſſionum fiat expreſſa mentio talis obligationis, ſed ſufficit tantum dicere, quod conceduntur talia bona, ſub iure Emphyteotico, & *ad ſtylum Ven. Monaſterij S. Laurentij Auerſæ; idem enim important.*

17 Quarto ſupradicta antiquiſſima poſſeſſio exigendi integram Tertiariam, eſt fundata in quamplurimis Decretis, & definitiuis ſententiis latis à Sac. Reg. Conſ. in pluribus, & diuerſis cauſis ad fauorem dicti Monaſterij, quibus deciſum eſt competere dicto Monaſterio ius Tertiariæ abſolutæ, & ſimpliciter loco Laudemij, quarum aliquæ mihi promptè in manus inciderunt, quæ omnes non in alia ratione fundatæ fuerunt, niſi in ſtylo ipſius Monaſterij, prout ocularitèr vidi, & obſeruari in eorum Proceſſibus, de quibus reclamantibus partibus, plurimæ fuerunt iterum examinatæ, & diſcuſſæ facto verbo de illis in eodem Sac. R. C. à quo fuerunt confirmatæ, & conualidatæ, & ſunt infraſcriptæ.

In Cauſa vertente inter dictum Mon. & Magnificum Io. Iacobum Coſſa, referente Reg. Conſiliario Andrea de Curtis, ſub die 21. Octobr. 1559. vt in proprio Proceſſu in Banca Clauelli fol. 111. & in noſtro Reaſſumpto fol. 79.

In Cauſa inter dictum Monaſterium, & Paulum, ac alios de Caſerta, referente Reg. Conſil. Vincentio de Franchis, ſub die 12. Iulij 1570. vt in proprio Proceſſu in Banca & in noſtro Reaſſumpto fol. 81.

In Cauſa inter dictum Monaſt. & Horatium de Franco, ac alios, referente Reg. Conſil. Vincentio de Franchis, ſub die 18. Aprilis 1589. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 39. & in noſtro Reaſſumpto fol. 82.

In Cauſa inter d. Mon. & Io. Iacobum Panza, & Franciſcum Topi, referente Reg. Conſil. Andrea Prouenſale, ſub die 15. Decembris 1642. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 60. & in noſtro Reaſſumpto fol. 86. à ter.

In Cauſa inter d. Mon. & Scipionem Ciccarellum, referente Reg. Conſ. D. Franciſco Merlino, ſub die 8. Martij 1644. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 462. & in noſtro Reaſſumpto fol. 87. à ter.

In Cauſa inter d. Mon. & Magiſtros, ac œconomos Eccleſiæ S. Eligij Ciuitatis Auerſæ, referente Reg. Conſil. Andrea Prouenſale, ſub die prima Febr. 1644. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 58. & in noſtro Reaſſumpto fol. 88. à ter.

In Cauſa inter d. Mon. & Magiſtros, ac œconomos Eccleſiæ S. Iacobi Terræ Fragolæ, referente Reg. Conſ. Aloyſio Gamboa, ſub die 14. Martij 1646. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 55. & in noſtro Reaſſumpto fol. 89. à ter.

In Cauſa inter d. Mon. & Angelam Capogroſſa, & Not. Fabritium de Rogerio Coniuges, referente Reg. Conſiliar. Aloyſio Gamboa, ſub die 26. Aprilis 1646. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 97. & in noſtro Reaſſumpto fol. 90. à ter.

In Cauſa inter d. Mon. & Magnificum Andream Terræ Laboris, referente Reg. Conſil. D. Thoma Antonio Martinez de Ridamera, ſub die 29. Martij 1650. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 41. & in noſtro Reaſſumpto fol. 91.

In Cauſa inter d. Mon. & Aleſium Panza, referente Reg. Conſil. Hortenſio Pepe, ſub die 14. Februarij 1661. prout in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 31. & in noſtro Reaſſumpto fol. 91. à ter.

In Cauſa inter d. Mon. & Magnificum Franciſcum Ozias, referente Reg. Conſil. Andrea Prouenſale, ſub die 9. Iulij 1640. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino fol. 39. & in noſtro Reaſſumpto fol. 85. à ter.

In qua Cauſa cum S. R. C. in dicta ſua ſententia vſum fuiſſet vocabulo Laudemia, vice Tertiariæ, orta fuit quæſtio de tali vocabulo, propter cuius deciſionem, facto Verbo in eodem S. R. Tribunale fuit declaratum ad fauorem Monaſterij, talia Laudemia eſſe integras Tertiarias, prout in dicto Proceſſu fol. 78. à ter. & in noſtro Reaſſumpto fol. 85. à ter.

Igitur quando S. R. C. in ſimilibus ſententiis apponit clauſulam (ſalua liquidatione facienda) illud verbum *Liquidatio* non poteſt cadere ſupra Tertiariam, prout eſt tertia pars pretij ad mentem dicti S. R. Tribunalis, cum iam declarauerit eſſe integras Tertiarias, ſed tantum ſupra computum, & calculum faciendum de dicta tertia parte, hoc eſt, quanta ſit, ſeu quantum importet hæc tertia pars poſtquam dictum S. R. Tribunal certioratum fuerit de integro pretio rei venditæ.

Taliſque declaratio fuit valdè conſona rationi, & iuſtiſſima, quia omnis lex, & diſpoſitio explicanda eſt ſecundum naturalem, aut ciuilem proprietatem verborum, & ſecundum communem loquendi vſum totius Populi, vt potius valeat, quam pereat; ſed explicata Tertiaria pro integra tertia parte pretij, reſtat explicata ſecundum naturalem, & ciuilem proprietatem talis verbi, & ſecundum communem loquendi vſum; ergo rectiſſima fuit ſupradicta declaratio facta per S. R. C. ac etiam quia ſingulis rebus peculiare nomen impoſitum fuit in prima ipſarum inſtitutione, vt per hoc ab aliis contra diſtinguerentur, & cum aliis non ſint communes; nam ſi per verbum, & nomen Tertiariæ non intelligeretur integra Tertiaria, ſeu integra tertia pars pretij, vtique non eſſet Tertiaria, ſed eſſet aliqua alia ſpecies Laudemij generici, nempe Quartaria, Quintaria, vel aliquid aliud contra naturalem proprietatem verborum; vel coincideret cum ipſo Laudemio, importante tantum quinquageſimam partem pretij, quod indubitanter eſt alieniſſimum à pia mente, rectiſſimaque iuſtitia tanti S. Reg. Tribunalis.

Itaque quando S. R. C. in præſenti Cauſa decreuit *competere Venerabili Monaſterio S. Laurentij Tertiariam*, non intellexit Laudemium cum ſolo nomine Tertiariæ, ita vt nihil ponat in re, prout pro parte aduerſa figuratur, ſed cum ſuo reali, & effectiuo ſignificato, id eſt tertiæ partis pretij. In cuius indubitabilem confirmationem idem S. R. C. pluries condemnauit diuerſos Emptores dictorum bonorum in huiuſmodi cauſis ad ſoluendam d. Monaſt. integram tertiam partem pretij, quo illa emerunt. prout

In cauſa vertente inter d. Mon. & hæredes, ac creditores q. Domini Caroli Sarriani Baronis Caſœllæ Valentianæ, referente Reg. Conſil. Aloyſio Gamboa, ſub die 14. Iulij 1653. vt in proprio proceſſu in Banca de Martino *fol.* 49. & in noſtro reaſſumpto *fol.* 94.

In cauſa inter d. Mon. & hæredes, ac creditores quondam D. Pompei della Ratta, referente Reg. Conſil. Aloyſio Gamboa, ſub die 16. Martij 1657. vt in proprio proceſſu in Banca de Caprile *folio* 494. & in noſtro reaſſumpto *folio* 83.

In cauſa inter dict. Monaſt. & Catharinam de Iuliano, referente Reg. Conſ. Octauio de Piccolellis, ſub die 17. Februarij 1631. vt in proprio proceſſu in Banca de Martino *fol.* 14. *à terg.* & in noſtro reaſſumpto *fol.* 82. *à terg.*

In cauſa inter d. Mon. & Hortenſium Fabozzo, referente Reg. Conſil. Aloyſio Gamboa ſub die 30. Iunij 1649. vt in proprio Proceſſu in banca de Martino *fol.* 15. *à terg.* & in noſtro reaſſumpto *fol.* 95.

In cauſa inter d. Mon. & Orlandum Principe, referente Reg. Conſil. Aloyſio Gamboa, ſub die 14. Iunij 1649. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino *fol.* 145. *à terg.* & in noſtro reaſſumpto *fol.* 95. *à terg.*

In cauſa inter d. Mon. & Andream Palmerium, referente Reg. Conſil. Aloyſio Gamboa, ſub die 16. Septembris 1655. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino *fol.* 1. & in noſtro reaſſumpto *fol.* 96.

In cauſa inter dict. Monaſt. & Magnificum Anellum Antonium de Martino rationalem Regiæ Cameræ, referente Reg. Conſil. Aloyſio Gamboa, ſub die 6. Februarij 1649. vt in proprio Proceſſu in Banca de Martino *fol.* 9. & in noſtro reaſſumpto *fol.* 92. *à terg.*

18 Contra obiicitur à parte aduerſa, quod hoc vltimum exemplum nihil probat ad fauorem Monaſterij, aſſerendo dictam ſententiam Reg. S. C. non eſſe fundatam in iure Monaſterij, ſed in conuentione inita inter Ioannem Andream de auxilio venditorem illius Territorij, & dictum Anellum Antonium de Martino emptorem, qui in inſtrumento dictæ emptionis aſſumpſit ſupra ſe onus impetrandi aſſenſum à Monaſterio, ac eidem ſoluendi ius Tertiariæ.

19 Sed pro reſponſione ad hanc obiectionem dico, quod pars aduerſa aſſerendo hoc, aſſerit apertiſſimè ad fauorem Monaſterij, quia hæc ſunt præcisè verba allata in tali contractu: *Aſſumpſit ſupra ſe onus impetrandi aſſenſum Monaſterij, ac eidem ſoluendi ius Tertiariæ*; ergo ſi abſolutè in contractu nihil aliud eſt expreſſum, quam *ius Tertiariæ*, & Sac. Reg. Conſ. pro his duobus verbulis condemnauit emptorem prædictum ad ſolutionem integræ tertiæ partis pretij; *ius Tertiariæ* ſignificat integram tertiam partem pretij, etiam ad mentem Sac. R. C.

20 Et quando dictum Sac. Reg. Conſ. in aliquibus ſimilibus cauſis non totius, ſed partis dictæ Tertiariæ ſolutionem ordinauit, non propterea præiudicare intellexit iuribus Monaſterij, cum potiùs auxerit dicta iura, vt clarè apparet ex clauſulis reſeruatiuis, ſemper appoſitis in dictis decretis, ſcilicet: *Pro nunc. In computum, ſaluis iuribus pro reſiduo, & complemento. Citra præiudicium aliarum quantitatum. Salua prouiſione facienda reſpectu alterius quantitatis prætenſæ pro complemento Tertiariæ.* Quæ omnes clauſulæ eo magis declarant competere dicto Monaſterio dictam integram tertiam partem pretij rei alienatæ.

In huiuſmodi forma, & tenore S. R. C. locutum eſt in ſuis Decretationibus liberationum factarum ad fauorem Monaſterij, & præcisè in Decreto liberationis duc. 500. quod contra Monaſt. affertur pro exemplo à parte aduerſa, lato in ſupradicta cauſa contra Magnificum Franciſcum Ozias, his præciſis verbis: 21

Decreto S. R. C. prouiſum eſt, quod exequatur Decretum Magnifici cauſæ Commiſſarij, ſub die 9. Auguſti 1641. pro ſumma duc. 500. ſalua prouiſione facienda pro reſtante quantitate prætenſa per Ven. Monaſt. partibus plenius auditis. Pro qua prouiſione explicanda, partes informent. Vt in ſupradicto proceſſu *fol.* 94. *à terg.* & in noſtro reaſſumpto *fol.* 86. *à terg.*

Ad aliam obiectionem, quæ profertur à parte 22
aduerſa alio exemplo, cauſæ, ſcilicet Ioan. Iacobi Coſſa, in qua liquidata fuit Tertiaria in duc. 240. & tamen importabat maiorem ſummam. Talis enim obiectio, & exemplum nihil probat contra prædictum ius Monaſterij, quia dicta liquidatio non fuit facta habita ratione, & reſpectu ad dictum ius, ſed ad conuentionem, licet fraudulenter, & dolosè extractam per dictum emptorem Coſſa à voluntate Reuerendiſſimi Abbatis dicti Monaſterij antecedenter ad contractum talis emptionis Territorij, de quo debebatur Tertiaria, prout excipi poteſt ex lectura totius inſtrumenti præſentati, in actis dictæ cauſæ. Id, quod dico de conuentione antecedenter inita, patet ex præciſis verbis ſubſequentis Decreti S. R. C. videlicet.

Die 18. *Menſis Nouembris* 1559. *Neapoli.*

Decreto ipſius S. R. C. prouiſum eſt; quod attenta conuentione inita cum Reuerendiſſimo Patre Abbate dicti Monaſterij mediante publico inſtrumento in actis præſentato, facto die 4. *Martij* 1550. *& ſupplicationibus deſuper porrectis pro parte dicti Monaſterij, Tertiaria iam dicta liquidetur, prout præſenti decreto liquidari mandatur in duc.* 240. *vltra alios duc.* 20. *ſolutos; prout in dicto inſtrumento,* vt in proprio ſupradicto proc. *fol.* 114. & noſtro reaſſ. *fol.* 79. *à terg.*

Ex quo apparet hoc ſupremum, & eruditiſſi- 23
mum Tribunal in omnibus cauſis fuiſſe ſemper conſtantis opinionis competere dicto Monaſterio in qualibet alienatione integram tertiam partem pretij rei alienatæ, ſed defecit, ex parte Monaſterij, cuius incuria non fuerunt præſentes rationes propoſitæ, & adductæ, vt videri, & obſeruari liquet in præſenti cauſa, pro qua, etſi tres alienationes ſucceſſæ triplicem Tertiariam importent in fauorem Monaſterij prædicti, tamen hoc S. R. C. tantum de duabus poſtremis hic, & nunc agere decreuit, quia de prima non adhuc proceſſus compilatus eſt, ſpatio annorum 72. vnde de Monaſterij præterita negligentia mihi conquerendum eſt, non de huius S. R. Tribun. fauorabili propenſione; & forſan ideò in allato Decreto appoſita fuerunt verba illa, *Pro qua prouiſione explicanda partes informent.* Quia rationes propriores, & vehementiores expectabat à dicto Monaſterio proferri.

Imò licet mihi ſperare, quod S. R. C. quaſi 24
certioratum de his rationibus, iam prædefiniuit ad fauorem Monaſterij, quando in prima ſententia huius cauſæ dixit, *Competere Monaſterio Tertiarias ſuper Territorio in actis deducto, pro quantitate tamen liquidanda*, quaſi diceret, non

quod

quod hæc quantitas tertiæ partis pretij minoretur, ſed quod aſſignetur ex notitia habenda de integro pretio rei venditæ, quod tunc temporis erat ignotum dicto S.R.C. vnde ſubiunctio illa *pro quantitate liquidanda*, non mihi videtur eſſe de Tertiaria, vt tertia pars integri pretij eſt, ſed vt tanta, vel tanta ſumma eſt, ſeu quantum importat, prout frequenter in ſuis deciſionibus vti ſolet tali forma verborum, & in promptu adeſt exemplum ſequentis, decretationis pro eodemmet Monaſterio, & ſuper eodemmet Territorio contra Illuſtr. Ducem Martinæ, ſequentis tenoris, videl.

Per hanc noſtram definitiuam ſententiam dicimus, & declaramus ſupradictum Illuſtr. Ducem Martinæ principalem, vt principalem condemnandum eſſe, ad ſoluendum prædicto Ven. Mon. S. Laurentij Ciuitatis Auerſæ cenſus annuorum duc. centum, & decem pro præterito decurſos, liquidandos tempore exequutionis præſentis definitiuæ ſententiæ, & ſingulis annis in futurum decurrendos; necnon ad conficiendas cautelas de facie ad faciem, cum prædicto Ven. Monaſt. circa ſolutionem cenſus prædicti ex cauſis, &c. Alfonſus de Vargas. Hanc eandem, &c. prout in proceſſu cauſæ vertentis inter Ven. Mon. S. Laurentij Auerſani cum Illuſtriſſ. Duce Martinæ, & Illuſtriſſ. Marchione Treuici in Banca de Felice *fol.* 83.

25 In qua ſententia per verbum illud *cenſus liquidandos* S. R. C. non intellexit velle dictum cenſum annuorum duc. 110. diminuere, quia iam determinatus erat in tali ſumma, ſed tantum per quot annos præteritos debebatur cenſus prædictus, de quo forſan S. R. C. non erat informatum. Ita à pari, quando in caſu noſtro dixit, *pro quantitate liquidanda*, non intellexit de Tertiaria, vt tertia pars integri pretij eſt: nam iam vt determinata ſe habet, ſed vt quanta ſumma eſt hæc tertia pars, nempe quantum eſt pretium integrum, cuius tertia pas debetur Monaſterio.

26 Vltimò, & humiliter adiungam, quod in dicto ſpatio annorum 72. pars aduerſa aſſenſum dicti Monaſterij in tribus ſucceſſis alienationibus ſupradicti ſui Territorij S. Mariæ de Oliuola obtinere, non ſolum non curauit, ſed etiam contempſit, ac ſi prædictum Ven. Mon. non ſibi reſeruaſſet directum dominium dicti ſui Territorij in ipſius conceſſione; vel per hanc aliquod maleficium, & iniuriam intuliſſet ſuo conceſſionario, non aliter eundem gratioſo beneficio, ita notabili, ac manifeſto affeciſſet. Et tamen antiqui emphyteutæ, vt in aliquibus vetuſtis inſtrumentis Monaſterij obſeruaui, tam magni faciebant recepiſſe conſimiles conceſſiones, vt ſe nominabant vaſſallos Monaſterij homagium, & viſitationem Reuerendiſſimo Abbati iurantes, vt videre eſt in noſtro reaſſumpto *fol.* 66. Nunc autem propter dictam ſiniſtram recognitionem infelix Monaſt. illud graue diſpendiorum damnum paſſum eſt in præſentis cauſæ longiſſima diſcuſſione, quod à verſatiſſima tam ſpectabilium Dominorum prudentia penſari poteſt. Et quod peius, ipſius exemplo, cæteri conceſſionarij non tantum paruipendunt, ſed deſpiciunt obtinere aſſenſum à Monaſt. in alienationibus ſimilium bonorum. Qua de cauſa Mon. prædictum remanet deſtitutum maiori parte ſuorum reddituum, & neceſſario in ipſo diminutus cultus Eccleſiaſticus, Obſeruantia Regularis, & Monaſtica, ac ſeruitium Diuinum, cum non poſſit alere tot Religioſos, ſicuti prius.

27 Monaſterium namque S. Laurentij Auerſæ pluſquam Normandica antiquitate famoſum, & celebre alit ad numerum ferè quadraginta Monachos, natalibus, vel nobilitate, vel ad minus ciuilitate ex Neapolitana Vrbe, ac Regno conſpicuos, præter notabilem numerum Commiſſorum fratrum, nec extra Parthenopæa mœnia, ſtructura, aut proſpectu in hoc Regno, quam maximè à quolibet alio ſuperatur, imò quia Metropoli Neapolis, per non difficile iter adeſt vicinum, frequentioribus hoſpitiis Dominorum Miniſtrorum, Nobiliúmque amoroſè, liberalitérque inſeruit, & Pauperum, Peregrinorúmque eleemoſynis, ac receptationibus omni die, omníque hora patefactum. Quæ omnia ad politicam eius manutentionem, & reſtaurationem concurrere videntur. Tum etiam quia in Hiſpanicæ Sac. Maieſtatis decorem, & pietatem reſultant, dum multis Priuilegiis gratiiſque reperiatur honeſtatum, & ſpeciali eius protectione, ac Regia denominatione inſignitum.

Vnde propter ſupradictam contumaciam, & 28
contemptum, de non obtinendo aſſenſu à prædicto Monaſt. Territorium prædictum deuolutum ad ipſum Monaſt. eſſet cenſendum, & eſſet illud, de quo primario, & principaliter ſupplicatum fuit à d. Mon. hoc S.R.C. in ſuis petitionibus, alias dictum Territorium eſſet emphyteoticum, quia ſub iure emphyteotico fuit conceſſum, & non eſſet tale, quia non ſubiaceret emphyteoticis pactis.

Neque videtur rationabilis ratio, quæ pro 29
parte aduerſa adducitur in ſui iuſtificationem, ſcilicet clauſula adiecta in inſtrumento ſecundæ venditionis dicti Territorij factæ per Illuſtriſſ. Ducem Martinæ Illuſtriſſ. Dominæ D. Adrianæ Montoriæ Marchioniſſæ Treuici, nempe, *ſaluo, & reſeruato iure, & aſſenſu dicti Monaſterij, quatenus requiratur de iure, & conſenſerit, & non aliter*; iſta enim clauſula nihil aliud eſt, quã proteſtatio contraria facto, & ideò quicquid proteſtatio dicat, factum prævalet verbis. Nec iuuare ipſam poteſt receptio facta per Miniſtros dicti Monaſterij annui canonis, ſeu cenſus dicti Territorij: nam vt ſupra tetigi Superiores Regulares, & multo minus Miniſtri ipſorum non poſſunt præiudicare iuribus Monaſterij. Præterquam quod dicti Miniſtri laborauerunt circa hoc ignorantia inuincibili, quæ eos liberare debet ab omni præiudicio.

Quæ deuolutio eo magis procedit propter 30
enormiſſimam læſionem, quam patitur Eccleſia prædicta per talem conceſſionem, attento valore dicti Territorij, & modicitate canonis, prout dictum eſt ſupra.

Inſuper eadem pars aduerſa nunquam obti- 31
nuit aſſenſum Apoſtolicum, quem propriis ſumptibus obtinere tenetur, vigore expreſſi pacti initi, & conuenti cum dicto Mon. & appoſiti in contractu conceſſionis, cui ipſa ſtare tenetur. Quod plena conſideratione aduertendum eſt: nam de hoc, pro nunc, eius conſcientiæ me remitto.

Quæ enormiſſima læſio ortum non habuit à 32
decurſu, & variatione temporis, ſed à principio ipſiuſmet conceſſionis prædicti Territorij, cum immediatè poſt ipſam, mutato regimine dicti Monaſterij, huius Monachi ſentientes ſe grauatos de tali alienatione comparuerunt coram ſupradicto Regio Commiſſario de Conſtantia anno circiter 1550. inſtantiam facientes de dicta enormiſſima læſione, quia tunc temporis Territorium prædictum reddebat quolibet anno pluſquam duc. ſeptingentos, & octingentos, prout

apparet

apparet in eorum comparatione registrata in Inuentario Regio, & transportata in nostro Reassumpto *fol.* 34. à tergo.

33 Et cum hæc peruenissent ad notitiam nostrorum Reuerendissimorum PP. Capituli Generalis, celebrati in Monasterio S. Benedicti de Mantua anno 1560. per dictos Reuerendiss. Patres ordinatum fuit Abbati, & Cellarario Monasterij S. Laurentij, *vt habito prius DD. consilio, omni diligentia, & cura recuperarent dictum Territorium concessum à Reuerendiss. P. D Clemente, Illustrissimo Dom. Ferdinando Loffredo in maximam iacturam Monasterij; Necnon Tertiaria, quæ competit Monasterio pro bonorum stabilium venditione, nullo modo alteretur à Prælato, vel à Cellarario in detrimentum Monasterij.* Prout legi potest in originali Decreto in nostro Reassumpto *fol.* 36.

34 Tandem etiam eximia cordis confidentia, & expressione concludam, quod optimum Ius, summaque Ratio sunt, quæ stant pro Ecclesia. Cui indubitatæ, & canonicæ propositioni obiici non potest, quod etiam vna Pars aduersa sit Ecclesia RR. PP. Camaldulensium, quia hoc piissimum Tribunal iam reparauit detrimenta dictæ Ecclesiæ, eademmet sententia, qua *condemnauit posteriores Creditores ad restituendam dictis Patribus totam illam summam, quæ liquidabitur ad beneficium dicti Monasterij S. Laurentij.*

Et vt plenius per has paginas informentur Dominationes Vestræ Illustrissimæ, & propitius fauorabilem sententiam Monasterio, elargiri dignentur minori incommodo, dabo hic breuem, sed succosam informationē Facti prædictæ causæ.

FACTVM
Causæ, de qua agitur.

35 IDem Ven. Monast. S. Laurentij Ciuit. Auersæ anno 1547. concessit in emphyteusin perpetuam iure emphyteotico, & ad stylum Monasterij Illustrissimo Dom. Ferdinando Loffredo pro se, suisque filiis vtriusque sexus legitimis, & naturalibus ex recta linea descendentibus quoddam Castrum dirutum, quod ad præsens nuncupatur Territorium S. Mariæ de Oliuola, situm in Prouincia Principatus Vltra, iuxta Territorium Terræ Sanctæ Agathæ, & Treuici, iuxta aliud Territorium S. Petri de Oliuola, & alios suos confines, publico mediante Instrumento præsentato in Processu. vol. Creditorum March. Treuici *fol.* 524. cum onere census annuorum duc. 110. soluendorum d. Monasterio quolibet anno in Festo S. Laurentij, & cum omnibus aliis pactis emphyteoticis, solitis in talibus apponi, tam de iure, quam de consuetudine d. Monasterij.

Anno 1592. cum Patrimonium Illustriss. March. Triuici, hæredis supradicti q. Illustrissimi Ferdinandi emphyteutæ Monasterij esset ære alieno grauatum, ad instantiam suorum creditorum fuerunt sequestrata eius bona, & inter hæc Territoria prædicta S. Mariæ, & S. Petri de Oliuola, & decreto S. R. C. fuit deputatus ad illam mensuranda, & extimanda & Regius Tabularius Horatius de Clara, vt in dicto Processu *fol.* 451. Et cum dicta Territoria essent contigua, & eiusdem Domini, dictus Tabularius per errorem mensurauit illa duo vnita, & indistinctè, quæ vt sic reperta fuerunt capacitatis modiorum 2600. Et similiter æstimata valoris duc. 12050. cum suis oneribus scilicet annuorum duc. 75. soluendorum quolibet anno Mon. S. Dominici Neapolis pro Territorio S. Petri de Oliuola; & duc. 110. soluendorum quolibet anno Mon. dicto S. Laurentij pro dicto Territorio S. Mariæ de Oliuola, prout in ipsius relatione in dicto Processu fol. 450.

Et sic pariter vnita de ordine S. R. C. fuerunt vendita sub hasta, & ad extinctum candelæ remanserunt Illustriss. Domino Carolo Caracciolo Duci Martinæ, mediante persona Flaminij Couini, pro summa duc. 14500. vt in dicto Processu fol. 481. & fol. 685.

Ex quo errore mensionis, & æstimationis, factæ per dictum Tabularium, S. R. C. non potuit esse certioratum de speciali, & integro pretio solius Territorij S. Mariæ de Oliuola, de quo agitur in præsenti causa.

Et similiter eodem tempore fuerunt vendita duo alia Territoria eiusdem Domini, nuncupata Cornitello, & Contra, quæ ad extinctum candelæ remanserunt eidem Illustriss. Duci Martinæ, mediante persona Alphonsi Cauaretta pro summa duc. 2550. vt in eod. Processu fol. 605. à ter.

Vndè dictæ duæ venditiones important summam duc. 16850. qui per dictum Illustriss. Ducem Martinæ fuerunt depositati in publicis Banchis Magnificorum Bernardi, & Ottauij Olgiati, & Magnificorum de Spinola, & sociorum, prout apparet ex eorum fidebus in d. Processu fol. 455. 693. & fol. 748.

In graduatione Creditorum supradicti Marchionis Treuici fuit graduatum primo loco Ven. Monast. S. Dominici Neapolis pro suo censu, & Laudemio.

Secundo loco fuit graduatum Ven. Monast. S. Laurentij in eod. Processu fol. 431. pro suo censu annuorum ducat. 110. & pro prætensa Tertiaria.

Ex quibus duc. 16850. fuerunt liberati vigore decretorum Sac. R. C. infrascriptis Creditoribus. Videl.

Ven. Mon. S. Dominici duc. 214. vt in eod. Processu fol. 735.

Ven. Mon. S. Laurentij Auersæ duc. 300. in causam declarandam, vt in eod. Processu fol. 514.

Dicto Monast. S. Laurentij alij duc. 170. ad complementum duc. 220. pro duabus annatis sui census maturatis in mense Augustini 1592. citra præiudicium iurium competentium d. Monasterio respectu Laudemij, & prætensæ Tertiariæ in eod. Processu fol. 688.

Illustriss. Ferdinando de Afflicto Comiti Loreti duc. 13120. 2. 5. præstita per ipsum fideiussoria cautione de illos restituendo quibus, & quando per Reg. S. C. fuerit ordinatum.

Et reliqui duc. 3000. fuerunt liberati Magnifico Paulo Doria, præstita similiter supradicta fideiussoria cautione, & vtraque fuit capta per Magnificum Io. Baptistam de Felice Actorum Mag. sub die 9. & 10. Aprilis 1593. fol. 767. 768. 769. in eod. Processu. Et ibid. fol. 767. decretum liberationis supradictarum summarum.

Et cum dictum Territorium S. Mariæ de Oliuola esset in posse dicti Illust. Ducis Martinæ; iste recusauit debitam solutionem dicti census duc. 110. ita vt Monast. S. Laurentij fuerit adstrictum recurrere ad S. R. C. à quo obtinuit, supra notatam sententiam in sui fauorem.

Anno 1604. dictus Illustriss. Dux Martinæ sponte, & liberè eadem duo Territoria Sanctæ Mariæ, & S. Petri de Oliuola sic vnita, & indistinctè vendidit Illustriss. Dom. D. Adrianæ Monsoriæ Marchionissæ Treuici pro eademmet summa duc. 14300. Quia licet in Instrum. talis

venditionis appareat summa duc. 16850. hoc procedit, quia cum dictis duobus Territorij fuerunt simul vendita alia duo supradicta Cornitello, & Contra pro summa duc. 2550. vt in Instrumento d. venditionis in Proces. Ven. Mon. S. Laurentij cum hæredibus Marchionis Treuici eiusque Creditoribus *fol.* 5.

56 Anno 1634. ad instantiam RR. PP. Camaldulensium Sacr. Eremi S. Mariæ Incoronatæ similiter creditorum Marchionis Treuici fuerunt iterum dicta duo Territoria S. Mariæ, & S. Petri de Oliuola similiter vendita, de ordine S. R. C. sub hasta; & hæc est tertia alienatio; & ad extinctum candelæ remanserunt Illustrissimæ Faustinæ Loffredo Marchio: Treuici, mediante persona Donati del Putto, pro summa ducat. 11009. De quibus se concordauit, & obligauit dictis RR. PP. Camaldulensibus pro summa duc. 8000. seruata forma suæ oblationis. Et reliquos ducat. 3000. depositauit, vt satisfierent alij Creditores, prout in Instrumento dictæ venditionis in Proces. RR. PP. Camaldulensium cum hæredibus, & Creditoribus q. Marchionis Treuici Cicci Loffredo fol. 22. & Instrumento concordiæ inter Illustriss. Dom. Faustinam, & PP. Camaldulenses *fol.* 49.

Fides Banci SS. Annunciatæ Neapolis de deposito facto per d. Illustriss. Faustinam dictorum duc. 3000. in d. Proces. *fol.* 44.

Relatio Creditorum facta per Io. Antonium Litio Scribam Causæ, in qua Monasterium S. Laurentij manet graduatum in primo loco, vti creditor Tertiariarum fol. 8. & 91. In cuius exequutionem fuerunt illi liberati duc. 295. t. 2. 10. v3. duc. 110. pro annata census, maturata die 10. Augusti 1634. & duc. 184. tt. 2. 10. in causam declarandam, respectu prætensi Laudemij venditionis prædictæ *fol.* 103.

Fides receptionis factæ à Mon. de supradicta summa *fol.* 113.

Ven. Monast. S. Dominici Neapolis duc. 121. pro Laudemio.

RR. PP. Camaldulensibus duc. 238. 3. 7.

Antonio Monsorio Legatario D. Adrianæ Monsoriæ duc. 1357. 1. 11.

Dom. D. Ectori Caracciolo duc. 750. omnes cum debitis fideiussoriis cautionibus in Proces. Ven. Monast. cum hæred. 108.

Et reliqui fuerunt liberati, & soluti diuersis personis, & ministris curialibus.

De quibus venditionibus statim, ac Monast. S. Laurentij notitiam habuit, recursum fecit ad S. R. C. petens, & instans prouideri, & declarari dictum suum Territorium emphyteoticum incidisse in commissum, deuolutum, & caducatum in beneficium ipsius Mon. stantibus prædictis alienationibus factis absque assensu ipsius iuxta suum stylum, & antiquissimam obseruantiam; Et quando dicta deuolutio non procederet, quod non credit, in eo casu gradatim, conditionaliter, successiuè, & non aliter petiit condemnari emptores ad soluendas ipsi Monast. respectiuè debitas Tertiarias, hoc est tertias integras partes pretiorum, quibus venditum fuit secundum dictum stylum ipsius Ven. Mon. Vigore quarum supplicationum vocatis vocandis, auditis audiendis, & adimpletis, adimplendis IVNCTIS AVLIS gratiosè obtinuit ad sui fauorem à dicto S. R. C. infrascriptas sententias, & declarationes v3.

In Dei nomine, Amen.

57 Per hanc nostram definitiuam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus competere d. Ven. Mon. S. Laurentij Ciuit. Auersæ Ordinis S. Benedicti Tertiarias super territorio in actis deducto pro quantitate tamen liquidanda per nostrum S. R. C. tempore executionis præsentis nostræ definitiuæ sententiæ. Pro quantitate fiat assignatio d. Venerab. Monast. S. Laurentij ex summa ducat. octomille debitorum per Ill. Marchionissam Treuici Ven. Eremo Incoronatæ Patrum Camaldulensium ex residuo pretij dicti Territorij, pro quo Ill. Marchionissa correspondeat d. Ven. Mon. S. Laurentij, prout correspondet d. Sacr. Eremo Incoronatæ, & visa supplicatione oblata pro parte d. Sac. Eremi S. Mariæ Incoronatæ Ordinis Camaldulensium contra hæredes q. Ectoris Caraccioli, & Annibalem Monsorium, sub die 27. Martij 1653. *fol.* 222. in Proces. dictorum RR. PP. vti Creditorum Marchion. Treuici, ipsos Creditores posteriores condemnandos esse, & condemnari debere, prout ipsos præsenti nostra definitiua sententia condemnamus, ad restituendum d. Eremo Camaldulensium dictam quantitatem ad beneficium d. Mon. S. Laurentij liquidandam, &c. Hanc eandem, &c. D. Didacus de Soria Morales, &c.

Lecta lata, & publicata fuit præsens definitiua sententia in Aula Regij Consilij Muscettula, Iunctis Regiis Consiliariis duarum Aularum, assistentibus Illust. Spectabili Marchione Matonsi, D. Didaco Bernardo Zuphia Præsid. S. R. C. Regiisque Consiliariis Francisco Antonio Muscettula, Aloysio Gamboa, Carolo Brancatio, D. Andrea della Torre, Antonio Capoblanco, Io. Maria Campana, Anello Portio, D. Didaco Moles, D. Didaco Soria Morales causæ Relatore, & aliis in numero opportuno, die 19. Octob. 1655. Ioseph de Neapoli Actorum Mag. pro Felice, vt in d. Proc. *fol.* 124.

Aduersus quam sententiam RR. PP. Camaldulenses sentientes se grauatos petierunt restitutionem in integrum, prætendentes Mon. S. Laurentij posse exigere solum quinquagesimam partem pretij, & propter hoc non posse habere actionem supra prædictos duc. octo mille debitos ipsis PP. Camaldulensibus, vt in d. Proces. *fol.* 153. propter quam instantiam prolata fuit ab eodemmet S. R. C. Iunctis Aulis sequens sententia.

Die 12. Iunij 1663. Neap.

Facto verbo de prædictis in S. R. C. per Militem V. I. D. D. Thomam Caranitam Reg. Consil. & causæ Commiss. iunctis Magnificis Consiliariis duarum Aularum. 58

Per S. R. C. prouisum est non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni pro parte Ven. Eremi PP. Camaldulensium. Verum sententia S. C. exequatur pro Tertiariis debitis vigore duarum postremarum venditionum; Et pro alia vigore primæ alienationis sint salua Ven. Monast. S. Laurentij, Iura contra quos decet. Salua prouisione facienda in iudicio liquidationis, respectu quantitatis exigendæ pro dictis Tertiariis. Hoc suum, &c. de Mercatis Secretarius, Vincentius Sclauus. In d. Proces. *fol.* 191. à ter.

Vigore dictarum sententiarum Ill. Domini Regij Consiliarij, & causæ Commissarij infrascripta decreta pronunciarunt.

Die 9. Octobris 1658. Neap.

Per Militem V. I. D. Antonium Nauarretta Marchionem Latertiæ Reg. Consil. & causæ Commiss. Visa supradicta comparitione fuit prouisum, & decretum, quod pro exequutione sententiæ

tentiæ S.R.C. latæ sub die 19. Octobris 1655. *fol.* 124. supradicta Illust. Marchionissa Treuici quantitates per ipsam debitas, & in futurum debendas ex causa tertiarum capitalis duc.octomille ex causa, vt in actis, debitas Eremo Incoronatæ PP. Camaldulensium nemini soluat,sed detineat, & detinere debeat,& habeat penes se loco sequestri ad instantiam supradicti Vener. Monasterij S. Laurentij Ciuitatis Auersæ Ordinis S. Benedicti,hoc suum,&c. Marchio Latertiæ. de Neapoli.

Ill. Marchionissa Treuici prompta est obedire supradicto decreto, intimata die 9. Octobris in dicto Process. 141. Die 22. Martij 1662. Neap.

Per Militem V.I.D. D. Didacum Soria Reg. Cons. & causæ Commiss. Visis actis fuit prouisum, & decretum, quod supradictus Marchio Treuici infra dies decem faciat depositum omnium pecuniarum quantitatum debitarum ex causa tertiarum pro causa,vt in actis, & in futurum debendarum in publico banco hic Neapoli, alias prouidebitur. Hoc suum. Soria Morales in eod. Process. *fol.* 186.

In Causa Ven. Mon. S. Laurentij Ciuitatis Auersæ cum RR. PP. Camaldulensibus S. Mariæ Incoronatæ, ac Ill. Marchionissæ Treuici nominibus, vt in actis.

39 Die 9. Octobris 1664. Neap. Per Militem V.I.D. D.Thomam Carau.Reg.Cons. & causæ Commiss.fuit prouisum,& decretum,quod seruata forma aliorum Decretorum cum effectu præcisè, & peremptoriè supradictus Ill. conuentus infra alios dies duos faciat depositum omnium pecuniarum quantitatum debitarum ex causa tertiarum debitarum, & in futurum debendarum pro causa, vt in actis, pro capitali duc. octomille, alias exequatur. Hoc suum, & intimetur. Carauita. de Viuo Actorum Magister in dicto Process. *fol.* 187.

De Mandato Regio.

40 Ex prouisione facta per Militem V. I. D. D. Thomam Carauita Reg. Consil. & causæ Commiss.&c. Regiis Porteriis S.R.C. insolidum ad instantiam Ven.Monast.S.Laurentij Ciuitatis Auersæ Ordinis S.Benedicti, siue, &c. Exequatur, & fiat exequutio ; iuris tamen forma ad faciendum depositum seruata, contra, & aduersus Ill. Marchionem Treuici D. Enricum Loffredo pro summa ducat.quinque mille per eum debitorum ex causa tertiarum decursarum pro capitale duc. octomille RR.PP. Camaldulensibus S.Mariæ Incoronatæ, vt ex actis,ex quo per plura decreta fuit ordinatum, quod faceret depositum prædictum,& non curauit facere,prout ex actis. Et facta executione prædicta eam ponatis penes tutum Tertium ad finem, &c. Et in pede præsentium annotare debeatis,&c.Et exequutionem etiam pro aliis carolenis pro præsentium expeditione, & sigillo, vestroque iusto, & competente salario. Dantes, &c. mandantes, &c. datum Neap. die 21. Octob. 1664. D. Thomas Carauita,&c. de Viuo Act. Mag. in d. Process. *fol.*..

41 Ex supradictis igitur apparet prædictas duas postremas venditiones, de quibus S. R. C. in præsenti liquidare intendit, importare summam duc.25300. Ex quibus detractis duc.4000. pro duplicato pretio territorij S. Petri de Oliuola inclusi in dictis venditionibus, remanent ducat. 21300. Quorum tertia pars spectans d. Ven. Mon. S.Laurentij erit duc.7100.

Dixi detractis ducat.4000. pro duplicato pre- 42
tio territorij S.Petri de Oliuola, quia habita ratione,& respectu in computo faciendo ad Canones,seu Census existentes supra vtrumque territorium, prout pars aduersa instat, & petit, prætendens esse grauatam in computo, & calculo facto per Reg. Tabularium Franciscum Venosa; pretium illius non est maius duc.2000. Census enim, qui nunc soluitur de dicto territorio S.Petri de Oliuola Ven. Monast. S.Dominici Neap. vti cessionario Sacri Monasterij Sanctissimæ Trinitatis Cauæ, est ducat.75. qui prius erat ducat. 100.Est affrancabilis pro capitale duc.2000. vigore pacti affrancationis adiecti in proprio Instrumento concessionis factæ per dictum Sacr. Mon. Cauense quondam Illustriss. Francisco Loffredo. Est enim tale, vt talis census affrancari possit ad rationem duc. quinque pro centenario. Imò prædictum Sacr. Cauense Mon. obligauit, & adstrinxit dictum q. Illustriss. Franciscum ad faciendam dictam affrancationem spatio trium mensium duc.25. pro summa duc.500. sicut in effectu dictus Franciscus Loffredo adimplenit talem obligationem cum solutione prædicta. Et ideo ex numero duc.100. hodie soluuntur tantum duc.75. Provt patet ex præcisis sequentibus verbis dicti pacti in d. Instrumento appositi v.3.

Abbas, & Conuentus Sacri Mon. SS. Trini- 43
tatis Cauæ concesserunt in emphyteusim perpetuam Ciccio de Loffredo Castrum dirutum S. Petri in tenimento Oliuolæ propè Castrum dirutum S.Mariæ de Oliuola, &c. ad annuum canonem, siue censum duc.100. cum pacto expresso, quod dictus Ciccius infra spatium trium mensium ex dictis ducat.100. debeat sibi affrancare annuos duc.25. pro duc.500. ad rationem duc. quinque pro quolibet centenario, & in casu quo,quandocunque d. Dom. Ciccius, aut sui hæredes, & successores pro affrancatione dicti Castri, seu Territorij prædicti ab onere solutionis d. annui redditus,siue census restantis, dederint, & assignauerint realiter, & cum effectu Abbati, & Monachis d. Sacri Mon. totidem annuos redditus, siue census, siue in tantis bonis stabilibus franchis,& expeditis ab onere cuiusuis alterius pagamenti, seu seruitij realis,siue personalis super vna, duabus, tribus, aut pluribus rebus stabilibus, & ex cambiis, non tamen in gabbellis,seu promissionibus, &c. sed in bonis, quæ sunt descripta in subscriptis locis, v. g. à Ciuitate Capuæ, vsque ad Ciuitatem Salernitanam. Provt hæc, & alia plenius apparet in Instrumento dictæ concessionis rogato manu Notarij Ioannis Antonij Angrisani, sub die 5. Febr. 1526. in Process. supradicto 2. vol. *fol.* 699. à ter.

Nec sub administrationis nota transeat, quod dixi de paruo pretio dicti Territorij S.Petri de Oliuola, cum tale territorium sit paruæ capacitatis, & infimæ conditionis, nec ad seminandum aptum, sed simpliciter pro paruorum animalium pasculo, nec abundè, & perenniter, sed tantum in verno tempore. Ac etiam quia subditum iacet ciuibus Treuici,& S.Agathæ,qui in eo gaudent iure pasculandi, adaquandi, & in nemoribus d. Territorij ligna faciendi, à qua notabili subiectione liberum est Territorium nostrum S. Mariæ de Oliuola.

Æstimatio autem d. territoriorum, ac distributio summarum eorumdem pretiorum, facta per supradictum Franciscum Venosa Tabularium, aliter reportat, vt in sua relatione in d.

Proceſſ. Ven. Monaſt. S. Laurentij cum hæredibus, &c. *fol.* 146. Nam de pretio ſecundæ venditionis, quæ fuit duc. 14300. pro rata ſpectante noſtro Territorio S. Mariæ de Oliuola aſſignauit duc. 8500. & reliquos 5809. territorio S. Petri.

Et de pretio tertiæ venditionis, quæ fuit ducat. 11000. pro rata ſpectante noſtro territorio S. Mariæ de Oliuola aſſignauit duc. 6538. & reliquos 4462. aſſignauit territorio S. Petri.

Itaque ſecundum hanc extimationem, & computum factum à dicto Tabulario de Venoſa integrum pretium duarum poſtremarum venditionum noſtri territorij S. Mariæ de Oliuola erit ſolum duc. 15038. eius tertia integra pars erit ducat. 5012. 3. 6. 3. 2.

Quodque quale fundamentum rationis, & ſubſiſtentiæ poſſit habere, & patet ex ſupradictis, & remittitur verſatiſſimæ Prudentiæ Illuſtriſſ. Veſtrarum Dominationum.

Igitur in liquidatione facienda in præſenti cauſa Monaſt. S. Laurentij plenariam fiduciam habet in iuſtitia, & pietate S. R. C. & ſperat, quod Iunctis Aulis velit decretare ſolutionem pro tota integra tertia parte ſupradictæ ſummæ ducat. 21300. Alias hæc ſententia ferenda eſſet contraria quampluribus aliis huiuſmet S. R. C. & præciſè duabus ſupradictis, quæ Iunctis eiſdem Aulis latæ fuerunt in hac propria Cauſa, & executoriatæ, vt ita dicam, quatuor ſucceſſiuis Decretis emanatis, non ab vnomet, ſed à tribus Regiis Conſiliariis, & cauſæ Commiſſariis, etiam cum litteris exequutorialibus contra Illuſtriſſ. Marchionem Treuici pro reali, & effectiuo depoſito duc. quinque millium. Et Monaſt. ex parte ſuæ obligationis initium dedit ſolutioni debitæ Propinæ.

Hæc in defenſionem iurium præſentis cauſæ pro mea tenuitate coaceruaui. Reliqua omiſi, ne maior prolixitas faſtidiret. Viri enim omni perſpicacia, omnique notitia decorati plus intelligunt, quam legunt. Vnde ſupplex Dominationes Veſtras Illuſtriſſimas oro perhumaniter, vt fauorabilem dignentur pronunciare ſententiam pro iuſtitia, & pro auxilio potiſſimæ Monaſterij neceſſitatis. Hoc ſpero à Veſtra Benigniſſima Pietate, cui æternum me refero, quam maximè confiſus; Et pro tanti Beneficij gratitudine ſimul cum omnibus meis Monachis orare D.O.M. non deſiſtam pro omni Veſtra maiori Salute, Exaltatione, Felicitate.

DISCEPT. CCCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur celebris.*
2 *Reuocatio feudi ſi contingat fieri, ſolui debet à reuocante pretium, vnà cum intereſſe.*
3 *Feudi alienatio nunquam cenſetur facta ſine aſſenſu.*
4 *Feudi alienatio quando poſſit reuocari ab alienante.*
5 *Feudi alienatio, ſi reuocetur ab emptore, an teneatur ad intereſſe, & quando.*
6 *Feudi alienatio ſine aſſenſu qualiter Iure communi, & Regni ſit valida.*
7 *Feudi alienatio Iure commum eſt inualida ſine aſſenſu, & Iure Regni valet cum clauſula ſaluo aſſenſu.*
8 *Feudi alienatio bona fide facta facit eſſe obligatum venditorem de euictione.*
9 *Feudi alienatio ſi fiat, & emptor promittat pretium, & tertias, currunt tertiæ, non obſtante reuocatione feudi propoſita in Regno Neapolis.*
10 *Feudi alienati reuocatio an poſſit fieri abhærede emptoris, vel venditoris, & quid facta ſolutione Tertiarum.*
11 *Reuocandi facultas feudum alienatum qua ratione ſit introducta, & cuius fauore.*
12 *Aſſenſus ſuper venditione feudi poteſt impetrari mortuo emptore, ſed non mortuo venditore, & datur ratio differentiæ.*
13 *Hæres emptoris non poteſt alienationem feudi reuocare.*
14 *Feudi alienatio nulliter facta poteſt reuocari tum à Domino, tum à Barone, & quis præferatur, & quid ſi vterque velit reuocare.*
15 *Priuilegium conceſſum à Rege, vel Principe intelligitur ceſſante fraude.*
16 *Feudi alienati reuocatio ſi fiat in fraudem nulla eſt, & quomodo cognoſcatur.*
17 *Priuilegium ſuper venditione feudi qualiter expediatur.*
18 *Priuilegium aſſenſus expediti cum fraude ſuper alienatione feudi quando dicatur.*
19 *Fraus qualiter dicatur in expeditione priuilegy.*
20 *Reuocandi facultas feudum alienatum præſcribitur triginta annis.*
21 *Feudi alienati reuocatio non competit expedito aſſenſu per verbum fiat, neque competit hæredi emptoris, vel ſi eſt doloſè facta.*
22 *Aſſenſus ſuper venditione facienda valet ſi ſit facta alienatio.*
23 *Deciſio de Franchis* 105. *adducitur ad materiam.*
24 *Aſſenſus ſuper venditione iam facta quid operetur ſi ſit facienda.*
25 *Afflicti* deciſio 355. *& Anna* ſingul. 40. *explicatur.*
26 Deciſio *de Franchis* 105. & deciſ. 649. *adducuntur.*
27 *Aſſenſus ſuper venditione facienda an validet factam, vnde oritur.*
28 *Aſſenſus ſuper venditione facienda, interdum validat factam, & quando.*
29 *Aſſenſus ſuper facienda validat factam alienationem interdum.*
30 *Feudi alienatio ſi fiat irrequiſito Domino directo valet.*
31 *Clauſula* (ſaluo aſſenſu Domini) *quid operetur.*
32 *Aſſenſu ſuper venditione facienda, quod non comprehendat factam, vnde oritur.*
33 *Feudi alienati reuocatio an fiat cum fructibus.*
34 *Feudum an amittatur, ſi alienetur ſine aſſenſu.*
35 *Feudum alienatum ſine aſſenſu an ad fiſcum deuoluatur.*
36 *Feudi alienatio cum clauſula* ſaluo aſſenſu *an valeat.*
37 *Clauſula* ſaluo aſſenſu, & non aliter *ſaluat caducitatem.*
38 *Clauſula ſaluo aſſenſu, qualiter differat à clauſula ſalvo aſſenſu, & non aliter.*
39 *Paulus de Caſtro, & Francus adducuntur ad materiam.*
40 *Contrariorum quando ſit eadem diſpoſitio.*
41 *Aſſenſus ſuper venditione facienda, qualiter factam non confineat.*

42 *Aſſenſu*

42 *Assensus non extenditur de tempore ad tempus.*
43 *Clausula expressa, quæ tacitè inest, nihil operatur.*
44 *Differentia inter ius commune, & ius Regni super illa clausula, saluo assensu, &c. & alienaione feudi.*
45 *Feudi alienatio iure ciuili, qualiter poterat alienari.*
46 *Feudi alienati reuocatio ad quos pertineat.*
47 *Feudi alienati reuocatio qualiter sit ampliata.*
48 *Paulus de Castro in articulo principali impugnatur.*
49 *Fannucij doctrina adducitur, & ponderatur.*
50 *Afflicti* decisio 355. *non est ad materiam applicabilis.*
51 *Annæ* singul. 42. *adducitur ad materiam, & declaratur.*

ARGVMENTVM.

Cui, & quando competat ante impetrationem assensus, facultas reuocandi contractum alienati feudi, cum clausula saluo assensu, & non aliter. Et si reuocatio cum dolo & fraude reuocantis sit admittenda. Et si admissa reuocatione quoad feudum cætera pacta, & promissiones in eodem contractu corruant. Et quod assensus super alienatione feudi facienda validet factam.

IVRA

PRO

Ioanne Vincentio Brancia,

CVM

Duce S. Eliæ super Articulis in argumento positis.

Iunctis Aulis cum adiunctis.

Reg. Consil. Gamboa Commissarius.

1 SOLVM ad impediendam solutionem tertiarum, quas debet Dux S. Eliæ vigore publici, & exequutiui instrumenti stipulati in anno 1610. pro capitali pretio terrarum S. Eliæ, & Monachi Leonis duc. 40. m. in circa Ioan. Vincentio Brancia venditori terrarum, & ad turbandam possessionem exigendi tertias prædictas, in qua reperitur venditor spatio tanti temporis, & in qua omninò est conseruandus, proposuit Dux hæres, & successor emptoris iudicium petitorium ex duabus vanis, & omninò nullis reuocationibus prædicti contractus emptionis terrarum, prima reuocatio de anno 1625. alia de anno 1646. prætendens licere ei vti hæredi reuocare contractum prædictum ob defectum assensus, qui licèt sit præstitus, tamen vel quòd irritetur ex defectu iuramenti ligij homagij peremptorè præstandi, & nulliter præstiti, vel quòd assensus sit præstitus super venditione facienda, tempore quo erat iam facta, & ex eo quod compilauerit iam processum super petitorio prædictarum vanarum reuocationum, vt iam patefactis iuribus non possit astringi ad solutionem tertiarum.

2 Verùm cum tertiæ prædictæ sint promissæ loco fructuum quos ex terris prædictis emptor, & possessor terrarum erat percepturus dum actu iam fructus percepit in præteritum, & percipit in præsenti, non video quo iure d. actori sic nulliter reuocanti liceat percipere fructus, & non soluere pretium illorum conuentum in dictis tertiis promissis, fuerunt namque à contrahentibus considerati fructus prædicti, vti à solo separandi, & sic omninò burgensatici iuxta Gloss. & Doctores *in constit. Hac edictali, la 2. in fine*, Gloss. & ibi per DD. omnes videtur expressus Text. *in cap. 1. de fratribus nouo benefic. inuest.* Camer. *in cap. Imperialem, fol. 19. littera D*, & de eis potest disponere feudatarius absque assensu etiam per centum annos dummodo id non fiat in contractu locationis feudi, vt per Loffred. *consil. 46. num. 23.* Capyc. *in verb. Fructus feudorum, vers. Fructus futuri*, Anna *consil. 115.* Reg. Rouit. *pragm. 4. de feud. num. 46.* optimè Scrader. *part. 8. cap. 1. num. 12. & 14.* Rosental. *cap. 9. concluf. 15. num. 7.* sic testatur decisum de Ponte *lect. 14. num. 33.* In alienatione igitur feudi cum clausula saluo assensu, & non aliter licèt tradatur feudum emptori stante d. clausula intelligitur tradita solum tenuta siue detentatio feudi, quæ sequuto assensu resolnitur in acquisitionem dominij, prout obseruatur per S.C. in alienationibus feudorum titulo decoratorum, quæ fiunt sub hasta: quapropter dum non impetrato assensu in eodem contractu paciscitur inter contrahentes de pretio fructuum, illa conuentio est de fructibus percipiendis ex ea tenuta burgensatica, qui percipiuntur ab emptore voluntate venditoris, cum pendente assensu adhuc venditor sit Dominus feudi, & contrahit venditor, & disponit de fructibus vti à feudo separandis, quæ conuentio in sui principio non potest dici accessoria alienatione feudi, quæ cum sit conditionalis conditio, nihil ponit in esse, vt per Parid. de Put. *cap. incip. quia communiter*, & per Camerar. *in cap. Imperialem, fol. 54. à terg. lit. V.* ex quorum doctrinis constat differentiam esse inter contractum, cum clausula saluo assensu, & non aliter: nam primus dicitur quod sit in suspenso confirmandus spe conualidationis: secundus habetur pro non facto, & ideò in illo paciscitur tempore contractus super fructibus consequendis ex ea tenuta, quæ conuentio sequuto assensu resolnitur in fructibus recipiendis ab emptore iure dominij iam acquisiti super feudo, sed quousque non sequitur assensus semper dicta conuentio militat de fructibus ex tenuta burgensatica recipiendis, si deinde idem emptor reuocat eam conditionalem alienationem feudi, non potest controuersiam proponere, quin teneatur ad pretium fructuum conuentum in eodem contractu qui facto eiusdem emptoris reuocantis remanet solum quoad dictam promissionem pretij fructuum ex tenuta burgensatica, quæ nunquam accessit alienationi feudi: satis namque decipitur pars aduersa dum prætendit,

3 Quod per suam reuocationem annulletur contractus rei feudalis, & per hoc corruant omnia

quæ in eo contractu continetur, quia alienatio feudorum nunquam intelligitur facta, cum contrahentes noluerint contrahere abſque aſſenſu fuit ſolum conuenta fieri accedente aſſenſu per illud verbum, & non aliter, & ſic dum vnus ex contrahentibus dixerit reuocare contractum nihil reuocat cum reuocari non poſſit, id quod non exiſtit, ſed ea reuocatio importat ſolum diſſenſum, ne ſequatur conditio licentiæ domini permittentis alienationem, & proinde remanſit ſola conuentio de fructibus à feudo ſeparandis, vnde talis reuocatio emptoris nedum non afficit eam promiſſionem de pretio fructuum, ſed operatur, vt magis præcisè teneatur, quod ſecus forſan eſſet in contractu abſque clauſula ſaluo aſſenſu, & non aliter.

4 In caſu autem in quo verſamur ex infraſcriptis patebit emptionem terrarum fuiſſe validiſſimo aſſenſu vallatam qui penitus irritari poteſt, & ſic nullatenus reuocationes proponi poſſunt, ſed dato pro vero citra præiudicium veritatis quod potuerit aduerſarius eas proponere quod negatur, & infra probabitur adhuc ſecundum erroneam petitionem aduerſarij reuocationes prædictæ, nullo modo poſſent eſſe impedimento ſolutioni tertiarum cum ſolum corpus feudi reſpicere poſſent, non autem pretium fructuum à feudo ſeparatorum.

Vltra quod prædictæ vanæ reuocationes ſunt factæ per hæredem emptoris, & ex quampluribus deciſionibus Sacri Conſilij *Marchionis Belmontis* 8. *& aliarum* conſtat nunquam afficere, nec reuocare ſolutiones intereſſe pretij, cum ſemper, adhuc exiſtentibus validis reuocationibus fuerit compenſatum intereſſe ſolutum cum fructibus, nam exiſtente contractu bonæ fidei ſuper re feudali per clauſulam ſaluo aſſenſu, ſicuti reuocante venditore, nihil ex reuocatione poteſt conſequi reuocans de fructibus perceptis per emptorem, qui facit totaliter fructus ſuos, vt per Afflict. *deciſ.* 258. *ſic* è contra reuocante emptore ſemper fuit deciſum nihil ex reuocatione prædicta conſequi poſſe pro intereſſe loco fructuum, & in pretium illorum conuento.

5 Nec obſtare poteſt prætenſio quod ipſe emptor reuocans in caſu Victoriæ remaneret creditor quantitatis pretij terrarum iam ſoluti, quia huiuſmodi vana prætenſio compenſari non poteſt cum liquido credito tertiarum pacto executiuo debitarum, quia vltra quòd ſit prætenſio ſatis vana, vt infra patebit, & reuocationes prædictæ nullatenus ſubſiſtunt tamen adhuc ſi ſubſiſterent ad nihilum teneretur venditor pro reſtitutione pretij ſoluti, ſtante quod iam ipſe emptor declarauerit in ſuo libello terras prædictas eſſe deterioratas in maxima ſumma, & ad præſens non eſſe tanti valoris, prout fuerunt venditæ, & indubitati iuris eſt, quòd reuocante emptore etiam quando reuocatio ſubſiſtit, tenetur emptor reuocans reficere totale intereſſe venditori in ea diminutione valoris, & deterioratione terrarum etiamſi tempore emptionis fuiſſet deceptus emptor in maiori valore pretij cum liceat contrahentibus ſe decipere vſque ad medietatem iuſti pretij ſic Lanar. *conſil.* 82. ſic Frecc. *in limit. conſt. Diuæ memoriæ limit.* 12. *num.* 37. *verſ. Et ſi reuocet fuit ex mente*, Andr. *in cap. Imperial. num.* 16. his verbis: *Tenebitur tamen tunc ex perſona eius cuius eſt hæres, ſicut illa*, & Præſid. Merlin. *lib.* 2. *cap.* 50. & Franch. *deciſ.* 254. *num.* 25. *dixerunt aliud eſt agere ad pretij reſtitutionem, aliud ad vſuras pretij.*

Quæ omnia ſic ſemper fuerunt diſpoſita tam 6
de iure communi feudorum, quam de iure conſtitutionis Regni in contrahentibus bona fide rei feudalis etiam annullato ſiue reuocato contractu ob defectum aſſenſus.

Dupliciter namque fuerunt conſiderati contrahentes bonæ fidei ſuper re feudali abſque aſſenſu, vel de iure communi feudorum quo iure ſequuta alienatione feudum ipſo iure amittebatur, vt *in cap.* 1. *de prohib. feud. alien.* per Lotar. & *cap. Imperialem, de prohib. feud. alien.* per Feder. *cum concordantibus*, & hoc iure licèt feudum amitteretur, tamen venditore malæ fidei ſciens rem eſſe feudalem tenebatur de euictione emptori bonæ fidei ignaro de qualitate feudi, prout è contra emptor venditori cum ad imparia non iudicentur non obſtante, quòd contractus eſſet nullus omnino à principio vti lege à perpetuò prohibente etiam ſiue contrahens de euictione cauerit in contractu ſiue non ad intereſſe totale tenebatur iuxta Textum *in leg. emptorem, de act. empt. ſic fuit ſynodalis doct.* Baldi qui omnia ſciuit *in cap. Imperialem, n.* 23. per hæc aurea verba, NEQVE OBSTAT QVOD EX NVLLO CONTRACTV NVLLA ORITVR ACTIO: NAM RESPONDE TV NVLLVS, QVOAD REM FEVDALEM ALIQVIS NE PRÆIVDICIVM INFERATVR BONA FIDEI CONTRAHENTI, ſic Curt. iun. non allegando Bald. *tit. quib. mod. feud. amit. q.* 29. *n.* 120. his verbis *(nec obſtat quod contractus ſit nullus, quia hoc verum quantum ad alienationem rei, ſed quatenus ad præiudicium vendentis aliquis)* & ſubdit ita tranſit Aluarot. poſt alios feudiſtas, idque videtur etiam ex mente Gloſſæ *in cap. Imperialem, verb. Exempto, & ſic deciſum affert*, Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 278. *num.* 4. *in fin.* in cauſa Comitis Morcone cum illis de Circello quod reuocato contractu rei feudalis fuit deciſum non eſſe nullum quoad euictionem permiſſam quos terminos bonæ fidei contrahentis diffusè diſtinxit, & declarauit Andr. cum eodem ſenſu Baldi *in d. cap. Imperialem*, §. *Imperator Lotharius*, vbi expreſsè dixit *quòd ſi contrahens bona fide ſibi cauit de euictione in contractu rei feudalis, & annullato ob defectum aſſenſus quoad feudum adhuc remanet obligatio per ſtipulationem contracta.*

Quæ dum ſic procedebant de iure communi 7
feudorum quo iure adeò ſtrictè erat prohibita alienatio rei feudalis, & magno cum rigore contractus rei feudalis ipſo iure annullabatur, de iure verò Regni aduertit Afflict. ex Andr. & ex doctrina Gloſſ. *in conſt. Diuæ memor. num.* 44. *circa medium*, his verbis *(aduerte quòd hodie in Regno non ſic eſt prohibita alienatio feudorum, prout de iure communi)* & hoc iure conſtitutionis contrahentes dicuntur eſſe in bona fide dum contrahunt cum clauſula ſaluo aſſenſu, ſic per cumulatos à Ioan. Vinc. de Anna *in repet. conſtit. Diuæ memoriæ, num.* 155. 191. *&* 193. latè Conſil. de Anna filius *conſil.* 43. *in princ.* nam hoc blandiori iure conſtitutionis ex communi omnium ſchola feudiſtarum contractus rei feudalis nunquam eſt omninò nullus à principio, cum ex verbis conſtitutus ſic declaretur, dum dixit *(noſtræ celſitudinis licentia confirmetur)* ex quibus verbis omnes interpretes dixerunt ſi confirmetur; ergo non omninò nullus à principio, quia quod nullum eſt confirmari non poteſt, ſed eſt in ſuſpenſo, quo vſque ex licentia Principis confirmetur, quæ licentia, & confirmatio in Regno de facili conceditur, vt per Andr. *in cap. Imperialem, num.* 13.

&

& quotidie sic videmus practicari; hoc autem Iure constitutionis si aliquis ex contrahentibus renocando impedit ne ab altero contrahente impetretur assensus sic de facili obtinendus cum non possit dubitari, quòd renocans dolosè impedit perfectionem contractus, ideò omninò tenetur alteri contrahenti ad totale interesse, siue de euictione promissa, siue non promissa, nec obstat, quod renocatio fiat à renocante lege permittente, & actus factus lege permittente non dicitur dolosus, quia fuit singularis doctrina Gloss. *ad l. 56. ff. de reg. Iur.* vbi dixit Iureconsultus *nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur limitauit regulam synodaliter, Gloss. magna his verbis nisi noceat alicui cui tenetur Iure contractus.*

Hinc dixerunt Lanar. & Frecc. *vbi supra*, quod facta renocatione tenetur renocans ad totale interesse etiam deteriorationis feudorum, & diminutionis pretij hinc dixit Mont. *in c. Imperialem, num. 200. lit. O.* quod dum renocatio vigore constitutionis respicit corpus feudi, licèt contractus irritetur, quoad corpus feudi non ex hoc annullantur accessoria, dùm rationes respectu prohibitionis pro re feudali deficiunt in accessoriis, quia respectu corporis feudi læditur Dominus in accessoriis læditur contrahens, & *ibidem lit. P.* affert Montanus *quamplura exempla, quod ex dispositione Iuris annullato principali non annullatur accessoria*, prout in Text. *l. sed si is, C. de præd. minor. in l. 3. C. de inutil. stipul. in l. stipulatio ista habere* licere, §. *sed si quis, ff. de verb. oblig. in l. si minor*, §. *pater, ff. de euict.*

8 Ex quibus per Montanum confutatur opinio de Georgio *alleg. 3. num. 7.* & remanent omninò vana argumenta, & rationes adductæ, & propositæ per partem aduersam in suis profusis scriptis solùm proditis ad obumbrandam mentem iudicantium, quod ex eo quia promissiones de interesse conuento, & tertiis loco fructuum, & promissio de euictione introituum fuerint factæ in contractu feudali de Iure prohibito ex dispositione Text. *in l. non dubium, C. de leg. omne quod subsecutum fuerit ex eo, vel ob id quod interdicente lege factum sit, nullum censetur*, quia hæc procedunt iuxta communem interpretum doctrinam in contrahentibus mala fide, nempè vbi vterque contrahens sciens rem esse feudalem, vel eam alienant vti Burgensaticam, vel de illa contrahunt non reseruato assensu Domini, quia cùm huiusmodi contractus fiant lege perpetuò prohibente indubitati Iuris est, quòd cùm contractus sit nullus à principio stipulationes; & permissiones omnes, quæ huiusmodi illicito contractui accedunt sint omninò nullæ, sed nullibi reperitur dispositum, quod si aliquis ex contrahentibus sit in bona fide, etiam de iure stricto communi feudorum ei non sit reficiendum totale interesse siue de euictione permissa, siue non permissa, multo magis de iure constitutionis.

9 Hæc sunt omnino indubitabilia, & ipsa luce meridiana clariora ex quibus patet solutionem tertiarum interuenturij conuenti, vsque in præsentem diem, nullam recipere controuersiam, ex prædicto Iudicio petitorio vanarum renocationum tanto magis, dum reperiatur venditor in adeo pacifica possessione exigendi tanti temporis cum solutiones tertiarum fuerint continuatæ, vsque ad annum 1644. & sic semper fuit ordinatum per quamplura decreta S. C. quoties emptor distulit solutionem tertiarum prætextu dicti Iudicij petitorij, & demum vltimo decreto S. C. fuit ordinatum, quod procedatur in causa mota per Ducem, & interim Dux soluat tertias, & illud interim in eo quod omnino debetur, importat prius, nam illud verbum interim hoc casu resoluitur id est antequam sic Iureconsulti *in l. si neget, ff. de liber. agnoscend. in l. si filius, ff. de lib. & posthum.* sic Textus cum Gloss. *in §. hinc nos cap. 25. auth. de nupt. & in §. interim auth. de defensor. Ciuitat.* quia vt dixit Iustinianus *in §. retinenda inst. de interdict.* non oritur petitoria actio nisi conseruato conuento in possessione.

Ex his adeò indubitatis sperat Io. Vincentius 10
Brancia omnino esse ordinandam solutionem tertiarum decursarum idque vehementiùs sperat, cum de facili demonstret renocationes per Ducem propositas esse adeò vanas cum nec competant, neque fieri, nec proponi possint, neque subsistant solum ad differendam solutionem tertiarum adinuentæ, idque patet ex pluribus.

Primo renocationes in præsenti Causa non sunt factæ ab ipso emptore terrarum, qui toto tempore vitæ suæ perstitit in emptione facta, ipsam ratificando per solutiones tertiarum singulis annis, imò super Terra Sancti Eliæ obtinuit à Catholica Maiestate titulum Ducatus, sed renocationes sunt factæ ab hærede emptoris imò ab hærede hæredis, nam primus hæres post mortem primi emptoris adeò voluit persistere in emptione facta à prædecessore habendo ratam emptionem factam à defuncto, vt soluerit medietatem pretij Terrarum per cuius solutionem inducitur acceptatio emptionis iuxta terminos Textus *in l. quidam, & ibi gloss. ff. de euict.* ac etiam porrexit preces Domino Proregi, petendo licere ipsi hæredi præstare iuramentum ligij homagij omissum à prædecessore emptore lapsu temporis non obstante, exponendo in precibus, quòd sic supplicabat, vt in totum, & per totum validaretur emptio facta per Defunctum ex his constat nullam penitus habere facultatem successorem emptoris renocandi emptionem factam per defunctum, cum facultas renocandi concessa per constitutionem Regni contrahentibus alienantibus sit personalis in illis verbis constitutus, *contrahentibus*, & sic personis illorum sic dixit Affl. *esse personalem eam facultatem in decis. 111. num. 8. in fin.* cum solis personis alienantibus, & contrahentibus non eorum hæredibus sit concessa ponderando dicta verba constitutionis, ac terminos Textus *in l. 1. & final. cod. de renoc. donat.* prout etiam constat *in leg. si ego*, §. 1. *ff. de iure dot.* Bart. & alij *in leg. qui Romæ* §. *Flauius, ff. de verbo obligat.* & licet in hærede venditoris illa facultas renocandi permittatur, tamen eam facultatem non habet successor venditoris iure hæreditario à defuncto transmissam, sed iure proprio id est propriæ personæ, quia cum dominium illius feudi alienati non impetrato assensu in vita alienantis statim transeat vigore inuestituræ in ipsum successorem, vt per Andr. *in cap. Imperialem, num. 15.* ideò considerauit Anna *in repet. constit. Diuæ Memor. num. 255. quod ille successor renocat Iure proprio vti vtilis Dominus, non vti hæres* sic ex mente Andr. *in cap. 1. de vassali. qui contra const.* Lothar. *num. 5.* dum dixit vtilis Dominus renocat, & Gloss. *in verb. Iure proprio in constit. prædicta dixit ideò Iure proprietatis ipsius feudi*, & ideò dixit Andr. *in d. cap. imperialem, num. 15. & 16.* non posse impetrari assensum mortuo venditore absque nouo consensu successoris.

Ratio est quia vt aduertit Frecc. *lib. 2. post* 11
author.

author.13. in cap. incipiente à Regnicolis facultas reuocandi fuit per conſtitutionem introducta fauore feudatarij alienantis feudum, vt per eam facultatem reuocandi non amitteret feudum, quæ pœna amiſſionis feudi pro vt militabat in defuncto venditore, ita militat in ſucceſſore, ideò tam venditori, quàm eius ſucceſſori facultas reuocandi competit, hinc voluerunt primi feudorum interpretes, vt teſtatur Frecc. *loc. cit.* & Anna *in conſtitut. prædicta, num.255.* quòd facultas reuocandi ſolum fuit tributa perſonæ venditoris, nullatenus perſonæ emptoris, & licèt per Anna, & alios afferuntur deciſiones ex quibus conſtat fuiſſe admiſſas reuocationes factas per hæredes loquuntur in hærede venditoris, ex ſupradicta particulari ratione dominij feudi alienati in ipſum hæredem venditoris reſidentis, quæ ratio non militat in hærede emptoris, cui obſtant verba conſtitutionis (*perſonis contrahentibus*) & nullibi reperitur deciſum hæredem emptoris poſſe reuocare emptionem, ſed per S.C. determinatum teſte Affl. *in citata deciſione* 111. eſſe perſonalem reſpectu emptoris imò fuit gratioſa interpretum extenſio in ipſam perſonam emptoris, vltra verba conſtitutionis, vt per Marchionem Belmontis *dec.8. Sac. Conſ. in fine*, & ſic practicari in Regno dixit de Ponte *tit. de aff. reg. ſuper dot. §.1. num.31.* qui omnes loquuntur ſolum de prima perſona emptoris contrahentis, non autem de perſona illius hæredis, & ex his dixit Andr. *in cap. Imperialem, num.15.* non poſſe impetrari aſſenſum abſque nouo conſenſu hæredis venditoris qui habet facultatem reuocandi, & Præſid. Merlin. *lib.2. cap.81. num.21. dixit ipſa facultas reuocandi impedit tranſlationem dominij.*

12 Hinc per indubitatam conſequentiam fuit orta illa incontrouertibilis deciſio de qua per Afflict. *in cap. Imperialem in 12. notab. quæſt.13.* Par. de Puteo *in c. incipiente, an aſſenſus Regis, n.4.* quòd mortuo emptore abſque conſenſu hæredis benè poteſt impetrari aſſenſus ſuper emptione rei feudalis facta à defuncto, prout non ſic eſt mortuo venditore, quia iſtius hæres habet facultatem reuocandi, prout non habet hæres emptoris, & ſic vti quid indubitatum firmat Roſſental. *tom.1. tit. de ſucceſſ. ex teſtamento, cap.2. concl.3.* his verbis, *ſanè quin mortuo emptore ratificatio Domini ſequi poſſit nil dubij eſt*, ſic Schrader *part.8. cap.4. num.4.* & licèt Reg. Rouit. patrocinando vti Aduocatus auſus fuerit contrariam defendere opinionem in ea cauſa ſuccubuit teſte Gizzarell. *deciſ.2.* qui dixit quod Sacr. Conſ. iunctis Aulis ſecutum fuit opinionem Paridis, & Afflict. & ſic vti opinio iam Canonizata de ea amplius non dubitandum, imò inuehit Afflict. *in citato loco* contra eos, quia contrariam auderent opinionem defendere his verbis. (*ſileant erga Beſtiales qui dicunt, quod aſſenſus non aliter valet niſi viuis contrahentibus ſit impetratus imò valet poſt mortem emptoris*) idque cum ſit ea ſolum ratione, quia hæres emptoris non habet facultatem reuocandi; caueant quapropter, qui prætendunt aſſerere hæredem emptoris habere facultatem reuocandi, ne ſubiaceant notis beſtialitatis ſic per Afflict. comminatis.

13 Non ergo obſtant reuocationes factæ per Ducem hæredem emptoris quia ei non competit talis facultas reuocandi.

14 Secundò, non obſtant reuocationes prædictæ vti factæ maxima cum fraude, & dolo, quia facultas reuocandi ex Regali priuilegio conſtitutionis fuit tributa Vaſſallo alienanti, ſed non eſt illa eadem facultas quam habebat dominus iure communi feudorum, ita vt eandem per conſtitutionem tranſmiſerit dominus in Vaſſallum, quia eam facultatem ſibi retinuit dominus, conceſſit tamen aliam facultatem Vaſſallo nimis diuerſam à Iure reuocandi per ipſum dominum, & adeò eſt diuerſa facultas Principis à facultate Vaſſalli, quòd in concurſu ſi velit reuocare Dominus, & eodem tempore Vaſſallus hic præfertur Domino, & ſi Vaſſallus non reuocare intendit tunc poteſt reuocare Dominus qui debet expectare tantum tempus, vt prius feudatarius reuocet, imò quod præfixo prius termino à Iudice, vt reuocet feudatarius ipſo termino elapſo, & non reuocante poteſt reuocare Dominus, & ſi eodem tempore elapſo termino ambo reuocent præfertur is qui prius litem conteſtauerit ſic dixit Andr. cuius verba infra tranſcribam *in cap.1. de Vaſſall. qui contra conſtit.* Lothar. *num.5. circa medium*, & proinde errant qui credunt feudatarium alienantem reuocare alienationem Iure Regis, & nomine Regis ex quo ſi eſſet illud idem ius Regis non permitteretur neque concurſus, neque prælatio idque patet ex verbis conſtitutionis dum dixit Iure proprio reuocat, & ſic eſt proprium Ius Vaſſalli beneficio dictæ legis ipſo Vaſſallo tributum, & ſenſus prædicta conſtitutionis in ſua vera ſignificatione non poteſt alterari: dixit *Iure proprio alienantis* ad excludendum ius reuocandi, quod habet ipſa Regis perſona loquentis, & Gloſſ. *in d. Conſtit. in verbo reuocat*, dixit competere feudatario reuocandi ius conditione ex illa lege.

Qua indubitata concluſione ſtante, ſequitur 15
illa Iuris incontrouertibilis conſequentia, quòd quotieſcumque lex permittit actum, & tribuit alicui ſpeciale priuilegium illum faciendi, intelligitur fraude excepta; nam fraude interueniente ceſſat priuilegium, quia abutitur poteſtate legis, ſic Text. *in cap. beneficium ſi de feud. defunct. contrauerſ. fuer. & in cap.1. qualiter olim feud. alien. pot.* cum lex fraudem non concomitetur *l. ſi ſponſus, §. circa, ff. de donat. inter virum, & vxor. quia in tali permiſſione legis dicitur fraus excepta*, vt per Andr. *in cap. . §. præterea de cap. corrad. & in cap.1. §. ſed, & Res per quos fiat inueſt. in cap. imperialem §. callidis de prohib. feud. al.* per Feder. per quæ iura, & doctrinas dixit de Ponte *conſ.17. num.15.* omnino non competere reuocationem vigore conſtitutionis cuicunque contrahenti cum fraude alterius contrahentis reuocare nolentis, & ibidem volnit de Ponte ſemper eſſe fraudulentam reuocationem quoties reuocetur alienatio rei feudalis bona fide contracta, & dicitur bona fide alienatum feudum, dum contrahentes apponunt clauſulam velle cõtrahere ſaluo aſſenſu, & non aliter, quia ex clauſula prædicta etiam in rigoroſo Iuris communis feudorum non incidebat Vaſſallus in pœnam amiſſionis feudi, adhuc facta feudi traditione, vt per Andr. *in d. cap. imperialem §. ſcriba verò 2. col. de prohib. feud. al.* per Feder. & per Bald. *in cap.1. §. denique num.5. in fine, quæ ſit prima cauſa benef. amit* Pariſ. *de re integr. feud. in cap.* incipiente, *quia communiter*, & accedente etiam ſi præcederet memoriale pro aſſenſu impetrando; nam dum conſtitutio induxit reuocationem ſolum pro beneficio Vaſſalli, ne feudum amitteretur vbi ceſſat amiſſio feudi, ceſſat facultas reuocandi, quæ ſi fiat pro reuocando contractu ſic bona fide conuento reputatur omninò reuocatio fraudulenta nequaquam à conſtitutione permiſſa, pro vt ex prædictis, & aliis

aliis pro indubitato firmat de Ponte *citato conſ.17. num.19. & 20. cum ſequent.* vbi affert ſic deciſum per S. C. *in cauſa Fabritij Villani cum creditoribus*, & *ibidem* ſic dixit procedere deciſiones Antonij de Alexandro, & Andreæ Maricondæ, & Lucæ de Penn. *in l.nulli C.de fund.patrim.lib.11.* relatæ ab Afflict.*deciſ.111.num.4.* vbi dixit Affl. *magnam eſſe authoritatem maiorum noſtrorum* licèt de doctrina prædicta ibidem Afflict. aliquanto dubitaret tamen interpretando Iura feudalia pro veritate in *commento conſtitutionis diuæ memoriæ, n.42.* dixit eſſe veram doctrinam Lucæ de Penn. & *ibidem* affirmat de Ponte *loco citato*, multo magis eas deciſiones procedere, vbi nedum fuerit adiecta clauſula ſaluo aſſenſu, & non aliter ſed adhuc porrecto memoriali cum precibus pro aſſenſu quo caſu omnino militat doctrina Lucæ de Penna *in l.nulli Cod.de fund.patrim. lib.11.* quod, vt competat reuocatio ſit expectandum ſi Rex recuſet aſſentire; vbi latè firmat Lucas de Penn. id procedere ex clauſula cum Iuramento appoſita à contrahentibus de non contraueniendo contractui: quis ergo audebit diſcedere à dictis tantorum patrum Antonij de Alexandro, Andreæ Maricondæ, Lucæ de Penna, Afflict. & de Ponte per plures deciſiones S. C. firmatis qui omnes fuerunt luminaria magna in interpretatione iuris feudorum.

16 Non ergo dubitari poteſt reuocationes fraudulentas licet vigore conſtitutionis editas non eſſe admittendas.

Videamus in noſtri facti ſpecie reuocationes factas per Ducem quomodo, & quanto ſint doloſæ, & fraudulentæ, ſi inſpiciatur reuocatio de anno 1625. illa proponitur licere hæredi emptoris reuocare contractum eo quod aſſenſus ſuper illo impetratus irritetur ob defectum Iuramenti ligij homagij quòd emptor ſiue illius hæres præſtare tenetur ſtante clauſula in eodem aſſenſu quod eo non præſtito infra biennium habeatur aſſenſus pro non præſtito, & licèt in facto conſtet iuramentum prædictum fuiſſe præſtitum per hæredem emptoris etiam accedente Proregis licentia lapſu temporis non obſtante petita per eumdem, tamen dum idem Dux propoſuit in d. Iudicio reuocationis nullitatem eiuſdem Iuramenti per ipſum præſtiti, & nullitatem orientem ex propria culpa ipſiuſmet iurantis, qui validè iurare tenebatur, & quamvis ipſa nullitas non ſit vera, adhuc ſi vera eſſet, & ſubſiſteret Iuramenti nullitas per eumdem Iurantem non poteſt proponi propria culpa, & dolus in Iudicio ab expreſſis Iuribus, *in l.2. §.1. ff. de dol. mal. met. except. & in l. eleganter, ff. de dol.* vbi notant omnes DD. latè Magon. *deciſ.173.* expreſſa ſunt verba Iureconſulti *in l. arbitro, §. pen. ff. de dol. quòd deceptus conſequitur à doloſo quanti interſit id non eſſe factum, & in l. ſicut, §. interdum, ff. commodat*, & ibi per Bartol. de cuius doctrina meminit Affl. *deciſ.150. num.5.*

Siue inſpiciatur reuocatio de anno 1646. multo magis in ea conſideratur dolus, & fraus reuocantis, dum eam proponat, eo quod aſſenſus ſit ſuper contractu, & venditione facienda tempore quo erat iam facta venditio, & ſic in huiuſmodi aſſenſu venditio facta non comprehendatur cum in facto conſtet eam venditionem fuiſſe factam præcedente aſſenſu per memoriale porrectum per venditorem ſuper venditione facienda cum decretatione per verbum fiat in forma, de quo ſic teſtatur Notarius qui ſtipulauit inſtrumentum, & in ſtipulatione ſic enarrante Notario ratione ſui officij ad euitandam pœnam *in cap. Imperialem, §. ſcriba* ambo contrahentes ſunt præſentes ſic acceptantes, & poſt enarratum aſſenſum prædictum ſic impetratum ſtipulatus eſt Notarius dicendo vendidit, & tranſtulit terras prædictas, & ſic ipſe venditor validè nedum bona fide contraxit imò validè tranſtulit dominium feudorum in emptorem cum aſſenſu prædicto licèt reſoluibile non expedito aſſenſu in forma infra biennium, & ſic nedum conſideratur bona fides venditoris nolentis alienare abſque aſſenſu, & cum clauſula ſaluo aſſenſu, & non aliter, ſed alienante præcedente iam aſſenſu domini ſuper venditione facienda.

Vndè tranſlato iam valido dominio terrarum 17
in emptorem tempore contractus eidem emptori fuit traditus aſſenſus expeditus per verbum fiat, ad cuius onus remanſit expeditio priuilegij, idque patet in eodem inſtrumento dum fuit conuentum, quod expediretur expenſis communibus, nam cum remanere emptor debitor in pretio, & intereſſe ipſius per emptorem expenſis illius debiti erat expediendus aſſenſus.

Patet etiam per ipſum emptorem fuiſſe expe- 18
ditum prædictum priuilegium aſſenſus, dum ipſemet emptor ſiue illius hæres petiit licentiam præſtandi Iuramentum ligij homagij lapſu temporis non obſtante: nam priuilegium per ipſum expeditum erat in ſui poſſe.

Et patet etiam de facto aſſenſum fuiſſe expeditum per verbum fiat ſuper venditione facienda provt ſtipulatus fuit Notarius: nam in eodem inſtrumento fatetur eam venditionem terrarum fuiſſe factam pro multo maiori pretio Diebus ſeu menſibus præteritis, & reuocatam ante impetrationem aſſenſus, & dum vtraque pars ſe concordauerat pro minori pretio ambo contrahentes voluerunt hanc ſecundam venditionem non reuocandam ideò conuenerunt, vt prius obtineretur aſſenſus ſuper ſecunda venditione facienda, quo obtento fuit ſtipulatus contractus, remanſit prædictus aſſenſus fiat in forma penes emptorem cui intererat, vt acquiſitum dominium poſt biennium in ipſum remaneret nam, quoad venditorem iam ipſe adimpleuit tradendo dominium emptori, remoto obſtaculo nil aliud ad onus venditoris remanſit.

Et tandem non poteſt dubitari per ipſum emptorem fuiſſe expeditum prædictum priuilegium dum penes ipſum reperiatur, & conſiderata fraude ab ipſomet machinata in expeditione priuilegij propoſuit reuocationem adeò fraudulentam.

Fraus autem machinata in expeditione priui- 19
legij per emptorem fuit, vt non expedire fecit priuilegium in eo aſſenſu ei tradito per verbum fiat ante ſtipulationem ſuper contractu faciendo, ſed exemplato memoriali illiusmet aſſenſus, in quo exponebatur venditionem faciendam ſibi expedire fecit aliam decretationem fiat in forma ſub expoſitiua contractus faciendi, tempore quo erat factus, idque fuit ad circumueniendum, & fraudandum venditorem cum dolo, & fraude deſtinata ad hunc actum faciendi doloſam reuocationem, quæ nullo Iure admitti poteſt ex ſupra fundatis.

Et vltimo dicitur per venditorem huiuſmodi 20
reuocationem de anno 1646. nullatenus admittendam nedum vti factam per hæredem emptoris, cui non competit, & vti doloſam ſed vti factam poſt triginta ſex annos à die ſtipulati contractus, & nulli dubium eſt, quod cum facultas

reuocandi ſit conceſſa perſonæ contrahenti conſtitutione legis illa ſpatio triginta annorum præſcribitur, prout quævis actio conditione ex lege ſic dixit Gloſſ. *in conſtit. Diuæ memor.* quàm ſequutus eſt Ioan. Vinc. de Anna interpretando conſtitutionem *in repetitione illius, num.*277. pro indubitato firmat Conſil. de Anna *conſil.*127. *num.*36. & eam in puncto iuris eſſe veriſſimam dixit eruditiſſimus Donat. Ant. de Marin. *c.*234. non allegatis prædictis, & ante eos dixit Andr. per prædictos non allegatus *in cap. Titius, verſ. Quid ſi conſenſit ſi de feud. defunct. controu.* (omnem reuocationem, quæ agnato iure proprio reuocandi competit ſpatio triginta annorum præſcribi vbi Lipar. *littera S*, cumulat multos, & licet loquatur in reuocatione feudi ex pacto dicam *infrà* facultatem reuocandi vigore conſtitutionis fuiſſe adinſtar illius quæ competit in feudo ex pacto, & expreſsè dixit Gloſſ. *in conſt. Diuæ memor. verbo reuocet, quod actio reuocandi eſt actio conſt. ex lege,)* & ideò præſcribitur ſpatio triginta annorum, prout omnes actiones conſtitutione ex lege.

21 Vanæ ſunt omninò reuocationes per aduerſarium propoſitæ, quia vel non militant nec procedunt in contractu bonæ fidei, & præuio aſſenſu per verbum fiat, vel non competunt hæredi emptoris, vel vti dolosè, & fraudulenter non ſunt admittendæ, vel quia ipſa facultas reuocandi ſpatio triginta annorum præſcripta.

Et licet ex tot, & tantis mediis non eſſet tractandum de articulo, ſi aſſenſus datus ſuper venditione feudi facienda validet factam inter eaſdem partes, ſed ordinandum, quod continuet conuentus ſolutionem tertiarum tamen, vt clariùs eluceſcat, quod prætenſio partis aduerſæ eſt omnino vana.

22 Dico, quod articulus prædictus licèt aliquo tempore fuerit in controuerſia adeo, quod interpretes in contrarias iuere ſententias tandem ruminatis, diſcuſſis, & trituratis omnibus doctrinis, quæ pro opinione negatiua afferebantur fuit per Regiam Cameram cum multis adiunctis Sacri Conſilij, & ſic accedentibus votis vtriuſque ſupremi Tribunalis Præfecti Prætorio contra fiſcum, & per Tribunal Regiæ Cameræ cui competit iudicare materiam validitatis aſſenſus vti de iuribus fiſco pertinentibus, fuit deciſum pro opinione affirmatiua eſſe validum aſſenſum conceſſum pro venditione facienda adhuc in iam facta, ceſſauerunt quapropter omnes difficultates, adeò quod, vt ex ſententia Regia, quæ fecit ius in Regno, non poteſt amplius in controuerſiam deduci articulus prædictus.

23 Deciſio refertur per Franch. *in ſua deciſ.*105. vbi propoſito articulo prædicto per eundem de Franch. enumerantur omnes doctrinæ, & deciſiones pro opinione negatiua, in qua cauſa licèt pro parte conuentorum prætenderetur non eſſe tractandum de articulo validitatis aſſenſus, ex quo de facto aſſenſus comprehendebat, venditionem factam, & faciendam ſub illis verbis aſſenſus: nam in illo ſupplicabatur aſſentire, his verbis: *Iam dictæ venditioni & obligationi euictionis factis per dictum Principem, & ratificationi faciendæ de dicta venditione iuxta formam inſtrumenti facti, & faciendi.*

24 Idem Franchis aduertit huiuſmodi motiuum fuiſſe omnino excluſo cum duo petebantur in aſſenſu de venditione facta, & de ratificatione facienda, & ſic illa verba *iuxta formam inſtrumenti facti*, habebant reſpectu ad venditionem iam factam cum non aliud eſſet inſtrumentum factum, niſi de dicta venditione, & illa verba *inſtrumenti faciendi*, habebant reſpectum ad inſtrumentum ratificationis faciendæ, quæ nunquam ſequuta fuit, & ſic remanſit decidendus nudus, & purus articulus iuris, ſi aſſenſus ſuper venditione facta validet faciendam, vel e contra ſi aſſenſus ſuper venditione facienda validet factam, & verba concluſionis in deciſione prædicta, id expreſsè declarant dum dixit Franchis *fuit habitus aſſenſus, pro valido non dixit aſſenſus, pro vero*, prout dixit de pacto retrouendendo, quod in illa cauſa dubirabatur ſi adeſſet, & ſi fuiſſet verificatum dixit Franch. *fuit habitum pro vero pactum de retrouendendo, ſed non præiudicare aſſenſum, quia extra inſtrumentum*, & in eo, quòd erat de facto dixit, *pro vero*, in aſſenſu dixit pro valido, quia validitas, vel inualiditas, ſolum de iure erat diſcutienda.

Vnde licèt alias fuiſſet deciſum pro negatiua 25
opinione, vt ex Afflict. *deciſ.*355. & ex Anan. *in ſuo ſingul.*40. & per Frecc. *quæſt.*11. *lib.*2. *ſub feud.* quorum deciſiones non militare in articulo prædicto ante deciſionem Franchis *infrà* demonſtrabo, tamen dum adductis per fiſcum in Regia Camera prædictis deciſionibus in ea cauſa de qua per Franch. *deciſ.*105. iam deciſiones prædictæ quatenus militaſſent fuerunt emendatæ, & reuocatæ, & ſic dum habemus in dicto articulo deciſionem vltimam emendantem præteritas, & cum maxima diſcuſſione emanatam non curandum amplius de emendatis.

Vt autem ſit euidentior veritas huius articuli, 26
& quam rectiſſimè fuerit deciſus pro affirmatiua opinione in ea *deciſ.* Franchis 105. quia per ipſum Franchis non fuerunt adductæ rationes ex quibus fiſcus in illo articulo, & cauſa ſuccubuit, idque quia forſan ipſe Franchis fuerit in voto contra deciſionem, & propterea dicit fuiſſe reclamatum, & ipſum expectare reclamationem, quæ nunquam ſequuta fuit, vt conſtat ex eodem Franch. *in alia deciſ.*649. edita poſt multos annos in qua meminit de *dict. deciſ.*105. & remittit ſe ad dicta per ipſum non ad deciſa, & non dixit fuiſſe reuocatam eam ſententiam, neque in hac vltima deciſione opus fuit tractare de hoc articulo, quia ibidem alia quæſtio fuit propoſita ſi aſſenſus præſtitus ſuper contractu faciendo, & eodem die ſtipulato præſumatur præceſſiſſe contractui, & dum inclinabant domini pro ſtipulatione ſubſecuta nihil fuit deciſum, & ſic patet ſententiam de *d. deciſ.*105. feciſſe tranſitum in rem indicatam vti iuſtiſſimam pro cuius veritate, & tuitione dico, quod.

Articulus ſi aſſenſus ſuper venditione feudi 27
facienda validet factam, ſiue retrotrahatur ad factam originem ſumpſit, ex doctrina Pauli de Caſtro *in l. ſi quis filio exhæredato, §. irritum, ff. de iniuſto rupt. irritoque fact. teſtamento, de qua doctrina* idem Paul. meminit *in l. hæc conditio*, & *in l. ſi iam facta, ff. de condit. & demonſtr.* & ex doctrina Iureconſulti *in d. §. irritum poſuit Paul.* regulam generalem, quod in prohibitis fieri abſque licentia Principis ea obtenta pro aliquid faciendo validet illud idem ſi reperiatur factum, quia facilius validatur factum, quam faciendum, & propterea permiſſo faciendo à fortiori permittitur factum etiam, quia ſi licentia, ſiue aſſenſus fuiſſet petitus in eo, quod eſſet factum facilius conceſſiſſet iuxta doctrinam Gloſſ. *final. in finalibus verbis in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.* item quia qui perſiſtit poſt aſſenſum in eo, quòd fecit videtur

detur illud idem de nouo perficere, vnde siue voluntas concedentis, siue contrahentis inspiciatur in ambobus accedere expressam voluntatem circa factum dubitari non possit.

28 Hanc autem regulam indubitatam ex verbis Iureconsulti elicitam, limitauit ibidem Paulus de Castr. non procedere in licentia, siue assensu concesso à Domino directo super alienatione feudi, vel rei emphyteoticæ facienda, quia respectu feudi cum per alienationem factam ipso iure feudum sit ad Dominum deuolutum *cap. 1. de vassall. qui contra constit. Lothar. cap. Imperialem, de prohib. feud. alien.* per Feder. & respectu rei emphyteoticæ iam incidit in commissum, hoc casu licentia, & assensus de alienatione facienda non validat factam, quia non potest præsumi Dominum remisisse pœnam caducitatis, quæ remissio in Domino ignaro, & in sciente de alienatione facta considerari non potest, iuxta terminos Text. *in l. qui cum tutoribus, ff. de transact.* per quem Textum sic arguit Camer. *in cap. Imperialem, fol. 88. à terg. littera M,* & ante ipsum Andr. *in dict. cap. Imperialem, num. 56.* & per Textum *in l. si mater decedens, ff. de inoffic. testamento*, quem Text. ad hoc propositum allegat Socc. *in l. si iam facta, ff de condit. & demonstrat.* vel etiam, quia quando consensit Dominus alienationi faciendæ, consensit vt alienaretur feudum, quod esset ipsius vassalli, non autem feudum, quod esset iam suimet Domini vti ad ipsum deuolutum, pro quo noua concessio, & noua inuestitura requiritur, vt in alium transferatur de veritate, cuius doctrinæ dicam *infrà*, pro nunc data illa pro vera, dico quod.

29 Huiusmodi limitationem sublimitauit ibidem Paul. de Castr. si Dominus directus sciens de alienatione facta assensum concesserit pro eadem alienatione facienda, quia tunc validare factam non dubitandum ex quo dum consideratur voluisse remittere pœnam amissionis feudi, ea cessante absque dubio assensus super alienatione facienda validat factam.

30 Ex eadem quapropter doctrina dixerunt interpretes, & pro indubitato firmarunt, quòd cum de iure Regni per *Constitutionem* incipientem *Constitutionem Diuæ memoriæ*, sit correctum ius commune feudorum, quoad feuda huius Regni circa pœnam amissionis per alienationem factam irrequisito Domino, de qua pœna *in dict. cap. 1. de vassall. qui contrar. constitut. Lothar. & cap. Imperialem, de prohibit. feudi alien.* per Feder. ex quo ad finem, vt vassallus per talem alienationem feudum non amittat ex Constitutione prædicta conceditur facultas eidem alienanti iure proprio reuocandi alienationem ab ipsomet factam, & per hoc cessante pœna amissionis feudi remanet primæua Regula generalis, Pauli de Castro, quod licentia concessa à Principe de aliquid faciendo validet factum, cum de iure Regni cesset dicta limitatio Pauli ad regulam prædictam.

31 Roboratur hæc opinio affirmatiua ex facto, quia in Regno in omnibus contractibus alienationis feudorum apponitur illa clausula, *Saluo assensu Domini, & non aliter*, quæ clausula cum reddat venditionem factam cõditionalem, etiam de iure communi feudorum saluat alienantem à pœna amissionis feudi, vt per Paridem de Put. *de reintegr. feud. in cap. incipiente quia communiter, fol. mihi 147. à terg.* & in casu in quo versamur de alienatione facta per Ioannem Vincentium Branciam procedimus de iure Regni, & adest clausula, *saluo assensu, & non aliter*, propterea videtur esse in tuto articulus in hac causa etiam ex doctrina Pauli de Castro, quod assensus super venditione facienda validet factam.

Cardo igitur huius affirmatiuæ opinionis validare alienationem factam assensum de venditione facienda dependet ex veritate duorum principiorum, iuxta doctrinam Pauli de Castro. 32

Primum, si de iure Regni pœna amissionis feudi iam fuerit sublata.

Secundum, si per clausulam saluo assensu, & non aliter, saluetur vassallus, siue de iure communi, siue de iure Regni à pœna amissionis feudi.

Quocunque ex prædictis principiis militante erit omnino tuta opinio affirmatiua per assensum de alienatione facienda validari factam.

Quoad primum transcribam verba Andr. qui *in Constitutione Constitutionem Diuæ memoriæ remittit se ad ea, quæ scripsit in cap. 1. de vassall. quæ contr. Constitut. Lothar.* cuius verba *num. 5.* circa medium sunt hæc. *sed quod dicitur perdit feudum, quod sine consensu domini feudum alienatur in Regno Siciliæ corrigitur per Constitutionem Regis Rogerij, vt ipse reuocet idem, qui alienauit, non autem perdit feudum, & reuocat iure proprio, id est speciali, & deinde subdit.* 33

Item, *& Dominus feudi reuocabit nec opponetur ei, quia alius est Dominus vtiliter*, ad quod allegat Text. *in l. fructus 34. ff. de rei vendic.* vbi voluit Iureconsultus Domino proprietatis competere actionem de fructibus perceptis ex tempore quoad ipsam proprietatem vsus fructus reuersus est, & adauget Andr. hanc dubitationem per hæc verba: *Sed an statim facta alienatione, si non reuocat feudatarius alienans reuocauit Dominus, & agat. Respondeo cum ipse idem reuocare potest, qui alienauit expectatur vt reuocet per tantum tempus infra, quod possit reuocare, & proponere de reuocando contra possessorem*, & deinde concludit Andr. *quod tempus feudatario ad reuocandum statuitur arbitrio Iudicis, quo elapso poterit reuocare Dominus, & si eodem tempore velit reuocare feudatarius adhuc potest, & præfertur is, qui prius litem contestauerit* huc vsque Andreas, ex cuius dictis tanquam à magistro, vel potius à Textu non discedendum quidquid alij aliter dixerint.

Constat ex hac Andr. doctrina ius commune feudorum circa pœnam amissionis feudi in alienante absque assensu fuisse omnino correctum per Constitutionem Regni, ex quo dixit Andr. quod eatenus possit dari casus, vt feudum amittatur quatenus præcedat actus ipsius alienantis nolentis reuocare alienationem infra tempus à Iudice statutum, quia tunc potest reuocare Dominus, & sic pœna amissionis feudi non oritur amplius ex ipsa sola alienatione absque assensu, sed ex ipso dissensu feudatarij nolentis ipsam alienationem reuocare post tempus à Iudice concessum ad reuocandum, qui casus non est in consideratione, quia nemo sic resupinus præsumitur, vt velit iactare, & amittere suum, & sic facultas reuocandi ad Dominum pertinens non est reducibilis ad actum, remanet in abstracto solum in apice iuris, & in iuris subtilitate, quam admonet Iureconsultus à Iudicibus non admittendam *in l. sicut, §. penultim. in fine, ff. quibus modis pign. vel hip sol.* his verbis, *subtilitates à Iudicibus non admittantur*, ideò Andr. *in cap. Imperialem*, paulò ante *num. 4.* dixit simpliciter in Regno Siciliæ, vbi non est pœna amissionis feudi. 34

35 Et proinde poſt Conſtitutionem prædictam nunquam reperitur ad Fiſcum fuiſſe deuolutum feudum in pœnam alienationis abſque aſſenſu, & ſic de iure, & de facto conſtat hoc primum principium eſſe veriſſimum,& ex illo oritur conſequentia indubitabilis, quod cum in Regno non adſit amplius pœna amiſſionis feudi per alienationem factam irrequiſito Domino, etiam ex ipſa doctrina Pauli de Caſtro remanet firma concluſio aſſenſum præſtitum ſuper alienatione facienda validare factam, & proindè ritè, & rectè dixerunt, *Eximij viri Regnicolæ feudorum interpretes* Antonius de Alexandro *in Apoſtilla Conſtitutionis Conſtitutionem Diuæ memoriæ aſſenſum ſuper alienatione feudi faciendo in Regno validare factam, & ſic iudicatum per S.C. in cauſa Nicolai Villani de Sancto Seuerino*, prout refert Frecc. *quæſt.* 11. & idem pro indubitato firmat Sigiſmundus Loffredus,*in ſua paraphraſi feud. in cap. Imperialem*, non mirum ſi Regia Camera in *dec.* Franch. 105. illud idem quod à primis patribus fuit interpretatum,& deciſum de nouo determinauit, quia minimè ſunt mutanda, quæ ab antiquis receperunt certam interpretationem.

36 Quo vero ad ſecundum principium dato pro vero primo non eſſet opus probare ſecundum, ſed ad exuberantiam dico, quod adhuc de iure communi feudorum ſtante clauſula prædicta; *ſaluo aſſenſu, & non aliter*, qua euitatur pœna amiſſionis feudi aſſenſus ſuper venditione facienda validat factum,ſic expreſsè Camerar. per clauſulam prædictam, *ceſſare omnes difficultates*, dixit in *cap. Imperialem fol.* 54. *à ter.* vbi poſita concluſione licet non vera, & contra Andream, *quod adhuc in Regno adſit pœnam amiſſionis feudi in alienante abſque aſſenſu,& proinde aſſenſum ſuper venditione facienda non validare factam poſſit*, hæc verba, fol. 54. à ter. litt. V.

Sed quid ſi eſſet dictum reſeruato aſſenſu Domini hoc caſu ea de re omnia ceſſarent, nec opus eſſet diſputare, quia tunc non eſſet apertum feudum in pœnam Domino, & per conſequens ceſſat præſumptio mentis,an Dominus præſumatur voluiſſe illud relaxare tam in Regno, quàm extra Regnum,quia vtrobique nullo modo aperitur,quando aſſenſum reſeruauerunt, huc vſque Camerar.

37 Et licet idem Camerar. ex aliis deinde poſitis rationibus perſiſtat in opinione negatiua, & infra demonſtrabo rationes per ipſum conſideratas non obſtare, ſatis ſit pro nunc, ex doctrina prædicta fundari hoc ſecundum principium, quod clauſula reſeruato aſſenſu, & non aliter euitat omnino pœnam caducitatis, & amiſſionis feudi, & per eam aſſenſum præſtitum ſuper alienatione facienda validare factam, tam de iure communi, quàm de iure Regni, quia ſi non obſtant aliæ friuolæ rationes per *Camerarium* conſideratæ, vt infra fundabo,iam articulus pro Ioanne Vincentio Brancia eſt omninò in tuto.

38 Validatur hoc ſecundum principium ex doctrina Parid. de Put. *de reintegr. feud. in cap.* incipiente, *quia communiter in alienationibus rerum feudal. fol.mihi* 147. *à ter.* in quo ex profeſſo tractat articulum de viribus clauſulæ prædictæ, & concludit, quod vbi ſit dictum ſaluo aſſenſu, & non aliter euitatur omninò pœna caducitatis, & amiſſionis feudi, & ibidem diſtinxit Parid. inter clauſulam, *ſaluo aſſenſu*,ſimpliciter,& clauſulam, *ſaluo aſſenſu,& non aliter*, per primam clauſulam licèt feudum per alienationem non amittatur, tamen ſequuta traditione amittitur, *Non obſtante clauſula, per ſecundam verò clauſulam dicit, quod non amittitur feudum etiam ſecuta traditione, & iuxta primam clauſulam procedunt opiniones negatiuæ,& ſecunda clauſula fundatur ex doctrina* Baldi *in cap.* 1. §. *porro, quæ ſit prima cauſa benef. amitt. quæ diſtinctio non fuit conſiderata* per de Ponte *de poteſt. Proreg.tit.*6. §.2.*num.*5. & Roſſental. *lib.*1. *cap.*9. *conc.*61. *affert innumerabiles DD. pro opin. affirmatiua, verùm in Regno ceſſat iam hæc diſtinctio cum ceſſauit iam pœna amiſſionis feudi per alienationem*, vt ſupra *fundatum eſt.*

His duobus principiis firmatis remanet arti- 39
culus abſque difficultate etiam ſecundum doctrinam Pauli de Caſtro, *in d.* §. *irritum aſſenſum*, Io. Vincentij Brancia pro venditione facienda validaſſe factam,tum quia ſumus in Regno,tum etiam per clauſulam ſaluo aſſenſu,& non aliter.

Vt autem articulus iſte in euidentiorem veritatem clariùs deducatur erit aduertendum, quod doctrina Pauli de Caſtro, qui fuit anteſignanus omnibus ſectatoribus negatiuæ opinionis, etiam in Regno aſſenſum ſuper alienatione facienda non validare factam ipſa doctrina Pauli non loquitur de aſſenſu in contrario caſu nempè de aſſenſu ſuper venditione facta, ſi validet faciendam, Moderniores vero interpretes ſicut Frecc. *quæſt.*11. Camerar. *in cap.Imperialem*,& Io.Vincentius de Anna *in repet. Conſtit. Conſtitutionem Diuæmomoriæ,num.*208. *& in ſing.*40.& alij voluerunt à pari procedere,quod ſicuti aſſenſus ſuper venditione facienda non validat factam,ſic è contra nec aſſenſum ſuper venditione facta validare faciendam.

Cum reuera ſit ſatis diſpar ratio de vno caſu 40
ad alium, & proindè non poſſet militare regula de qua in *l.*1. *ff. de his qui ſunt ſui, vel al.iur.cum concord.* quod contrariorum eadem ſit diſpoſitio, quia vbi diſparitas rationis ineſt, ceſſat regula prædicta,iuxta terminos Text.*in l.illud, ff. ad legem Aquil.l.à Titio, ff. de verb. oblig.* & diſpar ratio eſt maxima ne dum ex eo, quia facilius confirmatur factum,quam faciendum,& non eſt eadem ratio in eo, quod eſt de facili ad id, quod ſit difficilius,ſed etiam quia aſſenſus ſuper venditione facta,quæ re vera non exiſtit,ſicuti non entis nullæ ſunt partes, *l.Seya egreſſa, ff. de teſtam.tut.* ita aſſenſus eſt omninò, & penitus nullus, & proinde non poteſt emergi quæſtio ſi extendatur ad futura, cum extenſio non poſſit conſiderari de eo, quod non exiſtit; cum id ſit impoſſibile à parte rei, & impoſſibilitas iuris æquiparatur impoſſibilitati naturæ, *l.*2. *in fin. ff. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſum.*

Non ſic in aſſenſu dato ſuper venditione fa- 41
cienda, quia cum detur ſuper illa facultate alienandi, quæ ex voluntate vaſalli dependet aſſenſus ſuper illo iure voluntariæ facultatis alienandi ſubſiſtit,quia licèt vendiderit in præteritum, poterit iterum de nouo vendere,& illa facultas voluntaria in potentia reducibilis ad actum dixerunt Iureconſulti pro ipſo actu haberi in *l. quæſitum*,§. *illud,ff. de leg.*3. *l. abeſſe, & l. mittuntur, ff. ex quibus cauſis mar. pœn. ff. de milit. teſt.* cum in tali caſu, idem ſit aliquid fieri poſſe, ac cum effectu factum, *l.Labeo, ff. de Statu lib.* vbi dixit Iureconſultus,ſic à veteribus *legem* 12. *tab.* fuiſſe interpretatam,& *cap. non ſolum,de appellat.* & proinde de aſſenſu ſuper facienda alienatione, quia iure ſubſiſtit benè quæritur, ſi retrotrahatur ad præterita, & retrotrahi conſtat nedum ex indubitata doctrina Pauli, vbi ceſſat intereſſe conſentientis, & ex deciſis per Iureconſultum *in d. l. ſi quis filio exhæredato*, §. *irritum, ff. de iniuſt.*

iniust. rupt. sed etiam per infinitos, & innumerabiles casus enumeratos per Alexand. *cons.* 146. *vol.* 5. per Hyppol. de Marsil. *in l. quæstiones à num.* 42. *vsque ad num.* 52. *ff. de quæst.* per Ias. *in l. quominus, quæst.* 21. *ff. de flum.* in quibus pluries decisum asserunt licentiam Principis, siue Papæ pro aliquid faciendo validare factum, etiam in concessionibus præbendarum.

42 Tamen re vera prædicti moderniores interpretes examinati, quod doctrina Pauli de Castro verè non militaret de iure Regni, potius ex aliis rationibus, quæ in vtroque casu militant simultanè dixere, quod sicuti assensus super venditione facienda non validat factam, sic assensus super venditione facta non validet faciendam.

Rationes quas dixerunt militare in vtroque casu sunt, quia vtrobique videtur taxatum tempus, vel in præteritum, vel in futurum, & assensus non extenditur de tempore ad tempus, nec de contractu ad contractum, quia non vult contemni Dominus, vt eo inscio quicquam fiat, & seruanda est voluntas Domini in tempore statuto, & licet cesset interesse Domini, quoad ipsum feudum, non cessat interesse voluntatis ipsius Domini, quod interesse semper militat, hæ sunt rationes adductæ per Camerar. *in cap. Imperialem, fol.* 54.

Frecc. verò *quæst.* 11. *lib.* 2. *de sub feud.* addidit prædictis aliam rationem, quod cum de stilo Regiæ Cancellariæ in omnibus assensibus adsit clausula veris existentibus prænarratis redditur assensus conditionalis, & proinde non possit in quæstionem deduci, si assensus super alienatione facienda validet factam, neque si assensus sit super facta validet faciendam.

43 Sed huiusmodi ratio per Frecc. proposita est pro nihilo, cum dicta clausula ad nihil inseruiat, ex quo continet expressionem eorum, quæ tacitè insunt, quæ ex vulgatis iuribus nihil operatur, dum in *cap.* 1. *de rescript.* expresse dicitur, quod semper sit intelligenda hæc conditio, si preces veritate nitantur, & ad huiusmodi clausulam, quæ semper tacitè inest, respondet alter Text. *in cap. super literis* 20. *eod. tit. de rescript.* non militare si falsitas, vel veritas occultata sit de iis, quæ quamvis fuissent tacita, vel expressa, *nos Nihilominus, concessissemus*, vbi notant Canonistæ omnes, id procedere quando si aliquid expressisset facilius dedisset, vnde cum non sit dubium si fuisset expressum in precibus eam venditionem faciendam fuisse factam facilius fuisset assensus concessus, quia facilius validatur factum, quam faciendum ex supra citatis doctrinis: nihil ergo operatur illa clausula Cancellariæ per Frecciam ponderata veris existentibus prænarratis, quia illa non militat in iis, quæ si fuissent enarrata facilius consensisset, iuxtà *Decij* doctrinam *cons.* 555. & Gloss. *fin. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.* vbi dixit, quod illud, de quo si interrogatus fuisset, idem respondisset, habetur pro expresso, imo Gizzarell. *decis.* 70. *num.* 6. dixit per S. C. fuisse iudicatum ex clausula prædicta non excludi ea, quæ de iure insunt, & subaudiuntur in assensu, sed fuisse adinuentam solum ne feudi natura, & substantia mutetur, iuxta Frec. doctrinam *lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 5. & sic retulisse antiquiores Dominos de Cancellaria.

44 Prout neque obstant vanæ rationes adductæ per Camerar. *fol.* 54. *& à ter.* cum ad eam negatiuam opinionem fuerit inductus Camerar. potius ex spiritu contradictionis, quam veritatis, credens nimis se magnificare, quod contradiceret doctrinis Antonij de Alexandro, & Sigismundi de Loffredo parui faciendo de talibus doctissimis viris, dum allegata *decis.* Afflicti 355. quæ nihil in hac opinione determinauit (vt dicam infra) subdit in ludibrium Antonij de Alexandro, & Loffredi (*tractent fabrilia fabri*) quasi quod illi eminentissimi viri non fuerint habiles pro his feudalibus fabrilibus, proinde rationes per ipsum adductæ in sua vanitate, & malignitate euanescunt, nam quod de iure Regni, vt ipse dicit, adsit quoque pœna amissionis feudi in alienante absque assensu, hoc est contra expressa verba Andr. *in cap. primo, de vassallo, qui contra Constit. Loth.* quæ verba supra transcripsimus, cui adhærendum cum sit verum Carrotium in feudis, dixit namque Camerar. contendendo doctissimos viros *fol.* 54. *lit. V*, non considerarunt D. Antonius de Alexandro, & Dom. Loffredus inter ius commune, & Regni hanc esse differentiam, quia de iure communi vasallus, qui alienauit, reuocat antequam Dominus conqueratur, de iure Regni antequam lis contestetur, cum in vtroque iure æquiuocauit Camerar. quia de iure communi non opus est conquestu Domini, vt aperiatur feudum, sic Text. *in cap. Imperialem*, his verbis, *qui illicitas alienationis reperti fuerint contraxisse feudum amittant, & ad Dominum libere reuertatur*, vbi Gloss. subdit, *ipso iure quoad vassallum, qui alienauit*, de iure verò Regni duo copulatiuè requiruntur: primum, quod vasallus etiam concesso à Iudice termino se abstineat, & nolit reuocare, & secundum, quod elapso termino Dominus contestauerit litem, quod non est considerabile, vt supra dixi, quia reuocatio Domini succedit solum in defectum vasalli nolentis reuocare, ad instar gradus successionis, nam qui est in primo gradu habet ius succedendi, si is, qui est in primo se abstinet à successione, & sustulit se de medio oritur ius succedendi ei, qui est in secundo, sed quousque primus non sustulit se de medio vlterior in gradu nullum ius habet in successione, nec que in re, neque in spe, sic in feudo alienato absque assensu, Dominus nullum ius habet in feudo, quia est correctum ius commune nullum ius habet in spe, quia non datur locus Domino reuocandi nisi vasallus se abstineat à reuocatione, & spes, quæ fundatur super facto dependente ex voluntate alterius non est considerabilis, Bart. *in l. fin. in fin. C. de pact.* proinde tutior est doctrina Loffredi, & Antonij de Alex.

Sed dicam facilius, huiusmodi facultas reuo- 45
candi alienationem absque assensu eidem alienatori vigore Constitutionis, ea ratione fuit concessa, quia ante Constitutionem de iure ciuili poterat reuocare alienans per iura in *l. post mortem, ff. de adopt. l. prima, de lib. causæ, l. quemadmodum, C. de agr. & cens. lib.* 10. per quæ iura sic dixit Andr. *in cap. Imperialem, num.* 16. *post additionem* vbi Lipar. *litt. S*, dixit, sic esse permissum ante *Constitutionem Diuæ memoriæ*, & quod militabat huiusmodi reuocatio ante traditionem alienati feudi, imò etiam de iure communi feudorum non facta aliqua reuocatione, vel post traditionem alienati feudi absque assensu, licet alienatio esset nulla, & feudum reuertebatur ad Dominum, tamen non ad ipsum remansurum, sed vt aperiretur agnatis, prout antiquitus in *cap.* 1. *qual. olim feudum al. pot.* prohibitiones namque Lotha. & Federic. nihil innouauerunt, vt deuoluto feudo ad Dominum ob alienationem absque assensu idem feudum in beneficium

agnatorum non peruenireț, ſic Gloſſ. communiter recepta in *cap. primo*, §. *hoc quoque, ver. partem ſuam*, *de ſucc. feud.* vbi dixit ſic procedere poſt prædictas prohibitiones Lothar. & Federic. idque ea ratione, quia contemptus Domini ipſum non requirendo in alienatione inducit quandam leuem culpam in vaſallo, quæ eſt apta ad nullitatem illius actus, ſed ex eo non oritur illud delictum directum in Dominum ex quo poſſit agnatis obeſſe, etiam ne ſit in ſimplici facultate vaſſalli ad ipſius nutum priuare agnatos feudo, vt optimè conſiderat Bald. *in cap.* 1. §. *denique num.* 56. *quæ ſit.* 1. *cauſa benef. amitt. & feudum*, quamvis ſit hæreditarium primo acquirenti, & agnatis conceditur, & ad extraneos eſt prohibita diſpoſitio, & vltra, id, quod ſucceſſor in feudo hæreditario hæres defuncti eſſe cogatur, in cæteris retinet propriam naturam feudi recti, vt communiter interpretes per terminos Text. *in cap. primo*, *de feud. non habente prop. natur.*

Eandem Gloſſ. doctrinam ſequutus eſt Andr. *in cap. primo*, §. *fin. num.* 21. *quę ſit prima cauſa benef. amitt.* per hæc verba, *Propter contemptum Domini, non Domino, ſed agnatis aperitur feudum*, & idem Andr. *in cap. primo*, §. *& olim de ſucc. feud. num.* 5. per hæc verba, *facta alienatione abſque aſſenſu feudum reuertatur ad Dominum, & decedente alienatore redit ad agnatum, vel ad Dominum ſi nolunt agnati.*

46 Et propterea hanc communem ſententiam, quod alienato feudo abſque aſſenſu feudum pertineat ad agnatos militare in feudo nouo, & hæreditario, firmat Hart. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 9. *verſ. ecce textus*, *& num.* 10. quamvis alij interpretes voluerint doctrinam Gloſſ. & Andr. procedere ſolum in feudo antiquo, & licet ibidem Piſtor. reſideat in ea opinione, quod viuo alienatore feudum remaneat penes Dominum, & poſt alienatoris mortem ad agnatos, *vt in dicta q.* 17. *in fin.* nobis autem non licet recedere ab Andr. & Gloſſ. qui generaliter loquuti ſunt.

Ante prohibitiones Lothar. & Federici licitum erat vaſallo vendere medietatem feudi irrequiſito Domino, habebant tamen tam Dominus, quàm agnati alienantis facultatem reuocandi alienationem pro eodem pretio, ſed præferebatur agnatus Domino, & facultas reuocandi per agnatum præſcribebatur ſpatio 30. annorum, vt in *cap. primo*, §. *porrò qualiter olim feudal. pot.* & ſic ſemper reuocatio fuit habita præſcriptibilis ſpatio 30. annorum, & ad inſtar illius reuocationis fuit introducta reuocatio vigore Conſtitutionis.

47 Ex his motus Federicus Imperator, quod per alienationem irrequiſito Domino feudum non remaneret in ipſum pro ea nullitate prohibitæ alienationis, ideò in ſua conſtitutione eam facultatem reuocandi magis amplam conceſſit, & ampliauit etiam tradito feudo emptori, vt idem alienans reuocaret actum prædictum de per ſe nullum, corrigendo ius commune quantum ad hoc, quod per prohibitiones Lotharij, & Federici poſt traditum feudum ſolus Dominus reuocabat, & ipſo iure ad ipſum feudum reuertebatur; quamvis pro beneficio agnati, remanſit ſolum poſt conſtitutionem, quod ſi alienator non reuocat, poſſit reuocare Dominus, quia non per hoc, quod eam facultatem conceſſit vaſallo eam à ſe Dominus penitus abdicauit, ſed competit, iuxta Andr. doctrinam, quod dandus ſit terminus alienatori per Iudicem ad reuocandum: quo elapſo, ſi nolit reuocare, poteſt reuocare Dominus, quia ſemper fuit Prælatus agnatus Domino ad reuocandum.

Ex quibus omnibus ſatis conſtat quanto de- 48
ceptus fuerit Paul. de Caſtro *in d. l. ſi quis filio exhæredato*, §. *irritum*, *ff. de iniuſt. rupt.* limitando regulam, quod conceſſo aſſenſu in aliquo faciendo validet factum non militare in aſſenſu pro alienatione facienda rei feudalis, & rei emphyteoticæ, quia in his duobus caſibus dixit Paul. aſſenſum ſuper alienatione facienda non validare factam eo, quod non ſit præſumendum velle remittere pœnam amiſſi feudi, & ad Dominum iam pertinentis, quod eſt falſum; nam limitatio prædicta Pauli benè procedit reſpectu rei emphyteoticæ ſolum, quæ omninò ad Dominum directum pertinet, & in ſui beneficium remanet, non autem in feudo alienato irrequiſito Domino, quod licet de iure communi èi aperiebatur in beneficium tamen agnati reſidebat, quam differentiam inter feudum, & rem emphyteoticam, aduertit inter multos Io. Baptiſta de Sancto Seuerino *in repet. cap. primo*, *de feu. cogn. verſ. nunc videamus differentias*, his verbis, *Septimò, inquit, differunt, quia ſi vaſallus feudum alienet irrequiſito Domino reuertitur ad agnatos excluſo Domino, tam de iure veteri, quàm de iure nouo, vt per* Gloſſ. & Iac. de Belvis, & DD. *in cap.* 1. §. *hoc quoque*, *de ſucc. feud. Res verò emphyteotica taliter alienata reuertitur ad Dominum aliis excluſis, l. prima C. de iure emphyt. huc vſque* Io. Baptiſta de Sancto Seuerino, & non obſtante tali euidenti fallacia Pauli de Caſtro ex illius dictis, inconſiderate tot interpretes ſequuti fuere illius opinionem negatiuam, quod non ſolum de iure communi, ſed etiam de iure Regni aſſenſus ſuper feudi alienatione facienda non validet factam.

Huc pertinet referre verba Fanuc. de Fanuc. 49
in tract. de inuent. part. 5. *num.* 38. *mirum eſt inquit, ac difficile dictu, quam facile in grauiſſimos errores labantur noſtri interpretes, dum ita ducuntur, & ſequi Duci aſſentiunt authoritate alicuius præcedentis Doctoris, vt prorſus quidem cœci videantur non inſpicientes ea, quæ ſunt luce meridiana clariora.*

Quid enim luce clarius, tam de iure Regni, quàm de iure communi feudorum, ob alienationem feudi irrequiſito Domino illud tunc ipſi Domino pertinere: quando alienator nolit reuocare, vel agnati nolint feudum vtrumque numquam conſiderabile, & ſic conſtat doctrinam Pauli de Caſtro, & ſequacium in totum corruere.

Quo verò ad alia media adducta per Camerar. dico, quod ipſemet Camerar. affirmat aſſenſum trahi poſſe ad præterita, & futura, quando ceſſat intereſſe Domini, iuxta terminos Text. in *l. fin. C. ad Macedon.* per ipſum allegati, & dum de iure Regni ceſſat intereſſe Domini etiam ex clauſula, *ſaluo aſſenſu*, & non aliter, quam clauſulam ſaluare caducitatem, idem Camerar. non dubitat, igitur poſſe trahi aſſenſum ad præterita non ambigendum, cum non ſimus in eo caſu, vt aſſenſus non extendatur de tempore ad tempus, & de contractu ad contractum cum agatur de ea indiuiduali venditione facta inter eaſdem partes, quam permittebat Dominus faciendam, & non videtur appoſitum tempus aliquod, ſcilicet ſi fiat infra annum, quo caſu non extenderetur vltra, iuxta terminos Iureconſulti *in l. ſicut*, §. *finali*, *ff. quib. cau. pign. vel hypot. ſol...* imò aſſenſus fuit datus pro venditione facienda nullo præfixo termino, vnde ſi quocunque tempore poſſet fieri in futurum, quare non retrotrahi poteſt ad præteri-

tum

tùm cessante quocunque interesse Domini etiam voluntatis, neque adest illius Domini contemptus, quia exposita ipsi Domino alienatione facienda, in concedendo Dominus assensum cogitauit, id quod ius vult, vt ex doctrina Camerar. *fol.58. in cap.Imperialem*, ad quod allegat Text. *in l.si cui, ff.de seruit.* & si de iure ex dicto Textu *in l.si quis filio exhæredato, §. irritum*, consensus de alienatione facienda, ex intentione Principis concedentis, validat factam, igitur cogitauit Dominus in casu nostro, licèt exprimeretur alienatio facienda adhuc validare factam, quia assensus ne dum habet locum in expresso, sed etiam in eo, quod ius intelligit, sic Andr. *in cap. 1. qui succ.ten.* Camerar. *in cap.Imperialem, fol.9.à terg. litt.T*, & propterea quamvis in assensu procedatur in materia stricta adhuc in eodem assensu alienatio facta comprehenditur ex vi comprehensiua non extensiua.

50 Rectè igitur nulla fuit habita ratio de mediis per Gamer.& Frecc. consideratis *in decis.* Franchis 105. & contra Camerar. & fiscum fuit decisum assensum validasse venditione faciendam licèt fuisset præstitus super venditione facta.

Et quamvis respectu assensus Ioan. Vincentij Brancia simus in casu contrario de quo *in dict. decisione*, quia sumus in assensu super venditione facienda si validat factam; à fortiori tamen procedit *decisio prædicta* Franch.105.in casu nostro, cum facilius validetur facta, quam facienda, & facilius sit extensio de assensu super alienatione facienda ad factam, quam de alienatione facta ad faciendam, vt supra dixi, & satis sit, quod in ea *decis.*105.fuerint reiecta media per Camerar. & Frecc. adducta ex quibus in vtroque casu fundabant assensum inualidum.

Habemus igitur duas expressas decisiones in vtroque casu, prima de qua testificatur Antonius de Alexandro in causa Nicolai Villani de Sancto Seuerino, & illa fuit in assensu præstito super venditione facienda, quod validet factam secundam per Franch. *decis.*105. in casu contrario, quod assensus super venditione facta validet faciendam, & hæc secunda à fortiori confirmat primam, iuxta terminos Text. *in l. de accessionibus, ff.de perpet.* & *temp. præscript.auth. multo magis, C.de Sacros.Eccl.*

51 Et quamvis decisiones intermediæ vti emendatæ non obstarent adhuc dico nullam fuisse habitam rationem *de decis.* Afflict. 355. quia casus illius decisionis non est applicabilis articulo de quo tractatur, ibi enim creditor in actione personali non habens feudum obligatum condemnato debitore exequutionem fecerat super feudo, petierat deinde assensum pro exequutione facienda per Iudicem, & pro adiudicatione feudi pro dicto credito, & erat iam facta tam executio, quam adiudicatio contra voluntatem feudatarij vtilis Domini, qui contra dicebat adiudicationi factæ, & faciendæ, quapropter dum actus Iudicis fuerat omnino nullus dominium feudi non discesserat à feudatario vtili domino licèt debitore, nullum in ea decisione potuit esse, dubium assensum super exequutione facienda non validare factam, quia erat in præiudicium feudatarij vtilis Domini, sed vbi cessat præiudicium Domini consentientis, & adest continuata voluntas vasalli alienantis, & cessat præiudicium cuiuscunque tertij, assensus super facienda validare factam non dubitandum, prout concludit ibidem Vrsil.potius aduersando, quam adhærendo decisioni prædictæ, & idem Afflict. *in Constitutione Constitutionem Diuæ memoriæ*, licet dicat assensum super facienda non validare factam intelligit de iure communi feudorum, non autem de iure Regni dum reddit ibi rationem, quia non intelligitur remissa pœna caducitatis *in dec.111. n.2.* ipse Afflict. dixit quod de iure Regni non amittitur feudum.

Non obstat *decis.* Ioan. Vincentij de Anna *in suo singul.*40. quia idemmet Ioan. Vincentio de Anna vti interpres feudorum pro veritate *in Constitutione Constitutionem Diuæ memoriæ, n.*210. proposita interpretatione doctrinæ Pauli de Castro *in d.§.irritum*, dixit, fuisse iudicatum pro opinione Pauli de Castro, his verbis: 52

Fuit maxima quæstio per hanc lectionem meam in Regia Camera inter Regium Fiscum, & Octauium Carrafam, & licet esset prolata sententia pro Paulo de Castro, tamen pulchram dabat limitationem maximus ille Aduocatus Fabius Marchesius, cui annuebat subtilis ille Præsidens Didacus de Escobar, & sic quamvis Anna referat eandem decisionem de qua *in suo singul.*40. tamen pro veritate in repetitione dictæ Constitutionis residet Anna cum limitatione eximij Fabij Marchesij, & subtilis Præsidentis de Escobar, quæ erat, quod de iure Regni cessat pœna amissionis feudi, ideò de illis, & similibus decisionibus nulla fuit habita ratio plenissimè discusso articulo in Regia Camera cum adiunctis Sacri Consilij *in dict. decisione* Franch.105. à qua non discedendum, dum semper etiam ab antiquis patribus fuit habita pro vera, & indubitatis rationibus fulcita illa interpretatio, quod saltim tam de iure Regni, quam ex clausula saluo assensu, & non aliter assensus super alienatione feudi facienda validet factam, prout si esset iudicandum pro Ioan. Vincentio Brancia in causa adeo vanarum reuocationum quæ cum non subsistant non militent, neque sint admittendæ omninò condẽnandus aduersarius ad solutionem tertiarum, prout spero à doctissimis Senatoribus quorum eminentiæ, & pietati me submitto.

Hæc est illa causa de qua Consiliarius de Rosa *consultatione* 23. quæ fuit transactione finita, vt idem refert.

DISCEPT. CCCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, & disputatur.*
2 *Status delinquentis narratur.*
3 *Immunitas Ecclesiastica an competat loco, de quo in præsenti.*
4 *Immunitas an competat loco fundato authoritate Episcopi, & quid si sit dirutus.*
5 *Immunitas an competat loco vbi habitarunt Presbyteri Congregati authoritate Episcopi.*
6 *Immunitas Ecclesiastica an competat loco Religiosorum, in quo non sit Ecclesia.*
7 *Locus, in quo Religiosi sunt destinati, vel habitant gaudent immunitate.*
8 *Locus Religiosus dicitur etiam ille, in quo habitant Clerici cum authoritate Episcopi.*
9 *Bulla Gregorij XIV. adducitur, & ponderatur ad propositum.*
10 *Thorus* part.2. *in verbo immunitas punctualiter affertur.*
11 *Locus contiguus Ecclesiæ gaudet immunitate, & quando.*

12 *Immunitas conceditur loco, qui sit in Dominio Ecclesiæ.*
13 *Immunitatem concedi loco contiguo Ecclesiæ, probatur exemplis.*
14 *Pignatelli* consultatio 176. *adducitur ad propositum.*
15 *Monitorium affixum in domo an arguat non esse locum pium.*
16 *Extractus qualiter sit restituendus loco, à quo est extractus.*

ARGVMENTVM.

Immunitate Ecclesiastica gaudere locum illum, qui authoritate Episcopi est fundatus licet non sit Ecclesia, neque Cemeterium, neque Religiosi habitantes, licèt habitauerint prius Clerici in communi cum authoritate Episcopi, sicut gaudet locus, qui est destinatus ad habitandum Religiosos, dum fundat Ecclesiam, & affertur casus decisus, &c.

FACTVM, ET IVS PRO Vincentio de Gaudio, CONTRA Regium Fiscum.

Valente Scriba.

1 COLLEGIVM fecimus cum Magnifico Ioanne Vincentio Sanfelicio Aduocato maximo in criminalibus, & plura adduxit, & addidimus, de quibus in præsenti.

Supponitur ergo in facto, quòd Vincentius de Gaudio Terræ Cuccari, Prouinciæ Principatus citra, anno iam proximè decurso, dum permanebat in quodam loco, vbi dicitur il Conuentuolo, sito, & posito in eadem Terra in atrio, ambitu, & districtu Ecclesiæ sub titulo Sancti Leonardi, fuit maxima cum violentia à nonnullis Reuerend. Audientiæ Prouincialis militibus extractus, ligatúsque per atrium eiusdem Ecclesiæ ductus, & ad Carceres Reuerend. Audientiæ, deinde ad Carceres M. C. V. coniectus, in quibus ad præsens miser reperitur, in R. Iuncta exulum in causa eius prætensæ inquisitionis procedebatur ad vlteriora (Dum Vincentius supponitur inquisitus de alimentatione, victúque præstito in personas nonnullorum Capituum bannitorum, quorum agnomina sunt, Tramotana, & Scianello, iidem vna simul cum sociis obtinuerunt gratiam modificatiuam à S.C. inseruiendi in Præsidio clauso per biennium) institit impartiri sibi terminum super repositione ad locum immunem, à quo fuit extractus, obtinuit terminum, quo pendente, imò compilato, & fundata eius intentione, Excellentissimus huius Regni Prorex ad peragendas gratias generales omnibus iam in vinculis mancipatis ad M. C. V. se contulit, ad cuius pedes abiens flexis genibus, gratiam implorabat, sicuti & alij, infelix non obtinuit, non alia de causa, quia pendebat articulus repositionis ad suimet ipsius beneficium, & instantiam intentatus, cui iam paratus erat renuntiare, eoque magis, quia prætensi criminis..... non sit grauis, dum pœna, vt plurimum reducitur ad compositionem pecuniariam, opus non est partis remissione, imò principales delinquentes verè facinorosi fuerunt à S.E. aggratiati, & beneficium ratione consortis ad alium porrigitur ex Text. *in l. 1. Cod. de diuers. rescript.* Reg. Mantica *resol.* 160.

2 Duorum circiter annorum interstitio derelictus Vincentius, Carcerum squalore maceratus, aduersæ fortunæ iniuria defatigatus, maximáque inopia oppressus ob numerum filiorum, tótque sororum virginum in honore periclitantium, facta igitur monitione in causa, firmè credit cliens, & in spem ducitur sub auspiciis DD. iudicantium, esse locum petitæ repositioni.

In præsentiarum non agitur, an Vincentius fuerit, vel non extractus à dicto loco, cum Regius Fiscus huiusmodi extractionem haud inficiet. Prætereà septem testes in termino repositionis in primo articulo deponunt de auditu publicè manè sequenti dictam extractionem nocte antecedenti factam à Militibus R. Audientiæ, sed solummodo differitur, Num locus iste sit immunis, necne?

3 Ego verò Vincentij partes tuendo, facilè, vt spero, demonstrabo, eiusdem locum esse immunem, siquidem locus iste, prout est ex se pius, ac Religiosus vndique reputatur, ex eo quia *in art. 1. & 9.* constat per testes numero septem, locum hunc nuncupari, il Conuentuolo di S. Leonardo, & *in art. 9.* iidem testes asserunt, antiquitus eodem in loco erat quædam Ecclesia licèt diruta sub titulo Santissimi Sacramenti. Item *in 2. 3. 4. & 5. artic.* plures testes seniores deponunt eundem locum fuisse ad pium vsum erectum sumptibus nonnullorum Ciuium dictæ Terræ, & præcipuè sororis quondam Constantiæ Scodalupi, Clerici Iosephi Antonini (sicuti & ipsemet Ioseph hoc idem per actum publicum testatur, vt in actis, &c.) Necnon Reuerendus quondam D. Bartholomeus Lombardus, dum eius anima ab hac vita ad Cœlum iam iam erat proficiscenda, in suo vltimo elogio asseruit, præfatum ædificium fuisse constructum etiam suis sumptibus ob eleemosynam. Confert ad hæc quod notatur in principio testamenti scripsit: Accessimus ad quandam Cameram sitam intus dictam Terram in loco dicto S. Lonardo, vbi inuenimus Præfatum D. Bartholomeum in lecto iacentem, &c. copia cuius testamenti fuit exemplata à scriba causæ, & nescio ad quem finem.

4 Super quibusmet *artic. 2. 3. 4. & 5.* plures testes seniores de visu testantur, primum lapidem præfati ædificij fuisse benedictum ab Illustrissimo Don Thoma Carafa, tunc meritissimo Episcopo illius Diœcesis Caputaquensis; qui quidem lapis fuit ad locum dicti ædificij à Reuerendo D. Bartholomeo Lombardo; tunc Archipresbytero manibus propriis ductus, vnà simul cum toto Clero, & Populo processionaliter maxima cum deuotione ducendo, & lapides, calcem, ligna, &c. imò cum metipsis signis, quæ cooperiebant domum Curiæ illius Terræ, fuit ædificium

cium istud coopertum, taliter quod locus hic ab omnibus reputatur immunis, eoque magis, quia quolibet anno fuit visitatus ab Illustrissimis retrò Archiepiscopis, nunc autem visitatur ab Ordinario Diœcesano, plures testes deponũt hoc in secundo articulo, ad cuius corroborationem producitur in actis particula visitationis: Prætereà hodiernus Archiepiscopus cum suis litteris hortatorialibus, prout in actis, certificauit Regiam Audientiam tempore capturæ clientis, locum istum esse immunem, ad quem reponi ipse debebat.

5 Itidem *in 6. art.* plures testes de visu testificantur, quo in loco vnanimiter habitarunt RR. D. Bartholomæus Lombardus Rector, D. Antonius de Sanctis, D. Petrus Oristanius, D. Dominicus de Tanni, & D. Octauius Arnorelli Sacerdotes, & Clericus Ioseph Antonini in communi religiosè viuentes, & ad præsens RR. D. Carolus Farao, & D. Petrus Basile Sacerdotes cum assensu, & beneplacito Reuerendissimi Vicarij Generalis Diœcesani, impetrato in progressu sanctæ Visitationis, ex quo D. Petrus intendebat ibi religiosè habitare, sicut & quondam D. Bartholomæus Lombardus eius Auunculus, vt in actis, plura peragendo exercitia spiritualia, & præcipuè doctrinam Christianam alios docendo; Necnon in quadam Camera eiusdem loci adest Capella sub titulo sanctæ Catharinæ, in qua quolibet die Dominico post prandium faciebant Congregationem, magna Populi ædificatione, totumque id patet etiam ex actu publico facto à sindicis, & Electis dictæ Vniuersitatis, vt in actis, vt in alia fide in actis præsentata à nonnullis Ciuibus dictæ Terræ, apparet, quòd illi Sacerdotes ibi habitantes Missam celebrabant in dicta Ecclesia sancti Leonardi.

6 Modo oritur quæstio, immunitas Ecclesiastica, qua gaudent Ecclesiæ, an extendatur ad locum Religiosorum viuorum religiosè vnanimiter viuentium, & si in eo loco aliqua Ecclesia, vel Capella adhuc ædificata non sit.

7 In qua quæstione Marius Ital. *in suo tract. de immunit. Eccles. cap.* 4. §. 6. *num.* 10. tenet, immunitate gaudere Domus Religiosorum, etiam si extra passus inessent, postquam etiam diuina Officia, & alia ad eos pertinentia celebrari possunt pro cultu Diuino, quo casu loca ipsa religiosa efficiuntur, intuitu earum personarum Religiosarum, eo quia homo sanctificat locum, & sic persona, non locus personam, *cap.* 1. *dist.* 40. ita persona sacra, vt Clericus ordinatus locum sanctificat, non locus personam, Franch. *decis.* 499. *n.* 4. Sicuti de Iur. ciuili locus religiosus efficitur per mortui repositionem, §. *Religiosorum, instit. de rer. diuis.* quanto magis homo viuens, & sacris Ordinibus decoratus, addito quoque numero ipsorum multo fortius domus eorum prærogatiuis, ac priuilegiis potiri debent.

8 Prætereà nomine loci religiosi venire non solum domus verè Religiosorum, sed Clericorum secularium ad instar Religiosorum in communi viuentium, quales sunt Patres Congregationis Oratorij sancti Philippi Nerei, & similes, Domos item pias, seminaria Puerorum, domos Mulierum conuersitarum, ac alias similes Apostolica, vel Ordinaria authoritate erectas, quibus adde Grancias, quæ sunt veluti hospitia Religiosorum, & Monasterij membra sub authoritate Prælati Monasterij, cuius sunt Granciæ, Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 108.

9 His adstipulatur Bulla Gregor. XIV. loca sacra, & Religiosa reputantur, Primo Ecclesiæ, Secundo Monasteria, aliaque loca pia. Tertio Domus, seu Palatia Episcopalia. Quarto Oratoria, & tandem hæc immunitas extenditur ad totam Ecclesiæ fabricam, etiam quoad habitationem coniunctam, & hoc etiam procedit de aliis omnibus locis piis, & Religiosis, vt scripsit Mich. Angel. Donat. *de immun. resol.* 38. *num.* 10. ex verbis eiusdem Bullæ in ibi: Monasterij domibus, lociſve Religiosis, nec non nomine Ecclesiæ omnem comprehendi locum pium, Io. Andr. *in cap. si aduersus, num.* 1. *de restit. in integrum.* Vnde cum hodie omnibus Ecclesiis, lociſve piis, siue Religiosis competat immunitas *cap. definiuit* 17. *q.* 4. Ricc. *d.* 147. *num.* 2. *part.* 1. Ideo confugientes ad ea, extrahendi non sunt, etiam si dicta domus, locaque pia sacra non sint, Decian. *lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 32.

Quæ fortius suadentur ex decis. quam refert 10
Thor. *in compend. decis. part.* 2. *verb. Immunitas*, vbi aduenientibus quibusdam Clericis, nuncupatis Bernabiti, Neapolim, vt eorum Religionem fundarent de ordine Ordinarij, intereà conduxerunt quamdam domum sitam alli Pianellari, à Matthæo Golino, ibique clericaliter viuentes, Diuina officia recitantes, &c. & si ibidem nec Ecclesia, aut Capella adhuc fuissent ædificata; Euenit quod cum fuisset à nonnullis satellitibus persecutus Iulius Cæsar Ascolensis, inquisitus in M. C. V. confugit ad domum prædictam, apponendo manum in anulo Ianuæ, ac pedem ad gradum eiusdem, inde per eos captus, & carceratus, institit pro repositione. M. C. V. ad relationem Regij tunc Consiliarij Marci Antonij Morræ in Aula criminali existentis, decreuit, captum esse reponendum, & Genuens. *in pract. Archiep. cap.* 22. *num.* 10. dicit in hac ciuitate fuisse declaratum gaudere immunitate Ecclesiastica domum furni Seminarij. Quid dicam de loco, de quo agitur, non est domus conductitia, vt in casu Thori, sed domus ad vsum pium erecta, etiam cum assensu Ordinarij, qui quidem assensus supponitur tam per supradictam visitationem eiusdem loci, quam etiam in fundatione ædificij præfati per primarium lapidem ab Archiepiscopo benedictum, & aduertit Michael Angel. Donat. *vbi supra, resol.* 39. *num.* 9. ex doctrina Ancar. *in cap. Ecclesia, num.* 1. *de immunit. Eccles.*

Sed dato, & non concesso, citra veri præiudi- 11
cium, locum istum non esse pium, & Religiosum, adhuc ex alio capite potiri debere Ecclesiastica immunitate, siquidẽ septem testes super septimo articulo deponunt de visu, locum hunc distare ab Ecclesiastica S. Leonardi circa 12. palmos, imò cõiugi cum illa ex muro alto circa 18. palmos ex parte viæ publicæ, vbi adest Ianua maior, per quam ingreditur tam in dictam Ecclesiam, quam in dictum locum nuncupatum Il conuentuolo, cuius Ianua est è conspectu illius Ecclesiæ sancti Leonardi distantis circa palmos sex, necnon coniugi ex alio muro antequam perueniatur ad viridarium eiusdem Ecclesiæ, quod quidem viridarium est pariter muro circumdatum, patet etiam hoc ex actu publico dictæ vniuersitatis, provt in actis, & *in* 11. *art.* deponunt dicti testes, per atrium eiusdem Ecclesiæ ingreditur tam ad dictam Ecclesiam, quàm ad Campanile eiusdem, & super decimo articulo iidem testes asserunt, tametsi de auditu publicè clientem ibidem captum fuisse, & ductum per atrium Ecclesiæ à Satellitibus Regiæ Audientiæ. Denique *in* 12.

artic. teſtes numero ſeptem teſtantur, locum iſtum ab omnibus immunem exiſtimari, taliter quod non nulli Ciues per tẽpora inquiſiti ob Curiæ metũ ſeſe tutos fecerunt in loco, de quo agitur, & Curiæ Milites eis moleſtiam minimè intulerunt, præterquam quod nonnullæ Mulieres, virique agnati,& cognati capituum bannitorum Sciamillo, e Tramontana pariter ſe recollexere ad locum præfatum propter metum exfractus, à quo loco nondum quiſquam fuit ereptus, niſi pauper Vincentius, vt etiam patet ex ſupradicta fide vniuerſitatis, vbi in ſpecie enunciatur.

12 Quinimo locus iſte eſt in dominio Eccleſiæ, etenim conſtat fuiſſe ædificatum ad vſum pium eleemoſynaliter ſumptibus ſororis quondam Conſtantiæ (quæ ab inteſtato deceſſit) Clerici Ioſephi Antonini, & quondam D. Bartholomæi Lombardi, qui quidem D. Bartholomæus in ſuo vltimo teſtamento ita ait: *Item laſcia, che per quello ſpetta ad'eſſo, che queſto luoco di S.Lonardo, doue al preſente habita eſſo Teſtatore, fabricato da eſſo, ſia delli Padri della doctrina Chriſtiana dello Laurito, purche ci vengono ad'habitare, e non volendolo accettare eſſi, ſe dia ad' altri, che voleſſero venire ad'habitare in detto luogo, e ſeruire Dio in vita commune, e non eſſendo nè l'vno, nè l'altro di queſto, ſe ce faccia vn Conſeruatorio di Donne, ò pure vn hoſpidale per poueri.* Per huiuſmodi legatum eſt etiam quæſitum dominium Eccleſiæ: nam transfertur dominium ad legatarium à die mortis teſtatoris, ex Text. *in l. A Titio de furt.* vltra quod locus præfatus eſt incorporatus Eccleſiæ Parœciali S. Petri, in cuius beneficium vſus loci prædicti ceſſit, vt ex decreto in S. Viſitatione, vt in actis, ex eo quia voluntas teſtatoris non eſt adimpleta, vt ex alio iam conſtat locum iſtum eſſe intra ſepta Eccleſiæ poſitum, & habere hoſtium in atrio Eccleſiæ, igitur gaudere debet immunitatis priuilegio, cum domus Eccleſiæ, quæ ſunt infra fines Eccleſiæ deſignatæ, vel propè, gaudent hoc priuilegio; Hoſtienſ. *in cap. inter alia de Immun. Eccleſ.* Remig. *de Immun. Eccleſ. ampl.* 16. etiam ſi dicta domus ab Eccleſia ſit perſonæ Laicali in emphyteuſim conceſſa, vel locata, Ambroſin. *de Immun. cap.*10. *num.*8. Decian. *vbi ſupra, lib.*6. *cap.*25. *num.*16.

13 Nec deſunt exempla,nam Clar. *in pract. crim. quæſt.*30. *verſ. Hinc eſt*, teſtatur Senatum Mediolanenſem iuſſiſſe Prætori Papiæ, vt reſtitueret Eccleſiæ quemdam Pitium de vxoricidio imputatum, captum in cubiculo cuiuſdam Domus ſitæ intra 16. paſſus ab Eccleſia maiori, dummodò ipſa Domus cohæret Eccleſiæ, & eſſet ipſius Eccleſiæ, & hæc ſententia locum obtinet, etiam ſi ædes Eccleſiæ à Laicis eſſent inhabitatæ, & id etiam in contradictorio Iudicio obtentum fuit, & Iudicis Eccleſiaſtici ſententia confirmatum refert Cartar. *deciſ.*46. & quando hoſtium non eſt in platea publica, vt fuit in caſu, quem affert Regens de Ponte *deciſ.*35. ſed in Atrio, & diſtrictu Eccleſiæ, licet domus ipſa ſit conductitia ad vſum Laicorum,tunc gaudet huiuſmodi priuilegio, vt deciſum inquit Reg.Sanfel. *deciſ.* 136.

14 Denique D. Iacobus Pignatellus *conſult. Canon.conſultat.*176. mouet articulum,an Clericus raptor cum defloratione virginis extractus à domo cohærente Eccleſiæ cum aditu interiori, & ædificata pro habitatione Rectoris, quàm vti illius Capellanus habitabat cum parentibus, & fratribus,retinebatque in locationem,quia ſolita erat locari,ſit reſtituendus, tanquam extractus à loco immuni,ex illius dictis colligitur affirmatiua ſententia. Conferunt ad materiam, quæ ſcripſit Conciol. *de immun.Eccleſ. reſolut.crimin.reſol.*2. *num.*9.vbi de aufugiente intra ſepta Eccleſiæ,qui dixit eſſe loca omnia,quæ ſepe, muro,vel tabulato ſunt circumdata, tamquam vallo quodam munita, quo in loco loquitur etiam de dormitorio de ſeptis Eccleſiæ,de horto,area, & toto manſu, cum Farin. *de immun.Eccleſ.num.*268. & Baiard. ad Clar. §.*fin.quæſt.*30. & Nouar. *in ſumma Bull. tom.*1.*tit. de immunit. num.*2. Epiſcopo Sulmonæ reſpondit, non gaudere immunitate Eccleſiaſtica Reum extractum è viridario Monaſterij illi annexo cum aditu interiori, quia alium habebat in via publica,per quem etiam Mulieres introibant ad colligendos racemos vuarum.

Nec cùm infert obiectio forſan Fiſcalis, ſcri- 15
bam R.And. Prouincialis inueniſſe, atque euelliſſe quoddam monitorium affixum in ianua prædictæ domus,per quod datur intelligi numquam domum iſtam gauiſam fuiſſe huiuſmodi priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ.

Cui obiectioni reſpondetur primo,D.Petrum Baſile petiiſſe à Reuerendiſſimo Vicario Generali expediri monitorium tam ſuper eius bonis mobilibus, quàm ſtabilibus, & ſe mouentibus, quod quidem incongruum erat affigi in ſtabilibus ruralibus,& ſe mouentibus,affixit ipſe in ianua dictæ domus. Secundo ignorauit Vicarius Generalis concedens bona mobilia reperiri in domo prædicta; nam D.Petrus tantum expoſuit, *Viene moleſtato in le robbe di ſua Caſa, ſtabili, & animali,* &c. non faciendo mentionem,quòd bona mobilia reperiebantur in dicta domo poſita intra ſepta Eccleſiæ S.Leonardi,&c. quia vtique non conceſſiſſet, dum ex ſe eſt locus immunis. Tertio huiuſmodi affixio prætenſi monitorij poteſtne præiudicare vniuerſali beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ?certè quod non,cum iſtud priuilegium ſit conceſſum in fauorem vniuerſalem totius Eccleſiæ, præterquam quod D.Petrus non habuit intentionem præiudicare immunitati Eccleſiaſticæ, ſed ſolummodò intendebat cautelis cautelam addere.

Quare cum oſtenſum ſit, locum iſtum vndi- 16
que eſſe immunem,iuſta ratione Vincentium ad illum reponi debere, vnde fuit violenter extractus; nam ſi quis de facto ex Eccleſia,aliove loco ſacro, aut immuni fuit violenter abſtractus, priſtinæ libertati eſt reſtituendus,vt iubet Diu. Auguſt.ad Bonifac. *in epiſt.*187.& *in cap.miror.*17. *quæſt.*4. & notat Bart. *in l.præſenti in princ. C. de his,qui ad Eccleſ.confug.*Guazzin.*defenſ.*1.*cap.*29. *num.*1.

Cætera Domini mei ea qua profitentur erga Dei cultum, pia, atque deuota Religione ſuppleant, &c.

DISCEPT. CCCXLIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, de qua hic.*
2 *Pactum reuerſiuum dotis in capitulis appoſitum qualiter procedat.*
3 *Poſſeſſorium quid operetur in dotis exactione.*
4 *Poſſeſſorium qualiter detur.*
5 *Spoliatus ſi agat poſſeſſorio, quæ exceptio opponat.*

6 *Iudicis*

6 *Iudicis arbitrio possessio est, an exceptio requirat altiorem indaginem.*
7 *Spolij nullitas an verificetur.*
8 *Stipulatio rati an obstet spolio.*
9 *Donatio inter viuos præsumitur inter coniuges.*
10 *Pactum reuersiuum in dote valet, si moriatur vxor.*
11 *Pactum reuersiuum in fauorem cuius personæ addi possit.*
12 *Pactum reuersiuum potest multipliciter accipi.*
13 *Pactum reuersiuum cum iuramento valet.*
14 *Iuramentum quid operetur in præsenti.*
15 *Pater dotans filiam an possit onus imponere.*
16 *Frater, vel dotans quando pactum apponere possit.*
17 *Mulier disponens contra formam pacti an valeat,* & num. 18.
19 *Pactum reuersiuum qualiter explicetur.*
20 *Renunciatio stricti Iuris operat.*
21 *Aduersarius ponderatur ad materiam possessoriam.*
22 *Pactum reuersiuum an impediat immissionem.*
23 *Textus* in cap. post electionem de concess. præb. *grauiter ponderatur,*
24 *Pactum reuersiuum quando inualidum in dote.*
25 *Fontanella reprobatur in præsenti.*
26 *Fontanellæ dictum reprobatur.*
27 *Ratio Practicorum Neapolitanorum quæ sit.*
28 *Francus* decis. 421. *adducitur ad materiam.*
29 *Pactum reuersiuum quando operetur.*
30 *Factum reuersiuum, & renunciatio qualiter differant.*
31 *Pactum reuersiuum generaliter conceptum quomodo, & per mortem cuius verificetur.*

ARGVMENTVM.

Pactum reuersiuum in dote qualiter concipiatur, & an intelligatur per mortem viri, vel vxoris, & quid si generaliter conceptum sit, qualiter cum iuramento appositum operetur, & an vxor consentiens, & quid deciderit S. C. apud Francum decis. 121. *& explicatur Textus* in cap. post electionem de concess. præb.

FACTVM, ET IVS PRO

Illustri Marchione Petrellæ.

Actor. Mag. Scacciauento.

1 NEl 1585. *in Messina Gio. de Licandro casò Agata sua sorella con Anibale Staiti, al quale promisse in dote scudi* 5500. fol. 110. in calce 3. vol. *cioè scudi* 500. *al tempo del matrimonio, scudi* 875. *in tanti mobili, scudi* 127. *in tante gioie d.* fol. 110. *à ter. altri scudi* 3000. *trà anni quattro vinculati per farne compra per sicurezza delle doti* fol. 111. *A. & à ter. con l'interesse trà tanto à* 8. *per cento* fol. 112. *e li restanti scudi* 1000. *sopra la Signoria di Venetia* fol. 112. *à ter. sign. Crucis.*

Con questa dote la detta Agata fece amplissima rinunza in forma à beneficio del detto suo fratello fol. 113. à ter. & 114.

Et oltre della detta renunza, perche non li parue conueniente, che vna dote così comoda andasse à persone estranee si pose questo patto nelli Capitoli fol. 116.

ITEM in caso che lo presente matrimonio si 2 *separasse per morte di detta sposa sine filiis ex præsenti matrimonio, seu natis filiis, & exinde quandocunque mortuis tam ante, quàm post mortem dictæ sponsæ in minori ætate, vel in maiori ætate sine filiis ex legitimo matrimonio, che detto sposo sia tenuto alla restitutione di dette doti à detto dotante, suoi heredi, e successori, e di quelli detta sposa non ne possa testare, donare, ne disponere, nec etiam ratione eius legitimæ, se non quanto alla forma di onze cento di denari contanti, à cui, e come li piacerà, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, e quando vorrà, e quante volte li piacerà, volendosi in questo detta sposa pregiudicare scienter, & expressè cum iuramento, etiam quanto alla sua legitima, e supplemento di quella essa sposa renuncia specialiter, & expressè cum iuramento, e lo resto di dette doti ritorni v3. le onze* 400. *seu scuti mille vt supra dotati per detto dotante delli denari di Venetia alli fratri, e sore di detta sposa, e loro heredi, e successori pro aquali portione, e lo ristante di dette doti ritornino, e debbiano ritornare à detto dotante, suoi heredi, e successori, e detto sposo debbia consequire vn letto melioris apparatus, quo erit prima nocte, vel die nuptiarum pretij vnciarum* 200. *reubarum sponsaliciorum extimandarum secundum vsum Messanæ, non obstante quod præsens matrimonium sit firmatum ad vsum Romanorum, e sia tenuto detto sposo à sue spese far li funerali à detta sposa, lo quale letto s'hauerà da dedurre sopra la restitutione di dette doti, ex pacto.*

Separato lo detto matrimonio per morte del detto Anibale Staiti superstite solo D. Vincenzo Staiti vnico figlio, se rimaritò Agata con Tomase Pancaldo con l'istessa prima dote.

Et essendo mancato Gio. de Licandro dal pagamento delli duc. 3000. *e dell' interesse di quelli, à* 12. *di Gennaro* 591. *passò vn altro instrumento trà lui, e Pancaldo, e per li detti scudi* 3000. *li fece vna vendita d'annue entrade ad formam Bullæ à* 8. *per cento* fol. 419. *& à ter. 1. vol.*

A 4. *di Maggio* 630. *la detta Agata vedoua anche del Pancaldo fece donatione à beneficio di detto D. Vincenzo Staiti figlio del primo matrimonio presente, & accettante di tutti li suoi beni* fol. 428. 1. *vol.*

Riseruandosi l'vsufrutto delli beni donati eius vita durante, e dopò la sua morte volse, che peruenessero al detto D. Vincenzo suo figlio quoad vsumfructum, & proprietatem fol. 429.

Però ch'essa donante potesse disponere delli detti beni, donati pro vna vice di tutto quello che poteua disponere in virtù di suoi capitoli matrimoniali initi con Anibale Staiti, e delli beni per essa acquistati potesse disponere à sua volontà fol. 429. *A* 1. *vol. E così ratificò questa donna li capitoli, e lo patto sudetto, e D. Vincenzo suo figlio presente così l'accetta, & approua.*

A 2. *di Settembre* 631. *passò vn instrumento trà la detta Agata, e Flauia Pancaldo sua figlia ex secundo matrimonio, e Marc' Antonio Pagano marito di detta Flauia con l'interuento, e consenso del detto D. Vincenzo Staiti* fol. 743. 3. *vol. nel quale la detta Agata per compiacere à detti sua figlia, e*

genero assigno le terze del detto suo capitale dotale debito per Licandro, ch'erano onze 96. annue per capitale di onze 1200. ad Annibale Balzamo per prezzo di vna cosa camprata per detti coniugi dal detto Balsamo, & versa vice li detti coniugi si obligorno di pagare le dette annue onze 96. alla detta Agata sua vita durante, e dopò sua morte al detto D. Vincenzo Staiti, il quale ne douesse essere vsufruttuario tantùm eius vita durante, e ne potesse disponere solo d'annue onze 16. per capitale d'onze 200. in vita, ò in morte d.fol.745. B. C. & à terg. D.& E. e le restanti annue onze 80. con loro capitale di onze d'onze 1000. nell'vsufrutto, è proprietà, restino, e debbiano andare à beneficio della detta Flauia, e suoi figli nati, e nascituri, e descendenti da loro fol.746. & in defetto di detta Flauia, e suoi figli, e descendenti à beneficio dell'heredi, e successori d'essa Agata, etiam assenti, Notario stipulante, fol.747.B.

A 10. di Settembre 631. la detta Agata fece testamento, & instituì herede vniuersale, e particolare lo detto D. Vincenzo, e particolarmente sopra le dette annue onze 96. debite per detta Flauia Pancaldo, e Marco Antonio Pagano in virtù del precalendato contratto fol.741.

Delle quali annue onze 96. lo detto D. Vincenzo ne douesse essere vsufruttuario sua vita durante tantùm, e dopo la sua morte l'vsufrutto, e proprietà se consolidi alle persone chiamate, e sostituite in detto contratto, cum vinculis, & conditionibus in eo appositis, e delle dette annue onze 96. detto D. Vincenzo ne possa disponere tanto in vita, quanto in morte di onze 16. annue per capitale d'onze 200. iuxta formam dicti contractus, fol.741. 3.volum.

Questo testamento anche stà accettato dal detto D. Vincenzo, atteso è herede di sua madre, vt legitur fol.500. 3.vol. però è vero, che lo detto instrumento de 2. di Settembre 631. circa la permutatione delle dette onze 96. annue fatta con Flauia Pancaldo, e Marc' Antonio Pagano suo marito non hebbe effetto, atteso tanto la detta Agata, quanto lo detto D. Vincenzo sempre hanno esatte le dette entrate, e non Licandro.

A 10. di Gennaro 635. lo detto D. Vincenzo mediante publico instromento donò irreuocabiliter inter viuos li detti duc. 3000. che douea conseguire dall'heredi di Giouanne di Licandro, ch'era Carlo de Licandro all'istesso Carlo, e questo anche in esecutione di quello che più volte l'hauea incarricato la detta Agata, fol.740.3.vol.

Essendosi venduta la terra di Mottaplacanica, dal prezzo di quella furono assignati annui duc. 240. per capitale di duc. 3000. al detto D. Vincenzo, e fù ordinato, che Antonino Musso compratore li corrispondesse dette annue entrate, e lo riconoscesse per Signore, e Padrone del detto capitale, pero tempore redemptionis, capitale non reematur inconsulto S.C. pro cautela non solùm creditorum quondam Caroli de Licandro, sed etiam respectu prætensorum per hæredes dotantis quondam Agathæ de Licandro, folio 253. 3.volum.

Questo fù perche già staua estinguendosi la descendenza della detta Agata con la morte del detto D. Vincenzo, ch'era Sacerdote, & in consequenza questo capitale spettaua all'heredi del dotante.

Vltimamente morì lo detto D. Vincenzo nel 648. e fece herede D. Mario Staiti, fol.483. 3.vol. e scordatosi di tanti contratti, & appartandosi dal douere lasciò duc. 500. pro vna vice à D. Francesco de Licandro figlio del detto Carlo, con che non potesse pretendere altro della sua heredità, folio 484. B.

Fra tanto Antonio Musso, seù il Monastero di S. Domenico in Suriano ha fatto deposito delli detti duc. 3000. di capitale, fol.... E come ch'è mancata la descendenza della detta Agata, essendo morto lo detto Don Vincenzo figlio ex primo matrimonio absque filiis, è Sacerdote, & essendono anche morti tutti li figli ex secundo matrimonio della detta Agatha, come depongono li testimonij super 5.& 6. artic. Secundus testis fol.758. à terg. Sextus testis fol.765. à terg.& 766.1. testis fol.753. à tergo. Sextus testis fol.766. à terg.

Et in consequenza è fatto lo caso apposto nelli capitoli matrimoniali tante volte confirmato, che li detti duc. 3000. ritornino all'heredi del detto Gio. de Licandro dotante, ch'è D. Francesco de Licandro suo nipote ex Carolo filio, al quale spettano li detti duc. 3000. super 7. artic. fol.755. 761. à terg.768. à terg.770.& super 8.fol.751. à terg. fol.762.769.& 770. à terg.

Perciò s'è fatto instanza tanto per parte del detto D. Francesco, quanto delli suoi creditori per la liberatione delli sodetti duc. 3000. fol....

Si giustifica questa dimanda, Primo per li capitoli matrimoniali d'Agata, nelli quali per patto speciale con espresso consenso, e volontà di detta Agata stà vinculato lo dinaro, che debbia restar in beneficio del dotante, e suoi heredi, e successori, sempre che mancasse la descendenza della detta Agata, conforme è socceduto.

Secondo, perche questo dinaro stà di nuouo vinculato con lo medesimo patto nella donatione, che fece la detta Agata al detto D. Vincenzo suo figlio presente, & accettante à 4. di Maggio 630. nella quale di nuouo si conformò con lo detto patto, mentre se disse, che potesse lei disponere pro vna vice tantùm di tutto quello che poteua disponere in virtù delli capitoli matrimoniali sudetti, e cossì stà repetito lo Vincenzo con consenso, e volontà espressa del detto D. Vincenzo.

Terzo, questo stà più chiaramente esplicato nel detto contratto di permutatione delli 2. di Settembre 631. mentre nelle sudette onze 96. annue mancando lo detto D. Vincenzo stà chiamata la detta Flauia Pancaldo ex secundo matrimonio, e dopò li suoi descendenti, & in loro difetto all'heredi, e successori d'essa Agatha, che sono l'istessi heredi, e descendenti del dotante, & in questo contratto anche fù presente, e consentiente lo detto D. Vincenzo.

Quarto, lo stesso stà repetito nel testamento fatto dalla detta Agata à 10. dell'istesso mese di Settembre 631. quale stà accettato dal detto D. Vincenzo, come s'è detto.

Quinto, & vltimo ci è la donatione del 635. fatta dal detto D. Vincenzo, quale leua ogni disputa.

Di modo che la pretendenza del detto Don Mario Staiti herede instituito dal detto D. Vincenzo, il quale pretende lo dinaro, non tiene sossistenza, e con ogni giustitia si supplica per la liberatione à beneficio del detto D. Francesco de Licandro, e per esso à beneficio de suoi creditori, nè saria necessario d'entrare in articoli di raggione, doue lo fatto è cossì chiaro.

At quia doctus Aduersarius ingeniosè nonnullas excogitauit difficultates, non abre duxi infrascripta recensere, ex quibus omnia ex aduerso inuestigata ruunt, & corruunt.

Primò itaque contendit, saltem in possessorio debere

debere obtinere,& possessionem exigendi tertias prædicti capitalis,quam dictus D. Vincentius habuit continuandam ad beneficium dicti D. Marij hæredis ex testamento, cui supra allegata instrumenta, & pacta geminata in possessorio non obesse putat.

Secundò, in petitorio pactum prædictum in capitulis matrimonialibus appositum, nullum esset, quia asserit, dotem fuisse ex paterna substantia constitutam.

Tertiò,adhuc data pacti validitate,ait illud potuisse seruari, si matrimonium fuisset separatum per mortem ipsius Agathæ,non autem dum fuit solutum per mortem viri.

Quartò,pactum prædictum nihil operari, eo quod hæredes Ioannis de Licandro sunt præmortui dictæ Agathæ,vt supponit,& quod non adsint hæredes ex testamento dicti Ioannis.

Sed nullum prædictorum, ni fallor, subsistit, & meritò depositum liberandum Don Francisco de Licandro, & successiuè eius creditoribus, omninò spero.

4 Quo enim ad primum attinet, nescio videre qualiter de possessione possit Aduersarius contemnere; licet enim supponat ipsi vti hæredi scripto dandam immissionem in bonis,quæ fuerunt possessa per dictum D. Vincentium,ad Text. *in l. fin. C. de edict. Diui Adr.* tamen ex pluribus hæc prætensio diluitur.

Primò,ex facto non etenim tractatur amplius de exactione tertiarum,qua in vita dictus D. Vincentius fruebatur,sed de liberatione capitalis iam depositati per Monasterium S. Dominici de Suriano (in cuius possessione nunquam fuit dictus D. Vincentius) *fol.* 499. *fol.* 526. & *fol.* 557. *vol.* 3. quod depositum omnibus interesse prætendentibus fuit notificatum *d. fol.* 526. A. Et sub die 26. Octobris 648. per D. Cons. Soto causæ Commissarium fuit ordinatum, quod stante consensu oretenus declarato coram causæ Commissario per creditores Caroli de Licandro, & Passarello, depositum factum per Monasterium prædictum pro partita debita Vincentio Staiti admittatur,& proinde procedatur ad ipsius liberationem auditis interesse prætendentibus,*fol.* 551. 3. *vol.*

Ex quo duo resultant, Primum, quod possessio exigendi tertias iam euanuit per depositum capitalis, capitale autem prædictum nunquam habuit dictus D. Vincentius, etiam dum in decreto per D. Consil. Amendola sub die 11. Aprilis 646. fuit ordinatum, non reemi inconsulto S. C. tam pro cautela creditorum,quàm etiam respectu prætensorum per hæredes dotantis Agathæ de Licandro *fol.* 253. 5. *vol.*

Secundum, quod iam creditores sunt effecti legitimi contradictores ex decreto prædicto interposito per D. Consil. Soto, in quo ordinatur liberatio auditis omnibus interesse prætendentibus *d. fol.* 551.

Secundò, principaliter de iure dicimus, quod capitale prædictum ex amplissima renuntiatione,seu potius ex pacto appositio in capitulis matrimonialibus Agathæ de Licandro, ratificato, & acceptato per D. Vincentium vt supra fundauimus, spectat ad hæredes dotantis, nempe ad D. Franciscum de Licandro, & successiuè ad eius creditores.

Et licet credat Aduersarius exceptionem renuntiationis non obstare in interdicto adipiscendæ,ex Text. *in cap. post electionem,de conces. præbend.* & per Panorm. *ibidem, numero decimotertio & decimoquarto.*

Tamen conclusio ista nec est tuta,nec applicabilis ad casum nostrum.

Non est tuta, quinimò agenti possessorio, 5
etiamsi fuerit spoliatus, obstat exceptio renuntiationis, *cap. accepta, de rest. spoliat. c. super eo,de renuntiat.* Rebuff. *cons. 4. vers. decimosexto,* Flamin. *de resign. lib. 1. q. 13. n. 34.* Menoch. *de recup. possess. remed. 1. q. 27. n. 297.* Rota Romana *in nouiss. tit. de renunt. decis. 4.*

Et ne obstare videatur Text. *in dict. cap. post electionem,*cui pars totum se fidit,qui tamen multos habet intellectus, vt per Glossam *ibidem,* & Doctores signanter per Panorm. *à num.* 12. ideò dicimus cum Gloss. *in dict. cap. accepta,* quod in casu dicti capituli post electionem non constabat de renuntiatione, sed solùm allegabatur in casu verò *d. cap. accepta,* constabat in promptu, vt in casu nostro.

Vel dicimus Secundò,cum Innocent. *in dict. cap. post electionem, num.* 3. quod ibi erat vehemens præsumptio calumniæ, & dilationis contra eum qui renuntiationem solùm allegabat,& ideò fuit decisum, non obstare exceptionem renuntiationis. *Si autem* (ait Innocent.) *hæc præsumptio non subesset, non video causam quare non sit legitima exceptio de renuntiatione sequente institutione, imò esset legitima exceptio etiam post rem iudicatam,* quam sententiam sequutus fuit Guid. Papa *in eodem cap. sub num.* 7. & Doctores communiter, cum autem in casu nostro nedum absit vmbra calumniæ, sed luce meridiana clarior sit iustitia creditorum, qui renuntiatione, seu pacto iuuantur,non obstabit textus prædictus.

Vel & Tertiò dicimus, quod nec termini Text. *in dict. cap. post electionem,* applicantur ad casum nostrum, quando enim probatio offertur incontinenti, tunc obstat exceptio renuntiationis etiam in possessorio quolibet, vt per Abbat. quem pars allegat *in d. cap. ante n.* 14. Rota *nouiss. part.* 2. *dec.* 57. *n.* 4. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *q.* 8. *num.* 697. Postius *de manutenend. observ.* 42. *num.* 144.

Et licet Iudici sit arbitrarium dignoscere, 6
quando exceptio requirat altiorem indaginem, Roman. Soccin. Crauett. Neuizz. Menoch. & alij penes eandem Rotam *dict. decis.* 57. *num.* 3. tamen quando renuntiatio constat per publicum instrumentum, vt in casu nostro dicitur in promptu probata,ex Clar. Socc. *consil.* 59. *n.* 2. *vers. Sed siue discutiamus,* Rota *d. decis.* 57. *n.* 4.

Nec omittimus, quod iustitia, vel iniustitia possessionis in interdicto interim ibi est attendenda, vbi est opus disceptatione ad cognoscendum de ipsa iustitia, vel iniustitia, secus verò vbi absque disceptatione euidenter de iustitia possessoris apparet,vt ex Cancer. Fontanell. aliisque probauit Postius *d. observ.* 42. *n.* 149.

Quoad secundum, dum pactum in nuptialibus tabulis appositum nullum,& inualidum,nescio tamen quo iure putat esse Aduersarius, eo quod asserit dotem prædictæ Agatæ de Licandro ex paterna substantia fuisse constitutam.

Dicimus etiam transeundo cum hoc facti themate,vt dos prædicta ex paterna substantia fuerit constituta, sicuti est præsumendum in dubio de bonis propriis sororis, quæ frater administrat, non autem de propriis fratris sororem præsumi dotatam. Menoch. Minad Reg. Rouit.& alij penes doctissimum, & nunquam satis laudatum D. Marchionem Ramontis *2. tom. cap.* 3. *num.* 16.

Adhuc partis assumptum non subsistere.

Siquidem funditus articulum examinando

dicimus, de duobus præcipuè poſſe diſputari.

Primò, vtrum tale pactum ſit de iure validum, vel ne.

Secundò, vtrum ipſo non obſtante potuerit dicta Agata de eius dotibus diſponere.

7 Quoad primum attinet de huiuſmodi pacti validitate, nullibi, ni fallor, apud I.C. vidi dubitatum, imò in dote ab ipſa muliere data, & de eius propria ſubſtantia conſtituta, prout eſſe poteſt caſus noſter, valere tale pactum, vt ea decedente dos, vel pars ipſius alteri ſoluatur, & quod eueniente caſu efficaciter actio ſtipulatori ſit quæſita, paſſim deciſum inuenitur in *l. quæ dotis* 34. *ff. ſolut. matrim. in l. cum maritus* 29. §. *fin. ff. de pact. dotal. in l.* 2. *C. de iure dotium.*

Dubium autem ſolùm fuit in duobus.

Primò, an ſit aliquis ex mulieris voluntate dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio ſtipuletur, cenſeatur adhibitus tanquam nudus miniſter, & procurator mulieris, vel tanquam donatarius, quo caſu in dubio potiùs tanquam miniſtrum, & procuratorem interfuiſſe, docet I.C. *d. l. cum quis decedens* 35. §. *nuptura, ff. de leg.* 3. *& in l. Seia* 12. *ff. de dote præleg.* Gloſſ. *in d. l. quæ dotis, in verbo tenebitur*, & latiùs fundauit varios caſus diſtinguendo, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 10.
8 *num.* 5. Barboſ. *in d. l. quæ dotis num* 9. *&* 10. vbi latè dictam Gloſſam exornat, & defendit, & communiter eſſe receptam fatetur, & melius *num.* 13. & ideò non obſtante tali ſtipulatione nullum ius ſtipulatori quæſitum, & poſſe mulierem ad libitum de eius dotibus diſponere, vt in præallegatis iuribus, Anchar. *conſ.* 22. *num.* 1. idem Barboſ. *vbi ſup. ante num.* 14. ſed de validitate pacti, & ſtipulationis iura, & DD. non dubitarunt, imò illud validum ſuppoſuerunt, ſed ad ipſius mulieris beneficium.

Secundò, quæſierunt DD. quia in aliquibus caſibus talis ſtipulatio præſumitur interpoſita animo donandi, vt in *d. l. Seia, ff. de dote præleg.* vtrum talis donatio præſumatur inter viuos, vel cauſa mortis, & in dubio illam cauſa mortis præſumi, probat expreſsè Text. *in d. l Seia*, & in puncto docuit Gloſſ. *ibid. in verb. in eum caſum*, & in *d. l. quæ dotis, in verb. tenebitur, circ. fin.* latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 11. *num.* 10. *cum ſeqq.* & propriè *num.* 14. *vſque ad* 26. Cuiac. *lib.* 3. *reſponſ. Scæuolæ in d. l. cum maritus in fin.* & in *commentar. ad d. l. Seia, ff. de dote præleg.* effectus autem qui ex hac inſpectione reſultat, eſt notiſſimus, nam ſi præſumitur donatio cauſa mortis, tunc admittitur reuocatio, & fideicommiſſum in dote taliter altari donata, *d. l. Seia*, vbi Gloſſ. *ff. de dote præleg.* & in *l.* 2. *C. de iure dotium.*

9 Si verò præſumitur donatio inter viuos, tunc nec reuocatio, nec diſpoſitio aliqua admittitur ampliùs de dote illa, quia irreuocabiliter ius eſt donatario quæſitum, Gloſſ. *in d. l. Seia, in verb. in eum caſum*, idem Præſ. de Franch. *vbi ſup.* & Menoch. *vbi ſup.* quo caſu procedunt iura in *d. l. quæ dotis, ff. ſol. matr. d. l. maritus*, §. *fin. ff. de pact. dotal.* vt benè explicauit Gloſſ. *in d. l. Seia, in verb. in eum caſum.*

Vndè doctiſſimus Neapodan. *in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in verb. præterquam, num.* 233. ponit quæſtionem in filia dotata à patre, vel à matre cum pacto, & ſtipulatione prædicta, vt ipſa decedente dos ad illos reuertatur, vtrum poſſit illa non obſtante de dote diſponere.

Et poſt Gloſſ. *in d. l. Seia, in verbo in eum caſum, ff. de dote præleg.* diſtinguit tres caſus: Primus quando mulier permiſit alterum ſtipulari dotem animo donandi inter viuos. Secundus quando permiſit animo donandi cauſa mortis. Tertius quando eſt dubium, & primo caſu mulierem teſtari non poſſe, firmauit Secundo, & Tertio ſic de validitate tamen pacti penitùs dubitauit, nec ipſe, nec cæteri DD. quos viderim, Dubitare igitur de huiuſmodi pacto, & ſtipulationis validitate, ne dum eſſet ſine lege loqui, & ſine auctoritatibus, ſed contra iuris principia diſputare, quod enim dicitur dotis conditionem non poſſe effici deteriorem, *l. Attilicinius, cum concord. ff de pact. dotal.* intelligitur poſtquam eſt in eſſe deducta.

Non autem in initio tempore quo conſtituitur, tunc enim poteſt quodlibet pactum apponi, vt ſoluto matrimonio dos dotanti reſtituatur, vt in *l. quoties, ff. ſolut. matr. l.* 3. §. *ſed vtrum, in verbo ergo etiam filiamfamilias, ff. de minorib.* Menoch. *d. lib.* 3. *præſ.* 16. *num.* 20. *&* 21. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 308. *num.* 13. *&* 14. dos etenim tempore eius conſtitutionis recipit naturam immutabilem, quæ ex interuallo alterari non poteſt, Molfeſ. *ad conſuet. Neap. part.* 6. *q.* 2. *num.* 19. *& ſeqq.* latè Antonin. de Amato, qui innumeros cumulat *reſol.* 64. *num.* 1. *&* 2. doctiſſimus Dom. Conſiliar. Staibanus *reſol.* 3. *num.* 17. *&* 18.

Non negamus tamen pactum hoc, vt ſoluto 10
matrimonio dos alteri quam mulieri ſoluatur, adeò generaliter non valere, nempè caſu quo matrimonium ſolueretur morte viri, tunc enim eſſet contra publicam vtilitatem, vt in *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* & conſequenter non valeret, ſiue non eſſet ſeruandum, *l.* 2. *ff. de pact. dotal.* ſecus autem quando morte mulieris matrimonium ſolueretur, tunc enim eſt validiſſimum, vt ex Paul. de Caſtr. Alexand. & aliis, docuit Barboſ. *in d. l. quæ dotis, ante num.* 13. *ff. ſolut. matr.* data igitur pacti prædicti indubitabili validitate ad ſecundam quæſtionem deſcendendo, vtrum eo non obſtante potuiſſet dicta Agata de eius dotibus diſponere, (ſed nullo modo contra ipſum diſpoſuit, vt ex facti themate innoteſcit) dicimus ex ſupra poſitis facilem eſſe reſolutionem, eamque pendere ex eo vtrum pactum, ſeu ſtipulatio in caſu noſtro fuerit concepta in perſonam fratris vti procuratoris, vel vti donatarij, & ſi vti donatarij vtrum inter viuos, vel cauſa mortis.

Verum enimuero, & ſi in dubio ſtipulatio do- 11
tis alteri reddendæ præſumatur de conſenſu, vel voluntate mulieris facta ad beneficium illius, vti eius miniſtri, & procuratoris, non vti donatarij, vt ſupra diximus, tamen multi ſunt caſus, in quibus præſumitur quis adhibitus ad ſtipulandam dotem animo donandi, vti per Menoch. *d. lib.* 3. *præſumpt.* 10. *per totam*, & per Barboſ. *in d. l. quæ dotis, à num.* 9. *vſque ad* 17. *ff. ſolut. matrim.* quorum nonnulli optimè caſui noſtro conueniunt, præcipuè quando quis fuit ſtipulatus partem dotium ſibi reddi ſoluto matrimonio, vt in caſu noſtro, quia tunc elicitur manifeſta mulieris voluntas donandi dictam partem ſtipulatori, vt docuit Bart. *in d. l. quæ dotis, num.* 2. *ff. ſolut. matrim.* quem ſequuti ſunt Angel. & Salicet. & alij, vt per Menoch. *d. præſumpt.* 10. *num.* 8. vel quando is, qui dotis reſtitutionem ſtipulatur, eſſet coniuncta perſona, cuius fauore facillimè donatio præſumitur, *l. fin.* § *fin. ff. de donat.* & latè poſt Bart. & antiquos *in d. l. quæ dotis*, refert Barboſ. *ibid. n.* 13. *&* 14. & optimè *num.* 16. vbi docet donandi animum in muliere reſpectu extranei

ſtipula

ſtipulatoris plenè conſtare debere in coniuncta vero perſona ſufficere, quod conſtet verè, vel præſumptiuè, & in caſu noſtro adſunt vehementiſſimæ præſumptiones, quæ animum donandi apertiſſimè ſignificant, vel quando quis fuit ſtipulatus dotis reſtitutionem ſoluto matrimonio per mortem vxoris, non per mortem viri, vt in caſu noſtro, vt latè per Menoch. *d. præſumpt.* 10. *num.* 8.

12 Vel quando mulier pacta eſt, dotem fratri reſtitui in caſu ſoluti matrimonij per eius mortem, & deinde frater fuit ſtipulatus in eundem caſum ſibi reſtitui; tunc enim animus donandi expreſsè colligitur, vt voluit Cuman. *in d.l. quæ dotis, num.* 7. *& ibid.* Roman. *num.* 5. Iaſ. *num.* 1. & doctè fundauit Barboſ. *in cad. l. ante num.* 15. ſicut eſt in caſu noſtro, in quo adeſt pactum in capitulis matrimonialibus *fol...* & deinde ſubſequitur ſtipulatio ad fratris beneficium in inſtrumento dotali. Attamen hæc diſputatio ad caſum noſtrum non pertinet, in quo non adeſt dubium, ſed ſumus in claris, in quibus non eſt opus coniecturis; voluit enim dicta Agatha dotes donare eius fratri, eiuſque hæredibus, caſu quo ipſa, & eius deſcendentes deficerent quandocunque vt verba ſupra enarrata, quæ hic reuideri rogo, ſunt ſatis clara, vnde dicemus cum Menoch. *d. præſumpt.* 10. *num.* 1. in hoc caſu nullam cadere diſputationem.

13 Hinc poſito pro indubitato, quod dicta Agatha caſu, quo ipſa, & eius deſcendentes deficerent voluerit dotes donare dicto eius fratri, eſt & neceſſariò fatendum, talem donationem fuiſſe irreuocabilem inter viuos, ſiue ex iuramento, & clauſulis in inſtrumento dotali appoſitis, in quo promiſit dicta Agatha habente rata & dicta capitula matrimonialia, & ſingula in eis contenta obſeruare, & contra non facere, vel venire ſub hypotheca bonorum expreſſa, vt *fol...* & rurſus *fol...* vbi promiſit in perpetuum omnia, & ſingula in eis contenta in perpetuum habere rata, & firma, & irreuocabiliter obſeruare *fol...* cum clauſulis conſtituti, & precarij *fol...* ſiue ex ipſa verborum ſtructura.

14 Quoad iuramentum, & clauſulas attinet, abſque dubio fatemur, fuiſſe inductam donationem inter viuos, nam quotieſcunque in donatione adſunt clauſulæ iſtæ, nempè promiſſio non contraueniendi, & omnia, & ſingula obſeruandi, tunc etiam donatio cauſa mortis aſſumit naturam donationis inter viuos, Corn. *conſ.* 289. *n.* 9. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 129. *num.* 6. & ex innumeris fundarunt Maſcard. *de probat. concl.* 562. *n.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 35. *num.* 21. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 5. Magon. *deciſ. Florent.* 64. *num.* 8. ſicuti etiam quando adeſt clauſula conſtituti, & precarij, idem Magon. *vbi ſupra num.* 12. Menoch. *vbi ſup. num.* 36. item & quando adeſt iuramentum, vt DD. omnes ſupracitati poſuerunt, D. Staiban. Senior *conſil.* 8. *num.* 4.

Item dicta Agatha reſeruauit facultatem diſponendi de parte eius dotis, vt diximus, quo caſu donationem inter viuos omninò dici, Menoch. *vbi ſupra num.* 33.

Structura etiam verborum omninò demonſtrat illam fuiſſe donationem inter viuos, illa nempè, *Volendoſi d. ſpoſa pregiudicare* ſcienter, & expreſsè, etiam cum iuramento in *quanto alla ſua legitima, e ſupplemento di quella eſſa ſpoſa renuncia* ſpecialiter, & expreſsè cum iuramento *fol...* cum etenim coniecturalis ſit quæſtio, quando donatio cauſa mortis, vel inter viuos dicatur, vt ex Rolan. *conſ.* 8. *colum.* 2. latè poſuit Magon. *d. deciſ.* 64. *num.* 5. omninò erit dicendum in caſu noſtro, fuiſſe inductam donatioem inter viuos, & in terminis terminantibus Iacob. Menoch. qui latè hunc articulum examinauit *d. lib.* 3 *præſ.* 11. *per tot. num.* 2. ex Bald. Campeg. Iaſ. aliiſque fundauit, quod vbi adhibetur ſtipulator ad ſtipulandum irreuocabiliter pro ſe ipſo, tunc omninò hæc verba indicant donationem inter viuos, præcipuè quando adeſt iuramentum, quæ omnia concurrunt in caſu noſtro, vt in facto fundauimus.

Item quando ſtipulator adhibetur ad ſtipulandum pro ſe, & ſuis hæredibus, vt in caſu noſtro, in quo decedente dicta Agatha fuit conuentum, quod dos rediret ad dotantem, eiuſque hæredes, & ſucceſſores *fol...* tunc enim donatio inter viuos eſt iudicanda, quia mentio hæredum conuenit donationi inter viuos, quæ ad hæredes tranſmittitur, non autem donationi cauſa mortis, quæ habet naturam legati, quod pendente conditione non tranſmittitur, vt ex pluribus fundauit idem Menoch. *vbi ſup. num.* 8. *&* 9. Reg. Sanfel. *deciſ.* 128. *num.* 2. ſicuti generaliter quando eſt facta donatio alicui, & eius hæredibus, vt tunc inter viuos, non verò cauſa mortis dicatur donatio, per eandem rationem DD. communiter tradiderunt, Menoch. *d. præſumpt.* 35. *num.* 7. Magon. *d. deciſ.* 64. *num.* 7. Maſcard. *d. concl.* 162. *num.* 41.

Vnde ſi ex prænarratis fuit inducta donatio 15
inter viuos ad beneficium dotantis, eiuſque hæredum, ſuccedit concluſio, quod de dote prædicta non poterat dicta Agatha diſponere, quia irreuocabiliter ius erat quæſitum dotanti, eiuſque hæredibus, vt *l. cum maritus, §. fin. ff. de pact. dotal. d. l. quæ dotis, ff. ſol. matr.* Menoch. *præſ.* 11. *n.* 24. Neapod. *in d. conſuet. Si quis, vel ſi qua, in verb. præterquam, num.* 233.

Quam ſententiam vt accedente expreſſa mulieris voluntate, vt in caſu noſtro poſſit frater, qui non ex propria ſubſtantia, ſed ex bonis eiuſdem ſororis eam dotauit apponere pactum, vt ſoluto matrimonio dos ad ipſum reuertatur, iuxta deciſionem Text. *prædicti in d. l. cum maritus, §. fi.* ſtrenuè probauit Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 10. *part.* 1. *num.* 12. *vſque ad* 27. qui plura cumulauit iura, DD. & authoritates, *& d. num.* 27. ſic refert per eius Senatum deciſum, cum qua ſententia conuenit Franc. Molina *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 31. Cancer. *variar. reſol. lib.* 3. *c.* 2. *de inuentario, num.* 200. qui aliam refert deciſionem Antonin. de Amato *reſol.* 64. *ſub num.* 11.

Cauſatur hoc ex expreſſa mulieris voluntate, & conſenſu, ſicuti enim pater non poteſt onus in legitima filij imponere, quàm non ab ipſo patre, ſed legis prouidentia filius habet, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* & tamen ſi filij conſenſus accedat tale onus ſuſtinetur, optimè Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 2. *de inuent. num.* 203. latè, & doctè Ill. D. Præſ. Merlin. 2. *cent. cap.* 48. *per totum.*

Et pater ſi dotet filiam, licet in dote, quæ lo- 16
co legitimæ ſuccedit, non poſſit onus reſtitutionis, & fideicommiſſi imponere, latè Antonin. de Amato *reſol.* 64. *num.* 4. poteſt de eius conſenſu onus fideicommiſſi apponere in dote, etiam infra ſummam legitimæ, idem Antonin. de Amato *d. reſol.* 64. *num.* 7. vbi innumeros DD. cumulauit, addo Camillum Medices *conſ.* 161. *num.* 2.

Ita etiam poterit ſoror de eius propria ſub-

ſtantia,

ſtantia à fratre dotata expreſsè conſentire, vt ipſa deficiente, & eius deſcendentibus dos fratri, eiuſque hæredibus reſtituatur, dotemque fratri donare, cum hoc de iure non reperiatur improbatum, vt ſup. fundauimus.

17 Supereſt, vt adductis per Aduerſarium ſatisfaciamus, & licet ex Luca de Penna *in l.* 1. *n.* 47. *vſque ad* 50. *C. de impon. lucrat. deſcript.* Affl. Bald. quos omnes allegat Præſ. de Franch. *deciſ.* 196. aliiſque fundauerit tale pactum non obſtare, quin mulier poſſit de dotibus ad eius libitum diſponere, & ſic fuit per S. C. deciſum, teſte eod. Præſide vbi ſupra, quam concluſionem innumeri ſequuti ſunt DD. quos tædioſum eſſet referre, vt videre eſt penes Antonin. de Amato *lib.* 1. *variar. reſol. reſol.* 28. *num.* 5. *&* *lib.* 2. *reſol.* 64. *num.* 8. *&* 9. vbi de more omnes cumulauit, addo Franc. de Petris *conſ.* 61. *num.* 18.

Attamen deciſio S. C. & DD. præallegati non pertinent ad caſum noſtrum, ſiquidem deciſio prædicta S. C. de more ſecundum veros iuris terminos proceſſit, nam in illo caſu ex facti circumſtantiis, nec donatio ad fauorem fratris poterat præſumi, & ſi aliqua adfuiſſet præſumptio, fuiſſet donatio cauſa mortis, vt clara ſunt verba eiuſdem Præſ. *ibid. num.* 5. vt optimè obſeruauit Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 11. *num.* 24. quæ non impedit contrariam diſpoſitionem, vt fundauimus, & meritò dùm mulier diſpoſuit diſpoſitio illa eſt attendenda, DD. citati per Vincent. de Franch. & reliqui relati per Antonin. de Amato loquuntur in eiſdem terminis.

At vbi donatio irreuocabilis inter viuos ad fauorem fratris poſſet præſumi, vt expreſſa cernitur in caſu noſtro, non emanaſſet talis deciſio, nec potuiſſent loqui, nec loquuti ſunt præcitati DD. quia aduerſarentur iuris principia, vt diximus, & quando dos per pactum, & contractum irreuocabilem alteri eſt debita, & promiſſa, tunc non poteſt mulier de ea diſponere, vt latè fundauit Antonin. de Amato *d. reſolut.* 64. *num.* 12. *vſque ad finem.*

Et hoc eſt, quod voluit, & doctè fundauit Fontanella, vt dato expreſſo conſenſu ſororis, ſuſtineatur pactum, vt fratri reſtituantur dotes ſoluto matrimonio, per mortem ipſius ſororis, quia in hoc caſu eſt inducta donatio inter viuos, licet ipſe per hos terminos non diſcurrat, ſed ſolùm ipſos ſupponat, qui amplius addidit DD. omnes, qui contrariam tuentur ſententiam loqui, quando adeſt tacitus, vel præſumptus conſenſus mulieris, non autem quando adeſt expreſſus, cum quibus etiam conuenit D. Regens Sanfelicius *deciſ.* 128.

18 Secundò dicimus, quod deciſio dicti S. C. & DD. omnes ſupra allegati loquuntur, quando mulier diſpoſuit contra formam pacti initi in capitulis matrimonialibus. At vbi mulier ipſa inteſtata deceſſit, vel aliter conqueſta non fuit de pacto prædicto, tunc firmum remanet pactum, & dos fratri eſt reſtituenda, idem Præſes de Franchis *deciſ.* 491. qui ſic refert per Sac. Conſ. deciſum, & taliter declarat dictam *deciſ.* 196. Caſtill. *deciſ.* 25. *num.* 11. Antonin. Amatus *d. reſolut.* 64. *num.* 21. vbi plures cumulat, *&* *d. reſolut.* 28. *num.* 7. quod procedit ſecundum veros iuris terminos ſupra relatos, quando ex tali pacto poteſt argui donatio cauſa mortis, quæ per contrarium actum, vel diſpoſitionem non eſt reuocata, vt ſupra fundauimus.

Vnde cùm in caſu noſtro nedum non adſit contraria voluntas, & diſpoſitio dictæ Agathæ, ſed immò pactum prædictum ſemper fuit & in vita, & in morte confirmatum, vt in facti ſerie poſuimus, malè applicatur *dicta deciſ.* 196. Præſ. de Franch. ſed eſſet attendenda *dicta deciſio* 491. licet neutra ipſarum pertineat ad caſum noſtrum, in quo fuit inducta donatio irreuocabilis inter viuos, vt fundatum eſt.

Ad Tertium verò principale motiuum Aduerſarij dum ſupponit pactum prædictum potuiſſe ſeruari, ſi matrimonium fuiſſet ſeparatum per mortem ipſius Agatæ, non autem dum fuit ſolutum per mortem viri, ex eo quia pactum prædictum renunciationem fuiſſe arbitratur, quæ ſtrictè eſt intelligenda, vt præ cæteris fundauit Dominus Marchio Ramontis *tom.* 1. *contr. cap.* 29. *num.* 13. & pactum, & renunciationem confundi apud DD. credat. 19

Dicimus Primò, quod renunciatio licet ſit ſtricti iuris, attamen etiam in contractibus ſtricti iuris, quod veroſimile eſt attendi debere, & ſi ſcriptum non fuerit, ad Text. *in l. in obſcuris*, & in *l. ſemper in ſtipulationibus*, *ff. de reg. iur.* & vtrobique Gloſ. & in *l. veteribus*, *ff. de pact.* & eſt expreſſum in *l. triticum* 94. *ff. de verb. oblig.* Gloſſ. *in l. tale pactum*, §. *fin. in verb. exceptione, circ. fin. de pact.* Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.* 24. *num.* 30. *&* 31. in interpretandis namque contrahentium voluntatibus primas obtinet partes veriſimilitudo, Crauett. *conſ.* 619. *num.* 7. Riminal. iun. *conſ.* 30. *num.* 43. *&* 44. adeò quod ex veriſimilitudine à verbis contractus recedatur, *l. ſolutum*, §. *ſolutum*, *ff. de pignor. act.* Crauett. *conſ.* 974. *num.* 14. & licet ſtipulatio, quæ eſt ſtricti iuris, *l. quidquid adſtringendæ*, *in princ.* vbi DD. *ff. de verb. oblig.* de caſu ad caſum non extendatur, tamen ex veroſimilibus coniecturis extenditur ad caſum non expreſſum, vt ex Duaren. fundauit Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 1. *ante num.* 15. veroſimilitudo namque etiam in contractibus ſtricti iuris multum operatur, & ſecundum eam eſt iudicandum, *d. l. vlt. C. quæ res pignor.* vbi ait Iuſtinianus: (*cum ſit iuſtum voluntates contrahentium magis quam verborum conceptionem inſpicere*) Paul. de Caſtr. *conſ.* 148. *n.* 1. *&* 2. *vol.* 1. latè Mantic. *vbi ſup. à num.* 12. *cum plurib. ſeqq.* optimè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 719. *num.* 15. 20

Hinc dicta in ſtipulatione in caſu expreſſo, extenduntur etiam ad caſum omiſſum, ſi eadem ratio ſubſiſtat, vt ex Pariſ. Riminald iun. & Menoch. probauit Mantic. *vbi ſupra*, *num.* 17. quo caſu non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, latè Tiraq. *in l. ſi vnquam*, *in verbo libertis*, *num.* 44. *&* 45. *C. de reuoc. donat.* poſt Cyn. & Bald. *in d. l. quod vero*, *C. eod. tit.* latè Mantic. *vbi ſup. num.* 20. Gratian. qui plures cumulat *diſcept. forenſ. cap.* 601. *num.* 11.

In quo reuideri rogo deciſionem S. C. relatam per D. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 118. vbi per veros iuris terminos fuit deciſum donationem, quæ eſt contractus ſtricti iuris, *l. eum qui*, vbi Bart. *num.* 1. *ff. de donat.* & probatur in §. *actionum autem*, *Inſtit. de action.* etiam quod fuiſſet facta in vnum caſum expreſſum, ex veroſimili mente contrahentium, fuit extenſa ad alium caſum non expreſſum.

Vnde cum ex illis verbis vt ſoluto matrimonio per mortem dictæ Agatæ, teneretur dictus Annibal Staiti dotem fratri dotanti, eiuſque hæredibus reſtituere, ſi dicta Agata abſque filiis deceſſiſſet, vel filij prædicti quandocunque deficerent,

rent, verosimilis mens contrahentium inspiciatur, vt quandocunque dicta Agatha decessisset etiam post secundas nuptias dos dotanti redderetur, ab hoc vero simili non est recedendum.

Secundò dicimus nos versari in contractu, seu pacto bonæ fidei; scitum est etenim pactum vestiri cohærentia contractus, vt ex Iacob. de Aren. Cyno, & Bald. *in l. quamvis, C. de vsur.* rectè probauit Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 6. *num.* 17. vnde cum pactum prædictum fuerit appositum in contractu dotali, quod bonæ fidei est, *l. vnic.* §. *sed etsi, C. de rei vxor. actio.* meritò dicemus illud fuisse bonæ fidei, & consequenter succedit conclusio, quod in contractibus bonæ fidei latissima est facienda interpretatio, Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 14. tantundem etenim in bonæ fidei iudiciis valet Iudicis officium, quantum in stipulatione nominatim de ea re facta interrogatio, *l. quia tantundem, ff. de negot. gest.* & æquitas naturalis, contractus bonæ fidei interpretatur, *l. si socius pro filia,* in illis verbis: *(pactum ex æquitate sic nobis interpretantibus) ff. pro socio,* & in eis plus valet æquitas, quam nimia subtilitas, vnde Iudex in his contractibus habet liberas habenas, quia imitantur naturam vltimarum voluntatum, in quibus latissima datur interpretatio, vt copiosè fundauit Mantic. *d. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 1. *vsque ad* 14.

Quæ autem æquitas non suadet, vt casus noster non sit in pacto comprehensus?

Dicimus tertiò, terminos renuntiationis non esse applicabiles ad casum nostrum, in quo non renuntiatio, sed pactum expressè legitur in illis verbis: (*Item in casu,* &c. *fol.* 116.) & licet pacti nomen generale sit ad omnes conuentiones Ant. Butr. *in cap. qualiter, num.* 2. *de pact.* Cunonus *de pact. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. quod tamen, quando assumit specificum nomen, tunc non à genere, sed à specie denominatur, quando verò non habet specificum nomen, tunc stat sub nomine generis sui, & pactum simpliciter appellatur, Abb. *in cap.* 1. *de pact.* Bart. *in l homine, ff. de trit. vino, & oleo leg.* siquidem pactum habet in se consensum renuntiantis, *l.* 1. §. 1. *ff. de pact.* renuntiatio verò solius renuntiantis, quod ante dixerat Gloss. *in d. l.* 1. *C. de pact.*

Vnde minimè procedit partis assumptum; dum pactum, & renuntiationem confundit; ex quo sequitur, quod licet renuntiatio sit stricte intelligenda, nec extendatur de casu ad casum (quod tamen arbitror omninò intelligendum cum temperamento vero similitudinis vt *suprà*) tamen secus est in pactis præcipue dotalibus, in quibus ex coniecturata mente contrahentium, & facti circunstantiis datur interpretatio, & extensio in multis casibus latè Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 32. *per tot.* in quo reuideri rogo Text. satis punctualem in terminis nostris *in l. tale pactum,* §. *vlt. ff. de pact.* vbi pater, qui dotem dedit filiæ, & pactus fuit, vt ea sine liberis defuncta dos fratri suo redderetur, quem hæredem fore sperabat; si deinde liberos susceperit, eosque hæredes instituerit tale pactum ipsis prodest, licet de eis pactum non loquatur, quem Text. optimè expendit Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 8. & sic pactum personale, quod ad hæredes non transit, *l. idem,* §. *personale, ff. de pact.* tamen ex coniecturata mente paciscentium ad hæredes extenditur, nec omittam Text. *in l. fin. C. de Episc. & Cleric.* vbi pactum de lucranda dote in casu mortis habet locum etiam vbi alter ex coniugibus religionem fuerit ingressus, doctissimus D. Marchio Ramontis *tom.* 1. *cap.* 52. *num.* 5.

Tandem non obstat quartum, & vltimum partis obiectum, pactum prædictum nihil operari, eo quod Ioannes de Licandro ad cuius fauorem fuit conceptum, decesserit ante dictam Agatham, & quod dictus Ioannes decesserit intestatus.

Nemo respondetur ex facto, pactum fuisse conceptum ad fauorem tam dicti Ioannis, quàm eius hæredum, & successorum, de iure: nam in terminis terminantibus etiamsi pater, vel alter, cuius fauore facta est renuntiatio decesserit intestatus, receptissima est sententia, filiam, quæ cum iuramento renuntiauit paternæ substantiæ, excludi ab eius successione, vt ex pluribus receptissimam, & communem esse sententiam fundauit Couar. *in cap. quamvis pactum, 3. part. relectionis,* §. 3. *num.* 5.

Sed ruunt omnes Aduersarij subtilitates ex facto, & præcipuè ex donatione quam in anno 1635. dictus quondam Vincentius celebrauit, vt supra posuimus, in cuius præiudicium nulla penitus valuit eius dispositio.

Superest igitur doctissimorum virorum Iudicium, quod pro meo dilectissimo Compatre omninò speramus. Neapoli 30. Aprilis 1650.

IVRIS RESPONSVM, PRO D. Mario Staiti. DE EADEM RE.

EVIT in anno 1585. contractum matrimonium inter Annibalem Staiti, & Agatham de Licandro Ciuitatis Messanæ; pro cuius oneribus sustinendis fuerunt per Ioannem de Licandro fratrem Baronem Terræ Mottæ Placanicæ promissi d. Agathæ de bonis paternis pro omni iure legitimæ, & paragij duc. 5500. quos in certis temporibus, & tandis dict. Ioannes soluere se obliganit. 21

Fuitque in capitulis matrimonialibus appositum pactum, quod ea decedente sine liberis, vel cum liberis, qui posteà in quacunque ætate sine liberis mortui essent, prædicta dos rediret ad dotantem reseruata dictæ Agathæ facultate disponendi de vnciis centum Regni Siciliæ vltra Pharum, quod quidem pactum nedum ipsa præsente, sed scienter cum iuramento renuntiante ad fratris beneficium, eiúsque hæredum, & successorum, omni iuri legitimæ, & paragij ei super bonis paternis, & maternis competenti fuit appositum, prout hæc omnia patent ex capitulis matrimonialibus *fol.* 109. vbi pactum prædictum legitur *fol.* 116. 3. *proces.*

Solutum fuit prædictum matrimonium per mortem Annibalis viri vnico ex eis nato filio nomine D. Vincentio, cui Agatha mater donauit donationis titulo irreuocabiliter inter viuos reseruato sibi vsufructu vita durante ann. duc. 240. quos pro capitali duc. 3000. ad complementum dotium prædictarum à dicto Ioanne eius fratre consequi debebat, vt ex dicta donatione *fol.* 428. *primo processu.*

Obiit dicta Agatha in anno 1631. vt ex fide

fol.431. primo proceſſ. & poſt eius obitum fuit dictus D. Vincentius filius in quaſi poſſeſſione exigendi dictos ann. duc.240. vt ex liberatione tertiarum ad eius beneficium facta *fol.182. 3.proceſſ.*

Suum tandem diem clauſit extremum dictus D. Vincentius abſque liberis inſtituto ſibi hærede vniuerſali D.Mario Staiti eius Nepote, qui teſtamentum prædicti D. Vincentij præſentauit *folio* 482. eiúſque hæreditatis aditionem *folio* 478.

Et quia Patres venerabil. Regalis Monaſterij Diui Dominici Terræ Suriani,cui onus ſoluendi capitale prædictum ex perſona Antonini Muſſi emptoris dictæ Terræ Placanicæ remanſit, depoſitum fecerunt duc.3150. pro capitali prædicto, & tertiis decurſis; inſtitit D.Marius nomine, vt ſupra ei depoſitum prædictum liberari.

Aduerſus eum ſe oppoſuerunt creditores dicti Ioannis de Licandro,& Caroli eius filij, & hæredis,dicentes, dictum D.Vincentium filium dictæ Agathæ fuiſſe ab hac luce ſubtractum, abſque filiis, & propterea vigore pacti in capitulis matrimonialibus appoſiti dotes dictæ Agathæ ad hæredes dicti Ioannis promiſſoris redire debere,& per conſequens depoſitum prædictum eis eorum perſonam repræſentantibus vigore eorum crediti liberandum eſſe.

22 Ego verò,qui dicti D.Marij partes defendendas aſſumpſi, nullam dictorum creditorum prætenſionem habere iuris concomitantiam, tum reſpectu poſſeſſorij,cum reſpectu petitorij, ex infraſcriptis veriſſimis in iure concluſionibus ſatis clarè fundare ſperabo.

Et primo quoad poſſeſſorium, dum D. Vincentius fuit in quaſi poſſeſſione capitalis prædicti, ad eam adipiſcendam dictus D.Marius eius hæres admittendus eſt; habet enim eius teſtamentum non vitiatum, non cancellatum, neque in aliqua ſui parte ſuſpectum, & ideò immiſſio ei danda erit ex diſpoſitione vulgatæ, *l.fin. Cod. de edict. Diu. Adr.toll.*

Nec ad eius immiſſionem impediendam poſſunt creditores prædicti, pactum,ſeu renuntiationem per dictam Agatham ad beneficium eorum debitoris factum allegare: ſiquidem aduerſus interdictum adipiſcendæ non obſtat exceptio renuntiationis, probat hoc mihi Text. *in*
23 *cap. poſt electionem extra de conceſſ.præbend.* cuius caſus talis eſt. Fuit per Epiſcopum collata quædam præbenda, quæ vacauerat Sempronio, qui eam renuntiauerat, & abiurauerat, fuit poſt dictam renuntiationem conceſſa Titio: cúmque inter primum,& ſecundum præbendarium fuiſſet ſuper poſſeſſione orta controuerſia, ſtatuit Summus Pontifex primum præbendarium in poſſeſſionem dictæ præbendæ immittendum eſſe,ſaluis iuribus, ſecundo agendi in iudicio ordinario reſpectu renuntiationis, Gloſſ. *fin.* ibi affert plures rationes dictæ deciſionis, inter quas vna eſt, quod in poſſeſſorio non obſtat exceptio renuntiationis,quam Gloſſ. examinans, ibi Abb. *num.13.* & 14. dixit in interdicto adipiſcendæ non obſtare exceptionem renuntiationis, quia quando quis habet titulum validum, exceptio extrinſeca aduerſus interdictum prædictum non admittitur, vt *in l.fin.C.de edict. Diu. Adr.* & ſic Abb. punctualiter determinat in terminis *dict. l.fin.* exceptionem renuntiationis, tanquam extrinſecam non eſſe admittendam: Dum igitur D.Marius habet teſtamentum D. Vincentij non cancellatum, nec vitiatum, debet ei poſſeſſio capitalis prædicti concedi non obſtante renuntiatione, & pacto Agathæ per creditores allegato tanquam exceptione extrinſeca, quæ remedium *d.l.fin.* ex prædictis non impedit.

Quæ eo magis reſpectu poſſeſſorij procedunt, 24
quia reſpectu petitorij D. Marius claram fouet inſtitiam, ad quam detegendam aduertendum puto,Ioannem de Licandro fratrem dotaſſe Agatham ſororem non de bonis propriis,ſed de ſubſtantia communis patris, vt in dictis capitulis matrimonialibus aſſeritur, & propterea pactum ad ſui beneficium appoſitum, vt ipſa decedente ſine filiis, vel cum filiis, qui poſteà quandocunque deceſſerint, eſt inualidum, & erit per eum, vel hæredes eius remittendum, prout ex Luc.de Penna *in l.1. col. antepenult. verſ. Hæc faciunt ad quæſt.C.de impon.lucr.de ſcript.* Afflict. *in conſtit. Regn.fratr.2.notab.q.2.* Bald. *in l.Auia,C.de iur. dot.* & Napod.*in conſuet. Neap. ſi quis, vel ſi qua in verb.Præterquam,num.223.* deciſum refert per S.C.Præſ.de Franch.*deciſ.196.*

Nec eſt curandum de Fontanell. *qui clauſ.5. gloſſ.10.part.1.num.11.de pact.nupt.* aſſerit,quod quando mulier conſenſit pacto prædicto, tunc ſtante eius conſenſu validum pactum iudicandum erit; contradicit enim expreſsè *d.deciſ.196.* vbi mulier ipſa fuit ſtipulata dotem reddi fratri dotanti,& fuit iudicatum pactum inualidum,nec video cur à nobis potius deferendum ſit doctrinæ Fontanell. quam deciſioni noſtri S. C. & authoritati noſtri Præſ.de Franchis, quem ex dictis per eum *in deciſ. prædicta* merito ſatis extollit Menoch. *de præſumption. lib. præſumpt.10. num.24.*

Et miror,quod Fontanell. dicat,*num.21.* quod 25
vix inuenitur Doctor, qui ei contradicat, cum omnes Doctores generaliter loquantur quod frater non poteſt apponere pactum de dote ſibi reſtituenda, quod intelligendum dicit inuita muliere, Luc. enim de Penn. Napod. & Præſ. de Franch.loquuntur,quando ſoror ſtipulata fuit,& omnes alij qui d.deciſionem allegant, & approbant, muliere ſtipulante intelligendi ſunt, prout d. deciſionis caſus euenit, prout ſunt Gratian. *lib.1.diſcept.forenſ.49. num.25.* Reg.Galeot. *forenſ. contr. lib.2. contr.15. ſub num.57.* Paſcal.*de virib.patr.poteſt. part.2. cap.5.num.190.* Caſtill. *deciſ.25.*& Franc.Mar.Prat. *lib.1.diſcept.forenſ. cap.36. num.37.* & expreſsè muliere ſtipulante tenuit Pellicc. *ad conſuet. Auerſ.cap.3.n.408.*

Ratio autem, ſub qua fundatur deciſio præ- 26
dicta ſolidiſſima eſt: ſiquidem ex Napod.*in dict. conſuetud. ſi quis,vel ſi qua, in verb. Præterquam, num.223.* per tale pactum ſoror cenſetur fratri donaſſe cauſa mortis,dum fuit facta mentio mortis & ideò, dum poſteà non obſtante donatione prædicta, aliter de ſua dote diſpoſuit, cenſetur ipſam reuocaſſe;donatio enim cauſa mortis reuocabilis eſt, *l.mortis cauſa 16. ff.de don.cauſ. mort.* quam Napodan. doctrinam ſatis mihi probat Text.*in l.Seia,ff.de dot.præleg.* vbi habetur,quod ſi mulier animo donandi permittit aliquem ſtipulari eius dotem ei reddi ſoluto matrimonio per mortem mulieris cauſa mortis donatio iudicanda erit, cum ſit facta mentio mortis, & ideò reuocari poterit, qui quidem Text. punctualis eſt, in caſu,de quo agitur,ibique ſic tenet Bart. *& in l,qua dotis, ſub num.3.in fin.ff.ſolut.matrim.* idem tenuerunt per d.Text.Salycet. *in l.2.num.3.C.de iur.dot.*Alex.*in d.l.quæ dotis,n.5.*ibique Ludonic. Roman.*num.8.verſ.aliquand.ſit donatio,* quod expreſsè

presse etiam docuit per Text. *in d. l. seia*, non obstante consensu mulieris. Andr. de Isern. *qualit. olim pet. feud. alien. sub num.* 11. quem Text. etiam ad hoc allegauit *in* §. *huius autem gen. num.* 13. *in fin. ex quib. caus. feud. amitt.*

27 Nec tam magnificiat Fontanel. Text. *in l. cum maritus* §. *fin. ff. de pact. dotal.* vbi dicitur, quod si mulier passa est suam dotem, ea mortua fratri reddi pactum validum est, lex enim illa contradicit expresse Text. *in d. l. seia ff. de dot. præleg.* & sunt ita inter se dictæ leges repugnantes, vt tractans Bart. *de earum reconciliat. in d. l. quæ dotis sub num.* 3. fassus fuerit, quòd nesciebat, quid diceret, respondet postea duplici modo, primo, quod in *d. l. cum maritus* §. *fin.* duo actus interuenerunt; primus fuit mulieris, quæ pacta est dotem fratri reddi, secundus fuit eiusdem fratris, qui in eum casum ad sui beneficium cum marito stipulatus est; at in *d. l. seia*, vnus tantum actus interuenit: secundo respondet, quod in *d. l. cum maritus* fuit expresse actum, vt donatio esset inter viuos, & 13. prima Bart. responsio reprobetur ab Imol. Ludou. Rom. & aliis *in d. l. quæ dotis, tamen secunda v3. quod in d. l. cum maritus*, de animo donandi inter viuos constabat, communiter ab omnibus approbatur, vt ait ibi Alex. *sub num. 6. vers. plura, & num.* 18. *vers. non obstat*, quod etiam sensit Andr. de Isern. videndus *in d. c.* 1. *qualit. olim. feud. alienar. pot. sub num.* 11. vbi firmans pactum sororis, licet in contractu inter viuos ad beneficium fratris de dote lucranda post eius mortem, donationem causa mortis, importare ex quo fuit facta mentio mortis, subdit secus esse, quando aliud constaret, vt *in d. l. cum maritus* §. *fin.*

28 Hinc idem Præs. de Franch. *in decis.* 491. refert decisum in S. C. pactum factum per fratrem de dote sororis sibi reddenda operari, vt frater dotem habeat si mulier ab intestato decessit, nullam aliam doctrinam allegans, nisi supradictam doctrinam. Napod. *in d. Constit. si quis, vel si qua in ver. præterquam, num.* 223. & ea quidem ratio differentiæ inter *d. dec.* 196. *& decis.* 491. assignari poterit, quia in prima soror contra pactum disponendo censetur illud reuocasse; in secunda autem dum mulier non disposuit aliter, donatio prædicta, licet causa mortis, fuit morte sororis donantis, aliter non disponentis confirmata, cum talis donatio morte confirmetur, Gloss. *in l. post legatum*, §. *qui mortis in ver. legatarij, ff. quib. indign.* Couar. *in rub. de testam. in* 3. *part. num.* 22. Rip. *in l.* 2. *num.* 18. *ff. de leg.* 2. Alex. *in l. illud post, num.* 4. *C. de collat.* & Iul. Clar. *in* §. *donatio, quæst.* 5. *vers. scias tamen.*

Si igitur opinio quòd pactum appositum à fratre, etiam scienter stipulante sorore de sibi reddenda dote ex substantia paterna ei constituta sit inualidum, vel reuocabile est à tantis patribus, tam magnæ authoritatis, ac etiam à nostro S. C. approbata, & tam euidenti ratione fulcita, iure sperandum erit in casu, de quo agitur sic iudicandum esse.

29 Quatenus autem prædicta, quæ sunt de iure verissima aliquam paterentur difficultatem. Aduertendum est pactum prædictum non posse aliquid operari, nisi in casu expresso, fuit enim conuentum, vt dos rediret ad fratrem si matrimonium fuisset solutum morte mulieris, quod clarius expressit, dum se obligauit vir restituere dotes fratri in casu mortis mulieris, & suis expensis funeralia facere, cum igitur matrimonium non fuit dissolutum morte vxoris, sed morte viri, sumus extra casum pacti, & renunciationis, sunt enim renunciationes istæ odiosæ, & restringendæ. Gugliel. de Benedic. *in c. Raynutius, in ver. duas habens filias, num.* 297. *de testam.* Napod. *in Consuet. si moriatur in ver. ipsi successores, num.* 31. R. Lanar. *cons.* 49. *sub num.* 2. Consil. Theod. *all.* 36. *num.* 33. essèque stricti iuris, & strictissimè interpretandas voluerunt Dec. *consil.* 352. *num.* 7. Decian. *cons.* 45. *num.* 11. *col.* 2. aliique relati per Molfes. *ad consuet. Neapol. de renunc. quæst.* 1. *num.* 39. semperque obiici posse de hoc pactum, & renunciatio non loquuntur ait Dec. *in l. postquam liti, num.* 18. *C. de pact.* Reg. Merlin. *lib.* 1. *controuers. forens. c.* 29. *numer.* 13. & dictas renunciationes non comprehendere, nisi id, quod expressum est, & non extendi ad alias res casus, & personas dixit Imp. *in l. iubemus, C. ad Velleian.* quo in casu sic affirmant communiter DD. vt aduertit Ant. Gomes *in l.* 25. *Tauri, num.* 13. *vers.* 5. *facit*, Casanat. *cons.* 43. *num.* 35. Dec. Mascard. Viu. Mandell. aliique quos adducit, & sequitur Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 242.

Neque dicatur DD. prædicti loqui in renun- 30
ciatione, & non in pacto; vltra enim quod in casu de quo agitur Agata renunciauit omni iuri legitimæ, & paragij sibi competenti, Pactum, & renunciatio per DD. nedum æquiparantur, sed confunduntur: sic apud P. Sanch. Iesuitam *in summa, part.* 2. *lib.* 7. *c.* 6. *num.* 12. ibi sed vrgens dubium est, an valeat pactum iure iurando factum, seu renunciatio iurata; sic apud Guttier. *in c. quamvis pactum, num.* 2. *de pact. in* 6. ibi est tamen dubium, scilicet, an attento iure ciuili pactum huiusmodi de non succedendo, hoc est renunciatio firmetur iuramento, sic apud Couar. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 6. *num.* 153. ibi quod licet pactum, seu renunciatio fiat ex causa onerosa. Cum igitur in casu nostræ hypothesis pactum loquatur in casu matrimonij soluti morte vxoris, non debet extendi, quando fuit solutum morte viri, tanto magis, quod in capitulo præcedenti fuit expresse conuentum, quod si matrimonium dissolueretur morte viri: dotes ipsi vxori restitui debuissent, nec vllum vinculum tali casu appositum fuisse legitur.

Imò si pactum indefinitè, & generaliter fuis- 31
set conceptum nulla facta mentione, si matrimonium fuisset dissolutum morte viri, vel vxoris, adhuc intelligendum esset in casu, quo mulier præmortua fuisset, non autem si præmortuus fuisset vir, vt ex Bald. *nouell. de dot priuil.* 11. *p.* 7. *vers.* 10. *& vlt. limita* docet Petr. de Gregor. videndus *de dot. de parag. quæst.* 35. *post num.* 2. *vers. quinimo*, quod etiam docuit Fontan. *de pact. nupt. clauf.* 1. *gloss. part.* 5. *num.* 187. & ratio est, quia quodlibet pactum in præiudicium dotis factum ipsa muliere viuente inualidum est, tanquam rei publicæ contrarium, cum mulieris conditio deterior efficiatur ad secundo nubendum *l.* 2. *ff. de pact. dotal. l.* 3. *C. de pact. conuent. super dot. l.* 1. *ff. de dot. prælegat.* Cancer. *lib.* 3. *var. resol. c.* 2. *de pact. num.* 203. Fontanell. *de pact. nupt. clauf.* 1. *part.* 5. *gloss. num.* 181. & Afflict. *decis.* 154.

Si igitur Annibal vir præmortuus fuit Aga- 32
thæ vxori, quo casu pactum tum ex verbis eorundem capitulorum matrimonialium, cum etiam ex iuris dispositione effectum habere non possunt, frustrà, creditores prædicti, illius pacti clypeo aduersus D. Marium se tuentur.

Quæ omnia si cessarent, & pactum validum fuisset, in casu de quo agitur, nihil operabitur:

renunciauit enim Agatha ad beneficium Ioannis fratris, eiusque hæredum, & successorum, qui præmortui fuerunt Agathæ renuncianti, & D. Vincentio eius filio; & ideò pactum, & renunciatio D. Mario obesse non valent, tunc enim effectum habere possent, quando is in cuius beneficium fuit facta renunciatio supervixit renuncianti, sic Bald. *in l. pactum, num. 3. ibique* Decian. *num. 7. C. de collat.* Surd. *dec. 225. n. 4.* vbi innumeros ad hoc allegat Molfes. *ad d. consuet. de renunciat. quæst. 1. num. 28. & quæst. 3. num. 21. &* Reg. Rouit. *decis. 22. num. 6.*

Præterea Carolus Ioannis filius, & hæres mortuus fuit ab intestato, vt ex præambulo *fol. 299. 3.* proces. renunciationem autem tunc operari, quando is ad cuius beneficium facta fuit fecit testamentum, firmat Molfes. *ad consuet. Neapol. quæst. 3. num. 21.* Addent. *ad consuetud. si moriatur, fol. 81. & 82.* & Reg. Rouit. *d. dec. 22. num. 7.*

Ex quibus omnibus manifestè ni fallor appareret depositum prædictum d. D. Mario Staiti à D. Vincentio hærede instituto liberandum esse, prout per doctissimos, & integerrimos ius dicentes decidendum speratur.

t

DISCEPTAT. CCCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio de vna Ecclesia, ad aliam si transferatur, cui applicantur bona.*
2 *Congregati laberè possunt ab vna Ecclesia ad aliam recedere.*
3 *Confraternitas, & Oratorium non gaudet præcedentia, sicuti Ecclesia, in qua existit.*
4 *Confraternitas, seu Congregatio ad libitum potest dimitti per superiores loci, vbi adest.*
5 *Confratres ad sepulturam mortuorum an accedant, & quando.*
6 *Confraternitas, & Congregatio si alibi se transferat restitui debent bona.*
7 *Confraternitas translata ad alium locum non tenetur soluere annuam præstationem, primo loco solutam.*
8 *Cardinalis Lugo quid scripserit in hac causa.*
9 *Pater Donatus Dominicanus quid sentiat in hac re.*
10 *Confraternitas qualiter destinatur.*
11 *Confraternitas, & Ecclesia an si sint vnum corpus.*
12 *Confraternitas est corpus de per se.*
13 *Confraternitas in Ecclesia Regularium an erigatur sine licentia Episcopi.*

ARGVMENTVM.

Congregationes, Confraternitates, & Oratoria an possint in Ecclesiis Regularium erigi hodie sine licentia Ordinarij loci, & illis translatis ad aliam Ecclesiam: Cui bona applicentur, & quid scripserit Cardinalis Lugo in hac causa, & an vera.

NEAPOLITANA

Confraternitatis, seu Oratorij Sancti Spiritus Ciuitatis Neapolis,

CVM

Patribus eiusdem Monasterij.

CVM à multis annis fuisset erecta 1
quædam Congregatio laicorum in Ecclesia Sancti Spiritus PP. Sancti Dominici propè Palatium Proregis, & in ea Congregatione nonnulla suppellectilia, vasa argentea, & alia fecissent Confratres illi (sunt enim homines non infimæ conditionis, & qualitatis, & inter eos nonnulli milites Hispani, & Equites) nescio quo spiritu ducti, dicunt enim ob aliquas controuersias habitas cum Patribus Sancti Spiritus, recesserunt ab eo loco, & accesserunt ad Patres Sancti Francisci de Paula, ibi vicinos, qui illis ad se recurrentibus, dederunt amplissimum locum pro noua Congregatione construenda, quod factum fuit, de pluribus in hoc transitu fui quæsitus, primò an potuissent id facere laici Confratres, secundò an possint à Monachis Sancti Spiritus tales laici repetere bona illa, & vasa argentea: tertiò an dicti Confratres translatione prædicta ad aliam Ecclesiam cogi possint, ad soluendam annuam illam pecuniarum quantitatem, primo loco illi Conuentui, pro celebratione Missarum, & diuini seruitij præstari solitam, ego triplici conclusione prætendo totam hanc facti seriem iuridicè explicare; vt illis à quibus consultus fui, veram, iuridicam, & adæquatam præbeam responsionem: sit ergo

Prima conclusio, Confratres prædicti liberè 2
recedere potuerunt ab Ecclesia sancti Spiritus, & ad aliam se transferre.

Probatur tum quia tales confraternitates neminem obligant, & sunt merè voluntariè: ergo tales actus per confratres facti ex mera voluntate, non sufficiunt: vt petentibus Religiosis sancti Dominici suos confratres concedi eisdem possit mandatum de manutenendo, vt benè colligitur ex citatis per Surdum *cons. 127. num. 81. & 82.* tum quia licèt Religiosi sancti Spiritus dicant se esse in pacifica, & quieta possessione immemorabili faciendi seruitium in dicto oratorio, seu Cappella pro illa Confraternitate, tamen quia sunt seruitia consequutiua ad dictam Confraternitatem, cui liberum est quomodocumque recedere, & ad alium locum transire, & nulla coactio dari potest in his actibus, qui ab hominum libera voluntate dependent: nam Confratres possunt recedere à Congregatione, & renunciare Confraternitati, si nihil retineant de bonis illius, quia alioquin antequam renuncient, illa reddere debent, vt dicit Iacobus Rebuffus *in l. nemo, C. de spectaculis, lib. 10. col. vlt.* Petrus Rebuffus *ad leges Regias, tom. 2. in tit. de Confraternitatibus, num. vlt. fol. 331.* sed etiam totum ipsum Confraternitatis corpus ab illa Ecclesia, ad quam accedere consueuerat, potest recedere, vt benè 3
Natta *cons. 62. num. 6.* qui propterea concludit Confraternitates istas non gaudere priuilegio præcedentiæ, quo gaudet Ecclesia, in qua sunt institutæ, cum non sint illius membra, & Paulus de Castro *cons. 50. num. 3. vol. 2.* dicit ex hac causa tales Confraternitates liberè ab Ecclesia

in

in qua sunt institutæ recedere, quod etiam dicit Petrus de Vbaldo *de Canonica Episcopi quæstione 14. num. 9. & 22.* quia quando persona est obligata loco, & inserta loco, sicut sunt Canonici Ecclesiæ, tunc Collegium est in Ecclesia, & Ecclesia inest Collegio, & vnum sunt, est enim inseparabilis coniunctio, vt *in cap. requisisti 15. de testam.* eodem modo inter professos, & Monasterium est inseparabilis coniunctio *cap. sicut de Iure iur.* Can. qui verò *16. quæst. 2.* sed in istis Confraternitatibus non est ita, quia in istis, nec persona loco, nec locus personæ addictus est, & vnum ab altero est separabile, vt benè
4 probat Petrus de Vbaldo *vbi suprà*, Rota coram Coccino *d. 427.* vbi concludit, quod sicuti Confraternitas potest ad libitum recedere, ita potest ad libitum per Ecclesiasticos illius Ecclesiæ, in qua erecta est, dimitti, quia constituunt Collegium personale, non reale naturale, & necessarium, cum nullam habeant cum Ecclesia coniunctionem, sed per se considerentur, verum tamen est, quòd durante Confraternitate adest quædam spiritualis coniunctio inter ipsam, & Ecclesiam largo modo sumpta: vt benè Petrus
5 de Vbaldo *vbi supra, num. 23.* propterea S. Congregatio Rituum decreuit, nullum ius competere Confraternitatibus laicorum accedendi ad funera Confratrum mortuorum, nisi quatenus ab hæredibus defuncti specialiter, & expressè vocentur, cuius declarationis meminit Barbosa *de pot. Parœci, cap. 26. num. 61.* & in collect. Bullarum, *collect. 207. num. 22.* quod practicatum refert Tondutus *cap. 43. num. 11. part. 1.*

6 Secunda conclusio, vasa argentea supellectilia, Icones, &c. sunt restituenda: probatur, quia numquam fuerunt in posse Religiosorum sancti Spiritus, sed semper in posse Confraternitatis, eiusque sacristæ, & licèt non videantur donata, vel facta contemplatione personarum, sed Ecclesiæ, & Cappellæ, ad notata per Mascardum *de probat. conclus. 1248. & 1254. & 965. & 968.* tamen quia Capella transfertur, & Confraternitas transit ad aliam Ecclesiam ad eam debent transire, & licet sint res sacræ, teste Farinaceo *de furtis, quæst. 172. num. 59.* tamen vti tales non possunt alienari, vel conuerti ad alios vsus, *cap. 1.* vbi DD. *de pignoribus*, neque in aliam Ecclesiam alienari sine solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum Ecclesiæ, teste Bonacina *de alienat. bonorum Ecclesiæ, quæst. vnica, 1. part. n. 14. & 30.* tamen si Confraternitas potuit recedere erit licitus recessus cum bonis.

7 Tertia conclusio, annuam illam præstationem, quam Confratres faciebant fratribus sancti Spiritus licitam, & honestam: nam Altari seruientes, de Altari viuere debebant, ad notata per Sanchez *in opusculis, lib. 4. consiliorum moralium, cap. 3. dub. 11.* Bonacina *de simonia, disput. 1. quæst. 4. num. 9.* licitam inquam in præteritum non tenentur Confratres, qui recesserunt, illam amplius facere.

Probatur quia talis præstatio fuit facta propter certum seruitium personale, &c. ergo cessante causa talis præstationis, cessabit ipsa præstatio respectu primi Monasterij, in quo erat erectum oratorium, tum quia congruum, iustumque non est, vt Confraternitas grauetur duplici præstatione quantitatis, scilicet vnam illi, à qua recesserunt, & alteram illi, ad quam accesserunt; & augetur, quia Monasterium secundum altari seruit, ergo debet etiam de Altari viuere, & qui Altari non seruit, vt primum Monasterium, neque de Altari viuere debet, ad latè notata per Surdum *de alimentis, tit. 7. quæst. 33.* & ita respondit Tondutus *vbi suprà*, Congregationi, seu Confraternitati Artificum de anno 1634. & alteri Confraternitati de anno 1641.

Ex quibus infertur ad dubium hoc propositum ab Eminentissimo Card. de Lugo *lib. 4. responsorum moralium dub. 12.* vbi supposita facultate à Gregorio XIII. & Sixto V. erigendi societatem, Congregationes secularium in suis locis, vt de facto sunt, & cum quædam Congregatio in Collegio Neapolitano fuerit resoluta, itavt seculares ad alium locum irent, fuit quæsitum eidem D. Eminentissimo quid de donatis, vel aliis vasis sacris factis à secularibus pro illo Oratorio, & Congregatione, & dixit Eminentissimus Lugo, quòd si de voluntate donantium appareat, quod non fuerit donare Societati IESV, Collegio, &c. sed Capellæ tunc applicari debent ad beneficium illius, ad quem pertinet de bonis sacris vacantibus disponere, scilicet ad S. Pontificem, qui deberet illas res alicui, vel aliquibus locis piis applicare, sed si de voluntate donantium non appareat, tunc applicantur ad vsum Collegij, vel Domus Societatis, quas erigere possunt Iesuitæ, authoritate Apostolica Gregorij XIII. & Sixti V. etiam in suis locis residentiæ, licèt non essent neque Collegia, neque Domus Professæ ex Bulla *Clem. VIII. 30. Augusti. 1601.* 8

Ratio autem Eminentissimi Cardinalis, vt *vbi num. 50.* ea est, quia non possunt tales Congregationes neque in fieri, neque in conseruari manuteneri, nisi dependenter à Iesuitis, cum quibus videntur facere vnum corpus ex litteris P. Claudij Aquauiuæ Societatis Generalis, de quibus Lugo, nec potest in aliquo loco subsistere, vt secum deferat sua bona, sed remanent apud Collegium, vel Domum Professam, vbi erat Congregatio: sic enim ipse defendit suam causam: ego tamen puto dicendum esse restituenda Confratribus, nisi appareat esse donata locis, & Ecclesiis, vbi sunt erectæ Confraternitates.

Ideo DD. cum Patre Donato Dominicano 9
in praxi Regularium, tom. 4. tract. 8. quæst. 40. ait has Confraternitates posse dissolui, primo, mutuo consensu illorum, qui illas fundarunt ex *l. 3. ff. de Collegiis illicitis, & cap. inter dilectas de donat.* & Bart. *in l. finali, num. 21. ff. de colleg. illicitis*, secundò si omnes moriantur Confratres, nisi vnus supersit. Tertiò ex præcepto superioris, qui ob delictum illam destruat, *l. 1. & 3. ff. de Collegiis*, quærit tamen cuius sint bona Confraternitatis destructæ, & dicit, quòd si sumus in Confraternitate auctoritate Sedis Apo- 10
stolicæ fundata, & postea destructa, & tunc talia bona iudicantur Ecclesiastica, de quibus solus Papa disponit, Clement. quia contingit de Religiosis Domibus, Couar. *lib. 3. var. cap. 6. num. 3.* Berous *conf. 49. num. 1.* sed si sit simplex Collegium profanum, tunc diuiduntur inter Confratres, ad quod facit Textus *in l. 3. ff. de Collegiis illicitis*, & Bart. *ibi in l. finali, num. 22. ff. eodem*, nisi essent bona, quorum Confratres haberent meram, & puram administrationem, quia tenerentur erogare inter Pauperes, quia horum bonorum dominium non possunt diuidere, notat P. Donatus *vbi supra.*

Quare ego puto, quòd si Confraternitas, seu 11
Oratorium destruatur, bene procedit, quæ dicit Card. Lugo, & Donatus, sed si in alium locum transferatur, ex quo cum primis non possunt

stare puto dicendum cum Tonduto *vbi suprà*, bona omnia esse eisdem restituenda translatis ad alium locum cùm Confraternitate, quia bona sunt applicata Oratorio, non Ecclesiæ, in qua est Oratorium, & liquidò constat esse corpora separata inter se Oratorium Collegij vel Domus professæ, cum Collegio, & domo professa, quicquid aliter dicat Card. de Lugo subtiliter, potius quàm iuridicè, & ad Sedem Apostolicam pertinerent, quando destrueretur in totum Oratorium: nam quando transferretur in aliam Ecclesiam.

12 Quod verò Confraternitas sit corpus de per se, habetur *in l. 1. ff. de vsucap. l. 1. §. sed Religionis, & l. finali, ff. de Collegiis illicitis*, erigi poterit quocunque loco, exceptis Monasteriis, & Ecclesiis Monialium Sacra Congregatio scribens Episcopo Barensi, teste Ricciullo *lib. 4. variar. lucubr. cap. 3.* Donatus *tom. 4. tract. 8. quæst. 3.* eriguntur à Regularibus vigore suorum priuilegiorum per Pontifices concessorum, Donatus *quæst. 6.* cum certa forma statutorum, de quibus Bulla Clementis VIII. teste Donato *quæst. 7.* & licèt Ricciullus *lib. 4. de Confraternitatibus, cap. 2. n. 3.*

13 dicat hodie Regulares non posse post Bullam Clementis VIII. nouas erigere Confraternitates laicorum in suis Ecclesiis, sine consensu Episcopi loci, tamen id falsum est, ex notatis post Paulum V. à Laureto de Franchis *in controuers. inter Episcopum, & Regulares*, & à Lezzana *p. 2. in summa, cap. 15. num. 40.* vnde possunt hodie eas erigere, & de praxi testatur Donatus *q. 8.* qui refert litteras Sac. Congregationis directas Archiepiscopo Bononiensi, cum instructionibus pro illis erigendis, & ait, quòd vna tantum Confraternitas sub eodem nomine erigatur in qualibet Terra non plures sub eodem nomine, excepta Congregatione Sanctissimi Sacramenti, quia potest ad libitum erigi, Cespedes *de exemptione Regularium, dubio 383.*

DISCEPT. CCCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur, de qua hîc.*
2 *Contractus à carcerato factus est nullus.*
3 *Carceratus iusta carceratione potest contractum facere, & quando.*
4 *Casus fortuitus qui sit.*
5 *Casus improuisus & infortuitus, qui sint.*
6 *Socius quando, & qualiter teneatur de culpa.*
7 *Culpa ad casum quando debeat esse ordinata.*
8 *Casus fortuitus est infra annum allegandus.*
9 *Casus fortuitus extra annum probari non potest.*
10 *Mora post casum quando contrahatur.*

ARGVMENTVM.

Casus fortuitus, & improuisus quid sit, & an supponat culpam, & probari debet infra annum, alias nulla fides habetur de eo, & hoc etiamsi post annum probetur carcerati Contractus, qui regulariter non valet, multipliciter tamen limitatur.

IVRIVM ALLEGATIONES,

PRO

Andrea Schafogliero, & aliis litis consortibus.

IN anno 1547. de mense Iunij, & 1
Iulij Ioan. Vitellus recepit multas pecuniarum quantitates, ab Andrea Scafogliero, & aliis litis consortibus, pro illis implicandis in emptionem quarundam mercium, quæ fuissent ad commune lucrum, & damnum (dicto Ioan. locante operas tantum) pro illis asportandis extra Regnum ad negotiandum, pacto adiecto, quod in quolibet mense Iunij in festo S. Ioan. Baptistæ redderet rationem lucri, & damni alias quod liceret actoribus iuris, & facti remediis opportunis, contractum eum vti pro interesse, & damno passo, recepta pecunia per multos annos nunquam comparuit, & profugus ab hac Ciuitate, extra Regnum suam transtulit habitationem quapropter videntes creditores ipsi iam eorum substantiam amissam vsi fuerunt prouerbio, ex infœcunda herba accipe fœnum, & in mense Maij 1649. ei miserunt epistolam dicendo, quod quamvis ex eorum negotiatione, tunc eis lucrum non peruenit nihilominus, quia fortuna à qua omne peruenit eis aduersa fuit hac vice non deficiet tempus, quod facilè eis damnum refecturum erit qua missa eorum spreta fide non curauit, accedere Neapoli tunc temporis, sed post menses ferè quatuor, accessit, vbi per multos commorauit, dies creditores inuenire non curando, suáque exercendo negotia, at cum casu ad eorum aures peruenisset præcedente ordine M. C. eum incarcerari fecerunt, & dum stabat in manibus curiæ de credito inter eos transegerunt, fuítque ei relaxatum interesse quod eis, ex incursa mora spectabat, & de residuo capitalis se obligauit penes acta M. C. creditoribus soluere, ex causa cuius beneficij, quando creditores expectabant, vt eis redderentur gratiæ fuerunt ab eo citati ad cassandum obligationem prætextu plebicularium commotionum incursarum in dicto anno in fausto 1647. & sic præsupponit ex repentino bello ad nihilum teneri dum fuit eius depopulata domus in communi depopulatione, vbi residebat maior pars dictarum mercium, & sic ex eorum amissione factum fuisse casum damni passi, & casus fortuiti.

Nos vero, qui creditorum iura tuemur ostendemus futilem esse aduersarij prætensionem, & omni iure condemnandum fore ad soluendum, tam capitale, quàm interesse.

Primò enim dicimus quod quamvis clarum 2
sit axioma contractum à carcerato carceris metu factum nullum esse ad Textum *in leg. enm qui in carcerem, & tot. tit. ff. de eo quod met. caus.* verum Textus ille suas recipit, & declarationes, & limitationes à DD. & principalis est, vt non procedat quando iusta fuit carcerationis causa ad Textum *in l. si mulier 21. ff. eod.* vbi expressè cauetur contractum factum ab ingrata famula, ad beneficium domini sui, ex eo, quia propter ingratitudi

gratitudinem eam volebat redigere in seruitutem sit validus, ex quo Textu DD. omnes solidissimam hanc firmant conclusionem, & pluries decisum referunt Cappell. Tholos. *decis.*400. *n.*3. Guid. Papa *decis.*253. Vrsill. *decis.*149. *num.*3. Cancer. *lib.*3. *variar. c.*1. *num.*39. *&* 40. Auend. *de metu, cap.*46. *num.*29. Deckerius *lib.*1. *dissert.*9. *num.*2. & ne S. C. authoritate careamus decisum tradit Dominus meus Consil. Staibanus *resol.*75. *per tot.* vltro regrediens maximè si contractus ad carcerati commodum sit gestus, vt liberetur ad Textum *in l. metum*, §. *sed licet, ff. eod.* Roman. *consil.*316. Amatus *consil.*45. *num.*11. Dom. Staiban. *vt suprà, num.*11. & de carcerati commodo iam in facto liquescit dum fuit ei relaxatum omne lucrum, quod per biennium fuit factum, cum communi pecunia, ac etiam interesse, quod ex eius inexcusabili mora creditoribus debebatur.

3 His igitur sic assertis remanet, vt magis crediti veritas demonstretur, & certè eluescit, quia allegatus casus fortuitus neutiquam potest adaptari in re de qua agimus, & casu quo adaptaretur in nihilum ei suffragari stante culpa dicti Ioan. vt enim ab initio incipiamus intueamur, quæso casus fortuiti definitiones ab omnibus DD. traditas, & videamus si casui nostro sint adaptabiles: variè enim diffinitur, verùm quælibet diffinit. ad idem tendit.

4 Primò enim diffinitur, quod sit ille, qui nullo humano consilio præuideri potest ad Textum *in l. quæ fortuitis*, vbi Bald. *num.*5. *ff. de pignor. act. l.*1. §. *eo tempore, ff. de adim. rerum ad ciuit. pertinent. vel* 2. *gloss. in* §. *Thesaur. instit. de rer. diuis.* quod sit inopinatæ rei euentus ex diuersis causis prouenies, vel est accidens, quod per custodiam, curam, diligentiam mentis humanæ non potest euitari, vt post Bald. Felic. *de soc. cap.*25. *in princ.* Sebastian. Med. *de cas. fort. quæst.*12. *parte prima*, ex istis enim diffinitionibus elicitur indissolubile argumentum, quòd semper quod potest præuideri, & de facili euenire, quod non sit casus fortuit. Gloss. *in* §. *penultim. instit. quibus modis recontract. alleg. medic. dict. tract. quæst.*12. *num.*4. Bald. *in cap.*1. *colum.*5. *ver. Et nota ex quibus in feudam.* Rubeis *consil.*11. *n.*141. D. Reg. Capyc. Latro *consult.*135. *n.*26. Cyriacus *controu.*166. *num.*34. quod enim poterat præuideri non potest dubitari: nam propter populi furorem exterminatè bacchantis cõmercium à ciuitate semper deficiebat. Dum omnes è ciuitate discedebant, & erant magis cauti ad eorum conseruanda bona, & sic dum eadem pars dicit, quod in mense Septembris discessit è Neapoli, cum naui, extra regnum facile ei erat merces asportare, & nõ eas relinquere in loco, vbi de facili periclitari poterant, in sola mulieris custodia quæ propter naturalem fragilitatem primo realium armorum strepitu audito è domo aufugit, propter malam custodiam tenetur Sociis, Andriolus *controu.*36. *num.*16 17. qui add. Paul. de Castro & alij Sicuti pars probauit derelinquendo illa bona, vbi maior erat adhibenda diligentia, & sic stante eius culpa quæ præcessit non dicitur casus fortuitus, Castrensis *in l. in rebus, in principio, ff. commod.* Aldouin. *consil.*19. *num.*17. Riminald. iun. *cons.*310. *num.*39. Cyriacus *controu.*166. *num.*36. quo casu non excusat stante culpa quæ præcessit, *leg. merces* 28. §. *vlt. l. videamus* 12. §. *si hoc, ff. locati, l. si vt certo* 5. §. *sed interdum, l. in rebus* 18. §. 1. *ff. cond.* Cyriacus *controuers.*61. *num.*26. *&* 166. *n.*36. Surdus *consil.*12. *num.*58.

Stantibus enim prædictis magis adaptabilis 5
casui nostro est casus improuisus, quam fortuitus: nam fortuitus, vt suprà dictum est d. Ille qui nullo humano consilio præuideri potest; improuisus autem ille, quando præcedens culpa damnum dedit, & præter propositum euenit *l. etiam qui, C. ad l. Cor. de Sicar.* vbi Bald. & Alexand. *in l. quod Nerua, ff. depos.* Alexander *in l. respiciendum, ff. de pœnit.* §. *delinquunt*, Rubeis *cons.*11. *n.*136. Dom. Capyc. Latro *d. consil.*135. *num.*26. *vsque ad* 28. Socium enim socio de culpa teneri nullo 6
iure dubitatur ad Textum *in l. cum duob.* §. *euenit, & l. rei communi, & l. socius, ff. pro socio*, & de qualibet scilicet, tam lata, quàm leui, quam leuissima, Felic. *de soc. cap.*21. *per tot.* D. Capyc. Latr. *d. loco, num.*47. vt enim in culpa dicatur sufficit, quod non præuideat, quod de facili potest euenire, *l. habitatores*, §. *fin. ff. loc.* Cranet. *cons.*179. *num.*5. Dom. Capyc. Latr. *d. loco, n.*18. 18. *&* 32. *&* 35. quo casu casus superueniens eum non liberabit à præcedenti culpa, quia sufficit à principio inesse Bart. *in l. prius, ff. loc.* vbi Paul. de Castr. Surd. *consil.*12. *num.*87. & sufficiet, quod culpa sit ad 7
casum ordinata, quia vt supra dictum est, dicitur quando non fuit cogitatum, quid de facili erat euenturum, Corn. *cons.*12. *n.*11. *lib.*4. Dom. Capyc. Latro *num.*52. dicitur, & secundo quis in culpa, quando noua superuenit causa in qua noua opus est diligentia, tunc si non adhibeatur semper dicitur in culpa Petrus de Vbald. *de duob. fratri, part.*8. *num.*4. *in fin.* Felic. *dict. cap.*21. *n.*66. quo casu, tunc dicetur negligens, quæ negligentia culpæ adscribitur, & tunc dicetur, si quod illico potest non perficitur, Alexand. *in l. si maritus*, §. *si autem extraneus ff. de adulter.* Decius *consil.*151. *num.*13. *&* 21. Cranet. *consil.*173. *n.*7. Rimin. iun. *consil.*52. *num.*32. Felic. *d. c.*21. *n.*82. Dom. Capyc. Latro *supra cit. loc.* culpa enim in facto est indubitabilis ex eisdem partis probatio, vt suo tempore in aula demonstrabimus.

Dato enim, non verò concesso, quod verè sit 8
casus fortuitus, adhuc veritas eluescit ex pacto in conuentione adiecto, vbi conuentum fuit, infra annum debere allegari lucrum, vel damnum. In festo S. Ioan. Baptistæ, & sic dum iam transegit. Amplius allegari non potest dum casus fortuitus, infra annum est allegandus, *l.* 2. *C. de naufrag. lib.*11. vbi Bart. qui dicit notabile argumentum, pro illis qui dant eorum pecuniam mercatoribus ad partem lucri, & damni, quod si alleget sustinuisse damnum debeat de tali casu facere fidem infra annum, alias eo elapso amplius non est audiendus, hæc est Bart. opinio, quam 9
sequuntur Cap. Thol. *decis.*448. & Felic. *de soc. cap.*25. *num.*46. Intrigliol. *singul.*86. *num.*20. *lib.*1. Strac. *de merc. rubr. de contract. in num.*9. Iason *in* §. *sequens, instit. de act. num.*44. & quamvis Bald. & alij contra Bar. opinionem tenuerunt, quod Textus ille procedat ex speciali priuilegio fisci, quem sequuntur omn. præcit. (præter Cap. Thol. Felic. & Intrigliol.) ea ratione suffulti, quia potest excipiendo anno decurso probare, quia exceptiones, sunt perpetuæ, *l. licet, Cod. de except.* verum limitant se ipsos dum tenent quod posito pacto indistinctè, Bartol. opinio locum sibi vindicet, & quod hoc de com. cons. & stylo mercatorum seruatur; pactum enim, quin sit appositum in casu nostro non dubitatur, dum fuit expressè conuentum, vt in quolibet mense Iunij die 25. redderetur computum de lucro, & de damno: fuit enim postea in mora debitor reddere, ideò est ei præclusa

amplius

amplius de caſu fortuito opponere ipſi obſtante pacto conuentionis, nec neceſſe erat interpellatio ad conſtituendum dictum debitorem in mora, per Gloſſ. celebrem *in cap. quia contingit, §. vt autem præmiſſa in verbo ſingulis annis de relig. domibus in clementin.* ex qua Gloſſ. clarè probatur, quod obligatus reddere rationem ſingulis annis, tenetur rationem illam offerre, etiam quòd non fuerit petita, quæ tanto magis in caſ. noſtro procedat, cum in certa die in 25. Iunij fuit expreſſe conuentum, & de ſtylo mercatorum apparet ſatis probatum, quod teneatur reddi ratio lucri, & damni; quam Gloſſ. ſequuntur comm. DD. quod enim debitor fuit in mora nullo modo dubitari poteſt; nam erat obligatus reddere rationem ſtatuta die, dum eam non dedit ſtatim fuit in mora conſtitutus ad Text. *in l. quod te, ff. ſi cert. pet. & in l. mora, ff. de vſur.* Excobar. *de ratiocin. cap. 6. num. 96.* de prædicta enim mora non adeſt difficultas, quod damnum peruenit creditoribus, dum reſiduum pecuniæ vti pars aſſeuerat in eius poſſe remanſum ſicuti ſolitum erat creditores in aliam negotiationem implicabant, & eis de facili poterat euenire lucrum, & ſic non dubitatur quòd eis teneatur ad intereſſe pro illo reſiduo, vltra, quòd quamvis ipſe debitor tantum operas poſuit, tenetur communicare damnum, cum aliis ſociis pro parte, quam habito lucro ſibi attingeret, & erit commune lucrum amiſſionis Gloſſ. *in l. 1. C. pro ſoc.* vbi Bald. & Bellap. Excobar. *de comp. comp. 22. n. 2. & 3.* & ex iſto indubitabili debito præcedenti fuit facta obligatio, quæ annullari prætenditur ex cauſa metus, ſed quia M. C. ſemper litigantium malitiis ſolita eſt deuiare, cum circunſpectio ne tali digno Tribunali ſpectantis, ideò ſperant creditores ab ea eorum iuſtitiæ complementum, cæteriſque perſpicaciſſima Iudicantium benignitas ſuo more ſupplebit die 31. Auguſti 1650.

DISCEPT. CCCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur factum diſputandum.*
2 *Dos æſtimata cedit periculo mariti.*
3 *Dotis venditio qualiter præſumatur ex æſtimatione.*
4 *Dotis læſio non debet eſſe vltra dimidium.*
5 *Dotis æſtimatio quando dicatur facta ad inducendam venditionem.*
6 *Clauſula quòd introitus dotis tranſeant in dominium mariti quid operetur,* & num. 7.
8 *Dotis dominium an penes vxorem, an penes maritum.*
9 *Textus* in l. neque pignus, ff. de regul. iur. *explicatur.*
10 *Dotis reſtitutio qualiter ſit facienda, & quomodo.*
11 *Introitus dotales an poſſint reſtitui diminuti.*
12 *Maritus in dote an teneatur de dolo, lata culpa, &c.*
13 *Dos deteriorata quando poſſit à marito reſtitui.*
14 *Dotis periculum quando dicatur à marito ſuſceptum.*
15 *Textus* in l. æſtimatis 21. ff. ſolut. matrim. *explicatur.*
16 *Quarta vxori, vt debeatur, quæ requirantur copulatiuè.*

ARGVMENTVM.

Dotis æſtimatio quando faciat ad maritum ſpectare periculum ipſius, & quæ læſio in dote cadat, quæ reprobatur, & quando ſufficiat reſtituere maritum dotem diminutam ſine culpa ſua.

FACTVM, ET IVS PRO

Ill. Domino Marchione S. Georgij.

Clauelli Act. Mag.

MORTVO Domino Io. Baptiſta Franco Marchione Poſtilionis, Domina Marchioniſſa Lauinia Grimalda eius vidua inſtitit per S. C. condemnari D. Placidiam Franco Marchioniſſam Sancti Georgij communem filiam, ac patris hæredem, & poſt eius obitum illius filios, & hæredes, & pro eis Dominum Marchionem Sancti Georgij patrem, & legitimum adminiſtratorem ad ſibi dandum, & ſoluendum duc. 20. m. pro eius dotibus in pecunia numerata, non obſtante pacto reſtituendi vel corpora dotalia, vel pecuniam ad electionem mariti, aſſerens corpora dotalia eſſe deteriorata ducat. 6666. pro antefato duc. 1500. pro lecto viduali, & veſtibus lugubribus duc. 200. pro vltima annata annuæ præſtationis nuncupatæ per lazzi, e ſpingole, & iocalia, quæ aſſeruit ſibi donata tempore nuptiarum, vt ex libello *fol. 1.* Deinde cumulando petiit dictam annuam præſtationem pro toto tempore quo durauit matrimonium, ac etiam quartam vxoriam, vt *fol. 63.*

Dato termino produxit inſtrumentum capitulorum matrimonialium initorum die 13. Martij 1617. in quibus Domina Placidia Grimalda Marchioniſſa Petræ tam proprio nomine quam vti mater, balia, & tutrix Dominorum Marchionis Franciſci, & Anſaldi Grimaldi pro dotibus dictæ Dominæ Lauiniæ ſuæ filiæ promiſit dicto Domino Marchioni Io. Baptiſtæ ducat. 20000. ſatisfaciendos, v5. duc. 9. m. tempore matrimonij, & pro eis tot annuos introitus ſuper gabella ſerici, alios duc. 3000. ex nunc pro tunc ſequuta ſua morte in tot annuis introitibus propriis ſuper Regiis Arrendamentis, & reliquos ducat. 8000. infra annos octo cum pacto, vt tam prædicti duc. 8000. quam capitalia dictorum introituum in caſu redemptionis conuerterentur in aliam emptionem cum conſenſu ipſius, & poſt eius mortem dicti Domini Marchionis filij, eiuſque hæredum, dictuſque Marchio ſponſus promiſit dotes conſeruare, ac ſoluto matrimonio reſtituere, vel in eiſdem introitibus aſſignandis, & tenendis non diminutis, nec deterioratis, vel in pecunia ad ſui electionem: conſtituit antefatum duc. 6666. & promiſit conſtante matrimonio vxori ſoluere ann. duc. 200. per lazzi, e ſpingole, vt patet ex inſtrumento capitulorum *fol. 74. cum ſeq. verſ. per contemplationem.*

Sequuto matrimonio fuerunt aſſignati introi-

tus

tus pro capitali duc. 1200. ſub dictis vinculis, vt *fol.*70. cum ſeqq. ac poſt multos annos, & longam litem, ſoluti etiam ducat, 8000. *fol.*19. conuerſi in emptionem ſuper gabella gran. 7. & gran. 10. pro modio farinæ in ſimul cum alagio, & cum conſenſu Domini Cornelij Spinulæ procuratoris Dom. Marchionis, ſeruata forma Capitulorum prædictorum *fol.* 132. & 133.

Et ex his prætendit Domina Actrix in omnibus petitis habere intentionem fundatam, nam introitus dotales eſſe deterioratos dicit eſſe notorium, pro dotibus habere teſtes, & pro quarta iuris aſſiſtentiam.

At Dom. Marchio Sancti Georgij tam ex facto, quàm ex iure contendit ſuos filios ab omnibus petitis eſſe abſoluendos excepto ab antefato, pro quo vita durante Dominæ Marchioniſſæ correſpondere paratus eſt.

Ex facto, quia dotes ſtatim ſoluto matrimonio in eiſdem corporibus, quæ fuerunt aſſignatæ, ac in introitibus ex pecunia dotali emptis iterum, atque iterum obtulit, vt *fol.*70. *fol.* 97. *fol.*98. quod licebat attenta promiſſione alternatiua reſtituendi, vel introitus, vel pecuniam ſuperius enarrata, non obſtante aſſerta deterioritate contingente citra nullam culpam Marchionis, prout de iure fundabitur.

Pro præſtatione nuncupata *de lazzi, e ſpingole* nihil deberi probatur. Quia cum dicta Domina receſſiſſet à domo viri, licet à principio fuiſſent per Regium Collaterale Conſilium illi taxati ducat. 500. tamen pro alimentis, prænio tamen altero decreto fuerunt deinde ſuſpenſi, & cum hoc non obſtante fuiſſent per D. Marchionem fratrem ſoluti, de quantitatibus debitis Marchioni viro, tandem deuentum fuit ad tranſactionem die 16. Nouembr. 1644. in qua dictæ ſolutiones fuerunt admiſſæ, & Domini coniuges ſe inuicem quietauerunt de omnibus, quæ hinc inde poſſunt prætendi vſque ad dictum diem, vt *fol.*22. *litt. B.* Et exinde in antea fuerunt aſſignati ducat. 500. tantum ex dictis introitibus emptis ſuper Arrendamento farinæ pro duc. 8000. dotalibus, qui fuerunt integrè ſatisfacti vſque ad obitum Marchionis mariti, vnde nil vltra debetur. Quod confirmatur, tum quia dum morabatur extra domum vix dicti duc. 500. cum fuerint aſſignati, ac etiam deinde ſublati, dum etiam attento pacto, quod in tali promiſſione ſequitur his verbis. *Verum ſi dicta Marchioniſſa eliget habitare cum dicto Marchione eius marito, ceſſet dicta aſſignatio, & dicti introitus duc.* 8000. *integrè cedant ad beneficium ipſius Marchionis, cum onere tantum illam alimentandi ſeruata forma capitulorum matrimonialium, vt* fol. 21. *litt. M, verſ. verum ſi dicta*, &c.

Ex quibus verbis patet, quod exiſtente vxore extra domum vix ducat. 500. erant aſſignati, ſed ea redeunte ad virum, nedum alimenta, ſed omnia præſtanda erant, quæ in capitulis conuenta erant, ſcilicet dicta ſolutio per *lazzi, e ſpingole*, quæ ibi tantummodo erant promiſſa.

Nec obſtat obiectio D. Marchioniſſæ aſſerentis tranſactionem non fuiſſe factam ſponte, ſed vt haberet aſſignationem ann. duc. 500. de quo bis fuit proteſtata ante, & poſt ſecutam dictam procurationem ad ſtipulandum, vt *fol.*..... Quia proteſtationes clandeſtinæ nil operari poterant: & ſi Marchio illa ſciuiſſet, nec quantitates illi ſolutas contra decretum Collateralis Conſilij bonificaſſet, nec alias quantitates ſibi debitas remiſiſſet, dictoſque ann. duc. 500. non aſſignaſſet, quod per dictum decretum licebat. Præterea tales proteſtationes nihil releuant, dum D. Marchioniſſa ſponte ſua Romæ degens tranſactionem ratificauit poſt aliquot menſes, vt notatur in eius margine *fol.*13.

Non eſt diſpar ratio reſpectu lecti vidualis, mos enim illum præſtandi inoleuit, vt ea, quæ lectum maritalem habebat, viro mortuo viduali, & ſupellectilibus priuata non remaneret, ſed iſta Domina, quæ iam adhuc viuente viro lecto maritali noluit, viduali de bonis viri non indiget, & quatenus contrarium videretur, Sac. C. tenuis quantitatibus deberet eſſe, tum quia vitam cum viro non egit, tum etiam quia Marchionis Poſtilionis patrimonium ſatis tenue eſt, oneribus, & ære alieno grauatum.

Pro iocalibus nulla adeſt concludens probatio, vt ex lectura, & non eſt veriſimile, quod dum Dom. Marchioniſſa ſi iocalia adeſſent, ſecum non aſportaſſet.

Demum quartam vxoriam nullo pacto deberi patet ex eo, quia matrimonium conſtituta dote fuit contractum, & Domina Marchioniſſa eſt dives, cum ex dotibus, & antefato opulenter habet, vnde ſe alat, & è contra patrimonium Marchionis laborat inopia, quod tamen ex abundanti dicitur, vt ſuo loco de iure fundabimus.

Ex quibus in facto prænotatis, conuenti debent abſolui.

Quamvis ex facto ſint abſoluendi conuenti ab impetitis per Dominam Marchioniſſam Auiam, eorum tamen iuſtitiam inribus fulciri duximus ex abundanti reſpectu dotis reſtituendæ in corporibus, & quartæ vxoriæ nullo modo debitæ. 2

Dotes in pecunia reſtituendas aſtruunt, qui Dominam Marchioniſſam defendunt, prætendentes, quod dum duc. 20. m. fuerunt promiſſi, & pro eis aſſignati introitus pro duc. 12. m. & reliqui ducat. 8. in pecunia vinculati pro facienda emptione, dos extimata fuerit, & conſequenter, quod introitus tanquam extimati ſemper ſteterint periculo mariti, *l. cum dotem*, vbi DD. *C. de iure dot.* Conſtant. Roger. *in tract. de dote part.* 11. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *gloſſ.* 8. *part* 13. *num.* 9. Nec obſtare pactum reſtituendi dotem, vel in pecunia, vel in ipſis corporibus ad electionem viri, cum adſint verba, *Non deteriorati, vel diminuti*, & notoriè conſtat introitus eſſe deterioratos.

Verum enim verò, quod hæc prætenſio non ſubſiſtat, patet ex communi DD. interpretatione eam ſcilicet tantum æſtimationem id operari, quæ faciat rerum dotalium emptionem, & venditionem, non autem eam, quæ ad alium finem fit, & ad ſciendum valorem *l. inter virum*, *C. de iur. dot.* vbi omnes declarant dicentes, inſuper ex pactis, & coniecturis ex cautelis dotalibus deſumptis dignoſci, num æſtimatio dotis ad faciendam venditionem, necne ſit inducta, *l. ſi æſtimatis*, & ibi Doctor. *ff. ſolut. matrim.* quam ad hoc expendit Couar. *in cap.* 28. *num.* 2. *practic. quæſt.* Aret. *in conſ.* 84. *col.* 2. Surd. *deciſ.* 305. *num.* 37. Barboſa *in d. l. ſi æſtimatis*, *num.* 29. *verſ. de his*, vbi alios congerit Fontanella latiſſ. *in loco cit. num.* 50. *verſ. dixi quod in dubio.*

At in caſu noſtro prætenſam æſtimationem non fuiſſe factam ad inducendam emptionem, & venditionem apertiſſimè conſtat ex quantitate extimationis ex vinculo rebus adiecto, & ex facto in reſtitutione conuento, ſingula breuiter enarrabimus.

Primo, ex quantitate extimationis, notorium 3

eſt enim introitus ſuper arrendamentis ſerici, ac vini anno 1617. vendi ſolere cum alagia, vnde cum illi tunc temporis abſque vllo alagio fuerint in dotem aſſignati, nullo modo cenſeri poteſt, vt ex tali aſſignatione venditio, & emptio fuerit inducta, cum extimatio congrua eſſe debeat in dote, vt venditionem inducat, *l. quoties, C. de iure dot. gloſſ. in l. 1. §. 1. verbo, agendis, ff. de ſuperficieb.* Bald. *in l. 1. quæſt. 3. C. commodati,* Couar. *in d. cap. 28. num. 9. verſ. 9.* Afflict. *deciſ. 270. num. 1.* Menoch. *præſumpt. 74. lib. 3. de præſumpt.* Barboſ. *in d. l. extimatis, num. 21. ff. ſolut. matrim.* Fontanell. *vbi ſupra, num. 45.*

4 Nec nos latet DD. plerumque quærere læſionem in dote vltra dimidiam, quando conſtat, factam æſtimationem ad inducendam venditionem, vt eam reſcindant, iuxta *l. 2. de reſcind. vend.* Nos autem non agimus de reſcindenda æſtimatione, ſiue venditione, ſed de videndo, & coniecturando, an æſtimatio ſit huiuſmodi, necne: Vnde quælibet incongruitas pretij ſufficit ad demonſtrandum, æſtimationem non fuiſſe factam ad inducendam venditionem, cùm ex quantitate pretij in dubio dignoſcatur qualis fuerit contractus, vt ex citata Gloſſ. *in l. 1. §. 1. ff. de ſuperficieb.* Socin. iun. *in conſ. 141. num. 2. lib. 1.* Iaſ. *in l. 1. col. 5. C. de iur. emp.* Abb. *in conſ. 116. lib. 1.* Menoch. *in d. præſumpt. 74. num. 22. lib. 3.* & hæc prima ponderatio ſatis eſt ad demonſtrandum, fuiſſe inductam venditionem, nam non eſt credendum, D. Marchionem introitus præfatos ea æſtimatione, quæ facerent venditionem voluiſſe accipere pro pretio ſatis vltra eorum valorem.

5 Secundo, ex vinculo rebus adiecto, cum in cautelis dotalibus expreſsè fuerit conuentum Dominum Marchionem, nec de obulo quidem dotium poſſe diſponere, ſed tam capitalia introituum aſſignatorum in caſu reemptionis, quam duc. 8000. tempore ſolutionis depoſitari debere in banco pro illis conuertendis in alias emptiones cum conſenſu dotantium. Ex quo patet, verùm dominium introituum, & pecuniæ non fuiſſe in maritum tranſlatum, dum non poterat de illis diſponere; Dominium enim nihil aliud eſt, niſi plena proprietas cum facultate diſponendi, ac rem ad libitum alienandi, *l. ſi quis §. differentia,* vbi Bart. *& reliqui, ff. de acquir. poſſ.* Socin. *conſ. 9. num. 33. lib. 1.* Menoch. *conſ. 896. num. 5. lib. 9.* Hinc nullo pacto dici poteſt, æſtimationem factam ad inducendam venditionem, de cuius primordiali natura eſt transferendi dominium, vt notat Menoch. *in d. conſ. 896. num. 6.* & in puncto, quod quando dantur res æſtimatæ in dotem ad finem inducendi venditionem transfertur plenum dominium, vt habetur *in d. l. inter virum, C. de iure dot.* & notant Conſtant. Roger. *de dote, quæſt. 11. in princ.* Fontanell. *in loco cit. num. 9.* Videntur enim celebrati duo contractus, vnus dotis, alter venditionis, argum. *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* vt obſeruat Couar. *in d. cap. 28. num. 1. verſ. quo in caſu poſt vtrumque,* Socin. Alex. & alios per eum adductos, quod notat etiam Menoch. *in conſil. 773. num. 7.* poſt Ruin. *conſ. 134. lib. 4.* & reliquos. Vnde cùm non fuerit in Marchione plenum dominium tranſlatum, impoſſibile eſt cenſeri, æſtimationem prætenſam factam fuiſſe ad inducendam venditionem, cuius ſubſtantia defuit, nempè dominium.

6 Nec vis facienda eſt in clauſulis adiectis in cautelis dotalibus. Quod dicti introitus tranſeant in dominium Marchionis, & quod remaneant hypothecati, ex quibus coniiciunt, dominium eſſe tranſlatum, præſertim quia hypotheca ſuper re propria non poteſt conſiſtere, *l. neque pignus, ff. de reg. iur.*

Clauſula enim, *quod introitus tranſeant in do-* 7
minium, nil releuat, cùm ſit ex ſtylo Notariorum apponi ſolita in quibuſlibet contractibus dotalibus, etiam in illis, in quibus dotes dantur per ipſaliam.

Vnde cum perplexa ſit quæſtio, dotis domi- 8
nium ſit, ne penes virum, an penes vxorem, vt omnium latiſſimè reaſſumpſit Anton. Gabr. Giabert. *de dote cap. 3. à num. 1. vſque ad 4.* omnes hinc inde citando, vera interpretatione, & opinionum conciliatio eſt, naturaliter dominio penes vxorem remanente ex iuris ſubtilitate videatur penes virum reſidere dominium, quod legale ſiue conuentitium vocant, vt idem Giubert. probat *n. 4.* poſt Aufr. ad Capel. Toloſ. *quæſt. 278.* Coraſ. *in miſcell. lib. 5. cap. 14.* & Condan. *l. 8. cap. 9.* ſubdens idem Guiber. *num. 12.* ex hoc dotalium rerum periculum vxoris eſſe, citans Bart. *in l. 1. §. nunc videndum, ff. commodati,* Bald. *in l. promittendo, ff. de iur. dot. & alios.*

Minus obſtat hypothecæ adiectio, quia *l. ne-* 9
que pignus, cum concord. procedunt in dominio pleno, vt non poſſit cum hypotheca concurrere in eadem perſona, ſecus quando dominij ius eſt ſemiplenum, vt quia ſit reuocabile, vel illi deſit poſſeſſio, vt eſt in dominio vxoris, quia hoc caſu limitatur *d. lex neq. pignus,* etiam vtrumque poteſt concurrere in eadem perſona, nimirum dominium ſic ſemiplenum, & hypotheca, quæ pariter ius eſt ſemiplenum, ita Bald. *in l. 1. C. ſi antiq. cred.* ac in puncto dotis in *l. in rebus, num. 18. & 19. C. de iur. dot.* quod repetit in *auth. præterea, num. 6. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Hinc latè probauit Tiraquell. *in tract. de retract. conuent. §. 2. gloſſ. vnic. num. 40.* hypothecam rei propriæ ſubſiſtere reſpectu iuris, quod deeſt, ſed hæc omnia ad exuberantiam dicta ſunt, nam ſequens pactum gladium ponit ad radicem.

Tertio, ex pacto reſtituendi dotes, vel in cor- 10
poribus, vel in pecunia ad electionem mariti, clarè reſultat, vt eius hæredes non teneantur ad aliud, quam ad reſtituenda corpora dotalia, quæ reſtituere elegerunt, *l. plerumque, ff. de iure dot.* vbi omnes, & præſertim Couar. *in d. cap. 28. pract. quæſt. num. 5. verſ. quarto,* tunc inquiens in eo caſu, etiam dotes deterioratas poſſe reſtitui, per Text. *in l. ſanè, ff. eod.* quem ſic intelligi dicit Paul. de Caſtro *in l. ſi æſtimatis, num. 2.* ſequuntur Fontanell. *in loc. cit. num. 6.* Natta *conſil. 650. num. 4.* Berous *conſ. 63. num. 2. lib. 3.* Menoch. *d. præſumpt. 64. num. 20. lib. 3. de præſumpt.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 67. num. 11.* quod quidem procedit, etiam ſi poſita alternatiua reſtituendi rem, vel æſtimationem nulli data eſſet electio, quia ſemper in alternatiuis electio eſt debitoris, vt in *reg. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.* & in dote punctualis eſt Text. prædictus *in d. l. plerumque, ff. de iur. dotium,* vbi poſita alternatiua, licet nulli data ſit electio, maritus tantum poteſt eligere quid velit reſtituere, vt notant Socin. *conſil. 56. col. 2. lib. 1.* & Fontanell. *vbi ſup. n. 67.*

Patet igitur ex his, introituum dotalium periculum ſemper vxoris fuiſſe, ſecluſa tamen culpa mariti, vt ſuo loco dicetur, *dict. l. plerumque, ff. de iure dotium,* Barboſ. *in d. l. æſtimatis, n. 29. & 30. ff. ſolut. matrim.* Fontanell. *vbi ſuprà, n. 68.* Caſt. *in d. l. æſtimatis, n. 5.* Maſtrill. *deciſ. 49.* poſt Caſtill. *deciſ. 11. & 141.*

Modo

11 Modo nullius est momenti, id, quod Aduersarij non valentes prædicta negare astruunt, dicentes, Dominum Marchionem maritum ex verbis adiectis restitutionis, introituum scilicet *non deterioratos, nec diminutos*, assumpsisse sibi periculum deteriorationis, & proinde non posse eius hæredes introitus dotales restituere, vt asserunt Aduersarij diminutos ex causa tumultuum. Quia nihil ex his verbis oneris assumpsit Marchio, nisi illud, quod inerat ex natura contractus, nimirum, vt teneretur de dolo, lata, & leui culpa, iuxta Text. *in l. etiam, §. 1. vbi omnes, ff. de reg. iur.* non autem de deterioratione absque vlla eius culpa, illúmque Text. ad hoc expendit Couar. *in d. c. 28. vers. Alioquin regulariter*, & esse commune axioma asseruit Soccin. *in cons. 57. n. 4. lib. 4.* ac probat Barbos. *in d. l. æstimatis, n. 35.*

12 Nec dicant Aduersarij, quod maritus etiam seclusis verbis prædictis tenebatur de dolo, lata, & leui culpa ex vi Text. præfati, vnde verba prædicta aliquid vltra operari: nam multipliciter respondetur.

Primò, introitus dotales non esse in eorum substantia intrinseca, nempe effectiuo capitali deterioratos, sed extrinsecus tantum, dum gabellæ super quibus erant impositi, diminutæ sint absque vlla culpa mariti, sed ex casu fortuito, qui generaliter euenit, & proinde hæredes mariti, ad nihilum teneri, vt in simili considerauerunt Gloss. vlt. *in l. si inter virum, C. de iure dotium*, & ibi Cin. Alber. & Salycet. & latè sequitur Barbos. *in dict. l. æstimatis.*

13 Secundò, licet quando maritus promisit restituere res dotales in eadem æstimatione, in qua fuerunt datæ, iuxta *l. si inter virum, C. de iur. dot.* & nihilominus receptissimum fuit, vt ad nihilum teneatur maritus, sed restituendo res etiam deterioratas liberetur, modo deterioratio non contigerit ex dolo, leui, & lata culpa ipsius, sic probarunt Barbosa *in d. l. æstimatis, n. 35.* Rolan. qui dicit, esse communiter receptum, non teneri maritum, nisi de dolo, leui, & lata culpa *in consil. 67. num. 4. lib. 1.* qui citant alios, & vix Castr. *in dict. l. æstimatis*, probat prædictam communem conclusionem, *num. 3.* addidit ex vi talis clausulæ, quia videtur assumpsisse aliquod periculum, affirmant teneri maritum nedum de dolo, lata, & leui culpa, sed etiam de leuissima, vt verba prædicta aliquid operentur; sed patet, si res fuerint deterioratæ absque vlla eius culpa ad nihilum teneri, ipsúmque sequitur Couarru. *vbi suprà, num. 3. vers. Vnde post gloss. vltim. in d. l. inter virum, ff. de iur. dot.* Si maritus dum promisit res restituere eiusdem valoris quo eas accepit, non tenetur de deterioratione ipsarum, nisi saltem (iuxta strictiorem opinionem) leuissima tamen culpa procedat, non poterit teneri in casu nostro ex leuioribus verbis adiectis, imò quæ inerant de natura contractus absque vlla prorsus eius culpa, sed ex generali casu fortuito.

14 Tertiò, respondetur ex argum. *l. penult. §. mancipia, ff. solut. matrim.* vbi Iureconsultus aduertit, maritum suscepisse periculum bonorum dotalium, si recipiendo eos æstimatos promiserit restituere in eadem æstimatione, & nihilominus si deterioratio contingat absque vlla culpa mariti, saltim leuissima ad nihilum illum teneri, probat Couar. *in d. c. 28. n. 3. vers. Vnde infertur*, & cum regulariter maritus non teneatur, nisi de dolo, lata, & leui culpa, vt diximus: ex eo quod assumpsit tale periculum etiam leuissimæ culpæ, ob quam alias non tenebatur, lucratur fœtus ancillarum ad vxorem alias pertinentes, vt ibi obseruat Couar. *vers. Huius autem periculi*, ex Castrens. & aliis.

Hinc modo dicendum Marchionem absque vlla culpa, etiam adhuc vlla spe lucri procedente in effectibus, qui ex sui natura dietim extrinsecus prioris conditionis fiebant, vt est notorium.

Respondetur quartò, adhuc in casu fortiori 15
promissæ restitutionis rerum dotalium æstimatarum habita ratione diminutionis, vel deteriorationis, & augmenti iuxta *d. l. æstimatis, ff. sol. matr.* Quæ promissio multo magis explicat periculum mariti, quam verba nostra simpliciter prolata, & natura contractus (vt diximus) communiter omnes voluerunt non teneri maritum absque vlla culpa, vt latè probat post Couar. & alios Barbosa *in d. l. si æstimatis, n. 38.* subdens *n. 39.* periculum casus fortuiti in rebus huiusmodi æstimatis semper ad vxorem pertinere.

Ad effugienda prædicta duo opponit in facto Domina Marchionissa, alterum quòd introitus assignati pro capitali duc. 12. mil. fuerint per Marchionem assignati in dotem Dominæ Marchionissæ S. Georgij communi filiæ, & sic non possint restitui ad præsens cum non extent. Alterum verò pro duc. 8000. soluti fuerint conuersi in emptionem cum aliqua culpa mariti, dum poterant mutuari Gaspari Romero cum maiori vtilitate, & securitate, quòd permissum erat in capitulis dotalibus, adducens ad hoc fidem proxenetarum.

Attamen neutrum ipsorum alicuius est momenti.

Primum enim retorquetur in Dominam aduersariam, quia D. Marchio introitus prædictos assignauit in dotem communi filiæ, ad quam illi deuenturi erant soluto fortè matrimonio per obitum matris, & præuidens casum contrarium, nempe sui prædecessus, quasi ab eo tempore declarans animum restituendi introitus, & non pecuniam enixis verbis adiecit pactum, quod D. Marchioni S. Georgij alij introitus super eisdem stationibus assignarentur, & prædicti dotales dictæ D. Marchionissæ restituerentur, vt ex cautelis dotalibus *fol.... litt. A*, tanto magis, quod dicti introitus erant, & sunt vinculati per prædecessores Dominæ Marchionissæ actricis, vt *fol. 174. lit....* & *fol. 175. lit...* Quapropter omni iure sùt restituẽdi.

Secundum verò pariter retorquetur, quia ex fide ex aduerso producta patet, potuisse D. Marchionem duc. 8000. mutuare Romero maiori cum sua vtilitate, scilicet ann. ducat. 800. ad rationem duc. decem pro centenario, & nihilominùs, quia in tali mutuo non concurrebat cessio iuris luendi, & propterea semper fuisset sub hypotheca creditorum Romeri, & participantium, elegit potius minorem quantitatem introituum habere, s. duc. 720. annuos præuia cessione iuris luendi magis securitati ad beneficium Marchionissæ studendo, quam propriæ vtilitati. Qua in re est obseruandum maximam fuisse adhibitam diligentiam per Marchionem, qui emptionem prædictam fecit, soluendo duc. 44. pro centenario, cum communiter eo tempore soluerentur 46. vt ex eadem fide, & ex his obiecta euanescunt. Præter quod satis fuisset emptionem facere cum consensu, iuxta pacta in cautelis dotalibus.

Ex quibus omni iure eliditur prætensio Dom. Marchionissæ, quæ tollendo suos introitus dotales debet remanere contenta, nec permittendum illam ditari cum nepotum iactura, &c.

16 Reſpectu quartæ vxoriæ vana eſt petitio, cum diſpoſitio *auth. præterea, Cod. vnde vir, & vxor, &* §. *quoniam verò, auth. de exhibendis reis.* Vnde illa eſt deſumpta, tria copulatiuè requirant, ſcilicet matrimonium fuiſſe ſine dote, & donatione propter nuptias, inopiam coniugis ſuperſtitis, & copiam decedentis, vt in cauſa Dominæ Eluiræ de Montenegro cum Domino Comite Monſæ, ſiue Moluetiæ, quæ reaſſumit Dom. Reg. Rouit. *in deciſ.* 46. *num.* 1. & ex verbis Text. nouiſſimam diximus requiri inopiam, vt quarta lucretur: vnde cum Marchioniſſa data dote matrimonium contraxerit, & nunc eam habeat ſimul cum antefato, ex quorum fructibus nedum excluditur nouiſſima inopia, ſed poterit ſplendidè ſe ſuſtentari, vt latè diximus in dicta cauſa, & luculenter ſuo more amplianit Dom. Rouit. *in d. deciſ. num.* 16. adducens Bellapertic. deuenientem ad terminos terminantes Comitis ibi *n.* 17. per nos non allegatum euaneſcit dicta prætenſio.

Quamobrem conuenti ſunt ab omnibus abſoluendi, prout ſupplicatur Dominis doctiſſimis Senatoribus ipſos rogantes, vt cætera ſupplere dignentur.

DISCEPT. CCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, de qua hîc.*
2 *Æſtimatio in dote, quando operetur emptionem.*
3 *Debitoris nomen aſſignatum pro dote, quando datur inæſtimatum.*
4 *Dos æſtimata quando dicatur, & quando non.*
5 *Verba aſſignare, dare, &c. an transferant dominium.*
6 *Promiſſio euictionis quid operetur in dote.*
7 *Clauſula ad habendum quid operetur in dote.*
8 *Specialis hypotheca quid operetur in dote.*
9 *Clauſula vt plenum dominium transferatur in maritum, quem effectum operetur.*
10 *Pactum de reſtituendo dotem in ſimilem, vel meliorem, quid operetur.*
11 *Æſtimatio, an, & quando faciat emptionem in pignore, &c.*
12 *Textus* in l. plerumque, ff. de iure dotium, *in dote quid operetur.*
13 *Periculum dotis ad maritum quid operetur.*
14 *Æſtimatio non inducit emptionem, & quando.*
15 *Datio inſolutum quando, & quibus clauſulis in dotem alteretur.*
16 *Emptio, & venditio in dote, quando intelligatur.*
17 *Textus* in l. plerumque, cum l. ſeq. ff. de iure dotium, *explicatur.*
18 *Deterioratio in dote cui contingat, viro, vel mulieri.*
19 *Deterioratio culpa viri in bonis dotalibus facta quid operetur.*
20 *Culpa viri in deterioratione dotis qualiter colligatur.*
21 *Gabella extincta ſi reuiuiſcat, an culpa conſideretur.*

ARGVMENTVM.

Textus in l. plerumque, cum l. ſequenti, ff. de iure dotium, *explicatur. Deterioratio, & periculum dotis quando cadat in marito, & quando in vxore. Dotis æſtimatio quibus verbis, & clauſulis cenſeatur facta, vt damnum marito cauſet. Æſtimatio quando non faciat emptionem, & quando non in dote. Dos in gabellis, illis extinctis, & poſteà poſitis de nouo, an dicatur eadem dos, an noua.*

IVRIVM ALLEGATIONES, PRO

Illuſtriſſ. D. Lauinia Grimalda Marchioniſſa Poſtilionis.

IVSTITIA petitionis Illuſtriſſ. Marchioniſſæ Poſthilionis Dominæ Lauiniæ Grimaldo pro reſtitutione dotis in pecunia numerata, vnico, & quidem ſolidiſſimo nititur fundamento, eo quod à principio fuit dos ipſa promiſſa in pecunia, & æſtimata tradita illa etiam æſtimatione, quæ fecit emptionem, & venditionem, ſiue alium ſimilem contractum inducentem tranſlationem dominij in virum, conſtat id enim ex facto, vbi deſcripſimus promiſſionem dictæ dotis conceptam in ducatis duodecim mille ſubſequuta ceſſio, & aſſignatio annuorum introituum ſuper gabella ſerici, & vini, & pro reliquis ducatis octo mille promiſſa in ſolutum datio & venditio annuorum reddituum, ac iſto modo dicitur facta æſtimatio, quæ in dubio ſemper operatur emptionem, & venditionem *l. quoties ſupra, Cod. de iure dot.* Gloſſ. *in l. ſi inter virum 22. verſ. Æſtimata, C. eod.* Caſtrenſ. *in l. æſtimata res, n. 2. ff. ſolut. matrim.* Iaſon *in l. ex conuentione 11. C. de pact.* Afflict. *deciſ.* 270. & ibi Vrſil. *num.* 2. & alij apud Couar. *practic. quæſt. cap.* 28. *num.* 1. Barboſ. *in l. æſtimatis* 81. *n.* 3. *ff. ſol. matrim.* Hondedeus *conſil.* 41. *num.* 1. & 4. *vol.* 1. Tobias Nonius *conſil.* 52. *num.* 10. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 74. *num.* 30. Addendi ſunt Ludou. *deciſ. Peruſina* 89. *per totum*, & cæteri cumulati per Fontanellam *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 13. *num.* 25. & *ſeqq.* vbi ita de communi teſtatur. 1

Et magis ad rem accedendo de quo quæritur manifeſtè reſultat, quando vt in caſu noſtro pro quãtitate promiſſa in illius ſatisfactionẽ dãtur res, ſiue ſtabiles, ſiue annui redditus, ſiue nomina debitorum Iacob. de Strena Bart. & Alex. *in l. media. ff. ſolut. matrim.* Soccin. ſenior *conſ.* 69. *n.* 15. *lib.* 4. Soccin. Iun. *conſil.* 141. *num.* 1. *lib.* 1. Couar. *d. cap.* 28. *n.* 1. *d. verſic.* 2. apparet plenè Barboſ. *in d. l. æſtimatis, n.* 6. 7. & 8. qui loquitur in nomine debitoris aſſignato pro dote promiſſa in pecunia Hondedeus *d. conſ.* 41. *num.* 5. & 10. Tob. Nonius *d. conſ.* 52. *n.* 5. 6. & 9. Menoch. *d. præſumpt.* 74. 2 3

num. 6

num. 6. & deciſum in Rot. Rom. teſtantur Ludouiſ. *deciſ. 573. num. 2. in addict.* & in Senatu Cataloniæ Fontanell. *loc. cit. num. 10. & ſeq. & num. 40. ad 44.* vbi alios recenſet.

4 Effectus autem dotis ita extimatæ, à nemine eſt, quod ignoretur vt dominium abſolutè transferat in virum *d.l. quoties* vbi Bald. *C. de iur. dot.* Afflict. *in d. dec. 270. num. 2. & fin.* Barboſ. *in d. l. extimatis, n. 27. verſ. & hic* Ondedeus *d. conſ. 41. num. 15.* Ludouic. *d. deciſ. 89.* Caſtill. *deciſ. Siciliæ 21. num. 2.* Ludou. *d. dec. 573. num. 4.* & in additionibus Fontanell. *loc. cit. num. 8. & clauſ. 7. Gloſſ. 3. part. 13. num. 50.* & cum ipſo dominio, & omne quoque periculum tranſit in virum *l. cum dote 10. C. de iur. dot.* Afflict. *d. deciſ. n. 1.* plenè Rubeus *conſ. 5.* Barboſ *in d. l extimatis ante num. 5. verſ. 3.* infertur *& num. 6.* Ludouic. *d. deciſ. num. fin.* Ondedeus *d. conſ. 41. num. 15.* Fontanell. *loco ſæpè cit. num. 8. & 13. & num. 27.* vbi alios commemorat, & vtrumque de dominio, & periculo tranſeunte in meritum notabiliter comprobat Dominus R. Galeota *controu. lib. 2. controu. 40. à num. 1. ad 6.* quod periculum in hoc caſu ſignificari caſum fortuitum abſque vlla etiam culpa mariti poſt Caſtr. & Iaſon *in l. ſed & ſi quis §. quæſitum, ff. ſi quis cautionibus*, & Rip. *in tract. de peſte, tit. de priuil. contractuum temp. peſtis, num. 72.* tradit Barboſ. *in d. l. extimatis, num. 36. & 37.*

Accedunt etiam in caſu noſtro multa, quæ ex verbis cautelarum deſumuntur ad confirmationem earumdem concluſionum de tranſlatione dominij, & periculi prædictorum introituum in virum.

5 Primò id operantur verba aſſignare, cedere, & renuntiare dictos introitus, quia ſubiecta materia tranſlationem dominij, & periculi inducunt in ceſſionarium Bart. *in l. ſi conſtante, num. 92. & 93. ff. ſolut. matrim.* Gozadinus *conſil. 38. num. 11. vol. 1.* Beccius *conſ. 105. num. 19. lib. 1.* Card. Mantica *de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom. 2. lib. 23. tit. 5. num. 3.* Menoch. *conſ. 201. & num. 6. ad 8.* Facchineus *controu. lib. 22. c. 74. verſ. quia dicta domus.* Surd. *deciſ. 326. num. 4. & ſeqq.* Stephanus Gratian. *diſceptationibus foreníbus, lib. 2. cap. 342. num. 15. & lib. 3. c. 527. num. 3.*

6 Secundò promiſſio euictionis in ampliſſima forma in dictis cautelis appoſita, quæ alias non deſeruiſſet, niſi maritus dominium acquiſiuiſſet dictorum introituum iuxta obſeruationem Corn. *conſ. 172. colum. 2. verſ. tamen 15. & column. 4. verſ.* Idcircò *lib. 1.* Natta *conſ. 650. n. 2. verſ. 2.* Ondedeus *d. conſ. 41. num. 7. lib. 1.* allegati per Facchin. *d. controu. 74. verſ. 5.* quia fuerat, & faciunt tradita per Fontanell. *loc. ſæpè cit. num. 23. & 24.*

7 Tertiò clauſula, ad habendum, tenendum, &c. & facultas marito tranſlata diſponendi de dictis introitibus, quæ abſque tranſlatione dominij ſubſiſtere nequit, & repugnat exiſtentiæ rerum dotalium Tobias Nonius *d. conſ. 52. num. 4.* Honded. *d. conſ. 41. num. 9.* & alij relati per Facchin. *d. controu. verſ. denique.*

8 Quartò ſpecialis hypotheca ſuper dictis introitibus ceſſis, & aſſignatis in ſatisfactionem dotium reſeruata in beneficium ipſius Dominæ Lauiniæ Marchioniſſæ vxoris, quæ neceſſario ſupponit dominium ex parte viri; nam res ſua nemini ſeruit, & ſic in puncto tradit Socc. Senior *d. conſ. 69. num. 10. & 11. lib. 4.*

9 Quintò cum expreſſiſſimè actum fuit inter partes, vt plenum dominium transferretur in maritum, vt pluries legitur in cautelis deſuper confectis non poteſt dubitari de vera, & effectiua tranſlatione dicti dominij, vt arguit Surd. *d. conſil. 69. num. 11.* & ſic ipſum dominium ſemper periculum concomitatur *l. id, quod ff. de peric. & commod. rei venditæ, l. 1. C. eod. tit.* & *l. periculum 35. ff. ſi cert. pet.* vnde procul dubio introitus prædicti tam ſi perierint, quam ſi alias ſint effecti deteriores conſtante matrimonio in eiuſdem viri damnum cedere debent, & ſic licito iure Domina Marchioniſſa repetere dotes valet in pecunia pro integra ſumma ducatorum viginti mille, prout fuerunt promiſſæ, & ſatisfactæ tempore contracti matrimonij.

Contra autem iſtas irrefragabiles concluſiones firmatas pro Illuſtr. Marchioniſſa duo ſunt, quæ per aduerſam partem obiici poſſunt, & illa facilè deſtruuntur.

Primum de pacto adiecto alternatiuæ reſtituendi dictam dotem in pecunia, vel in eiſdem redditibus, & corporibus cum electione etiam reſeruata ipſi marito, ex quo videtur excludi effectus extimationis inducentis emptionem, & venditionem, iuxta tradita per Menoch. *de præſumpt. lib. 3. d. præſumpt. 74. num. 2.* & Fontanell. *loc. ſæpè etiam cit. num. 64.* ſed reſpondetur quod eo caſu non minus extimatio efficiet emptionem, & venditionem, quam ſi nulla in eiſdem corporibus fuiſſet reſeruata facultas reſtituendi cum *d. elect. vt probatur.* 10

Primò ex Text. *in l. quod ſi fundus 11. ff. de fund. dotal.* vbi conceſſa prædicta alternatiua electione marito reſtituendi fundum extimatum, aut pretium, maritus retinet poteſtatem ipſum alienandi, & dixerit latè Surdus *conſ. 225. n. 2. & 3. lib. 2.* quod non promitteretur niſi extimatio verè feciſſet emptionem, & venditionem, & plenè dominium pertinuiſſet ad maritum, quia maritus non valet alienare fundum dotale inextimatum, aut extimatum illa extimatione qua non transferatur dominium *l. vnica, §. & cum lex. C. de rei vxoriæ actione* Vinius *deciſ. 261. num. 1. lib. 2.* Ioann. Guttier. *de iuram. part. 1. cap. 1. num. 4. & 8.* & alij per Fontanellam *loc. pluries citato, num. 16. 17. 18.* 11

Secundò ex Text. *in l. plerumque 11. ff. de iur. dot.* vbi facta extimatione in dote modo quo ſupradicta cum eadem electione alternatiuè reſeruata viro, remanet etiam effectus tranſlati dominij in eum, quia res ipſa conſtante matr. perit periculo eiuſdem viri, non autem mulieris, prout in extimatione quæ verè facit emptionem, & venditionem tradidit Imp. *in d. l. vnic. §. cumque ex ſtipulatu, C. de rei vxoriæ actione*, quod ſi alias eſſet, & non feciſſet emptionem, & venditionem periculum peremptionis foret ipſius mulieris, *d. l. plerumque* Afflict. *deciſ. 270.* Caſtill. *deciſ. 21. num.* Barboſ. *in d. l. extimatis, num. 29. in fin. & ſeq.* Menoch. *d. præſump. 74. num. 17. in fin.* & Fontanell. *loc. ſæpe cit. n. 15.* 12

Tertiò cum ad maritum omne etiam argumentum ſtante dicta facultate pertineat, non ſolum, quia poterit eligere introitus ipſos auctos, & meliores factos, & reſtituere pretium habito reſpectu ad tempus matrimonij vt in *d. l.* plerumque ſed etiam quia abſolute argumentum dicto caſu cedit in beneficium viri. *l. ſi mancipia 19.* & ibi *gl. ff. de iur. dot.* oportet fateri verè dominium in eum tranſlatum per emptionem, & venditionem inductam, & habebit locum regula Text. *in l. ſecundum naturam, ff. de reg.* 13

iur. Quod quem ſequuntur commoda, ſequuntur etiam incommoda.

14 Quartò quia in reſtitutione abſoluta promiſſa de iiſdem, non obſtante extimatione DD. fatentur extimationem non inducere emptionem, & venditionem. Caſtrenſis *in d. l. extimatis, num.* 2. *&* 5. Tob. Nonius *conſ.* 52. *num.* 1. Menoch. *d. præſumpt. num.* 16. *& ſeq.* Barboſ. *in d. l. extimatis, num.* 29. *& ſeq.* Maſtrill. *deciſ.* 194. *num.* 19. *&* 20. & Fontanell. *loc. cit. num.* 31. ea nempè ratione non repugnat pactum prædictum emptioni, & venditioni, ſemperque propterea manent res dotales, quæ præcisè reſtituendæ ſunt; contrarium ergo eſt dicendum in caſu noſtro, vbi ita præcisè non debent reſtitui, ſed remanet in facultate mariti, cum dicta facultas non ſit repugnans emptioni, & venditioni, imò ſimul ſtare poſſunt eſſe factam emptionem, & venditionem per dictam extimationem factam à principio, & quod ſoluto matrimonio valeat maritus ex pacto expreſſo reſtituere extimationem, aut introitus prædictos ad inſtar venditionis, & emptionis factæ cum pacto de retrouendendo, quæ dicitur vera, & perfecta venditio, transferens, & periculum in emptorem durante emptione. Caualcanus *deciſ.* 16. *num.* 48. *part.* 2. *de contract.* & pactum prædictum ſolum operatur vt poſſit reſolui emptio, & venditio ex poſt facto, & ex tunc reuertatur dominium ad venditorem DD. *in l.* 2. *C. de pactis inter emptorem, & venditorem*, Maſtrill. *dec.* 143. *num.* 3. & non egrediendo à præſenti materia dotis extimatæ obſeruetur ſimile alio caſu reſpectu mulieris, quando ſuperuenit viri inopia, quia non obſtante extimatione quæ fecit emptionem, & venditionem à principio reſoluitur dicta emptio, & venditio ex poſt facto, iuxta doctrinam Purpurati, quam defendunt Couar. *practic. quæſt. d. cap.* 28. *num.* 8. & Barboſ. *d. l. extimatis, n.* 26. 27. *&* 28. & mulier ipſa non obſtante extimatione poteſt repetere rem dotalem. *l. in rebus, C. de iur. dotium,* & nihilominus interea periculum dicitur eſſe viri Couarr. *d. num.* 8. *in fin.* & Barboſ. *d. num.* 27. *circa finem.*

15 Quintò nam dicta facultas, & electio non habent alterare naturam dationis in ſolutum dictorum introituum factæ, nec operari valent, quod dicti introitus in ſolutum dati, & aſſignati, cum tot ampliſſimis verbis, & clauſulis importantibus veram, & plenam dominij tranſlationem in virum, quod non ſint effectus proprij ipſius viri conſtante matrimonio vt in ſimili argumentatus eſt Facchineus *controuer. lib.* 22. *controu.* 74. *verſ. quia reſponſum fuit, & verſ. ad euitandas*, vbi dicta repugnantia non eſt adminiſtranda Maſtrillus *deciſ.* 194. *num.* 91.

16 Sextò hanc ſententiam expreſsè tuentur DD. annuentes prædictam facultatem viro tributam reſtituendi extimationem, vel rem in dotem datam extimatam non excludi effectum emptionis, & venditionis inductæ per dictam extimationem ita Cephal. *conſ.* 650. *num.* 4. Surd. *conſ.* 225. *num.* 2. 6. *&* 15. *lib.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 194. *num.* 11. *& ſeq.* & prædictis minimè relatis, nouiſſime, probat Dominus R. Galeota *controu. lib.* 2. *controu.* 40. *num.* 10. *& ſeq.* nec curandum de Menochio & Fontanell. Contrarium ſentientibus qui allegant Caſtrenſem & Didacum Couarr. qui minimè hoc intelliguntur voluiſſe ſed Caſtrenſis ibi allegatus *num.* 6. videtur potius ſentire contrarium, dum infert, quod eo caſu marito licita eſt alienatio ſine conſenſu vxoris, quæ non permittitur niſi in extimatione, quæ induxit veram emptionem, & venditionem, & Couar. *num.* 4. *verſ.* 4. tunc extimatio, expreſsè tenet facere emptionem ſtante dicto pacto, & electione reſeruata marito, licèt circa peremptionem, & deteriorationem conſtituat differentiam, de qua in ſequenti agemus, & ita intelligit Maſtrill. *d. deciſ.* 194. *num.* 11. *&* 12.

Secundum obiectum partis ex aduerſo oritur, 17
ex diſpoſitione Text. *in d. l. plerumque, iuncta, l. ſequenti* incipiente, *ſanè*, vbi ſtante prædicta facultate viro conceſſa, reſtituendi rem, vel eximationem permittitur marito res ipſa etiam deteriores factas reddere mulieri, & ſic videtur omnem omninò ceſſare difficultatem in hoc caſu vt introitus prædicti licèt extimati in dotem habiti à prædicta Illuſtri Marchioniſſa, poſſint ab hæredibus ſui viri reſtitui modo, vt reperiuntur licèt valdè deteriores effecti.

Sed reſpondetur prædictam *l. plerumque cum l. ſeq.* locum habere, quando facultas eligendi tributa fuiſſet ſimpliciter marito reſtituendi rem vel pretium, at in caſu noſtro promiſſio reſtituendi fuit determinatè concepta in pretio, licèt poſtea adita facultas pro dicto pretio tradendi eoſdem introitus, & differentia eſt magna inter vtrumque caſum, quia primò de quo in prædictis iuribus ambo ſimpliciter videntur in obligatione poſiti, tam pretium quàm res. *l. eum qui certarum, § fin. ff. de verb. obligat.* Pelleg. *conſ.* 86. *num.* 2. *vol.* 5. Secundo verò caſu ſola quantitas, ſiue pretium eſt in obligatione, & introitus tantùm dicuntur appoſiti cum exequutione, & ſolutione *l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille, ff. de ſolut.* & ibi Gloſſ. & Bart. Paul. de Caſtro *conſ.* 469. *lib.* 1. Decius *conſ.* 187. *colum. fin.* Surd. *d. conſ.* 225. *num.* 6. *& ſeq.*

Et ideò hoc ſecundo caſu, qui eſt proprius de quo agitatur obligatio reſtitutionis dotis cum ſit in pecunia, & pro pecunia datur facultas tradendi dictos introitus, oritur ex hoc paciſcendi modo alter nouus contractus in ſolutum dationis faciendæ tempore reſtitutionis dotis prædictorum introituum à viro ſiue eius hæredibus in beneficium Marchioniſſæ, quæ in ſolutum datio non poteſt ſubſiſtere, neque practicari, niſi iuſto pretio, ac legitima extimatione, & ſic quod introitus prædicti debeant eſſe eiuſdem valoris, & pretij ducatorum viginti mille, vt optimè explicat Surd. *d. conſ.* 225. *num.* 8. *&* 9. *& num.* 15. *vſque ad fin.*

Secundò quod ll. prædictarum diſpoſitio pro- 18
cedit, quando circa deteriorationem nihil fuerit dictum, ſed ſimpliciter conceſſa electio viro reſtituendi rem, vel pretium, iuxta etiam tradita *in l.* 1. *C. ſolut. matrim.* ſed in caſu noſtro expreſsè fuit additum pactum, quod reſtitui poſſint dicti introitus in aliquo tamen non diminuti, neque deteriorati; ſtante igitur hoc pacto, non militat diſpoſitio dictarum ll. plerumque & ſanè, quia videtur maritum in ſe periculum diminutionis, & deteriorationis aſſumpſiſſe per dicta verba Gl. eſt ſingularis Accurſij *in l. ſi mancipia* 19. *ff. de iur. dot.* & procedunt tradita per Couarr. *dicto cap.* 28. *num.* 5.

Nec obſtat, quod pars aduerſa ſuadere cona- 19
tur verba prædicta diminutionis, & deterioration is intelligi debere, quando ex pacto, & culpa viri, quia dicta intelligentia eſt reiicienda non ſolum, quia verba ſunt indefinitè prolata, & ſic complecti debent diminutionem, & deteriorationem tam ex culpa viri quàm etiam ex caſu, &

fortuna

fortuna iuxta Text. *in d. l. ſi mancipia*, & tradita per DD. allegatos à Barboſ. *in d.l.extimatis,n.36. & ſeq.* Sed amplius cum ex iuris diſpoſitione certum ſit deteriorationem, & diminutionem ex culpa mariti proueniente illi officere, & mulieri eſſe præſtandam iuxt. Text. *in l.in rebus, ff. de iur.dot.* etiam ſtante pacto, quod diminutio cedat ad damnum mulieris, *l. ſi pater in fin. ff. de pactis dotalibus, l.cum maritus* 29. & ibi Gloſſ. *in verbo faceret, ff. eod.* nec valet pactum in contrarium, quod maritus non teneatur de culpa, *l. Pomponius 6. ff.de pact. dotal.* meritò ſi hoc erat de iure diſpoſitum in caſu præcedente ex culpa viri, ſuprà dictum pactum expreſſum, vt introitus prædicti non reſtituerentur in aliquo diminuti, aut deteriorati, debet aliquid plus operari, eo quod erat in iure diſpoſitum, ne ſit fruſtratorium, cum nullum verbum ſtare debeat ſine effectu operandi *cap. ſi Papa de priuil.* Bald. *in rubr. C. de contrahenda empt. quæſt.9.* Cardin. Pariſ. *conſ.21. n.58. lib.* 4. Omnedeus *conſ.47. num.24.* Tobias Nonius *conſ.52. num.3.* Surd. *conſ.* 124. *num.* 10. Maſtrill. *deciſ.190. num.17.* & in propria noſtra materia tradit Barboſ. *in d. l. extimatis, num.36. & 37.* & quando verba prædicta fuiſſent dubia eſſet reſpondendum pro dote vulg. *l. in ambiguis, &c.*

20 Tertiò reſpondetur quod ſi etiam vigere poſſit diſpoſitio *d. l. plerumque, & ſeq.* vt valeant reſtitui res dotales deterioratæ non culpa viri, in caſu tamen noſtro præſupponimus adeſſe culpam ſufficientem in deterioratione prædictorum introituum, nam ſi verum eſt teneri maritum non ſolùm de leui culpa, iuxt. Text. *in l. etiam, §. 1. ff. ſolut. matrim.* & alia iura ſupra allegata, ſed in hoc caſu ſtante dicto pacto expreſſo, teneri maritum etiam de leuiſſima culpa, Text. iunc. Gloſſ. *in l. in rebus dotalibus* 28. *ff. de iur. dot.* vbi allegat Text. *in l. ſi conſtante, §. ſi maritus, ff. ſolut. matrim.* dicens, quod ſi maritus fuiſſet negligens in ſuis rebus non erit parcendum in dotalibus. Caſtren. *in d. l. extimatis, numer. 3. & in l. extimatæ, num.2.* Bald. *in l. ſi inter virum, C. de iur. dot.* & ibi Salicetus. Soccin. *conſ.67. lib.1. num.4.* Couar. *d. cap.28. num.3. verſ. ex hoc patet.* Barboſ. *in d. l. extimatis latiſſimè num.36. in fin.37. 38. & 39.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.74. num....*

Prædicta culpa licet leuiſſima apparet, cum dicti introitus permanſerunt in poſſe dicti Marchionis viri quoad gabellam ſerici, & vini, ab anno 1627. quo tempore erant bonæ conditionis & paulatim poſt aliquod tempus inceperunt deteriorari, & minui circa redditum, & valorem, & potuiſſet dict. Marchio illas alienare cum paruo in prioribus annis alagio, prout diligentiſſimos patres familias in ciuitate noſtra feciſſe apertum eſt, & ita potuiſſet euitare tam magnam deteriorationem ſubſequutam poſterioribus temporibus, & hæc ſumma diligentia non adhibita, quam diligentiſſime patres familias adhibuerunt præueniendo caſum, quod præuidere poterat, cum in dies introitus ſemper deteriorabantur, nuncupatur à DD. leuiſſima culpa, quia non præuidit, quæ præuidere poterat, & alij homines diligentiſſimi fecerunt, Gloſſ. *in §. penult. verſ. debet, inſtitut. quibus modis contrahitur oblig.* Iux. Bart. *in l. quod Nerua, num.27. ff. depoſiti, & in l. ea igitur, ff. de pignorat. act.* Tepat. *variarum ſententiarum, tit.93.* de omni culpa, & negligentia Cardin. Tuſcus *practic. concluſ. litt. C, concluſ.1092.*

Et ſi culpam commiſiſſe dicimus licet leuem, aut leuiſſimam circa dictos introitus gabellæ ſerici, & vini, illos non alienando, vt ſupra quanto magis deteſtari poſſumus culpam commiſſam in faciendo emptionem ducatorum octomille proximis abhinc temporibus ſuper gabella farinæ granorum ſeptem pro tumulo, cum potuiſſet non dico facere eruptionem alio modo melioris qualitatis, ſed cum eadem gabella farinæ ſatis melioris conditionis, & ſic cum illa Gaſparis Romei, & Ioannis Vandein, quæ tunc temporis erat, atque ad præſens in redditu, & ſecuritate fuit reputata, & reputatur melior omnibus, & prædicta, quam fecit dict. Marchio, tanto magis, quod tempore ſolutionis dictorum ducatorum octomille fuit tractatum de faciendo dictam emptionem cum dicto Gaſpare Romei, & Ioannis Vandein.

Quartò & poſtremo reſpondetur quod reſpectu dictorum introituum emptorum ſuper gabella farinæ granorum ſeptem, gabella prædicta remanſit penitus extincta per gratias conceſſas à Sereniſſimo D. Ioanne de Auſtria huic fideliſſimæ Ciuitati, & ſic tempore diſſolutt matrimonij non aderat amplius dictum corpus, quod erat in totum peremptum, vnde poterat etiam militare diſpoſitio *dicta l. plerumque*, quod rei peremptio cedere debet damno viri, & non mulieris, ſtante etiam dicta alternatiua electione marito reſeruata, & ſic tempore quoad beneficium dictæ Illuſtris Marchioniſſæ erat facienda dotis reſtitutio in anno 1648. vel 1649. ſtante extinctione dictæ gabellæ, & corporis peremptione, orta fuit actio ad pretium in beneficium dictæ Illuſtris Marchioniſſæ, etiam quia hæredes dicti quondam Marchionis minimè vti poterant dicta electione reſtituendi dictos introitus ſuper prædicta gabella, quæ amplius non extabat *l. mancipia, ff. de actione legata*; & *l. ſi Panſilo, ff. eod.* nec poſtea lite iam conteſtata manet amplius electio *l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille, ff. de ſolut.* Maſtrill. *d. deciſ.194. num.5.16. & 17.* 21

Nec valet parti ſuffragari repoſitio facta poſtea gabellæ farinæ; quia ſtante prima extinctione, & peremptione, repoſitio facta dicitur noua gabella, eo magis, quod non fuit repoſita integra granorum ſeptem, ſed granorum trium cum dimidio, ad Text. *in l. inter ſtipulantem, §. ſacrum, ff. de verbor. oblig. & l. ſi ita, §. domus, ff. de leg. 1.* vbi quando domus eſt deſtructa, ſi reædificetur, dicitur noua domus Afflict. *deciſ.392. num.12. & ſeq.* & Vrſill. *ibi num.3.* & ſic dicta noua gabella repoſita, quæ ex benignitate Sereniſſimi Regis noſtri inuictiſſimi, & caritate, ac prouidentia Excellentiſſimi Domini Proregis fuit in beneficium creditorum dimiſſa, qui illam primo loco poſſidebant, non facit, quin noua ſit gabella, & prima iam extincta poſt litem conteſtatam ab Illuſtri Marchioniſſa, tollere non poteſt eidem actionem ſibi natam ad pretium ſtante dicta iam peremptione, ſequuta in damnum viri, imò dicimus adhuc adeſſe peremptionem medietatis dictæ gabellæ; quæ omnino ſaltem in damnum dictorum hæredum, cedere debeat, & præſtari extimatio Illuſtri Marchioniſſæ, & hæc dixiſſe ſufficiat currenti calamo, &c.

Cætera ſuppleant doctrina, & pietas Dominorum Iudicantium, &c.

DISCEPT.

DISCEPT. CCCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur disputandum.*
2 *Fideicommissi approbatio qualiter censeatur.*
3 *Fœmina in familia qualiter sit.*
4 *Fideicommissum quando ex prohibitione alienandi inducatur.*
5 *Fideicommissum inducitur ex exclusione fœminæ, præsertim in Regno.*
6 *Filiæ exclusio testatoris fideicommissum inducit.*
7 *Fideicommissum in fauorem familiæ qualiter inducatur.*
8 *Hæres quando teneatur ad factum defuncti, & quando non.*
9 *Hæres ad fideicommissum vocatus, quatenus factum defuncti teneatur habere ratum.*
10 *Fideicommissum factum in contractibus valet, quid operatur.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum in contractibus factum pro conseruatione familiæ censetur, ex exclusione fœminarum, præsertim stante statuto exclusiuo illorum propter masculos, & quando hæres teneatur ad factum defuncti.

IN FACTO, & in Iure, PRO

Doctore Licinio Bernalli.

Vincentius Borrellus Act. Mag.

1 ANDREAS Bernalli Senior Ciuitatis Campaniæ anno 1562. condidit testamentum, & in eo instituit vniuersales hæredes Bartholomeum, Augustinum, & Liuium Antonium eius filios legitimos,& naturales *folio 66. à terg. littera A*, necnon hæredem particularem instituit Lidiam de Bernalli eius filiam legitimam, & naturalem in ducatis quatuor centum pro suis dotibus *folio 66. à tergo, littera B.* Cum conditione tamen quod moriente aliquo ex dictis eius filiis masculis sine filiis ex corpore legitimè descendentibus vnus succederet alteri,& alter alteri *fol.67. litt.C*, Ac etiam prohibuit in perpetuum alienationem suorum bonorum,his verbis :

Item prædictus Magnificus testator voluit, ordinauit, & expressè mandauit, quod dicti eius filij hæredes instituti vt suprà, & quilibet ipsorum nullo tempore, & futuro sæculo possint,nec debeant de infrascriptis bonis hæreditariis dicti Testatoris vendere, alienare, distrahere, vel in alium transferre, sed semper dicta bona conseruentur, & voluit conseruari inter eosdem eius filios, & eorum successores de familia dicti testatoris, folio 67. littera D, & posteà expressè nominauit bona stabilia, quæ fideicommisso subiecta esse voluit *fol.67. à terg. littera E.*

De mense Maij 1648. Doctore Licinius Bernalli nepos ex filio dicti Andreæ testatoris, facta prius mentione dicti fideicommissi exposuit præfatum Bartholomæum absque filiis decessisse, & ex prædicto Augustino quatuor filios masculos fuisse ortos,scilicet, Andream iuniorem, Flaminium,Thomam,& Franciscum, posteà verò decessisse dictum Thomam superstitibus Flaminio iuniore,& Thoma posthumo, illósque in infantili ætate obiisse,& stante obitu dicti Flaminij senioris absque filiis eis successisse prædictos Andream iuniorem, & Franciscum eorum patruos,qui tandem ab hac vita migrarunt, nullis superstitibus liberis, ob quod factus est casus dicti fideicommissi in beneficium ipsius Licinij fratris consobrini, & in gradu proximioris dictorum Andreæ Flaminij, & Franciſci. Institit propterea declarari ipsum Licinium hæredem fideicommissarium in prædictis bonis stabilibus seruata forma dispositionis factæ per dictum Andream seniorem.

Subiunxit quoque dictus Licinius in prædicta eius comparitione, qualiter mortuo dicto Flaminio seniore præfati Andreas, & Franciscus Bernalli, ac etiam Victoria Zappullo Auia, & tutrix dictorum Flaminij, & Thomæ iuniorum nedum approbauerunt fideicommissum factum per dictum Andream seniorem in beneficium familiæ Bernalli, sed etiam submiserunt eidem fideicommisso omnia bona acquisita, & meliorationes factas tam per ipsos Andream iuniorem, & Franciscum & dictum Thomam seniorem, quam etiam per dictum quondam Augustinum, cum conditione,quod in prædicto fideicommisso succedere debuissent descendentes masculi in infinitum ipsorum Andreæ iunioris,Franciſci, Flaminij, & Thomæ iuniorum, exclusis omninò fœminis, & deficientibus lineis masculinis ipsorum fratrum, & nepotum, succedere debuisset ille masculus de familia Bernalli, qui esset proximior vltimo morienti. Et quia prædicti Andreas, Flaminius, & Thomas iuniores, necnon dictus Franciscus absque filiis decesserunt,& sic factus fuit casus dicti fideicommissi, & omnium prædictarum dispositionum in beneficium ipsius Licinij. Ideò petiit se declarari hæredem fideicommissarium in omnibus bonis, & meliorationibus prædictis *fol.63.* & in calce dictæ petitionis fuerunt descripta omnia bona fideicommisso subiecta *fol.64.à terg.*

2

Posteà verò introducta causa in S. Consilio iterum dictus Licinius petiit,se declarari successorem in bonis descriptis in calce petitionis præsentatæ in dicta M. C. vigore fideicommissi ordinati per dictum Andream seniorem, & ampliati per dictos Andream, & Franciscum Bernalli, ac etiam per Flaminium, & Thomam Bernalli iuniores filios, & hæredes Thomæ Bernalli senioris, vt legitur *fol.96.*

De qua ampliatione, sine potius nona fideicommissi constitutione constat per publicum instrumentum stipulatum sub die 18. Decembris 1629. in quo præfati Andreas, & Franciscus Bernalli,necnon Victoria Zappullo Auia, & tutrix dictorum Flaminij, & Thomæ iuniorum asseruerunt Andream seniorem subiecisse quædam bona stabilia perpetuo fideicommisso in beneficium

neficium deſcendentium eius familiæ, & poſtmodum Auguſtinum eius filium ampliaſſe, dicta bona ſtabilia nouis emptionibus, non alia de cauſa, niſi vt bona prædicta in eius familia conſeruarentur, & volentes ſe ipſos conformare cum intentione dictorum Andreæ ſenioris, & Auguſtini eorum Aui, & patris, ad hoc vt ipſa bona perpetuo in eorum familia conſeruarentur, nedum confirmauerunt dictum fideicommiſſum, ſed etiam illi ſuppoſuerunt augmenta, meliorationes, & nouas emptiones factas per dictum Auguſtinum eorum patrem, & per ipſos Andream, & Franciſcum, ac etiam omnes meliorationes in futurum faciendas, quæ bona voluerunt perpetuò conſeruari in ipſis Andrea, & Franciſco fratribus, & in dictis Flaminio, & Thoma iunioribus vti filiis dicti Thomæ ſenioris, & ipſorum deſcendentibus maſculis in infinitum, & expreſsè prohibuerunt dictorum bonorum alienationem ex quacunque cauſa etiam pia, & fauorabili, non obſtante quod decretum S. R. C. interponeretur ſuper alienatione: nam voluerunt, & diſpoſuerunt, bona prædicta perpetuò, & omni futuro ſæculo conſeruari penes ipſos fratres, & dictos eorum nepotes, ipſorúmque hæredes, & ſucceſſores maſculini ſexus legitimos, & naturales, excluſis ſemper fœminis, & caſu quo aliqua ex lineis ipſorum fratrum, & nepotum extingueretur ob deficientiam maſculorum ſuccedere debeant alij maſculi ſuperſtites ipſorum fratrum, & nepotum, & vbi omnes dictæ lineæ ipſorum fratrum, & nepotum extinguerentur ob deficientiam maſculorum ſuccedere debeat ille maſculus eorum familiæ, qui reperietur proximior vltimo morienti, *fol.* 119. *littera F.*

Die 12. *Decembris* 1648. *per S. Conſilium fuit prouiſum, quod ſuper hinc inde prætenſis audiantur partes, & nihilominus Carmoſina Bernalli non alienet mobilia, nec reemat capitalia ſub pœna inualiditatis, & nullitatis reemptionis, & alienationis inconſulto Sac. Conſil. & ducatorum mille, præſtita cautione de reſtituendo tertias, & fructus declarandos per Sac. Conſil. præuia annotatione fructuum percipiendorum ſingulis annis ſalua prouiſione facienda in qualibet parte iudicij ſuper petito ſequeſtro,* fol. 130. à terg.

Præſentatis articulis per Licinium *fol.* 156. probatum fuit Bartholomæum Andreæ ſenioris filium Sacerdotali fuiſſe dignitate inſignitum, & abſque filiis deceſſiſſe, vt teſtes deponunt ſuper 1. & 2. *fol.* 162. *& à terg.* 165. *à terg.* 166. 180. *à terg.* 181.

Item probatum fuit ex Auguſtino quatuor ortos fuiſſe filios maſculos, ſcilicet, Andream iuniorem, Flaminium, Thomam, & Franciſcum Bernalli, vt teſtes deponunt ſuper tertio *fol.* 160. 162. *à terg.* 166. 179. *& 181.*

Probatum quoque fuit ex Liuio Antonio ortos fuiſſe tres filios maſculos, ſcilicet, ipſum Licinium, Baſilium, & Apollinarem, dictóſque Baſilium, & Apollinarem, abſque filiis deceſſiſſe, viuente adhuc dicto Liuio Antonio eorum patre, vt deponunt teſtes ſuper quarto *fol.* 160. 162. *à terg.* 166. 179. *à terg.* 181. *à terg.*

Inſuper probatum fuit Andream iuniorem, & Flaminium Auguſtini filios nunquam vxorem duxiſſe, & abſque filiis legitimis, & naturalibus deceſſiſſe, vt teſtes deponunt ſuper 5. & 6.

Prætereà probatum fuit ex Thoma Bernalli Auguſtini filio ortos fuiſſe Flaminium iuniorem, & Thomam Poſthumum, eóſque in pupillari ætate, & per conſequens abſque filiis deceſſiſſe, vt deponunt teſtes ſuper 7. & 8.

Conſtat etiam menſe Februario anni 1648. ab hac vita diſceſſiſſe Franciſcum nullis ſuperſtitibus liberis, vt deponunt teſtes ſuper 9. *fol.* 160. *à terg.* 163. *à terg.* 177. 180. *& 182.*

Vnde conſequens eſt, Licinium eſſe maſculum de familia Bernalli proximiorem dicto Franciſco vltimo morienti, vt deponunt teſtes.

Quod autem bona ſtabilia à prima vſque ad ſeptimam rubricam deſcripta remanſerint in hæreditate Andreæ ſenioris, & in diuiſione facta inter dictos Auguſtinum, & Liuium Antonium tetigerint in portionem dicti Auguſtini apparet ex depoſitionibus teſtium ſuper 11. articulo *folio* 161. 164. 177. *à terg.* 180. *& 182. à terg.* & patet quoque ex inſtrumento diuiſionis prædictæ celebrato anno 1578. *fol.* 98.

Nec dubitari poteſt Franciſcum Bernalli vltimum morientem poſſediſſe tanquam verum dominum, & patronum vſque ad eius mortem trappetum olei nuncupatum della Piazza in octaua rubrica deſcriptum, vt deponunt teſtes.

Et pariter certum eſt dictos Flaminium, Andream iuniorem, Thomam, & Franciſcum Auguſtini filios impendiſſe maximas pecuniarum quantitates in reparando, & meliorando infraſcripta bona remanſa in hæreditate Andreæ ſenioris videlicet, in medietate trappeti, & molendini nuncupati del Tufo, ſeu Tramatara ducatos quatuor centum, vt deponunt teſtes ſuper 13. *art. fol.* 161. 164. *à terg.* 177. *à terg. &* 183. In medietate trappeti vulgariter nuncupati *delle conciarie*, ſeu *delle cocozze* ducatos ducentum quinquaginta, vt deponunt teſtes ſuper 17. *folio* 161. *à terg.* 165. 178. *&* 183. Et in ampliandis, & reædificandis ædibus dicti quondam Andreæ ſenioris duc. tres mille, vt deponunt teſtes.

Item emit Auguſtinus Bernalli medietatem trappeti nuncupati *della Piazza*, & ratam molendini eodem loco ſiti, vt teſtes deponunt de auditu ſuper 14. *fol.* 161. *terg.* 165. *&* 178. & hoc magis patet ex eo: nam hæc bona non fuerunt nominata per Andream ſeniorem in eius teſtamento *fol.* 67. *à terg.* nec fuerunt deſcripta in diuiſione facta inter Auguſtinum, & Liuium Antonium.

Et poſteà Andreas iunior emit alteram medietatem dicti Trappeti pro ducatis nongentis, vt legitur in inſtrumento *fol.* 104.

Inſuper dicti Flaminius, & Thomas ſeniores, Andreas iunior, & Franciſcus emerunt à Saluatore de Riſi quoddam Territorium cum ſexaginta pedibus oliuarum, contiguum oliueto della Forcata remanſo in hæreditate Andreæ ſenioris pro pretio ducatorum ducentorum ſexaginta, vt ex inſtrumento *fol.* 109.

Cum igitur ex prædictis appareat Licinium Bernalli eſſe Andreæ ſenioris nepotem, ac fratrem conſobrinum, proximiorémque conſanguineum Franciſci Bernalli Marchionis S. Luciæ vltimo loco defuncti, dubitari non poteſt quin ad ſucceſſionem bonorum in actis deductorum vigore geminati fideicommiſſi ſit admittendus.

Nec poteſt Carmoſina Bernalli eiuſdem Franciſci ſoror prætendere, quod bona fideicommiſſo ſubiecta per Andream ſeniorem in fauorem fami-

miliæ Bernalli ad ipſam pertineant, ſaltem eius vita durante; nam fœmina dicitur eſſe de familia, licet non ſit apta ad propagandam familiam, *l. voluntas C. de fideicommiſſ.* vbi cum eſſet prohibita alienatio extra familiam, ſtatuit Imperator, potuiſſe fratrem donare ſorori ſuæ bona alienari prohibita.

Quia cum teſtator non ſolum prohibuerit bonorum alienationem extra familiam, ſed proſpiciens ad decus, & dignitatem familiæ, expreſsè fideicommiſſum ordinauerit in beneficium ſuorum filiorum maſculorum, eorumque ſucceſſorum hæredum de familia Bernalli, credendum eſt eum ſenſiſſe de ſucceſſoribus maſculis cum in eis conſeruetur dignitas familiarum, & voluiſſe fœminas excludere, quæ familiam conſeruare nequeunt, & ſunt caput, & finis ipſius
3 *l. prontunciatio in fine, & l. ſeq. ff. de verborum ſignific.* & ita in ſpecie cenſuerunt Hieronymus Gabriel *conſ.* 132. *num.* 38. *cum duob. ſeq. lib.* 1. Cephal. *conſ.* 511. *n.* 25. *lib* 4. Burſat. *conſ.* 228. *num.* 46. *lib.* 3. Surd. *conſ.* 96. *num.* 28. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 75. *num.* 14. *lib.* 1. Marzarius *in Epitome de fideicomm. quæſt.* 43. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 5. Mieres *de maioratu* 2. *part. quæſt.* 6. *num.* 389. Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *num.* 47. & Fuſar. *de ſubſtit. quæſt* 352. *num.* 10.

4 His accedat quod Teſtator bonorum alienationem prohibuit in perpetuum, & omni futuro ſæculo, iuſſitque ea conſeruari inter eius filios maſculos hæredes inſtitutos, & eorum ſucceſſores hæredes de familia ipſius Teſtatoris, quo caſu propter illas dictiones denotantes perpetuitatem, euidens ſumitur coniectura, quod voluerit fœminas excludere Hieron. Gabriel *d. conſ.* 132. *num.* 40. *lib.* 1. Caualcan. *deciſ.* 16. *num.* 1. 2. 7. & 9. *part.* 3. vbi ſic iudicatum refert Simon de Petris *de interpret. vlt. vol. lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 1. *ſolut.* 11. *num.* 36. & poſt alios Fuſar. *d. d. quæſt.* 352. *num.* 19.

5 Quæ ſanè coniectura magis procedit in hoc Regno, vbi viget Statutum quod ſtantibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedunt, quia tunc fideicommiſſum ordinatum fauore deſcendentium de familia fœminas non comprehendit, Corneus *conſ.* 26. *num.* 4. *lib.* 4. Honded. *conſ.* 75. *num.* 25. *lib.* 1. Mantic. *de coniecturis vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 8. & Menoch. *de præſumption. l.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 5.

6 Inſuper dictus Andreas ſenior vocauit ad bona fideicommiſſo ſubiecta Liuium Antonium Bartholomæum & Auguſtinum Bernalli eius filios maſculos, illoſque ad inuicem ſubſtituit, & poſt mortem dictorum maſculorum, vocauit eorum ſucceſſores hæredes de familia ipſius Teſtatoris, & ſic excluſit Lidiam eius filiam, cui pro dote legauit tantummodo duc. quatuorcentum; Vnde cum propriam filiam excluſerit, credendum non eſt voluiſſe neptem ſuccedere, vt in propoſito optimè fundant Ruin. *conſ.* 110. *num.* 12. & *conſ.* 134. *n.* 18. *lib.* 2. Grat. *conſ.* 67. *num.* 3. *lib.* 12. Curt. Sen. *conſ.* 40. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 197. *n.* 52. *lib.* 2. & Fuſar. *d. q.* 352. *num.* 23.

7 Hæc quoad fideicommiſſum Andreæ ſenioris. Quò verò ad fideicommiſſum ordinatum per Andream & Franciſcum Bernalli, ac per Flaminium, & Thomam Bernalli iuniores in inſtrumento ſtipulato ſub die 18. Decembris 1629. clarè patet eos ſubieciſſe fideicommiſſo in fauorem maſculorum de familia Bernalli, tàm bona immobilia remanſa in hæreditate Andreæ ſenioris, quàm etiam alia bona empta per Auguſtinum Bernalli, & per ipſos Andream, & Franciſcum, & omnes meliorationes per ipſos factas, & in futurum fortè faciendas in bonis prædictis, & à prædicto fideicommiſſo fœminas prorſus excludere voluiſſe. Vnde non poteſt Carmoſina ad dictorum bonorum ſucceſſionem admitti, cum ſit fœmina, & quidem reſpectu bonorum nouiter acquiſitorum per dictos fratres de Bernalli, nulli dubium eſſe poteſt, quin potuerint ipſi bona prædicta fideicommiſſo ſubiicere in beneficium maſculorum de familia, & fœminas omninò excludere, cum rei propriæ quilibet ſit bonus moderator, & arbiter, ſic etiam potuerunt dicti fratres eidem fideicommiſſo ſubiicere meliorationes per ipſos factas in bonis quondam Andreæ ſenioris: nam pro recuperandis meliorationibus factis in re fideicommiſſo ſubiecta competit hæredi grauato, nedum retentio, ſed etiam actio *l. qui exceptionem, §. ſi pars domus, ff. de condict. indeb.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 62. & Cancer. *lib. var. reſol. cap.* 2. *n.* 17.

Item fideicommiſſum prædictum extenditur ad bona remanſa in hæreditate Andreæ ſenioris, quia cum Carmoſina ſit hæres ex teſtamento Franciſci eius fratris vltimi poſſeſſoris eorumdem bonorum *fol.* 115. in illis debet ſuccedere dictus Licinius tanquam maſculus de familia Bernalli, & proximior dicti Franciſci vltimi morientis ſeruata forma eiuſdem fideicommiſſi; Nam licet Carmoſina eſſet comprehenſa in fideicommiſſo facto per Andream ſeniorem (quod expreſsè negatur) quia tamen fuit excluſa per dictum Franciſcum, cuius ipſa eſt vniuerſalis hæres, tenetur habere ratam diſpoſitionem per eum factam, nec poteſt illam impugnare, etiam in re propria ipſius Carmoſinæ. 8

Bald. *in l. fin. §. in computatione, num.* 11. *C. de Iure delib.*

Soccin. iun. *conſ.* 107. *in fin. lib.* 3.

Crauett. *conſ.* 225. *num.* 12.

Natt. *conſ.* 214. *num.* 3. *vol.* 1.

Honded. *conſ.* 3. *num.* 53. *lib.* 1.

Hieronym. Gabr. *conſ.* 125. *num.* 12. *lib.* 1.

Velaſc. *conſult.* 52. *vtilitate* 9. *num.* 44.

Arius Pinellus *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 81. *C. de bon. mater.*

Rolan. *de inuent. part.* 4. *verſ. nunquid hæres, num.* 20. & 21.

Marzar. *in Epit. de fideicomm. quæſt.* 46. *verſ. aduertendum.*

Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 27. *cum duob. ſeqq.*

Dom. de Franch. *deciſ.* 83. *num.* 3. & 4. & *melius deciſ.* 153. *num.* 16. & *deciſ.* 665, *num.* 2.

Maſtrill. *deciſ.* 55. *num.* 14.

Dom. Conſ. Theodor. *alleg.* 78. *num.* 14.

Dom. Conſ. Paſchalis *de virib. patr. poteſt. cap.* 2. *num.* 65.

Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 48.

Roſſental. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 72. *ex num.* 8. *vſque ad finem.*

Surd. *conſ.* 73. *num.* 34. *lib.* 1.

Lanar. *conſ.* 69. *num.* 1. 2. 3. & 6.

Beltram. *in addit. ad dec. Ludou.* 418. *n.* 15.

Caualer. *deciſ.* 450. *num.* 5. & 6.

Dom. Reg. Tapia *deciſ.* 2. *ſupremi Italiæ Senatus, num.* 402.

Duran. *deciſ. Rota Rom.* 10. *ex num.* 4. *vſque ad finem.*

Peregr.

Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *num.* 13.

9 His accedat quod in hæreditate dicti Franciſci vltimo loco defuncti remanſerunt nedum bona mobilia deſcripta in Inuentario *fol.* 55. & terra S. Luciæ cuius in eodem inuentario fit mentio *fol.* 57. in fine, ſed etiam annui ducat. octingentum ſexaginta duo functionum fiſcalium ſuper quibuſdam terris Prouinciæ Principatus citra pro capitali ducat. duodecim mille in circa vt legitur *fol.* 251. & à t. Item remanſerunt in hæreditate dicti Franciſci infraſcripta bona ſtabilia peruenta ex hæreditate Andreæ ſenioris non tamen ſubiecta fideicommiſſo videlicet [le caſtagne di faito, e dello emodaraio le terre di Matiano, e delli fraſſi, l'oliue del martenisi,] & alia deſcripta in diuiſione facta anno 1578. inter Auguſtinum, & Liuium Antonium *fol.* 100. à t. loco ſignato. Vnde quatenus eſt in hæreditate dicti Franciſci tenetur Carmoſina ratam habere diſpoſitionem per eumdem Franciſcum factam in beneficium maſculorum eius familiæ.

10 Nec poteſt dubitari de validitate dicti fideicommiſſi, cum certum ſit, fideicommiſſa, nedum in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus fieri poſſe Bald. *conſ.* 249. *verſ. Subſtitutio enim, vol.* 2. Paul. de Caſtr. *conſ.* 343. *in princ. vol.* 1. Crau. *conſ.* 19. *num.* 8. Peregr. *de fideicomm. art.* 1. *num.* 16. Surd. *conſ.* 90. *num.* 1. *vol.* 1. latiſſimè Franc. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *ſect.* 3. *quæſt.* 22. *per tot.* & alij quamplures, quos refert, & ſequitur Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 14. *per tot.*

Cætera autem ſuppleant domini iudicantes.

DISCEPTAT. CCCL.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies quæ ſit in præſenti, & qualis.*
2 *Pactum negatiuum de non ſuccedendo quando valeat, & quando non.*
3 *Pactum ſuccedendi ad certam perſonam an valeat.*
4 *Renunciatio matris an noceat filiis venientibus ex propria perſona.*
5 *Nepotis ſubingreſſio in locum patris, vel matris.*
6 *Filius an ſuccedat ex perſona propria.*
7 *Matris, & filij inæqualis eſt ſucceſſio.*
8 *Filij admittuntur ex propria perſona ad ſuccedendum.*
9 *Mater ſuccedit, niſi filiis præmoriatur.*
10 *Renunciatio quid operetur poſitis filiis.*
11 *Renunciatio ſolum extinctiua quid operetur.*
12 *DD. contra renunciantem quid dixerint.*
13 *Molina adducitur, & punctualiter.*
14 *Renunciatio quid operetur in renunciante.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio, & pactum non ſuccedendi longè differunt inter ſe. Matris renunciatio quando noceat filiis ex perſona propria venientibus, & quid ſi ſit extinctiua, quid verò tranſlatiua.

IVRIVM ALLEGATIONES, PRO

Illuſt. D. Scipione de Sangro Duce Caſæ Calendæ, & D. Ioſepho de Sangro.

NON eſt hæſitandum, Dominam Brigidam de Sangro per expreſſam renunciationem debere excludi in quibuſcunque bonis ab hæreditate qu. Iulij de Sangro eius fratris inteſtati, quæ integra ſpectat ad beneficium D. Scipionis de Sangro Ducis Caſæ Calendæ, & D. Ioſeph Nepotum ex fratre dicti qu. Iulij, nec refragatur aduerſariorum aſſertio, quod dicta renunciatio minimè ſuſtineatur, tanquam à lege improbata, facta abſque conſenſu dicti qu. Iulij fratris, *l. fin. C. de pac.* D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 89. quia replicatur, id verum eſſe in pacto de ſuccedendo affirmatiuo, vt requiratur dictus conſenſus, DD. allegati per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 4. *cap.* 692. *num.* 24. ſed pactum negatiuum de non ſuccedendo, quando interuenit iuramentum validum eſt, *c. quamvis pactum, de pact. in* 6. nec eſt opus dicto conſenſu, Bart. & Bald. *in l. qui ſuperſtitis* 94. *ff. de acquir. hæred.* vbi etiam communiter Scribentes *& in d. l. fin. C. de pac.* Salyc. *in l. pactum, C. eod. & in l. pactum quod dotali, C. de collation.* vbi Alex. *col.* 2. ait, *ita communi conſuetudine receptum eſſe*, plenè Surd. *conſ.* 133. *n.* 2. 3. *& 24. lib.* 1. *& conſ.* 355. *num.* 9. *lib.* 3. Guttier. *in d. cap. quamvis pactum, in verb. improbat lex ciuilis, num.* 2. *& 3.* Minad. *conſ.* 25. *num.* 9. Theſaur. ium. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 95. *num.* 5. *& in addit. ad deciſ. Pedemont. Patris deciſ.* 225. *in fin.* Gamma *deciſ. Luſit.* 375. *num.* 6. Grat. *d. c.* 692. *num.* 11. 12 *&* 28. Præſ. Anell. de Amato *conſ.* 86. latè *num.* 23. *& ſeqq.* hoc etiam maximè quod dicta renunciatio recepta fuit à patre ſtipulante, cuius interuentus, & conſenſus ſufficit pro filiis, Anton. Fab. *diffinit. forenſ. tit. de pac. diff.* 9. *&* 26. 1

Secundò, quod lex improbat pactum ſucceſſionis certæ perſonæ, ſed quando renunciatio eſt generalis omnium hæreditatum deuoluendarum licet, exprimatur aliqua hæreditas in ſpecie, renunciatio, & pactum ſuſtinentur, Minad. *d. conſil.* 25. *num.* 8. & alij plenè relati per Gratian. *d. cap.* 692. *num.* 45. *& ſeqq.* vbi in Rota Romana deciſum teſtatur, & ita practicari, & de conſuetudine procedere inferendo, quod ſi ſecus omnes renunciationes ſubuerterentur cum ſuſcitatione infinitarum litium, quæ conſuetudo ſufficit pro validitate pacti, & renunciationis ſuper hæreditate viuentis, Theſaur. *in d. deciſ.* 225. *num.* 12. Præſ. de Amato *d. conſ.* 86. *num.* 25. *vſque ad* 33. deciſ. autem D. de Franch. non obſtat, quia ibi concurrerat fraus manifeſta, quia is, qui ſtipulatus fuit, renunciationem anhelans erat ad ſucceſſionem maternam in ſpecie, & renunciatio generalis concepta fuit quæſito colore, vt fraudem celaret, & non poterat dicta renunciatio operari effectum ſuum, niſi in dicta ſucceſſione materna, vt aduertit optimè Gratian. *d. cap. num* 56. 2

Nunc autem ad ſucceſſionem prædictam aſpirare ſatagunt filij ipſius Dominæ Brigidæ adhuc ſuperſtitis, & concurrere cum prædictis Ill. Duce, & D. Ioſepho tanquam in æquali gradu, §. *ſi* 3

autem defuncto, auth. de hæred. ab inteſt. ven. iuxta etiam *deciſ.* Præſ. de Franch. 412. *in princ.* atque illis ſuffragari exiſtimant vulgatam concluſionem, Quod matris renunciatio filiis venientibus ex propria perſona non obeſt.

5 Verum enimuerò nullo modo ipſos filios Brigidæ in prædicta ſucceſſioue concurrere poſſe affirmamus; nam ipſi Domini de Sangro nepotes ex fratre, licet in tertio gradu, & ſic æquales cum dictis filiis Brigidæ exiſtentes, *l.* 1. §. *tertio gradu, ff. de grad.* in eorum tamen parentis præmortui loco ſucceſſi legis priuilegio finguntur, hoc caſu eſſe ſecundi gradus, & cum iis, qui in ſecundo gradu ſunt ad hæreditatem admittuntur, excluſis aliis, qui tertium gradum obtineant, & ius repræſentationis non habent, pro vt verificatur in dictis filiis Brigidæ, qui à matre ſuperſtite præceduntur in gradu, & in eius locum ſuccedere non valent priuilegio hoc tantùm à lege indulto, fratris, aut ſororis prædefunctorum filiis, *d.* §. *ſi autem defuncto à princip. ad fin.*

6 Sola namque difficultas verſatur, an renunciatio dictæ D. Brigidæ eius filiis locum præſtare videatur, vel potius obſtet in ſucceſſione prædicta, & in hoc articulo, licet in negatiuam magis ſententiam deuentum ſit, vt renunciatio matris filiis minimè noceat, ſed valeant ex propria perſona ſuccedere, in eo tamen caſu procedere DD. omnes alloquuti ſunt, quando ſcilicet filia præmoriatur patri, vel alteri, de cuius ſucceſſione tractatur, ita expreſſim poſt Bart. Caſtrenſ. & alij *in d. l. qui ſuperſtitis*, idem Caſtrenſ. *& cæteri in l. pactum, quod dotali, C. de collat.* Alex. *conſ.* 75. *vol.* 1. Dec. *conſ.* 181. *num.* 6. Roland. *conſ.* 11. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 1. Surd. *conſ.* 85. *num.* 2. *&* 33. *lib.* 1. *& conſ.* 355. *num.* 36. *lib.* 3. Morot. *conſ.* 22. *per tot.* Marant. *diſput.* 10. *per totam, præcipuè num.* 13. Anton. Gabr. *commun. concluſ. de iur. dotium, n.* 43. *&* 46. Georg. Natta *in cap. quamvis, pactum, num.* 125. *& ſeq. de pac. in* 6. Couarr. *in repet. d. cap. part.* 3. §. 2. *num.* 4. *& fin.* Guttier. *in repet. eiuſdem cap. in princ. text. num.* 14. *&* 61. Anton. Gom. *in l.* 22. *Tauri, num.* 10. Tell. Fernand. *in l.* 6. *Tauri, num.* 61. Grammat. *deciſ.* 57. *num.* 39. Minad. *in dicta Conſt. In aliquibus loc. cit. & conſ.* 12. *num.* 1. Viu. *deciſ.* 211. *per tot.* Præſ. de Franch. *deciſ.* 32. *in fin. & deciſ.* 67. *per totam*, Theſaur. Inn. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 90. *num.* 3. *& ſeq.* Ant. Fab. *in C. diffinit. forenſ. tit. de pact. diffinit.* 1. *&* 14. Peguer. *deciſ.* 265. *per totam*, Cancer. *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 15. *de renunciat. n.* 44. Fontanell. *de pact. nuptialibus clauſ.* 4. *gloſſ.* 2. *num.* 25. *& clauſ.* 9. *gloſſ. vnic. part.* 1. *à num.* 57. *ad* 65. Conſiliar. de Georg. *alleg.* 30. *num.* 34. Reg. Rouit. *conſ.* 23. *num.* 24. *&* 25. *vol.* 1. Intrigliol. *deciſ. Sicilia* 11. *num.* 18. D. Præſ. *S.C.* Merlin. *lib.* 1. *contro.* 14. & D. Reg. Capic. Lat. *deciſ.* 41. & ita ſunt omnes deciſiones factæ in S.C. & relatæ per Addentes *ad Conſuetudinem, Si moriatur*, fol. 83. *litt. G.* & fol. 89. *litt. D, E, & F*, & fol. 90. *litt. B, & C.* in quo caſu afferuntur tres potiſſimæ rationes, Prima nempè, quod renunciatio ſemper intelligitur facta ſub conditione, nec aliter fieri poteſt, quam ſi ipſi renuncianti deferatur hæreditas, & ſic cum dicta conditio deficiat prædecedente matre, cui non valet deferri hæreditas, ſed poſt mortem eius defertur filiis, meritò renunciatio habetur, ac ſi facta non fuiſſet, vt dicunt Imol. & Caſtrenſ. *in d. l. qui ſuperſtitis*, & ſequuti ſunt cæteri relati per Dec. & Roland. *præcitatis conſiliis*, & per Surd. *allegatis conſil.* 85. *num.* 33. *& conſil.* 133. *num.* 18. *& ſeqq.* Minad. *in d. repet. loc cit. num.* 8. *&* 9. Faber *d. diffin.* 1. *num.* 7. *&* 8. *& diffin.* 14. *num.* 5. *&* 6. Cancer. & Fontanell. *locis allegatis*, & cæteri *ſupra* adducti.

Secunda ratio, quod diuerſa eſt ſucceſſio matris à ſucceſſione filiorum, cui mater, neque voluit, neque potuit præiudicare per renunciationem de eius perſona tantùm factam, vt ex mente Bart. *in d. l. qui ſuperſtitis, num.* 2. tradit Surd. *dict. conſ.* 85. *num.* 31. *& conſ.* 183. *num.* 20. *&* 28. Minad. *d. conſ.* 12. *num.* 6. Cancer. *d. cap.* 15. *n.* 44. *&* 59. *cum ſeqq.* 7

Tertia ratio, quod dicto caſu filij admittuntur ex propria perſona, & potius morte, quam renunciatione, matre ipſorum excluſa, Caſtrenſ. *in d. l. qui ſuperſtitis*, Fab. *d. diffin.* 14. *in fine*, cum aliis ſuprà citatis, & hic non eſt caſus noſter. 8

Sed cum mater renuncians ſuperuixerit ei, de cuius ſucceſſione agitur, prout eſt caſus noſter; Dico indubitati Iuris eſſe, renunciationem prædictam minimè præſtare locum filiis, ſed omninò obſtare debere, ceſſant ſiquidem omnes prædictæ rationes ponderatæ in ſuperiori caſu; Prima, quia hæreditas non fuit delata filiis, ſed ipſi matri renuncianti ſuperſtiti, cum renunciatio non facit quo minus ei, vel inuitæ deferatur ſucceſſio, quia defertur à lege, etiam inuitæ, licet non acquiratur inuitæ, Anton. Fab. *d. tit. de pac. diffin.* 13. *num.* 7. *& ſeq.* ideò vigebit renunciatio; Secunda, quia dictæ ſucceſſioni tamquam propriæ, & non filiorum valuit mater ipſa præiudicare per renunciationem, Tertia, cum ipſi filij non poſſint venire ex propria perſona matre ſuperſtite, à qua præceduntur in gradu, & Ius repræſentationis non habent, quia non reperiunt gradum vacuum, ſtante præexiſtentia matris, & delatione ſucceſſionis ei facta, ſecundum Anton. Fabr. *eod. tit. diffin.* 18. & concurrere pro prima non poſſunt cum prædictis nepotibus ex fratre præmortuo, qui legis beneficio admittuntur in ſecundo gradu per repræſentationem eorum patris cum dicta Brigida ad ſucceſſionem, quæ incontinenti ab ipſa aufertur, & operatur virtus renunciationis, vt illam excludat, & non tranſit ad filios filiæ, quibus non tantùm nocet renunciatio, quantum exiſtentia matris, ſed accreſcit aliis cohæredibus, qui ſucceſſiſſent cum ipſa matre ſi non renunciaſſet, quales ſunt prædicti Domini de Sangro ex fratre nepotes, & hanc theoricam tradunt communiter DD. incipiendo à Bald. *in l. pactum, num.* 13. *in fine, C. de collat.* & melius *in l. fin. num.* 16. *C. de pact.* vbi inquit, *Aut iſta filia deceſſit viuo patre, tunc nepos non repellitur per illam renunciationem, quia venit ex propria perſona non per repræſentationem matris, aut mater nepotis deceſſi poſt patrem ſuum, tunc cum talis renunciatio habeat vim pacti, & parcat vniuerſali hæredi pacti exequutionem, videtur nepos excludi, quia hæres vniuerſalis videtur hoc Ius habere ex hæreditate matris, vnde aliud eſt, hæreditatem delatam renunciare, quo caſu habent locum contraria, aliud eſt de hæreditate deferenda paciſci, non petere eam, iſtud pactum eſt quædam tacita donatio à matre nepotis in hæredem vniuerſalem collata, perinde ergò nepos excluditur, ac ſi mater poſſideret, quia ille poſſidet, qui habet cauſam à matre, ſicut ergò mater præcedit filium, ita & iſte poſſeſſor habens cauſam à matre, & ita ſeruatur de Conſuetudine*, hæc dicit Bald. & proſequitur nullam de Baldo faciens mentionem ſolito more, Salyc. *in l. pactum, num.* 6. *C. de pact.* ex quorum verbis facilè ſentierunt Bald. & Salyc. quod dicta renunciatio 9 10

nunciatio habeat vim Iuris translatiui in beneficium renunciatarij, eiusque hæredum, iuxta tradita per Cons. de Anna *cons.45. num.34. & seq. lib.1.* & D.Reg. Rouit.*in decis.85. in princ.* quæ omninò excludet, tam D.Brigidam, quàm eius filios, secundum Bald. & Salyc. *vbi supra*, Minad. *cons.12. n.10. & 11.* Præs. de Franch. *in addit. ad Napodan.consuet. Si moriatur, fol.90.* 11 *in add. incip. Vide Decium*; Sed quando præsupponamus, quod dicta renunciatio habeat solùm vim Iuris extinctiui, iuxta allegata per Cons. de Georg. *alleg.29.* cuius dictis pars aduersa hærere videtur, & nihilominus tam mater, quam filij remanebunt excluſi, attendamus quæso Paul. de Castro in hiis terminis plenè, & notabiliter differentem in *d. l. qui superstitis, num.3.* per hæc verba, *Sed si superuixit patri, tunc statim illo mortuo defertur sibi hæreditas patris, & eodem instanti succedit virtus repudiationis, & illam excludit ab ea, & sic accrescit tota illi masculo, non autem transit ad filios filiæ, & quod ista repudiatio incipiat sortire effectum, demum cum illa filia superuiuit patri, & sic defertur sibi hæreditas, & eodem instanti propter repudiationem aufertur; probatur optimè, in fin. infra de nouat.* l.quoties, §.fin. & l. Stichum, §.si vita, in fine, *& sic filiis eius non nocet repudiatio, & iuramentum matris, sed potius superexistentia eius, propter quam hæreditas fuit illi delata, tanquam præcedenti in gradu, non autem filiis eius, & exclusio, quæ postea subsequitur ex dicta repudiatione cum iuramento non prodest filiis, ad quos non transmittitur ius repudiatum*, l.si quis filium, C.de inoffic. testam. *sed prodest cohæredibus filiæ, quibus accrescit, vt quando non petent*, part. l.vn. *& hoc si extabant alij, qui fuissent successuri cum dicta filia, non repudiasset cum iuramento, vt fratres eius, vel filij fratrum, & illos appello cohæredes, sed si non extarent aliqui, quæ cum illa essent successuri, sed alij agnati inferioris gradus transuersales, tunc repudiatio illa cum iuramento, etiamsi filia superuixit patri, non nocebit filiis eius, nec etiam superexistentia ipsius, quia non deuoluit ad cohæredes per ius accrescendi, cum eos non habeat, sed ad sequentes in gradu per successorium edictum, vt* instit. de succes. cognat. §. placebat, *sed filij eius reperiuntur in potiori gradu inter subsequentes, ergo illo admittentur per successorium edictum, quia non supereſt alius, qui possit eos excludere, sicut si mater repudiasset verè post mortem patris, quæ sola fuerat successura si non repudiasset, quinimò si repudiauit, vt filia etiam ipsamet hoc casu tanquam proximior agnata admitteretur, vt* l.1. §. videndum, de succes. edict. *secus si simpliciter, vt* ibi notat Gloss. *quod autem distinctio*, Baldi *sit vera, probatur expresè* in fin.l.si quis posthumos, §.si filium, de liber. & posth. *&* l.si quis filio exhæredato, de iniust. testam. circa princ. *vbi filius exhæredatus si moritur viuente patre, non obstat nepotibus, ex eo quo minus possint venire ex eorum persona ad succedendum, etiam circa testamentum, & rumpendum, si reperiatur se præteritos, secus si superuiuunt patri, totum hoc fundat in ratione supra tacta; ergo ibi dicitur in filio excluso per exhæredationem, per identitatem rationis locum habet in filia excluſa per repudiationem cum iuramento, vt eodem modo debeamus distinguere*; hucvsque Paulus, quem sequitur plena additio ad Bart. *in d.l.qui superstitis*, & ibi etiam notabiliter, ac cæteris clariùs loquens Franc. Aretin. *ante num.6.* & Raphaël Cuman.*circa finem*, indistinctè amittens, prædictam conclusionem potissimè, quando filia aliquid fuisset consequuta tempore renuntiationis, quem in prædictis terminis sequuntur nonnulli, vt apud Decium *consil.181.* Minad. *consil.12. num.12.* & contraria dissidentium opinio, de qua apud Molses. *de renuntiat. quæst.5. num.6.* recepta tantùm fuit in matre præmortua, pro nostra etiam sententia scribit Ludouic. Roman.*in dict. l. qui superstitis, num.7.* fatendo, Baldi sententiam veridicam esse, idem Castrens. *in leg. pactum num.7. C.de collat.* & Alexand.*col.4. vers. Secundo casu*, in quo loco licet exemplificando asserat, vt quando adsint fratres sororis renuntiantis superstitis, ad quos per ius accrescendi possit deuolui portio renuntiata filij sororis excludantur, attendere oportet rationem, quam assignat generaliorem dicto, quæ est eadem Castrens. & comprehendit non solùm fratres, sed filios fratrum, dicit ergo Alex. post Castrens. & alios vt portio, quæ deficit in persona filiæ excluſæ accrescat coniunctis, seu pariter vocatis, per *l.1. C.quando non petent. part.* coniuncti autem, & pariter vocati cum dicta sorore, non solùm sunt fratres, sed filij fratrum, vt *suprà* fundauimus, admittit igitur ipsos Alexand. ad excluſionem filiorum sororis superstitis, quæ renuntiauit, subdens, quod impediuntur venire dicti filij sororis per successorium edictum, quia ius accrescendi, excludit illud, *l.meminimus, C.de legit.hared.* idque magis expresè fatetur Fulgos. *in dict.l.pactum, num.3.* & latè examinat, & comprobat Corn. *eadem l. num.7. vers. Adde tamen ad supradicta, colum.5. in medio, & colum.6. vers. Idem putarem*, ex Canonistis quoque Georg. Natt.*in cap.quamvis pactum, de pact. in 6. n.129. & 130.* conuenit cum dictis per Alexand. *loc. cit.* eidem prosequuntur Couar. *in relectione, dict. cap.part.3.§.3.num.7.* Guillielm.de Benedict. *in cap.Raynutius, part.1. in verb. Duas habens filius, num.280. & seq.* Gutierrez *in dict.cap. quamvis, gloss. fin. num.4. & 5.* qui magis absolutè loquitur ad excluſionem filiorum sororis superstitis, quæ renuntiauit dicens, ita communiter per DD.Hispanos teneri, & obseruatur apud Anton. Gomez *in l.22. Tauri, num.10. vers. Secundo casu principali*, & Roderic. Suar. *in l.quoniam, in prioribus, 10. ampliat. num.62. & 4. limit. num.5. & seq. de inoffic. testam.* qui duo omninò relegendi sunt: nam apertissimè concludunt, nepotes ex fratre omninò excludere filios sororis renuntiantis superstitis, & dictam excluſionem indistinctè tenent alij Doctores Hispani Paguer. *decis.265. num.2. & fin.* Cancer. *dict. cap.15. de renuntiat. num.11.* Molin.*de primog. lib.2. cap.3. num.47. in fin.* sed redeundo ad nostrates Italos eandem sententiam probarunt in consiliis; & decisionibus Castrens.*consil.419. num.3. lib.2.* Dec. *dict. consil.181. num.7.* Roland.*d. cons.11. num.8.* Cardin. Paris. *consil.16. num.75. lib.2.* Minad.*consil.12. num.10.* Surd.*consil.85. & 133. lib.1.* Menoch. *consil.172. num.31. lib.2.* Thes. iun. *quæst. forens. lib.2. cap.90. num.2.* Anton. Fab.*in C.diffinit. forens. tit. de pact. diffin.15. num.5. & 6.* Consil.de Anna notabiliter *consil.92. num.44. & seq. & num.75. & seq. & in consil.118. num.22. & seq. volum.2.* Consil. de Georg. *allegat.29. num.8.9. & 12.* Regens Rouit. *consil.46. num.30. & 31. lib.1.* D. Reg. Capyc. Latro Marchio Torelli *lib.2. consult.76. n.69.* qui alios recensèt.

Non obstant modo authoritates, & rationes 12
per Aduersarium in contrarium allegatæ, easque ad sensum sui desiderij trahere conatum, quia re vera nihil faciunt, & potius pro nobis deducere potuissemus.

In primis Bart. *in dict. l. qui ſuperſtitis, num.* 2. ſimpliciter alloquutus, quod nepotes ex filia renuntiante admittuntur cum aliis nepotibus, licet non cum patruis, & auunculis, nec diſtinguens ſi præmortua, aut ſuperſtite filia concurrant, intelligendus eſt magis in caſu filiæ præmortuæ, prout eſt communis ſententia aliorum Doctorum qui Bart. ſectati ſunt, & ita in ſpecie eum intellexit Imol. *in dict. l. num.* 1. *verſ. Item attende*, quia dictum per Bart. videtur procedere, quando filia in vita patris mortua eſſet, ita etiam Caſtrenſ. *in dict. leg. pactum, num.* 6. & ibi Corn. Dec. *conſil.* 181. *n.* 6. & alij apud Theſaur. *d. q.* 90. *n.* 19. *& ſeq.*

Ioan. de Imol. *in dict. leg. qui ſuperſtitis, ante num.* 2. intelligendus eſt, exemplificatiuè alloquutus, quando filij renuntiantis ſuperſtitis concurrant cum patruis, vel auunculis, vt tantùm obſtet renuntiatio eodem modo, quo affati ſunt, Alexand. & alij ſupra ponderati, quia eadem ratione vtitur Imol. qua prædicti vſi fuerunt, nempe quia non poteſt locum habere ſucceſſorium edictum in beneficium filiorum ſororis renũtiantis, quando adſunt fratres, ſed potius ius accreſcendi in beneficium aliorum vocatorum, quæ ratio vt *ſuprà* diximus, comprehendit filios fratrum in excluſionem filiorum ſororis ſuperſtitis, vel debet reduci ad concordiam, Ioan. de Imol. ſecundum interpretationem Franc. Aretin. *in dict. leg. qui ſuperſtitis, ante num.* 6. per formalia verba. *Hic eſt differentia aliqua inter ipſos Doctores: nam Imol. dicit, quod nepotes ex filia admittuntur, quia ſuccedunt cum nepotibus maſculorum ex pari gradu, ſed Paul. dicit oppoſitum, & vult quod etiam cum nepotibus ex filiis maſculis non ſuccedant, & vterque poteſt dicere verum aliquo caſu: nam ſi fratres ſunt mortui viuo patre, & fœmina poſt mortem patris, filij fratrum ſucceſſerunt in gradum paternum, & ideò cum vocentur in primo gradu, excludunt filios fœminæ, qui non poſſunt venire ex primo gradu, vt dictum eſt, ſi autem fratres fuiſſent mortui poſt mortem patris, & eſſent emancipati, vel ſe abſtinuiſſent ab hæreditate paterna, ſiue quia non tranſmitterent hæreditatem paternam ad poſteros filij eorum ſimiliter ſuccederent ex ſecundo gradu, & verum diceret Imol.* & ſic Aretino diſtinguenti ſtandum eſt, & Imol. non erit noſtræ concluſioni contrarius, limitatur etiam dicta opinio Imolæ, quando ex fratre ſuperſunt deſcendentes maſculi, quorum etiam contemplatione facta fuit renuntiatio, vt ſemper præſumitur, ex doctrina Bart. *in leg. liberorum, num.* 16. *verſ. Præterea, ff. de verborum ſignificat.* vt per Caſtrenſ. & Corn. *in dict. leg. pactum*, Surd. *conſil.* 85. *num.* 17. *& ſeq.* & *num.* 25. Menoch. *conſil.* 172. *num.* 30. *verſ.* 10. Conſil. de Anna *conſil.* 92. *num.* 15. *& ſeq.* & *num.* 33. & *conſil.* 118. *num.* 22. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 568. *num.* 9. Anton. Fab. *C. diffinit. forenſ. tit. de pact. diffin.* 7. 12. *&* 22. Molfeſ. *de renuntiat. q.* 5. *num.* 25.

Ludouic. Morot. *in dict. conſil.* 22. conſuluit in caſu tantùm renuntiantis præmortuæ, & licèt perfunctorie referat caſum renuntiantis ſuperſtitis dicendo, quod poſſint venire filij ex propria perſona per ſucceſſorium edictum, niſi extarent auunculi, iuxta Alexand. & aliorum dicta, per eandem rationem, quod ius accreſcendi excludat ſucceſſorium edictum includere videtur omninò filios fratrum, ad excluſionem filiorum dictæ renuntiantis, quia ius accreſcendi verificatur in dictis filiis fratrum pariter vocatorum in gradu ſororis renuntiantis per repræſentationem, & ita nobis non aduerſatur.

Franc. Molina *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 84. *num.* 23. eſt pro nobis, quia aperte fatetur, filios renuntiantis admitti, quando extarent alij agnati inferioris gradus, ſed excludi, quando concurrunt alij eiuſdem gradus renuntiantis, ſed filij fratrum reputantur in eodem gradu cum ſorore, quæ renuntiauit, iuxta ſupra tradita, Gallerat. *de renuntiat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 28. allegans Bald. *in leg. fin. Cod. de pact.* Anteſignan. pro noſtra ſententia intelligi debet in caſu, prout loquitur Bald. quando renuntians eſt præmortua, & licet poſtea referat opinionem Imolæ in caſu ſuperexiſtentiæ, præſupponit, quod filij poſſint venire ex propria perſona per ſucceſſorium edictum, quæ minimè procedit, vt *infrà* dicemus. 13

Molfeſ. ex eadem ratione ſucceſſorij edicti *de renuntiat. quæſt.* 14. *num.* 9. cenſuit, filios matris ſuperſtitis, quæ renuntiauit poſſe ſuccedere, ſed cum ſucceſſorium edictum locum habere non poſſit exiſtentibus filiis fratrum, quia portio renuntiata illis defertur per ius accreſcendi, tanquam ſimul vocatis cum matre renuntiante, meritò ſi corruit ratio, corruit dictum Molfeſij.

Quo verò ad rationes, quibus dicta contrariorum opinio innititur, ad duas ſpeciales reducuntur. 14

Prima, quod renuntiatio reputare faciat perſonam, ac ſi non extaret, & velut pro mortua, vnde locum præbeat filiis, & hæc regula generaliter vera non eſt, ſed ſolùm procedit quoad ipſius renuntiantis excluſionem, non autem vt locum faciat filiis, vel in præiudicium aliorum vocatorum cum ea, Menoch. *dict. conſil.* 172. *num.* 30. *&* 31. Surdus *dict. conſil.* 85. *num.* 26. Conſiliar. de Anna *dict. conſil.* 92. *num.* 45. *&* 46. & *conſil.* 118. *num.* 23. *volum.* 2. quærunt enim Doctores ſi renuntiatio obſtet propriis filiis, non autem vt illos adiuuet, & noceat alijs, ſic autem iuuaret in detrimentum nepotum ex fratre, quia haberent concurrere cum dictis nepotibus ex ſorore in capita, iuxta deciſionem S. C. apud Reg. Rouitum *conſil.* 23. *lib.* 1. cum vel cum dicta matre renuntiante concurrerent in ſtirpes per repræſentationem, quod beneficium à lege conceſſum, illis detrahi non poteſt per factum dictæ Brigidæ, *leg. ſi arrogator*, §. 1. *ff. de adopt.* Bart. *in dict. leg. qui ſuperſtitis, num.* 2. Anton. Fab. *diffin.* 1. *num.* 5. & *diffin.* 16. *&* 17. *Cod. de pact.* & ſic per dictam repræſentationem reputati in eodem gradu cum matre dictorum filiorum, quæ renuntiauit ipſa excluſa, & habita pro mortua, operatur ius accreſcendi in beneficium dictorum nepotum ex fratre: nam quoad ipſorum perſonam renuntiatio prædicta non efficit, vt habeatur omninò pro mortua, niſi quoad excluſionem ipſiuſmet, patet hoc etiam exemplo: nam renuntians, licet non admittatur ad partem, facit tamen partem reſpectu aliorum concurrentium in ſucceſſione, & ſic non habetur omninò pro mortua quoad alios Griuell. *deciſ. Dolan.* 34. *in fin.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 9. *gloſſ. vn. p.* 2. *num.* 28. *& ſeq.*

Secunda ratio, quod per ſucceſſorium edictum valeant ſuccedere iſti nepotes ex matre renunciante ſuperſtite tamquam deficiente primo gradu matris, vti concurrentes cum nepotibus ex fratre in tertio, & æquali gradu ex propria perſona, & hæc eſt omninò falſa, quia non deficit primus gradus matris viuentis, cui defertur

hæreditas,

hæreditas, licet acquiri non possit, vt supra diximus, ex Anton. Fabro, & aliis, nec filij viuente matre possent venire ex propria persona, quia præceduntur in gradu tam ab ipsa matre, quàm à nepotibus ex fratre præmortuo, qui reputantur eiusdem gradus, cum ipsa matre, Angel. *in l. illam, C. de collat.* vnde successorium edictum locum habere non potest; sed potius ius accrescendi viget in beneficium ipsorum nepotum pariter vocatorum cum dicta Brigida, vnde minimè filij ipsius Brigidæ possunt venire ex propria persona cum dictis nepotibus ex fratre, Surd. *cons.* 85. *in fin.* Menoch. *cons.* 172. *num.* 3. *vers.* 10. Consil. Anna *cons.* 92. *num.* 18. 42. 44. *& seqq.* & alij supra adducti.

Nec tandem opponi potest prætensa læsio in dicta renunciatione, quia per dotem congruam maiorem, etiam portione virili relicta aliis filiis secundogenitis per patrem in vita constitutam, nulla potest considerari, Castr. *cons.* 174. *col.* 2. *lib.* 1. Bonifac. Roger. *cons.* 16. *num.* 66. *& seqq. tom.* 1. & alij relati per Caput. *ad Consuet. Si moriatur, part.* 3. §. 10. *num.* 7. *& seqq.* Consil. Paschal. *de virib. patriæ potest. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 75. D. Præs. Merlin. *lib.* 1. *controu.* 3. *n.* 12. *&* 13. addimus etiam quod de futuræ hæreditatis cessione, siue renunciatione, læsio nunquam considerari potest, Ioannes Dauth. Germanus *in repetit. Cap. quamvis pactum, ampliat.* 23. & cum etiam dicitur, donatio non habet locum læsio, Mandell. *cons.* 11. *num.* 6. *&* 7. Præs. de Franch. *decis.* 119. *num.* 12. vltra quod dicta prætensio requirit iudicium ordinarium rescissionis ob renunciationes, & non potest in causa præambuli impedire immissionem in beneficium dictorum Dominorum de Sangro ex fratre nepotum, vt speratur. Cætera.

DISCEPT. CCCLI.

SVMMARIVM.

1 *Facti solemnis species affertur, quæ deciditur.*
2 *Sequestratio est odiosa, & in principio litis non facienda.*
3 *Sequestrum primum requisitum quodnam sit?*
4 *Euictione tenetur qui dicit vendere, vel alteri cedit rem.*
5 *Pactum vt venditor non teneatur de euictione, validum est in Iure.*
6 *Euictio quatenus veniet in causa.*
7 *Rector Capellæ agit ad euictionem, & quando.*
8 *Quantitas debita cui pereat, & quando.*
9 *Diminutio, & suppletio de voluntate Papæ quando facienda.*
10 *Diuisio facta inter hæredes præsumitur ordinata à Testatore.*
11 *Legatario non debetur euictio pro legato.*
12 *Legatum rei in specie demonstrat, non taxat.*
13 *Filia si dotem amittat, an iterum sit dotanda.*
14 *Diminutis redditibus Iuris patronatus Patronus tenetur iterum dare, & quando.*
15 *Patronus iterum tenetur dotare, quando dotem amisit Capella.*
16 *Diminutio in vno legato an, & quatenus suppleatur ab alio.*
17 *Legatum quando dicatur in proprietate, & quando in vsufructu.*
18 *Legatum factum dispositiue, & non taxatiuè quando dicatur.*
19 *Legatum quomodo, & qualiter diminuatur, & vtrùm eo diminuto diminuatur onus, & numeris sequentibus.*

ARGVMENTVM.

Sequestratio non fit in principio litis, quia odiosa. Euictio promissa, vel inducta quando dicatur in donatione. Capella & quando diminutio facta in vno censeatur facta in alio.

FACTI, ET IVRIS NOTA PRO

Gubernatoribus Hospitalis Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum.

ERA *D. Fabritio Pignatiello Commendatore, e Priore di S. Eufemia con assenso della felice memoria di Gregorio XIII. spedito nell' anno* 1574. *fundò in questa Città di Napoli vn' Ospidale per allogiare li poueri Pellegrini con vna Chiesa chiamata S. Maria de' Poueri Pellegrini, dandoli facultà di potere in quella creare, & ponerui vn Rettore, sette Cappellani, e tre Clerici amouibili ad nutum di d. D. Fabritio, & successori, alli quali Sua Santità in d. Bulla applicò, & ordinò, che dell' annui ducati* 1300. *che detto D. Fabritio percepeua di censi dal territorio nominato Bianco magniare per la dote di detta Rettoria, & sustentatione di quella si pagassero annui ducati* 100. *al Rettore, & à ciascheduno Cappellano duc.* 50. *& à ciascheduno Clerico duc.* 24. *l'anno, & che se li desse anno l'habitatione nella casa di detto Hospidale, ò Chiesa da construirse, & edificarse in forma di clausto, e che li predetti Rettore, Cappellani, e Clerici hauessero l'vso del Giardino con olera sibi paranda, & si aliquis eorum infirmatus fuerit, nullo eius sumptu, in eadem domo curetur, e che detto Hospidale fosse suo ius patronato, & de' suoi successori in perpetuo* fol. 17. in fine, & à ter. & fol. 19. litt. A, & à tergo, *& che detti Rettori, & Cappellani douessero ogni giorno celebrare almeno cinque Messe, & altri Officij diuini, & che fussero obligati amministrare l' Ecclesiastici Sacramenti tanto in detta Chiesa quanto all' Hospidale, & alli detti Pellegrini infermi* fol. 10. & 20. litt. D.

Dopò la morte di detto D. Fabritio il Duca della Tripalda, il Vescouo di Vico, Fabio Marchese, & D. Nicola Maldonato esecutori lasciati per detto D. Fabritio nel suo testamento fol .... *vedirno in fauore dell' Illust. D. Camillo Pignatiello Duca di Monteleone nepote di detto D. Fabritio tutte le raggioni, & attioni, che li spettauano in virtù di detto testamento, tanto circa la creatione, & deputatione delli Protettori, e Gouernatori di detto Hospidale, e di detta Chiesa, quanto circa l'entrate lasciate à detta Chiesa in virtù d'instrumento roborato con assenso Apostolico nell'anno* 1577. fol. 38. & à ter. & 39. litt. A, à ter.

E come ch'in questa Città à S. Pietro ad Ara vi stau-

staua vn' altra opera per allogiare li Pellegrini sotto nome della Santissima Trinità, doue vi era concorso grande, però il loco era piccolo, & considerando il detto Duca di Monteleone con detti esecutori, che se detta Archiconfraternità si vniua, & si transferiua in detto luoco eretto per detto D. Fabritio per l'istessa opera vnitamente si sorria perfettionata, & più meglio s'haueria potuto sustentare, & le spese, che detta Archiconfraternità hauea da fare inedificare la Chiesa, suoi ornamenti, & altre fabriche si poteuano spendere per beneficio, & commodità de' Pellegrini, mentre detto D. Fabritio hauea fatta la Chiesa, perciò detto Duca, & esecutori con Gio. Battista Scondito in detto tempo Primicerio, & altri Guardiani di detta Archiconfraternità conuennero d'vnirsi, & à' 8. d'Agosto 1582. si stipulò fra li predetti l'instrumento di detta vnione con l'infrascritti Capitoli fol. 29. cum seq. *Et sopra detto instrumento d'vnione, e patti in quello posti s'ottenne l'assenso Apostolico* fol. 56. à terg.

Il primo capitulo contiene, che il detto Duca, & esecutori dauano, & concedeuano l'Hospidale à detta Archiconfraternità in perpetuum nel modo, come se ritrouaua con tutte le sue stanze, & edificij, eccettuandone le stanze deputande al predetto Duca al Rettore, & Clerici eligendi per esso Duca, & anco il giardino, fol. 29.

Secondo, che il gouerno, & cura di detto Hospidale libera, & assoluta hauesse d'essere di detta Archiconfraternità: di maniera che ne il Rettore, ne li Preti deputandi s'habbiano da intromettere à cosa alcuna fol. 29.

Terzo, che in detta Compagnia potesse farsi vn'Oratorio doue, e come più li piacerà à sue spese, doue possano l'Officiali, & Confrati congregarsi, e di più ogn' altra stanza, & edificio necessario per commodità della Compagnia.

Quarto, consignorno alla detta Archiconfraternità in beneficio di detto Hospidale tutti li beni, raggioni, & attioni che furono del d. q. D. Fabritio tanto in entrate, quanto in ogn'altra cosa esistentino, riseruate però quelle entrate, quali sono, o saranno destinate per la prouisione delli Preti, & Rettore, secondo la somma, & quantità stabilita per detto D. Fabritio nel suo testamento, & anco quelle entrate, che alli detti Duca, Fabio Marchese, e Gio. Francesco de Ponte parerà giusta, e conueniente di riseruarsi per la spesa continua, & quotidiana, che bisognarà in perpetuum nella Chiesa per il culto diuino, & seruitio di quella, & anco quelli mobili, che al presente se ritrouano per seruitio di detta Chiesa, de quale entrate, mobili, & denari douessero stare à dispositione, & amministratione di d. Duca fol. 29. à terg. in principio.

Dopò nell' anno 1616. mediante instrumento, si fece la diuisione, & distributione delle entrate rimaste nell'heredità di detto D. Fabritio in virtù del quale detta Archiconfraternità assignò l'infrascritti annui ducati 630. eletti per il Sig. D. Gabriele Sances Procuratore di detto Sig. Duca delle entrate predette, cioè annui duc. 513. dell'annuo censo debito per l'heredi del l'Illustre D. Cesare d'Auolos per causa della concessione del territorio vacuo fattoli per detto Don Fabritio, & altri annui duc. 117. fra maggior summa debita per la Città di Napoli à detto D. Fabritio, à finche detto Sig. Duca ne pagasse annui ducati 522. d'essi per la prouisione del Rettore sette Cappellani, e tre Clerici della detta Chiesa, secondo la dispositione di detto D. Fabritio, & l'altri annui ducati 108. l'hauesse da spendere per seruitio di detta Chiesa, cioè per cere, oglio, & altre cose assignando, cedendo, & renuntiando detta Archiconfraternità à detto Sig. Duca detti ann. ducati 630. & tutte le ragioni, & attioni, che li competeuano ponentes dictum Dominum Ducem, in locum, vicem, priuilegium, & gradum dictæ Archiconfraternitatis, & Hospitalis, constituendo eum Procuratorem in rem propriam *& che cominciassero à correre, & si douessero pagare à detto Sig. Duca dal primo di Settembre 1616. auante li detti annui ducati 513. di detto annuo censo, & dal primo di Gennaro 1617. detti annui ducati 117. assignati sopra la Città* fol. 32. à t. litt. D, & fol. 33. litt. E, & à t.

Si conuennè di più in detto instrumento delli ducati annui 630. assignati pagare ogni anno ducat. 522. al Rettore, sette Cappellani, e tre clerici, & altri duc. 108. spenderli per seruitio del Culto Diuino della Chiesa, cioè cere, oglio, ostie, vino greco per le Messe, carboni, & altre spese minute fol. 34. à terg. in princ.

Fù conuenuto, & declarato, che l'esattione di detti 630. dalli sopradetti giorni accennati restasse ad onus di detto Duca fol. 34. à tergo, litt. A.

Reuerendo D. Gio. Domenico Riccardo al presente Rettore di detta Chiesa à' 9. di Settembre 1648. diede comparsa auanti il Sig. Consig. Marco Antonio Cioffo, & esponendo tutto il sopradetto fatto disse, che l'annui duc. 117. douuti dalla Città, non solo erano deteriorati, ma à fatto estinti, perilche non si poteuano far le spese minute, ne celebrarsi le Messe in detta Chiesa, che perciò fè instanza ordinarsi al Sig. Primicerio, & Signori Guardiani di detta Archiconfraternità, che li pagassero detti annui ducati 117. che non si possano esigere dalla detta Città, mese per mese anticipati per le spese minute di d. Chiesa; & che li pagassero anco il decorso non esatto, & di più fè instanza ordinarsi la cura d'esso Rettore, Preti, & Clerici in tempo d'infermità, & che facessero li paramenti necessarij in detta Chiesa fol. 7. & à terg.

Presentò d. Rettore tutti li sopradetti instrumenti, & per il detto Signor Consigliero domi fu prouisto, quod pro nunc Confratres Peregrinorum subministrent expensas necessarias in futurum ad beneficium dictæ Ecclesiæ, & eius Rectoris pro summa ducat. 117. assignatorum dictæ Ecclesiæ, & eius Rectori, super introitibus huius Ciuitatis, adhuc suspensis infra decem dies *fol. 11. in fine.*

Et à' 26. Ottobre 1648. per altro decreto fu ordinato l'istesso, & interim pensionarij domorum prædictæ Archiconfraternitatis faciant depositum quantitatum per ipsum debitarum *fol. 12.*

Essendo detta causa stata commessa al Sig. Consigliero Tomaso d'Aquino fol. 42. *à sua relatione per decreto del S. C. interposto à 14. di Maggio 1650. fu prouisto*, quod sequestrum factum ordine Regij Consiliarij Cioffi firmum remaneat *fol.* 44.

Dal quale decreto detta Archiconfraternità se ne grauò, & ottennè supplica de verbo faciendo ad finem videndi, an sit deferendum *fol.* 45.

Et facto verbo *à 5. di Luglio 1650. fu prouisto* non esse deferendum, verùm sequestrum prædictum firmum remaneat pro summa ducat. 117. tantum *fol.* 47.

Dopoi del quale decreto detto Rettore fè instantia ordinarsi, che detti peggionanti con effetto facessero detto depositto, & liberarseli da quello duc. 351. per tre annate decorse, & per detti Gouernatori s'è ottenuta altra supplica de verbo faciendo loco reclamationis, & sperano, che per le noue raggioni; che si rapresentano s'habbia da prouedere, quod suspenso sequestro infra quatuor dies audiantur partes,

tam

tam in causa conuentionis, quam reconuentionis.

2 *Il che per fundarsi con maggior chiarezza, & ordine, si dice,* quod de iure, quia sequestrationes sunt odiosæ, vt aduertit Rubinus *decis.* 91. & nemo lite pendente est priuandus commodo suæ possessionis, quod in fructuum perceptione consistit Afflict. *decis.* 98. *num.* 1. & 2. *ideóque quoties ex quolibet contractu pecunia postulatur sequestrationis necessitatem conquiescere, oportet enim primo debitorem conuinci, & sic deinde ad solutionem pulsari, quam rem non tantum iuris actio; sed & ipsa æquitas persuadet, vt probationes secum afferat debitoremque conuincat pecuniam petiturus statuit Iurisconsult. in l. vnica, C. de prohib. sequestrat. pecun.* vndè Gloss. *in l. si fideiussor. §. final. verb. officium, ff. qui satisdar. cogant.* Guid. Papa *in decis.* 246. & Arisminat. *in tit.* 263. *de sequestris, fol. mihi* 513. *in* 2. *col.* & Illust. Marchio Torelli *consult.* 63. *num.* 73. & 75. probant Iudicem non debere ad sequestrationem alicuius rei, vel iuris procedere, nisi quatuor concurrentibus.

3 Primum enim requisitum est, quod debet Iudici saltem summariè constare de iure creditoris petentis sequestrum secundum, quod debitor citetur, & requiratur tertium, quod constet Iudici, quod ille, qui petit sequestrum hoc faciat ad iuris sui, vel debiti conseruationem, & non causa æmulationis quartum, quod ex persona debitoris, vel alterius contra quem sequestrum petitur immineat, vel appareat suspicio, quod obtinendo satisfieri non potuerit, vel suspicio dilapidationis, quibus cessantibus concludunt non deberi procedi ad sequestrationem, in præsenti verò casu non aliter concurrunt dicta quatuor necessaria requisita, nec minus vnum ex eis.

4 Non concurrit primum quoniam ipsi Gubernatores conuenti, neque prædecessores, prout fundatum est in facto cum dicta Rectoria contraxerunt, nec illi assignarunt dictos annuos ducat. 630. sed illos elegit dictus Illustris Dux Montis Leonis, cui deindè assignati fuerunt *fol.* 32. *& à t. litt. D, & fol.* 33. *& à t.* indè sequitur, quod dum dictus Rector causam non habet à d. Hospitali, quod non possit, nec valeat contra eum de euictione agere pro dictis ducat. 117. quia de iure dans, vel tradens titulo emptionis cessionis, vel alio simili titulo de euictione tenetur Mangil. *de euict. in quæst.* 63. *num.* 12.

5 Sed dicto Duci, cui assignati fuerunt, actio prædicta competeret, immo adhuc d. Dux agere minimè poterit, quoniam ipsi Gubernatores tempore cessionis, & assignationis expresè conuenerunt exactionem dictorum annuorum ducatorum 630. à dicto die in antea ad onus dicti Ducis remanere debere *fol.* 34. à tergo litera D. ob quod stante dicto pacto dicti Gubernatores, nec à dicto Duce molestari possunt cum de iure pactum nolle teneri de euictione validum sit Viuius *dec.* 24. *num.* 6. & *decis.* 152. *num.* 2. latè Guzman *de euictionibus, quæst.* 2. *num.* 73. *cum seqq.* ex quo tale pactum non est contra substantialia, sed contra naturalia contractus, Dom. de Franchis, *decis.* 139. *num.* 2.

6 Quod in tantum est verum, quod ipse Dux etiam expresè se cautelauit declarando, quod in casu cuiuscumque sequestri, seu euictionis fortè sequendæ super dictis annuis 630. assignatis, ex quauis causa, nec ipse, nec eius hæredes tenerentur soluere dicto Rectori, nec erogare pro seruitio cultus diuini dictæ Ecclesiæ, nisi pro quantitate ipsorum introituum, quæ anno quolibet per eum, vel eos, vel ipsorum legitimam personam realiter, & cum effectu fuerit exacta tantum, & non aliter, nec alio modo, *fol.* 34. *à t. litt. A.*

Vndè præfatus Rector pro dicta prætensa 7
suspensione, seu diminutione dictorum annuorum duc. 117. nec contra dictos Gubernatores, nec contra ipsum Ducem de euictione agere potest, contra quos stantibus pactis prædictis actionem aliquam non habet, ob quod dùm penitùs actione caret, non concurrit primum necessarium requisitum, & non solum dictum sequestrum obtinere non poterat, sed à limine iudicij est expellendus, quia qui actione caret in iudicio esse non potest, Galuppus *in sua praxi part.* 2. *cap.* 8. *num* 41.

Caret secundo dictus Rector actione contra 8
dictos Gubernatores pro d. diminutione dicti annui redditus ducatorum 117. quia illa superioris authoritate, ac ordine sine dolo, & culpa ipsorum Gubernatorum euenit; quæ damno ipsius Rectoris cedere debet, quia res perit Domino, nec non illi, cui quantitas debetur respectu certæ speciei peremptæ, *l. cum ita, §. species deleg.* 2. *l. domos hæreditarias, ff. de legatis* 1. *l. si ex legati causa §. fin. ff. de verb. oblig. l. mulier, §. sed etenim, ff. ad Trebellian.* Mangil. *de euict. quæst.* 95. *num.* 9.

Tertiò caret etiam actione, quia talis diminu- 9
tio, & suspensio de voluntate Principis processit, cui resisti non potest; ideóque dictis Gubernatoribus non officit per Text. *in l. Lucius Titius, ff. de euiction.* Gamm. *decis.* 349. *num.* 8. reputatur namque casus fortuitus factum Principis; latè Costa *de facti scientia, & ignorantia inspect.* 38.

Quarto, vt clarius appareat, quàm iniustè, & 10
sine vlla actione à dicto Rectore ipsi Gubernatores vexantur, dicimus, verum esse in facto dictæ Rectoriæ per ipsum D. Fabritium testatorem, & per exequutores testamentarios, tam pro Rectoris, septem Capellanorum, & trium Clericorum prouisionibus, quàm pro impensa necessaria pro Ecclesia fuisse assignatos dictos ann. ducatos 630. hoc modo v3. ann. ducati 513. ex annuis ducatis 1300. censuum territorij nuncupati Bianco magniare, & annui duc. 117. ex annuis introitibus debitis per dictam Ciuitatem *fol.* 29. & à t. Reliqui verò introitus dictæ hæreditatis dicto Hospitali assignati fuerunt; indè sequitur, quod dicta assignatio, & diuisio tota ab ipso testatore facta censetur, cum de iure factum ab exequutore, ab ipsomet testatore factum censeatur, Tuscus *conclus.* 121. *num.* 12. *tom.* 3. *fol. mihi* 244.

Hoc posito vel dicti Gubernatores, & ipsa Rectoria insimul sunt cohæredes dicti quondam D. Fabritij, vel ipsa Rectoria est legataria, si sunt cohæredes, cohæres de iure non tenetur cohæredi de euictione pro dictis annuis duc. 117. ei obuenti ex diuisione per ipsum testatorem, & eius exequutores facta, quia habetur loco specialis legati, *l. quid ergo la* 2. *ff. deleg.* 2. ex quo certa, & determinata pars redditiuum relicta, & assignata fuit, & sic legatum in specie dicitur, & non quantitatis, *l. Quintus Mutius la* 2. *§. si autem aurum, ff. de aur. & argent. legat.* Vnde sicut hæres non tenetur de euictione pro speciali legato, *l. à substituto, §.* 1. *ff. delegat.* 1. nisi ipsius culpa fuisset causata, *l. si seruus, §. quicumque, ff. delegat.* 1. & ibi Gloss. *in verbo deperierit,* ita nec tenebitur pro re euicta, quæ ex voluntate testatoris, & exequutoris testamentarij ei obuenerit, & ita est

commu

communis opinio teſte Caballino *in* §.4. *de euictionibus, ſub num.*42. Patre Molin. *tom.*2. *de iuſt. quæſt.*380. *num.*2. relatis per Guzman. *de euictionibus, quæſt.*33. *num.*3.5. *&* 9. *in fin.* vbi allegat rationem, quia partes videntur in rebus diuiſis mutuum periculum ſuſcepiſſe.

11 Si eſt legataria, quia agitur de legato ſpeciali in re certa, pro eo non debetur euictio, *l. ſi ſubſtituto,* §.1. *ff. de legatis* 1. Speculator *de inſtrumentorum editione,* §.14. *verſ. Sed quæritur,* Menoch. *de præſumptionibus, lib.*5. *præſumpt.*118. *num.*4. Riminald. iun. *conſil.*823. *num.*14. *lib.*7. Peregrinus *conſil.*29. *num.*1. *lib.*4. quia ſatis eſt ab hærede rem talem qualis eſt præſtari, vt notant Bartolus, Baldus, Caſtrenſis, Alexander, & Iaſon *in dict. l. ſi ſubſtituto*, §.1. ſecus verò ſi legatum fiat in genere, quia tunc debetur euictio cum teneatur hæres facere accipientis, *l. hæres ſeruum, ff. de euictionibus,* & ibi Gloſſ. & Doctores, Bartolus *in l. ſi domus,* §.1. *num.*3. *ff. de leg.*1. Iaſon *in dict. l. ſi à ſubſtituto*, §. *ſi hæres, num.*1.9. *&* 10. *ff. de legat.*1.

12 Et ratio dictæ concluſionis eſt, quia rei in ſpecie legatæ dominium tranſit in legatarium, vt *in l. à Titio, ff. de furtis,* latè Guzman. *de euictionib. quæſt.*37. *num.*12. *cum ſeqq.* allegando eandem rationem *in num.*14. quia hæres in plus non obligatur, quam tradere rem qualis eſt, niſi forſan hæredis culpa, & negligentia, legatarius legatum amiſiſſet, vt probat Text. *in dict. l. ſi ſeruus,* §. *quicunque, ff. de leg.*1. & ibi Gloſſ. *in verb. deperierit,* quæ culpa dictis Gubernatoribus aſcribi non poteſt.

13 Quintò dicimus dictæ Rectoriæ fuiſſe dictam dotem annuorum ducatorum 630. ſuper dictis introitibus aſſignatam; cum ergo ſemel dicta dotatio promiſſa perfectè adimpleta fuerit per dictos exequutores ſucceſſor, & patronus non tenentur dictam dotem indemnem, & ſecuram conſeruare, in eodem ſtatu ex eo, quia obligatus ad faciendam aliquam dotationem ſi ſemel dotauit, non tenetur iterum dotare, ſi dos caſu fortuito ceſſare contingat, *l. ſocius pro filia, ff. pro ſocio,* vbi Fulgoſ. *n.*5. dicit, quod ſi inter fratres actum fuerit, vt dotes filiarum ſoluantur ex bonis communibus intelligitur, vt ſemel tantùm dotentur Ancharanus *conſ.*404.

14 Semel enim facta redditus aſſignatione à fundatore, vel ab exequutore, quod eſt idem ſi poſteà ſuperuenerit redditus diminutio, nec teſtator, nec eius hæres, nec patronus ſupplere tenentur, nec reducere redditum ad valorem, quem habebat tempore fundationis, quia regulare eſt, quod conditionis implementum ſufficit durare per momentum, vt conditio perfectè adimpleta dicatur, *l. ſi quis hæredem, Cod. de inſtitutionibus & ſubſtit.* ita Guzman. *de euictionib. quæſt.*30. *n.*59. *&* 60. & *in num.*64. firmat, quod ita exequuta diſpoſitione, cum actu æquali correſpondente ſtatui rerum tempore aſſignationis mutatio, quæ deinde ſuperuenerit ſine culpa hæredis, non grauat eum ad ſupplementum, vt ſatisfaciat legato ſemel adimpleto.

15 Tamen non negamus, quod ſi in totum dicta Rectoria indotata remaneret onus de nouo dotandi, non ad ipſos Gubernatores Hoſpitalis, ſed ad ipſum Ducem Montis Leonis patronum ſpectare, adeò quod ſi requiſitus non dotaſſet, iure patronatus priuaretur, & is qui de nouo dotaſſet, illud acquireret, vt tradunt Hoſtienſis *in cap. noui de iure patronatus*, per Textum *in cap. quicunque* 16. *quæſt.*7. & proſequitur latè Lambertinus *de iure patronatus, lib.*1. *part.*1. *quæſt.*1. *art.*3. *num.*24. *& ſeqq.* Sed diuerſa ratio eſt quando ſuccedit diminutio primæ dotationis, quia hoc caſu non tenetur ſupplere dotationem Guzman. *de euictionib. quæſt.*30. *in puncto, num.*47. *cum ſeqq. qui in num.*51. ait, quod dos Eccleſiæ æquiparatur doti filiæ cum ita ſit legalis obligatio dotandi Eccleſiam, ita dotandi filiam, & ſi pater ſemel dotauerit filiam, & fortè fortuna ipſa conſumpſerit dotem, aut eam perdiderit, iterum dotare tenetur quando tota dos deperdita fuerit, ita quod non remaneant alimenta neceſſaria; ſecus verò ſi diminueretur aliquid de dote, & ſufficienter dotata remaneret, quoad alimenta neceſſaria, & in his terminis procedit caſus noſter: nam quoad ſortem dicti cenſus annuorum ducatorum 117. pro capitali duc. 1950. eadem ad præſens remanet *d. fol.*68. diminuti tantum ſunt dicti annui duc. 117. qui remanſerunt, pro annuis duc. 78. qui ſatis ſufficiunt pro impenſis neceſſariis pro dicta Eccleſia.

Concurrit amplius alia conſideratio in fauorem dictorum Gubernatorum, ſcilicet, quod dictus D. Fabritius, & eius exequutores de bonis remanſis in dicta hæreditate prædicti annui duc. 630. dictæ Rectoriæ aſſignarunt, reſiduúmque verò dictæ hæreditatis dicto Hoſpitali remanſit, ex quo ſequitur, quod diminutio ſequuta in dictis annuis duc. 117. dictæ Rectoriæ aſſignatis contra ipſam currere debet, & non contra Gubernatores habentes aliam partem dictæ hæreditatis, quia diminutio quæ euenit vni legatario, non debet ſuppleri à Collegatario per rationem conſideratam per Paulum de Caſtro *in l. ſi familiæ, num.*1. *C. familiæ herciſcundæ*, & ibi etiam Guillielmus de Cuneo, quoniam ſicut dictæ Rectoriæ legato fuit facta diminutio, ita fieri poterit dicto Hoſpitali Collegatario, eo magis, quod ipſi Gubernatores in parte ipſis aſſignata maiorem diminutionem, & damnum paſſi fuerunt, quapropter damnum fuit pro rata æquale, & commune, ob quod non debet vna pars eſſe obnoxia euictioni alterius, Guzman. *in d. q.*30. *num.*65. 66. *&* 67. 16

Vlterius dicimus eſſe animaduertendum, quod dictus teſtator, & eius exequutores non voluerunt, quod dicti duc. 630. ſoluerentur dictæ Rectoriæ ex fructibus dictæ hæreditatis ſingulo anno, quo caſu diminutio, & augmentum, commodum, & incommodum ſpectaret ad dictam hæreditatem, & non ad ipſam Rectoriam, ſed certa ſpecialis, & determinata quantitas fuit aſſignata, & ſic dictum onus non reſpicit totam hæreditatem, ſed fundator, & eius exequutores ſeparauerunt quantitatem aſſignatam dictæ Rectoriæ, à quantitate aſſignata dicto Hoſpitali, eis aſſignando cenſus particulares, & diſtinctos, quo caſu abſque dubio diminutio debet eſſe periculo eorum, qui dictam aſſignationem receperunt, vt latè fundat Guzman *dict. quæſt.*30. *à num.*73. *vſque ad num.*77. omnino videndus, eo magis, quia dicti annui duc. 117. cenſentur relicti cum eorum proprietate, vt fundat Surdus *conſil.*319. *num.*7. *&* 9. *lib.*1. Gamma *deciſ.*92. *num.*1. Molin. *lib.*1. *de primogen. cap.*19. *num.*8. ideóque dum capitalia duc. 1950. in faciem dictæ Capellæ deſcripta fuerunt, *d. fol.*68. quæ deſcriptio realem traditionem importat, & tranſtulit dominium, ita Rebuffus *in leg. aſſignare* 107. *ff. de verborum ſignificat.* Gratianus *diſcept.*342. *num.*15. reſultat præcisè, quod diminutio ſuperueniens contra ipſam Rectoriam currere debeat, 17

quia

quia effectus dominij est, quod damna patiatur dominus rei, sicuti commodis potitur, ita Guzman. *in d.q.30.n.85.& 86.*

18 Tandem fundatur alia ratione Hospitale non aliter esse obligatum d. Rectoriæ, ex quo legatum, & assignatio ei facta de dictis annuis ducatis 630. super dictis introitibus fuit taxatiua,& non demonstratiua,stante quod non fuit dictum, quod de omnibus introitibus d. hæreditatis assignarentur d.Rectoriæ ann.duc.640.adeò quod omnes annui introitus intelligerentur obligati pro solutione ipsorum, sed d.testator, & ipsius exequutores voluerunt separare, ac diuidere dictam summam ann. ducatorum 620.ab alia summa d.hæreditatis,vnde residuum pro d.Hospitali liberum remansit, & non subiectum oneri alicui euictionis, quapropter d. legatum d.Rectoriæ factum præcisè taxatiuum remansit, ideò diminutio currere debet in eius damnum pro rata cuiuslibet legati, sicuti è contra commodum, & augmentum non spectat ad hæredem,sed ad rem legatam, & ad eum, cuius contemplatione fuit factum, vt in indiuiduo probat Caualcan. *in indice ad 1.part.decis. littera V,vers.Verba in dubio præsumuntur, num.4.* ad id probandum allegatus per Guzman.*in dict. quæst.30. num.74. cum seqq.*

19 Remanet solum respondere obiectioni, quod si non admitteretur supplementum d.diminutionis sequeretur inconueniens notabile, scilicet, quod non possent Missæ, & diuina Officia celebrari, cui idem Guzman.*in d. quæst.30. num.93.* cum Lambertino, & aliis respondet, quod id quod inconueniens,dicitur non est inconueniens, sed remedium legale,quia quando bona anniuersarij, & Capellaniæ diminuuntur, ius disponit, quod fiat diminutio oneris,vel Missarum.

20 Sed non egemus alia probatione, ex quo agnoscens Rector ipse damnum, & diminutionem dictorum annuorum introituum ad ipsum spectare tempore quo à d.Ciuitate debitrice fuit facta assignatio in beneficium ipsorum creditorum super ipsius Ciuitatis Gabellis fuerunt assignati d. Rectori pro dictis duc.117. super Gabella Grani vnius pro rotulo annui duc.78. tantum ad rationem quatuor per centum, quæ assignatio fuit per ipsum Rectorem acceptata, & in faciem d.Capellæ, illam describere fecit, sic diminuta, & illos sic diminutos exegit vsque ad annum 1647. vt constat ex fide libri patrimonij d. Ciuitatis *fol.69.70.* & non aliter d. Rector egit de euictione pro d. diminutione, & annuorum duc.117. ex quo talis actio sibi non competebat.

21 Et ad tollendam prorsus omnem difficultatem, & ad fundandum sequestrum omninò esse reuocandum dicimus illud fuisse ordinatum per decretum Regij Consiliarij Cioffi, ex quo dicti annui duc.117. fuerunt suspensi, vt legitur in d.decreto *fol.12.* quod quidem sequestrum supradicta causa ordinatum deinde fuit decreto S. C. confirmatum *fol.44.* sed quia ad præsens non sunt amplius suspensi, & soluuntur pro summa annuor. duc.78. iuxta assignationem diminutam factam per d.Ciuitatem in anno 1628. & per d. Rectorem acceptatam *d.fol.68.* Vnde sequitur, quod omni iure est dictum sequestrum tollendum, quia cessauit d.suspensio, & ad præsens soluuntur,vulgata regula,cessante causa,cessare debet quoque effectus.

22 Quibus sic stantibus remanet bene probatum non concurrere primum requisitum adeò quod clarè liquet Dominis Senatoribus d.Rectori nullum ius, nullámque actionem contra dictos Gubernatores competere; alia verò requisita, nec minus concurrunt,ex quo non adest, nec imminet suspicio dilapidationis,& casu quo d.Rector forsan obtinebit, securus esse potest satisfactionis de effectibus, qui per d. Hospitalem possidentur.

Sed quod rogo in hac causa obseruari, est 23
quod principalis intentio d. quondam D.Fabritij Fundatoris fuit erectio d. Hospitalis, prout constat ex memoriali per ipsum porrecto pro obtinendo assensu Apostolico pro illius erectione, *fol.16.* & à terg. & 17. prout etiam ipsius exequutores declararunt *fol.29.* à terg. litt. A, pro cuius Hospitalis sustentatione, & manutentione in anno 1649.impensi fuerunt duc.1518. vt ex fide *fol.67.* nihilominus de effectibus remansis in hæreditate d.quondam D.Fabritij.Ipsa Archiconfraternitas ad præsens ann.duc.440. tantum percipit *fol.66.* ex quo alij fuerunt euicti à dict. Hospitali, & dict. Rector non solum annuos duc.78. exigit, sed etiam alios annuos duc.522. censuum, & sic plus percipit d.Rector, quam ipsum Hospitale, ob quod dum prouisiones dict. Rectori, Capellanis, Clericis, & Ecclesiæ assignatæ fuerunt pro dictis quantitatibus annuor. duc.630. habito respectu, quod remanebat tunc temporis quantitas congrua pro d. Hospitali, tamen quia ad præsens dicti annui introitus sunt diminuti, & quantitas assignata d. Ecclesiæ, & Rectoriæ est adeo exorbitans, ex quo Rector habet annuos ducatos centum vltra habitationem,& expensas pro eius infirmitatis curatione, & Capellani annuos duc. quinquaginta itidem cum habitatione, & medicamentis,tempore quo possent manuteneri cum minori prouisione, & & eiusdem qualitatis, & habilitatis,validè igitur poterit Sacrum Consilium, vti paterfamilias dictas prouisiones diminuere, ex quo d. D.Fabritius Fundator si viueret ita prouideret, & si taliter fuisset interrogatus ita certè respondisset. *l.tale pactum*, §.*pater*, vbi expresè Glossa, *ff.de pactis*,Surdus *consil.88.num.15.*& Peregrinus *de fideicommissis, art.11.in n.32.*

Cum ergo eius principalis voluntas,& inten- 24
tio fuit erectio,& manutentio d.Hospitalis,quæ est attendenda quasi Regina, quæ in omnibus prædominatur, *l.in conditionibus, ff.de condit. & demonstrat.* Vnde dicere solemus mentem verbis esse præferendam,vti animam corpori, *cap.sedulo 38.distinctione*,eò magis, quod Summus Pontifex in assensu concesso facultatem tribuit toties quoties opportunum fuerit, prout rerum,& temporum qualitas exegerit, mutare, limitare, corrigere, & omnia alia necessaria, prout expediens visum fuerit facere *fol.20. à terg.* in principio, qua authoritate, & facultate, bene S. C. stantibus prædictis vti poterit in beneficium dict. pauperrimi Hospitalis, quia pius, & deuotus Fundator ille magis dilexit Hospitalis erectionem, quæ fuit illius principalis intentio illa causa,ratione, ac deuotione, quia Deus personam pauperis sumendo dixit, *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, hospes eram,& collegiſtis me*, & pro illius commoditate pro administratione Sacramentorum erexit d.Rectoriam, quæ administratio Sacramentorum per Capellanos ipsius Archiconfraternitatis fieri poterit, prout cum effectu ministrantur.

Non relinquendo repræsentare, quod præfa- 25
tus Rector vltra d.prouisionem, & commodita-

tem percepit ex locatione viridarij remansi in d. hæreditate ann. duc. 150. tempore quo Summus Pontifex ad instantiam d. D. Fabritij d. Rectori, & Capellanis concessit dicti viridarij vsum cum olera sibi paranda *fol.* 19. à ter. quapropter prædicto Rectori vti vsuario ex legis dispositione non competit facultas illud locandi; sed percipiendi, ac colligendi fructus pro sua, dumtaxat commoditate; reliqui verò fructus ad dictam Archicõfraternitatem pertinent, quæ vti proprietaria potest illud locare, relicto tamen prædicto vsu dictæ Rectoriæ, *l. sed neque locabunt, ff. de vsu, & habitatione, l. cui vsus, ff. eod.* & latè Oinotimus *in institutionibus de vsu & habitatione, num.* 9. minus enim est in vsu, quam in vsufructu, adeò quod vsuarius nihilo magis iuris habet, quã re ad necessitatem vtendi, vsufructuarius verò omnem commoditatem habet, omnes fructus suos facit, vt ex multis fundat Castill. *de vsufructu, cap.* 4. *num.* 10. *in fine, & 11. & in cap.* 70. *num.* 10. & 11. firmat, quod talis vsus cum personæ cohæreat, nec vendi, cedi, locari, nec gratis concedi potest, nec etiam pignori in alium transferri. Vsus autem non plus habet, quàm quantum opus est, vt neque desit aliquid, neque in nullo abundet tantum necessitati, & vitæ pro cuiusque conditione, & dignitate consolatur; vnde si alicui vsus; alteri verò vsusfructus eiusdem rei relictus est id percipiet vsusfructuarius, quod vsuario supererit Castill. *cap.* 28. *num.* 12. & 13. *tom.* 1. quod eo magis est seruandum in casu nostro, in quo talis vsus dicti viridarij fuit concessus sic limitatus cum olera sibi paranda, ob quod in dubium deduci non potest, quod proprietas dicti viridarij cum aliis fructibus, & commoditatibus ad beneficium d. Hospitalis remansit dempto d. vsu, quod quidem viridarium deinde vnione facta d. Hospitalis cum d. Archiconfraternitate ad ipsum concessum fuit eo modo, & forma, qua ipsum Hospitale illud habebat cum onere dicti vsus.

26 Et licet præd. Dux in d. vnione deinde reseruauit habitationes deputandas d. Rectori, & Clericis, & etiam viridarium *fol.* 29. tamen d. reseruatio est omninò intelligenda pro d. vsu tantùm seruata forma d. assensus Apostolici, qui mutari, ac reuocari non poterat in præiudicium d. Hospitalis; eò magis, quod in supplicatione data pro secundo assensu super d. vnione non fuit id petitum, *fol.* 55. *in fin.* & à terg. & assensus intelligitur præstitus secundum supplicationem petentis, & cum sit gratia Principis non præsumitur velle eam facere in præiudicium tertij, cui iam fuit ius quæsitum, & deinde assensus de nouo expeditus debet reformari. & accommodari, iuxta formam primæ concessionis, ita Ill. Marchio Toresi Iurisconsultorum Consultissimus *in decis.* 170. *num* 12. 49. & 74. *tom.* 2.

27 Ideóque stante reconuentione facta contra d. Rectorem omni iure est prouidendum, quod restituat omnes pecuniarum quantitates exactas ex affictu d. viridarij, & quod in futurum habeat dictum vsum tantum.

Liceat etiam dicere, quod d. Rector, & Capellani nihil obseruarunt, nec obseruant ea, ad quæ sunt obligati, scilicet associandi processiones, & exequias, vt *in* 6. *cap. fol.* 30. in fine, & in eorum beneficium acceperunt omnes eleemosynas, & legata pia dictæ Ecclesiæ factas, & relicta, & sunt obligati dictas eleemosynas, & legata ipsi Archiconfraternitati consignare, vt *in* 8. *cap. fol.* 30. à terg.

Hæc sunt, quæ pro defensione causæ in fauorem d. Archiconfraternitatis secundum mei ingenij tenuitatem, vt indignus ipsius Aduocatus, & Confrater considerare valui; reliqua suppleat pietas, & doctrina Dominorum Senatorum, quos ipsa Sanctissima, & Indiuidua Trinitas semper protegat, adiuuet, atque defendat, die 5. Septembris 1650.

DISCEPT. CCCLII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species adducitur.*
2 *Nullitas rei quod fuerit vel non vnius valida.*
3 *Exceptio opposita in processu, quando incidenter sit.*
4 *Terminus an sit de substantia processus, & sententia contra casum legis est nulla.*
5 *Defensio an competat aduersus sententiam termini denegati.*
6 *Iudicio reclamationis pendente, an possint opponi nullitates, & quæ.*
7 *Emere, & vendere an quis cogatur, & quando.*
8 *Articulus præiudicialis semper deciditur prius in Regno.*
9 *Decisio* 18. *Regentis Tappiæ, an applicabilis ad materiam.*
10 *Reclamatio veluti appellatio iudicatur.*
11 *Reclamatio impedit sententiam transire in rem iudicatam.*
12 *Emere an, & qualiter cogatur quis.*
13 *Emere, vel vendere qualiter cogatur quis, & ob quas causas.*
14 *Scandali euitandi causa quis cogitur emere, vel vendere.*
15 *Emere, vel vendere quis non cogitur, & quando.*
16 *Nullitas præiudicialis quæ est.*
17 *Nullitates vltimæ, & finalis admittuntur.*
18 *Exceptio quando tacitè possit renunciari.*
19 *Iudex an, & quando teneatur de exceptione cognoscere.*
20 *Exceptio emergens, & incidens qualiter dicatur.*
21 *Exceptio quando non sit discutienda.*
22 *Sententia lata sine termino, an valeat.*
23 *Iudicium præiudiciale quando dicatur, & quando terminetur.*
24 *Præiudicialia in Regno sunt sublata.*
25 *Emere, vel vendere quando cogatur quis.*

ARGVMENTVM.

Nullitas contra sententiam S.C. qualiter attendi debeat? Emere, vel vendere quando quis compelli possit? Iudicium reclamationis idem est. Et quando præiudicialis articulus ante omnia existimetur.

NVLLITATES,

& Iura ad illas iustificandas,

PRO

PRO

Illustri Principe Tarsiæ.

1 ADVERSVS decretum latum per S. C. ad relationem Domini Reg. Consil. Antonij Miroballo, quo mandatum fuit, quod Ill. Princeps Tarsiæ infra quatuor menses vendat iurisdictionem criminalem, quam tenet in Casali S. Martini Octauio Rossi Baroni iurisdictionis ciuilis dicti Casalis, vel emat ab eodem dictam iurisdictionem ciuilem cum aliis bonis, quæ in dicto Casali habet dictus Octauius etiam titulo particulari, quæsitis pro pretio declarando per S.C. infrascriptæ pro parte Ill. Principis fuerunt propositæ nullitates, quarum iustitia subscriptis iuribus, rationibus, & authoritatibus confirmatur.

2 Prima nullitas est, quia cum aduersus prætensa per Octauium Russum in memoriali porrecto S. E. *fol.* 312. fuisset pro parte comparentis replicatum, quod ab anno 1639. institit in S. C. condemnari dictum Octauium ad relaxandum Casale S. Martini vna cum fructibus, vti nulliter dismembratum à feudo, & Terra Reginæ, cuius comparens ipse erat vtilis Dominus, & indebitè cum reuerentia per eundem Octauium possessum, licèt compilato processu in anno 1643. per sententiam S. C. fuisset dictus Octauius ab impetitis absolutus, tamen pro parte comparentis fuit à prædicta sententia reclamatum, & iam in causa reclamationis erat compilatus processus, ex quo clarè constabat, quod vtile dominium Castri prædicti nunquam nec fuit, nec est dict. Octauij, sed spectauit & spectat ad competentem vtilem Dominum dictæ Terræ Reginæ, cui dictum Casale erat omninò redintegrandum, vti pars, & membrum illius, & propterea non poterat procedi ad vlteriora in iudicio moto per Octauium, sed erat omninò expectandus exitus causæ prædictæ reclamationis maximè quia prætensa per Octauium, nec in iure, nec in facto militabant, prout dato termino suo loco, & tempore obtulit demonstrare, tempore, quo super prædictis per competentem replicatis, erat specificè ante omnia prouidendum, prout instititit omissa pronunciatione super illis de facto cum reuerentia, fuit prolatum decretum prædictum contra Text. expressum *in l. nam postea, ff. de iur. iuran. l. 1. ff. de feriis*, & propterea est nullum cum reuerentia.

3 Quandoquidem Imol. *in c. 1. in fin. de ord. cogn.* dixit, quod in emergenti exceptione, quæ opponitur ad processum, vt eum impediat, non sufficit tacita pronunciatio resultans ex prolatione sententiæ super principali, imò ista esset nulla, ex Text. *in c. exhibita de ind.* & hoc idem dixit Felin. *in c. suborta, num. 5. in fin. de sent. & re iudic.* addit oportere, quod per alium actum ante sententiam surgat tacita pronunciatio super emergenti, & quod hoc casu videatur iudicatum expressè contrarius legis, seu constitutionis, cùm prius sit procedendum super exceptione opposita ad processum dixit idem Imol. *in l. si quæramus 4. num. 5. ff. de testam.* per Text. *in d. c. 1. de ord. cogn. & c. 1. de reg. iur. l. 1. C. de ord. iud. l. si quando, C. quando prouocare non est necesse*, & firmauit etiam Castrens. *in d. l. nam postea* Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 2. cas. 167. num. 4.* qui allegat Text. *in l. liberis, §. vlt. ff. de liberal. caus.* & in argumentum Text. *in l. à præsidente, C. de dilat. & l. 3. ff. de præuaricator.* & sequutus fuit, Muscat. *in prax. S. C. Gloss. reseruatis, part. 5. num. 32.* & Vant. *de nullit. tit. quib. mod. sent. null. num. 9.* Carleual. *disput. iur. lib. 1. tit. 2. disp. 5. num. 8.* in contrarium adducti loquuntur quando per actum ante sententiam desumitur tacita pronunciatio super emergenti.

Secunda nullitas est, quia cum pro parte competentis fuissent oppositæ exceptiones dilatoriæ in forma, & illis adimpletis fuisset petitus terminus *fol. 322.* dictis exceptionibus non adimpletis, & termino prædicto non concesso, nec super dicta instantia aliqua facta prouisione, fuit processum ad prolationem dicti decreti absque termino, quapropter est nullum tamquam latum contra casum legis expressum in *clem. sæpè de verb. signif. & clem. pastoralis de re iud.* 4

Videtur enim ex denegatione termini petiti denegata defensio, vt vno ore per iura prædicta firmarunt Affl. *in Constit. Regni si quis imposterum, num. 9.* Reg. de Pont. *in cons. 59. num. 2. lib. 1.* D. Reg. Rou. *in prag.* post prædictas *n. 9. de ord. indic.* Masull. ad Capyc. *in dec 8.* Amend. *ad dec.* de Franch. 221. Ant. Sola *ad decreta Sabaudiæ, tit. de concluf. in cauf. n. 8.* qui allegat Purpur. *in cons. 151.* Giurb. *in dec. 26. num. 5. & 6.* & articulus decisus non erat merus iuris, quo casu potuisset sine termino expediri ad tradita per Ann. *in sing. 420.* per Præsid. de Franch. *in dec. 221. 262. & 628.* & ibi addentes, sed factum habebat pro subiecto, nempè prætensas lites figurata grauamina, & inimicitias. Nec obstat quod asseritur causam desiderare celerem expeditionem vt damno Baronis occurratur, & proinde per modum prouisionis absque termino posse procedi ex Rebuff. *ad constit.* Galliæ Mut. Ruginell. & aliis quia factum repugnat: nullum enim in mora imminet periculum & damnum Baronis figuratur; imò ex relatione Auditoris Ienorij hæc chimerica asseueratio retunditur. 5

Tertia nullitas est, quia pendente iudicio reclamationis, in qua principaliter cognoscebatur de dominio vtili Castri prædicti, quod comparens prætendit ex actis clarè constare ad ipsum spectauisse, & spectare etiam ex deductis de nouo in iudicio reclamationis, non poterat ad instantiam Baronis non solum decerni, sed neque procedi super instantia per eundem Baronem facta, quod comparens cogeretur emere Casale prædictum, vel vendere iurisdictionem criminalem, quandoquidem prius erat cognoscendum de proprietate rei per determinationem causæ reclamationis, vt est expressè sancitum in *l. fundi, & l. fundum, ff. de except. l. per minorem, ff. de ind.* quapropter decretum prædictum latum contra casus in dictas leges expressos, est omninò nullum cum reuerentia, tanto magis, quia cum processus in causa reclamationis erat compilatus ante motum præsens iudicium ad instantiam Octauij Russi debebat prius expediri prædicta causa reclamationis, seruata forma Regiæ Pragmaticæ. 6

Et confirmatur hæc nullitas ex *l. si cum status C. de ord. iud. l. fin. C. de ord. cogn. & cap. 1. & c. tuam eod. tit.* non enim negari potest quin causa illa petitæ relaxationis Casalis S. Martini præiudicialis sit iudicio nouissimè moto per Baronem cum illa sit istius exclusiua, & sententia pro Principe in illa lata pariat isti præiudicium, *l. 1. C. si quis aliq. testar. prohib. §. præiudiciales instit. de action.* Crauet. *in cons. 180. num. 1.* Cæuall. *communis contr. comm. c. 818. num. 9.* Peguer. *in decis. 9.* frustra enim ageretur de emendo, vel 7

vendendo Caſali prædicto ſi ſententia condemnaret Baronem ad illud Principi relaxandum, & ſequeretur maximum inconueniens, quia tribueretur actio Baroni, vel Iudicis officium ad cogendum Principem ad emendum tempore, quo vel illam non haberet, vel iſti locus non eſſet, vt ponderat Peguer. *vbi ſupra, num.* 2. & ex actis in cauſa reclamationis adeò patet iuſtitia Principis, vt non ſolum victoria pro illo ſit ſub poſſibili, ſed poteſt pro certa haberi, & præiudicium ſufficit eſſe ſub poſſibili Gratian. *diſcept. for.* 394. *num.* 9. & 559. *num.* 4. quem allegat, & ſequitur Fontan. *in deciſ.* 71. Menoch. *in conſil.* 301.

8 & propterea ſemper incipiendum eſt à deciſione articuli præiudicialis Menoch. & Cæuall. *vbi ſupra* Gratian. *diſcept. for. cap.* 334. D. Reg. Rou. *in prag.* 10. *n.* 5. *de offic. S. C.* D. Conſil. Theodor. *alleg.* 65. *num.* 4. D. Conſil. Marcell. Marcian. *conſ.* 1. *num.* 17. *vol.* 1. & *conſ.* 33. *num.* 2. *vol.* 2. Fontan. *vbi ſupra* tantò fortius, quia in Regno habemus Regias Pragmaticas ſancientes, quod cauſæ primò concluſæ, primò expediantur, vt in *prag.* 10. & 72. *de offic. S. C. & in pragm.* 15. *de ord. iud.* & teſtatur Reg. Rou. *vbi ſupra*, hinc omiſſa deciſione dictæ cauſæ reclamationis, dum fuit terminata cauſa prætenſæ coactionis ad emendum, vel vendendum, decretum eſt nullum Mangon. *in deciſ. Lucenſ.* 37. *num.* 5. 6. & 7. qui allegat Caſtr. *in conſ.* 281. *num.* 5. *lib.* 1. Cruett. *in conſ.* 105. *num.* 3. DD. *in cap. Romana*, §. *ſin autem de appellat.*

Nec obicem facit, quod cauſa prætenſæ relaxationis fuit per ſententiam S. C. deciſa pro Barone, quaſi videatur per ſententiam Supremi Tribunalis, & Præfecti Prætorio, liti finis impoſitus, adeò vt non dicatur amplius pendere quæſtio de dominio dicti Caſalis, & videatur ſublatum præiudicium ad tradita per Ill. Marchionem Belmontis *in deciſ. S. C.* 18. quam antea retulerat *in lib.* 2. *Iuris Regni fol. mihi* 216.

9 Nam reſpondetur deciſionem illam non eſſe ad caſum noſtrum applicabilem, quia in ea actum fuit, an pro exequutione decreti Regiæ Cameræ poſſet S. C. procedere in cauſa principali vertente inter Fabritium Carrafam Abbatem S. Mariæ Ferrariæ, & Illuſtr. Ducem Bouiani ſuper petita relaxatione Territorij Torcini, in qua, quia inciderat quæſtio an territorium eſſet feudale, fuit hic articulus remiſſus ad Regiam Cameram, quo per illam deciſo, declaratoque territorio feudali fuerat à ſententia Regiæ Cameræ reclamatum, & reclamatione pendente, quia volebat Abbas proſequi iudicium in S. C. opponebatur per Ducem non poſſe procedi, quia pendebat reclamatio fuitque contra Ducem deciſum, non alia ratione niſi, quia reclamatione pendente debebat decretum Reg. Camer. exequi ex Reg. Prag. 37. *de Offic. Procur. Cæſ.* ideoque ſi per remiſſionem articuli ad Reg. Cam. fuerat ſuſpenſa iuriſdictio S. C. per illius deciſionem, & exequutionem decreti Reg. Cam. videbatur ſublatum impedimentum.

10 At in caſu noſtro ſententia abſolutoria pro Barone traxit ſecum exequutionem, & tantò fortius, quia fuit ſententia Præfecti prætorio, tamen interpoſita reclamatione adhuc dicitur pendere quæſtio de dominio, cum, reclamatio non minus quàm appellatio reduxit cauſam ad terminos litis conteſtatæ, vt ex Iſern. *in c. præterea ſi inter duos 6. col. de prohib. feud. alien.* per Federic. Dec. *in c. quoniam de conſtit. num.* 9. DD. *in c. ex literis extra de reſtit. in integr.* vbi Hoſtienſ. Io. Andr. Zabarell. Butr. & Abb. firmarunt Affl. *in prælud. conſtit. quæſt.* 10. *num.* 7. & 9. Lanar. *in conſ.* 65. Carol. de Graſſ. *de effectib. clericat. effect.* 1. *num.* 1240. Reg. Rou. *in prag.* 5. *de offic. S. C. num.* 7. & *in prag.* 38. *num.* 18. *verſ. ſi ego de offic. Proc. Cæſ.* qui allegat Cæſal. *in conſ.* 661. *num.* 5. *vol.* 1.

Inſuper reclamatio impedit ſententiam face- 11
re tranſitum in rem iudicatam Affl. *d. quæſt.* 10. *num.* 9. & 10. Sola *in decret. Sabaud. tom.* 2. *tit.* 2. *gloſſ.* 2. *num.* 16. Reg. Rou. *d. prag.* 38. Reg. Capyc. Latr. *in deciſ.* 100. *num.* 35. qui propterea retulit deciſum ex ſententia à qua fuit reclamatum non deberi intereſſe rei iudicatæ vt *num.* 40. ideoque non aufert vitium litigioſi, quod tantummodo ceſſat, quando ſententia facit tranſitum in rem iudicatam Alberic. *in l.* 1. *C. ne liceat potentioribus.* Lancellot. *de attentat. part.* 2. *in præfat. n.* 251. Bero. *in conſ.* 187. *lib.* Cancer. *variar. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 25. Hinc remanet interdicta alienatio toto *tit. de litigioſis*, maximè quia contineret exequutionem facti, nec remaneret ſententia in finibus exequutionis iuris tantum cauſati per abſolutionem ab impetitis, vt ex Text. *in clem. paſtoralis*, §. *verum extra de appellat.* firmauit Reg. Rou. *in d. pragm.* 36. *num.* 29.

Quarta nullitas eſt, quia per decretum præ- 12
dictum cogitur comparens ad emendum, vel vendendum contra Text. expreſſum *in l. inuitum, C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de iur. deliber. l. inuitos, C. locati, cum concord.* fortius, quia cogitur emere rem propriam, cuius emptio iure non conſiſtit, *l. rei ſuæ, ff. de contrah. empt. l. cum res, & l. ſi mater, C. eod. titul. l. ſi mandauero*, §. 11. *quorum, ff. mand.* & ideò tanquam latum contra leges prædictas eſt omninò nullum cum reuerentia.

Deficiunt enim cauſæ propter quas quis co- 13
gitur emere, vel vendere, quas notauit, Gloſſ. *in l. Iulianus*, §. *idem Celſus in verb. totum, ff. de action. empt.* Tiraquell. *de vtroque retract. in præfat. num.* 15. & *de retract. lignag. gloſ.* 3. §. 3. Bart. *in l. non dubium* 14. §. *ſed ſi cui, ff. de legat.* 3. & *in l.* 2. *C. de debitor. Ciuitat. lib.* 11. & *in l. itinere* 28. *ff. de ſeru. ruſt. præd.* aliique adducti per Barboſ. *in l. inuitum, C. de action. empt.* Nec ſunt applicabilia, quæ ex Trombet. *de ſociet. cap.* 6. *num.* 55. Menoch. *conſ.* 138. Felician. *de ſociet. cap.* 39. *num.* 64. Fontanell. *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 22. opponuntur quia nulla communitas inter Principem, & Baronem & Iuriſdictio criminalis cum terra Reginæ conſtituit vnum feudum de perſe Iſern. *in cap. hoc quoque, num.* 1. *de ſucceſſ. feud.* Afflict. *in c. item ſi fuerit, num.* 30. *quib. mod. feud. amitt.* Capyc. *in verb. feudorum diuiſio, verſ. vndecimò eſt ſciendum*, Camill. de la Rata *theatr. feudal. part.* 12. *dilucid.* 94. *num.* 9. & *in conſ.* 34. *num.* 9.

Sumus etiam extra caſus, & exempla per par- 14
tem adducta quandoquidem inter Principem, & Baronem nulla communitas, nullæ contentiones, & diſcordiæ, nullus ſcandali, vel armorum timor, & ſi qua lis ciuilis; & exigua inter eos agitatur, vel ad opus, & doloſè, ne dicam temerè à Barone excitata fuit, quæ propterea non debet illi prodeſſe ad præſens iudicium motum, cùm dicatur euenisſe ſine Principis culpa, & facto ipſius Baronis ad tradita per Bart. *in l. cum in tabulis*, §. *quoniam, num.* 1. *ff. de his quibus, vt indignis, & in l.* 1. §. *cum quis, num.* 1. *ff. de quæſtion.* vel non ſunt tanti ponderis, quæ Principem ad odium, vel inimicitiam excitare valeant, vel Iudicem ad cogendum

gendum istum ad emendum, vel vendendum res penitus distinctas separatas, & non communes, feudum enim distinctum est Casale S. Martini à iurisdictione criminali, quam Princeps in eo habet, ideoque inapplicabilis est decisio lata in causa D. Michaëlis Sanfelicij cum Nicolao Antonio Capicio Zurolo pro Terræ Aquauellæ, quam tradidit Præses Fulu. Lanar. *in addit. ad §. sed etiam res, per quos fiet inuestitura, fol. 318. & seq.* & alia exempla per partem adducta, quibus in causis pro bono regimine Collaterale Consilium partes suas interposuit, vt scandala, & armorum timor euitarentur, ortæque graues inimicitiæ inter prædictos sedarentur, quod præcisè Principis est munus ad tradita per Bart. *vbi supra*, quæ omnia à casu nostro sunt prorsus distantia, & aliena prout idem Collaterale Consilium remittendo negotium S. R. C. agnoscens terminauit, non militat propterea allegata Bart. doctrina *in l. qui bona fide, §. si quis iuxta, ff. de damn. infect.* Cott. *in memorial. verb. Inimicitia*, loquuntur enim respectu cautionis præstandæ ex qua nullum resultat damnum, non autem in casu nostro, nec Giurb. *in alleg. consil. 66. num. 23.* facit ad materiam, imò inimicitia, si oritur culpa Domini vassallus feudo non priuatur, Afflict. *in cap. 1. n. 10. in fin.* quo tempore miles Scrad. *part. 9. num. 15. cap. 5.* Rosent. *cap. 10. concl. 17. littera C*, & inimicitia debet probari & non sufficit præsumpta *cap. vnico, vers. Credatur*, qui testes sunt necessarij Gloss. *in cap. 1. §. similiter, in verb. priuabitur, de consuet. recti feudi*, Curt. iun. *de feud. part. 4. num. 38.* Intrigliol. *cent. 1. q. 91. num. 77.* Capyc. *in inuest. in cap. feud. amittitur, fol. 55.* Camill. de la Rata *part. 10. dilucidat. 25.* & propterea inapplicabilis est doctrina Illust. Marchionis Belmont. *decis. 23. suprem. Ital. num. 61.* cum nullus immineat scandali timor, nec aliquo futuro inopinato malo est succurrendum arguendo à præterito in præsenti ex regula *capit. mandata*, & *cap. scribam, de præsumpt. l. 1. ff. de Senator.*

15 Quinta nullitas est, quia dictus Octauius in hoc iudicio egit sine actione quandoquidem nulla lege cauetur posse ab illo ipsum comparentem cogi ad emendum, & vendendum, & proinde decretum prædictum est nullum cum reuerentia tanquam latum ad fauorem non habentis actionem contra Text. *in l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest.*

16 Hæc nullitas robur accipit à suprà allegatis, quãdoquidem præiudiciale est iudicium quando contra agentẽ opponitur, quod sine actione agit, quia non proceditur vltro nisi prius discutiatur an actionem habeat *d. §. videamus*, Bart. *in l. si Titius, & Seius, ff. de verbor. oblig.* Gloss. & Doctores *in l. vbi pactum, C. de transact.* Bald. *in l. Papinianus, §. si quis impubes, ff. de inoffic. testam.* Mariant. *in specul. part. 4. dist. 20. num. 15.* Hinc si fundamentum ex quo actionem sibi tribui putat Baro sunt grauamina in S. C. hactenus proposita de illis prius erat cognoscendum, vt agnosci posset, an actionem Baro haberet, quo non facto sententia est nulla ex prædictis maximè, quia ex iustitia grauaminum prætensorum satis patet actionem Baroni non competere.

17 Sexta nullitas est, quia decretum prædictum dum condemnauit comparentem ad emendum, vel vendendum infra quatuor menses, & quod infra menses duos procuret expeditionem causæ reclamationis, in qua si obtinuerit supersedeatur in exequutione prædicti decreti continet expressam repugnantiam, & propterea est nullum cum reuerentia, tanquam contra Text. *in l. Paulus respondit, la seconda, ff. quæ sententia sine appell.* iuxta Gloss. *in verb. Repugnantia*, & *leg. duo iudices, ff. de re iudic. leg. vbi repugnantia, de reg. iur.* & ex hoc omnino nullum cum reuerentia declarari instat.

RESPONSIONES ad nullitates

Propositas per Illustriss. Principem Tarsiæ.

DE EADEM RE.

SATIS dilatat fimbrias doctissimus 18
Aduersarius ad iustificandas nullitates oppositas per Illustr. Principem Tarsiæ aduersus decretum S. C. latum sub die 15. Martij præsentis anni 1649. ad fauorem Octauij Russi Baronis S. Martini, sed quia nullo modo subsistunt, facilis ad omnia per eum considerata datur responsio, etiam ex doctrinis per eum adductis, & ponderatis.

Primam nullitatem fundat, & iustificat, dicens quod in emergẽti exceptione, quæ opponitur ad impediendum processum ad vlteriora non sufficit tacita pronuntiatio resultans ex prolatione sententiæ super principali, sed super exceptione prius erit omninò pronuntiandum, ex Text. *in cap. exhibita de nullit. & aliis per eum allegatis.*

Sed aduertatur quæso assumptum prædictum 19
non sic indifferenter admittendum esse, contradicit enim expressè Imperatoris placitis *in l. 1. C. de ordin. iud. & Summ. Pontif. in cap. 1. de ordin. cognit.* in quibus iuribus manifestè deciditur, quod Iudex debet de exceptione cognoscere, & de ea discussionem facere, sed postea cum negotio principali eam determinare, quibus in locis, tam Doctores Ciuilistæ, quam Canonistæ communiter distinguunt, quod aut exceptio opposita est emergens, aut incidens, si erit emergens, poterit Iudex ante sententiam super ea pronuntiare, si erit incidens, tenetur de ea cognoscere, & postea cum principali negotio eam determinabit, secundum opinionem Ioan. & Azon. quam secuta est Gloss. vtrobique eámque communem dixerunt Bart. *in dict. l. 1. num. 6. de ordin. iud.* & Abb. *in dict. cap. 1. num. 11. de ordin. cognit.* dictam exceptionem oppositam per partem esse incidentem, & non emergentem iure dicere possumus, cum incidens exceptio ea sit, quæ ante litem motam ortum habuit. Emergens verò, quæ post litem motam orta est secundum Gloss. *in l. quod iussit, ff. de re iudicata*, & *l. de qua re, ff. de iudic.* quam secuti fuerunt Azon. & Bart. *in dict. l. 1. num. 5. C. de ordin. iud.* & negari non poterat exceptionem ortum habentem à reclamatione per eum interposita à sententia Sacri Consilij, per quam fuit Baro prædictus ab impetitis per eum absolutus natam fuisse ante iudicium motum per ipsum Baronem, super quo fuit interpositum decretum, de cuius nullitate nunc agitur, & propterea exceptio incidens, & non emergens erit.

Dato tamen, & non concesso, quod exceptio 20
prædicta dicatur emergens, & non incidens, si super ea pronuntiatum non fuerit, nullitas ex non pronuntiatione non resultat, sed competet

aduersario

aduerſario appellatio, ſic Bart. *in l. à præcedente, num. 3. C. de appell.* Bald. *in l. arbitro, ſub num. 11. ff. qui ſatiſd. cogan.* Paul. de Caſtr. *in leg. nam & poſtea, num. 3. ff. de iur. iuran.* & *in l. fin. num. 7. ff. ſi certum petatur*, Speculator *in tit. de exception. §. erit, num. 26. verſ. Ponitur etiam,* & *tit. de appell. §. qualiter, num. 5. verſ. Item quod faciant.* Non enim neceſſitas iniungitur Iudici determinandi etiam ſuper emergenti ſecundum communem opinionem relatam per Corn. *conſil. 15. num. 12. volum. 4.* & voluntati Iudicis hoc remittitur, vt ait Bartol. *in dict. l. 1. in fine, Cod. de ordin. iudic.* quem refert, & ſequitur Caſtill. *deciſ. 54. num. 6.*

21 Non obſtant doctrinæ per partem aduerſam allegatæ v3. Imolæ *in c. 1. in fine, de ordin. cogn.* & *in l ſi quæramus, n. 5. ff. de teſtam.* Paul. de Caſtr. *in dict. leg. nam, & poſtea de iure iur.* & Muſcatell. *in praxi S. C. parte 5. gloſſa reſeruatis, num. 32.* loquuntur enim quando Iudex exceptionem admittere contempſit, vel quia illam non recepit, vel ſi recepit eam non diſcuſſit, quia tunc in contemptum legis feciſſe dicitur, & nullitas reſultabit, argum. Text. *in l. 1. ff. de fer.* Sed quando Iudex adhibita cauſæ cognitione ſuper ea non pronuntians ad ſententiæ prolationem proceſſit, nullitas ceſſabit, vt Paul. de Caſtr. & omnes ſupracitati Doctores loquuntur, in caſu autem de quo agitur exceptio ſemotim à negotio principali in Aula propoſita fuit ſolemniter diſcuſſa auditis Aduocatis vtriuſque partis, quibus ab Aula expulſis fuit inter Dominos concluſum, vt exceptio prædicta vna cum cauſa principali determinaretur, de qua concluſione Aduocati prædicti contenti fuerunt, nec Aduocatus Principis contradixit, & poſteà fuit iterum de dicta exceptione ſolemniter diſcuſſum, quando prædictum decretum fuit prolatum taliter quod omnino nullitas euitatur etiam ſecundum doctrinas per partem allegatas.

Supradicta tamen difficultas omnino ceſſabit ſi decretum Sacri Conſilij inſpicere velimus, per quod fuit ſpecialiter reſponſum exceptioni prædictæ, dum fuit ordinatum, quod Illuſtriſſ. Princeps infra duos menſes procuret expeditionem cauſæ reclamationis, in qua ſi forte obtinebit, ſuperſedeatur in executione decreti prædicti, & ſic omnis diſputatio ceſſabit, dum non fuit omiſſa pronuntiatio ſuper exceptione oppoſita, ſed ſuper ea ſpecialiter fuit per S.C. proniſum, à quo ſi ſe grauatum præſupponit in gradu reclamationis, quæ iam fuit ab eo interpoſita, & non in gradu nullitatum ſua iura proponens audietur.

22 Secunda nullitas, quæ fundatur in eo quod fuit proceſſum abſque termino non obſtat, ſententia enim lata non dato termino non eſt nulla, vt firmant Triuiſ. *deciſ. 54. lib. 1.* Anguiſſ. *conſil. 199.* Muta *ad conſuet. Panorm. 14.* ſententia enim ſine probationibus valida eſt, Menoch. *de arbitr. quæſt. 33. num. 11.* Gabriel. *de ſentent. concluſ. 9. per totum,* Afflict. *deciſ. 28.* & *deciſ. 47.* & quod non dato termino non ſit locus nullitati, ſed appellationi, tradit Vant. *in tit. de nullit. ex defec. proceſſ. num. 42.* Berous *conſil. 7. num. 25. lib. 1.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. 24. num. 16.* Couagnol. *ad decret. Montiſferrati 21. num. 3.* & in puncto nullitatem allegatam ex defectu litis conteſtationis, in cuius locum ſucceſſit terminus in Regno, vt per Carauit. *Ritu 288. in fine,* fuiſſe reiectam per S.C. refert Afflict. *deciſ. 283. ſub num. 3.* & potiſſimum ratione, quia per capitulum *deteſtantes* eſt ſublata, etiam ſolennitas litis conteſtationis, vt dixit Paris de Puteo *in tract. de Sindicatu,* quem *in d. deciſ.* Afflict. allegauit; tanto magis, quia in caſu de quo agitur, tractatur de mero iuris articulo, ſcilicet, an communio inter potentem, & impotentem, & lites notoriæ inter eos vertentes eſſent ſufficientes ad cogendum Principem, ad emendum, vel vendendum, qui articulus termini datione non indigebat tanquam articulus iuris, ex traditis per Præſ. de Franch. *dec. 221. 262.* & *628.* & per Annam *ſingul. 420.* & deciſiones in exemplis præſentatis omnes emanauerunt abſque termino, eſſeque in cauſa ſimili procedendum abſque termino fuit deciſum per Collaterale Conſilium etiam in cauſa reclamationis refert Reg. Sanfelic. *deciſ. 17.* quem refert, & ſequitur Franciſcus Maria Pratus *controuerſ. forenſ. centur. 2. controuerſ. 35. num....*

Tertia nullitas continens, quod omnino prius 23
terminandum erat iudicium reclamationis, cui hoc ſecundum iudicium præiudiciale dicitur, ex *l. fundum,* & *l. fundi, ff. de exceptionibus*, non obſtat ex pluribus. Primò, quia iudicium intentatum per Baronem non parit præiudicium cauſæ reclamationis adhuc pendentis ſuper relaxatione Caſalis Sancti Martini. Illud enim dicitur iudicium præiudiciale ad aliud quando in vno incidenter venit diſputandum, id quod in primo iudicio fuerat deductum principaliter, veluti ſi quis agat rei vendicatione ad fundum, & poſteà agat confeſſoria ad eundem fundum, hæc ſecunda actio erit præiudicialis primæ, quia non competit confeſſoria, niſi Domino, *l. 2. §. 1. ff. ſi ſeruit. vindic.* & per conſequens diſputabitur de dominio, de quo principaliter agendum eſt in iudicio rei vindicationis prius intentato, prout magiſtraliter docet Paul. de Caſtr. *in dict. leg. fundum Titianum, n. 1. & 2. ff. de except.* quod conformat ibi Abbas, dicens *in princ.* quod vbicunque in ſecunda petitione deducitur id quod inducit rei iudicatæ exceptionem in primo exceptio præiudicialis obſtat ſecunda & ſuperſedebitur quouſque primum iudicium terminatum fuerit, quod expreſsè ex Crauet. Peguer. Farinac. & Gutierrez, firmauit Fontanell. *deciſ. 71. num. 9.* & iuxta hos terminos iura prædicta intelligenda eſſe, patet ex ſummario per Bartol. facto *in dict. leg. fundum*, at quod præiudicium cauſæ reclamationis ex emptione, vel venditione facienda per Principem iudicari poterit; certè nullum. Pretium etiam deponi, vel in emptionem conuerti poterit, & ſi obtinebit in cauſa reclamationis, quod nunquam futurum eſſe ſperat Baro habebit Caſale, & pretium, & ſi ſuccumbet, habebit Caſale, & Baro habebit, vel pretium, vel emptionem ex eo factam, & ſic totale Principis præiudicium euitabitur.

Secundò non obſtat, quia iura in dictis legi- 24
bus fundum, & fundi locum habent, antequam iudicium terminetur per ſententiam, vt ait ibi Gloſſ. *in verb. controu.* quia poſt ſententiam præiudicialia ceſſant: cauſa enim per ſententiam dicitur finita, licet ab ea fuerit reclamatum, etiam quando iura requirunt cauſam præiudicialem terminatam eſſe, prout ex Angel. *in §. ſuper hoc num. 11. auten. vt in med. lit. ſacr. inſſ. non fiant,* & ex Decio *in cap. fin. num. 31. cum ſeq. de conſt.* firmat Ill. March. Belmontis *deciſ. S. C. 18. n. 10.* qui per totam deciſionem ſatis ad meum propoſitum de materia diſcurrit.

Tertiò, & vltimò nullitas prædicta non obſtabit, quia in Regno hæc exceptio opponi non poteſt,

potest, præiudicialia enim sunt sublata per *Constit. Regni* si ciuiliter agens, vbi in specie iura *in d. l. fundum, & in l. fundi* fuisse per constitutionem correpta sequuntur Gloss. *in verbo præiudicialia*, Andr. de Isern. *in princ.* & Afflict. *num.* 9.

Ex hoc etiam, vt retrograediar, patet responsio ad primam nullitatem, dum enim exceptio præiudicialis opposita, ex vi dictæ constitutionis non erat admittenda, S. C. quatenus super ea non pronunciasset, pronunciare non tenebatur, etiam parte protestante, articulus enim notoriè iniustus non est de necessitate decidendus, prout firmat Castill. sic decisum referens *decis.* 54. *per totam.*

25 Quarta, & quinta Nullitas continens, quod quis non cogitur, neque emere neque vendere, ex Text. *in l. nec emere, C. de iure deliberandi, & in l. inuitum, C. de contrahend. empt.* & quod propterea Baro careat actione, neque obstabunt, siquidem in pluribus casibus dispositio iurium prædictorum cessabit, vt cernitur *in l. communi diuidundo la seconda, §. fin. ff. commun. diuid. & in l. Iulianus, §. idem Celsus*, vbi Gloss. *in verb. totum* nonnulla iura concordantia ad hoc adducit, *ff. de action. empt. & in Constit. Regni ad subiectorum nostrorum*, & in specie, quod consocius ex causa odij, & malæ voluntatis cogi poscit ad vendendum docet Brogn. Caualc. *de contract. part. 2. decis. 25. num. 16.* & posse feudatarium pro bono pacis cogi ad vendendum feudum, ex Luc. de Penn. *in l. fin. num. 7. C. de loc. prædi. ciuil. lib.* 11. tradunt Fuluius Lanar. *ad commen. Reg. Lanar. patrui, §. sed & res, num.* 11. *vers. & ad hoc facit*, Reg. Sanfelic. *decis.* 322. *num.* 8. *lib.* 2. & Franciscus Maria Prato *lib.* 2. *controu. forens. controu.* 1. *num.* 22. & 23. & ex exemplis præsentatis fuisse nonnullos coactos ad emendum, vel vendendum, non obstantibus iuribus in contrarium allegatis manifestè dignoscitur.

26 Vltima Nullitas, neque obstabit, nulla enim repugnantia in decreto legitur, quam pars ex aduerso, nedum fundare, nec etiam iudicare ausa est, & ideo responsione non indiget. Ex quibus nullitates prædictas reiiciendas esse per doctissimos Ius dicentes omnino speratur.

DISCEPT. CCCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Honoris causa semper defendenda.*
2 *Status controuersiæ proponitur, de quo in præsenti.*
3 *Index super petitorio pronuntiare debet factis super eo probationibus.*
4 *Possessorium, & petitorium cumulantur in incorporalibus.*
5 *Possessorium propositum in Tribunali S. C. aliusque superioribus iudicatur cum petitorio, & dato fumo iustitiæ.*
6 *Electio noui Officialis fiebat antiquitus per antecessorem, & quando.*
7 *Successores qualiter creabantur in officiis ab antecessoribus.*
8 *Nominantis in officio periculum quale sit.*
9 *Electio quando spectet ad onus habentes.*
10 *Magistri Ecclesiæ Parœcialis an fiant sine Parœco.*
11 *Sindici electio non potest fieri per antiquum.*
12 *Nominatio in officio quotuplex sit, & quando ius tribuat nominato.*
13 *Nominatio æquipollet electioni, quando illi tribuit ius.*
14 *Liber Gubernatorum, & Magistrorum plenam facit fidem, & quando.*
15 *Liber visitationis plenam fidem facit.*
16 *Enunciatiua verba quando probent.*
17 *Testis de officio suo deponens probat, & quando.*
18 *Decretum à parte productum dicitur ab ea acceptatum.*
19 *Electio facienda per magistros, & Parœcum, significat fieri in capita.*
20 *Dictio* (cum) *quid operetur inter personas posita.*
21 *Ius patronatus concessum pluribus cum Titio, vnam vocem habebit Titius.*
22 *Ius patronatus pertinens ad Collegium, & Petrum, qualiter spectet, & quomodo.*
23 *Corporis vnius status quando consideretur, & quando duo corpora.*
24 *Electio quando spectet iure communi, & quando iure speciali.*
25 *Consensus requiritur interdum, sed non pro forma.*
26 *Probationibus discrepantibus statur maiori numero.*
27 *Testis vnus probat contra producentem.*
28 *Titulus præualet possessorio discrepante.*
29 *Manutentio electis in administratione qualiter concedenda.*
30 *Manutentio electionis quando, & qualiter detur.*

ARGVMENTVM.

Maxima fuit controuersia in Casali Arsani, huius fidelissimæ Ciuitatis in electione Magistrorum Parœcialis Ecclesiæ, cum Parœco eiusdem, eo quod Magistri, tempore egressus finito, elegerunt successores (vt moris erat) absque Parœci approbatione, qui licèt interuenire solitus esset, tamen credebat ad se spectare electionem, & Magistri si discreparent ad eundem pertineret electio, versa vice Magistri electi à prædecessoribus contradicente Parœco in Curia Archiepiscopali prætenderunt manuteneri, ego pro Magistris scripsi, & obtinui, taliter verò scribebam.

NEAPOLITANA

Validitatis Electionis,

PRO

Magistris SS. Sacramenti,

CONTRA

Reuer. Parœcum Caſalis Arſani.

1 MAximæ ſemper fuit exiſtimationis apud omnes, qui honoris cauſam in iudicio agitauerit, meminit Franciſcus. Piccolom. *in Philoſophia morali gradu* 8. *capite* 24. Imo de tali re certare neceſſe eſt, inquit Petrus Gregor. *lib.* 4. *de Repub. lib.* 10. *numer.* 11. (*qui publicam dignitatem gerit nullo modo etiam prætextu ſuæ humilitatis eam imminui, aut contemni pati debet, ſed in eo gradu, quo à Principe, vel Populo ordinata eſt eam conſeruare tenetur, alioquin, & ſui officij diceretur ignarus, & iniuriam ei cuius refert poteſtatem inferret*) quantò magis opus erit non de præcedentia, ſed de principali officij poteſtate certamen inire.

2 Meritò igitur laudandi ſunt magiſtri SS. Sacramenti Eccleſiæ Parœcialis Caſalis Arſani cum Parœco illius litem agitantes pro manutentione nouiter electorum, ac ſic in futurum obſeruari, non obſtante, quod Parœci conſenſus abfuerit. Solum reſtat eorum iura ex ponderationibus in facto tueri; Et licet de ſolo ſummariiſſimo poſſeſſorio lis agitari videatur, nempe quis foret manutenendus donec in plenario iudicio cognitio facta fuerit, vt latè obſeruat Poſtius *de manutenendo obſeruat.* 2. *num.* 29. *cum ſeq. & obſeruat.* 42. *num.* 74. & ſi de iure incorporali fermo fuerit inſtitutus, vt poſt infinitos firmat idem Poſt. *obſeruat.* 10. *num.* 4. & latius proſequitur Lælius Altograd. *d. conſ.* 97. *per totum, lib.* 2.

3 Attamen hodie cum de poſſeſſorio, tum de petitorio lis erit terminanda, nam quoties pars paſſa fuerit probationes fieri merita iudicij petitorij concernentia, toties iudex ſuper vtrumque pronunciabit, notant Neuiz. *conſ.* 80. *num.* 40. Brun. *conſ.* 19. *num.* 20. & *conſ.* 21. *n.* 8. & 9. Hondedus *conſ.* 24. *per tot. lib.* 2. Riminald. iunior. *conſ.* 151. *num.* 70. & *conſ.* 531. *num.* 14. Aymon. *conſ.* 299. *num.* 7. Scacc. *conſ.* 5. *n.* 8. 9. *cum pluribus ſeqq.* Milaneſius *deciſ.* 3. *num.* 79. 80. 81. & 82. *lib.* 2. ita vt in quolibet actu opus ſit proteſtationem fieri de non admittendo concernentia petitorij, alias à præcedentibus proteſtationibus receſſum dici, obſeruat Conradus *de momen. poſſeſſ. in repetit. l. vnicæ limit.* 2. *in princip. num.* 13. & 16. Poſtius *obſeru.* 7. *n.* 8. & 9. Rota Rom. *deciſ.* 688. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.* Camil. Gypſius *in addition. ad deciſ. Bonon.* 158. *poſt medium, verſ. circa ſuſpenſionem,* ſicut enim poſſet de dominij exceptione cognoſci parte conſentiente, licet de ſolo poſſeſſorio ageretur, *iura* ſunt in *c.* 1. *de reſtit. ſpoliat.* cum traditis per Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem.* 1. *num.* 161. ſic etiam per tacitum conſenſum quem ſufficere in tali re, pluribus confirmat idem Menoch. *loco cit. num.* 162. quem dilucidat Cancer. *part.* 1. *var tit. de except. num.* 38. & 39.

4 Præcipuè, cum de iuribus incorporalibus, vt in præſenti, lis inſtituitur, in quibus vtriuſque cumulatio, nempe petitorij & poſſeſſorij à iure non improbatur, docet Bart. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, num.* 18. *ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi Alexand. *num.* 92. cum aliis quos congerit Menoch. *de retinend. poſſeſſ. rem.* 3. *num.* 399. per Textum, *in l. ſicut*, §. *Ariſto, ff. ſi ſeruit. vindic.* Reg. Capyc. Lat. *lib.* 2. *dec.* 182. *num.* 75. Quod procedere affirmant Doctores etiam ſi prius poſſeſſorium, deinde petitorium fuerit intentatum, Afflict. *deciſ.* 155. *num.* 4. Franch. *deciſ.* 193. *nnm.* 2. Reg. Capyc. Lat. *deciſ.* 101. *à num.* 10. *cum ſeq. lib.* 1.

Quæ maximopere, locum tenent, cum actio 5
fuerit propoſita in Tribunali Superiori, in quo ſola facti veritas attenditur: iuris apicibus deiectis, & ſi de remedio *cap. re integrandi*, ageretur docet Decius *conſ.* 440. *num.* 20. & 21. quem ſecuntur Menoch. *conſ.* 2. *num.* 184 & *conſ.* 186. *à num.* 7. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 31. & *de recuper. rem.* 15. *num.* 478. Reg. de Ponte *deciſ.* 40. *num.* 47. Reg. Rouit. *conſ.* 100. *num.* 9. *lib.* 2. Reg Merlinus *controuerſ.* 27. *num* 74. *lib.* 2. nam ordo iudiciarius lege ciuili inductus, vt petitorium iudicium ſileat poſſeſſorio pendente, in hoc Tribunali, in quo ſola facti veritas attenditur, ceſſat: proinde aſpicimus noſtrum Sacrum Conſilium quod magnum Tribunal eſt, etiam in cauſa ſummariiſſimi poſſeſſorij de rei proprietate cognoſcit ne lites fruſtra fiant, prout de tali obſeruantia teſtatur Vrſillus ad Affligtum *deciſ.* 364. *in fi verſ. in S. C. Conſil.* Staibanus *lib.* 2. *controuerſ.* 175. *num.* 67. eamdem obſeruantiam adeſſe in Senatu Cataloniæ meminit Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 10. *num.* 78. *lib.* 2. ſic agnoſcimus Rotam Rom. omittere cauſam poſſeſſorij, & merita petitorij diſcutere, quando poſſeſſorij cauſa turbida eſt, vt in *vna Placent.* 4. *Maij* 1598. *coram* Card. Seraphino, & *in vna montis Regalis* 4. *Nouembris eiuſdem anni*, teſtatur Mareſcott. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 11. Durand. *deciſ.* 303. *num.* 2. *part.* 2.

At quia in facto compertum eſt, non ſolum 6
merita poſſeſſorij ſummariiſſimi fuiſſe patefacta; verum etiam petitorij, ſiue proprietatis, quomodo ſolum ſummariiſſimum erit diſcutiendum, ſex teſtium depoſitiones habemus, quibus comprobauimus hoc ius nominandi, & eligendi nouos magiſtros ad antiquos ſpectare, vltra quatuor alias depoſitiones deductas ab anno 1634. quo tempore adhuc præſens controuerſia in iudicio agebatur, merito igitur aſſerimus, poſſe vtrumque terminari, poſſeſſorij ſcilicet & proprietatis cauſam.

Qui modus eligendi per antiquos non nudam obſeruantiam continet, ſed & iuris aſſiſtentiam habet, ſic comperimus pro indubitato pertranſiſſe Vlpian. *in l.* 2. §. *ſed & ſi ſucceſſorem, ff. ad municipalem*, vbi clariſſimis verbis oſtendit antiquum nominare ſibi ſucceſſorem, ibi (*ſed & ſi ſucceſſorem ſibi nominauit*) indè Gloſſa *verbo nominauit*, explicat, vt ſuccederet in ſuum officium quod habebat, confirmat Papinianus *in l. ordine verſ. iuris autem authoritas, ff. eodem titulo*, vbi pro indubitato tenet antiquum magiſtratum ſibi ſucceſſorem nominare, per illa verba (*in eum qui ſucceſſorem ſuo periculo nominauit*) & per antea idem Iuris Conſ. dixerat in *l. Imperator circa finem, ff. eod.* (*quod ſi forte is qui periculo ſuo nominauit*) quibus *iuribus* manifeſte cauetur admitti nominationem ſucceſſoris ab antiquo factam.

Nonnulla etiam habemus *iura* nominatio- 7
nem ſucceſſoris per antiquum confirmantia, & primo ex *eodem titulo, ff. ad municipalem in l. libertus*, §. *fimali verſ. nominati*, vbi nominati ſucceſſoris periculum Iuris Conſ. demonſtrat, iterum ſubdens de nominato in magiſtratu ſuo periculo, ſic oſtendit dari nominationem ſucceſ-

ſoris

soris per antiquum, & clarius hoc legimus in *l. finali, C. de filiis familias, & quemadmodum, lib.* 10. vbi *Imperator* quæstionem mouet, ad quem pertineat periculum filij nominati ad officium, si patris, vel nominantis, ibi *(sane nominator qui filium in potestate positum)* idem repetens in *l.* 2. *C. de decurionibus, lib.* 10. *l. vnica, C. de sumpt. recuper. lib.* 10. *& in l.* 2. *cum duabus sequentibus, C. de quo quisque ord. conuen. sit lib.* 11. *& tot. tit.* habemus *Codicis de peric. nomin. lib.* 11. quo controuertitur, quandonam nominans tenetur de defectibus successoris ad officium nominati, consequenter iuris assistentiam habemus in præsenti, asserendo nominationem, siue electionem nouorum magistrorum ad alios non spectare, præterquam ad antiquos.

8 Inde legimus Bart. *in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, num.* 1. *ff. de leg.* 2. recte controuertisse, ad quemnam spectet periculum successoris nominati, ad Collegium approbant, an vero ad nominantem, quoniam pro confesso habet iura nostra non resistere tali modo eligendi, nempe per antiquum, sed potius assistere, & quomodo procedat hoc scilicet si periculum ad eligentem, vel nominantem pertinerte, perlegendi sunt Consil. Gizzarell. *dec.* 31. Reg. Constantius *in l. nullus qui num.* 60. *cum seq. C. de decur. lib.* 10. Præs. Reg. Cam. de Marinis, *lib.* 1. *quotid. cap.* 342. *in secunda editione.*

Et in propriis terminis, nempe fieri electionem successoris per prædecessorem, notat ac strenue tuetur Reg. Rouit. *in pragm.* 2. *à num.* 27. *cum pluribus seq. de administrat. vniuers.*

9 Imo secundum iuris directionem electionem propriè spectare ad quos onus impositum est, ad Text. *vulgatissimum in l.* 1. *§. quibus autem, ff. quod cuiusque vniuers. & in l.* 2. *C. de decur. lib.* 10. vbi Bartol. *num.* 10. sic Rota Rom. decidit electionem spectauisse ad confratres, & non ad alios presbyteros eiusdem confraternitatis, obseruat & testatur Durand. *decis.* 291. *per totam*, at si onus Sanctissimi ad Magistros spectat, vt omnes testes deponunt, & pro tali effectu fuerunt erecti, quomodo ius postea eligendi siue nominandi ad alios spectabit? & si semper consuetum fuit nomina-
10 tionem, & electionem nouorum per antiquos factam fuisse, quare hodie contrarium seruari tentat Reuer. Parœcus; Scitum enim est in omni electione quod consuetum est, fore seruandum, alias nullitatis labem pateretur electio, *l. super creandis*, vbi Bart. *C. de iure fisci, lib.* 10. *& in l. actuarios, C. de numer. & actuariis, lib.* 12. Aret. *in l.* 2. *§. prius, col. finali, ff. de vulgari*, Brunus *in tract. de form. rub. qui possunt dare vel tollere formam, col.* 2. *vers. & multa exempla*, Prentacinq. *var. tit. de consuetud. resol.* 1. Nouar. Canonicus *in scholiis ad lib.* 10. *C. de iure fisci in d. l. super creandis*, & latius comprobat Duran. *decis. Rotæ* 197. *per totam*, igitur si electio semper fuit facta per antiquos magistros, ipsi onus tenent, iura non solùm non resistunt, sed assistunt, nescio quonam pacto, quoiure dictus Reuer. Parœcus contrarium seruari postulat.

11 Scio, & me non latet Præs. de Franch. *decision.* 210. firmasse consentanei iuris non esse electionem noui Sindici fieri per antiquum, in qua causa scripserat Staibanus Senior *consil.* 45. vt obseruat Consil. Staiban. nepos *in addit.* idem dicit Reg. de Ponte *de potest. proreg. tit.* 2. §. 1. *à num.* 8. & latius scribit Abbas Horat. Barbatus *in tract. de diuisione fructuum, part.* 1. *cap.* 16. *à num.* 27. quo non citato de aliis meminit Ioannes Baptista Thoro communi mœrore nuper defunctus *in compendio part.* 1. *verb. electio, fol. mihi* 277. *in* 1. *tamen impressione*, cum in secunda Barbati locum ostendat, qui omnes Reg. Rouit. argumentis satisfacere conantur, dicentes *iura* superius allata solum loqui de nominatione, non vero de electione, quoniam vt bene obseruauit Reg. Rouit. *loc. cit.* iura illa, & si loqui videantur de nomina- 12
tione, tamen cum non de simplici nominatione sermonem instituant, sed de ea nominatione quæ tribuendo ius nominato, electioni æquiparetur nulla colligitur distinctio, & quod de nominatione ius nominato tribuente loquuntur, clarius colligimus, eo quod periculum ad nominantem imponunt, quod vero non admittimus in simplici nominatione, qui enim personam præponit tantum, damnum pati non debet, sic legimus non teneri qui personam commendauerit, *l fin. C. quod cum eo, l. eleganter, §. fin. ff. de dolo*, post antiquos Gomes. *lib.* 2. *var. tit. de fideiuss. num.* 5. *per tot.* Felic. *de societate, cap.* 29. *à num.* 74. his non citatis, Canc. *part.* 1. *var. tit. de campsoribus, num.* 71. consequenter si citata iura loquuuntur de nominante subeunte pericula nominati, nõ de simplici nominatione facienda erit interpretatio, & plura refert *iura* Reg. Rouitus *loc. cit. num.* 31. quibus 13
habemus nominationem electioni æquiparari, si ex illa ius nominato tribuatur, vt in *auth. vt ind. sine quoquo suffrag. §. iusiurandum vero, vers. posita, vbi gloss. verbo nominandis, l.* 2. *iuncta gloss. verbo nominationem, l. si magistratum, & in l. nominationum, Cod. de decurionibus, lib.* 10. & bene resoluit Text. per Reg. de Ponte ponderatum in *l. exactores, Cod. de suscept. præpos. lib.* 10. cuius dicta eiusque solutionem licet ausus fuerit Barbat. *loc. cit. numer.* 49. diluere, quia non agnosco quid noui fuerit per ipsum adductum, relinquo, & solum legendum Reg. Rouit. *loco cit.* remitto, qui clarissimis verbis solidisque motiuis nostram firmat sententiam, scilicet assistere iura nostra nominationi, siue electioni per antiquum factæ in personam successoris.

Auget insuper nostram intentionem liber Can- 14
cellarij dicti Casalis Arsani in quo nomina magistrorum singulis annis describuntur, & per plures annos electio successorum videtur facta per antiquos, qui liber confectus ab habente officium plenam induci probationem, prout ex Bart. Angelo, Socc. Curtio, Mascard. Genua, & aliis quam pluribus pro indubitato, tradit Gaytus *de credito, cap.* 2. *tit.* 2. *per totum.*

Imo librum visitationis habemus, ex quo ma- 15
ximopere luce meridiana clarior nostra iustitia apparet, in visitatione enim facta in anno 1599. inter alia describitur nouam electionem magistrorum fieri per prædecessores, qui liber plenissime probat concernentia visitationem, inquit Caputaq. *decis.* 158. *aut* 160. *alias* 4. *part.* 2. Verall. *decis.* 229. *part.* 1. Maceratensis *var. lib.* 1. *resol.* 110. Genua *de script. priuata, lib.* 5. *tit. de libro visitationis.*

Cui probationi indubitabili non officit quod 16
pars aduersa in contrarium ponderat, scilicet ibi enunciari hoc factum, ex illis verbis, *vt dixerunt*, quoniam dicta verba, licet enuntiatiua probant, sicut in materia iuris patronatus dixerunt Canalerius *decis.* 537. *num.* 4. Rotæ Rom. *decis.* 247. *num.* 2. *part.* 2. *in recentior.* Carena *pract. c.* 10. *n.* 4.

Imo magis nostram intentionem corroborat, certum enim est ex dictis verbis enunciatiuis colligi magistros illius temporis in iudicio deposuisse, electionem fieri per prædecessores; nam iu-

dicium eſt, ſiue ſaltem ad inſtar illius eſt, conſequenter à dicto anno 1599. depoſitiones habemus factas, ac admiſſas coram Curato, quibus oſtenditur electionem ad alium non ſpectare, niſi ad prædeceſſores, certius opinandum eſt, quod ſi huiuſmodi electio non fiebat, Curatus conqueſtus fuiſſet, & non ſub ſilentio coram proprio Superiori præteriiſſet.

17 Et quod magis duo pro tempore Curati dictæ Eccleſiæ nominibus D.Franciſcus Caſtaldus, & D. Philippus Pecorato præuio ordine ſuperioris atteſtantur pro tempore quo curam animarum habuerunt in dicta Eccleſia,electionem nouorum magiſtrorum fuiſſe factam ſolum per prædeceſſores ad eorum libitum, & cum deponant de proprio facto, nempe ipſos nullum habuiſſe ius, cum nouorum magiſtrorum electio fieret,pleniſſima oritur probatio,iuxta notata per Gabrielium *comm.concluſ. tit.de teſtib. concluſ.1. num.18.* Cancer. *part.1.var.tit.de teſtibus, n.71.* Barz.*deciſ.Bonon.20.num.15.& deciſ.29.num.30.* Vluius *deciſ.539. num.2.* Fontanella *deciſ.558. num.13. lib.2.* eò maxime quia teſtificantur de concernentibus ad officium Curati,faciunt dicta per practicam Papien. *in forma appoſit. contra teſtes, num.5.* ex ratione conſiderata per Cancer. *loco citato, num.5. circa finem.*

18 Denique procedit aſſertio noſtra, quia modum creandi nouos magiſtros habemus:nam decreto Reuerendiſſimi Vicarij tunc temporis in anno 1634. fuit ordinatum, quod electio prædicta in futurum fieret per magiſtros veteres, licet pro illa vice electionem ad ſe auocauerit, quod decretum cum fuerit à parte productum in iudicio, acceptatum haberi concludunt communiter Canoniſtæ *in cap. cum venerabilis,de except.* Bartol. *in l. poſt legatum ſub num.2. ff. de his quibus vt indignis*, Card. Tuſchus *concluſ.872. lib.1.* Scacc. *de iudic. cauſ. ciuil. cap.11. num.408.* Genua *de ſcript. priuata, lib.1. quæſt.4. n.151.* Maſcard. *de probat. concl.915.* Gaytus *de cred. cap.2. tit.8. num.2654.* & cum ab eo nulla pendeat appellatio, tranſitum in rem iudicatam feciſſe dicimus, vt nobis inſinuat Innocen. III. *in cap. cum inter 13. in fin. de ſent. & re iudic.* ibi *(cuius ſententia, cum nulla fuerit appellatione ſuſpenſa, in rem tranſiit iudicatam)* & ſolum executionis vis manet, *l.ſi ſe non obtulit 4. ſi ex conuent. ff. de rei iudic.* itaut de illo amplius non ſit quærendum, *l. poſt rem iudic.56. ff. de re iudicata*, rationem reddit Gloſſ. ibi *(quia cœpit eſſe res certa)* Rota apud Card.Mant. *deciſ.187. num.3. & dec.289. num.6.* igitur ſi modum creandi nouos magiſtros habemus ex decreto, de quo nulla pendet appellatio, quare alium inuenire tentamus?

Meritò igitur petimus fore declarandum non ſolum ſuper poſſeſſorium ſummariiſſimum, ſed etiam ſuper proprietatem rei, ſtante quod probationes ſuper illam ſunt patefactæ,& per aduerſarium non impugnatæ, quæ cum oſtendant ius hoc nominandi & eligendi nouos magiſtros ad prædeceſſores ſpectare, validam ſperamus declarari electionem factam, nec non ſic in futurum continuari.

Agnoſco tamen aduerſarium adhuc dicto decreto tueri, eò quia electio nouorum magiſtrorum facienda ordinatur, non ſolum per magiſtros, veteres, verùm etiam per Parœcum inſimul, ſic inquit quomodo ſuſtineri poſſet noua electio, diſſentiente Parœco, facta.

19 Sed reſponſio facilis eſt, etenim diſſenſus Parœci non operabitur nullitatem electionis, alias indirecte decretum rueret:nam ſi fuit ordinatum, quod illa fieret per magiſtros veteres,& ſolus Parœci diſſenſus ſufficeret pro nullitate,omne penderet ab illius arbitrio, & ſic verius dicimus decretum ruere, ſed ſolum Parœcus virtute dictionis, inſimul in decreto appoſitæ habebit vocem in electione,pro vno tantum loco,non quod medietas ſuffragiorum ſpectet ad parœcum, alia verò ad magiſtros, ſed vnuſquiſque in capita,ſtante quod dictio illa inſimul aliud non importat niſi copulatiuam quamdam coniunctionem,*l. Titia textores, §. nihil differt, ff. de leg. 1. l.ſi ita fuerit, ff. de manumiſſis teſt. l.ſi quis legauerit, ff. de ver. ſignif.* Iaſ. Decius, Ruin. & alij apud Barb. *dict.75.* Cardin.Tuſcus *litt.C, concl.583.* Gratus *dict.34.* at natura huius dictionis eſt, vt vniformiter copulet perſonas, vel ſubiecta, *l.ſi legatarius, §. cum ita, ff. de leg.3.* igitur quando decernitur electionem fieri per magiſtros veteres, & per Parœcum inſimul coniunctio capienda erit, vt vnuſquiſque ſua ſuffragia habeat,non vero,quod medietas ad vnum,altera medietas ad plures, alias eſſet difformis cumulatio.

Accedit ratio, quoniam dictio, *cum, vna, ſimul*,idem importans, ex dictis per Cardin. Tuſchum *concluſ.358. num.7.* quando ponitur inter res, quarum vna alteri non accedit, vt lego domum cum vinea, coniungit vtrumque principaliter, itaut in hoc aſſimiletur dictioni, & ad Textum *in leg. Titia textores, §.nihil*, Decius *in auth.ingreſſi, num.23. Cod.de Sacroſanctis Eccleſ.* Cenedus *ſing.9. num.50.* ſed quoties iſta dictio ponitur inter res quarum vna ſit acceſſoria ad aliam,coniungit acceſſoriè, *l.ſi quis ancillas*, vbi Iaſon *ff.de leg.1. l.1.2. & 3. ff. de peculio legato*, quod licet ſecus ſit in vltimis voluntatibus reſpectu perſonarum,vt principaliter dicantur coniunctæ, Barboſa *dict.75.num.10.* tamen in contractibus vnaquæque perſona diſtributiuè accipitur, ſic dicimus quod quando fuit ordinatum, quod electio fieret per veteres magiſtros, & Parœcum inſimul, vnuſquiſque ex eis dicitur diſtributiuè vocatus ad vocem, non quod vna medietas ad Parœcum, altera ſpectaret ad magiſtros. 20

Et ſic in propriis terminis, nempe in materia iuriſpatronatus, vt ſi conceſſio fiat pluribus v.ſ.cum Titio, iſte Titius non habebit medietatem ſuffragiorum, ſed vnuſquiſque in capita vocem dabit, notat Iulius Caponus *in quodam reſponſo inſerto inter reſponſa* Epiſcopi Maranta *part.5.61.in ord.à num.29.cum pluribus ſeq.* ſicut dicimus in iure patronatus gentilitio, vt vnuſquiſque ſuam vocem dabit, non verò in ſtirpes, licet plures ex vna linea vnus ex alia, decidit Rota Romana *deciſ.251.num.1. part.1.in recent.* Buratt. *deciſ.183. num.4.& 16.* Viuian. *de iure patron.lib.4.cap.2.num.38.* Campanil. *in diuerſ. iuris canon.rub.11. cap.13. num.484.* Lotter. *de re benef. lib.2. q.11. num.124.* Tonduti Sanleg. *lib.1. canon. quæſtionum, cap.32. num.4.5.& ſeq.* colligentes ex Text. *in Clement. plures de iure patronatus*, Riccius *in praxi iuriſpatronat.reſol.180. num.1.* Ciarlin. *lib.2. controuerſ. cap.153.n.12.* ad differentiam iuriſpatronatus hæreditarij, in quo ſucceſſio fit in ſtirpes, ea ratione, quia in primo ſunt omnes vocati ordine ſucceſſiuo;in ſecundo,virtute repræſentationis, at in caſu noſtro electio collata eſt ad omnes magiſtros ſucceſſiuè, & ad Parœcum inſimul, vnicuique dicitur data poteſtas dandi vocem,proinde non niſi vni- 21

cam

cam vocem habebit Parœcus, non verò medietatem.

22 Quibus dictis non obstat, quod scripsit Felin. *in cap. Pastoralis, num.* 8. *de except.* dicens, quod si potestas præsentandi spectet ad Collegium & Petrum, tantam potestatem habebit Petrus quantam Collegium, sequuntur Cassad. *decis.* 1. *num.* 2. *de iure patronat.* Lambert. *de iure patronat. part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 28. Selua *de benefic. part.* 2. *q.* 17. *num.* 9.

Quoniam horum sententia procedit, quando collatio, seu institutio simultaneo modo ad Collegium, & Petrum confertur, faciendo inter se distincta corpora, non vnum itaut de tali casu ad quemlibet spectet prouidere, Simonet. *de reseruat. iuncta addit. quæst.* 71. *num.* 11. Puteus *decis.* 117. *lib.* 3. Achill. de Grass. *decis.* 4. *n.* 10. *de præb.* Cæsar de Grassis *decis.* 1. *n.* 2. & *decis.* 2. *n.* 5. *de iure patronat.* non data tamen inter eos discordia, quæ si sequatur neutra collatio valebit, Geminianus *in cap. à collatione, num.* 4. *de appellat. lib.* 6. Franch. *ibid. sub num.* 1. Probus *num.* 4. Rota Romana *decis.* 134. *num.* 3. & *per tot. lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* cum aliis apud Gonzal. *sup. reg. Cancellaria, gloss.* 45. *à n.* 58.

Si verò non fiunt distincta corpora, sed vnum, vt in casu nostro, tunc semper statur maiori parti, & vnusquisque suum suffragium habebit in capita Glossa *in dict. cap. Pastoralis, verb. Plures de rescript.* quam sequuntur post Butr. Imol. & Abbat. ibi Felin. *num.* 8. *vers. Vbi duo corpora,* Abbas *in cap. scriptum, num.* 6. *de elect.* Selua *de benef. part.* 2 *q.* 7. *num.* 1. *cum seq.* Cæsar de Grass. *dec.* 1. *n.* 1. & 2. *de his quæ fiunt à maiori parte capituli,* Rota *dec.* 713. *n.* 10. *p.* 1. *diuers.* Gonz. *loco cit. n.* 66. *per tot.*

23 Quod vero in casu nostro fiat vnum corpus, colligimus ex verbis decreti quo non ordinatur simpliciter electionem fieri per magistros & Parœcum, sed additur illa dictio (*insimul*) quæ sui natura Congregationem, & connexitatem demonstrat, *cap.* 1. *de consuetud. lib.* 6. & habet vim coniunctiuæ, & copulæ, vt *in rubrica de iuris, & facti ignorantia,* & vnit præcedentibus sequentia, *l. fin. cum glossa, ff. ad legem Aquiliam,* cum relatis per Barb. *dict.* 318. igitur si electio fieri debet vnitim, sic vt vnum corpus, Parœcus vnicum tantum suffragium habebit, & non pro medietate.

24 Eo fortiùs procedunt hæc dicta, quoties ius eligendi non spectat iure speciali, putà ad Titium, & ad Collegium, sed iure communi, quia semper collatio est in capita, vt bene Abbas *in cap. postulastis, num.* 14. Imola *num.* 15. *vers. Quod,* Card. Anchar. *num.* 9. *vers. Contrarium determinat,* Abbas *consil.* 37. *num.* 2. *in fin.* & *num.* 3. *part.* 2. de Senis *consil.* 1. *à num.* 7. *decisum in Placentina voti* 26. *Aprilis* 1599. & 6. *Nouembris* 1600. & 16. *Decembris* 1604. *coram Pennia,* testatur Barb. *de canon. & dignit. cap.* 14. *num.* 8. igitur si de iure communi, & non ex aliquo priuilegio hoc ius eligendi ad magistros, & ad Parœcum competit, vnusquisque suam vocem habebit in capita, non in stirpes.

Vnde manifestè colligimus, quod cum electio præsens fuerit facta per omnes prædecessores, licet dissensus Parœci sit, non tamen inualiditas oriri poterit, quia vel frustra illius dissensus iudicabitur, vel tanquam in minori numero, aliorum sententiæ subscribere tenetur, vt in iudice discrepante scribit Regens Rouit. *in pragmat.* 45. *num.* 8. *de officio S. C.* qui tenetur subscribere sententiam, licet fuerit contrariæ opinionis.

Et licet consensus Parœci requirendus esset, 25
vt pars supponit, cum ad illud præstandum fuerit requisitus, imò data illi notula magistrorum nouiter electorum, ad finem vt illos publicaret iuxta solitum, & absque causa, sed propria voluntate recusauit publicare, aut erit compellendus pro publicatione, ad Textum *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de liberis agnoscend. l.* 1. *§. & hoc rescripto, ff. de ventre inspiciendo, l.* 4. *§. intra diem, ff. de damno infecto,* & *in §. sciend. instit. de satisdat. tutorum,* vel à iure pro præstito iudicatur, cum tempus sit elapsum, *l. si cum dotem, §. eo autem temp. ff. soluto matrim.* notant Præs. de Franchis *decis.* 310. Fontanell. *decis.* 152. *à num.* 4. *cum seq. lib.* 1.

Quibus dictis resoluitur, quod intendit desumere pars aduersa ex suis probationibus, nempe quod in electione requiratur Parœci consensus, quia hoc admisso, probauimus ipsum facere vnicam tantum vocem, ac vnicum suffragium, & cum fuerit requisitus, dicitur acquiescere, iam quod neque poterat dissentire.

Neque officit, quod insuper pars ponderat, scilicet consensum Parœci adeò requiri in electione facienda, vt si nominatio facta ipsi non placeat, dissentit ab illa, & alter eligitur iuxta sui placitum, & sic quæsiuisse hoc ius prohibitionis.

Quoniam non omnes testes producti hoc de- 26
ponunt, sed duo testes siue tres, dicentes fieri electionem iuxta placitum Parœci quorum dictis refragantur sex testes nouiter examinati ad instantiam magistrorum vltra quatuor alias antiquas depositiones, vt in facto demonstrauimus, consequenter si plures probationes in contrarium habemus, de illis erit habenda ratio, non de minore, *cap. licet causam* 9. *§. ex præmissis igitur, de probation. cap. in nostra præsentia* 32. *de testibus, & in cap. videtur nobis* 3. *qui matrimonium accusare possunt.*

Imò nostris fides danda esset, licet in minori numero, quia secundum decretum latum deponunt, qua de re DD. testi deponenti secundum ius magis fidem præstant, quam aliis Grammat. *cons. ciuili* 12. *num.* 11. Thor. *voto* 17. *num.* 23. *part.* 1.

Neque facit ponderatio testis producti per 27
magistros, dicentes Parœcum aliquando dissensisse nominationi factæ: nam solum deponit de tali actu, non quod electio facta fuerit iuxta placitum, qua contradictione secuta, melior deliberatio habita fuit, sic non deponit de actu prohibitiuo, seu acquiescentia voluntati Parœci, & sapientis est facta maturius cogitatione mutari in melius, secundo quatenus aliquid prætenderetur, cum sit depositio vnius contra plures alias depositiones pro nihilo habebitur, licet enim vnus testis probet contra producentem, iuxta Felini doctrinam *in cap. si cautio* 9. *limit. de fide instrument.* cum aliis apud Farinac. *in tract. caus. criminal. q.* 62. *num.* 211. & apud Consil. Staiban. *lib.* 2. *controuers. cap.* 120. *num.* 2. & 3. tamen fallit hæc doctrina, quando plures alij contrarium deposuerint, ad Text. *in cap. cum tu, ex l. de testib.* Gloss. *in cap. si testes* 4. *q.* 3. Riminal. *consil.* 549. *num.* 11. & quod plus Felini doctrinam post Magon. Nattam, Bart. Bursat. & alios impugnat Canc. *part.* 1. *var. tit. de testibus, num.* 73. *vers. Quamvis vt verum fatear.*

Sed quid in his immoremur, si titulum, seu 28

modum electionis faciendæ habemus ex decreto lato in anno 1634. in iudicatum tranſacto, vt ſupra ponderaui, & eadem pars in iudicio produxit, ex quo probauimus vocem tantum Parœco fuiſſe collatam in capita, conſequenter omnes aliæ probationes quouis modo ſumptæ corruunt; nam quando de titulo conſtat, aliud non eſt peragendum, Menoch. *de præſumpt.lib.3.præſumpt.* 108.*num.*10.*& conſ.*291.*à num.*10.*lib.*1. Gama *deciſ.*297. *num.*4. cum aliis apud Barboſ. *in l.*2. *num.*310.*&* 311. *C.de præſcript.*30.*vel* 40.*annor.* ſic corruit omnis præſcriptio, etſi temporis immemorabilis quoties de titulo conſtat, Mandel. *conſ.*34.*num.*14. Lanar. *conſ.*94. Pereg.*conſ.*69. *lib.*4.Bardell.*conſ.*47. Bonif.Roger.*conſ.*15. Anton.Fab. *in ſuo Cod.lib.*1. *tit.*2.*de Sacroſ. Eccl. de fin.*5. Triu. *deciſ.*55. *lib.*2. Caſtil. *dec. Sicil.*12. *part.*1.Fontanell. *deciſ.*64.85.*lib.*1. *&dec.*441. *lib.*2. Capibl. *in pragm.*1. *à num.*226. *de baron.* Montan. *tract. de regal. rub. dicimus,de regalib. à num.*51. *circa finem, & controuerſ.*64. Giurba *obſeru.*76. *per tot.* latiſſimè fundat Fontanell.*tom.*2. *deciſ.*445. *& ſeq.*

29 Et quibus clariſſime colligimus, ius iſtud eligendi nouos magiſtros ad prædeceſſores ſpectare, itavt non ſolum ſperatur decidendum fore magiſtros electos fore manutenendos in poſſeſſione adminiſtrationis:reſpectu iudicij poſſeſſorij ſummariiſſimi, verum etiam reſpectu proprietatis ſic fore obſeruandum in futurum.

Si vero ſermo eſſet inſtituendus de poſſeſſorio ſummariiſſimo, neſcio quonam pacto electio facta poterit per Parœcum impugnari, quoniam ſi probationes attendamus,titulum ex ſententia natum modum à iure permiſſum ſucceſſorem eligendi,notum eſt validam fuiſſe electionem, cum cauſa proprietatis ſit pro ipſis, ſi attendere velimus requiſita dicti iudicij ad huc agnoſcimus ius adeſſe pro illis, etenim manutentio ei danda erit, qui in poſſeſſione reperitur, §. *hodie inſtit. de interdictis, l.*1. §. *final.* vbi Bart. *ff. vti poſſidetis,* Abbas *in cap.* 1. *num.* 4. *vt lite pendente,* Rota Romana *part.* 2. *in recentior. deciſ.*391. *num.*1. *& deciſ.*41. *num.*9. *cum ſeq. deciſ.*50. *num.*1. *&* 29.*part.*2.*diuerſorum,& in Meluitana ſtatus* 29. *Iudiciarij* 1635.*coram Bullabella deciſ.*13.*num.*1. *&* 8. *part.*7.*in recentior.* per Rubeum, *& in Toletana conſeruatoriæ* 6. *Iunij* 1635. *coram Duzonetto, & deciſ.*49.*num.*1.*part.*3. *in recentior. per Rubeum*, etiamſi poſſeſſio ipſa fuerit propria authoritate, tradit Gratian. *tom.* 5. *diſcept. forenſ. c.* 921. cum aliis apud Poſtium *de manutenendo obſeru.*13.*num.*1.*&* 2. Franciſc.Redenas *conſ.*95. *num.*22.

Et nedum ſi poſſeſſio fuerit rerum corporalium, ſed etiam incorporalium, vt concedendum ſit dictum poſſeſſorium ſummariiſſimum in quaſi poſſeſſione illius,docent Caſtrenſ. *conſ.*3.*num.*1. *lib.*2. Mazzol. *conſ.*91. *num.*17. 18. *&ſeq.* Giouagno, *conſ.*8. *num.*67. *lib.*1. Lælius Altograd. *lib.*2.*conſ.*97.*à. num.*6.*cum ſeq.* Afflict.*dec.*395. *num.*3. *&* 4. Guid. Pap. *deciſ.*552. Monach. *deciſ. Bonon.*36.*num.*7. Rota Bononien. *deciſ.*138. *num.*20.21.35. *&* 36. Rota Rom. *apud Seraph. deciſ.*77.*n.*1. *&* 2. *deciſ.*299.*n.*9.*dec.*99.*num.*1. *in nouiſ.ſeu part.*1.*diuerſ.* apud Coccin.*dec.*354. *num.* 1. *deciſ.*232. *num.*1. apud Cenc. *de cenſib.* de qua etiam meminit Duardus *de cenſib. deciſion.*272. latè Poſtius *de manut. obſeru.*10. *à n.*4. Scayn.*deciſ.Bonon.*104. Reg.Cap.Galeota *lib.*1. *controu.cap.*62.*per totam,* Reg.Sanfelic *dec.*340. *part.*3.

Quæ dicta procedunt, licet ius reſiſtat ſi altiorem requirat indaginem, illius diſcuſſio, vt manutentioni, locus dari poſſit, Rota Roman. *deciſ.* 159. *num.* 4. *part.*1. *diuerſ. & deciſ.*685. *num.*3. *part.*1. *in recentior.*plures alios refert Beltram. *in addition.ad Ludouiſ. deciſ.*370.*num.*10. Rota *coram Durano, deciſ.*217. *num.* 8. apud Poſtium,latius præ ceteris fundat Reg.Marcian. *lib.*2. *diſput. cap.*65. *per tot.* latiùs Fontanell. *deciſ.*326. *per tot. lib.*1.

Eo fortiùs ſi tempore litis motæ aliquis reperiatur in poſſeſſione,quia ille manutenendus erit, vel tempore turbationis,dicto §.*hodie inſtitut. de interdictis,* Cruetta *conſ.*248.*n.*5. Couarr. *pract. cap.*17. *num.*5. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſſ.*3.*part.*10.*num.*53. Cancer. *part.*3.*var.c.*14. *à num.*40. *cum ſeqq.* Conſil.Stayban. *lib.*2. *controuerſ. cap.* 175.*a num.*49. *cum pluribus ſequent.* Poſtius *de manuten. obſeruat.* 17. *à num.*1. *vſque ad* 10. Reg. Capycius Latro *lib.*2. *deciſ.*482. *à num.* 34. Ciarlinus *lib.*2. *controuerſ. cap.*127. *à num.*2.

Quæ poſſeſſio eligendi nouos magiſtros per veteres pleniſſime fuit probata, & in tali poſſeſſione præſens electio reperitur,ſic iſta erit attendenda,omni alia excluſa tanquam vitioſa, *cap.licet cauſam*, vbi DD. *de prob.* latè Poſtius *obſeruat.*97.*num.*2. Farinac. *deciſ.recent.*600. *num.*1. *part.*1. *& deciſ.*15.*poſthuma* 146. *num.*1.*part.*2. *& deciſ.*258. *num.*1.*part.*2. Durand. *deciſ.*157. *num.*2. *deciſ.*328. *num.*1. *& deciſ.*330. *num.*3. Rubeus *deciſ. lib.*114.*num.*6.*part.*3.

Aduerſus quas probationes male pars contendit, vltra enim quod non adſunt cauſæ repulſæ, ſed etiam quia in tali iudicio poſſeſſorij ſummariiſſimi nulla exceptio contra teſtes admittitur Couarr. *pract.quæſt.cap.*17. *n.*4. Rotæ Romanæ *apud Seraph. deciſ.*392.*num.*1.*deciſ.*910. *num.*2. *deciſ.*1147. *num.*15. & apud Rubeum *dec.*156. *num.*4.*part.*2.

Et in propriis terminis iuris eligendi ſucceſ- 30
ſorem, vt manuteneri debeat,quis in poſſeſſione reperitur, notat Baldus *in l. alienationes, num.*2. *ff. familiæ erciſcundæ, ſequuntur* Couarr. *d. pract. cap.*14. *num.* 2. Guttier. *lib.*3. *pract. quæſt.* 42. *n.*46. Ceuall. *lib.*5.*commun.quæſt.*94.*n.*10.*&* 11. Garſ. *de benefic.part.*5.*c.*5.*n.*4.D.Franciſ.Amaya *in l.nominationum,num.*48.*C. de decur.lib.*10.

Hæc currenti calamo in re tam ſterili ſcripta mei Domini Eminentiſſimi purgatiſſimo iudicio ſubiicio.

DISCEPT. CCCLIV.

SVMMARIVM.

1 *Conditio priuans hæreditate in caſu contrario, quando valeat.*
2 *Conditio priuans hæreditate facit, vt non directè acquiratur, ſed per fideicommiſſum.*
3 *Conditio priuatiua in matrimonio an poſſit apponi.*
4 *Conditio priuatiua quando in matrimonio apponi poſſit.*
5 *Conditio in matrimonio quando habeatur pro non appoſita.*
6 *Conditio impoſſibilis quando dicatur in matrimonio.*
7 *Conditio docendi conſanguineam quando valeat, & quando non.*

8 *Condi*

8 *Conditio quando dicatur matrimonio impossibilis.*
9 *Conditio quando dicatur posse impleri, vt sit possibilis.*
10 *Castillus* lib. 3. cap. 7. *adducitur, & explicatur.*
11 *Spurij institutio sub conditione, si legitimatur an valeat.*
12 *Castilli opinio loco citato, vt valeat, qua requiritur.*
13 *Conditio contrahendi matrimonium, substituta pia causa, an, & quando valeat.*
14 *Conditio impossibilis in matrimonio apposita, qualiter differat, si in contractu, vel in vltima voluntate.*

ARGVMENTVM.

Conditio apposita privatiua hæreditatis in casu contrario, qualiter operetur directè, vel per fideicommissum, & an conditio in matrimonio apposita sit impossibilis, & quando, & an differat impossibilis conditio in contractibus, vel in vltimis voluntatibus, Castillus lib. 3. var. cap. 7. *adducitur, & explicatur.*

IVRIS PRO CONDITIONE IN Matrimonio apposita.

1 EX præcedenti facti serie ad confirmandam Illust. Marchionis sancti Angeli Vincentij iustitiam, & si aliàs per supremum hoc Tribunal cognitam, tres eliciam conclusiones breuibus explicandas, inter quas suppositâ validitate conditionis in testamento adiectæ, vt in facto narratur, & successiuè necessariò eiusdem conditionis implemento sicque iusta causa priuationis hæreditatis, & ademptionis illius, quam adesse debere patet Bart. *in l. vxores* per illum Text. §. *hæres*, *ff. de legat. 3.* voluit Corn. *cons. 55. num. 1. lib. 1. cum concord. apud eum.* Id quod ad summum ex aduerso prætenditur, & quod prorsus ex communi Doctor. sententia in sequenti conclusione inficiabor, & falsum esse demonstrabo. Illa prior erit, quod idem Illust. Marchio Vincentius hæres institutus, & conditionem ipsam non adimplens, & ex iusta causa, vt prætenditur priuatus, non directo, siue ipso iure priuatus censeatur, sed per fideicommissum, sicque quòd teneri tantùm posset restituere hæreditatem quæsitam, illo etiam probato, vt cum posset conditionem implere, renuerit, vt ex communi, & veriori sententia,
2 quam tenuit Bart. *in l. paterfamilias sub num. 6.* & ibi add. Iac. Mær. *ff. de hær. inst.* probat Imol. *ibidem, num. 8.* inde inferens alium hæredem hæreditatem ipso in casu non posse acquirere, nisi facta restitutione, & contraria refellens à Bald. adducta *in l. 1. C. de his, qua pœn. nom.* innuensque pariter eundem Bald. *in d. l. pater famil. nil in d. quæst.* dicere, sicque cum Bart. ibidem transire, tutiusque esse, cum eiusdem Bart. sententia adhærere, idemque sequuntur Castr. Salyc. & Ias. *in d. l. 1. sub, num. 1. vers. 2. modus*, vbi etiam Corn. & omnino videndus *d. cons. 55. ante num. 1. & in eodem n. 1.* Ruyn. *cons. 48. num. 18. vol. 2.* & Cæph. *cons. 52. vol. 1. per totum* cum aliis pluribus. Quorum sententia illa præsertim comprobatur ratione, quia priuatio, siue exhæredatio, ademptio, vel pœna perneceſse supponunt habitum sicque præcedentem acquisitionem, *l. decem, ff. de verb. oblig. l. manumissiones, ff. de iust. & iur.* cùm sint à parte post, & semel hæres, cùm quis est effectus, non potest desinere esse hæres, *l. ei, qui soluendo, ff. de hær. inst. l. miles ita, ff. de milit. testam. l. nemo potest, ff. de leg. 1. & l. si scire*, §. *quod Papin. ff. de minor.* ne hæreditas de tempore ad tempus detur, quod Pagani facere non possunt *l. hæred. ex die, ff. de hær. inst.* Rub. Alex. *cons. 43. num. 2.* Quapropter datum sub conditione eatenus ademptum sub contraria conditione dicetur quatenus sit, vel ante quæsitum emolumentum, vel hæreditatem, vt resp. Cæph. *præcit. cons. 52.* vel dubium sit, an eodem tempore voluerit testator vtrumque impleri, vt resoluit Corn. *d. cons. 55.* Conditio enim non acquisitioni, sed executioni adiecta, nec actum reddit conditionalem, neque illum suspendit, *l. ex his C. quand. dies legat. ced. l. mutuo*, §. 1. *ff. de tut.* quem ita declarat Bar. *in l. 1. sub num. 3. vers. instanter ergò, ff. de cond. & demonstr. in l. ita demum*, §. *sed si quidem*, & ibi etiam Bart. *vers. & ideo dicas, ff. de arb.* cum aliis apud Ludouis. *decis. 117. num. 3.* Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 41. num. 16.* & ideo prætermissa 4
omni disputatione hac in causa, quæ vndique redditur indubitabilis, præsertim ea conditione circa matrimonia post quæsitam hæreditatem, vel emolumentum adimplenda, an ea non impleta, sit locus priuationi, cùm non sit eo casu alliciere ad matrimonium spe lucri, vt respondent omnes concludentes ipsam in matrimoniis con- 5
ditionem apponi posse, sed priuare non implentem quæsitis, sicque exequi pœnam, quæ abesse debet, *cap. Gemma, c. quod locum de sponsi. l. Titia, ff. de verb. oblig. l. 2. Cod. de inut. stip.* Molfes. *consil. 12. num. 2. lib. 1.* Cùm matrimonia debeant esse libera, plenéque libertas, & securitas adesse in illis, omnisque conditio proinde reiiciatur, siue illorum impeditiua, siue suspensiua, siue directè, siue indirectè, *l. filiæ suæ, & l. cum tale*, §. *rescriptum, alias si arbitrium, ff. de cond. & demonstr. l. Turpia*, §. *Titiæ, ff. de legat. 1.* Couar. latè *ep. de matr. cap. 3.* §. 8. *n. 3.* Viu. *decis. 480. n. 8. lib. 4.* D. de Pont. *cons. 44. num. 8. lib. 1.* melius *in tit. de assens. reg super dot.* §. 6. *num. 48.* Thes. ium. *quæst. 24. lib. 3.* Sanchez *lib. 1. de matrim. disput. 30.* Molf. *consil. 12. num. 1.* D. Pasch. *de iur. patr. pot. part. 3. cap. 2. præcipuè, num. 30.* cum infinitis aliis *in 2. concl.* allegandis, *vt eadem in quæst.* resp. Ias. *in l. reprehendenda, num. 10. C. de inst. & substit.* & optimè Gutt. *cons. 18. num. 3. ex l. 1.* §. *si quis propter vers. per in integrum, ff. de itin. actuque priu.* & communem esse referre auctore Iasone Couar. *vbi sup.* & alij qui tam eam partem, quam & contrariam sectantur, meminit Morot. *cons. 97. num. 3.* quis dubitare poterit, agendum esse contra Marchionem ad restitutionem hæreditatis prætensam, posseque Marchionem nedum ea vti exceptione aduersus gubernatores Montis, quam in sequenti fundabo conclusione, scilicet conditionem non iustam, non honestam, 6
siue,

ſiue, impoſſibilemque abiiciendam eſſe, ſed, & obiicere poſſe in ipſa, quam prætendere poſſet Mons hæreditatis reſtitutione per ipſum, nec ſtetiſſe, quin conditioni non paruerit, & proinde haberi vt impletam, *l. qua ſub cond. §. quoties, l. Iure ciuili, ff. de cond. & demonſtr. l. Iure ciuili, ff. de reg. Iur. l. 3. ff. de cond. inſt. l. ſi poſt dotem, §. item ſi qua conditio, ff. quando dies, leg. ced. l. 1. C. de inſt. & ſubſt. C. non ſtat de regul. iur. in 6.* Mol. *de primog. lib. 2. cap. 13. n. 14.* Vaſq. *contr. illuſtr. lib. 3. cap. 93. num. 3.* Mant. *de tac. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 45. num. 21.* Molf. *conſ. 36. num. 13. lib. 7.* cum aliis, nec vlteriore tempore quam triennio expectare debuiſſe ad habendum conſenſum ducendarum puellarum iuxta teſtatoris voluntatem, *l. 2. §. ad filiorum, C. quand. & quib. 4. pars deb. lib. 10.* vbi Bar. Bald. Ioan. de Plat. & cæteri, Iaſ. *in l. 2. C. de inſt. & ſubſt. num. 6.* Vaſq. *contr. illuſtr. lib. 3. cap. 94. num. 6.* Oldr. *conſ. 16.* Loffr. *conſ. pariter 16.* cum aliis apud Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 18. num. 23.* & Grat. *quæſt. for. 137. num. 9. & 10. lib. 1. & 254. num. 2. lib. 2.* tum maximè quia cùm in pœnam ad reſtitutionem agere tantùm poſſit Mons, vt obtineat liquidiſſimè de eius Iure docere, probare, & conſtare debet, *l. in teſtam. la prima, ff. de cond. & demonſtr.* quem Text. pro ſingulari allegat Bal. *in c. 1. qual. vaſſ. feud. priu.* de quo, & aliis meminit Iaſ. *conſ. 124. num. 3. lib. 4.* & idcirco conſequens ſit, vt interim donec Ill. Marchionem Vincentium defeciſſe ſui culpa non doceat, nullo modo poſſit reſtitutionem obtinere, *vulg. l. qui accuſare, C. de ed.*

7 Nunc ſecundam ingredior concluſionem, quam de more peroptimè, ac validiſſimè fundauit in hac cauſa doctiſſimus, acutiſſimus, ac perilluſtris Dominus, & magiſter mihi ſemper Venerandus D. Ioannes Laurentius de Rogerio, ſcilicet ſtante conſanguinitate in tertio, & quarto gradu de Iure canonico attenta linea paterna, & in tertio attenta cognatione materna inter Illuſt. Marchionem Vincentium, & puellas in teſtamento nominatas, ſicque vrgente prohibitione Iuris eiuſdem canonici, *c. non debet, §. 1. de conſangu. & affinit. clem. 1. eod. tit.* quod in matrimoniis attenditur, prout in ſucceſſionibus gradus Iuris ciuilis, teſte Bal. *in l. libertinus, ff. de rit. nupt. cap. 1. iunct. gloſſ. in verb. conſiſtit de deſponſ. impub. cum concord.* illam matrimonij contrahendi conditionem abiiciendam eſſe, per quam non fuit S. Pontificis diſpenſatio reſeruata; etſi de Iure ciuili inter conſobrinos tantùm improbaretur inter quos illo in gradu interdictum eſt matrimonium, *l. vter ex fratribus, ff. de cond. & demonſtr. l. 2. C. de inſt. & ſubſt.* idque probari per Azon. *Acc. in verb. conſobrinam*, Bar. *ante, num. 1. verſ. 2. oppoſitio*, Alb. *in princ.* & Cum. *num. 2. verſ. in gl. 1. & in l. 2.* Acc. *in verb. voluerit.* Petr. de Bellap. Cyn. Bald. *num. 1. verſ. not.* & Corn. *num. 2. verſ. in gl. 2. in fin.* Panorm. *conſ. 65. num. 3. part. 2.* Curt. iun. *conſ. 54. num. 12. verſ. 4. vol. 1.* Neuiz. *conſ. 31. num. 10.* Goffr. *conſ. 16. num. 1. & ſeq.* Eman. Coſta *l. 1. ſelect. interp. circa conditiones, cap. 8. num. 14.* Palaez *in tract. de maior. part. 1. quæſt. 50. num. 2.* Io. Bapt. Plot. *int. conſ matrim. conſ. 87. n. 9. & 18.* Sim. de Petr. *de interp. vlt. volunt. lib. 4. dub. 1. n. 6. fol. 443.* Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 18. num. 6.* Men. *conſ. 97. num. 21.* Sanch. *de matrim. tom. 1. lib. 5. diſp. 5. quæſt. 3. num. 26. verſ. hanc ſententiam*, & nouiſſimè Leand. Galg. *de condit. & demon. part. 1. cap. 8. num. 13.* his addo Molfeſ. *in terminis, conſ. 12. num. 9. 10. 11. 15. & 20.* ſic intelligens fuiſſe loquutum Couarr. *de matrimon. cap. 3. §. 2. num. 7.* qui *num. 31.* ſic iudicatum per hoc idem ſupremum Conciſtorium refert, idemque tenere, & referre D. Paſch. *de iur. patr. pot. part. 3. cap. 2. ſub num. 13.* Thor. *in compend. deciſ. ſub verb. legatum, fol. mihi 313.*

Et prædictæ concluſionis rationem illam eſſe 8
dicunt, quoniam conditio ducendi conſanguineam in prohibito gradu ſecundum Canones eſt contra Pontificum Conſtitutiones, *d. c. non debet, & clem. 1.* Et proinde impleri nequaquam poſſet, imò eſt turpis, & inhoneſta, ſicque docere D. Th. *2. 2. quæſt. 54. art. 1. ibidem* Caiet. & Sot. *in 4. ſent. diſt. 41. q. vn. art. 3. concl. 10.* Addo hinc in propriis terminis DD. vno ore concordes exiſtimaſſe præceptum teſtatoris illo in caſu ſeruandum, in quo impleri nedum valeat, ſed, & honeſtè valeat, *l. cùm ita legatum, §. videamus, ff. de cond. & dem.* Bart. *in l. 1. in fin. C. de inſt. & ſubſt.* Oldr. *conſ. 16. verſus finem*, Vaſq. *contr. illuſtr. lib. 3. cap. 93. num. 14.* Mant. *de tacit. & amb. connu. lib. 14. tit. 25. num. 25.* Morot. *ſupra cit. conſ. 97. num. 21. & 22.* & in ſimili pœnam adiectam legatario, vel hæredi in diſpoſitionibus à lege interdictis, vel probroſis nullatenus committi, ex *not. in l. 1. ff. & C. de his quæ pœn. nom. & in §. fin.* vbi Fab. *num. 1. inſt. de leg.* voluit Gloſſ. *in cap. Raynaldus in verb. adijciens de teſtam.* & communem teſtari ſententiam refert, & ſequitur Surd. *conſ. 348. num. 6. & ſeq. vol. 3.*

Satiſque eſſe teſtamenti, ac mortis tempore 9
matrimonij conditionem honeſtè impleri non poſſe, cùm ſecundum præſentis, non futuri temporis ius exiſtimari debeat conditio, *l. continuus, §. cùm quis, ff. de verb. oblig.* probat idipſum ex Text. *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig.* Nauar. *conſ. 5. lib. 4. in tit. de conſang. & affinit.* vbi promiſſionem matrimonij contrahendi obtenta à S. Pontifice diſpenſatione nullam ante diſpenſationem eſſe concludit, vt ex communi deducit, tam attento iure ciuili, *l. ſi ſtipuler, ff. de verb. oblig.* quam Canonico ex. *c. ſuper eo de ſponſ.* magiſque ex Theologorum voto, & in *conſ. 14. lib. 4. de ſponſ.* matrimonium etiam cum ipſa conditione contractum, ſi S. Pontifex diſpenſauerit ante obtentam diſpenſationem nullum fore, & idcirco nouum conſenſum adhibendum eſſe, nec interim cogendum contrahentem, aut promiſſorem ſub eadem conditione, & acceptam eſſe ſententiam prædictam, conſtat ex *deciſ.* Pharin. 107. *in vol. conſiliorum. num. 4.* Et quia ſecundum præſentis temporis ius conditio, in qua non fuit reſeruata Pontificis diſpenſatio impoſſibilis reputatur, vt contra bonos mores, teſte Mol. *in tr. de iuſt. & Iur. quæſt. 206. verſ. rurſus*, & Sanch. *ſupra cit. quæſt. 3. diſput. 5.* non poteſt enim matrimonium contrahi, quod & contractus, dirimeretur, quæ tamen cum reſeruatione impoſſibilis reputari non poſſet: nam conditio ſi Pontifex diſpenſauerit diſpoſitionem confert ad tempus, *l. in tempus, ff. de hær. inſt.* & ita reſoluere Couar. *part. 2. cap. 3. num. 10. in fine.*

Et licet Caſtill. *contr. iur. cap. 7. lib. 3.* diſpo- 10
ſitionem eo modo factam, & quæ à Principis voluntate dependeret, non impoſſibilem, ſed difficilem tantum eſſe demonſtrare conetur, & *n. 43.* nullam differentiam conſtituat ſi expreſſim in diſpoſitione reſeruata fuerit, vel non fuerit diſpenſatio S. P. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 13. num. 7.* & aliorum ſectatus ſententiam, qui eam conditionem

tionem inesse censuerunt, *ad l primam*, & *l. conditiones extrinsecus, ff. de condit. & demonstrat.* vtque disponentium voluntates quoquo modo saluentur, & actus magis valeat, quam pereat: nullo tamen modo illius auctoritas in aduersam referri, aut adduci poterit; ipse enim quamvis Costæ, Molinæ, Sanchez, & aliorum subtili indagatione scrutatus ostendere cupiat quid solidum non adduxisse, illius tamen conclusiones eisdem subtilitatibus prætermissis, iustitiam Marchionis Vincentij indubiam, ac clarissimam reddunt etenim ab initio, & præcipuè *num.* 5. profitetur, 27. Doctores sensisse præceptum, vel obligationem de contrahendo matrimonium cum consanguinea etiam ea adhibita cautela si Summus Pontifex dispensauerit tanquam sub impossibili conditione corruere, veriorémque tamen Sanchez, & aliorum profert sententiam, quod ipsa conditio tali in casu non abiiciatur, vt videre est *num.* 28. *& seq.* & *num.* 31. *& seq.* & signanter *num.* 33. certam constituit conclusionem, vt stante lege partitæ expressa, per quam conditio de nubendo consanguineæ reiiciatur, temerariè dicat in eo amplius, vt insistat pr. At in sequentibus tantum demonstrare contendit citatorum præsertim Molinæ, Costæ, & Sanchez opinionem haud amplectendam, qui legem ipsam duobus in casibus restringunt. Primò, cùm dispensatio Pontificis non fuerit reseruata, vel secundò, cùm Summus Pontifex non soleat facilè dispensare, quia coniunctio esset in secundo gradu, sustinens in primo conditionem, & clausulam si S.P. dispensauerit virtualiter inesse, & in secundo parum efficere, an prohibitio contrahendi sit in proximiori, vel remotiori gradu, id quod clariùs explicat casus ipsos enucleans *à num.* 46. *vers. Ego veram.*

11 Non tamen difficilè putarem, sed iuri, & rationi congruum eiusdem Castillæ sententiam non admittere, quatenus sentiat idem iudicari, cum S.P. in casu, de quo agitur reseruatur, vel non eoque tacitè subintellectam ipsam reseruationem dispositio habeat, vt post Soccin. iun. *in consil.* 31. *num.* 68. *& seq. vol.* 2. voluit Gutier. *consil.* 18. *n.* 6. *& seq.* Contrarium enim verius esse, superioribus est demonstratum, quod, & Gutier. sibi parum constans tenuit *canon. q. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 6. idem quod in spurij institutione affirmant decernentes, vt adeò substituatur, quatenus Princeps legitimauerit, & in alienationibus feudalium, & emphyteoticarum rerum ad caducitatis pœnam, & commissionem euitandam, quod sensit etiam Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 4. & colligit alios Mart. *de claus. cap.* 121. & Barbos. *de dict. & clau. cap.* 82. in actibus namque hominis perneccsse est, vt exacte exprimantur quæque præseruatiua ad validandos actus, vel euitandas pœnas, vt ex Nauarro etiam superius innuimus, & ex eodem alibi citato sustinet, & resoluit Sanch. *vbi suprà*, magisque, quia cum pendeat ea protestatio ab extrinseco nullatenus inesse possit.

12 Neque Castillæ vt prædicitur sectans opinionem aliorum pariter sententia mihi videtur existimantium eam dispensationis Pontificis reseruationem, vel tunc necessariam, vel congruentius necessariam fore, quando impedimentum in secundo subest gradu consanguinitatis. Ipsi enim, vel Iuris Ciuilis dispositionem attendunt, aut casus impossibilitatem, eoque Pontifex iuxta Concilium Tridentinum dispensare non solet, vel difficiliter, vt videtur sentire Nauar. *in conf.* 5. *superiori loco citato*, Molin. *in præcit. cap.* 13. *n.* 7. *& seq.* & *num.* 20. *lib.* 2. *de primogen.* Gutier. *consil.* 18. *num.* 9. Acost. & alij, non enim quia, vel impossibilis proprius dicatur promissio, vel impossibilitatis magis sapiat dispositio ad abiiciendam conditionem matrimonij inter consanguineos adiectam vtroque in casu eadem conditio non resistet validitati dispositionis, vel obligationis, si altera ipsa conditio, si Summus Pontifex dispensauerit, omittatur, sed tantum operabitur, vt non prætermissa minus, vel magis obliget promittentem, vel adimplere oneratum, cum vno in casu impossibilis secundum veriorem, quia à Principis voluntate dependet *l. Africanus*, aliàs apud Iulianum, *§. constat, ff. de legat.* 1. maximè vt gratia, *cap. gratia, de rescript. in* 6. *Clem. gratiæ, de rescript.* voluit idem Bald. *in l.* 1. *num.* 20. *ff. de iniust. rupt. irritoque fact. test.* vbi impossibile omne dicit, in quo necessaria dispensatio est, itémque in propria materia *l. si stipuler, ff. de verbor. obligat.* dicit impossibile omne, cui licet natura non resistat tamen ius, vel honestas, vel boni mores, sequitur Vasq. *lib.* 1. §. 10. *n.* 169. *de test. pot.* & Rebuff. *in l. nepos Proculo, ff. de verborum signif.* eadem ratione impossibilitatis affirmat promissionem de ducéda consanguinea in vxorem nullam esse, de quo meminit Pal. *in tract. de maior.* 4. *part. q.* 40. *num.* 37. id quod confirmat Mor. *cit. consil.* 97. *num.* 21. *cum seq.* vel secundum alios valdè difficilis promissio reputatur, ac dispositio, altero vero casu, cùm solitus sit Pontifex dispensare magis adimplere debens arguatur de mora, vel culpa, vt ex collectis per Gutier. *dict. cap.* 22. *can. q. per totum*, non tamen est qui negat etiam in quarto gradu dispensationem non requiri, vt idem Gutierrez *dict. q.* 22. *num.* 10. *& 11. & in fin.* testatur.

Neque demum fauor piæ causæ substitutæ, 13
vel contraria sub conditione institutæ, vt ex aduerso prætenditur, oberit, vt in simili post Gugl. de Cun. *in l. Titio vsufructus, §. fin. per illum Text. ff. de condit. & demonstrat.* quem sequuntur Bart. Alb. Castr. & Rom. *in auth. similiter, C. ad l. falc.* colligunt alios Tiraquell. *de priuil. piæ causæ* 18. *priu.* concludunt Vin. *decis.* 480. *num. vltimo*, & Gratian. *decis.* 187. ipsi enim hoc in casu non loquuntur, in quo turpis, & inhonesta reputatur conditio matrimonij, & per quam Canonum sanctionibus contradicitur, & lex omnino resistit, sed in casu contrahendi matrimonij arbitrio alicuius, in quo casu aliqualiter læditur libertas matrimonij, quapropter piæ causæ fauor præponderat, hocque sentit Mol. *disp.* 206. *vers. Rursus*, de quo supra mentionem feci: impossibilem namque de iure conditionem distinguit inter eam, quæ nihil boni contineat, vel quæ aliquid boni contineret; quandoque enim pro summo bono minus bonum destituitur.

Hinc tertiam cuique notissimam, sed conse- 14
quenter adiiciam conclusionem, quæ est inter vltimas voluntates, & contractus differentiam adesse, vt si in contractibus impossibilis quæque, vel natura, vel iuris dispositioni, bonisque moribus, & honestati non congruum adiiciatur vitiet contractum, ac stipulationem, *l. non solum, ff. de act. & oblig. l. Imperialis, ff. de verborum oblig. l. Imperialium, ff. de reg. iur. §. si impossibilis, inst. de inutil. stip.* in vltimis verò voluntatibus abiiciatur, & pro non scripta, vel pro impleta habeatur, *l. conditiones prima & secunda, ff. de condit. instit. l. obtinuit, l. hoc tantum, l. Lucius, ff. de condit. & demonstrat.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. *lib.* 2. Mant. *de tacit. & ambig. conu. lib.* 4. *tit.* 41. *num.* 4.

num. 4. Vasquez *loc. supra citat.* & Molin. *de iust. & iur. lib* 2. *disputatione* 206. *vers. Secunda conclusio*, &c.

DISCEPT. CCCLV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Fructuum liquidatio an sit facienda pro tempore collectionis, an pro tempore consumptionis.*
3 *Fructuum liquidatio fit secundum æstimationem cuiuslibet anni tempore collectionis.*
4 *Fructuum æstimatio debetur secundùm tempus collectionis.*
5 *Fructuum liquidatio fit deductis expensis pro collectione eorundem.*
6 *Possessio bonæ fidei existens qualiter teneatur ad fructus.*
7 *Fructus an faciat suos, quos percepit quis perempta instantia.*
8 *Dolus dans causam contractui qualiter operetur ad fructus.*
9 *Fructus qualiter debeantur ex contractu annullando, posita læsione, & dolo.*
10 *Fructus qualiter sint restituendi à doloso, & malæ fidei possessore.*
11 *Fructus habito valore tempore collectionis restituuntur.*
12 *Fructus compensantur cum interesse debito à venditore.*
13 *Fructus retinentur quousque non soluatur pretium cum interesse, nec cadit mora ad restituendum.*
14 *Possessor malæ fidei cum dolo vero quando teneatur ad fructus.*
15 *Possessor malæ fidei quando teneatur ad fructus officio iudicis.*
16 *Possessor ex post facto in mala fide quando ad fructus teneatur.*
17 *Possessor bonæ fidei quando teneatur ad fructus.*
18 *Releuij fructus qualiter existimentur.*

ARGVMENTVM.

Possessorem à quo tempore cogendum fructus restituere, vt latissimè explicatur, & an à tempore consumptionis vbi plures casus distinguuntur, & an compensentur cum interesse, & an deductis expensis dici debeant, & quid in possessorem malæ fidei cum dolo, quid in bonæ fidei possessore, & similibus.

IN IVRE

PRO

Illustriss. Principe Auetranæ,

CVM

Illustr. Marchionissa Campiarum.

D. Martino Borrello Act.

EMPTIO Casalis Salicis cum iure reintegrandi Casale Euagnani facta per Ioannem Antonium Albricium Seniorem à Loysio Maria de Paladinis, fuit per sententiam S. C. declarata nulla, & proinde condemnatus Princeps Auetranæ pronepos, & possessor ad relaxandum Casalia prædicta, vnà cum fructibus ad beneficium D. Mariæ de Paladinis Marchionissæ Campiarum hæredis, & proneptis Loysij Mariæ restituto pretio vna cum interesse, ac solutis prius meliorationibus liquidandis omnibus tempore exequutionis dictæ sententiæ, & agitur modo de liquidatione dictorum fructuum, in qua fuit propositus articulus, éstque decidendus, si æstimatio eorundem fructuum inque sunt consumpti, est facienda, secundum quod valuerunt tempore recollectionis, vel secundum quod valuerunt tempore venditionis, siue consumptionis, ac forsan quanti plurimi valuerunt intra triennium à die perceptionis. 1

Et esse omninò attendendum valorem temporis recollectionis, concludo ex pluribus, quamvis propositio huius articuli generalis, nedum non sit necessaria in præsenti causa, sed imò impracticabilis ex diuersitate facti, quæ deducitur in quolibet anno ex libris præsentatis. 2

Dico primò dictam sententiam S.C. per quam condemnatur Princeps ad restitutionem fructuum, non habuisse respectum ad præsens tempus, sed ad tempus cuiuslibet anni Anan. *in puncto, in consil.* 38. *in princ.* & proinde cum prædecessores Principis fuerint in bona fide ex titulo emptionis pluribus instrumentis mediantibus, & putabant Casalia esse propria ex his, quæ in facto deducuntur, fructus restituendi sunt, prout fuerunt percepti, scil. frumentum in spicis, oleum in oliuis, & vinum in vuis, §. *cum ex aliena, instit. de rerum diuis.* vbi Gloss. *in verbo, Spicas*, dicit teneri possessorem ad æstimationem, quæ æstimatio intelligitur de ipsis spicis, vuis, & oliuis, iam quod frumentum, vinum, & oleum sit proprium possessoris, ex *d.* §. *cum ex aliena*, per quem secundum Azonem, & omnes Doctores, corrigitur Text. *in l. adeò*, §. *cum quis ex aliena, ff. de acquir. rer. dom.* & sic possessor tenetur Domino ad æstimationem materiæ, & non materiati secundum dictam Gloss. quam esse communiter approbatam scribit Iason ad Port. *in dict.* §. *cum ex ex aliena, in addit littera B*, Oinotim. *in* §. *quod si naturali, num.* 6. *eodem tit. de rerum diuis.* Ignatius Lasarte *in tract.* de las Alcaualas *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. Ioannes Garzias *de expensis, cap.* 23. *n.* 47. *vers. Aduerte tamen*, & Ignat. Lasarte subdit *n.* 9. specificationem musti, & olei fieri ex recollectione, quia tunc redduntur clara sicut & frumentum, hæc opinio tanquam verissima fuit decisa in partitis Hispaniarum, quæ in omnibus tangunt medullam, & animam legis communis, vt in Procemio illarum legum dicitur: in lege enim trigesimatertia *tit.* 18. *partita* 3. deciditur hæc opinio ibi (*però tenudos son de dar a los otros cuias eran la estimaçion de lo que valian*) omninò ergo attendendus est valor habito respectu ad tempus recollectionis, dum post recollectionem frumentum, 3

tum, vnum, & oleum efficitur possessoris, & ad eius beneficium conseruat possessor.

4 Dico secundo non posse negari statim fructus deberi in ipsa recollectione, si quidem pro regula constituitur, obligatum ad fructus teneri tempore quo colliguntur & percipiuntur Viu. *decis.* 85. *in princ.* hinc præstandum, siue in pecunia, ex fructibus, siue in ipsis fructibus est soluendum statim tempore recollectionis *l.* 1. *l. Firmio* §. *pater*, *ff. quando dies legati cedat* Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de fideicommiss.* Pisanel. *in consuet. mulier de dotib. in addit.* incip. *Inferebam*, fol. 223. Surd. *de alimen. tit.* 9. *quæst.* 6. *num.* 12. D. Regens Rouitus *in pragm.* 24. *n.* 6. *de feud.* sicut quando quis facit fructus suos, id statim euenit, dum fructus à solo separantur *l. qui scit* §. *præterea ff. de vsur.* Alfon. Gusman. *in tract. de euict. cap.* 20. *num.* 61. Dum ergo tempore recollectionis, debentur, & sunt consumpti, extimatio est facienda secundum valorem illius temporis Collantes *in pragm. rei frumentaria*, *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 9. & si debitor est in mora, sunt extimandi secundùm valorem temporis moræ Gloss. *in l. vinum vers. morę* Bart. *num.* 5. Paul. de Castr. *in princ. & num.* 6. Angel. & Alexand. *col.* 2. Ias. *num.* 22. *ff. si cert. pet.* & pro regula scripsit Ripa *in l. centurio*, *n.* 40. *vers. nota ff. de vulgar.* de quo meminit Laderch. *cons.* 25. *num.* 21. extimationem fructuum non crescere, neque decrescere post tempus obligationis si non adest mora, & proindè fideicommiss. teneri substituto ad extimationem fructuum secundum valorem temporis mortis testatoris, nulla habita ratione augmenti sequuti, quia eo tempore inspicitur debitum, sicut etiam frumentum in herba non plus valet, sed quatenus in herba est attenta qualitate præsenti non futura, maximè appellatione damni, quia tempus quando debetur inspicitur Stephan. Grat. *decis. Marchiæ* 57. Mastrill. *decis.* 106. *num.* 8. hæc omnia applicantur in præsenti casu, in quo nulla est mora, sed tantum oritur debitum ex sententia, quæ habuit respectum ad singulos annos, vt quos fructus Princeps Auetranæ, & eius prædecessores collegerunt restituant, & dum sunt consumpti venit extimatio *l. in summa in frumento*, *ff. de cond. indeb.*

5 Tertio dicta sententia simpliciter condemnauit ad fructus ad tollendam difficultatem probationum perceptionis fructuum ex stylo Sacri Cons. Franch. *decis.* 687. tamen intelligitur de fructibus ad quos de iure possessor tenetur, & deductis expensis in recollectione erogatis Canale. *decis.* 27. *num.* 74 *part.* 2. Ludouil. *dec.* 74. *in fine*, Puteus *decis.* 305. *num.* 4. *lib.* 2. & de iure fructus consumpti naturales, & industriales, vt sunt frumentum, vinum, & oleum non restituuntur à bonæ fidei possessore, & si locupletiore effecto maximè elapso triennio, & ante litem contestatam percepti in iudiciis particularibus secundum magis communem, & veriorem sententiam, quam reassumit Dominus meus D. Theodorus *in allegat.* 75. *n.* 13. *& num.* 18. Marescot. *var. resol. lib.* 2 *cap.* 112. *num.* 61. *cum seq.* Artam. Pistor. *quæst.* 20. *part.* 4. & dum casus accidisset sub compromisso transiit cum magna difficultate, possessore effecto locupletiore Franch. *dec.* 31. In Curiis tamen seruatur dicta magis communis opinio Marescott. *d. num.* 61. Item de fructibus percipiendis, & qui percipi poterant non intelligitur dicta sententia, quia Iudex simpliciter condemnando ad fructus intelligitur tantùm de perceptis, & non de percipiendis Menoch. *cons.* 110. *lib.* 2. Lancellot. *de attentatis*, *part. vlt. cap. fin. n.* 37. Laderch. *cons.* 99. Giurb. *decis.* 65 *num.* 13. maximè existente titulo putatiuo absque violentia Camera Imperialis *decis.* 13. *n.* 358. *& seq. tom.* 3. *& decis.* 19. *num.* 10. *tom.* 4. & semper quòd non adest mala fides vera, siue dolus verus excusatur possessor à fructibus percipiendis, nulla habita ratione de mala fide ficta, siue præsumpta, ac de dolo præsumpto Menoch. *cons.* 1173. *num.* 18. *lib.* 12. vbi reassumit alios, & Rota ex stylo condemnat ad fructus percipiendos tantum violentum, vel attentantem possessorem, vel quando agit pupillus, vel Ecclesia, omnesque alios malæ fidei possessores à percipiendis absoluit Puteus *decis.* 373. *& 383. lib.* 1. Rot. *decis.* 291. *num.* 2. *part.* 1. *in nouiss. diuers.* Farinac. *decis.* 583. *num.* 4. *tom.* 1. *& decis.* 326. *num.* 4. *tom.* 2. *in posthumis* Gonsal. *in regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœmial. n.* 161. dum ergo sententia prædicta non comprehendit fructus naturales, & industriales consumptos bona fide perceptos, nec fructus percipiendos, ex quo vult restitui pretium cum interesse necessario est intelligenda sententia ipsa, quòd Princeps faciat dictos fructus suos, & iure dominij ad ipsum transeant, restituta extimatione ipsorum fructuum, eo tempore, quo suos facit, & est tempus quando fructus à solo separantur, & sic recollectionis, vt est dictum, & proinde est attendenda extimatio, & valor, habito respectu ad tempus recollectionis.

Sequitur, ostendere, Principem, & eius præ- 6
decessores fuisse in bona fide respectu Io. Antonij primi emptoris, iam habebat titulum emptionis pluribus instrumentis mediantibus, vt ostenditur in facto, deinde fuit mota lis in anno 1592. in quo tempore suas fecit probationes, quibus publicatis in anno 1593. Actor, nedum fuit in negligentia, persequendi, sed dereliquit litem tanquam cognitis Iuribus Ioannis Antonij possessoris vsque ad annum 1606. nullo dato impedimento per Ioannem Antonium, sed in anno 1606. actor processit ad actum conclusionis cum Principe Auetranæ nepote, & successore Io. Antonij, qui decesserat in anno 1599. & similiter nullum fuit adhibitum impedimentum ex parte possessoris, sed lite derelicta in eodem anno 1606. iterum comparuit in anno 1611. expedita monitione ad dicendum hæres actoris, qui comparuerat in anno 1611. decessit in anno 1615. & successit D. Maria actrix, quæ nupta cum Emilio Guarino viro de potentioribus, & ditioribus Prouinciæ Hidrunti non est prosequuta litem vsque ad annum 1625. post matrimonium contractum cum Ill. Marchione Campiarum & demum de anno 1631. sub die 18. Ianuarij fuit lata dicta sententia cum maxima causæ discussione, & difficultate, & creditur omnia vota Dominorum Iudicantium non fuisse conformia, vt omnia deducuntur in facto, ex qua facti serie apparet bona fides Principis, & Prædecessorum, quia ab initio fuit titulus iustus emptionis lite mota, factis probationibus per Reum, Actor recessit, & in decisione causæ magna fuit difficultas ex quibus legitimam habuerunt prædecessores, & Princeps causam litigandi, & propterea sine dolo malo ad iudicium prouocauerunt seipsos defendendo *l. qui sine de reg. iur.* Bargal. *in tract. de dolo*, *lib.* 6. *num.* 41. & quælibet causa nedum iusta, sed & colorata purgat malam fidem Grammat. *vot.* 10. *num.* 70. Menoch. *de recup. possess. remed. quinto*, *quæst.* 14. Bargal. *d. tract. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 27. Imò respectu fructuum

ſufficit quod abſit mala fides, etiam ex iniuſta, & fatua cauſa, licet & bona fides non adſit, Alciat. *in l. bonæ fidei, ff. de verb. ſignif.* Federic. Scot. *conſ.* 10. *num.* 21. *lib.* 5. *tom.* 1. & Napod. *in conſuet. hæredeſque mariti verſ. diſtulerit*, ait, non dici differre eum qui cum cauſa non ſoluit.

7 Item inſtantia perempta, fit quæſtio inter DD. ſi poſſeſſor fructus, quos interim percipit perempta inſtantia facit ſuos, & ſunt opiniones hinc inde, & facere ſuos eſt communis opinio, vt teſtatur Tiraquell. *de retract.* §. 15. *gloſſ.* 2. *num.* 17. Theſaur. *deciſ.* 29. *num.* 21. Peregrin. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 139. ex Gloſſ. *in l.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ.* Ferrer. *lib.* 3. *obſeruat. c.* 357. *n.* 2. Dominus Theodor. *d. alleg.* 75. *n.* 18. quidquid tamen ſit de veritate huius opinionis, dicunt tamen DD. peremptionem inſtantiæ factis probationibus per Reum, ex quibus ſaltim reducitur dubium, vel obſcurum ius actoris, remanere ipſum Reum in bona fide, nullamque malam fidem poſſe ei aſcribi, vt poſt Aſin. Rebuff. & Gaball. benè fundat Dominus R. Ronitus *in Rub. pragm. de inſtantia cauſæ non reſtauranda, num.* 16. ad quæ dicta deinde ſe remittit in eadem pragm. *n.* 5. ſequitur Fach. *lib.* 12. *controu. iur. cap.* 73. vbi amplius dixit, malam fidem non ex lite, ſed ex ſententia oriri, & Matheſilan. *in l.* 2. *num.* 3. *C. de fructib. & lit. expenſ.* reprobata opinione Gloſſ. & firmata opinione contraria, quod inſufflato ſpiritu vitæ veniunt fructus, ſubdit ex opin. eiuſdem Gloſſ. tolli præſumptionem malæ fidei in Reo peremptæ inſtantia. Quare inſufflatio ſpiritus vitæ operatur vt poſſeſſor teneatur ad fructus ad quos non tenebatur ante litem conteſtatam, ſed non quod teneatur tanquam malæ fidei poſſeſſor, ſed tamquam bonæ fidei, hæc etiam comprobantur, quia in iudiciis particularibus non motio litis, & controuerſia intentata inducit malam fidem, ſed requiritur litis conteſtatio, quando adeſt titulus de communi Petr. *de fideicomm. quæſt.* 15. *num.* 343. hæc tamen mala fides inducta per litis conteſtationem eſt præſumptiua inducta fictè præſumptione iuris tantum ex illa ſola conteſtatione litis Corn. *in l.* 2. *num.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ. gl. in l. & ſi ante, in verbo cœpit enim ſcire, ff. de petit. hæred.* Bart. *ibi, num.* 3. Artam. Piſtor. *d. tom.* 4. *quæſt.* 27. *num.* 2. Et propterea ſequitur, quod exiſtente iuſta cauſa litigandi, ac exiſtente, quauis cauſa colorata, & ſi fatua, & iniuſta tollitur illa præſumptio iuris per aliam præſumptionem contrariam, & ſic tollitur mala fides, & eius effectus, Paul. de Caſtr. *in l. ſi fundum, num.* 2. *C. de reiuendic.* Petr. de Bellapertica *in l. certum, col. fin. C. eod. tit. de reiuend.* & eſt communis Cardinalis Zabarella *in c. grauis, num.* 3. *de reſtit. ſpoliat.* D. R. Rouit. *in d. rub. num.* 16. & alias iudicauit S. C. malam fidem induci poſt publicationem apparente de iure actoris ex probationibus ab Actore factis Afflict. *deciſ.* 59.

8 Nec vrget conſideratio aduerſæ partis, contractum per dictam ſententiam fuiſſe annullatum ex dolo Io. Antonij primi emptoris dante cauſam contractui, ſi quidem hoc eſt impoſſibile, nec fuit vnquam prætenſum à parte ipſa, nam dolus dans cauſam contractui eſt quando venditor non erat venditurus Cagnol. *in l.* 2. *in num.* 16. *C. de reſcind. vend.* & in facto oſtenditur, quod omninò venditor erat venditurus, imo iam caſale Salicis erat venditum Philippo de Matthæis pro pretio ducatorum, viginti duorum mille, cum pacto de retrouendendo infra biennium; de quo erant elapſi decem & nouem menſes, & ſic remanſerant tantum ſeptem menſes, nec litem fuiſſe intentatam ſtatim, vt pars præſupponit, nam non apparet in facto per ſcripturas ſed tantùm ex depoſitione duorum vaſſallorum amicorum, & familiarium Actoris, qui de iure non probant etiam ſtante inimicitia cum Reo Affl. *deciſ.* 304. Caſtill. *deciſ.* 338. *num.* 3. *lib.* 3. Quinimo ſi litis conteſtatio non induxit malam fidem in Ioanne Ant. vt eſt fundatum eo magis nec potuit inducere ſola motio controuerſiæ, & litis.

Item nec vrget, contractum fuiſſe annullatum 9
ex læſione enormiſſima, quæ continet dolum re ipſa, & æquiparatur dolo ex propoſito, vt proindè contractus ipſo iure fuerit nullus à princ. & veniant fructus etiam percipiendi & veniat intereſſe quanti plurimi intra triennium, in quo fructus præſumuntur durare, ſi quidem læſio enormiſſima non continet dolum verum, ſed tantùm dolum præſumptum, Gam. *dec.* 64. *num.* 3. Cephal. *conſ.* 62. *num.* 21. *lib.* 1. Couar. *in c. quamvis, part.* 3. §. 4. *num.* 5. & 8. & *num.* 14. ſubdit ex iſta præſumptione, quia dolus non eſt verus non totaliter reſcindi, ſiue annullari contractum, ſed eſſe æquum in aliquo remanere, & conſiderata in contrarium procedunt in dolo vero, non in præſumpto, in quo dolo vero loquuntur DD. à parte citati, Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 73. ſicut lex de mala fide loquens intelligitur de vera, non autem de præſumpta; de ficta Aret. *in l. Pomponius* §. *cum quis, num.* 9. *ff. de acquir. poſſ.* Bargar. *d. tract. de dolo, lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 16. Imo ſi dolus eſt præſumptus non oritur niſi poſt ſententiam ſtante iuſta cauſa litigandi lite pendente, per quam purgatur mala fides, & dolus, vt eſt dictum, ex qua iuſta cauſa litigandi oriuntur plura. Primò quod dum poſſeſſor eſt in bona fide, licet deinde ſciat rem eſſe alienam, interim lite pendente facit fructus ſuos, licet deinde teneatur ad reſtitutionem Gloſſ. *in l. qui ſcit* §. *vltimo in verb. percipiendos ff. de vſur.* poſt Cuiacium latè fundat Facchin. *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 59. concordando Text. *in l. bonæ fidei* §. *in contr. ff. de acquir. rer. dom.* idem ſcribit Dom. Reg. Tapia *in deciſ. S. C. & in num.* 14. ibi nam quoties titulus annullatur ex cauſa de præterito, licet interim fructus lucretur, tenetur tamen illos reſtituere. Secundò ſequitur quod dum facit fructus ſuos illud contingit ſtatim quòd à ſolo ſeparantur, & dum tenetur reſtituere, & ſunt conſumpti, intelligitur, quòd teneatur reſtituere extimationem antequam efficiantur proprij, & ſic tempore recollectionis, & non alio tempore, quia non eſt in mora reſtituendi, ſic pretium non creſcit ſecundū Gloſ. Bart. Angel. Alex. & Iaſ. *in d. l. vinū ſupracitatos.* Tertiò ſequitur quòd exiſtente iuſta cauſa litigādi, etſi deinde ſequatur ſentētia in contrarium, ceſſat intereſſe quantiplurimi quod fundatur in mora, & iuſtus litigator, mora, & culpa caret in puncto Crauet. *conſ.* 789. *n.* 3. *lib.* 5. Monac. *deciſ. Bononien.* 11. *num.* 60 *cum ſeq.* & eſt generale intereſſe quanti plurimi ceſſare quoties rationes ſunt intricatæ, vel debitum non eſt liquidum ex quo ceſſat mora Dec. *in d. l. vinum, num.* 14. Bart. *in l. qui te,* & ibi Iaſon *col.* 1. & 2. *ff. ſi cert. pet.* Seraphin. *deciſ.* 1252. *num.* 1. & ita procedit motiuum partis aduerſæ quod fructus nati ex re ſua ſunt ſui, ſcilicet quod dum ſunt conſumpti debeatur extimatio quatenus fructus ſunt percepti, & habito reſpectu ad tempus perceptionis, quia poſtea poſſeſſor cum bona fide

non

non tenetur conseruare ad beneficium Domini, sed ad beneficium proprium, & ad hoc eadem sententia respexit, quia non condemnauit ad fructus percipiendos, nec ad expensas, ideò nec amplius possunt peti *l. 4. c. depositi.* Fab. Ann. *consil. 24. num. 6. lib. 1.* & in læsione enormissima de perceptis tantùm loquitur Cagnol. *in d. l. 2. n. 81. C. de rescind. vend.*

10 Dico quartò magis stringendo materiam, esse considerandum in hoc casu concurrere duo, & quod pars aduersa etsi possedisset casalia prædicta stante eius necessitate fructus consumpsisset tempore recollectionis, signanter pro soluendis, & satisfaciendis annuis introitibus, qui fuerunt soluti, & redempti cum pecunia exbursata per Io. Antonium emptorem. Item, & quod idem Ioan. Antonius si non emisset dicta casalia, emisset alias terras cum perceptione similium fructuum, & cum eius industria etiam fructus retinuisset in tempore hyemali, sed & quando de pecunia exbursata non emisset alias terras ex sua industria, & negotiatione eam implicasset in maiora lucra sicut erat solitum, & experientia docuit, vt notissimum est Dominis Iudicantibus. Hoc posito succedit communis DD. doctrina quòd circa fructus restituendos à doloso, siue malæ fidei possessore, vel actor debet recipere communem extimationem fructuum, & quòd communiter ab aliis reciperet. vel debet recipere illud, quod erat lucraturus ex propria persona non habito respectu ad personam possessoris, qui etsi dolosus non tenetur restituere illud, quod venit ex sua propria diligentia, & industria *l. cæterum, ff. de reiuend.* ibi improbè tamen desiderabit petitor fructus extimari, qui ex artificio eius percipi potuerint, quod artificium sumptibus possessoris didicit, & habetur *in l. 3. ff. ad l. falcidiam, & in l. si nauis, §. generaliter, ff. de reiuend.* & concludunt DD. Gulielm. de Cun. *in l. domum, C. de reiuend.* & ibi Bart. *num. 1.* & Alex. ad eund. Bart. *litt. D.* Bald. *in l. certum, num. 3. C. eod. tit. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. & in eadem, l. domum, num. 2.* Paul. de Castr. *in l. cum seruus alias apud Iulian. 39. §. fructus, num. 4.* Alber. Alex. & Ias. *num. 2. ff. de leg. 1.* Sicard. *in d. l. domum, & in d. l. certum, num. 4.* Ruin. *cons. 161. num. 19. in fine, lib. 4.* Paris. *cons. 55. n. 45. lib. 1.* Barbat. *cons. 80. col. 12. num.... lib. 3.* Butr. & Abb. *in cap. grauis, num. 14. de restit. spoliat.* Couarr. *in regul. peccatum, §. 6. num. 4. in fine vers.* sic, & eadem ratione Petr. Kilchen *d. l. certum, cap. 9. signanter, num. 14.* Surd. *decis. 282. num. 29.* Costales *in l. 6. §. in frumento, ff. de cond. indeb.* Duaren. *in C. de nautico fœnore rub. qui fructus restituendi* Petr. *de fideicomm. d. quæst. 15. in fin.* Gram. *decis. 76. num. 14.* Menoch. *de recuper. poss. remed. 1. num. 416. & num. 420. vers. cogitabam* vbi indistinctè ait, haberi respectum ad personas Actoris Boër. *decis. 268. vbi num. 3.* scribit sic haberi in praxi, & seruari in Curiis, in quibus communiter malæ fidei possessor condemnatur ad fructus, quos ipse Actor communiter ab aliis percipere potuisset, quare vel D. Maria Actrix recipiet communem extimationem, & est habito respectu ad tempus recollectionis, quia communis extimatio fit secundum quod communiter posset fundus locari Bart. *in l. 2. C. de pignor. act.* Corn. *cons. 26. in fine, lib. 1.* Castill. *dec. 145. n. 25. tom. 1.* & non attenditur nec vbertas, nec sterilitas Gram. *d. decis. 76. num. 14.* & in locatione valor fructuum extimatur secundum tempus recollectionis in mense Augusti, & reliquum cedit ad beneficium conductoris ex periculo, & propria industria Bald. *in l. licet, quæst. 6. C. locati,* Bart. *in l. merces §. vis maior, vers. breuiter dico, ff. locati* post Fulgos. Imol. Petr. de Vbaldis, & Corn. concludit Neuiz. *cons. 90. num. 22. & 23.* de communi extimatio habito respectu ad tempus recollectionis nedum fit in locatione, sed etiam in venditione, vt communiter seruatur in appretiis quæ fiunt ordine S. C. per tabularios, & quando hæc communis extimatio recusaretur à D. Maria Actrice, & Princeps, & eius prædecessores essent in dolo, quod est à veritate alienum vt est fundatum, non posset prætendere valorem fructuum in tempore hyemali, quia nec eius prædecessores, nec ipsa in tali tempore fructus retinuissent, vt est dictum, & sic habito respectu ad personam Actoris, cessaret talis retentio. Imò quatenus retinuisset fructus in tempore hyemali hoc veniret sub appellatione interesse, & non sub appellatione fructuum, de quo interesse sententia non loquitur, sed tamen de fructibus, quorum appellatione non venit interesse ipsorum Bart. & Paul. de Castr. *in l. si filius, §. cum fundum, ff. de verb. oblig.* Vasq. *in lib. controuers. iur. cap. 63. num. 44.* & ideo talem extimationem secundum tempus hyemale non possit prætendere, considerandum est ergo, quod prætensio Marchionissæ de valore fructuum in tempore hyemali contineret duo absurda, alterum quod haberet absque periculo illud quod non habuisset, possidendo dicta casalia, Alterum quod possessori tolleretur illud quod aliunde habuisset cum eadem pecunia ne tolleretur illud, quod cum proprio periculo, & propria industria percepit & sic periculum esset penes possessorem, & lucrum penes Actorem contra *l. 2. & l. sequentem* vbi Gloss. *ff. de in diem adict. & l. si nauis in princ. ff. de rei vend.* sicut tempore accessus Domini Causæ Commissarij fuerunt repertæ duæ foueæ putrido frumento plenæ ab anno, de quo Princeps nunquam habuit notitiam.

Postremò quod omninò sit attendendus valor habito respectu ad tempus recollectionis, est considerandum, quod restitutio, quæ fit ex causa enormissimæ læsionis fit vna cum fructibus habita tamen ratione interusurij pecuniæ solutæ, quod interusurium comprehendit omne lucrum, quod consequutus esset emptor secundùm consuetudinem Regionis, & istud interesse compensatur cum fructibus, & quod superest deinde sit restituendum siue de fructibus, siue de pretio & interesse Ant. Gomes *in l. 70. Tauri, num. 29.* Thes. *dec. 65. num. 8.* Greg. Lopez *in l. 56. in gloss.* desamparar la cosa, *tit. 5. part. 5.* Guttier. *pract. quæst. lib. 2. quæst. 135. à num. 1. vers. nihilominus.* Item illud interesse comprehendit omne totum quod versum est in vtilitatem venditoris. Flores de Mena ad Gambam *dec. 40. in addit. incip. num. 1.* ibi nisi reddito prius pretio Gizzarell. *decis. 29.* & ideò interusurium dicti pretij habito respectu ad vtilitatem Aloysiæ Mariæ venditoris erit ad rationem decem pro centenario, ad quam rationem fuerunt reempta eius debita, pro qua restitutione pretij, & interusurij, ac restitutione meliorationum competit retentio possessori etsi vitiosa, quia res peruenit ad possessorem ex causa illius debiti *l. si non fortem, §. si centum,* vbi Glos. *in verb...* Bart. *in fin.* Paul. de Castr. *num. 6.* Alex. *num. 6.* Ias. *num. 10.* & cæteri alij Surd. *in decis. 46. n. 7. & 12.* Salyc. *in l. fin. C. commodati* Negus. *de pign. p. 5. memb. 4. num. 4. & num. 8.* Bald. *in c. si vassallus il. 2. tit.*

11

ſi de feud.defuncti, Bartholom. de Capua *in conſt. Diuæ memoriæ*, & Petr. de Monteforte Maricond. & Mormil. *n.* 2. Afflict. *in rub. Imperator*, Lothar. *n.* 4. & *in conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, n.* 44. *in fin. verſ. Aduerte tamen*, Lanar. *conſil.* 8. *n.* 50. *verſ. Circa* 4. Marcel. de Mauro *alleg.* 54. *num.* 6. de Pont. *conſil.* 54. *num.* 4. *lib.* 2. D. Regens Rouit. *conſil.* 24. *n.* 1. *lib.* 2. & hoc in puncto iudicauit Sacrum Conſilium in dicta ſententia dum condemnauit Principem ad relaxandum Caſalia, reſtituto pretio cum intereſſe, quæ ſunt verba Ablatiui abſoluti, & important conditionem ſcil. ſi D. Maria actrix ſoluerit pretium cum intereſſe, & idem expreſſit ſententia circa meliorationes, dum dixit ſolutis prius meliorationibus: non ergo ante Princeps obligatur ad relaxationem, niſi prius ſolutis pretio, intereſſe, & meliorationibus, & interim per ſententiam conceditur retentio, quæ ſententia dum reſpicit tempus futurum, tanto magis admittit retentionem pro tempore præterito ante ſententiam, & lite pendente, nec aliter admittitur D. Maria Actrix ad obtinendam relaxationem, niſi realiter exburſata pecunia, quia id voluit ſententia, nec offerendo cautionem audiretur, Surd. *d. deciſ.* 46. *numero nono & decimo.*

12 Suppoſita retentione licita, & admiſſa per ſententiam ſequitur fructus iure dominij ſpectauiſſe, & ſpectare ad Principē eiúſque prædeceſſores ſingulis annis tempore recollectionis, illóſque compenſaſſe cum dicto interuſurio, & quatenus non ſufficeret cum pretio, & meliorationibus, quæ compenſatio non fuit, nec eſt cum quantitate fructuum, cum de quantitate ad pecuniam compenſatio non detur, ſed fuit cum æſtimatione ipſorum fructuum habito reſpectu ad illud tempus recollectionis, ex *l. cum pater*, §. *Titio fratri ſuo*, vbi Gloſſ. *in verb. Debitam quantitatem, ff. de leg.* 2. ibi cum ex fructibus medio tempore perceptis fideicommiſſi debitam quantitatem Titius percepiſſet, & *l. quod de bonis*, §. *quod Auus, ff. ad l. falcidiam*, ibi fructus hæreditatis poſt mortem Aui percepti pari pecunia debito tutelæ compenſabuntur, & quando quis iure permittente habet retentionem, vt quia per ſententiam non tenetur rem reſtituere, niſi ſolutis meliorationibus, vel aliter competit retentio pro aliquo credito pro quantitate crediti, & meliorationum lucratur fructus iure Dominij, & admittitur compenſatio Mandoſ. *in tract. de inhibit. q.* 22. *n.* 14. *fol.* 101. *à terg. tom.* 5. *tract. diuerſ.* Bart. & Alex. *ad eum*, & Salyc. *in l. Iulianus*, § *offerri, ff. de act. empt.* Molign. *in tract. de retent. num.* 396. & 397. ſunt iura clara *in l. fin.* §. *ſi per mulierem, ff. de fund. dot. in l. curabit, cap. de act. empt.* ſicut & eſt communis reſolutio, quod hæres grauatus de reſtituendo compenſat fructus hæreditatis cum eius credito Angel. Paris, Soccin. iun. & Alciat. Menoch. Mantic. Peregr. & alij apud Fuſar. *in tract. de ſubſtit. q.* 626. *n.* 281. *cum ſeq.* dum Princeps, Prædeceſſores fecerunt fructus ſuos tempore recollectionis nedum poſt ſententiam per quam admiſſa eſt retentio tantò magis ante ſententiam, & ab initio iam quòd fructus hodie non extant, ſed ſunt conſumpti, & vel fuerunt conſumpti tempore recollectionis, & res eſt clara quod illud pretium debetur, vel fuerunt conſumpti tempore hyemali, & illi pretium non debetur, quia fuerunt conſeruati tanquam res propria, & empta cum pecunia iam debita ex cauſa interuſurij pretij exburſati, quod interuſurium quatenus non ſufficeret fructus cenſentur empti cum eodem pretio capitali, & cum pretio meliorationum, imò propriè Ioannes Antonius voluit emere dictos fructus, nec tenebantur Princeps, & prædeceſſores conſeruare fructus ad vtilitatem venditoris, dum voluerunt emere fructus, & licito iure retinuerunt Caſalia, nec cogebantur eſſe procuratores, & negotiorum geſtores venditoris, alias venditor locupletaretur cum iactura emptoris, quia retineret pretium penes ſe, & interuſurium, & emptor cum eius periculo, & induſtria teneretur conſeruare fructus ad vtilitatem emptoris, quod non eſt dicendum, quia præſtaret propriam diligentiam, quæ non debetur, neque à malæ fidei poſſeſſore, vt eſt dictum, & in hærede qui tenetur reddere rationem creditoribus de fructibus, non præſtat vſuras lucratas cum propria diligentia ex pecunia hæreditaria, Fanuc. *de inuent. part.* 3. *num.* 36. *fol.* 278. 2. *part. tom.* 6. *tract. diuerſ.* omninò ergo eſt attendendum tempus recollectionis, ſicut nouiſſimè audio iudicatum in S.C. iunctis Aulis in cauſa Marchionis Fuſcaldi cum Duciſſa Sulmonetæ, & eſt punctualis doctrina Bald. *in l. 1. num.* 5. *C. de pignor. act.* vbi in venditione fœneratitia concludit compenſari fructus tempore perceptionis cum pretio antequam conſumantur, quia poſſeſſor non obligatur formaliter ad reſtitutionem fructuum, ſed tantundem in æſtimatione, & conſumuntur periculo percipientis, & perbellè declarat Paul. de Caſtr. *ibidem, n.* 3.

13 Item ex dicta retentione ſequitur aliud, quod nulla adeſt mora reſtituendi, nec aliqua mala fides, & perceptio fructuum fuit, & eſt licita non vitioſa, nedum à principio, ſed ſemper quouſque realis reſtitutio non eſt facta. Item poſſeſſor non ordinatur ad conſeruationem fructuum ad vtilitatem venditoris, nec fructus habet ſub hypotheca, quod non eſt in creditore poſſidente pignus, quia creditor fructus non percipit iure dominij, ſed percipit iure pignoris, & tenetur conſeruare ad beneficium venditoris vſque ad tempus conſumptionis, & ne conſumantur poteſt alienare, & ſic efficitur debitor pretij, quo tempore deinde fit compenſatio cum eius credito Bart. Bald. & cæteri *in l. 1. C. de pignor. act.* Anchar. *in cap. 1. num.* 4. *de vſur.* & dum tenetur conſeruare id facit tanquam diligens paterfamilias non ſtatim conſumendo, ſed expectato aliquo tempore, non tamen vltra annum recollectionis, idem Bart. *in ead. l.* 1 *n.* 4. & quando de conſumptione non apparet, illa præſumitur in eodem anno recollectionis Coſta *in tract. de portione rata, q.* 142. *num.* 16. idem eſt in tutore, in procuratore negotiorum geſtore, marito, & ſimilibus, qui à principio licitè recipiunt fructus dum ſunt ordinati ad perceptionem, licet deinde ſuperueniat mala fides, quia tenentur ad reſtitutionem, & pro illa ſunt conuenti, tunc compenſant fructus habito reſpectu ad tempus conſumptionis vltra quod tempus æſtimatio non creſcit Bart. *in l. diuortio*, §. *ob donationes, n.* 40. Alex. *num.* 6. Paul. de Caſtr. Iaſon *num.* 6. Vinc. *col. fin.* Barb. *n.* 19. & 2. *ff. ſolut. matrim.* Verùm ſi perciperentur illicitè à principio cum mala fide, dolo, & mora deberetur æſtimatio quanti plurimi poſt conſumptionem, niſi petantur fructus officio iudicis Mercendarij, ſed poſt conſumptionem quieſcit, Bald. *in l. 2. artic.* 14. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Alex. Paul. de Caſtr. & Iaſon *d. n.* 6. & Barb. *n.* 22. *in d.* §. *ob donationes.*

14 Ex quibus pro reſolutione totius materiæ ſunt faciendi quatuor caſus. Primus in poſſeſſore malæ fidei

læ fidei verè cum dolo, qui ab initio illicitè percepit fructus, & tenetur restituere iure actionis, & est in mora restituendi; tunc tenebitur ad valorem, & æstimationem quanti plurimi intra triennium post consumptionem, quia tunc semper censentur extare, & crescit æstimatio quanti plurimi ob moram Alex. *num.6.* Paul. de Castr. & Iason *num.6.* Barb. *num.22.* & Vinc. *col. fin. in d. §. ob donationes*, supra citati Gloss. Bart. & alij *in d. l. vinum, ff. si cert. pet.* hic non est casus præsens, quia non adest dolus verus, neque mala fides vera, & à principio non fuerunt illicitè fructus percepti ob rationes prædictas, maximè stante retentione permissa, nec adest mora restituendi, nec Princeps tenetur omnino, & formaliter restituere fructus, sed æstimationem *dict. l. in summa, §. in frumento, ff. de cond. indeb.* imò adest satisfactio fructuum ob compensationem etiam permissam cum interusurio pretij, & cum ipso pretio, & melioratiombus, vt est dictum.

15 Secundus casus in eodem supradicto possessore malæ fidei veræ, & doloso, qui tenetur restituere fructus officio Iudicis Mercendarij non iure actionis, & fructus consumpsit, tunc tenetur ad æstimationem secundum valorem tempore consumptionis, non autem ad æstimationem quanti plurimi post consumptionem, siquidem post consumptionem quiescit officium Iudicis Mercendarij, & ita procedit Bald. *in l. 2. num. 14. C. de fruct. & lit. expens.* declarat Alex. *in d. §. ob donationes, n.6.* Greg. Lopez *in l. 8. gloss. 10. in tit. 3. partit. 1.* Rot. *in decis. 837. in fin. part. 4. in nouissimis diuers.* Mantic. *in decis. 281. n.6.* & similiter non est casus præsens ex rationibus in præcedenti casu adductis.

16 Tertius est casus in possessore, qui ab initio licitè percepit fructus & deinde superuenit mala fides, per quam non potest fructus consumere, nec alienare, sed eos tenetur conseruare in beneficium Domini, quia tamen fructus non semper conseruantur, tunc licitè possessor consumit, & alienat ad euitandam malam consumptionem, scil. ne fructus ipsi marcescant, deteriorentur, & pereant: hoc casu æstimatio debetur secundum valorem in tempore consumptionis, & procedit hic casus in creditore possidente rem loco pignoris, in tutore, in procuratore, & similibus Bart. *in d. §. ob donationes, n.4.* & alij *ibidem*, Barb. *num.19. & 20.* & hic tertius casus similiter non est præsens, in quo Princeps, & eius prædecessores ab initio nedum possederunt bona fide, & licitè titulo emptionis, cum retentione permissa, sed non tenebantur conseruare fructus ad beneficium venditoris quos fructus iam emerunt, vt est supra plenius fundatum.

17 Quartus & vltimus est casus, in possessore bonæ fidei, siue in eo, qui causam iustam habet litigandi, & in sententia succubuit. Item in eo, qui retinet lege, vel Iudice permittente, non obstante mala fide, vt in emptore fœneratitio, in emptore cum enormissima læsione, qui exbursauit pretium, & etiam facit melioramenta, vt propriè est præsens casus, in hoc omninò est attendendum tempus recollectionis, quia recolligendo possessor statim facit fructus suos, & tenetur eodem tempore ad fructuum æstimationem, quia compensat cum suo credito, sic deinde fructus conseruat ad propriam vtilitatem cum propria industria, & diligentia, & cum eius periculo, nullo transmisso periculo in personam Domini qui remanet liber, & ita concludunt omnes nemine excepto Antesignano Bald. *in d. l. 1. n.5.* Paul. de Castr. *ibid. num.3.* Ioan. de Anan. *in cons. 38. n.12. & 3.* Menoch. *de recuper. poss. num.600. remed.15.* Caualc. *in tract. de tutor. num.333.* Ant. Galeac. Maluas *in cons. 121. num.23.* Alex. Trentacinq. *in consil. 20. num.5. part. 1.* & melius *in lib. 1. var. resol. tit. de aliment. resol. 1. n.4. in fin.* Ioan. Garcia *in tract. de expens. cap.23. num.47. vers. Aduerte tamen*, Stephan. Grat. *discept. forens. tom.2. c.243. num.56.* & optimè *tom.3. cap.106. num.65.* & iudicauit S. C. in dicta causa Marchionis Fuscaldi.

Hoc etiam quotidie seruat Regia Camera 18
in exactione releuij ob mortem feudatarij æstimando fructus secundum valorem in tempore recollectionis, quando fructus sunt in area tempore messis in frumento, ordeo, & similibus tempore vindemiæ in vino, & oleum tempore quo premitur, admittendo expensas quæ fiunt pro recollectione; expensæ verò, quæ fiunt post recollectionem non admittuntur, quia fructus deinde vt plurimum plus valent, & illud pluris cedit beneficio possessoris, Iacob. de Ayello *in tract. de iure Adohæ, num.70.* Frec. *de subfeud. lib.2. authoritate 3. num.29. & 30.* Dominus meus Theodor. *in alleg.21. num.19.* Moderni *in iure releuij, p.2. q.13. n.3.4.5. & 6.*

Ex quibus Princeps omninò sperat obtinere, cætera suppleant Peritissimi Domini iudicantes Neapoli.

DISCEPT. CCCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Meliorationes excomputantur cum fructibus mala fide perceptis à possessore.*
3 *Fructus cum melioramentis compensantur à bona fidei possessore.*
4 *Textus* in l. qui scit 25. ff. de vsuris, *concordat cum Textu* in l. qui bona fide 23. ff. de acquir. rer. Domin.
5 *Fructus an sequestrentur in iudicio assistentiæ.*
6 *Couar.* variar. resol. cap.7. & 8. *adducitur ad materiam.*
7 *Garsia doctus Hispanus adducitur ad materiam.*
8 *Euictio non datur, nisi euicta re empta.*
9 *Fructus in liquidatione assistentiæ qualiter liquidentur.*
10 *Regens de Marinis* lib.1. cap.155. *adducitur ad materiam.*
11 *Bonæ fidei emptor in iudicio hypothecario tenetur ad fructus post sententiam assistentiæ perceptos.*
12 *Fructus an teneatur emptor post publicationem in causa restituere in iudicio vindicationis, in iudicio verò hypothecario post iudicium assistentiæ.*

ARGVMENTVM.

Fructus compensari cum melioratiombus à bonæ fidei possessore certum cum sit, ad explicationem Textus in l. qui scit 25. ff. de vsuris, *&* l. qui bona

bona fide 23 ff. de acquir. rer. domin. *Propterea diſputatur de fructibus quando faciat ſuos, & quando teneatur reſtituere emptor, vel quilibet poſſeſſor in Iudicio vindicationis, vel in Iudicio aſſiſtentiæ.*

IVRA
PRO
Bernardo de Laurentio.

1 BERNARDVS de Laurentio creditor cum hypotheca Regio aſſenſu vallato ſuper Terra Petræ Paulæ obtinuit in anno 1637. ſententiam aſſiſtentiæ Sacri Conſilij ſuper Terra prædicta poſſeſſa per Ducem Croſiæ emptorem, & tertium poſſeſſorem, qui poſt ſententiam oppoſuit de melioratiouibus, & fecit nullas probationes circa melioramenta, quæ cum non obſtarent inſtitit actor ea liquidari in nihilum, & dum decreto S. C. fuiſſent liquidatæ meliorationes in ducatis 2000. reclamauit actor à decreto duplici ratione, ne dum, quia debet reformari decretum, & liquidationem in nihilum determinari, ſed ſi quæ quantitas ex melioratiouibus deberetur eam declarari ipſo iure excomputatam cum fructibus prædictæ Terræ mala fide perceptis ſaltim poſt ſententiam Sacri Conſilij.

2 Quam compenſationem fieri ipſo iure conſtat, ex Text. *in l. ſumptus 49. ff. de rei vendicatione*, in illis verbis, *etenim admiſſa compenſatione ſuperfluum fructuum meliore prædio facto Dominus reſtituere cogitur*, cui concordat Textus *in l. emptor. 67. ff. eod. & l. ſuper 16. C. de euict.* ibi, *impenſas quas ad meliorandam rem vos erogaſſe conſtiterit habita ratione fructuum reſtitui vobis iubebit*, & quotieſcumque compenſatio eſt ordinata à lege fieri ipſo iure etiam non propoſita ab homine, patet ex Text. *in l. ſi conſtat*, iuncta Gloſſ. & ibi DD. *C. de compenſationibus*, vel ſi requireretur replicatio actoris, vt ipſa compenſatio inducatur, iuxta tradita per Capyc. *deciſ. 93. num. 13.* iam nunc opponitur, & replicatur de compenſatione.

3 Difficultas huius articuli dependet ex eo, quia cum iura prædicta circa compenſationem fructuum cum melioratiouibus loquantur etiam reſpectu bonæ fidei poſſeſſoris, & cum iuſto titulo emptionis in iudicio tamen reiuendicationis, vtpotè, quia emptio fuerit facta à non Domino inſcio ipſo emptore in quo conuentus quamvis bonæ fidei poſſeſſor conſtituitur in mala fide in die litis conteſtatæ, & tenetur ad reſtitutionem fructuum deinde decurſorum, cum ex eo tempore omnes poſſeſſores, licet antea bonæ fidei fiant pares cum poſſeſſoribus malæ fidei, imò cum prædonibus dixerunt Iureconſ. *in l. ſed & ſi lege 28. §. ſi ante, ff. de pet. hæred. & in l. ſi homo, ff. de rei vend. l. certum, C. eod.* vbi expreſsè ex *l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.* & per hoc rectè procedit compenſatio meliorationum cum fructibus omninò debitis, dubitatur autem ſi illud idem procedat reſpectu emptoris iuſto titulo emptionis poſſidentis in iudicio reali hypothecario ad inſtantiam creditoris ſub hypotheca ipſius venditoris cum hoc caſu videatur obſtare, Text. *in l. habere licere, ff. de euictionibus, in l. in bonæ fidei, ff. de acquir. rer. dom.* in illis verbis, *bonæ fidei emptorem non dubie percipiendo fructus etiam ex re aliena ſuos interim facere, & in l. quis ſcit 25. ff. de vſur. in quo dixit Iureconſultus bonæ fidei emptor quoad percipiendos fructus intelligi debet quandiù fundus non fuerit euictus, nam, & ſeruus alienus, quem bona fide emero, tamdiù vti ex re mea acquirit, quamdiù euictus non fuerit*, ex quibus videtur, quod non ſit in emptore conſideranda mala fides ſuperueniens per litis conteſtationem à creditore hypothecario intentatæ, & proſecutæ, ſed ſolum ſit ſpectandum tempus totalis euictionis rei ablatæ.

Verum cum diſpoſitio prædicti Text. *in d. l.* 4
quis ſcit, ex diametro obſtet deciſioni alterius Iureconſulti *in l. qui bona fide 23. ff. de acquir. rer. dom.* vbi expreſsè voluit Iureconſultus non eſſe ſolum ſpectandum initium emptionis factæ bona fide, nam ſi poſſidente emptore ipſe ſcire cæperit ad alium, ſiue hypotheca, vel quocunque modo rem pertinere conſtituto in mala fide teneretur ad fructuum reſtitutionem his Iureconſulti verbis, *Quæſtio in eo eſt vtrum initium ſpectemus an ſingula momenta malæ fidei, & magis eſt, vt ſingula momenta ſpectemus*, quæ iura cum videantur inter ſe contraria ſtandum erit expoſitioni interpretum circa concordiam, & intelligentiam eorum.

Interpretes verò licet in varias, & inter ſe 5
contrarias iure ſententias, & interpretationes, quas refert Couarr. *var. reſol. cap. 3. num. 7.* vbi poſita contrarietate dictorum iurium, & DD. ſolutionibus ſubdit hæc verba, quæ vti doctiſſimi interpretis tranſcribam, & ſunt hæc, *ſed ab his libenter ego quæſierim poſſeſſor hic poteſt ne facere fructus ſuos cum Vulpianus manifeſtè, & palàm ſcripſerit in d. l. qui mihi bona, Bonam fidem initio poſſeſſionis non ſufficere, ſed ſingulis momentis deſiderari, vt poſſeſſor fructus ſuos faciat*, hæc Couarr. & Text. *in d. l. qui mihi bona* loquitur in emptore, & in ſeruo empto, ſubdit deinde idem Couarr. *Ego ſane id ingenuè fateor mihi certum eſſe poſſeſſorem alicuius fundi teneri omninò ad reſtitutionem fructuum, quos à die malæ fidei perceperit eodem modo, quo tenetur ſi fuiſſet malæ fidei poſſeſſor ab initio, & hoc probatur in d. l. bonæ fidei, & in l. qui mihi bona*, & ſic reſidet Couarr. in hac opinione, quam firmat authoritate Io. Coppi *de fructibus, lib. 2. tit. 4. cap. 5.* & iuxtà prædicta S. C. iudicauit in principio litis intentatæ per creditorem hypothecarium contra tertium poſſeſſorem, & bonæ fidei emptorem eſſe ſequeſtrandos fructus rei, ſuper qua petitur aſſiſtentia, vt teſtatur Præſ. Merlin. *lib. 1. controu. cap. 24.*

Et idem Couarr. *var. reſol. cap. 8. num. 4.* po- 6
ſuit in hac materia verba iſta, *quamobrem iuſtius erit in hac controuerſia à Iudicibus definiri rem ipſam cum eiſdem melioratiouibus reſtituendam creditori agenti hypothecaria modo prius creditor poſſeſſori ſoluat meliorationes quatenus res ipſa facta eſt pretioſior compenſatione harum melioratiouum admittenda cum fructibus perceptis poſt litis conteſtationem, vt in dicto §. in venditione non autem cum perceptis antea*, hucuſque Couarr. ex qua doctrina nullum remanet dubium in articulo prædicto.

Sed clariori intelligentia dixit Io. Garſia Hiſ- 7
panus *in tract. de melioratiouibus, & expenſis, cap. 23. ſub tit. de computatione expenſarum, & meliorationum cum fructibus, à num. 15. vſque ad num. 19. inter tract. tom. 17.* vbi dixit omninò ſtandum diſpoſitioni Text. *in l. qui bona fide 23. ff. de*

ff. de acquir. rer. dom. videlicet in emptore quoad percipiendos fructus,& non restituendos non esse spectandum solum initium emptionis bona fide factæ,sed singula momenta in quibus eadem bona fides persistat,adeò quod à tempore quo sciuerit rem ad alium pertinere, siue hypotheca, siue alia actione ex eo tempore cogi ad restituendos fructus, cui dispositioni Text. non repugnare verba Iureconsulti *in d. l. quis scit. 25. ff. de vsur.* quia illa verba Iureconsulti *in d.* Text. prolata *(Bonæ fidei emptor quoad percipiendos fructus quandiu fundus non fuerit euictus* sint intelligenda quamdiù ad notitiam emptoris peruenerit fundum esse euincendum ex instrumentis per actorem exhibitis, & ex probationibus iam factis,nam ex eo tempore quo scit, aut sciuisse debuit non ad se pertinere, tunc fundus dicitur euictus) ex cuius doctrina videtur, quod facta publicatione, & conclusione in causa bonæ fidei emptor,iam sit in mala fide,quam sententiam vti æquiorem secutum fuisse S. C. testatur Affl. *decis. 59.* & Marchio Torelli *lib. 1. decis. 65. n. 7.* & 8. multò magis in casu nostro sequuta iam sententia, in qua iam fuit iudicatum super probationibus,& instrumentis productis nullum remanet dubium teneri ad fructus deinde decursos, & proinde cum eis faciendam compensationem meliorationum prætensarum.

8 Fundat Io. Garsia hanc suam doctrinam germana,& indubitata ratione:nam multa sunt iura, quæ dictant,quod aduersus venditorem non possit agi per emptorem de euictione, nisi euicta iam re vendita,*l. euicta re 16. ff. de euict. l. vtique, ff. de reinindic. l. 3. C. de euict. l. 4. de act. empt.* tamen ea omnia iura fuerunt declarata tunc dici rem euictam,& emptorem agere posse vbi,simulatque constiterit fundum esse euincendum, sic Text. *in l. emptorem 12. ff. de act. empt.* in illis verbis, *quia manifestum fuit noxium seruum fuisse nihilominus,vel ex stipulatu,vel ex empto agere posse,* & sic videtur, quod Text. in *d. l. qui scit,* habuit respectum, vt fructus faciat suos emptor quousque fundus non fuerit euictus, idest quousque ipse emptor agere possit de euictione ad recuperandos nedum fructus,sed omnia damna,& opinionem Io. Gars. firmat etiam Harthm. Pistor. *lib. 4. quæst. 17. in fin.* quapropter si agere potest emptor tunc cum manifestum sit fundum euinci posse, quia tunc dicitur iam euictus, & eosdem recuperare fructus à venditore verò debitore nulla remanet ratio quare emptor ad restituendos fructus ex eo tempore non teneatur.

9 Prout sumus in casu nostro,quia iam egit emptor conuentus aduersus Principissam Scillæ venditricem; & obtinuit, vt condemnetur venditrix ad omnia ea ad quæ ipse conuentus emptor condemnatus veniet, & sic hæc omnia in damnum venditricis resultant, quæ vti vera debitrix ad omnia tenetur.

Si igitur dubitari non potest ex prædictis emptorem omninò teneri ad fructus saltim post sententiam decursos iam compensatio meliorationum prætensarum fuit facta, vel ipso iure cum dictis fructibus, vel fieri debet sic excipiente creditore, & cum non sit dubium ex appretio per aduersarium producto,& approbato fructus Terræ prædictæ ascendere ad ducatos bismille quolibet anno spatio annorum quatuordecim ab anno 1637. vsque ad præsens satis longè excedere fructus valorem ipsarum prætensarum meliorationum, & proinde ordinandum, quod exequatur sententia quoad venditionem, & consignetur possessio oblatori, & de prætensis meliorationibus habeatur ratio in liquidatione fructuum à die sententiæ decursorum.

Nam licet prædicta per interpretes adducta videantur militare contra bonæ fidei emptorem in iudicio tamen reiuendicationis eadem omnia procedere in iudicio hypothecario contra eundem ex quampluribus decisionibus affert decisum Donat. Ant. de Marin. *lib. 1. cap. 155. n. 5. in fin.* adeò quod inter vnum, & alium iudicium nullam adesse differentiam, firmat etiam Statil. Pacific. *de Saluiano interd. inspect. 2. c. 2. n. 175.* & videtur, quod ipsorum opinio fundari possit, ex Text. *in l. si fundus 16. §. in vendicatione, ff. de pign.* vbi voluit Iureconsultus actionem hypothecæ esse considerandam sicuti de cæteris in rem actionibus, & ibidem subdit Iureconsultus, quod si possessor conuentus iudicio hypothecario condemnaretur tantum in id, quod deberetur,ad quid prodesset in rem actio? 10

Mihi autem videtur bonæ fidei emptorem in iudicio hypothecario teneri ad fructus post sententiam assistentiæ decursos, ex dispositione Text. *in l. fin. C. de iure dom. impetrando*, quo disponitur,quod post prolatam Principis sententiam super re hypothecata dominium illius spectat ad actorem : quapropter fructus deinde decursos tenetur possessor restituere actori vti domino, iam cognito per sententiam licet non sit sequuta effectualis traditio prout sufficit in iudicio reiuendicationis litis contestatio, vel publicatio. 11

Sit ergo conclusio, quod contra bonæ fidei emptorem in iudicio reiuendicationis tenetur emptor ad fructus post publicationem in causa;in iudicio verò hypothecario post sententiam assistentiæ, & sic per quatuor decisiones iudicauit S. C. duas in causa Io. Camilli de Apice contra Alexandrum Pezzillum patrocinante Consiliario Carauita tunc aduocato,quas affert Donat. Ant. de Marin. *cit. c. 155. n. 7.* alias duas affert doctissimus Horat. Pal. in quibus ego interueni vti aduocatus in causa creditorũ Iosephi de Martino contra Camillam de Martino, & eius filios tertios possessores ad relationẽ Marchionis Ramontis eo tempore Regij Consiliarij, in qua causa ex professo fuit tractatus,degustatus, & plenè discussus articulus prædictus præuio decreto Sac. Cons. quod partes informent super articulo prædicto, & deinde decisum meliorationes esse excomputandas cum fructibus decursis post sententiam, & in ea causa meliorationes fuerant deductæ, & probatæ ante sententiam, & decisum esse liquidandas, imò facta fuerat relatio de valore ipsorum, de quibus sunt præsentatæ copiæ in proc. vltra alias sex decisiones in aliis Europæ Senatibus, quas affert Donat. Anton. de Marin. *cit. cap. 155. num. 5.* & sic introducta iam consuetudine iudicandi in articulo prædicto amplius de illo non disputandum. 12

DISCEPT. CCCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio instrumenti fit ad formam Ritus M. C. V.*

2 *Liquidari non potest contractus qui non valet.*

3 *Liquidatio instrumenti opponitur ex nullitate contractus.*

4 *Liquidatio inſtrumenti impeditur ex nullitate contractus.*
5 *Filiusfamilias qualiter iure obligatur, & qualiter in Regno.*
6 *Contractus de quo in præſenti, cur ſit nullus.*
7 *Emancipatio facit contractum filij familias validum.*
8 *Emancipatio quid ſit, & quotuplex.*
9 *Emancipatio filij abſentis an valeat.*
10 *Inſtrumenti emancipationis forma qualis ſit.*
11 *Baldus requirit præſentiam emancipandi.*
12 *Angelus requirit emancipandi præſentiam.*
13 *Aretinus eamdem requirit præſentiam.*
14 *Duarenus requirit præſentiam emancipandi.*
15 *Cuiacius eandem requirit præſentiam.*
16 *Donellus requirit emancipationem præſentis.*
17 *Emancipatio apud Hiſpanos requirit præſentiam emancipati.*
18 *Emancipatio Anaſtaſiana requirit præſentiam emancipati.*
19 *Patria poteſtas magis quàm domino conceſſa.*
20 *Patria poteſtas quotuplex eſt, & qualis.*
21 *Emancipatio olim diuerſimodè habebatur.*
22 *Emancipatio Iuſtinianea, & Anaſtaſiana qualiter differebant.*
23 *Præſentiæ defectus qualiter ſuppleatur in emancipatione.*
24 *Emancipatio an decretum Iudicis requirat.*
25 *Emancipatio eſt actus legitimus.*
26 *Emancipatio per Procuratorem an fieri poſſit.*
27 *Emancipatio fieri poteſt ſecundùm Curtium, ſed reprobatur.*
28 *Emancipatio lege Anaſtaſij qualiter ſit facienda.*
29 *Emancipatio ſecundùm Corneum, & alios an requirat præſentiam emancipati.*
30 *Emancipatio tacita qualiter habeatur in filio negotiante ſeparato à Patre.*
31 *S.C. Macedonianum diſpoſitio qualis.*
32 *Pragmatica prima* ad Macedonianum *explicatur.*
33 *Filius falsò ſe aſſerens Patremfamilias an habeat Macedonianum.*
34 *Emancipatio tacita habetur per decennium.*
35 *Emancipatio tacita qualiter habeatur.*

ARGVMENTVM.

Text. in l. fin. C. de emancipat. lib. *explicatur, & quid ſit emancipatio, ac quotuplex, & latè an requirat præſentiam filij emancipati, an ſufficiat ſi ratificetur poſtea per filium emancipatum. Emancipatio tacita quæ per certum tempus habetur, quo filius negotietur à patre ſeparatus, qualiter ſit habenda.*

IVRIVM NOTA, PRO Illuſt. Duce Acheruntiæ, CVM D. Didaco Chiros Mayorica.

INTERROGATIONIS formulam, qua Illuſt. Dux Acheruntiæ, ab immiti creditore fuit ſuper tenore inſtrumenti citatus, haud rectè in præſenti Iudicio, nec ex Ritus M. C. præſcripto fuiſſe inſtitutam, quin & ipſum inſtrumentum de cuius præſentatione agitur, non vno nullitatis vitio laborare, ſatis vt opinor, ſuperque fuit oſtenſum à ſummo Doctrina Viro, ac cunctis noſtri Æui Patronis longè ingenij laude præſtante, qui debitoris partes, contrà rigidas creditoris inſtantias, longo, ſæpiuſque iterato certamine, fortiter, ſtrenuéque de more, tutatus eſt. Sed quoniam rerum copia, longâque argumentorum congeries, non ſemel cauſam obruunt potius, quam adiuuant, dum pluribus intentus animus debilior eſt ad ſingula cognoſcenda, ſiue diiudicanda; Ideò cum aliqua mihi circa eandem rem ſint ſcribenda, vt eiuſdem Doctiſſimi Viri, quem Præceptoris loco ſemper habui, monitis paream; non malè me facturum exiſtimaui, ſi ex tot validiſſimis argumentis, quæ ad Ritus elidendum rigorem fuere ab ipſo ingeniosè excitata, vnum tantum mihi latius aliquantò exornandum proponerem, vt hinc nedum rem meis viribus æquam ſumpſiſſe viderer: ſed & ipſa Ducis conuenti Iuſtitia breuiori videretur indigere apparatu, quò extrà omnem dubietatis aleam conſtitueretur, ac vndique ab aduerſariorum ictibus redderetur ſecura. 1

Iſtud igitur erit, id de quo pluries fuit in Aula certatum, nempè quod contractus hic, de quo agitur geſtus fuerit à Duce, tempore quo Patriæ adhuc poteſtatis vinculis erat alligatus; quò fit, vt ſiue iura Populi Romani, ſiue peculiares noſtri Regni leges inſpiciamus, inſtrumentum iſtud, quod contra Ducem producitur nullam contra eundem executionem mereatur. Nam quod attinet ad ius Romanum, compertum eſt filium, qui cum ſub Patris poteſtate eſſet ſe creditori obligauit, ſi poſtea vel per emancipationem, vel per Patris mortem ſui iuris reddatur in id tantùm, quod facere poſſet teneri, nec vlterius à Prætore contra eundem concedi actionem, vt perpetuo edicto caueri teſtis eſt Vlpianus *in l. ait Prætor 2. D. quod cum eo*, & decidit Imperator *in l. 2. C. eod. tit.* cui conſonant *l. ſi dubitet* 10. §. *filiusfamilias D. de fideiuſſ. & l. & exhæredatum* 49. *D. de re iud. cum concord.* In quibus iuribus etſi huiuſmodi beneficium eatenus filio à Prætore indultum dicatur, quatenus, vel à Patre ſit exhæredatus, vel paterna ſe hæreditate abſtinuerit, vnde Paulus *in d. l. & exhæredatum, Exhæredatum* inquit, *vel eum qui paterna ſe hæreditate abſtinuit, nec ex ipſius contractu niſi in id quod facere poteſt condemnandum*, haud tamen diuerſum ius obtinebit, ſi vel Patris hæreditas nimio ſit aëre alieno oppreſſa, vt docet Caſtrenſ. *in l. 2. D. quod cum eo in ſi.* vel ei immiſcuerit ſe filius cum beneficio legis, & inuentarij, cum exhæredari, abſtinere, vel immiſcere ſe hæreditati confecto inuentario, quoad hoc beneficium obtinendum idem ſint; vt poſt Baldum, & Salycetum *in l. fin. §. etſi præfatam C. de iur. deliber.* probant Minadous *conſ. 17. num. 3. & in conſtit. in aliquibus notab. 2. num. 34.* Ponte *conſil 37. num. 3.* Giurba *deciſ. 43. num. 25. verſ. probatur tamen abſtenſio.* Monticula *de Inuentar.* 2

*uentar.cap.*8. *in princ.* Anna *allegat.*30. *num.*13. Molfes. *consil.*42. *num.*29. *post* 2. *tom. consuetud. Neapol.* Amendola ad Franch. *decis.*70. *in fine,* Gratianus qui prædictos refert *discept. forens. cap.*799. *num.*42. aliique plures; nec enim nisi alieno ære exhausta præsumitur Patris hæreditas, cui filius non nisi confecto inuentario se voluit immiscere, ob idque haud esset priuandus huiusmodi beneficio, quod eius miserationis gratia fuit a Prætore adinuentum, vt latius differunt Minadois, & Giurba *locis citatis.*

3 Cuiusmodi ideò exceptionem posse etiam aduersus instrumentorum præsentationem opponi, quasi quod ea non tam contra instrumentum, quam contra ipsius executionem opponatur, post Bartolum *in l. si filiusfamilias* 5. *num.*1. *ff. quod cum eo,* Baldum, Salycetum Castrensem, & alios *in l. si ex alio* 9. *C. eodem tit.* probant latè Lanarius *de exequut. instrum. quæst.*18. Barz. *de instrum. guarentig. part.*3. *quæst.*6. Giurba *dec.*44.

4 *num.*4. Gratian. *dict. cap.*795. *num.*13. & in terminis nostri Ritus tradiderunt Carauita *super Ritu* 166. *num.*76. Præs. de Franch. *decis.*181. *n.*11. & *decis.*221. *num.*2. Minad. *d. consil.*17. *num.*4. Molfes. *consil.*4. *num.*1. & repetit *dict. consil.*42. *num.*1. & 3. vbi plures refert decisiones Reg. Rouit. *in pragm.*1. *ad Macedon. num.*26. *vers. Item potest opponi,* Freccia *de præsentat. instrum. part.*5. *declarat.*3. Muscatell. *de appell. part.*3. Gloss. *reseruata, num.*122. Reg. Sanfelic. *decis.*190. *num.*8. *in fine,* quod iudicatum iunctis Aulis refert Præs. Amat. *consil.*41. *in fine,* & latè probat Carauita *in pragm. ad Macedon.* §.12. *à num.*64. *per plures sequentes.*

5 Quæ cum ita sint inspecto iure communi latius tamen obtinent attento iure huius Regni, quo generali lege cautum ne filius in potestate extans, absque præsentia, & consensu Patris audeat se quouis contractus genere obligare, ipso etiam contractu, iureiurando, cæterisque id genus pactionibus, quæ contra formam illius legis fierent pro infectis habitis, vt *in pragm. per excellentem de Senatus Cons. Maced. pragm.*64. §.9. *de off. procur. Cæsar. pragm.*3. §.2. *de sponsionibus mercatorum, & pragm.*1. *de contractib.* cuiusmodi consensus an ad vitandum tantum Patris præiudicium, an verò ad integrandam potius personam filij (vt nostri aiunt) requiratur, latè disputant in contrarias abeuntes sententias, doctissimi nostra Ætate Iurisconsulti Reg. Rouit. *in dict. pragm.*1. *ad Maced. n.*27. *& seq.* & Præs. Merlin. *controu. for. cent.*2. *per totum*; quod quia nihil ad rem nostram, nihil moror.

6 Quare cum huiusmodi contractus, de quo in præsenti agimus, vel nullo vnquam tempore ratus fuerit, si expressam Regni nostri sanctionem inspiciamus, vel si validus quidem à principio fuisset, adhuc post Patris mortem, ex communis iuris regulis filium non nisi in id quod facere posset obligaret, iure sequitur omninò ruere præsens hoc liquidationis iudicium, quod tam acriter contra Ducem fuit ex aduerso institutum, cum nec ordinario iure, posset ex eo contractu, iuxta aliqua actio contra eundem oriri, vt superius probatum.

7 At hic insurgunt Aduersarij, nihilque se ex prædictis turbari aiunt, dum rem eo tempore cum Duce se gessisse autumant, quo iam è potestate, & familia Patris exierat, ipse Pater familias effectus per emancipationem, quo casu cessare quæcunque ea, quæ de filio familias scripsimus, nulli non est exploratum; hic ergo latiùs aliquanto immorandum, & tam ex hac, quæ prætenditur Patris emancipatione, filius è Patris sacris discesserit, attentius inquirendum.

8 In qua re principio erit aduertendum, emancipationem cum sit dissolutio potestatis patriæ, qua filius viuente adhuc Patre è sacris, & familia eius dimittitur, haud ideò pendere ex nudo parentum consensu, sed certas formulas, certásque solennitates à iure præscriptas requirere, quæ si non adhibeantur nullius erit momenti, vt clarè innuunt Imperatores *in l. non nudo* 3. *C. de emancipat. liber.* dum inquiunt, *non nudo consensu patria liberi potestate, sed actu solenni liberantur, & in ea non tam causæ, quibus Pater emancipauit filium, sed actus solennitas quæritur,* rectéque Donellus *lib.*3. *comment. cap.*26. *constat emancipatio non nuda voluntate Patris, sed consensu Patris, & filij, item & solenni actu emancipationis.* Cum enim patria potestas, ius quod quam sit proprium Ciuium Romanorum, vt ait Caius *in l.*3. *ff. de his qui sunt sui vel al. iur.* & Iustin. *in* §. *ius autem institut. de patr. pot.* proindéque ad publicum ius Romanorum ciuium pertineat, vnde Boët. *in Top. Cicer. Romano iure liberos retineri in parentum arbitrio,* consequens erat, illam non posse priuatorum pactionibus tolli, in publico etiam, ac legibus præscripto more auferretur, ad Textum *in l. ius publicum* 38. *ff. de pact.* qua ratione emancipatio non tam Patris, quam legis actio dicitur *in l. magistratus* 4. *ff. de adoption.* rectéque eam inter actus legitimos adnumerauit Papinianus, qui neque diem, neque conditionem recipiunt, *in l. actus* 77. *ff. de reg. iur.* legitimi dicti quia fiunt ex vsu iuris solennis, vt explicat Cuiacius *lib.*15. *obseru. cap.*16. *in fine,* & *in d. l. actus legitimi ad Papin. lib.*28. *qq.*

9 Quo posito cum quærimus an emancipatio, de qua agimus, fuerit solenniter, siue vt Cuiacius ait, ex vsu iuris solennis celebrata, inspicere oportet, an in ea seruata fuerit solennitas à iure præscripta, vt per eam filius paterno iure solutus, dimissusque dicatur. Et sanè eam nullo modo seruatam fuisse in hoc casu, vel ex eo apparet, quod nec præsente Iudice, nec filij præsentia, consensuque adhibito, fuerit à solo Patre coram publico Notario celebrata; quorum etsi quod ad Iudicem attinet, potuisset fortè ex chartulario Iudicis interuentu suppleri, de qua re agetur inferius, tamen quod attinet ad filij præsentiam indubitati iuris est, eam requiri pro forma, itaut ea non seruata, actus in totum corruat, ac pro nullo habeatur, vt clarè decidit Textus *in leg. iubemus* 5. *C. de emancipat. liberor.* qua cum Imperator Anastasius formam tradere vellet, qua posset Pater filium absentem (quod antea non licebat) è sua potestate dimittere, sanxit vt eatenus id effici posset, quatenus impetrato à Principe rescripto, eodémque coram Iudice exhibito, quo id ei fieri permittitur, suam voluntatem Pater apud acta testetur, quæ si filij postmodum consensus accesserit, pleniſſimæ emancipationis formam, ac robur accipiat; manifestè innuens, quod si spreta illius legis forma, nullóque præcedente rescripto, absentem filium Pater emancipare fategerit, irritus fuerit labor, ac nullum robur eiusce modi actus sit habiturus.

Quæ adeò vera sunt, vt quamvis Iustinianus *in l. fin. C. eodem tit.* post vanas quasdam solennitates extinctas, quæ olim in emancipationibus seruabantur, sublatóque veteri more, nouam emancipationis celebrandæ formam condidisset,

vt ſcilicet *licentia ei ſit, qui emancipare vult, vel ex lege Anaſtaſiana hoc facere, vel ſine ſacro reſcripto intrare competentis Iudicis Tribunal, vel eos adire magiſtratus, quibus hoc facere, vel legibus, vel ex longa conſuetudine permiſsũ eſt, & filios ſuos, vel filias, nepotes, vel neptes, vel deinceps progeniem in poteſtate conſtitutam à ſua manu dimittere*, id tamen haud ita ſit accipiendum, vt ſublata Anaſtaſij lege licere debeat Patri ſolo magiſtratus decreto abſentem fortè vel ignorantem filium, ſoluere iure Patrio, ac reddere gentilitiis ſacris, paternáque familia extorrem: nam, vt rectè notauit antiquus interpres Azo *in ſumma, C. tit. de emanc. liber.* non poteſt quis ex conſtitutione Iuſtiniani libertatis iura per emancipationem acquirere, niſi præſens ſit in iudicio, cum emancipatio peragitur; vnde ait, *Fit emancipatio apud Iudicem competentem ordinarium, & fortè extraordinarium, vel eum, cui ex conſuetudine hoc competit, Patris, & filij voluntate accedente, & vtriuſque PRÆSENTIA.*

10 Hinc magnus Ciuilis Praxis Magiſter Durandus *lib. 4. ſui ſpeculi particula tertia, num. 16.* cum tràditurus eſſet formam, quomodo inſtrumentum emancipationis concipi debeat, *in præſentia*, inquit, *talis Iudicis conſtitutus P. ipſius filium ibidem PRÆSENTEM hoc volentem, & petentem, à ſe emancipauit, & à ſacris ſui Patris eum penitus relaxauit, nec non à ſua manu, & paternæ nexibus poteſtatis eum penitus exemit.* Ipſam verò emancipationis formulam in hæc verba concipi debere putauit. *Ego A. emancipationis huiuſmodi inſtrumento mea, & TVA voluntate concorditer præſente, & authoritatem præbente tali Iudice ordinario, à manu, & poteſtate mea dimitto, atque paterna poteſtate libero TE filium meum, vt deinceps tui iuris, & Paterfamilias exiſtens, licentiam habeas faciendi in iudicio, & extra, quæ Patri familias licita ſunt de iure*, & demum hæc addenda volnit *Acta ſunt hæc Patre, & dicto filio conſentientibus, & volentibus & dicto Iudice ſuam authoritatẽ præſtante.* Nec tantum Patris, ſed & ipſius filij ſubſcriptionem requirit, vt tutius de vtriuſque præſentia conſtaret, vt latius per eundem *notato loco.*

Vt hinc pateat quam longè à veritatis via aberrauerit, quicunque (quod bona illius venia dictum ſit crederet, poſt conſtitutionem Iuſtiniani, etiam abſentem filium poſſe abſque Principis reſcripto, ſolo iudicis decreto à nexibus poteſtatis patriæ libetari, ipſa conſtitutione Anaſtaſij quoad hanc partem immutata: nam nedum id falſum dignoſcitur ex ipſa Iuſtiniani lege, qua veteres tantum ritus, fictáſque venditiones ſe immutare dixit, Anaſtaſianam verò legem ſe tantum non abrogare, vt potius apertè probauerit, ſed illud etiam omnium interpretum traditioni repugnat, qui filium abſentem non niſi Principis intercedente reſcripto, paterno iure ſolui poſſe exiſtimarunt.

11 Hinc Baldus *in d. l. Iubemus 5. C. de emancip. lib. Abſens*, inquit, *& infans non poſſunt emancipari, niſi ex reſcripto Principis reſcribentis Præſidi, vel Iudici competenti, vt partibus præſentibus authoritate Principis, interponat decretum emancipationi.* Vnde ſubdit: *Pone habeo filium, qui eſt vltra mare, volo eum emancipare, vt poſſit contrahere, & teſtari, non poſſum coram Iudice Perugino, quia ille eſt abſens; quod erit remedium? R. quod impetrem à Principe, quod reſcribat huic Iudici, quod in emancipando annuat votis meis, tamen iſtud decretum non ſortitur effectum, niſi filius meus coram illo Iudice, vel coram quouis alio, apud acta conſentiat.*

Angelus *in l. poſt mortem 25. §. 1. ff. de adopt.* 12 *num. 7.* quærens an id quod dicitur in ea lege, adoptionem ſcilicet non poſſe fieri per Procuratorem, habeat locum in emancipatione, Reſpondet *dico quod ſic, quia iſte actus emancipationis debet eſſe multum ſolennis, & lex dicit, quod inter ABSENTES non poteſt fieri emancipatio, niſi ex reſcripto Principis, vt l. iubemus, C. eodem.*

Aretinus *in §. præterea inſtit. quibus modis ius* 13 *poteſtatis ſolui, num. 5.* cum explicaret formam, quam in emancipationibus ſeruandam eſſe voluit Iuſtinianus, vt ſcilicet Pater filium è ſua manu dimittat, inquit, *quod ita communiter obſeruatur, videlicet quod Pater capit filium per MANVM, & ipſum retinet, & poſtea Iudex interrogat Patrem, vtrum velit ipſum emancipare, & ipſe Reſpondet quod ſic, demum Iudex interrogat filium an velit emancipari, & ſi Reſpondet quod ſic, tunc iubet, & dicit Patri, vt manum filij relaxet vt hic.* Cuiuſmodi mos ex ipſis Iuſtiniani verbis manauit *in d. 5. præterea* cum ſanxit *vt fictione priſtina exploſa, recta via ad competentes Iudices, vel Magiſtratus parentes intrent, & filios ſuos, vel filias, nepotes, vel neptes, ac deinceps ſua manu dimitterent*; vbi ideò notauit Accurſius, quod Pater filium debeat manu apprehendere, cúmque poſteà dimittere, adhibitis verbis in hunc effectum idoneis, niſi celebraretur emancipatio ex reſcripto ſeruata forma Conſtitutionis Anaſtaſianæ: nam cum ea abſente filio fiat, per conſequens in ea manus dimiſſio ceſſaret, prout explicat, idem Aretinus *loco citato,*

Hinc rectè Franciſcus Duarenus *comment. iur.* 14 *tit. 7. cap. 13. lib. 1.* cum emancipationem non conſenſu, ſed ſolenniter celebrari ſcripſiſſet ex *d. l. 3. C. de emanc. lib.* ac ideò requiri Iudicis decretum. *Præterea*, inquit, *conſenſus neceſſarius eſt, & PRÆSENTIA tam Patris, quam filij l. iubemus, C. eodem, quod ſi fortè filius ſit abſens, non aliter, quam reſcripto Principis emancipari poteſt, quo caſu conſentire quidem filium oportet, ſed quocunque tempore, & apud quemcunque Iudicem poterit conſentire, dict. leg. Iubemus, & §. præterea, inſtitut. quibus modis ius patron. patr. pot. ſoluit.*

Iacobus Cuiacius *in tit. C. de manc. liber. in fin.* 15 poſtquam tria emancipationum genera tradidiſſet, vnum ſcilicet ex *l. 12. tabularum*, per trinam imaginariam venditionem, aliud ex Conſtitutione Anaſtaſij *in leg. iubemus*, per Principis reſcriptum, Poſtremum ex Conſtitutione Iuſtiniani *in l. fin.* per Iudicis decretum, antiquis ſolennitatibus omiſſis, *Non eſt omittenda*, inquit, *vna differentia inter ea tria genera emancipationis quæ expoſui, quod etiam abſentes ex Anaſtaſij lege poſſint emancipari impetrato reſcripto l. pœn. huius tit. non ex duodecim tabul. non ex conſtitutione Iuſtiniani, niſi PRÆSENTES.*

Hugo Donellus *d. lib. 2. comment. cap. 26.* cum 16 oſtendiſſet non tantum Patris, ſed & filij quoque conſenſum requiri, vt emancipatio valeat, hæc addit: *Filij conſenſu accedente, ne ſic quidem nudo conſenſu amborum Patris & filij perficitur emancipatio, ſed conſtat ea vt dixi etiam ſolenni actu, vt in l. 3. Cod. de emancip. liber. ſolennis Ritus vetus ſublatus eſt, l. vltim. Cod. eodem, eo ſublato duplex manſit ex conſtitutionibus. Aut enim emancipantur liberi ex reſcripto Principis, aut authoritate Magiſtratus. Reſcripto Principis tunc opus eſt, cum filius abeſt quem pater vult emanci-*

patum:

patum: Authoritas magistratus sufficit, cum PRÆSENS est, quem pater emancipare cogitat.

Vbertus Gifanius *in d. §. præterea* cum eas-dem enumerasset emancipationum species, Veterem scilicet, Anastasianam, & Iustinianeam, ac huius postremæ formam nobis tradere vellet, hoc modo eam celebrari posse scripsit, *si Pater filium, ad magistratum adducat, eumque CORAM IPSO emancipet, sine vllis solemnibus, atque ita,* inquit *hæc Iustinianea in locum Veteris ab Imperatore sublata est instituta.*

Misingerius *in d. §. præterea, vers. nostra autem* de eadem Iustiniani constitutione loquens hæc habet, *Subiungitur innouatio, quomodo hac venditionum fictione exposa Iustinianus constituerit Patrem apud quemlibet Iudicem posse filium PRÆSENTEM, atque consentientem emancipare, quod si infans sit filius, aut Absens Principis authoritate interueniente id fieri debet.*

17 Demum huic Romanorum iuri, circa emancipationes celebrandas, consonat mirificè Lex apud Hispanos *part. tit. 4. tit. 18. l. 16.* his verbis *Emancipar queriendo el Padre algun fijo que no estuuiesse delante, o que fuesse menor de siete años, no lo puede fazer à menos pedir merced à el Rei, que se lo otorgue,* quam legem refert Narbona *de Ætate anno 7. quæst. 34. art. 3.* qui pro hac eadem sententia, absentem, scil. & infantem non nisi rescripto Principis à patria potestate liberari, citat Quintil. Mandos. *de ætate minor. cap. 3. n. 16.* Curtium Seniorem *cons. 19. paulò post principium, & cons. 65. ad medium* Rolandum à Vall. *cons. 61. num. 5.* Ruinum *cons. 71. num. 3.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap. 16. num. 23.* & alios plures.

18 Atque ex his satis constare credimus Constitutioni Anastasij, quæ de absentibus emancipandis lata, haud quicquam per Iustiniani Constitutionem derogatum, quin & illam ipsam intactam mansisse, quotiescumque de absentibus liberis ageretur, quando Iustinianea lex, non nisi de præsentibus loquitur, vt superius probatum. Porrò per Constitutionem Iustiniani fuisse tantùm antiquum ius immutatum, vanis scilicet sollemnitatibus abire iussis, quibus emancipatio constabat, apertè nos edocet idem Imperator, cum inquit *Cum inspeximus in emancipationibus vanam obseruationem custodiri, & venditiones in liberas personas figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniurioſa rhapismata, quorum nullus rationabilis inuenitur exitus.*

19 Compertum est enim, vel mediocriter in iure nostro eruditis, non alium apud veteres, patriæ fuisse potestatis dissoluendæ morem, quam si pater ter filium per imaginariam venditionem alicui mancipasset, à quo ter quoque dimissus, solutus potestate patria, ac proprij iuris effectus videretur. Idque ea ratione, vt antiquæ illius potestatis, qua patri filium ter vendere licuit, quædam seruaretur imago. Licebat enim patribus lege in ipsis nascentis vrbis primordiis à Romulo instituta, filios ne dum domi verberare, coërcere, ac etiam occidere: sed & ipsos non tantum semel, sed & tertiò vendere pecuniæ redigendæ causa, etsi post tertiam auctionem ab illorum potestate eximebantur. Cuiusmodi potestas maior quidem in filios fuit Patri concessa, quam domino in seruos, *Seruus enim semel venditus*, inquit Halicarnassæus *Roman. antiquit. lib 2. deindè libertatem adeptus, in posterum sui iuris est: filius verò à Patre venditus si liber fieret, rursum sub Patris potestatem redigebatur. Iterum quoque venundatus, & liberatus, seruus, vt antea Patris erat, Post tertiam demum venditionem eximebatur à Patris potestate.* Quod ius translatum postea fuit in leges 12. tabul. concepta lege in hæc verba, *si Pater filium ter venundedit, filius à Patre liber esto,* vt est apud Vlpianum *Instit. tit. 10.*

Cum ergo potestas hæc patria, vti ab ipso Vr- 20
bis conditore (si Halicarnassæo credimus) Romanis Ciuibus data, ad publicum, Propriumque ius eorumdem Ciuium spectaret, vt Iustinianus ait *in d. §. ius autem, instit. de patr. potest.* non quod apud alias Gentes liberis Parentes non imperent, sed quod talem in eos non habeant potestatem, qualem Romani habent, Ciuilem scilicet illam potestatem patriam, à qua magni plurimique iuris effectus oriuntur. Ideò cum ratio aliqua à Iurisconsultis quæreretur, qua salua legum authoritate posset filius è patris potestate dimitti, non aliam adinuenerunt, quam si ter filius à Patre venderetur, per trinam imaginariam venditionem, adhibitis libripende, numo sextertio, libraque ænea, quæ antiqua illa tempora referebat, quibus æs incusum, & informe appendebatur, & fiduciario parente, qui liberum ter sibi à Patre solemnibus verbis mancipatum, ter quoque sua manu dimitteret, vt hinc tanquam ter venditus propriæ familiæ iura nanciscetur, quod his verbis expressit Vlpianus *lib. regul. tit. 70. filius ter mancipatus, ter venditus sit sui iuris,* & Caius *instit. tit. 6. filius masculus tribus emancipationibus, de potestate Patris exit, & sui iuris efficitur.* Cumque emancipare idem sit, ac è manu, siue mancipio dimittere *l. liberum 28. D. de adopt.* vnde & manumissus quandoque pro emancipato accipitur *toto tit. Dig. si quis à Par. fuer. manum.* ideò cum emancipabatur filius, non secus ac seruus, cum manumittebatur agebatur in orbem, vt facta ista vertigine, facieque ac fronte pulsatus libertatem adquireret, vt latius explicant I. Cuiacius *d. tit. C. de emancip. liber.* F. Connanus *comment. Iur. lib. 2. cap. 14. n. 4.* B. Brissonius *Roman. antiq. cap. 7. & 11.* F. Duarenus *tit. de adopt. & emancip. c. 13.* A. Alciatus *lib. 3. parerg. cap. 4.* P. Faber *de diuers. reg. iur. antiq. cap. 16.* F. Hottomanus, & F. Broeus *in d. §. præterea inst. quib. mod. ius pot. sol.* D. Gotofred. *in d. l. fin. C. de emancip. lib.* pluraque non inerudite congerit ex nostris Borellus *consil. 73. à num. 1. & seq.*

Hæ igitur sunt vanæ illæ obseruationes, fictæ- 21
que venditiones, quæ in liberas personas exercebantur, de quibus loquitur Iustin. hæ circunductiones inextricabiles, & iniurioſa rhapismata; circum rotationes nempè illæ, corporisque vertigines, & alapæ, quibus pulsatus filius liber abibat, quas ideo *felices iniurias* vocauit Claudianus, quod iis libertatis lucrum fieret, vt tradunt Cuiacius, & Gotofredus *citatis locis*, idemque Cuiac. *obseru. lib. 5. cap. 13.* Quare cum huiusmodi Ritus etiam post Anastasij legem vigerent, in cæteris scilicet emancipationibus, quæ non ex rescripto fiebant. Ideò opus fuit Iustinianea lege, qua fictiones illæ omnes tollerentur, & emancipationes in posterum, vel ex lege Anastasij, cum scilicet emancipabantur absentes, vel ex ipsius Iustiniani constitutione celebrarentur *Vana tantummodo (secundum quod iam dictum est) obseruatione sublata*, vt concludit Imperator *in ead. lege.* Etsi huiusmodi morem ter vendendi filium in emancipatione, adhuc hodiè apud Moscouitas seruari, author est Cuiacius *lib. 6. differentiar. Modestini ad l. 10. de suis, & legit.*

22 Cuius ideò vtriuſque emancipationis Anaſtaſianæ ſcilicet, & Iuſtinianeæ, hanc nobis expoſuit formulam Donellus *dicto lib.2. cap.16. verſic. filij conſenſu accedente*, vt ſcilicet in ea, quæ fit ex reſcripto *Pater impetret reſcriptum à Principe, vt ſibi filium emancipare liceat, impetratum deferat ad Iudicem, ad cuius iuriſdictionem emancipatio pertinet, apud hunc declaret ſe ex reſcripto filium emancipare, curetque, vt & reſcriptum, & ſua teſtatio inſinuentur, ſiue mandentur actis magiſtratus; ſi poſteà filius vel apud eundem magiſtratum, vel apud alium quemlibet ſub geſtorum teſtificatione ſignificet ſe admittere emancipationem Patris de qua cognouit, exinde emancipatio rata eſt, & filius ſui Iuris efficitur.* Ea verò emancipatio quæ fit abſque reſcripto ex conſtitutione Iuſtiniani, ſic perficitur, inquit Donellus *Cum & qui emancipat, & qui emancipatur ambo ſe ſiſtunt apud idoneum magiſtratum, & illic Parens de voluntate ſua teſtificatur ſe filium è poteſtate ſua dimittere, filius admittit, aut apertè conſentiendo aut non contradicendo; nec quicquam aperte deſideratur amplius conſtitutione Iuſtiniani, quæ huic rei formam dedit, vana obſeruatione, & fictione veteris emancipationis abire iuſſa.*

23 His igitur latius fortè explicatis, quam res ipſa ſatis ex ſe clara poſcebat, facillima redditur ad cætera omnia ſolutio, quæ circa eandem rem ex aduerſo obiiciuntur. Nam quod aiunt ſuppleri præſentiæ defectum ex conſenſu filij poſtea ſubſequuto, id tam futile eſt, vt ne reſponſione quidem indigeat. Nedum enim iis deficit factum, cum huiuſmodi ratihabitio non conſtet, nec ideò liquidum dici poſſit inſtrumentum, quod ad ſui validitatem extrinſeca indiget probatione. Sed & iure etiam deſtituuntur, nam ſi abſque reſcripto vtiliter fieret emancipatio, quam filius poſtea abſens ratam haberet, ridicula redderetur lex Anaſtaſij, qua ratihabitio filij, tunc demum Paternæ emancipationi robur adiicit, cum ea Principis præcedente reſcripto celebratur, vt proinde dicere oporteret, vel emancipationis formam ab Anaſtaſio præſcriptam omninò in deſuetudinem abiiſſe, penituſque abrogatam, quod nullus dixit, vel eam abſque reſcripto in abſentem filium, quantumuis is ratum habeat, inutiliter fieri, quod conſtanter aſſerimus.

24 Quod ſanè vel ex ipſa emancipationis forma, quam nobis Iuſtinianus tradidit, manifeſtè deſumitur; nam cum in ea neceſſariò exigat magiſtratus d cretum, iis verbis *Intrare competentis Iudicis tribunal, vel eos adire magiſtratus, quibus hoc facere, vel legibus, vel longa conſuetudine permiſſum eſt*, abſurdum eſſet dicere, decretum Iudicis à filij futuro conſenſu pendere, eiuſque validitatem in ſuſpenſo eſſe, quouſque ſuum conſenſum filius accommodauerit; quando Iudicis decreta, nec diem, nec conditionem recipiunt, vt tractant Bart. & DD. *in l. à D. Pio 15. §. in venditione D. de re iud.* ideóque Angelus *conſ.44. num.2.* quærens cur emancipatio vtriuſque præſentiam requirat, niſi intercedat reſcriptum; *Ratio in promptu eſt*, inquit, *quia in emancipatione requiritur vtriuſque conſenſus, ſimul & decretum Iudicis, quod decretum non recipit ſuſpenſionem, nec conditionem, nec diem; Vndè ſi conſenſus vtriuſque ſimul non interuenit, emancipatio nulla eſt, nec poteſt ex conſenſu ſequenti confirmari, ex quo decretum fuit nullum.*

25 Præterea cum emancipatio inter eos actus ad numeretur à Papiniano, qui vocantur legitimi, quique ob id per temporis vel conditionis adiectionem vitiantur *d. l. actus legitimi 77. D. de reg. iur.* conſequens eſt ſtatim eam in ipſo actu debere perfici, nec poſſe à futura filij ratihabitione pendere, quando, vt Cuiacius notat in *eam legem, lib.28. qq. Pap. omnis actus legitimus momento temporis perficitur, nec capit dilationem ex die, vel conditione*; qua ratione emancipationem ſub conditione celebrari non poſſe docuit Alciatus *d. lib.3. pareg. cap.4. Quia in ea* inquit ipſe, *Lex ſtatuit certam formam, qua non ſeruata actus omninò infirmatur.* Vndè Couarr. *de matrim. 2. part. cap.3. num.4. emancipatio* inquit à *lege introducitur, vt ſtatim quis à patria poteſtate liberetur at pendente conditione non poteſt eſſe liber, igitur conditio reſiſtit emancipationis actui.* Hæcque eſt ratio cur eatenus in emancipatione abſentis ratihabitio admittatur, quatenus præceſſerit Principis reſcriptum ex *d. l.* Anaſtaſij quia vt aduertit Lara *d. cap.16. num.24.* etſi ratihabitio regulariter non admittitur in actibus legitimis, id tamen limitatur cum adeſt reſcriptum Principis, quo præſcribitur forma actui celebrando: nam cum illud vim legis habeat, non videtur non ex lege peragi, quod ex Principis reſcripto celebratur, & ideò hoc caſu admitti ait ratihabitionem in emancipatione, quæ fit ex reſcripto, quamvis in aliis actibus legitimis reiiceretur, vt latius idem Lara *num.35.*

26 Atque hinc etiam pendet alia iuris noſtri concluſio, emancipationem ſcilicet non poſſe fieri per procuratorem, *eſt enim hoc proprium actuum legitimorum, vt eorum ſolemnitas non poſſit peragi per procuratorem* inquit Cuiac. *in d. l. actus legitimi 77. D. de reg. iur.* vndè, & acceptilationē, hæreditatis aditionē, manumiſſionē, cæteroſque legitimos actus minimè per procuratorem celebrari poſſe, oſtendit idem Cuiacius *eòdem loco* adeò vt ſpeciali opus fuerit Iuſtiniani conſtitutione, vt ritè fieret manumiſſio per filium cum ſpeciali mandato *l.1. C. comm. de manum. §. fin.* Ideóque emancipationem prout, & ſpiritualem cognationem, inutiliter fieri per procuratorem, quicquid vſus in cognatione ſpirituali contrarium induxerit, docuerunt Bartolus *in l. Gallus §. forſitan D. de lib. & poſt. num.1.* Angelus *in l. poſt mortem §.1. n.7. D. de adopt.* Iaſon *in d. §. forſitan, num.7.* Soccinus *ibid. num.6. verſ. quinta concluſio.* Decius *in addit. ad Baldum in d. l. iubemus, C. de emanc. lib. litt. A.* Alexander *in d. §. forſitan, num.7.* eſtque communis concluſio, etſi non idem ſeruandum in legitimatione filij, quod ea non à Patre: ſed à Principe fiat, ob idque differat ab emancipatione, & adoptione, docet nos idem Bartolus *in d. §. forſitan*, quem alij ſequuntur.

27 Vt hinc conſtet, quam malè, vt cauſæ, clientique inſeruirent, à vera iuris ratione diſceſſerint Franciſcus de Curte *conſ.4.* & Angelus *conſ.44.* quorum primus nullo iuris fundamento nixus, emancipationem Notario ſtipulante, & acceptante pro filio, eiuſque poſtmodum conſenſu accedente validam eſſe ſcripſit, exemplo eius quod dicitur de legitimatione, cum tamen diuerſa in ea militet ratio, vt modò ex Bartolo oſtendimus: Secundus verò etſi conſenſum ſuperuenientem nihil operari fatetur, ſuſtineri tamèn ſcripſit emancipationis actum, ſi fiat præſente procuratore filij cum ſpeciali mandato, oblitus eorum quæ ſcripſerat *in d. l.* poſt mortem *D. de adopt.* rectè ob id reprehenſus ab Alexandro *in d. §. forſitan, num.7.*

28 Quæ tamen omnia ad vberiorem doctrinam ſcripſimus, non vt iis vllo pacto egeamus, cum in

ſpecie

ſpecie de qua agimus, nec Procurator filij interuenerit, nec pro eo Notarius emancipationem acceptauerit, nec is vnquam eiuſmodi actum ratum habuerit, vt ex facto probatur. Nam quod de tacita, ſiue præſumpta acceptatione muſſitant ex aduerſo, præter id quod nec conſtat, adhuc ſi ex lege Anaſtaſij cum emancipatio ex reſcripto peragitur, non tacita ſed expreſſa, & coram Iudice requiritur acceptatio, ridiculum ſanè eſſet aſſerere id operari poſſe tacitam ratihabitionem ſine reſcripto, quod nec expreſſa, quando reſcriptum adeſſet, ni coram Iudice fieret, operaretur.

Ex quo etiam apparet emancipationem de qua agimus, quando præſente filio fuiſſet celebrata, adhuc ex eo nullam reddi, quod nullum in ea interuenerit Iudicis decretum, quod neceſſariò requiritur *d.l.4. D.de adop.l.1.& fin.C.de emanc.lib. l.1. C.de off. Prætorum §. prætereà inſt. quib.mod. ius poteſt.ſolu.cum concord.* Quod adeò verum eſt, vt nec coram municipali magiſtratu emancipatio facta ſubſiſtat, ni peculiari municipij lege concedatur *d.l.1.* vbi notant DD. *C.de emancip.lib.* & tradit Specul. *lib.4. part.3. num.16.* cuiuſmodi decretum ideò requiri ait Baldus *in d.l. poſt mortem 25. D. de adopt.* quia patria poteſtas cum ſit iuris publici, ſubmoueri non poteſt, niſi publica etiam authoritas intercedat.

29 Et quamvis Corneus *conſil.159.* quod repetit *conſil.258. 3.vol.* Emancipationem rectè coram Notario celebrari potuiſſe ſcripſerit, quod ea ad voluntariam, non contentioſam iuriſdictionem pertineat, prout iudicatum etiam teſtatur Maranta *in ſpecul.part.3.diſtinct.18.num.4.* quod præcipuè obtinere ait in Regno dum in inſtrumentis adhibetur Iudex ſeruata forma Conſtitutionis *inſtrumentorum robur*, & conſuluit Borrellus *conſil.73.* vbi latè. Tamen ſi rem attentius inſpiciamus, non dubium, quin contraria opinio ſit verior, magiſque amplectenda; debere enim emancipationem fieri coram Iudice competenti apertiſſimè ſtatuit Iuſtinianus in *in d.l.fin.C.de emancip. liber.* quem ideò competentem eſſe debere Patris emancipantis, non eius qui emancipatur, decidit Rota *deciſ.178.de Iudic.in nouiſſ.* & Ripa *in cap. docernimus 2. num. 9. extr. de Iudic.* adeò vt ſi coram Iudice incompetenti fieret emancipatio, pro infecta haberetur, vt ait Decius *conſ.15. lib.1. num.2.* Imò nec ſufficere ſi coram extraordinario Iudice fiat, deciſum apud Guid. Pap. *deciſ.632. num.2.* qua ratione nedum emancipationem coram Notario factam non valere, ſed & ipſum Notarium, ac chartularium Iudicem, puniri debere tamquam alienum vſurpantes officium ſcripſerunt Angelus *conſ.94.* & Luc. de Penn. *in l.2. C. de num. lib.12. verſ. ſed quid in quæſtione*, quos refert Carauit. *in Pragm.ad Maced. §.12. num.30.* & quamvis Pariſ. *de ſyndic. lib.1. verſ. quæro de quæſtione facti*, Iudicem, & Notarium excuſari dicat à pœna, concedit tamen emancipationem nullam, cum verba illa coram *competenti Iudice* intelligi debeant in potiori ſignificatu, nec iſti veri dicantur Iudices, dum non poſſunt ius dicere, vt inquit idem Caranita *citato loco*, qui ideò *num.33.* teſtatur ſe ex facto conſultum reſpondiſſe nullam fuiſſe emancipationem, quam Pater coram Notario fecerat, ob idque eam iterum fuiſſe à Patre coram Iudice celebratam; & Aſcanius Clemens *de patr. poteſtate effectu vlt.num.79.* dicit ex hoc habitam fuiſſe nullam in Regno quandam emancipationem quia non interuenerat Iudicis decretum. Vt hinc dubiam reddi conſtet Borrelli traditionem, qui de contraria conſuetudine teſtatur in Regno, quam certè negari non poteſt, quin alleganti incumberet onus probandi, prout probatam in caſu ſuo fuiſſe inquit Corneus *d.conſ.238. vol.3.* quod in Iudicio liquidationis inſtrumenti fieri non poſſe, certo certius eſt.

Nec tandem his omnibus obſtabit, quod vltimo loco, ex aduerſo opponi audiuimus, ceſſare ſcilicet hæc omnia, quæ de emancipationis nullitate ſcripſimus, cum ſemper Dux poſt eam celebratam fuerit ſui iuris habitus, publicéque ſe in omnibus geſſerit, tanquam Patrem familias, quo caſu non tantum eum validè obligari aiunt ad Text. *in l.3. & l.pœn. D.ad ſen. conſ. Maced.* ſed & tacitam quoque exoriri emancipationem, iuxta tradita per D. Reg. Capyc. Latr. *conſult. tom.1. conſult.16.* 30

Etenim facilè hæc omnia reſolui poſſe crediderim, ſi diſtinxerimus beneficia, quæ filiisfamilias à iure fuerunt indulta, in primiſque ius commune à Pragmatica Sanctione diſcernamus; nam ſi ageremus de Macedoniano, quod Iure communi inſpecto, creditorem pecuniæ, ex mutuo agentem reiicit per exceptionem; vtique illud quòd odio fœneratorum inductum fuerit, conſtat non alij obſtare, *niſi qui ſciret, aut ſcire potuiſſet filiumfamilias eſſe eum cui credebat, d.l. Iulianus pœn. D.ad Maced.* quare ſi non vana ſimplicitate, aut iuris ignorantia deceptus, ſed quia publicè ſui iuris eſſe videbatur, cum Patrem familias crediderit, vtique Senatuſconſultum ceſſaret, vt loquitur Vlpian. *in d.l.3. eod.tit.* & conſonant *l.1. & 2. C. eod.* quod ideò ſecus eſſet ſi non odio fœneratorum, ſed filij fauore fuiſſet Senatus Conſultum introductum, vt docuit Bartolus *in d.l.3. num.2.* Quemadmodum ſi ageretur de beneficio *l.quod cum eo*, quod non creditoris odio: ſed ipſius filij miſeratione fuit inuentum, non aliter eo indignus cenſeretur filius, quam ſi vel conueniretur ex delicto, vel ſi cum contraheret, dolosè ſe fuiſſet Patrem familias mentitus, vt ex Marcelli ſententia ſcripſit Vlpianus *in l.4. §.1. D. quod cum eo.* 31

Verum iuxta terminos Regiæ Pragmaticæ res ſit agenda, nedum iuſta creditoris ignorantia, qui cum filiofamil. contrahit, eum non excuſat, ſed etiam ſi dolosè filius ſe Patrem familias aſſerat, etiamſi mendacium iureiurando firmauerit, adhuc ab omni periurij, debitique ſoluendi metu liber euadet *d.Pragm.1. de ſen.conſ.Maced.in fin. & Pragm.63. §.8. de off.Proc.Cæſ.* ex regula quod qui cum alio contrahit, illius conditionis non eſſe debet ignarus *l.qui cum alio 19. D.de reg.iur.* Adeo vt quamvis in eadem Pragmatica excipiatur caſus ſi filius ſeorſim à Patre viueret cum vxore, & familia, & filius contrahens aſſereret ſe in propria domo cum vxore, & familia degere, adhuc eo caſu opus eſſet creditori probare verè filium tunc temporis vixiſſe ſeorſim à Patre, nec ſatis eſſet confeſſio filij, qui ſe talem aſſeruit, vt poſt latè rem diſputatam deciſum fuit in S. C. apud Grammaticum *deciſ.12. num.10. & 29.* quam deciſionem referunt, & ſequuntur Fulvius Pacianus *de probat.tom.2.cap.23.* Peregr. *dec.112. num.20. in fin.* & Conſil. Paſchalis *de virib.patr. pot.part.1. cap.6. num.3.* 32

Igitur vt ad rem noſtram accedamus, ſi ex eo teneri filium ex contractu creditor velit, quod falsò ſe Patrem familias aſſeruerit, id deficit in facto, cum nihil eiuſmodi in inſtrumento legatur; deficit in iure cum ſeruata forma Pragmaticæ, eiuſmodi aſſertio filio nequaquam noceret. 33

Si

Si verò ex eo illum teneri dicat, quod publicè ſe pro Patre familias gerendo, omninò pro patre familias ſit habendus, iuxta ea, quæ ſcribit Dom. Reg. Capyc. Latr. *d. conſult. 16. tom. 1.* & tunc adhuc facilius Reſpõdetur, in liquidationis iudicio in quo extrinſecæ probationes nõ admittũtur rem iuxta præſentem rei ſtatum definiri debere, nec vllam haberi poſſe rationem earum rerum, quæ ex inſtrumento non conſtant: quare cum nihil horum ſit in proceſſu deductum conſtat Ducem non niſi pro filiofamilias eſſe exiſtimandum: nam ſi dubitatur an filius ſit, vel non ſit emancipatus, præſumitur in poteſtate, vt docuit Gloſſa *in l. Titia, ff. ſolut. matrim.* & *in l. ſed etſi de ſua, ff. de acquir. hared.* Quod etſi à nonnullis reuocatur in dubium, quando patrem non conſtaret fuiſſe viuentem, tamen ſi de eius vita conſtaret, indubitata res eſſet, filium in poteſtate præſumi, vt docent Angelus *in dict. l. poſt mortem 25. num. 5. ff. de adopt.* Alexander *in l. ſi emancipati 9. C. de collat. num. 2.* Iaſon *ibid. num....* quos ideò immeritò reprehenſos à Decio, inquit Cagnolus *in dict. l. ſi emancipati, num. 80.* quod latius probant Fulu. Pacianus *dict. lib. 2. de probat. cap. 23.* Reg. Rouit. *dict. pragm. 1. num. 1. ad Macedon.* & Conſil. Paſchal. *de vir. patr. poteſt. dict. cap. 6. num. 7.*

34 In qua tamen re omittendum non erit, non omne temporis ſpatium, in quo filius fuerit ſui iuris habitus, ſat eſſe ad hoc vt patria poteſtate exemptus iudicetur, cum conſtans ſit Doctorum traditio, quod ſi dubium ſit an filius fuerit, vel non fuerit emancipatus, ſat probata videatur emancipatio per curſum decennij, ſi verò conſtet nunquam fuiſſe emancipatum, ſed longo temporis ſpatio libertas prætendatur præſcripta, tunc requiratur curſus viginti annorum, vt notant Baldus *in d. l. poſt mortem, in fin. ff. de adopt. n. 7.* Salycetus *in l. 1. Cod. de patr. poteſt. num. 2.* Iaſon *in l. ſi certis annis 28. num. 12. C. de pactis,* Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 189. num. 81.* & *deciſ. 308. n. 17.* Præſ. de Franch. *deciſ. 10. n. 4.* eſtque communis concluſio.

35 Cuiuſmodi ſpatium annorum viginti, nedum tunc requiri cum is qui ſe ſui iuris effectum dicit, ſolo temporis ſpatio niteretur, ſed etiamſi allegaret ſe emancipatum, cum tamen emancipationem conſtaret non fuiſſe ſolemnem, docuit Salyc. *in d. l. 1. C. de patr. pot.* dum ait, quod ſi conſtat emancipationem non fuiſſe ſollemnem, habetur pro non facta, & requiruntur viginti anni; idem conſuluit Decius *conſ. 13. num. 2. tom. 1.* dicens quod quamvis propter diuturnitatem temporis, emancipatio præſumatur legitimè facta, tamen ſi ex inſpectione inſtrumenti conſtaret eam fuiſſe nullam, vt putà, quia facta coram Iudice incompetenti, tunc nulla habita temporis ratione, pro nulla haberetur, quod in propriis terminis noſtræ Pragmaticæ tradidit etiam Carauita *in Pragm. ad Maced. §. 12. num. 54.* omninò videndus.

Vt proinde ex his omnibus conſtet omninò abſoluendum fore à præſenti iudicio Ducem, cum minus deceat criminali eum actione teneri ex eo contractu, quem ipſe, eo tempore geſſit, quo Patriæ adhuc poteſtatis vinculis tenebatur, nec vllam prætenſæ emancipationis eſſe rationem habendam, quæ à vera iuris ratione dignoſcitur aliena. Itaque cũ nihil ex eo actu potuerit, nec patria poteſtas imminui, nec ius publicum lædi, quis dubitet, quin contra rigidum creditorem à Prudentiſſimo Senatorum ordine ſuccurrendum ſit filio, ſiue beneficium ei à Prætore indultum ſpectemus, quod veterem obligationem reſtringit, ſiue Senatuſconſulti auxilium, quod eam non tantum reſtringit, ſed ope etiam exceptionis elidit, ſiue Pragmaticæ demum diſpoſitionem, quæ omnes filiorum contractus non tam exceptione, quàm ipſo iure reddit inutiles. Id ſanè publica Parentum poteſtas expoſtulat, publicáque legum authoritas exigit. Id iuſta etiam filiorum miſeratio expoſcit, prout ex his quamvis tumultuaria ſcriptione congeſtis, non obſcurè oſtendi potuiſſe credidimus.

DISCEPT. CCCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter concipiatur.*
3 *Citatio erronea ſuper tenore inſtrumenti an faciat contumacem.*
4 *Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter procedat.*
5 *Citatio ſuper tenore inſtrumenti cauſam requirit.*
6 *Comparitio poſt citationem quem defectum purgat.*
7 *Citatio nulliter expedita cenſetur contra ordinem, & decretum S. Conſilij.*
8 *Inhibitio ante citationem ſuper tenore inſtrumenti quid operetur.*
9 *Inhibitionis renuntiatio qualiter procedat.*
10 *Francus* deciſ. 700. *adducitur, & explicatur.*
11 *Pragm. 5.* de fide inſtrument. *qualiter procedat.*
12 *Pragm.* de liquidat. inſtrum. *explicatur.*
13 *Inhibitio quid operetur in præſenti.*
14 *Clauſula inſtitiæ quid operetur in præſenti.*
15 *Obligatio pro quantitate in genere an valeat.*
16 *Inſtrumentum præſentatum ſine proteſtatione qualiter ſupponat acceptationem.*
17 *Inſtrumentum productum quando videatur ad aliud enuntiatum.*
18 *Inſtrumentum filij fauore an poſſit liquidari.*
19 *Inſtrumentum ad hoc, vt poſſet liquidari, qualiter reaſſumi debet.*
20 *Inſtrumentum quando liquidatur per ordinem ad aliud inſtrumentum.*
21 *Inſtrumentum reaſſumi debet in forma publica, & qualiter.*
22 *Emancipatio facta in abſentem, an, & quando valeat.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum ad hoc, vt liquidari poſſit, qualiter ſit reaſſumendum, & nullitates opponendæ contra inſtrumenti liquidationem, quæ ſint; & an emancipatio poſſit fieri in abſentem.

FACTVM,

FACTVM, ET IVS PRO

Illustr. Duce Acheruntiæ.

13. Iunij 1654. fuit dictum agatur ordinariè.

1 NEL *mese del Febraro 1653. è stato citato il Signore Cosimo Pinelli Duca dell'Acerenza* super tenore instrumenti ad instanza *del Signor D. Diego Chiros Maiorica scut. 9518. della sorte presente, & por almi scut. 1028. per le 30.* seu interesse decorso.

All'incontro il detto Signor Duca è comparso Curia pro Tribunali sedente, *con diuerse scritture, dalle quali hà presupposto douersi prouedere,* quod agatur ordinariè, *& hauendo la Vicaria prouisto,* quod remaneat condemnatus *esso Sign. Duca, ne hà detto de nullità, & l'istessa Vicaria hà prouisto,* nullitates non obstare *dell'vno & l'altro decreto, esso Signor Duca haue appellato, hà dato e supplica al Signor Presidente,* etsi è ordinato quod fiat verbum in S. C.

Et douendosi fare detta parola, esso Signor Duca pretende che si debbia prouedere, quod agatur ordinariè *per l'infrascritte raggioni v3.*

2 *Primo per che non vi è citatione* super tenore instrumenti, *la quale* habet vim libelli, *stante che nella citatione se cita il detto Duca dell'Accrenza* respondurus super tenore instrumenti stipulati sub die 20. mensis Martij 1649. *& dopoi* Curia pro Tribunali sedente, *non se produce instromento stipulato in detto giorno ma stipulato nel dì 25. de Marzo 1649.* Igitur deficit citatio, & contumaciæ incusatæ virtute dictæ citationis nulliter expeditæ corruunt, & liquidatio instrumenmenti penitus non potest fieri absque citatione, & cõtumaciis, & dum citatio fungitur vice libelli non posset fieri sententia contra formam ipsius *l. vt fundus 18. ff. commun. diuidund. cum similibus,* dicitur insuper quod contumaciæ fuerunt nulliter incusatæ: nam si fuit citatus Dux respondurus super tenore instrumenti stipulati die 20. Martij, & illa die certissimus erat Dux quod nullum instrumentum fuerat stipulatum inter ipsum, & præfatum D. Didacum non tenebatur comparere, nec contumax reputari, igitur nulliter fuerunt contumaciæ incusatæ.

3 Neque dicatur quod in processu adsunt aliæ citationes per prius expeditæ, in quibus fiebat mentio de instrumento stipulato sub die 25. Martij 1649. & quod ex errore in citatione de qua agitur fuit scriptum, & enuntiatum instrumentum stipulatum die 20. Martij.

Nam respondetur, & dicitur quod hodie non tractatur, nec agitur de aliis citationibus per prius per multos menses ante expeditis ex quo illæ fuerunt circumductæ, & debitor licentiatus, Sed tantum agitur de vltima citatione hoc modo facta & si dicat D. Didacus, quod ex errore hoc processit, debet animaduertere quod non est bona responsio: nam debet esse diligentissimus creditor in expeditione citationis, & si error in ea processit sibi est imputandum & citatio corruit.

4 *Ne anco osta che detta citatione non sia fundata sopra l'instrumento stipulato nel dì 20. di Marzo, mentre se dice,* quod veniat respondurus super tenore publici instrumenti in M.C.V. præsentati, & liquidari petiti, &c. *& che perciò se intenda espedita la citatione* super tenore instrumenti præsentati *il quale è stipolato nel dì 25. di Marzo.*

Perche se risponde che mentre nell'istessa citatione se fà mentione che l'instromento, il quale se vole liquidare è stato stipolato nel dì 20. di Marzo, quando poi nell'istessa citatione se dice veniat respondurus super tenore instrumenti, *se deue intendere dell'istesso instrumento del quale se fè mentione nell'istessa citatione:* nam vna pars citationis declaratur per alteram.

Neque etiam obstat tertia responsio data per 5
partem aduersam scilicet *che nella citatione se dice per hauere detto Duca mancato dal pagamento per dui anni compliti nel dì 25. di Marzo 1651. & cosi virtualmente pare, che se dica l'instromento essere stato stipolato nel dì 25. di Marzo 1649.*

Nam respondetur, & dicitur quod non est bona consequentia citetur Dux ad soluendum quantitatem scut. 9518. *per hauere detto Duca mancato dal pagamento per due anni compliti nel dì 25. di Marzo 1651.* ergo instrumentum est stipulatum sub die 25. Martij 1649. quia vtrumque potest esse, scilicet quod instrumentum fuerit stipulatum die 20. Martij 1649. & quod solutio fuerit promissa in die 25. Martij 1651.

Neque tandem obstat quarta responsio partis 6
aduersæ, scilicet quod dum Dux comparuit, & habuit notitiam citationis purgatur defectus ipsius citationis, ad quod allegat *l. fin. vbi gloss. ff. de feriis.*

Nam respondetur quod aut loquimur de defectu citationis factæ in loco, vbi debitor non potuit habere notitiam citationis, id est intimationis, citationis; & tunc si citatus comparet purgatur vitium intimationis, quia habuit notitiam, prout declaratur *in pragm. 2. de ordin. iudicior.* sed per comparitionem debitoris non purgatur vitium ineptitudinis citationis, in qua dum debitor fuit citatus respondurus super tenore instrumenti stipulati sub die 20. Martij 1649. non poterit procedi ad liquidationem alterius instrumenti stipulati alia die, quia super tenore illius debitor non fuit citatus.

Secundò principaliter dicitur, quòd citatio 7
fuit nulliter, & attentatè expedita contra ordinem, & decretum Collateralis Consilij, seu Domini Regentis Caraccioli delegati ordine Excellentissimi Domini huius Regni Proregis per quod fuit ordinatum, ne procedatur ad liquidationem instrumentorum contra prædictum Ducem, & quamvis per fratres D. Didacus preces porrexisset eidem Excellentissimo Domino Proregi pro reuocatione prædicti ordinis, & fuisset ordinatum M. C. V. quod iustitiam faciat, hæc erat iustitia, vt seruetur ordo datus, & non censetur reuocatus, prout in puncto expresè fuit ordinatum per Regiam Pragmaticam 5. *de fide memorialium.*

Al che non osta quel che la parte dice, che l'inibitoria fu fatta prima della stipulatione, dell'instromento nel quale si conuenne, che detto Duca rinunzaua a qual siuoglia inibitoria espedita, seu espediẽda, & che perciò non hauea obligo de dimandare la reuocatione della detta inhibitoria perche la prouista fatta dal Signor Regente Capecelatro non importaua altro solo che euitare la iurisditione, al che allega la decisione del Presidente de Franch. 700. & dice, che non osta la Pragmatica 5. de fide memorial. per che dice che la detta pragmatica tratta solo quando 8

ſe tratta di reuocatione di decreto interpoſto dal ſig. Vicerè. & Regio Collaterale Conſiglio, & nel caſo noſtro ſe tratta di reuocatione di decreto del ſign. Regente Caracciolo con la clauſola, Iuſtitiæ ſi quis prætendit aliquid in contrarium compareat, *& eſſendo comparſo il ſign. D. Diego, & hauendo ottenuto* quod M. C. V. ſuper expoſitis in memoriali iuſtitiam faciat, *viene eſpreſſamente la deta inibitoria.*

9 *Perche ſe riſponde per detto ſign. Duca, & ſe dice, che mai eſſo Duca haue rinunciato alla detta inibitoria ma haue rinunciato ſolo*, quod poſſit pro dicto debito d. D. Didacus agere ciuiliter, & criminaliter, & quod poſſit variare non obſtante ritu M. C. V. & non obſtantibus quibuſvis moratoriis, *ſalnaguardia*, & aliis dilationibus, &c. *ma non haue mai rinunciato di non poterſe ſeruire d' imibitione fatta da Superiori, la quale in ogni modo deue obedirſe dalli Tribunali, & Giudici inferiori.*

10 *Se dice che la deciſione del Preſid. de Franch. 700. non ſolo non ragiona à fauore della parte, ma à fauore noſtro perche dice che la decretatione*, quod S. C. iuſtitiam faciat nihil ponit in eſſe, & quod non importat aliud niſi id quod Iuris erit, & dum fuit allegatum eſſe factam conſultationem in Regio Collaterali Conſilio fuit dictum quod decidatur in Regio Collaterali Conſilio, non obſtante dicta decretatione quod S. C. iuſtitiam faciat.

11 Et ad id quod pars dicit diſpoſitionem Reg. Pragmaticæ non eſſe caſui noſtro applicabilem, ſub prætextu quod Regia Pragmatica loquitur de reuocatione ordinis Domini Proregis ac Regij Collateralis Conſilij, non autem de decretis vnius ex Regentibus.

12 Reſpondeo pro parte Domini Ducis, quod dicta Regia Pragmatica loquitur generaliter, & abſque vlla diſtinctione his verbis. *Que quando ſe remiten los memoriales decretados que la Vicaria de juſticia prouca, no ſe reuocan las ordenes dadas, ſino que antes ſe manda que ſe guarden y ſe executen.* Et Reg. Rouit. *ſuper dicta Regia Pragmat. num.* 1. & 2. probat diſpoſitionem dictæ Regiæ Pragmaticæ eſſe conformem diſpoſitioni Iuris communis, & idem habere locum etiam in prouiſionibus, & decretationibus Regij Collateralis Conſilij, etiam quòd in ſupplicatione porrecta petatur reuocatio ordinis, niſi in decretatione expreſsè dicatur non obſtante ordine expedita, &c.

13 Inſuper dicitur, quod dato & non conceſſo, quod prætendere poſſet D. Didacus non habere opus reuocatione dictarum literarum inhibitorialium (quod expreſsè negatur) tamen dum petiit reuocationem, & fuit prouiſum M. C. V. iuſtitiam faciat, dum per dictam Regiam Pragmaticam diſponitur quod cenſetur ordinatum quod obſeruetur, obſtat omninò parti aduerſæ dicta Regia Pragmatica, & obſtat decretum inhibitionis.

14 Neque tandem dicatur quod in decreto Domini Regentis Caraccioli adeſt clauſula Iuſtitiæ, & per comparationem D. Didaci cenſeri reuocatum, *per che non vi fu mai nel decreto del ſign. Regente Caracciolo clauſula di giuſtitia, ma ſe inibi alla Vicaria che non procedeſſe à liquidatione d'inſtromenti, & ſtante la delegatione in perſona del detto ſign. Regente Caracciolo, le parti comparino auanti di eſſo Delegato.*

15 *A riſpetto della nullità propoſta, che nell' inſtromento ſe obliga il Duca in le quantità contenute in diuerſi inſtromenti, & quelli non ſe producono, & perciò non è obligato eſſo ſignor Duca perche coſi ſe diſpone in la Auth.* ſi quis in aliquo docum. C. de edend.

16 *Non oſta quello che riſponde d. D. Diego Mayorga che mentre il detto inſtromento lo preſenta l'iſteſſo Duca Curia pro Tribunali ſedente, ſenza proteſta, & che percio s' intende accettare tutto quello, che ſe contiene in eſſo.*

Perche ſe riſponde, & dice che è tutto il contrario, perche ſe preſenta con proteſta animo impugnandi, & che l'inſtromento è nullo, & inualido.

17 *Ne oſta che dica la parte che dalle ſcritture preſentate per l'iſteſſo Duca appare che vi ſiano prodotti li crediti enunciati in detto inſtromento per che è tutto il contrario, mentre non è ſtata prodotta nulla ſentenza del ſuo pretenſo credito, tanto di più che nell' inſtromento il Duca non afferi, ne confeſsò coſa alcuna, ma tutte l'aſſertiue le fece detto ſign. D. Diego.*

18 *Si dice anco per eſſo ſign. Duca nella ſecunda nullita, che detto inſtromento non può liquidarſe, mentre il contratto fu fatto nel meſe di Marzo 1649. à tempo era viuente il Padre del Duca moderno, & eſſendo figlio famiglia l'obligo è nullo*, quia contra expreſſam diſpoſitionem Pragmaticæ vnicæ de Senat. Conſult. Maced.

19 *Ne oſta la fede d'inſtromento preſentata per detto ſign. D. Diego nella quale appare, che eſſo ſign. Duca moderno foſſe ſtato emancipato dal padre in anno 1642. per che ſi dice che detta fede d'inſtromento non noce* ex infraſcriptis.

Primò quia dum inſtrumentum de quo agitur obligationis factæ per modernum Ducem vti filium familias non poterat liquidari abſque inſtrumento emancipationis dictum inſtrumentum emancipationis non ſolum debebat præſentari Curia pro Tribunali ſedente, ſed debebat reaſſumi in forma probante cum illis ſolemnitatibus requiſitis per conſtitutiones Regni Baiulos, & omnes, & inſtrumentorum robur, dum prædictum inſtrumentum per quod liquidatur aliud, prout diſponitur in ritu 167. debet eſſe æquè liquidum, prout per dictum ritum probat Præſ. de Franch. *deciſ. 166. num. 2. in fine*, ſi debet eſſe æquè liquidum, ergo dum inſtrumentum, de cuius liquidatione agitur, non dicitur liquidum, niſi ſit reaſſumptum in charta pergamena, & cum illis ſolemnitatibus requiſitis in dictis Regni conſtitutionibus inſtrumentorum robur, & Baiulos, & omnes, ergo non poteſt inſtrumentum de quo agitur liquidari.

Io. Vinc. de Anna *ſingul.* 257. dicit quod inſtrumentum per quod liquidatur aliud inſtrumentum debet eſſe authenticum ſicut aliud, quæ dictio ſicut repetit cum omnibus qualitatibus, probat Barboſ. Epiſcop. Vgentinus *tractatus vari de dictionib. vſufrequentib. dict.* 366. Si igitur inſtrumentum de cuius liquidatione agitur, non dicitur authenticum ad finem liquidandi, niſi ſit reaſſumptum prout ſuprà dixi: ergo eodem modo debet eſſe inſtrumentum per quod liquidatur.

20 Carauita *ſuper d. ritu* 167. *num.* 29. dicit hæc verba vnum tamen aduerte in practica, quod quotieſcumque inſtrumentum debiti non eſt liquidum de per ſe, ſed liquidatur per aliud, quando citatur debitor ſuper tenore ipſius dici debet in citatione quod veniat reſponſurus ſuper tenore inſtrumenti non liquidi, liquidati tamen per aliud inſtrumentum ad finem, vt citatus veniat inſtructus, & certus, & adde quod tale inſtrumentum quod inducitur ad liquidandum aliud, quod eſt illiquidum, debet eſſe ſumptum in for-

ma

ma probante, & si non est sumptum in forma probante, sufficit quod sit alia scriptura publica, dummodo de ea fiat mentio in citatione.

21 Ex quibus apparet quod debebat reassumi in formam publicam, neque obstant illa vltima verba sufficit quod sit alia scriptura publica, quia illa verba intelliguntur quando liquidatur per aliam scripturam publicam, quando non est instrumentum scilicet per fidem Parœci facientis fidem de matrimonio per confessionem debitoris in iudicio factam de matrimonio per fidem præambuli, de quibus facit mentionem Præs. de Franch. *decis.* 306. quia tunc, quia ille scripturæ non reassumuntur prout instrumenta, tunc per illas scripturas publicas potest liquidari instrumentum, & sic intelliguntur illa verba Præsidis de Franch. *in d.decis.* 366. *num.* 9. *in fin.* & *in d. decis.* 420. *n.* 4. quod poterit liquidari per quodlibet genus probationis.

Dominus Præs. de Franch. *d.decis.* 420. *num.* 3. dicit quod citatio est facienda super vtroque instrumento, ergo eodem modo debet esse reassumptum.

Item dicitur quod debebat de prædicto instrumento emancipationis fieri mentio in citatione, prout probant Carauita *super dicto ritu* 167. *d. num.* 29.

Præs. de Franch. *d.decis.* 420. *d.num.* 3.

Et dum non est facta mentio in citatione non poterit instrumentum liquidari, quia defecit in forma à Iure disposita.

22 Insuper dicitur quod dicta emancipatio fuit facta absente ipso moderno Duce filio, igitur nulla *l. iubemus S. C. de emancipat. liberor.*

Per quem Text. probat ibidem Bald. quod ad hoc vt possit emancipari filius absens, requiritur rescriptum Principis, & consensus filij.

Et respectu septimæ nullitatis, dicitur quod dum D. Didaco pro dicto eius prætenso credito fuerint facta diuersa assignamenta cum decretis, quod ipsi correspondeant, eumque recognoscant in Dominum, & Patronum, ipse acquisiuit dominium prout probant.

Io. Vinc. de Anna *allegat.* 104. *num.* 2.

Reg. Sanfelic. *decis.* 213. *num.* 3. qui probant verbum adiudicare, & verbum assignare important dominij translationem igitur pro quantitate ipsi D. Didaco satisfacta dum non remittit creditor obligatio remittit nulla, quia sine causa *l.* 2. §. *circa ff. de dol. mal. & met. except.* etiam proinde liquidatio instrumenti non procedit.

SVMMARIVM.

1 *Facti species enucleatur.*
2 *Emancipatio absentis valet posita ratificatione.*
3 *Emancipatio tacita valet.*
4 *Filiusfamilias momento temporis sufficit quòd sit emancipatus.*
5 *Decisio in causa status.*

DE EADEM RE.

1 *IL lungo discorso, e Scritto della Parte sopra l'emancipatione del Duca di Acerenza non può adombrare la giustitia della causa, poiche l'inualidità pretesa di detta emancipatione non camina, e quando caminasse non obsta.*

Primieramente non camina l'Inualidità, perche fusse fatta absente il Duca figlio, mentre attendendosi l'vltima Constitutione dell'Imperatore Giustiniano nella l. fi. C. de emancipatione liberorum. *Egli concede libera facultà di potersi fare l'emancipatione alternatiuamente, ò secondo la precedente Constitutione di Anastasio, che richiede il rescripto del Principe nell'emancipatione dell'Absenti, ouero secondo la sua Constitutione, che è libera, e basta farsi auanti qualsiuoglia Magistrato, ò doue per consuetudine, & como si soglia fare, & osseruare per detta consuetudine, e così rimette ogni sollennità in detta Constitutione, nè distingue trà absenti, ò presenti, e nel Regno s'ammetteno l'emancipationi fatte per Notare, stante anco il Giudice à Contratto, che interuiene in questo caso in luogo di Magistrato*; Maranta in specul. 4. parte distinct. 18. num. 4. & Paschal. de viríb. Patr. potest. part. 1. cap. 6. num. 120. *& è bastante ancora, mentre è stipulata per il Notare, che si hauesse hauuta per rata dal medesimo Duca figlio, como funda* Curtio Seniore in cons. 4. & seq. Vrsill. ad Affl. decis. 183. num. 9. & 10. Cassanus in Consuet. Burgund. Desinfans. rubr. 6. §. 3. num. 7. Paschal. de viribus Patr. potest. part. 1. cap. 6 num. 129.

Oltre, ch'il detto Duca Ratum habuit l'Atto 2
dell'emancipatione fatta se absente, mentre non solamente negotiò con diuerse persone, ma tre anni in circa dopò la detta emancipatione, s'obligò insolidum con suo Padre al detto Don Diego, como appare nell'Instrumento stipulato nelli sei d'Ottobre 1645. nel qual instrumento detto Duca s'asserisce d'esser stato emancipato sotto li 30. di Decembre 1642. in modo, che Ratum habuit, & Rectificauit Actum emancipationis.

Di più, mentre detto Duca hà sempre contrattato como emancipato, restano validi li contratti con la distintione, che quando agitur cum Patre, & in pergiuditio del Padre, si ricerca il corso di dieci anni, Bart. & Bald. in l. 2. C. si aduers. rem iudicatam, num. 5. Mascard. de probat. conclus. 597. num. 4. 5. & 6. per Text. in l. post mortem, ff. de adoptionibus, *però quando si tratta solamente con il figlio. Per li contrahenti con esso non si ricerca decorso alcuno di tempo, ma basta solo, che sia nella quasi Possessione dell'emancipatione, ancorche inualida, per l'atti frequenti di contrahere como à sui iuris,* Vrsill. d. decis. 183. num. 8. Carauit. in pragm. de S. C. Macedon. §. 12. num. 24. Præs. de Franch. notabiliter in decis. 10. num. 4. latè Stephan. Grat. discept. forens. tit. 5. c. 820. num. 2. 3. 4. & 5. Reg. Capyc. Latro, consult. 16. num. 13. qui alios allegat lib. 1. 3

Imò attenta dicta Pragmatica sufficeret, vt 4
momento filius familias viuat seorsum à Patre, Vrsill. *ad decis.* Affl. 308. *num.* 18. quod in casu nostro non desideratur, dum est certum, quod non solum viuebat seorsum à Patre, sed Pater erat Religiosus Theatinus, vt patet in instrumento de cuius liquidatione agitur.

E finalmente stantino più decisioni del Sacro 5
Conseglio, per le quali è stato dichiarato detto Duca emancipato per la conualidatione d'altri contratti, & signanter Iunctis Aulis nella liquidatione contro detto Duca dal Real Monastero di Santo Martino, dette Decisioni, e Decreti como sono proceduti in causa Status, fanno Ius quoad omnes, l. sæpe, ff. de re iudicata, & communiter DD. &c.

DISCEPTAT. CCCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Nullitates reſoluuntur, & prima.*
2 *Inſtrumentum non debet alia aſſerere.*
3 *Liquidationis acta qualia.*
4 *Credita opponere qualiter debeant.*
5 *Pragmatica ad S. C. Maced. explicatur.*
6 *Emancipatio in abſentem an valeat.*
7 *Citatio ſuper tenore inſtrumenti an debeat continere emancipationem.*
8 *Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter facienda.*
9 *Citatio ſupponit inſtrumentum ſtipulatum.*
10 *Inhibitio ante citationẽ quem effectum operatur.*
11 Pragm. 3. de fide inſtrum. *explicatur.*
12 *Emancipationis inſtrumentum an ſit reaſſumendum.*
13 *Liquidatio an impediatur ex inſtrumento procuratoris.*
14 *Inſtrumentum pro faciliori exactione quid operetur.*
15 *Inſtrumentum quod non habuit effectum quid operetur.*
16 *Notarius reaſſumens inſtrumentum quis eſſe debeat.*
17 *Inſtrumenti liquidatio non procedit abſque periurio.*
18 *Inſtrumentum ſtipulatur in die feſtiua cum licentia Vicary.*
19 *Sequeſtro pendente an poſſit liquidari inſtrumentum.*
20 *Memoriale pro reaſſumptione in formam libelli quid operetur.*

FACTI, ET IVRIS NOTA PRO

D. Didaco de Chiros, y Mayorga.

1 ALLA prima Nullità, che conſiſte : *Quia contra caſum legis, ſiue authenticè Si quis in aliquo documento, C. de edend.* cioè, che l'inſtromento liquidato per eſſer relatiuo all'altri contratti,& Inſtromenti precedenti, Si doueuano tutti li detti Inſtromenti produrre.

Si riſponde, che detta diſpoſitione di legge caminarebbe, quando nel detto vltimo Inſtrumento ci fuſſe ſtato fatto ſolamente l'obligo relatiuo all'altri contratti,Il che non è,perche l'obligo in detto vltimo Inſtromento è fatto diſpoſitiuamente, & affirmatiuamente con le quantità certe, e determinate per cauſa di tranſattione ſeguita, e però ſi deue attendere detto vltimo Inſtromento ſenza altra eſibitione, ò produttione delli precedenti ; Così limitano detto teſto communemente li Dottori, e pienamente lo tratta Cancer. *variar. reſol. tom. cap.* Però quando la parte difficulta l'Inſtromenti, e crediti precedenti, e deſidera l'eſibitione di quelli, non vede come l'haue eſſa medeſima prodotti, e preſentati Cur. pro Trib. ſedente ; poiche in dette ſcritture preſentate hà prodotto trè volte l'Inſtromento, ch'è ſtato liquidato, vt *fol.* 62. *&* *fol.* 123. *&* *fol.* 135. *à ter. vſque ad fol.* 168. Come dunque può inficiare queſto Inſtromento liquidato, ſe la regola è, che præſentans,& producens ſcripturam non poteſt eam impugnare, & videtur fateri omnia contenta in ea, Doctores *in lege prima, §. editiones, ff. de edend.* Boërius *deciſ.* 120. *num.* 2. tanto più che ſtà fatta detta preſentata, e produttione ſenza neſſuna riſerba.

E finalmente ſe volemo giuſtificare 2
tutti li crediti di eſſo Signor D. Diego riferiti in detto Inſtromento con li contratti, e ſcritture precedenti, tutto ſtà giuſtificato dall'iſteſſa parte. Primieramente eſſa hà prodotto in actis la partita di banco de ducati 4000. accomodati al detto Duca, e Duca Padre,quali duc.4000. peruennero in potere ſolamente del Duca figlio con la procura ampliſſima, che teneua del Duca ſuo Padre, per li quali duc.4000.eſſo Signor D.Diego, & al pagamento di eſſi vna con l'intereſſi conuenuti, haueua fatta inſtanza in Vicaria condennarſi detti Padre, e figlio. La detta partita di Banco vna con li ſopradetti atti di Vicaria ſono prodotte della medeſima parte *fol.* 41. *&* 42. 50. *&* *fol.* 174. *&* 175. per altri duc. 1300. di poliſe douute dall'iſteſſo Duca figlio, per li quali ſe l'erano ſpedite lettere eſecutoriali dalla Vicaria, eſſo medeſimo Duca figlio accetta il debito, e fà inſtanza, che il ſequeſtro della Vicaria reſti ſolo per dette quantità, e così ne ſegue decreto. Queſte ſcritture l'hà præſentate il detto Duca Curia pro Tribunali ſedente *fol.* 47. *à ter. &* 48.

Di più l'iſteſſo Duca Cur. pro Trib. 3
ſedente nelli proceſſi preſentati, preſentò con eſſi l'Inſtromento di Marzo 1645. e d'Ottobre 1645. doue ſtà fundata tutta la maggior parte delli crediti riferiti, e tranſatti in detto vltimo Inſtromento liquidato, e detti

Inſtro

Instromenti si lessero più volte in Vicaria, conforme il Sig. Giudice Commissario della causa potrà testificare. Mà d'auantaggio sono restate nell'atti della liquidatione l'altre scritture presentate Curia pro Trib. dall'istesso Duca, il quale viene a giustificare detto Instromento, e crediti con hauer presentata la comparsa fatta dal detto D. Diego per l'Assignamento del capitale de duc. 5004. con le terze dall'anno 1645. à raggione di dieci per cento in pra l'effetti delli Signori Principe di Noya, e del Duca di Montelione, mediante decreto della detta G. C. D. V. essendo Giudice il Signor D. Tomase Carauita nell'anno 1647. doue si dice, viso Instromento crediti prædicti, vt *fol.* 113. *& à ter.* & 114. *&* 116. *& à ter.* 117.

4 Come dunque hoggi vuol di e, che non apparono li crediti? se la parte medesima li produce, e confessa con dette scritture presentate.

5 Alla seconda nullità, che consiste: *Quia contra expressam dispositionem Regiæ Pragmaticæ vnicæ, de Senat. Consult. Maced. & contra Ritum* 167. presupponendo che il Signor Duca sia figlio di fameglia.

Si risponde, che certa cosa è l'esser stato emancipato dall'anno 1642. como per l'Instromento dell'emancipatione presentato Curia pro Tribunali *fol.* 21. nè si può difficultare di detta emancipatione, hauendo detto Duca sempre contrattato come tale con esso D. Diego, come per l'Instromenti d'Ottobre 1645. prodotti dall'istessa parte nelli processi presentati Curia pro Tribunali che furono letti più volte in Vicaria, mentre detti processi stettero in potere del Signor Commissario della causa, e detto Signor Duca hà contrattato con il Monasterio di S. Martino, e con molti altri sempre dà Padre di fameglia, & emancipato, Il che è stato discusso, e deciso contro detto Duca tanto in Vicaria, quanto nel S.C. in modo, che non si deue più dubitare.

6 Nè osta quel che dice la parte, cioè, che l'emancipatione sia stata fatta absente filio, mentre il detto figlio dopò trè anni della detta emancipatione, e propriamente nelli sei d'Ottobre 1645. ratum habendo l'Instromento, & atto della detta emancipatione s'obligò à beneficio del detto D. Diego mediante dui Instromenti in duc. semilia trecento trenta-quattro, tt. 1. 10. cioè vno de duc. 5004. 1. 10. & vn'altro de duc. 1330. Et in detti dui Instromenti s'asserì emancipato dalla patria potestà in virtù d'emancipatione stipulata per mano di Notare Carlo Gratiano sotto li 30. di Decembre 1642.

Nè osta, che nella citatione non si 7
sia fatta mentione di detta emancipatione, poiche le dottrine, che la parte figura à suo beneficio nel douernosi spedire le citationi con la mentione di tutti l'Instromenti, che si presentano, s'intendono quando quell'Instromenti, e scritture hanno da fondare il credito, ò là qualità di chi vuol liquidare, v 3. sè fuisse herede, ò cessionario, & similia, che il debitore citato può hauer giusta causa d'ignorare, e perciò deue esser certificato di dette cose nella citatione, però quando è circonstanza, ò qualità, che resiede nella persona del detto debitore, e lui medesimo la sà, ò la deue sapere, non vi è obligo di farne mentione nella citatione, mà basta, che vi sia detta qualità, e circõstanza, con la quale s'habbia possuto obligare, e che consti al Giudice per poterlo condennare, como è nel caso nostro, per esserssi già presentata la detta emancipatione.

Nè osta, che detta emancipatione 8
si doueisse presentare in forma probante, come dice *Carauit.* perche il contrario dice esser stato deciso, e pratticarsi il Presidente de Franchis nella *decis.* 366. & 420. atteso sufficit quodlibet genus probationis pro coadiuuare la liquidatione dell'instrumento principale, e così in dies si prattica nella Vicaria, doue solamente l'instromento principale si produce reassunto in forma probante, e l'altre scritture necessarie in carta bambacingna.

Ne osta finalmente quello, che la parte asserisce, che detto instrumento proceda da altre obligationi fatte per detto Duca prima d'essere emancipato, e che però sia nullo, attendendosi l'initio del contratto, per la Dottrina di Scipione Rouito nella *pragm. 1. de Senat. Conf. Maced* perche si risponde, che oltre questa Dottrina non esser stata riceuuta, come funda largamente il *Consil. Paschal.* nel tratt. de patr. potest. primo cap. numero... & il Reg. Merlino nella contr. num ... si dice di più, che nel caso nostro non ci è tale fatto, mentre la summa delli crediti

tranſatti, per la qual quantità s'è obligato detto Duca in detto vltimo inſtrumento liquidato, dipende tutta da obligo del medeſimo Duca, per inſtrumenti, poliſe, eſecutorij, & altre ſcritture dopò l'emancipatione del detto anno 1642.

Alla terza Nullità, che conſiſte. *Quia in citatione ſuper tenore inſtrumenti dicitur, quod citatio fit virtute, & ſuper tenore inſtrumenti ſtipulati, ſub die 20. Martij 1649. & inſtrumentum ſtipulatum prædicta die nunquam fuit præſentatum, ſed inſtrumentum præſentatum legitur ſtipulatum alia die, & proinde non poterat liquidari, & ſic contra caſum legis expreſſum in l. vt fundus 18. ff. de comm. diuid. cum ſimilibus.*

Si riſponde primo, che detta denunciatiua nel memoriale porreto a S.E. fù ſotto la data delli venticinque, come in effetto è nell'inſtrumento, nè importa, che il Scriuano in detta citatione habbia traſcritto con la data delli 20. perche dalla Copia authentica prodotta Curia pro Tribunali, vt *fol.* 30. appare con la data delli venticinque, anzi l'iſteſſa parte Curia pro Tribunali produce l'iſteſſo memoriale con l'iſteſſa data delli 25. *vt fol.* 51. 52. & 53. ſichè quatenùs fuſſe defetto, viene ſanato dall'iſteſſa parte con ſcritture da lei preſentate, aduertendoſi, che il detto memoriale originale dato à S. E. ſi conſerua penes l'Attuario delle contumacie, acciò poſſa giuſtificare como, e perche hà proceduto all'accuſa delle contumacie, & all'interlocutoria, non oſtante l'inhibitione, che teneua detto Attuario.

8 Secondo detta citatione non ſtà fundata ſopra l'inſtrumento delli 20. di Marzo, mentre nella diſpoſitiua, dice. *Reſponſurus ſuper tenore publici inſtrumenti in M.C.V. præſentatis, &c.* e così la citatione è ſpedita ſopra l'inſtromento preſentato, che è nelli 25. *vt fol.* 2. *à terg.* ch'è quello, che s'attende, e non la denunciatiua, che fuſſe ſtata per errore della giornata.

9 Terzo nella medeſima diſpoſitiua della citatione, ſi dice per hauer detto Duca mancato dal pagamẽto, per dui anni compliti nelli venticinque di Marzo 1651. e così virtualmente dice detto inſtrumento eſſer ſtipulato nelli 25. di Marzo 1649. *fol.* 2. *à terg.*

Quarto, eſſendo detto Duca comparſo a riſpondere aduerſo detto inſtrumento preſentato, della cui liquidatione ſi tratta, & eſſendo detto inſtrumento delli 25. di Marzo, non ſi può allegare nullità di citatione, hauendoſi difeſo contro detto inſtrumento, e così è purgato il difetto della citatione *l. fin. vbi gloſ. ff. de feriis.*

Alla quarta nullità, che conſiſte: 10 *Ex quo in prædicta citatione fit mentio ordinis facti M. C. V. ne procedat ad liquidationem inſtrumenti, petitur reuocatio fuit prouiſum M. C. iuſtitiam faciat, prout aſſeritur in citatione, & ſic ex iuris diſpoſitione cenſetur confirmatus, & non reuocatus ordo, per prius datus, prout expreſsè diſponitur, per Regiam Pragm. 5. de fide memorialium, & proinde prædictum Decretum M. C. eſt contra diſpoſitionem dictæ Regiæ Pragmaticæ.*

Si riſponde, che l'inhibitoria, eſſendo ſtata fatta prima dell'inſtrumento ſtipulato con eſſo Sig. D. Diego, nel quale eſpreſſamente, e con giuramento detto Duca haue renunziato à detta inhibitoria ſpedita, & eſpedienda, & ad ogni altro Decreto, e Saluaguardia, che haueſſe poſſuto impedire la detta liquidatione, e così la detta inhibitoria, ſtante la detta renunza de ragioni non oſtaua, ma per l'oſſeruanza, che vsa la G. C. D. V. in ſimili caſi di non procedere ſenza, che li venghi rimeſſo dal Giudice, e Tribunale ſuperiore, che haue fatta l'inhibitione; accudì il detto D. Diego con memoriale in Collaterale, eſponendo detta ragione, con la quale detta Saluaguardia, & inhibitoria non poſſeuano hauer luoco nel caſo ſuo, & il Collaterale lo rimeſe al Sign. Regente Capecelatro Delegato ſucceſſore, il quale fè decreto, *quod M. C. ſuper expoſitis iuſtitiam faciat*, il che non fù altro, che eccitamento di giuriſditione di detta G. C. e quello, che hauria poſſuto eſpreſſamente determinare detto Delegato con prouedere, che non haueua luogo la detta inhibitoria, ſtante la detta renunzia, lo rimeſe, che lo riconoſceſſe, e faceſſe dette G. C. in ſuo nome, come in punto approua il *Preſidente de Franchis nella deciſion.* 700.

Nè oſta la *pragm. de fide memor.* per- 11 che non fà al caſo noſtro, poiche quella diſpone quando dal Vicerè, e ſuo Collaterale è ſtato fatto vn Decreto, ſe dopò ſimpliciter prouede: iuſtitiam faciat, non s'intende reuocato il detto Decreto fatto dal Sign. Vicerè, e ſuo Collaterale, ma nel caſo noſtro non è così, perche non ci è decreto fatto da S. E. e ſuo Collaterale, ma ſolo vna ſuſpenſione, & impedimento alle liquidationi faciende in genere, *& ad tempus,*

pus, oltreche detto decreto inhibitoriale stà interposto con la clausula, *iustitiæ, sed si quis aliquid prætendit in contrarium compareat*, *fol.*55. *& à terg.* presentata dalla Parte, in modo, che è vn semplice mandato iustificato, e perciò essendo comparso detto D. Diego da S. E. e Delegato successore, & hauendo ottenuto, *quod M. C. super expositis in supradicto memoriali iustitiam faciat*, viene espressamente reuocata la detta inhibitione, e mandato di non procedersi alla liquidatione.

12 Alla quinta Nullità, che è l'istessa della seconda *super Senat. Conf. Maced. & super instrumento emancipationis non reassumpto seruata forma Constitutionum Regni, instrumentorum robur, & Buajlos, nec fuit facta mentio in citatione.*

Si risponde dell'istesso tenore, che s'è risposto alla detta seconda nullità.

13 Alla sesta nullità, che consiste. *Quia ipse comparens interuenit vti Procurator eius Patris, & etiam vti fideiussor eius Patris, & dum de mandato non constat, non potuit se obligare in eo, in quo eius principalis non apparet obligatus, neque durius, prout disponitur in l.* 2. *incipiente receptitia, Cod. de Constit. pecun. & in l. si à reo* 71. *ff. de fideiussor. & in §. sub diuersis in eadem leg. si à reo, & l. Græcè* 9. *§ illud ff. de fideiussor.*

Si risponde, che detta procura bastantemente appare, conforme si dice in detto instromento liquidato, il quale la parte l'haue approuato come s'è detto di sopra, di più detta procura appare dalle medesime partite di Banco presentate dalla parte *fol.*41. *&* 42. *fol.*174. *&* 175. e quando non vi fusse stata detta procura; hauendolo detto Duca falsamente asserito, pure saria tenuto de proprio, tantopiù, che non s'è obligato come pleggio, secondo dice la parte, ma s'è obligato come principale, *& in solidum*, atteso come principale, *& in solidum* staua anco nelli precedenti contratti, e scritture obligato, e così temerariamente la parte li dà nome di pleggio, e per tanto non cicade nessuna eccettione di pleggio, ne di cessione di ragione, perche *debitori non fit cessio*, e quello che dice, che non si poteua obligare più strettamente, è falso, *cum reuerentia*, perche *efficacius, & strictius potest se obligare etiam fideiussor, l. si pupillus, in fine, ff. de verb. oblig.* Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *quæst.*15. *num. fin.* & quando adest iuramentum potest etiam se obligare in plus DD. relati per Card. Tusch. *pract. conclus. l. final. concl. & num.*

Però cessa ogni difficoltà, perche il Padre era debitore, e staua validamente obligato, come per detto instromento, e scritture, doue la detta procura ci era, & è, come s'è detto di sopra, & il detto Duca figlio staua obligato come principale per prima, e così s'obligò nel detto instromento liquidato.

Alla settima nullità, che consiste: *Quia dum prædicto D. Didaco fuerunt facta assignamenta aliquorum effectuum, pro prædicto eius prætenso credito, non remansit amplius creditor, prout disponitur institutionibus quibus modis tollitur obligatio in principio.* 14

Si risponde che l'assignamento fatto dalla Vicaria fù in virtù dell'instromento d'Ottobre 1645. doue si dice *pro faciliori exactione* con la potestà di poter sempre variare, e liquidare l'instrumento, come per comparsa *fol.*113. *& à terg.* & il Decreto si fè *seruata forma instrumenti prædicti, vt fol.*114. quale assignamento si vede non hauere hauuto neanco effetto, *vt fol.*116. *& à terg.*117. nondimeno, come che detto instrumento, e Decreti furono prima dell'vltimo instrumento liquidato, si vede come per detto nuouo, & vltimo instrumento, restano tutti li precedenti espressamente riuocati, e deroccati, e così non si possono portare detti Decreti instrumenti, & atti fatti prima del detto instrumento liquidato. In quanto poi al decreto, per il medesimo assignamento interposto per il Consigliero Signor Marciano in virtù dell'vltimo instrumento; si dice, che detta interpositione di Decreto fatto dal detto Signor Marciano nell'anno 1651. fù del medesimo modo, e con le medesime proteste, *vt fol.*118. *fol.*127. *à terg.* & il detto Decreto dice seruata forma instromenti, *vt fol.*169. *à tergo, &* 170 & in d. Instrumento si vede vn semplice assignamento anzi vna procura per l'annue entrate, *pro faciliori consecutione*, e che non debbia impedir la liquidatione come espressamente stà pattuito nel detto instrumẽto con lunghissime, & ampliſſime proteste, anzi nel Decreto del detto Signor Marciano si vinculorno li capitali, oltreche detto assignamento pretenso dalla parte, per assignamento, non essendo altro, che vna procura *pro faciliori consecutione*, li fù impedito al detto Don Diego dalli fratelli del detto Duca, per le loro portioni materne, *vt fol.*119. *& à terg.* e fù bisogno litigare, come appare *folio* 109. *à terg. &* 131. 15

All'ottaua Nullità, che consiste: *Ex quo per Bullam insertam in pragm.* 1. *de cẽnsibus est ordinatum, vt annuus reditus non excedat decem pro centenario, & dum in instrumento,*

ſtrumento, de cuius liquidatione agitur, annuus redditus, ſiue interuſurium promiſſum excedit decem pro centenario, contractus eſt nullus, & improbatus per dictam Reg. pragm. 1. de cenſibus: preſupponendo, che detto inſtrumento contenghi intereſſe eſorbitante, perche oltre l'otto, e mezzo per cento, che hà ſtipulato detto D. Diego à ſuo beneficio, ſi fù pattuito, che l'intereſſe del pegno della Catena de Diamanti di eſſo Signor Duca impegnata nel Banco della Santiſſima Annunziata del detto D. Diego, reſti detto intereſſe à peſo del detto Duca.

Si riſponde, che la Catena di Diamanti fù impegnata dal detto D. Diego in nome, e parte del detto Duca a beneficio del quale entrò il denaro del detto pegno, & il detto D. Diego non ci hebbe altro, che il nudo nome d'interceſſore, e però con ragione fù pattuito, che detto Duca ne cauaſſe indenne, & illeſo al detto D. Diego, conforme ſi dice in detto inſtrumento liquidato, riferendoſi alli contratti precedenti, nelli quali ſi era fatta ampla Quietanza ſopra qualſiuoglia materia de pegni, e ſpecialmente nell'inſtrumento di Marzo 1645. che la parte preſentò con li proceſſi, ſi vi leſſe più volte in Vicaria la verità di queſto fatto, che inuiolabilmente reſtò chiarito; ad ogni modo per inſtruttione ſi produce il detto inſtrumento originale di Marzo 1645. doue ſi chiariſce tutto il ſopradetto.

16 Alla nona nullità, che conſiſte: *Quia de iure Regni, per Conſtitutionem inſtrumentorum robur, & Conſtitutionem Baiulos, & omnes eſt diſpoſitum, quod idem Notarius reaſſumat inſtrumenta, & ſic per Dominum huius Regni Proregem in reaſſumptione inſtrumenti, de quo agitur fuit ordinatum, & dum fuit reaſſumptum per alium, non autem per illum Notarium, qui fuit de eo rogatus, inſtrumentum eſt nullum.*

Si riſponde, che hauendo hauuto il Notaro licenza di reaſſumere l'inſtrumento in forma di libretto, & hauendo lui medeſimo facoltà di far reaſſumere l'inſtrumenti, per mano d'altri, viene ad hauer due poteſtà inſieme, e per quella tocante al poter far reaſſumere l'inſtrumenti, per mano d'altri, facendone fin come n'hà fatta fede l'iſteſſo Notaro, ſe li crede, e l'inſtrumento è valido per eſſer perſona publica, conforme dice Franc. Ant. *de iudic. de Robert. de liquid. inſtrum. conſid. 1. num. 12.* Galter. *in eodem tract. in verſ. vlt. for. ſumpt. num. 22.* vbi ita ſeruari dixit, oltre, che *de iure communi* è licito al Notaro impedito per la moltitudine de negotij far reſcriuere l'inſtrumenti per altri Alex. *conſil. 50. lib. 5. num. 3.* però queſt'articolo più volte è ſtato deciſo, *pro validitate inſtrumenti in articulo liquidationis* nella G. C. D. V. e S. C. & ſignanter nella cauſa di D. Gioſeppe de Rinaldo contro al Conte di Conuerſano, doue per parte del detto Signor Conte, ſi propoſe per Nullità così la Fede, che haueua fatta l'iſteſſo Notaro della poteſtà concedutali nel far reaſſumere l'inſtrumenti, per mano d'altri, come la Fede, che haueua fatta il Giudice à contratto di poterſi ſurrogare in luoco del Giudice morto, e fù detto dalla G. C. D. V. *Quartam Nullitatem obſtare reſpectu Iudicis ad contractus tantum,* da doue ſi vede, che ſi abbonò la fede, che il Notaro faceua di ſe medeſimo, e ſi ripulzò quella, che il Giudice faceua di ſe ſteſſo. Il tutto con molta ragione, perche il Giudice à Contratto non può far fede nè di sè, nè d'altri, conforme può il Notaro, che è perſona publica, & idonea à far fede, e così in reclamatione fù confirmato dal S. R. C.

Alla decima Nullità, che conſiſte: 17
Nam non procedit liquidatio inſtrumenti abſque periurio, diſponitur in ritu 171. *&* 173. *cum ibi notatis per Carauit. & periurium non datur facto ſequeſtro omnium bonorum probat, & bis per S. C. deciſum teſtatur Grammat. deciſ.* 85. *& ſic eſt inducta conſuetudo ſic iudicandi,* probat Præſ. de Franch. *deciſ.* 238. & ſic deciſum teſtatur Reg. Sanfelic. *deciſ.* 370. *& proinde in caſu noſtro, ſtante ſequeſtro vniuerſali non poterat liquidari inſtrumentum;* preſupponendo anco non vi eſſer giuramento per eſſer ſtato ſtipulato di giorno feſtiuo.

Si riſponde, che nell'inſtrumento vi è 18
la licenza di poter ſtipulare *etiam in die feſtiuo,* che vuol dire conceſſa indefinitamente ſenza deſignarce giornata particolare, *vt fol.* 13. *à terg.* oltreche la licenza, che s'ottiene per ſtipulare vn' inſtrumento *in die feſtiuo* è per euitar' il peccato, ma non che l'atto di voluntaria giuriſditione come è il contratto, ſia nullo. Secondariamente il pergiuro non può euitarſe dal pretenſo ſequeſtro, poiche ſecondo li termini della *deciſ. di Cap.* 85. ſaria ſtato di biſogno, che il Duca fuſſe ſtato ſpogliato di tutti li beni, e toltali ogni adminiſtratione con ordinare la graduatione, e diſtinarle curatore, conforme la *deciſ.* 55 *del Preſidente de Franchis, & Rouit. deciſ. Bart. prag.*

Ma nel caſo noſtro non vi concorro- 19
no queſte circonſtanze, poiche non ſi è detto: *Procedatur ad venditionem omnium bonorum,*

bonorum, nè se li è dato curatore, & il sequestro fatto ad Aprile 1649. *folio* 27. & 28. *fol.* 30. fa delle Terre di Copertino, Veglia, e Galatena, *vt fol.* 36. & 37. e solamente a dette Terre furono spedite le Commissioni, cioè sopra Veglia *fol.* 65. *à terg.* sopra Galatena *fol.* 67. sopra Copertino *fol.* 68. *à terg.* però nella Cerenza, ò non fù fatto detto sequestro, ò non fù mai esecuto, come espressamente appare in vna comparsa *fol.* 70. *à terg. in fine*, & 71. anzi nella Terra di Leurano continuò il detto Duca ad esiggere, *vt fol.* 71. *in fine*, & *à terg.* si dice di più, che non ostante detto sequestro, il detto Duca medesimo haue sempre esatto, poiche dall'anno 1649. per tutto 1652. non vi sono peruenuti più che duc. due milia in circa *vt fol.* 32. *à terg.* 33. & 74. *à terg.* & 75. Di più hauendo il medesimo Duca pigliato l'affitto con peso di pagare per l'entrate di dette Terre di Lecce duc. 10. m. l'anno alli creditori, *vt fol.* 81. *à terg.* 87. *à terg.* 88. & *fol.* 108. *in fine*, a Giugno 1651. perche detto Duca non haueua pagato, se li rinouò il sequestro, hauendosi lui pigliato l'entrate, *vt fol.* 88. *à terg.* & 89. la doue constando, che solamente quattro Terre senza la Cerenza, s'affitorno nell'anno 1652. al Morelli per duc. 11. m. l'anno, *vt fol.* 39. *à terg.* 102. *à terg. vsque ad* 109. si vede quanto ha dissipato detto Duca delle dette entrate d'allanno 1649. con le quali hauria possuto sodisfare al detto D. Diego, e così li sequestri sussecuti non escusano il pergiuro, e la mora, quando sequitur sequestrum ex culpa debitoris Seraph. *de priuileg. iur. priuileg.* 74. finalmente detto sequestro inquanto tocca a Galatena, e Copertino, poiche l'altre trè Terre non sono state mai sequestrate, vi era prima di detto instrumento, poiche era fatto ad Ottobre 1648. come appare dalla comparsa *fol.* 29. che si denunzia nel Decreto di Aprile 1649. *folio* 27. & 28. e così non milita la ragione dell'impedimento, mentre il sequestro vi era prima dell'Instrumento Farinac. *de falsf. simil. q.* 160. e l'istesso *Regente Sanfelic. nella decis.* 370.

Dice di più il Signor Bartholomeo, che il memoriale dato a S. E. per far reassumere l'instrumento in forma di Libretto, appare esser prouisto nelli 22. di Marzo 1649. e perche l'instrumento fu nelli 25. che è dopò detta prouista, sia inutile la detta prouista per far reassumere il detto instrumento nella detta forma di libretto.

Si risponde, che benche la prouista sia delli 22. ad ogni modo il signo del detto memoriale appare con la data di Aprile, oltre che detto memoriale è de forma, e non de Dispenza.

Resolute dunque tutte le oppositioni, considerando li Signori Consiglieri, come questo instrumento liquidato dal detto Don Diego è vn' instrumento di transattione, che assolutamente si fece per vscire dall'imbrazzo di tutte quelle cose, che ogni oppone la parte, à beneficio della quale se li calorno l'interessi da dieci ad otto, e mezzo per cento; se li diedero dui anni di dilatione, se li leuorno tutti li sequestri, si tolse l'impedimento della Professione à suo Padre, del quale anhelaua la certezza della successione, e Dignità Ducale, e se li rilasciorno (benche sotto espresse conditioni) duc. 5523.0.13. onde come instrumento di Transattione, e di Transattione tale, che fù fatta sopra instrumenti accesi nella liquidatione, sopra esecutorij spediti, sopra sequestri ottenuti, deue detto instrumento di Transattione tener vigore di cosa giudicata, *vt in l.* 2. *ff. de iur. iuram. leg. non minorem*, *Cod. de transact.* & anco esclude ogni errore, *leg. vnica*, *Cod. de error. calculi*, nè per qualsiuoglia scrittura si può retrattare, *leg. sub prætextu*, *Cod. de transact.* e per qualsiuoglia Transattione si può rescindere, Gloss. *in leg. Lucius*, §. *vltim. ff. ad Trebellian. Larrea*, *decis.* 68. nè li cade eccettione d'hauer proposto l'indebito, perche la Transattione etiam indebitum facit debitum, *leg. in summa*, *ff. de condit. & demon.* essendo il contratto della Transattione così dalle Leggi priuileggiato, tutte le dette oppositioni contro detto contratto deuono cadere; maggiormente, che l'istesso Duca, che hoggi l'impugna, per non pagare, l'hà ratificato con diuersi pagamenti, *vt folio* 91. 92. 93. 94. & *à terg.* 99. & *seq.* & è solito litigare, transiggere, estorquere li rilasci, e dopò inficiare li contratti con tutti, per non pagare à nessuno, sin come l'orecchie della Gran Corte della Vicaria, del Sacro Conseglio, e del Regio Collaterale stanno bastantemente ripiene.

DISCEPT. CCCLX.

SVMMARIVM.

1 *Facti species præsupponitur de qua hic.*

2 *Officium quando sit feudale.*
3 *Officium an, & quando hæreditarium sit.*
4 *Officium quando sit transmissibile ad hæredes.*
5 *Officium non esse hæreditarium qualiter probetur.*
6 *Dictio in perpetuum quid operetur in concessione officij.*
7 *Officium esse hæreditarium, vel non quid importet.*
8 *Officium vbi vocatur hæres ex corpore quodnam sit.*
9 *Officium ex pacto, & prouidentia quale sit.*

ARGVMENTVM.

Officij concessio pro filiis quando pro hæredibus, & quando sit transmissibile, & quid importet esse hæreditarium, vel ex pacto, & prouidentia, & qualiter differant tales concessiones.

IVRIS NOTA, PRO Alexandro Passari.

De Litto Actuar.

1 INSTANT creditores Io. Donati Passari fieri sequestrum officij Ponderationis maioris Fundaci, ac Doganæ Ciuitatis Molfectæ possessi per Alexandrum Passarum eius filium, qui omninò repugnat fieri debere, imò creditores ipsos esse excludendos, ex infrascriptis.

2 Præmittitur ante omnia, hoc officium non esse feudale, quia non in feudum concessum, quod est requisitum necessarium; non ergò dici debet feudum, quod hoc nomen non habet *ex §. est & aliud, instit. de donat.* & in terminis ita firmat Castrens. Dec. Gozzad. Afflict. Grat. Paris. Rolan. & Bero. quos sequitur, & allegat Menoch. *in cons.* 191. *num.* 17. vbi etiam ad excludendam qualitatem feudalem, ponderat verba concessionis, quando in ea concedens vtitur verbo *Donatus*, vt *in num.* 9. vt hic dicitur, Item ponderat, quando nulla apparet vera, vel abusiuè inuestitura, & *num.* 18. firmat, & negat qualitatem feudalem, quoties non est facta reseruatio seruitij, & idem repetit *in tract. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 91. vbi plura signa ponit ad ostendendum, quando sit feudalis, vel non, inter quæ nullum adest in hac causa, vt feudale dicatur officium; quod si esset tale etiam ex infra ponderandis demonstrabitur, nullum ius, nullamque actionem creditoribus competere.

Tota vis consistit ad probandum hoc officium non esse hæreditarium, & filiis non acquiri cum qualitate hæreditaria, quæ fit vt creditoribus ex eo satisfieri non possit.

3 Quod autem non sit hæreditarium, probatur pluribus mediis.

Generaliter ergò omnia officia non sunt hæreditaria, quia personalia, & ad hæredes non transmissibilia, Frecc. *de subfeud. in tit. quis dicatur Comes, num.* 1. & 2. *& quis dicatur Marchio, num.* 8. fiunt tamen transmissibilia ex variis formulis concessionum, vt aduertunt Freccia *lib.* 2. *quæst.* 11. Regens Rouit. *decis* 72. *num.* 41. Francisc. de Amic. *in cap.* 1. *de his qui feud. dar. poss. fol.* 60. & 61.

Quando verò fiunt transmissibilia ad successores, & tunc est videndum an successores illa habent vti hæreditaria, vel vti noua, & non hæreditaria; nam in primo casu tenentur ad onera, in secundo non. 4

Quod in hac causa non sit officium hæreditarium, probatur ex verbis concessionis, dùm conceditur pro se, & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus natis iam, & in anteà nascituris in perpetuum. Ista clausula operatur, vt verbum illud *hæredibus*, intelligatur de hæredibus sanguinis, ac si fuisset dictum, pro se, & liberis, vt in terminis ex Baldo, Isernia, & aliis, tradit Dec. *cons.* 78. 185. & 395. *num.* 6. & 9. *cum seq.* Si quidem attenditur verbum, *ex suo corpore legitimè descendentibus*, cum quo adiungitur & ratione adiuncti, mutatur natura, & interpretatur pro liberis, *l. ex facto*, §. *fin. D. ad Trebell.* & tradit Freccia *de subfeudis*, *lib.* 3. *in tertia formula inuestituræ*, *num.* 27. quod sequitur Regens Capycius Latro *decis.* 70. *num.* 43. Cum per huiusmodi verba videtur facta concessio ex pacto, & prouidentia, ita vt filij tantum, non cæteri hæredes sint contemplati, & adimplentur verba concessionis *pro hæredibus*, intelligendo de hæredibus sanguinis, non bonorum, *d.* §. *fin.* & per consequens ad liberos solummodo non ad extraneos hæredes deueniat, vt per Fusar. relatis aliis *quæst.* 339. *num.* 74. & hoc casu nullo modo potest distrahi, nec per creditores capi, vt post alios Peregrin. de iure *fisci*, *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 102. Vtique enim si de quibuscunque hæredibus fieret interpretatio, redderetur inutilis concessio, ac verbum *ex suo corpore legitimè descendentibus*, esset frustra adiectum contra iuris regulas, ad Text. *in cap. si Papa de priuileg. in* 6. Menoch. *cons.* 19. *num.* 8. & Mantica *de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 8. Imò contra proprium significatum verbi *hæredibus* daretur intellectus, cum appellatione hæredis veniat simpliciter hæres sanguinis, *d.* §. *ex facto*, Gabr. *cons.* 10. *num.* 4. & 18. *lib.* 2. & Anton. Gabriel *de verb. signif. concl.* 2. *num.* 19. Odd. *cons.* 46. *num.* 14. cum cæteris allegatis per Petr. *de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *fol.* 11. *num.* 38. *fol.* 290. Maximè repugnante adhuc præsumpta concedentis voluntate, quam indicat dictio, *in perpetuum*, qua videtur voluisse inducere simplicem, & absolutam prohibitionem de non alienando, nec obligando dictum officium, vt in fideicommissis considerat Rota *decis.* 121. *num.* 4. *tom.* 2. Fusar. *quæst.* 688. *num.* 17. Cum verbum *in perpetuum* debet operari, vt concessum semper maneat ad beneficium vocatorum, *l. fundi*, §. *Labeo*, *D. de act. empt. l. cum debere*, *D. de seruit. vrb.* Quod non aliter possit verificari, nisi admissa dicta prohibitione de non alienando; Ideoque ex hac coniecturata mente concedentis, semper verbum *hæredibus*, intelligitur de filiis, & hæredibus sanguinis, non de hæredibus bonorum, vt insinuat Regens Galeota *tom.* 1. *controuers.* 57. *num.* 23. Vnde sufficit esse successorem tantùm descendentem ex corpore, licet non hæredem in bonis, vt ad rem concessam admittatur, prout præter alios testantur 5 6

Mart.

Mart. *de succeſſ. leg. tom.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 6. *n.* 26. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. Afflict. *deciſ.* 140.

7 Cum ergo tale officium, tali forma conceſſum tranſit ad filium Io. Donati Paſſari ex proprio Iure vti comprehenſum ſub dicta concedentis vocatione non tanquam quid hæreditarium, non proinde non ſubiectum omnibus hæreditariis, vt latiſſimè, & doctiſſimè fundauit Dominus meus, & Præceptor Dom. Regens Ioannes Camillus Cacacius recolendæ memoriæ *inter conſilia Regentis Rouiti conſ.* 105. *lib.* 2. & Ioſue Amicangel. *in tract. de regal. officiis, quæſt.* 15. vbi ad comprobandam hanc veriſſimam ſententiam inter alia adducit, quod in perſona ſucceſſoris ſit nouum officium ad inſtar vſusfructus conceſſi pro ſe, & hæredibus, quia in perſona filij eſt diuerſus ab vſufructu patris, & proinde non comprehenſus in obligatione per patrem contracta, *l. ſtipulatio iſta* 38. vbi Gloſſ. *D. de verb. oblig.* poſt Frecciam, & alios, adnotarunt Maſtrill. *de Magiſtrat. cap.* 28. *num.* 21. *& in addit.* ad Petr. de Greg. *de conceſſ. feud. part.* 3. *quæſt.* 7. *verſ. & ratio potiſſima*, Regens Capyc. Latro *deciſ.* 6. *n.* 21. *& ſeq.* Alij penes Conſil. Arias de Meſa *lib.* 3. *cap.* 49. *num.* 26. Et in ſpecie, quod non teneatur ſucceſſor ad onera defuncti, ſtrenuè defendunt Maur. ſen. *alleg.* 75. *ſub num.* 3. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 42. Conſil. de Georgio *in lectur. feud. cap.* 54. *num.* 82. & alij recenſiti per eumdem Dominum meum Regentem Cacacium *d. conſ.* 105. *num.* 7.

8 Quod magis ſtringit vocatio hæredum ex corpore legitimè deſcendentium, ex qua videtur contemplata familia, vt in ea officium conſeruari concedens voluerit in memoriam ſeruitiorum præſtitorum per Anteceſſores de familia Paſſari, vt optimè aduertit Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 70. *num.* 27.

9 Ex quibus etiam quod eſſet officium in feudum conceſſum, (quod negatur) adhuc & non eſſet obligatum creditoribus, cum illud eſſet ex clauſulis prædictis ex pacto, & prouidentia, & facto inuentario per hæredem ab oneribus eſſet immunis, ex Andrea *in cap.* 1. *de alienat. feud. patern.* & ex aliis, latiſſimè Amicang. *in quæſt. feud. quæſt.* 3.

Idcircò ex his breuiter enunciatis ſperatur reiiciendam eſſe petitionem creditorum pro ſequeſtro, vt ſupplicatur.

DISCEPTAT. CCCLXI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur diſputanda.*
2 *Creditores ſocij præferuntur creditoribus ſocietatis, ſi contraxerunt ante ſocietatem.*
3 *Creditor præfertur ſocio in parte quæſita eidem ſocio.*
4 *Creditores proprij præferuntur creditoribus ſocietatis.*
5 *Societas qualiter extinguatur.*
6 *Societas contracta per certum tempus, eo finito, ſi contrahat ſocius, alter non tenetur.*
7 *Creditores in actione perſonali vnius ex ſociis non concurrunt cum creditoribus ſocietatis.*
8 *Pactum ad vnius beneficium non extenditur ad alios.*
9 *Societas non dicitur continuata, ſi ſocius poſt mortem vnius ſubſcribat ſcripturas ad honorem ſocietatis, non ad vile percipiendum.*
10 *Societas non contrahitur cauſa donationis.*
11 *Societas limitata ad certos effectus non extenditur ad alios.*
12 *Societas de qua in præſenti pro qua ſumma fuerit.*
13 *Societas quando dicatur noua, & quando continuata prima.*
14 *Pactum in præiudicium creditorum ſocietatis an operetur.*
15 *Societas extinguitur finito tempore, etiamſi negotia eſſent cœpta, ſed non completa.*
16 *Societas morte finitur, nec poſſet à principio fieri, vt ad hæredes tranſeat.*
17 *Societas nouata, vel renouata, quæ dicatur, & quæ requirantur.*
18 *Societas deficit ob defectum vnius rei poſitæ in ſocietate, & quando.*
19 *Creditor contrahens cum ſocio non habens notitiam ſocietatis, creditoribus ſocietatis non præiudicat.*
20 *Fictio ab homine non poteſt induci, & quare.*
21 *Societas an, & qualiter continuetur inter tutorem pupilli, & ipſum pupillum.*
22 *Societatis natura repugnat donationis ſpecies.*

ARGVMENTVM.

Societatis creditores quando præferantur creditoribus ſocij, qui prius contraxerunt, & quando ſocietas finiatur, & an poſſit ſocius in teſtamento diſponere, vt ſocietas tranſeat ad hæredes ſocij, & quando dicatur noua ſocietas, quando verò continuata, & quid ſi concurrant creditores primæ ſocietatis cum creditoribus ſecundæ renouatæ ſocietatis, ac plura diſcutiuntur de ſocietate.

FACTVM, ET IVS,

PRO

Creditoribus hypothecariis q. Antonelli Mazzellæ,

CVM

Creditoribus aſſertæ ſocietatis Pappagallo, & Mazzella.

L'EVIDENTE giuſtitia, che tengono 1 li creditori inſtrumentarij del quond. Antonello Mazzella, acciò ſiano preferiti alli creditori della pretenſa, & aërea ſocietà, che s'è preſuppoſta durare con Andrea Pappagallo ſi moſtra maggiormente con li ſequenti aduertimenti di fatto, e raggioni legali.

E primo s'auerte, come il quond. Antonello Mazzella dell'anno 1631. fè ſocietà con il quond. Andrea Pappagallo con Inſtrumento celebrato nel primo di Marzo dell'iſteſſo anno 1631. & preſentato fol. 510. primo vol. la dote della quale ſocietà fu

duc. 20. m. cioè 10. m. per ciascheduno d'essi, e fattasi prima da detto Andrea ampla, & final quietanza al detto Antonello per l'administratione da lei fatta, se costituisce detto Andrea Pappagallo debitore al detto Antonello Mazella in ducati 13. m. 103. 15. fol. 515. vol. prim. *disse per tanti datili à cambio antecedentemente, e per detto credito restò obligato ad Antonello il capitale, & vtile causando da detta società* fol. 515. à t. detto vol. primo.

Secondo s'auuerte, come nell' anno 1639. passò nuouo contratto di società trà li sud detti Pappagallo, & Mazzella, nel quale si fè mentione di tutti li contratti di società passati, si quietorno ad inuicem di tutto il passato, & in specie per il capitale, e lucro delli duc. 20. m. delle società precedenti, & il detto Andrea se constituì di nuouo cautelas cautelis addendo, & citra preiuditio dell'anteriorità, e prime raggioni ancora di prelatione, ch' haueua detto Antonello debitore al medesimo Antonello nelli detti duc. 13. m. 103. 15. e promise quelli pagare, ò in fine della società confirmanda, ò prima ad ogni requisitione del medemo Antonello, & interim corrisponderli per raggione di lucro cessante, e danno emergente à raggione d'otto per cento in fine di ciascuno anno con l'obligatione generale, e speciale de tutti li beni presenti, & futuri d'Andrea, come da detto instrumento celebrato à 9. del mese di Febraro 1639. presentato fol. 496. *& nel medemo instrumento se fà vn'altra quietanza ad inuicem con espressa protesta, che non sia compreso il detto credito d'Antonello di duc. 13. m. 103. 15. nè in tutto, nè in parte* fol. 504. vol. primo, *& di più si fà bilancio di dare, & hauere, & restano à beneficio d'esso Pappagallo, & Antonello Mazzella duc. 12. m. cioè duc. 6. m. per ciascuno, con li quali se constituisce la dote alla noua società duratura per anni trè dal primo di Febraro 1639. con tutti l'altri patti, e condittioni espressi nel primo, & secondo instrumento di società, quali si douessero hauer per espressi, & de verbo ad verbum descritti* fol. 508. à ter. *& de più se pattuisce, che in fine della società si debbia ciascuno d'essi socij rimborzare il suo capitale di duc. 6. m. & gl' altri effetti, che di più si trouassero se debbiano diuidere pro medietate, con che si debbiano sodisfare prius, & ante omnia li creditori forsi fussero in quella* fol. 509. *con altro patto, che detta società non possi obligarsi nisi pro rata capitalium tantum, con che sia lecito à ciascuno delli socij fare tutti quelli negotij, che li parerà, e piacerà detto* fol. 509. *si che questa vltima società non è più che di duc. 12. m. 6. m. à parte con li patti, & condittioni soprascritte.*

Terzo s'auuerte, come a 19. di detto mese di Febraro dell'istesso anno 1639. detto Andrea Pappagallo fè ampla donatione di tutti ii suoi beni presenti, & futuri ex nunc pro tunc sequta morte a detto Antonello Mazzella, riseruandosi solo l'vso frutto di detti beni, & anco duc. 2. m. da posserne disponere così in vita, come in morte da sodisfarsi dall'istesso Antonello donatario nel modo come n'haueua à disponere Andrea donante, come dalla donatione fol. 555. vol. primo, *quale donatione fu fatta ad Antonello presente, & accettante, & per molte cause in quella espresse con le clausule in quella descritte, de modo che in virtù di questa donatione Antonello resta assoluto padrone delli capitali di detta società, benche delli duc. 6. m. posti per parte di detto Andrea donante se ne douenano sodisfare li duc. 2. m. reseruati dall'istesso Andrea per disponerne quando ne hauesse disposto, & restaua ancora in beneficio d'Andrea donante l'vsufrutto delli detti duc. 6. m. posti per sua parte in detta società, come anco li restaua l'vsufrutto di tutti gl'altri suoi beni, eccetto che della casa sita vicino al Colleggio de RR. PP. Gesuiti, della quale se reseruò solo l'habitatione, & Antonello ne pigliò la vera, reale, & corporale possessione a 22. dell'istesso mese di Febraro 1639. come dall' atto della possessione si legge nell' immargine di detto instrumento di donatione, & così tutto il capitale de duc. 12. m. di detta società dalli 19. di Febraro 1639. restò in dominio d'Antonello donatario, quantunque la società cantasse sotto nome di Pappagallo, e Mazzella.*

Quarto s'auuerte, che a 15. di Marzo dell'anno 1640. Andrea Pappagallo fè testamento, quale fu aperto à 28. di Luglio 1642. per la morte all'hora sequita fol. 560. *& in esso si trouano diuerse dispositioni, instituendo herede vniuersale, & particolare l'istesso Antonello, à chi pregò la continuatione della società con le sequenti parole. Et perche saria bene, che il negotio cantante sì in mio nome, come di detto Antonello mio herede, vt supra, si continuasse per qualche spatio di tempo, che ad esso Antonello parerà, però voglio, & declaro si debbia detto negotio sotto detti nomi continuare per lo tempo ad esso Antonello meglio visto, & vsare in quello quella puntualità per esso fin' hora sequita incaricando esso Antonello mio herede, & caro compagno à non contrauenire à questa mia voluntà, conforme mai in cos'alcuna mi hà contradetto, ma in ogni cosa obedito, & firmare per ciò li nostri nomi come per il passato, esiggere per Banco, quietare, e fare ogn'altro sarà necessario.*

Questa heredità fu adita de Antonello cum benef. leg. & inu. come dall' inuentario fol. 517. vol. primo, *nel quale espressamente Antonello se protesta di non volere pregiudicarsi alla donatione fattali dal detto Andrea, nè alli crediti, che li spettano in virtù di publiche scritture, come di sopra* fol. 517. & 518. d. vol. primo, *per il che mai hà preteso Antonello farsi pregiuditio alli crediti, che haueua con Andrea Pappagallo, nè alla donatione da quello fattali, benche hauesse sequitato à firmare li nomi di Pappagallo, e Mazzella, restando sino dalli 19. di Febraro dell'anno 1639. la società solo honoraria dalla parte d'Andrea Pappagallo, come non può difficultarsi, che restasse del tutto honoraria dall'anno 1642. in poi, si perche in detto tempo finiuano li trè anni, per li quali s'era confirmata la medema società, era morto Andrea Pappagallo, con che finiua ancora ogni raggione d'vsufrutto, e di capitale riseruato, che hauesse possuto hauere Andrea Pappagallo, quale non solo era donato ad Antonello, a chi ancora era liquido debitore in d. duc. 13 103. 1. 5. informa, che Antonello è creditore, donatario, & herede cum benef. leg. & inu. d'Andrea socio, con proteste espresse di non volersi mai pregiudicare circa li suoi crediti, donationi, raggioni, & anteriorità.*

His in facto perpensis necessariò fatendum, primo creditores hypothecarios quondam Antonelli repræsentando iura anteriora cum hypotheca eiusdem Antonelli contra Andream esse præferendos quibusvis creditoribus societatis initæ post creditum prædictum, cum creditores chirographarij societatis si repræsentant personam Antonelli, vti tales tanquam in actione personali non possunt præferri creditoribus hypothecariis eiusdem cum ex iuris dispositione, creditores hypothecarij, & priuilegiati causa dotis, quamvis posteriores præferantur creditoribus in actione personali anterioribus super bonis communis debitoris, *l. assiduis, C. qui potior. in pignor. habeantur*, Cancer. *var. cap. cap. 9. de dot. caut. n. 1. & seq.* Gaill. *obseru. 25. à num. 11. part. 2.* Decis. *Gen. 113. sub num. 31.* cum aliis, quos allegat

Amend.

Amend. *in addit. ad* de Franch. *deciſ. 53. num. 8.* vel repræſentant Andream Pappagallum ſocium, & vti illius creditores intendunt præferri, & ex dictis, dum Antonellus eſt creditor hypothecarius prædicti Andreæ, ob quod de iure habet prælationem omnibus creditoribus eiuſdem Pappagalli, non ſolum ſuper bonis propriis eiuſdem, ſed etiam ſuper capitale, & lucro ſocietatis deinde contractæ creditores hypothecarij Antonelli repræſentando credita, & iura anteriora cum prælatione, quam habebat Antonellus contra prædictum Andream, tam ſuper illius bonis propriis, quàm ſuper effectibus prætenſæ ſocietatis ſunt præferendi creditoribus in actione perſonali eiuſdem Andreæ, tam nomine proprio, quam vti ſocio Antonelli ex communi Doctorum opinione poſt Caſtrenſ. *conſil. 345. lib. 2.* Hector. Felic. *in tract. de ſociet. cap. 31. ſub num. 24. & 25.*

3 *verſ. Quod ſi extraneus*, agat contra ſocium obligatum ſibi, & alter ſocius prætendit etiam eundem ſocium obligatum habere, quis præferatur, & verſ. & pro parte quæſita ſocio, ipſe in ea cæteris creditoribus vti habens ius in re præferri debet, Magon. *deciſ. Lucenſ. 1.* Fontanell. *de pact. nupt. claſ. 4 gloſſ. 9. part. 3. num. 51. vſque ad 63.* Hermoſil. *ad l. 49. tit. 5. p. 5. gloſſ. 6. n. 9. fol. 223.* & Salgad. *in laberin. credit. part. 1. cap. 9. num. 60.* quos refert, & ſequitur Regius Conſiliarius Rocchus *in notabilib. poſt primum vol. ſub tit. de ſocietate, notab. 85. num. 173.* vel vltimo intendunt repræſentare totam ſocietatem vnitam, & ſic tanquam creditores tàm Andreæ, quam Antonelli coniunctim exercendo pactum inſtrumentorum aſſertæ ſocietatis, quod prius, & ante omnia ſatisfieri debeant creditores eiuſdem ſocietatis tanquam in actione perſonali vigore litterarum cambij, quemadmodum probat Surd. *conſil. 499. ſub num. 2.* quem allegat Reg. Rouit. *in pragm. 1. de litter. cambij, ſub num. 14.* & Viſcon. *in addit. ad* de Franch. *deciſ. 502.* non poterunt præferri creditoribus hypothecariis eiuſdem ſocietatis, qui habent hypothecata bona ſocietatis, vt ſunt obligata Antonello ſocio, & ex eiſdem iuribus creditoribus hypothecariis d. Antonelli, qui cum ſit creditor, & debitor reſpectiuè, poteſt in præſenti caſu ſibi ipſi eſſe obligatum, & conſequentur illis qui de iure cum repræſentant, vt in terminis poſt Soccinum, qui ita conſuluit probat Capyc. *deciſ. 88. ſub num. 3. & 4.*

4 Secundò, præferri debent creditores proprij, & hypothecarij Antonelli creditoribus prætenſæ ſocietatis ſuper capitale poſitum per dictum Antonellum in ſocietate iuxta de iure mirabiliter tradita per Montan. *in tract. de regalibus, in verb. Argentaria, num. 25.* qui ſatis latè hanc probat opinionem, proinde eius dicta non tranſcribo, ſed rogo perlegi.

5 Tertiò, præferri debent creditores hypothecarij, eo quod omnes creditores, qui ſunt in iudicio contraxerunt cum Antonello poſt annum 1642. quo in tempore vita functus erat Andreas Pappagallus erat elapſum tempus ſocietatis initæ in anno 1639. & ſic erat extincta ſocietas primo per lapſum temporis, ſecundo per mortem Andreæ ſocij, & tertio, quia non aderant eiuſdem Andreæ ſocij bona, quæ per donationem iam diu erant in dominio Antonelli vſufructum finitum per Andreæ mortem, ad dicta per Felic. *in dict. tract. de ſociet. cap. 21. ſub n. 93. & 94. verſ. Etſi duo mercatores fecerunt ſocieta-*

6 *tem duraturam per quinquennium*, eo finito vnus ex ſociis ſi contrahat, alter non tenetur, quia contrahens cum eo, debebat ſe informare de qualitate ſocietatis, Caſtrenſ. *in l. 1. §. non autem, ff. de exercit. act.* Gomez. *variar. reſolut. tom. 2. cap. 5. de ſociet. num. 6. verſ. 3. modo,* Menoch. *conſil. 121. num. 67.* Decian. *conſil. 60. num. 31. & 32. lib. 2.* & ſignanter quod non excuſentur contrahentes ſi ignorent ſub qua forma, & ſub qua lege fuerit inſtitor præpoſitus notat Caſtrenſ. *in l. ſed ſi pupillus, §. conditio autem præpoſitionis, num. 1. ff. de inſtit. act.* Pariſ. *conſil. 94. num. 15.* & alij quos refert *deciſio Rot. 30.* poſt *tract.* Salgad. *in laber. cred.* nec quantitates ducatorum 2. m. reſeruatæ in donatione adfuerunt, cum de illis Andreas diſpoſuerit in vltimo teſtamento, in quo hæredem inſtituit Antonellum, qui hæreditatem adiuit cum benef. leg. & inuocitra præiudicium iurium eius crediti vigore inſtrumenti, & donationis, & rationum ſibi competentium, quæ reſeruatio iurium conſeruat iura reſeruantis, de Franch. *deciſ. 50 ſub num. 5.* poſt Caſtrenſ. Angel. & alios, quos allegat Hieron. à Lauren. *deciſ. 88. num. 4.* Grat. *deciſ. 6. à n. 57. cum ſeqq.* & ſingulariter in terminis inuentarij probauit Cancer. *var. tom. 3. c. 2. de inuent. n. 9. & ſub n. 44.*

Hi quidem, qui ſe aſſerunt creditores prætenſæ ſocietatis in effectu ſunt creditores Antonelli, & vti tales, cum ſint in actione perſonali, non poſſunt concurrere cum creditoribus hypothecariis eiuſdem ſuper bonis vel propriis Antonelli, vel cauſam habentibus ab aſſerta ſocietate cum Pappagallo, & obligatis eidem Antonello pro ſuis creditis, vt *ſuprà* retulimus, ex Caſtrenſ. & aliis. 7

Nec obſtat pactum quod creditores aſſertæ ſocietatis adducunt in præcalendatis inſtrumentis quod prius, & ante omnia ſatisfieri debeant creditores eiuſdem ſocietatis. 8

Cum non adſint creditores ſocietatis anni 1631. vſque ad annum 1639. nec anni 1639. ad annum 1642. quo caſu tale pactum operari poſſet, nec operatur in beneficium creditorum, qui deinde in antea contraxerunt, pacta enim cum vno, ſiue ad beneficium vnius facta ad alios non extenduntur, ad Textum *in l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* poſt Iaſon, Iſerniam, Alexand. Afflict. Neguſant. & alios probat de Franchis *deciſ. 477. ſub num. 2.* & notauit Peregrinus *de fideicommiſſ. artic. 52. ſub num. 81. verſ. Et quia ſecundum regulam generalem,* & ſic pactum prædictum non poteſt operari in beneficium creditorum, qui deinde cum Antonello contraxerunt poſt extinctam ſocietatem, vt *ſuprà* demonſtratum eſt.

Nec valet dicere pactum operari in bene- 9
ficium creditorum, qui deinde contraxerunt, eo quod Antonellus contentus extitit continuare ſocietatem, cuius ſequuti ſunt fidem prætenſi creditores, & ob dictam continuationem ſibi præiudicaſſe Antonellum etiam in donatione.

Quia reſpondetur primò, quod mortuo Andrea Pappagallo in anno 1642. quo tempore etiam finiebat tempus ſocietatis initæ in anno 1639. Antonellus expreſsè proteſtatus fuit ſe nolle præiudicare eius creditis, donationibus, & rationibus quibuſcunque ſibi competentibus, vt legitur *fol. 517. & 518. vol. 1.* & quamvis continuauerit ſubſcribendo vti prius nomen Pappagalli, & Mazzellæ, id ſemper egit honoris cauſa, ita quod poſt mortem Andreæ non poteſt dici adfuiſſe veram, atque realem ſocietatem vt operaretur pactum, cum potius dici poſſit ſocietas honoria, quæ nullum ius confert eiuſdem creditoribus,

toribus, ad Textum *in l. ſocietas, in fine, ff. pro ſocio*, vbi Vlpianus dicit *donationis cauſa ſocietas rectè non contrahitur*, & proinde dum mortuus erat Andreas ob quod erat extincta ſocietas iuxta Text. *in §. ſoluitur, inſtit. de ſociet.* & *in l. verum, §. finali. ff. pro ſocio*, per quæ iura dicit Felic. *citato tractatu de ſocietate, cap. 32. num. 2. & ſeq.* reſolui ſocietatem, quoad omnes, ac etiamſi negotia non forent completa, vtique contrahentes cum Antonello ſuperuiuente, & ſocietatis nomine contrahente, & debebant ſe informare de qualitate ſocietatis, vt poſt Caſtrenſ. Crauet. Rot. Gen. & alios deduxit Felic. *citato cap. 21. ſub num. 94.* & *cap. 30. num. 8. & ſeq.* Præterquam quod Antonellus hæres Andreæ Pappagalli conſocij hæreditatem adiuit cum benef. leg. & inuent. & tempore aditionis omninò ſua iura, donationes, & credita reſeruauit, quam reſeruationem fuit ſupra demonſtratum iura conſeruare eiuſdem reſeruantis.

10 Et quamvis continuauerit inſcriptionem Pappagalli ex conſilio magis, quam ex mandato ſibi dato in teſtamento, & ſic ſocietatis nomine contraxiſſe videretur, attamen hoc ipſum mandatum, ſiue conſilium teſtatoris primam ſocietatem non reuiuiſcit iam extinctam, ſed ad ſummum facere poterit, vt noua ſocietas inchoetur, & renouetur, non quod extincta illa per mortem ſubleuetur, ſiue continuetur, vt indiuiduaſiter diſputato articulo probat Felic. *citato tract. de ſocietate, cap. 32. à num. 33. vſque ad num. 39.* & tamen neque hoc in contingenti caſu ſuſtineri poſſet, quia Antonellus quamvis hæres Andreæ conſocij nulla tamen eius bona ex teſtamento poſſidebat, ſed illa, vel iure ſui crediti, vel cauſa donationis retinebat, & tamen Vlpian. *in l. ſocietas, in fine, ff. pro ſocio*, ſubdit quod donationis cauſa rectè ſocietas non contrahitur, & ſic dum nulla bona ex hæreditate remanebant, quæ in eadem illa ſocietate conferre potuiſſet Antonellus hæres nulla etiam vera ſocietas conſiſtere poterat, cum ille diſſoluatur nedum ex perſonis, ſed etiam ex rebus, & cum res non ſubſiſtunt, vera, & realis ſocietas dici non poteſt, ſed tantum honoraria, ſiue quod honoris cauſa Antonellus illa inſcriptione, ſit vſus, vnde ſibi imputent qui cum eo contraxerunt, ſi de qualitate ſocietatis ſe informare non curauerunt, vt *ſuprà* probauimus ex Felic. *citato cap. 31. ſub num. 94.* poſt Caſtrenſ. *in l. 1. §. non autem, ff. de exercit. action.* Riminald. iunior. *conſil. 1. à n. 42. lib. 1.* Rotam Gen. *deciſ. 172. num. 70.* & alios magis in terminis probat idem Felic. *cap. 30. ſub num. 8. & 9. verſ. Et ideo qui contrahit cautus eſſe debet, vt inſpiciat ſocietatis formam.*

11 Secundò reſpondetur, quod quando per impoſſibile pactum operaretur, ſuum ſortiretur effectum circa capitale tantum poſitum per Pappagallum in anno 1639. ducatorum 6. m. pro quo erat conuentum, vt legitur *folio* 509. ibi: *Et quella obligare* pro rata capitalium tantum, igitur in omnibus aliis quantitatibus, & effectibus non remanent obligati ſocij, & in illis non poterit, nec debebit operari pactum appoſitum in dicto inſtrumento ſocietatis, cum obligatio de recipiendo ad cambium, & illam obligandi ſit reſtricta ad ratam capitalium tantum; non enim vltra progredi poteſt obligatio quam contrahentes ſocietatem volnere, & expreſsè pacti ſunt, ſicque dum pactum erat quod ſocietas pro rata capitalium obligaretur, pro ea tantum parte quam habent in ſocietate remanebunt obſtricti, & non vltra, ſiue in aliis bonis prout conſuluit Ancharan. *conſil. 333. pro clariori, colum. fin.* Alexand. *conſil. 139. lib. 5.* Pariſ. *conſil. 93. num. 32.* Dec. *in l. ſi ſocius, num. 4. ff. ſi certum pet.* Stracca *in tit. de mercat. ſub num. 15.* Rota Gen. *deciſ. 14. ſub num. 111.* vbi appellat deciſionem communem, à qua neque in conſulendo, neque in iudicando recedere licet, & tamen omnes præcitati DD. fuerunt loquuti non data illa expreſſa conuentione in contractu ſocietatis facta obligandi pro rata capitalium tantum; ergo data hac conuentione, & expreſſa pactione caſus noſter extra difficultatem verſatur, & DD. qui contrarium dicere attentauerunt nunquam fuerunt loquuti data expreſſa conuentione obligandi pro rata capitalium tantum, ſicuti in præſentia adiecta fuit, ideoque Felic. *citato tract. de ſocietate, cap. 30. ſub num. 8. 9. & 10.* aliorum voto ſolidiſſimè concludit, quod qui contrahit cum ſocio, cautus eſſe debeat, vt inſpiciat ſocietatis formam, an in ea appareat quam auctoritatem habeat contrahendi nomine aliorum, & eos obligandi, quia ea non inſpecta ſibi imputare debet ſi ſocius contrahens alios obligare non potuit, vnde relegatur, quia bene loquitur.

Sed aduerſus præpoſitam propoſitionem inſurgunt creditores ſocietatis, aſſerendo capitale ſocietatis eſſe ducatorum 16. m. in qualibet portione ſociorum, eo quod primum capitale fuit ducatorum 20. m. & ſecundum ducatorum 12. m. quæ omnia coniunctim feciſſe vnum capitale ducatorum 32. m. in anno 1639. & ob id vnam, & eandem fuiſſe ſocietatem. 12

Verùm enim verò quam vana, & aërea ſit hæc creditorum propoſitio ſatis clarè liquet in facto, dum in anno 1639. ſocij diſpunctis rationibus in primæ ſocietatis confeſſi fuerunt quemlibet ipſorum recepiſſe ſuum capitale duc. 10. m. & de eo ſe ipſos quietauerunt ad inuicem per aquilianam ſtipulationem conſtituendo nouum capitale diſtinctum penitus à primo ducat. 12. m. ex effectibus in inſtrumento prædicto deſignatis, quæ noua conſtitutio capitalis cum dimiſſione alterius capitalis noua facit ſocietatem, quoties enim interuenit mutatio rei, ſeu capitalis ſocietatis, toties noua eſt ſocietas iuxta notata per Felic. *de ſociet. cap. 34.* per Textum *in leg. verum, in fine. ff. pro ſocio*, ibi: *Societas ſoluitur ex rebus, cum aut valla relinquitur, aut conditione mutantur*, pro parte quod remanet, capitale remaneat, dicit Iuriſconſult. *in leg. ſi id quod, ff. pro ſocio, in principio*, vbi mortuo vno ex equis, in aliis qui remanſerunt, ſocietas permanſit, teſte Felic. *dict. cap. 34. num. 41.* cum ergo in caſu noſtro à primordio fuerit celebrata ſocietas pro ducatis 20. m. quando deinde vt noua inita cenſetur pro ducatis 12. m. ex contractu 1639. & in puncto noſtro rogo videri Menochius *conſil. 121. tom. 2. à num. 59.* qui plures diſtinguendo caſus ſub *num. 89.* tandem *verſ. Quartus eſt caſus*, dicit *quod finito tempore* dictæ ſocietatis redditiſque hinc inde rationibus (prout in præſenti noſtri facti ſpecie fuit vt ex inſtrumento anni 1639. apparet) *vnuſquiſque ſociorum ſumit partem ſuam capitalis, & lucri, deinde paulo poſt adhuc in communi ponunt capitale, nec conſtat formam ſocietatis mutatam eſſe*; tunc enim dicit Menoch. quod præſumitur renouata ſocietas pro quo allegat Caſtrenſ. *conſ. 73. vol. 2.* & aſſignat rationem, quia hoc dicitur quoddam factum, non autem non factum, quamobrem conſenſum infert cum conſenſus ex facto inducatur, ſicuti 13

ex

ex facto ipsa voluntas declaratur *l.paulus, ff. rem ratam habere*, Cephal. *cons.* 475. *num.* 30. *lib.* 4. Felic. *de societ. cap.* 41. *num.* 7.

14 Tertiò respondetur in bonis extra societatem nullo modo operari potuisse pactum in præiudicium creditorum cum hypotheca quond. Antonelli, quia bona ista, vel vti obligata Antonello per Andream, vel vti obligata per Antonellum eius creditoribus hypothecariis, & priuilegiatis causa dotis, non sunt in obligatione creditorum prætensæ societatis, qui tantum personalem actionem experiri possunt, ideo prælationem prætendere non possunt super dictis bonis extra societatem, respectu quorum Antonellus nunquam sibi præiudicare voluit stante expresso pacto, quod de aliis bonis extra capitale licitum sit sociis ad eorum libitum disponere, vt legitur in instrumento *fol.* 509. nec de iure præsumitur mandatum inter socios in rebus non comprehensis in societate, prout determinat Felic. *d. tractat. cap.* 14. *sub num.* 47. *vers.* aut procedunt inter socios in rebus non comprehensis in societate ipsa, quin, & idem Felic. *ibid. num.* 82. concludit in dubio dicendum non pertinere ad societatem Fontanell. *decis.* 506. vbi asserit nullum contrarium dicere.

15 Quartò, & vltimò respondetur quod id totum diximus ad demonstrandam iustitiam creditorum hypothecariorum ex omni sui parte, cum clarum sit ab anno 1642. in antea non adfuisse societatem, ideóque absque scrupulo difficultatis prælatio competit creditoribus instrumentariis.

Pro cuius articuli dilucidatione iamprimum notatum fuit in facto quod ab anno 1642. erat elapsum triennium in societate anni 1639. determinatum; vnde elapso tempore ad quod erat inita societas, statim dicitur illa disdicta etiam si negotia essent cœpta, sed non completa, ad Textum *in l. actione, §. quod si tempus, ff. pro socio,* & post Petr. Vbald. ac Rot. Gen. *decis.* 27. *num.* 8. *& seq.* in terminis comprobauit Felic. *d. tract. cap.* 55. concludendo nullam esse faciendam renunciationem vel protestationem pro dissolutione societatis, ex quo dies appositus pro fine interpellat ex propria natura limitati temporis, & adducit DD. innumeros, Rotæ Rom. *decis.* 30. post Salgadum *in laber. credit. num.* 9.

16 Et secundo in facto notauimus mortem Andreæ socij d. anno 1642. ob quod societas ipso iure soluitur ad Text. *in l. verum §. fin. ff. pro socio, in §. soluitur instit. de societ. l. actione §. morte, l. adeo morte, l. societ. §. dissociamur cum concordan. ff. pro socio.* Adeóque morte dissoluitur societas, vt nec ab initio inita contrahi possit quod ad hæredes transeat, vt socij sint *l. nemo societatem, §. hæres socij, l. adeo, l. verum, §. in hæredem, & §. societ. ff. pro socio,* Paris. *cons.* 84. *num.* 3. *vol.* 1. Curtius senior *cons.* 53. Felic. *tract. cap.* 32. *num.* 3. *cum seq.* vbi recensel rationes quomodo neque ex pacto contrahentium societas ad hæredes transire possit, & post *num.* 37. hoc verum probat ex præcepto testatoris, qui facere non poterit, vt societas transiret ad hæredes, & post eius mortem continuetur, quia hæredes hoc testatoris præceptum acceptare non coguntur, non quod societas continuetur, sed quod noua societas inchoetur, & renouetur dicendum est, prout benè, atque solidè probat idem Felic. *cit. cap.* 52. *n.* 38. dicendo ità loqui Dec. Paris. & Grat. in locis per eum citatis, & testatur se latius comprobasse *in cap.* 3. *sub num.* 32. *& seqq.* quin *& eod. cap.* 32. *sub num.* 39. Respondet quomodo ratio, quæ facit, vt pactum sit prohibitum à principio faciat etiam, vt post contractum sit prohibitum præceptum, vnde manet absolutum hoc in nostro casu societatem illam primæuam ita esse extinctam, vt neque ex pacto contrahentium, neque ex præcepto testatoris potuerit continuari, & tantum vbi socij essent hæredes, & consensum præstarent, non prima illa societas ex iuris dispositione omninò extincta continuaretur: nam societas continuata per hæredes siue per consensum expressum, siue tacitum semper dicitur renouata, Duard. 17 *de societ. lib.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 6. *concl.* 3. *num.* 17. *cum seqq. & lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 3. *num.* 20. Molin. *de contract. tom.* 2. *disput.* 414. Paris. *cons.* 84. *num.* 6. *lib.* 1. Crauett. *cons.* 66. *num.* 22. *lib.* 2. Thesaur. *decis.* 242. *n.* 4. *in fin.* Reg. Capyc. Latr. *dec.* 189. *lib.* 2. *num.* 17. Requiritur enim pro continuanda societate hæredis consensus, qui tanquam nouus nouam facit societatem, Gloss. *in l. nemo potest, & in l. planè si hi, ff. pro socio,* Abbas *cons.* 87. *lib.* 2. Aluar. Velasq. *consult.* 63. *num.* 15. ibi *quia tunc durat societas ex nouo testatoris præcepto, & consensu, non autem vt antiqua,* Bald. *in d. l. planè si hi, ff. pro socio*; Corn. Dec. Ruin. & alij, quos refert, & sequitur Mant. *de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 26. *num.* 11. *& tit.* 24. *num.* 29. *ex* Text. *in l. si id quod §. si seruus, ff. pro socio* (ibi *si seruus meus societatem cum Titio coierit, & alienatus in eadem permanserit, potest dici alienatione serui, & priorem societatem finitum, & ex integro alteram inchoatam.)* Vnde nulli dubium est assertam societatem nouam videri post dictum annum 1642. quod nec etiam subsistere potuisse in sequenti patebit.

Ideo tertio fuit in facto notatum nulla An- 18 dreæ Pappagalli bona post eius obitum remansisse stante donatione in beneficium Antonelli facta in d. anno 1639. qui hæreditatem adiuit cum benef. l. & inu. præuia protestatione de non sibi præiudicando pro eius creditis, & donationibus, ob quod non potest dici ad fuisse societatem neque nouam, neque renouatam ad Text. *expressum in l. societas, ff. pro socio* vbi Gloss. Felic. *d. tract. cap.* 1. *sub num.* 9. *& cap.* 2. *sub num.* 5. subdens quod vbi res in societate ex parte vnius deficeret, vel saltim opera, hoc ipso essentia, & forma societatis deficeret, & in d. *cap.* 2. *sub n.* 5. *vers. res etiam dicitur causa materialis societatis, quia circa res in societate positas homo consentiendo aget, & sine rebus societas esse non potest,* Bald. *in l.* 2. *C. de contrahenda emption. & in l.* 1. *num.* 1. *C. pro socio, & in cons.* 452. *sub num.* 2. *lib.* 3. Paris. *cons.* 82. *num.* 2. *lib.* 1. & magis latè prosequitur idem Felic. *in cap.* 9. ergo si hoc nostro in casu verè res deficiebat ex parte Andreæ iam defuncti, cuius hæreditatem cum benef. l. & inu. adiuit Antonellus per prius socius; & donatarius omnium bonorum, & quantitatem ad disponendum reseruatam ab Andrea donante, & postea testante, ne dum integrè persoluit, sed satis vltra satisfecit legata, & alias dispositiones factas, dubitationi locus minimè relinquitur, quin veræ res hæreditariæ deficiebant, & sic iis deficientibus deficeret etiam essentia, & formalitas societatis siue antiquæ, siue nouæ, quæ absque rebus consistere non poterat, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 125. *num.* 5.

Et licet Antonellus consensum præstiterit illi 19 consilio magis, quàm præcepto Andreæ Pappagalli testatoris de inscribendo nomen eiusdem Andreæ, & Antonelli prout prius fiebat, cum societas realis, & effectiua consistebat. Hoc tamen non potest dici quod iure societatis fecerit, quia

erat

erat finitum primum tempus ſocietatis erat iam mortuus ſocius, & tandem res deficiebant, ex quibus illa ſocietas noua conſiſtere potuiſſet, ſed eo modo citra ſocietatem eius iuſſum adimpleuerit quo de iure adimpleri poterat, vt in terminis conſiderauit Felic. *citat. tract. cap. 3. num. 34. verſ.* vnde tenendum eſt ex iuſſu teſtatoris de ſtando, & ponendo omnia in communi ſocietatem non induci, ſed eo modo citra ſocietatem eius iuſſum eſſe adimplendum, quod de iure adimpleri poterit, & ita videtur tenere, Riminald. Iun. *in conſ. 66. num. 52. lib. 6.* hæc ille, quibus addo contrahentibus poſtea imputandum, qui cum Antonello ſocio, & poſtea vt ſic in ſcribente contraxerunt, & de ſocietatis qualitate non ſe informauerunt pro vt iam ſupra poſt Caſtrenſ. & alios, quos non tranſcribo, adnotauimus cum Felic. *d. cap. 21. num. 93. & 94. verſ. ſi duo Mercatores, & cap. 30. num. 8. 9. & 10.* eo magis, quia Antonellus hæreditatem adiuit cum benef. leg. & inuent. quod ſtatim inducit ſeparationem bonorum ſecundum Præſid. de Franch. *deciſ. 246.* & de ſuis creditis, donationibus, & aliis juribus pleniſſimè fuit proteſtatus.

20 Nec dicant creditores Antonellum, vti hæredem potuiſſe repræſentare perſonam Andreæ, & vti Antonellum alteram ad finem ſubſtinendi ſocietatem.

Quia nec id etiam fieri per modum fictionis dici poteſt, ab homine enim fictio quæ eſt contra veritatem induci non poteſt Text. *in l. qui ad certum, ff. locati, l. adoptio, la p. ff. de adoptionib.* Bart. *in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſu capion. num. 22.* vbi omnes Surdus *deciſ. 230. num. 5.* & Text. *in l. ſi forte ff. de Caſtrenſ. pecul.* quem ſingulariter expendit Felic. *citat. tract. c. 3. ſub n. 31. verſ. nec id fieri etiam per modum fictionis dici poteſt, quia ab homine fictio, quæ eſt contra veritatem induci non poteſt.*

21 Cumque hoc noſtro in caſu de veritate rei totum lucrum, & totum damnum erat ipſius Antonelli, qui adminiſtrabat, quia alium conſocium ſiue hæredem Pappagalli cui communicaret non habebat, ergo vera ſocietas conſiſtere non poterat, quia hæc requirit mutuam collationem, & quod is, qui adminiſtrat ſibi ipſi non communicet, & in terminis probauit idem Felic. *eod. tract. de ſociet. cap. 4. ſub num. 2. verſ. 3.* quod in ſocietate requiritur mutua collatio, & hoc ceſſaret in tutore, quia cum adminiſtret ſibi ipſi communicaret *cap. fin. de Inſtit.* & quamvis idem Felic. poſt Dec. Corn. & alios, quos allegat ſub *num. 6. cum ſeqq.* admittat ſtante iuſſu teſtatoris quod potuiſſet conſiſtere ſocietas inter pupillum, & tutorem, auctorando ſibi ipſi, attamen hoc ideo fuit, quia perſona pupilli hæredis teſtatoris, vt ſic iubentis erat diſtincta à perſona tutoris, cum qua ſocietas conſiſtere debeat, & ideo nulla inducebatur fictio in illo caſu vero, quia ſocietas habebat ſua extrema, à quo, & ad quod habebat mutuam collationem, & habebat quod totum damnum, & totum lucrum ad vnum non ſpectabat, at in caſu noſtro vna eſt perſona Antonelli, quæ in effectu eſt hæres cum benef. l. & inuent. & antecedenter eſt donatarius omnium bonorum teſtatoris, qui quantitatem ad teſtandum in donatione reſeruatam diſpoſuit, & Antonellus ſatis vltra eam perſoluit. Et dum vna eſt perſona in veritate rei non poteſt diuidi, ita quod ſibimetipſi non communicet, & quod interueniat mutua illa collatio, quaſi quod potuiſſet partem in ſocietatem conferendam ex perſona Andreæ deſumere à bonis hæreditariis eiuſdem, quia in facto ſupponimus demonſtratum, nullum genus bonorum adeſſe, quod non eſſet Antonelli, & ſic nullo caſu poteſt adaptari mutua illa collatio, vnde multo minus poteſt adaptari ſocietas, quæ non habet in veritate extrema diſtincta perſonarum, & ſic ſocius iſte ſibi ipſi communicaret contra iuris regulas non habet mutuam collationem, quia in hæreditate Pappagalli nulla fuerunt bona, quæ titulo hæreditario ad eumdem Antonellum hæredem peruenirent, ex quibus portionem pro parte Pappagalli in illa ſocietate conferre potuiſſet. Et tandem hoc tantum habet quod totum lucrum, & totum damnum ad eumdem ipſum Antonellum pertineret, quo caſu nullam eſſe conſiderabilem ſocietatem iura clamant, in *l. ſi non fuerint, §. Arieſto, ff. pro ſocio in l. ſi merces, §. vis maior, ff. locati,* vbi habetur quod quaſi iure ſocietatis Colonus patitur damnum, & lucrum, cum Domino fundi, imò, & plures in eodem actu eodemque tempore concurrerent fictiones contra Text. *in l. 1. C. de dot. promiſſione.*

Nec dici poteſt Antonellum de propria ſub- 22
ſtantia poſuiſſe portionem in hæreditate Pappagalli pro ſuſtinenda ſocietate; ſi quidem hoc in facto non conſtat, imò conſtat totum contrarium quod Antonellus in inuentario ſit proteſtatus de ſuis creditis, & donationibus. Et in iure hoc idem redderet ſocietatem nullam *l. Senatus, ff. de donation. cauſa mortis, l. ſocietas contrahitur, ff. pro ſocio*, vbi Vlpianus ait *donationis cauſa ſocietas rectè non contrahitur* quem Text. expendit Felic. *citat. tract. de ſociet. c. 2. ſub n. 23. & cap. 19. ſub num. 5. & 6. verſ. ſecundo modo* ſi fit donatio in ipſo contractu ſocietatis, vt quia datur lucrum alteri ſocio quod habere non deberet vigore ſocietatis, & hoc caſu loquitur Vlpianus, & dicit ceſſare ſocietatem, quia donationis cauſa rectè ſocietas non contrahitur cum ſocietatis natura repugnet, & eſt Text. *in l. ſi quis conduxerit, ff. locati*, Io. Petr. de Ferrar. *in praxi Pap. verbo forma libelli in cauſa ſocietatis verſ. ad diuidendum* Heinrichman. German. *in conſ. 8. ſub num. 28. lib. 1.* qui dicit de eſſentia ſocietatis eſſe quod pecunias ponens in ſocietate non deſinat eſſe earum Dominus, ergo ſi Andreas nullum habebat pecuniarum dominium, & quod habebat deſiit habere per donationem Antonello factam, hoc ipſo deſiit, & ceſſauit eſſentia, & formalitas ſocietatis, & vbi Antonellus poſt mortem de ſua ſubſtantia portionem eidem Andreæ ſpectantem in ſocietate ponere voluiſſet, hoc alio titulo, quam donationis facere non potuiſſet, & tamen donationis cauſa rectè ſocietas non contrahitur, vt Vlpian. ſcripſit in *d. l. ſociet. in fin.* & hoc noſtro in caſu rectè non poteſt dici contracta, dum contemnitur quod ſit dare ſocietatem in perſona ſolius Antonelli poſt mortem Andreæ tollendo ſubſtantiam, & formalitatem ſocietatis, quæ eſt vt ſit contractus correſpectiuus, vt habet mutuam collationem, vt ſocius ſibi ipſi non communicet totum damnum, totumque lucrum contra Iura, Iuriſque Conſultorum reſponſa iam ſupra adducta, & iuxta mei ingenij tenuitatem recollector. Cætera ſuppleant peritiſſimi Iudicantes.

DISCEPT. CCCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species supponitur, de qua hic*, & n. 2. & 3.
4 *Interesse lucri cessantis est, vt pecunia sit destinata negotiationi.*
5 *Interesse lucri cessantis debetur ratione moræ, & qualiter in Regno.*
6 *Interesse non debetur, nisi probata destinatione pecuniæ ad lucrum.*
7 *Actus humanus specificatur à fine.*
8 *Pecunia destinata pro indigentiis Monasterij parit lucrum cessans.*
9 *Francus* decis. 718. *adducitur, & explicatur.*
10 *Reformationis Monasteria capita, præsertim cap. 46. adducitur.*
11 *Mora dotis non solutæ, vel vitalitij an producat interesse.*
12 *Interesse an debeatur ob vitalitium non solutum monialibus*, & num. 13.
14 *Interesse liquidandum qualiter explicetur.*
15 *Interesse liquidandum qualiter liquidetur dato termino.*
16 *Interesse liquidandum interdum liquidatur in nihilum.*

ARGVMENTVM.

Interesse vitalitij monialibus an debeatur, & quid posita condemnatione ad interesse liquidandum an possit nihilum in liquidari, & quæ requisita sint necessaria pro interesse lucri cessantis, &c.

IVRIVM ALLEGATIONES,

PRO

Principe Sancti Seueri,

CONTRA

Monasterium S. Gaudiosi.

Solatium Act.

1 CVm Io. Franciscus Sangrius iunior Princeps Sancti Seueri, tunc Dux Turris Maioris promisisset die 14. Maij 1621. RR. D. Violantæ, & D. Lucretiæ Sangriis suis sororibus monialibus in venerabili Monasterio Sancti Gaudiosi de Neapoli præter dotem consuetam solutam annuos ducatos biscentum vnicuique earum vita durante pro indigentiis suis iuxta morem, vt ex instrum. *fol.* 65.

Et eis deberentur ducati quinque mille, mortuo d. Principe Io. Francisco prædictæ RR. Moniales cum assensu, & interuentu Dom. Archiabbatissæ dicti Monasterij die 8. mensis Aprilis 1628. remiserunt, & donauerunt Principi Paulo iuniori filio, & hæredi cum b. l. & I. eiusdem Principis Io. Francisci ducatos bis mille, & quingentos, & de illis ei amplam quietationem fecerunt. Et versa vice d. Princeps Paulus attenta d. remissione, & donatione promisit illis soluere reliquos ducatos bis mille, & quingentos sub certis temporibus absque interesse, vt ex instrum. *fol.* 5. & 6. & cum effectu eos integre soluit, vt ex fide *fol.* 41.

2 Defuncto d. Principe Paulo d. Monasterium ex persona dictarum Monialium de Sangro die 17. & 21. Octobr. 1638. petiit in S. C. dictam remissionem, & donationem nullam declarari, & condemnari modernum Principem Sancti Seueri filium, & hæredem d. Principis Pauli, & consequenter præfati Principis Ioannis Francisci ad sibi soluendum dictos duc. 2500. vnà cum interesse *fol.* 1. & 7.

Ac die 26. Februarij 1639. compilato processu instrumentum fuit declaratum nullum, & condemnatus Princeps prædictus, ad soluendum eidem Monasterio prædictos duc. 2500. vnà cum interesse liquidando.

3 Ab hac sententia balij Principis condemnati reclamauerunt fol..... & commissa postmodum causa liquidationis fuit datus terminus in ea, & compilatus processus, & factus calculus *fol.* 84. Agitur nunc de liquidando d. interesse lucri cessantis, quod non est probatum, nec in causa principali, nec in hac causa liquidationis.

Et pro parte d. Principis dicitur interesse hoc esse liquidandum in nihilo: quia non est probatum, & non agitur de interesse damni, quod regulares vtriusque sexus possunt exigere: quoniam non est incrementum, sed diminutio patrimonij *cap. si quis de clericis, 12. quæst. 2. c. peruenit, & cap. constitutis, de fideiuss. cap. dilecti, de for. comp.* sed de interesse lucri, quod eis nullo modo debetur.

4 Primò, quia vnum ex tribus requisitis necessariis ad consequendum interesse lucri cessantis est, vt pecunia sit destinata negotiationi: nam si non adest hæc destinatio, seu voluntas, & propositum de ea negotiandi, vel si apertè constat ad alium finem esse destinatam, vtpote ad eam tenendi in arca præsidij loco, seu pro suis indigentiis, vel ad alium vsum, interesse non debetur, nec peti potest: quia esset improbum fœnus ad Text. *in l. 4. vers. si quis nec causam, nec propositum fœnerandi*, & in *l. rogasti, vers. si non fui hoc proposito si cert. pet.* ita gl. Bar. Castrens. Salyc. & DD. *in l. 3. §. fi. de eo, quod certo loco*, Abb. *in cap. conquestus, num. 6. de vsuris*, Dec. *in cons. 11. num. 9. vers. hoc dummodo*, Crauet. *in cons. 320. num. 3.* Rota Genuens. *in decis. 3. num. 3. & 7.* Peguera *in decis. 33. num. 11.* Muta *in decis. 43. num. 35. & 36.* Nau *in manu. c. 17. num. 111. & 112.* Graff. *decis. casuum conscientiæ, lib. 2. cap. 105. num. 12.* Couar. *var. resolut. lib. 3. c. 4. num. 5.* Rodericus *de ann. redit. lib. 3. quæst. 4. num. 48.* Lupus *de vsur. comment. 1. num. 115.* Menoch. *de arbit. casu 119. num. 3. & 6.* Gratian. *discept. forens. cap. 244. n. 13. & c. 987. num. 17.* & alij innumeri, tam Theologi, quàm canonistæ, & Legistæ, quos allegaui in primis alleg. Et non est attendendum solitum commune lucrandi, sed solitum illius, qui petit hoc interesse, vt per Gloss. Odofr. Bart. Bald. Angel. Salyc. Castr. Fulgos. & alios *in d. l. 3. §. fin. de eo, quod certo loco*, & ita iudicatum est in Rota, Seraph. *in dec. 186. num. 2.* & passim alij DD.

5 Hinc cum petitur hoc interesse lucri, ratione

moræ licet in S. C. ſit receptum, quod vbi ſunt emptiones paratæ annuorum introituum, vti in hac Ciuit. Neap. non ſit neceſſarium probare illud requiſitum, quod habuerit tale mercimonium præ manib. quod emiſſet ſi pœcunia ei eſſet ſoluta in tempore, & tantum lucratus eſſet, quod per S. C. prout olim per Rot. Rom. eſt ſemper remiſſum, & remittitur ob certitudinem talium emptionum, vt voluerunt Couar. Reg.de Pont. & alij DD. *in primis alleg. cit.* tamen illud primum, vti de ſubſtantia, & fundamento intentionis agentis, neceſſario probandum eſt pecuniam fuiſſe deſtinatam negotiationi, ſeu creditorem propoſitum habuiſſe implicandi eam in emptionem annuorum introituum, quod S. C. nunquam remiſit, nec de iure remittere potuit, aut poteſt: cum ad perficiendum actus humanos nedum poteſtas, ſed voluntas requiratur, *cap. cum ſuper, de off. deleg. l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & ita probat Text. *in l. ſi quis nec cauſam* ibi, *nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi*, & in *l. rogaſti, verſ. ſi non hoc propoſito, & l. non omnis, ſi cert. pet.* & voluerunt omnes DD. communiter ſuperius allegati.

6 Adeo quod concedere intereſſe non probato hoc requiſito deſtinationis, ſeu propoſito implicandi eam in negotiationem, vel emptionem annuorum introituum, vel ſi conſtat apertè non ad negotiandum, ſed in alium finem, & vſum eſſe deſtinatam: puta ad expendendum pro indigentiis ſuis, & eam habendam peculij, & præſidij loco (vt conſtat in caſu noſtro deſtinatum eſſe pro indigentiis, & religioſo vſu harum Monialium) & ita cum conſtat de fine, iſta probatio fieri nequeat: non eſſet aliud, niſi notoriam vſuram inducere: quæ nec ab vllo ſupremo Tribunali, nec ſupremo Principe, nec à Summo Pontifice, etiam pro redemptione captiuorum permitti poteſt, *cap. ſuper eo, & cap. conſuluit, & cap. quia perniciosum, de vſuris*, latè Couarr. *var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 8.*

7 Finis enim, ſeu intentio ſpecificat, & diſtinguit actus humanos, qui vltra d.intentionem, & finem non operantur ſecundum Philoſophos, & probat Text. *in l. qui iniuria, de furtis, & in l. quod reipublicæ, de iniur. & in l. 4. & in l. rogaſti, & l. ſi ego, & in l. ſi tibi pecuniam, alleg. tit. ſi cert. pet. l. at ſi quis, §. ſed interdum, de relig. & ſump. funer. cum concord.* & ideo inducta ad vnum finem, & effectum non poſſunt diuerſum, & multò minùs contrarium operari, quia vnius rei vnus eſt finis primarius, & operatio, *l. legata inutiliter, de adim. leg. l. quod Labeo*, vbi notat Bart. *de compenſat. & l. pro hærede*, vbi pariter id Bald. notat *de acq. hæred. & d. l. ſi ego, & l. ſi tibi pecuniam.*

8 Quo fit, vt pecunia deſtinata ad expendendum pro indigentiis Monialium, & ſic ad conſumptionem illius in religioſos vſus non poteſt operari conſeruationem ad negotiandum, & lucrum ex ea faciendum: differunt enim ex fine, ſeu propoſito, & voluntate diuerſis, quod etiam probat Text. elegans in *l. ſi Chorus, 77. de leg. 1.* vbi longe diſtat pecunia deſtinata ad negotiandum, ab ea, quæ peculij, & præſidij loco; ſeu pro indigentiis deſtinata eſt.

9 Ex his, ſiue pecunia hæc pertinuerit, & pertineat ad dictas Moniales non ad Monaſterium ſi concurrerent requiſita tradita per S. C. & per Præſ.de Franch. *deciſ. 718.* ſiue ad Monaſterium detinendam in arca communi penes depoſitariam expendendam in vſus, & indigentias religioſas Monialium, & pro reliquo erogandam in communes vſus Monaſterij iuxta *cap. 46. decreti roformationis monialium interpoſiti per Papam Clementem VIII. F. M.* relati per Quarantam *in compen. Bull. in verb. Monaſteria Monialium, fol. 347.* non poterat implicari in emptionem annuorum introituum, ſed tantum conſumi, & expendi in d.communes vſus Monaſterij.

Verba autem *d. cap. 46.* vt præſto ſint Dominis, placuit adſcribere. In Monaſteriis in quibus ſimiliter retinentur hactenus prouiſiones, & ſubuentiones, & non omnia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam ſubuentionem de manibus tamen Abbatiſſæ, ſeu Præfectæ Monaſteri, ſiue depoſitariæ ad nutum tamen Abbatiſſæ, ſiue Præfectæ prædictæ pro ſuis religioſis neceſſitatibus: quæ verò ſuperſunt, Abbatiſſa erogare teneatur in communes vſus Monaſterij. Ac ordinarij, ſiue ſuperiores Monaſterij quotannis exigant rationem à depoſitaria, & Abbatiſſa, ſeu Præfecta prædictis de huiuſmodi prouiſionibus, ſubuentionibus, & depoſitis, & in eas tranſgredientes grauiter animaduertant. 10

Secundò, quia nec Moniales, nec Monaſterium poſſunt negotiari de his annuis penſionibus, & pecuniis lucrum quærere cum eis ſit inhibita omnis lucri cupiditas, & negotiatio ad lucrum, *cap. ſecundum inſtituta, Ne clerici, vel monaci, c. 1. & 4. & c. nullus, & cap. quoniam, 14. quæſt. 4.* Sed tantummodo eis licet exigere intereſſe damni paſſi. vt ſi pro indigentiis ipſarum monialium capta eſſet pecunia ſub vſuris, vel aliud damnum eſſet ſequutum, ad Text. *in dicto c. de clericis, cum aliis ſup. alleg.* Adeò quòd neque ex mora dotis non ſolutæ ſi Monaſterium, & moniales intereſſe lucri ceſſantis valeant exigere, quia ex d. ſacris canonibus eis omnis occaſio negotiandi prorſus eſt adempta, & lucrum ex negotiatione, quòd laicis eſſet honeſtum, ipſis regularibus eſt turpe, & prohibitum, vt in puncto dicti intereſſe lucri ceſſantis dotis non ſolutæ non deberi Monaſterio, docet Emanuel Rodriguez *quæſt. regul. tom. 3. cap. 144.* Miran. *in manual. prælat. in tit. de monialib. quæſt. 8. art. 10.* Aſcan. Tambur. *de iur. Abb. diſp. 5. quæſito 6. num. 6.* Diana *var. reſol. tom. 3. in tit. de dub. regul. reſol. 97.* & generaliter, quoad omnes Eccleſiaſticos poſt Didacum Perez *lib. 8. ordinament. tit. 21.* Petrus Barboſ. *in l. 2. part. 1. num. ante 49. ſol. matr.* 11

Ergo multo minus debentur pro huiuſmodi annuis penſionibus vitalitiis, quæ ſunt appendicis dotis Monialium, prout acconcium, ſeu corredum, & regalia, ſeu donatiua, quæ dari ſolent in ingreſſu Monaſterij, vel tempore profeſſionis iuxta tradita per Rot. *in dec. 11. num. 20.* poſt *tract. de iur. Abbatiſſ.* & Ludouiſ. *in dec. 80. num. 7.* & ibi Addentes *num. 11.* 12

Planè adeò d. lucrum ceſſans vt turpe, & illicitum, quia contrarium religioſæ paupertati, quam moniales totis vlnis amplexari, & ſerio debent, cum eam ſint iuramento profeſſæ, ſacri canones damnant, vt etiam ſi ſint data dos, & penſio vitalitia exceſſiuæ quicquid eſt ſuperfluum vltra congruentem, & ſufficientem monialium ſuſtentationem debet reſtitui; alioquin pro ſuperfluo in crimen ſimoniæ, vel ſaltem auaritiæ monaſterium incideret, *cap. cum ſatis*, vbi Gloſſ. *& cap. de regularib.* vbi DD. *de ſimonia*, vt poſt Hieronym. Rodriq. *in compen. quæſt. regul. reſol. 54. num. 1. & 2.* Suar. *de relig. lib. 4. cap. 17. num. 16. & ſeq.* Miranda *in manual. prælat. in tit. de monialib. quæſt. 8. num. 6. & 7.* Diana *in d. tom. 3.*

tom.3. tit. de dub. regul. resolut. 100. *vers. sed quia*, & ante omnes Emanuel Rodriq. *quæst. regul.* 9. *tom.* 2. *quæst.* 48. *art.* 2. *&* 6.

13 Quod multo magis in casu nostro procedere debet cum adeo animum, & voluntatem à negotiandis illis pecuniis, & implicandis in emptionem annuorum introituum auersos habuerint hæ moniales, & Abbatissa, vt neque alios ducat. 2500. solutos à Principe Paulo pro concordia: nec alios mille ab his baliis in tales emptiones conuerterint: sed in alium vsum implicauerint: præsertim in construendo, & ornando vestibulo, & atrio Monasterij, vt patet euidenter ex earum armis, & insignis, & ex scripturis productis *fol.* 103. *&* 104.

14 Nec est alicuius momenti obiectio Monasterij Principem fuisse condemnatum ad interesse liquidandum in d. sententia. Ergo nihil aliud est quærendum, sed tantum quantitas illius liquidanda, & de prætenso grauamine in causa reclamationis, erit discutiendum. Nam respondetur esse obiectionem satis futilem, & monialium, quæ non intelligunt vim sententiæ S.C.& quod illa condemnatio est conditionalis, & nihil posuit in esse: Siquidem cum illud non sit probatum in causa principali, sed in genere petitum potuit fieri condemnatio ad interesse liquidandum, quæ tamen de iure tacitam, intrinsecam, & inhærentem conditionem continet si probabitur in causa liquidationis. Nam potest ferri sententia sub conditione nedum tacita, sed etiam expressa cohærenti negotio, de quo agitur Gloss. vlt. Bart. Bald. & DD. *comm. in l. 2. C. de sententia, quæ sine cert. quant. prolat. est*, idem Bald. *pulchre in l. peremptorias, num.* 20. *C. senten. rescind. non posse* Gabriel. *de sententiis concl.* 1. *num.* 24. 25. *&* 26. qui adducit alios, & ait hoc esse magis communiter receptum.

15 Et in d. causa liquidationis dato termino siue summario, vt dicunt Bart. & DD. siue ordinario, vt seruat S. C. interesse, siue lucri, siue damni erit articulandum, & probandum, vt in praxi receptum est testib. Fabro, & Iason. *num.* 54. *in §. curare Inst. de action.* Nam licet nonnulli DD. voluerunt conuentos cum interesse petitum, non est probatum in causa principali esse ab eo conuentos absoluendos, tamen opinio, quod possit fieri condemnatio licet non sit probatum, quia continet eam conditionem si probabitur in causa liquidationis, est receptior, eamque defendunt docentes facere articulos, & probationes in d. causa liquidationis Bart. Bald. & Fulgos. *in d.l.* 2. *C. de sentent. quæ sine certa quantitate prolata est*, Rebuff. *in l. vnica, gl. vlt. num.* 56. *& in gl. in aliis, num.* 42. *C. de sententiis, quæ pro eo, quod interest*, qui post Mar. Soc. & Alex. ait quod male faceret Iudex si absolueret reum, quia non est probatum in causa principali ex quo poterit probari in causa liquidationis, Guid. Pap. *in dec.* 405. *num.* 1. *&* 2. Mising. *obser.* 100. *num.* 2. 4. *&* 5. *cent.* 4. Gabriel. *in loc. cit.* Mascard. *in d. concl.* 933. *num.* 11. Præs. de Fran. loquens de fructibus, qui pariter sunt accessorij in *dec.* 683. Ant. Faber elegantissimè *diffin.* 6. *inf. tit. de senten. quæ pro eo, quod interest, lib.* 7. perhibens ita iudicatum esse in suo Senatu.

16 Et ideo merito erit liquidandum in nihilo iuxta praxim S. C. expressis verbis non absoluendo conuentum ob honorem sententiæ, sed æquipollentibus modestè vtendo ad Text. *in l. fin. de prætoriis stipulat.* iuncto *cap. licet causam, in verbo nulla, vel modica, de probationibus*, vbi nihil, & parum æquiparantur, quamvis mero iure S. C. condemnatum expressè posset absoluere, quia non oppugnaretur, sed potius propugnaretur sententia eam enim ob dictam intrinsecam conditionem non purificatam, & ideo non obligantem, *l. cedere diem, de verb. obligat. condemnatus, & S. C. sequerentur l.* 7. *cum fideicommissum, de confessis.*

DISCEPT. CCCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Sacristæ electio ad quem spectet in Ecclesia sanctæ Mariæ Cæsareæ.*
3 *Sacrista, seu Thesaurarius cur ita dicatur.*
4 *Officialia spiritualia à laicis non prouidentur.*
5 *Sacrista in iure Canonico quis dicatur.*
6 *Sacrista antiquitus subijciebatur Archidiacono.*
7 *Sacrista sanctæ Mariæ Cæsareæ, semper fuit electus ab Abbate illius.*
8 *Sacristam fuisse ab Abbate electum, ex libris ostenditur eiusdem Ecclesiæ.*
9 *Conclusio extra libros Guberny, cur fuerit inuenta.*
10 *Obseruantia subsequuta eligendi sacristam qualis fuerit.*
11 *Abbatis authoritas in eligendo sacristam, fundatur in re iudicata.*
12 *Error in facto proprio non præsumitur.*
13 *Possessio quæsita legitimè tolli non poterit absque spolio.*
14 *Abbatem, vel Abbatiam possidere quid importet.*
15 *Sacristæ officium non est dignitas Ecclesiastica sed officium.*
16 *Thesaurarij officium qualiter introductum.*
17 *Oeconomi officium qualiter in Ecclesia introductum.*
18 *Oeconomorum plures species in Ecclesia.*
19 *Officia alia, quæ dabantur in Ecclesia Dei prius, & nunc.*
20 *Syndici, Castaldi, Aduocati, Procuratores.*
21 *Officia Ecclesiastica, de quibus suprà cadunt sub simoniæ vitio, si vendantur.*
22 *Abbas sanctæ Mariæ Cæsareæ est exemptus à Iurisdictione ordinarij.*
23 *Accessus ad Synodum cur in Concilio Tridentini præcipiatur.*
24 *Abbas Cæsareæ cum suo Clero subijcitur Illustrissimo Nuntio Neapolitano.*
25 *Exemptio Abbatiæ Cæsareæ qualiter colligatur ex Bulla.*
26 *Dictio (etiam) quid importet, & quatenus explicatur.*
27 *Synodalia onera quæ sint.*
28 *Abbas successor non præiudicatur ab antecessore.*
29 *Possessorium contra formam tituli, non est attendendum.*
30 *Obseruantia quid operetur pro possessorio.*

ARGVMENTVM.

Sacriſtæ electio ad quem ſpectet in Eccleſia ſanctæ Mariæ Patientiæ Cæſareæ an ad Gubernatores, vel ad Abbatem. Quis dicatur in iure Canonico ſacriſta, fuiſſe interdum electum per Gubernatores an præiudicet Abbati. Eccleſiaſtica officia vendi nequeunt. Abbas ſanctæ Mariæ Cæſareæ vtrùm ad Synodum Archiepiſcopi Neapolitani accedere teneatur. Poſſeſſorium contra formam tituli non eſt attendendum, & quid operetur obſeruantia contraria. Quia verò in hac eadem Eccleſia Abbatiali ſanctæ Mariæ Patientiæ Cæſareæ fuit difficultas ab eiſdem Gubernatoribus propoſita in hoc anno, ad quem ſcilicet pertineret electio ſacriſtæ; ideò dixi pertinere ad Abbatem, non ad Gubernatores, vnde propoſita fuit quæſtio.

PRO

Eccleſia Sanctæ Mariæ Patientiæ Cæſareæ,

Ad quem ſpectet eligere Sacriſtam, an ad Gubernatores, an ad Abbatem eiuſdem loci.

1 VM reperiretur Abbas Sanctæ Mariæ Patientiæ Cæſareæ Reuerend. D. Ioan. Petrus Priuitalis Eminentiſſimi Cardinalis Philamarini Secretarius digniſſimus, cui inſeruiuit in Conclaui felic. mem. Innoc. X. & Alexandri VII. fuit mota controuerſia ob vacantiam Sacriſtiæ, ad quem pertineret electio Sacriſtæ, an ſcilicet ad Abbatem, an ad Gubernatores, ſcripſimus pro Abbate.

2 Primò, quidem quia vt regula eſt, vnuſquiſque eſt moderator, & arbiter in re ſua, *leg. in re mandata, C. mandati*; ergo ſi fundator, qui erat Dominus, & poterat hanc difficultatem determinare, maximè cum circa Capellanos deputandos determinauit, & circa Sacriſtam nihil dixit, tanquam officium diſtinctum, & diuerſum magis connexum cum ſeruitio Abbatis; ergo videtur voluiſſe ſub diſpoſitione iuris communis, Canoniſtæ *in c. nuper, de ſententia excommunicationis, l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthumis*, ſcilicet ſub diſpoſitione Abbatis: nam ius commune ad propoſitum in aliquo officio, vel dignitate ſpectare electionem ſubſtituti determinati, & eſt communis opinio Doctores *in §. eadem ratione, lib. 4. inſtit. ciuilium, tit. 7.* ergo ad Abbatem, & non ad alios ſpectat electio, & deputatio Sacriſtæ: nam ille reſidet loco Abbatis, & vices eius gerit, tanquam eius ſubſtitutus; ergo ab eo debet deputari, & ſubſtitui, argumento Textus *in l. prima, §. omnia, Cod. de veteri iure enucleando, cap. valdè neceſſarium, il 1. diſtinct. 94.* nam cum omnia vaſa ſacra, & res ſacræ ſint ſub vſu, & poſſeſſione Abbatis, cum non ſit decens per eum immediatè cuſtodiri, & adminiſtrari ob reuerentiam dignitatis, ius inuenit ſubſtitutum, ſeu Sacriſtam, qui alias dicitur Theſaurarius, Azo- 3
rius *part. 2. lib. 3. cap. 16.* Rota Romana *in nouis deciſ. 9.* alias *deciſ. 173. de præb.* qui cuſtodiat, & curam habeat de prædictis bonis, vnde dicitur Sacriſta, quia ſacris perficitur, Canoniſtæ in rubrica de officio Sacriſtæ; ergo eius erit deputare, & eligere ſubſtitutum, ad ea cuſtodienda, & adminiſtranda, ad quem ſpectat immediatè vſus, & exercitium ipſorum, Doctores apud Gratianum *cap. 71.* neque obſtat, quòd nullus Textus hoc dicat, quia ſufficit, vt aſſignetur ratio naturalis conuincens, Surdus *conſil. 158. n. 13.* Card. Tuſchus *litt. E, concl. 331.*

Probatur ſecundò, quia iure Canonico clarè 4
oſtenditur, quòd S. P. *in cap. ſi Iudex laicus, de ſententia excommunicationis, in 6.* ait quòd in officio ſpirituali, debet fieri deputatio, *cap. cum laicis de rebus Eccleſ. alien.* vel non, ergo cum Sacriſta ſacris perficiatur, quod eſt effectus perſonæ ſacræ, *cap. Eccleſiæ S. M. de conſtit. ad ipſum Eccleſiaſticum pertinet*, ſcilicet ad Abbatem deputatio Sacriſtæ; cauſa enim dans talem authoritatem, debet eſſe talis: nam nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam in ſe habeat, *l. nemo plus iuris de regul. iur.* ſed in laico tanquam incapace, nulla authoritas ſpiritualis reſidet; ergo neque poterit alteri illam communicare ad ſacrum Officium exercendum; effectus enim regulatur à cauſa. Doctores apud Barboſam *in Axiomatibus iuris, in verbo Effectus:* nam virtus actiua rerum ſequitur earum entitatem, ex Ariſt. *in Metaphyſica*, & debet proportionari cum illa, ſcilicet effectus cum ſua cauſa.

Probatur tertiò, quia ratione adminiſtrationis 5
rerum ſacrarum Officium Eccleſiaſticum propriè habet ille, qui rebus ſacris Eccleſiæ cuſtodiendis præpoſitus eſt, qui appellatur in iure Sacriſta, vt *in tit. de officio Sacriſtæ*, ſic dictus, quia quemadmodum locus, in quo ſacræ res deponuntur, & cuſtodiuntur, & ſi alias priuatus ſit ſacrarium appellatur, *l. ſacra loca 9. verſ. Illud notandum, ff. de rerum diuiſione*, indéque communi omnium nomine, ſacrarium per antonomaſiam dicitur locus ille, in quo Sacroſancta Euchariſtia in Eccleſiis cuſtoditur, iuxta decretum Concilij Generalis Lateranenſis, de quo *in cap. 1. de cuſtodia Euchariſtiæ*, ita præpoſitus rebus illis ſacris cuſtodiendis, ob earundem rerum ſacrarum nomine Sacriſta nuncupatur, vt bene Petrus Gregorius *part. 2. lib. 15. cap. 39. num. 3.* Petrus de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Martinus Meſnart *in epitome decretalium, folio 27.* Daniel Venator *in epitome iuris Pontificij, pag. 80.* Goffredus, & Hoſtienſis *in rubrica de officio Sacriſtæ*, Anaſtaſius Germonius *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Bartholomæus

tholomæus Cartagena *in expositione titulorum iuris Canonici*, Ioannes Honorius *in compendio iuris Canonici, in tit. de officio Sacristæ*, Hieronymus Romanus *de Republica Christiana*, *lib.3. cap.9.* Cardinalis Tuschus *littera D, conclus.419. num.24.* Galganetus *de iure publico, lib.3.tit.33.* Sebastianus Cæsar *de Eccles. Hierarchia, quæst.2. proœmiali*, §.50. & quod possit renuntiare tradunt Hojeda *de incompatib. beneficiorum*, *part.1. cap.8. num.3.* Flaminius Parisius *de resignat. beneficiorum*, *lib.2. quæst.1. num.36.* & agit Rota apud Burattum *decis.473. num.50.* vbi latè ostendit, quibus probetur, quòd Thesauraria sit dignitas.

6 Sacrista subiiciebatur Archidiacono, ad quem talis cura principaliter spectabat, iuxta Textum sic intelligendum *in cap. ea quæ, de officio Archidiaconi*, & sub illius solicitudine, & custodia erant vasa sacra Ecclesiæ, & vestimenta Ecclesiastica, & omnis Thesaurus Ecclesiæ, & quæ ad fouenda lumina spectabant, siue in Cera, siue in oleo *cap.1. de officio Sacristæ*, Petrus Gregorius *dicto cap.59. num.3.* Azorius *secunda parte, lib.3. cap.16.* Suarez *de Religione, tom.1. lib.4. cap.29. num.11.* & sic à Thesaurario Ecclesiæ custodiendo, Thesaurarius alio nomine appellatur, *cap. perlectis, vers. Ad Thesaurarium 25. diction.* Suarez, Azorius, & Petrus Gregorius *vbi suprà*, & à Iustiniano Græco, nomine Ciminiarcha dicitur, *l. finali*, §. *vlt. Cod. de bonis authorit. iudic. possid.* id est, rerum pretiosarum custos, & locus in quo conseruantur tales res dicitur criminile, & criminalia, *cap. cum inter 29. de verborum significat. dicto cap. ea quæ de offic. Archidiac.* & secundum hanc acceptionem hodie in Ecclesiis Regularibus dicitur Sacrista, in secularibus Thesaurarius.

7 Probatur quartò, ratione politici Gubernij, quia melius poterit cognoscere perspicacitatem, & aptitudinem ad conseruandas res sacras, illásque administrandas ipse Abbas, quam Gubernatores; & si enim potestas eligendi Sacristam in Ecclesia de iure patronatus laicorum, non sit de essentia, vt fiat ab Abbate, vel à laicis Gubernatoribus, cum ab vtrisque fieri valeat, conuenientius tamen ad Politicum Gubernium est, vt fiat ab Abbate, cum ille sit, cui cura commissa est Ecclesiæ, Sacramentorum administratio, &c. hinc est, quòd in occurrentibus casibus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Patientiæ Cesareæ, docuit experientia, omni tempore fuisse ab Abbate Sacristam electum, & hoc postea approbatum à Gubernatoribus pro tempore in eorum Oeconomico gubernio, & hoc quia bene cognouerunt quanto fructuosior fuisset talis electio, dependens ab Abbate, quam esset forsitan illa, quæ à Gubernatoribus fieret; ergo hæc possessio hodie multo magis Abbati Preuitali prodesse debet, qui attenta quasi possessione eligendi suorum prædecessorum elegit iam Sacristam, eique tradidit quasi possessionem officij, pacificè, & quietè, nullo contradicente, & per Abbatem semper fuit electio facta, qui tamen dat deinde notitiam Gubernatoribus, qui conclusionem faciunt, eámque extendi iubent in libro Rationalis, pro illi soluendo debito stipendio.

8 Hocque probatur ex eisdem libris, vbi in anno 1617. apparet vacasse dictam Sacristiam ob licentiam petitam à D. Octauio Tipaldo, & licèt 23. Aprilis eiusdem anni, vsquequo non fuisset electus nouus Sacrista, Gubernatores oneraſſent, & dediſſent officium D. Marco Antonio Carcamano, nihilominus talem electionem non toleravit Abbas, sed elegit D. Ioannem Dominicum de Aluino, qui obtinuit à Præside S. C. tum loci delegato, & protectore, vt salarium deberetur Aluino Sacristæ electo ab Abbate, & non electo per Gubernatores, quod postmodum declarauit delegatus 20. Iulij eiusdem anni, qui licèt dicat in decreto citra præiudicium ambarum partium, nihilominus dicta protestatio non inturbidauit Abbatis intentionem, tum quia non produxit nouas rationes ad fauorem Gubernatorum prædictorum, sed fuit primarum rationum præseruatiua, si forsitan haberent, quibus non productis, remanet reseruatio resoluta, quia dicta reseruatio remansit sine vllo fundamento, dum dictus Aluinus fuit ab eisdem continuò tractatus, vti Sacrista canonicè electus, & nunquam prædictas præseruatas rationes produxit, eique soluerunt mercedem dicti Gubernatores tertiatim per annos decem continuos vsque ad mensem Octobris 1627. quo tempore, dum denuo vacaret Sacristia prædicta per mortem dicti Aluini, & cum Abbas illius temporis de nouo elegisset D. Ioannem Paulum de Orlando suum Vicarium, non solùm dicta electio fuit peculiari conclusione acceptata à Gubernatoribus, sed ad omne dubium tollendum in futurum in eadem conclusione asseruerunt Gubernatores se acceptare electionem Sacristæ factam ab Abbate, tanquam ad ipsum pertinentem, in qua conclusione interuenerunt tres viri omni exceptione maiores, scilicet Præses S. C. Hortensius de Petio tunc Aduocatus primarius sacri Consilij, & alius scilicet Secretarius eiusdem S. C. quæ originaliter producitur, & licet in dicta conclusione dicatur talem electionem fuisse sequutam cum eorum mœrore, tamen hoc non fuit in ordine ad facultatem eligendi an spectaret, vel non ad Abbatem, quia hoc fuit habitum pro absoluto, sed fuit ita dictum, quia dictus D. Orlandus reperiebatur Magister domus, in quo officio fuerat per annos 18. Neque dici potest talem conclusionem reperiri extra librum conclusionum, vnde de illa non est habenda ratio, quia talis scriptura fuit à dicto libro cum industria sublata, ne occuparetur, de cuius veritate dubitari nequit, dum notoriæ sunt subscriptiones prædictorum, & remanet dicta scriptura plenè probata, dum alia electio non producitur dicti Dom. Ioannis Pauli de Orlando Sacristæ, cui fuerunt deinde factæ plures solutiones suæ mercedis à Gubernatoribus dictæ Ecclesiæ quousque vixit, cui non potuisset fieri dicta solutio, vti Sacristæ nisi præcessisset electio, præterquam quod dicta conclusio continet capita diuersa, quæ omnia verificantur ex actis contentis in eisdem libris, adeò vt sine vllo dubio remaneat verificata, ex quibus etiam apparet, quod dum infirmatus fuit D. Ioannes Paulus de Orlando, & Abbas substituit in sui locum D. Franciscum Antonium Marra, qui ab eodem remansit electus vti Sacrista, mortuo dicto de Orlando. 9

Neque huic quasi possessioni fundatæ, & authenticè probatæ, cum scientia, tolerantia, imò positiua obseruantia tot Gubernatorum pro tempore, qui dictam Ecclesiam gubernarunt per annos quinquaginta à tempore erectionis Abbatiæ prædictæ, nihilo in contrarium producto, poterit obstare, quod asseritur scilicet vltimam electionem fuisse à Gubernatoribus factam, tum quia 10

vſque adhuc id non conſtat, tum quia talis vnicus actus non potuit inducere præiudicium tali canonicæ quaſi poſſeſſioni, imò rationabili conſuetudini, cum qua concurrit partis contradictio, & res iudicata ad fauorem Abbatis, vigore decreti Præſidis de Ponte, in quo caſu idem Abbas prædeceſſor potuiſſet illam electionem, etiam ſuo conſenſu factam, reuocare, & annullare, vti in præiudicium ſuæ dignitatis, vel ſaltem potuit ſibi præiudicare, & non ſucceſſoribus, qui non poterit relinquere iura ſuæ Eccleſiæ, & Abbatialis dignitatis indefenſa, vt ſatisfiat ſuæ obligationi, &c. ad quæ omnia reſpicientes eleuato ſpiritu primi illi Gubernatores, tanquam magis informati de toto iure, ac inueterata obſeruantia, & de omnibus meritis cauſæ, non obſtante contradictione antea mota, concluſionem veriſſimam fecerunt de anno 1627. pari voto declarando ſpectare, & ſpectaſſe deputationem ſacriſtæ ad Abbatem.

11 Poſita ergo tali confeſſione, & declaratione, nulli dubium eſt, fuiſſe impoſitum vltimum ſilentium, & Abbatem habere pro ſe deciſionem, & rem iudicatam: nam licet prius fuerat mota lis anno ſcilicet 1617. tamen ea non obſtante locum habuit electio Abbatis, & mediante ordine Domini Præſidentis delegati fuit decretum, vt ſoluatur ſalarium dicto ſacriſtæ electo per Abbatem, & licèt fuerit appoſita clauſula citra præiudicium, &c. nihil refert; nam prædictus ſacriſta per annos decem continuos perſeuerauit in dicto officio, & tertiatim fuit ei ſolutum ſalarium, tamquam vero ſacriſtæ, nec aliæ rationes fuerunt adductæ à Gubernatoribus, ſed ſic in pacifica poſſeſſione, vt antiquitus fuit, Abbas remanſit, vbi præſupponitur acquieuiſſe Gubernatores, pro iure Abbatis, ad notata per Gratianum *cap.* 704. *num.* 10. Imò pro maiori confirmatione cum de anno 1617. iterum vacaret dictum officium, fuit, vt dicebamus, per Abbatem facta electio D. Pauli de Orlando, & fuit acceptata per Gubernatores, & concluſum ad Abbatem omnino ſpectare prædictam electionẽ, ergo quia vltima derogant prioribus, *l. ſed & poſteriores, ff. de legibus, l. 1. in fine, ff. de ſtipul. ſeruorum, l. pacta nouiſſima, C. de pactis,* & vltimæ concluſioni ſtandum eſt, Surdus *deciſ.* 195. *& conſ.* 202. Card. Tuſchus *litt. P, concl.* 431. præſumitur lis finita, & ad eos non ſpectare, ſed ad Abbatem, neque poterat adduci ibi ratio erroris, cum eſſent

12 viri doctiſſimi, vt Præſes Vrſinus, Hortenſius de Petio, & alij, nec in facto proprio error præſumitur, DD. apud Barboſam *de axiomatibus iuris in verbo Error*, alias eis imputatur, *l. ſi non fecerint* 37. *ff. de iure iurando, Canon. vxor* 37. 17. *quæſt.* 4. per quam confeſſionem, & declarationem perfectum ius fuit acquiſitum R. Abbati, tanquam Abbati, *l. vnica, C. de confeſſis,* Gratianus *c.* 593. & ſic ſucceſſiue fuit pacificè obſeruatum, & ſic fuit obſeruatum alias, vnde ex prædicta obſeruantia interpretatur, & probatur ad eum ſpectare in futurum, *l. ſi de interpretatione, ff. de legibus, c. cum dilectus de conſuetudine,* Mantica *deciſ.* 320. *num.* 6. & apud Rubeum *deciſ.* 4. *num.* 3. *tom.* 1. *part.* 2. in ea manutenendus eſt, Rota Romana *deciſ.* 802. *part.* 1. *diuerſ.* & apud Coccinum *deciſ.* 14. *num.* 4. apud Gregorium XV. *deciſ.* 200. vbi addentes *num.* 50. eo magis quia præceſſit lis, & deinde acquieſcentia, ergo danda eſt manutentio, Poſtius *de manutenendo d.* 154.

13 Nec poterat talis poſſeſſio præſcripta tolli, abſque vitio ſpolij, cum fuerit acquiſitum perfectum ius Abbati, nam præſcriptione acquiritur ius, DD. *in l. 1. ff. eodem,* & omnium controuerſiarum, ac litium finis, *l. fin. ff. pro ſuo, l. properandum, C. de Iudiciis,* Ricciardus *in rubrica de vſucapion. num.* 92. igitur in eo eſt manutenendus, cum habeat poſſeſſionem anteriorem, Ideo poſterior præſumitur iniuſta, & ſpoliatiua, Rota Romana apud Poſtium *deciſ.* 156. *num.* 3. nec meretur manutentionem, Rota Romana apud Gratianum *cap.* 134. *num.* 22. & 23. Neque requiritur probatio ſpolij, cum conſtet de poſſeſſione anteriori, Baldus *in l. penult. C. ſi à non competenti Iudice,* Afflictus *in Conſtit. Regni, lib.* 1. *Rubrica* 24. *de violentia circa poſſeſſ. num.* 20. Alexander *conſ.* 3. *num.* 6. *lib.* 3. ſemper enim Prælatus eſt reſtituendus nomine Prælaturæ, vel Eccleſiæ, licèt anteceſſor fuerit ſpoliatus poſſeſſione nam ei competit interdictum reintegrandæ, DD. apud Gratianum *cap.* 173. nec Prælatura potuit vnquam perdere poſſeſſionem ciuilem, DD. apud Poſtium *deciſ.* 377. *num.* 50. & ſic Prælatus poteſt petere poſſeſſionem nomine Prælaturæ, & recuperare naturalem poſſeſſionem ratione Ciuilis poſſeſſionis, quam retinet expellendo occupatores modo, quo explicatur deciſio Rotæ apud Poſtium *dec.* 327. *num.* 14. & 15. maximè quia concurrit negligentia anteceſſoris Prælati, & ſic non potuit præiudicare dignitati Card. Tuſchus *litt. H, concluſ.* 502. *num.* 16. maxime quia Prælatus ſucceſſor ſtatim ac ſciuit prætendi à parte aduerſa electionem præſentis ſacriſtæ factam à Gubernatoribus, eam reiecit tamquam nullam, & violentam, indignamque manutentione, ad notata per Gratianum *cap.* 889. Neque dicat pars aduerſa, quòd Abbas ad præſens non poſſidet, quia ſufficit Prælaturam habere quaſi poſſeſſionem ciuilem, cuius vigore, & nomine dictæ Prælaturæ, poterit recuperare naturalem, Poſtius *obſeruat.* 71. *num.* 50. & fuit per Rotam deciſum, *vbi ſupra*, nec per vnicum actum in ſucceſſiuis potuit præiudicari dignitati, DD. *in cap. cum acceſſiſſent de Conſtitutionibus.* 14

Neque obſtat ſupradictam concluſionem non reperiri in libris, quia conſtat ſumma cum diligentia eam fuiſſe ſubſcriptam, & poſtmodum ſubtractam, ad conſeruanda iura Abbatiæ, quæ per confrontationem litterarum aliarum concluſionum ſubſequentium, & antecedentium, ac verificationem ſubſcriptionem publicam fidem facere, ad notata per Maſcardum *concluſ.* 1174. *num.* 4. & *concluſ.* 1260. *num.* 25. tum ex obſeruantia antecedenti, & conſequenti pacificè habita, bina enim electio, & deputatio optimè probat quaſi poſſeſſionem, & ius in futurum, ac manutentionem inducit, ad notata per Poſtium *vbi ſupra.*

Ex quibus optimè infertur, quòd Iure com- 15
muni attento, ſacriſtæ officium, non erat dignitas Eccleſiaſtica, neque beneficium, ſicuti neque hodie eſt, ſed tantum officium Eccleſiaſticum, idque propter adminiſtrationem, & cuſtodiam rerum ſacrarum, & Theſauri Eccleſiæ, Rebuffus *in praxi in tit.* ſæculare beneficium quotuplex *num.* 9. Petrus Gregorius 2. *part. lib.* 15. *cap.* 39. Antonius Fabritius *in tit. de beneficio cum dignitate, num.* 59. & DD. apud Rotam *deciſ.* 9. *de prab. in nouis,* ſic videmus hodiè obſeruari, quia Theſaurarius qui talis non eſt Beneficiarius, ſed ſolum officium habet Eccleſiaſticum, ob quam rationem vendi prohibetur, ſicut alia ſpiritualia, & ad materiam ſimoniæ pertinet, vt ex Soto,

Hugolino,

Hugolino, & aliis dicit Suarez *de Religione, tom.1. lib.4. cap.29. num.11.* licèt alibi ex consuetudine, Thesaurarius sit dignitas Ecclesiastica subiecta Archidiacono, Fabritius *vbi supra, num 60.* Azorius *d. cap.16. quæst.6.* qui dicunt esse dignitatem, sic Custos Ecclesiæ propter administrationem rerum sacrarum dicitur habere officium Ecclesiasticum, vt *in tit. de officio Custodis*, qui licèt in plerisque ministerijs idem videatur, atque sacrista, seu Thesaurarius, *cap.2. eodem tit.* Azorius *d. cap.16. quæst. vltima*, attenta tamen origine diuersa sunt officia, vt constat ex diuersitate titulorum in Decretalibus, cum non sit verisimile Gregorium IX. *in compilatione decretalium*, duos, diuersosque titulos eiusdem officij, vnum post alterum inutiliter addidisse, vnde Custos videtur fuisse tanquam Minister sacristæ, eidemque additus, Glossa *in Rubrica eiusdem tit.* Petrus Gregorius *lib.15. cap.39. num.7. & lib.2. partitionum iuris Canonici, tit.9. cap.50. num.10.* quia vltra officium Sacristæ incumbendi seruitio Ecclesiæ scilicet & custodiendi vtensilia eiusdem, quæ etiam Custodi incumbunt, *cap.1. eodem tit.* ad eius munus vltra spectat signa dare, ad horas canonicas recitandas per tintinnabuli pulsationem, & luminaria Ecclesiæ accendere, & ignem vigilanter custodire, ne extinguatur *d. cap.1.* (de quo muuere fouendi scilicet ignem perpetuum in Ecclesiis in symbolum Spiritus sancti, & indeficientis diuinitatis, videnda sunt illa quæ tum de ritu Iudæorum, tum Gentilium curiosè adducit Petrus Gregorius *d. cap.39. à num.8.* vsque ad finem) Vinum, hostias, incensum, & alia ad Altaris sacrificium necessaria præparata habere, ac denique eleemosynas, & alia iussu Archidiaconi inter Pauperes distribuere, *cap.2. eodem tit.* Azorius *d.cap.16. quæst.7.* quæ omnia Sacristæ, seu Thesaurario de iure non competunt, hodie tamen ex Consuetudine hæc omnia in Ecclesiis inferioribus Sacristæ, seu Thesaurarij propria sunt, & in Cathedralibus Thesaurarij inferiores, & ideò attenta Consuetudine idem censetur esse officium vtriusque, ad quam Consuetudinem respexit Textus *in d. cap.2. in fine, eodem tit. vers. hi tres*, dum Custodis appellatione Sacristam comprehendere videtur.

16 Vnde officium Thesaurarij videtur inductum in Ecclesia; tamquam Coadiutorem Ostiarij, qui ordinem quidem Ecclesiasticum habet, & eius munus est, claudere, & aperire Ianuas, & fores Ecclesiæ: nam ostiarij Coadiutorem fuisse Sacellarium, ex temporali deputatione Sacerdotis, & Sacellario in Ecclesia Cathedrali, succesisse Thesaurarium asserit Henricus *in summa, lib.10. de ordine, cap.9. §. 2.* vnde notat Azorius *quæst.5.* alicubi Sacellarium dici à paruo nimirum sacco, quem ferebat secum, vel habebat ad pecunias Ecclesiæ loco reponendas, & conseruandas.

17 Infertur secundò, quòd ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum temporalium, alij officiarij Ecclesiastici in Ecclesia reperiuntur; Primò, scilicet œconomi quorum fit passim mentio tam iure ciuili, *l. iubemus, C. de sacrof. Eccles. l. omnes 33. §. hoc nihilominus, C. de Episcopis, & Clericis*, quam iure canonico, *cap. quia cum sequentibus*, & per totam 89. *dist.* & sæpè alibi, & ex his alij erant, quibus sub Episcopo res, & bona temporalia Ecclesiarum, & Episcoporum gubernanda, & administranda committebantur, Concilium Calcedonense *cap.26. œconomos habere*, qui res Ecclesiasticas secundùm ipsorum arbitrium, & sententiam dispensarent, *c. quoniam 16. quæst.7.* vbi glossa *in verbo Episcopum, cap. cum simus 9. quæst.3. cap. quia in quibusdam 89. dist.* adeo vt si negligentes fuissent in tali officio, Metropolitanus illos eligeret, & si Archiepiscopus non elegisset, eius suffraganei illi eligebant *d. cap. cum simus*, quod fuit introductum, vt administratio bonorum Ecclesiæ & eorum conseruatio maiori sub fide fieret, neque Prælati vlla suspicione fraudis arguerentur, *d. cap. quia, vers. vt non sint*, tum vt Prælati magis diuinis incumberent, & à bonorum temporalium, & negotiorum per œconomos leuarentur, & vt Episcopis mortuis, œconomi haberent notitiam bonorum, & rerum ad Ecclesiam pertinentium, & illarum quæ Episcoporum propriæ essent, & omnia permanerent in illorum potestate, *cap. illud quod 12. quæst.2.* iuncta ratione *cap. manifestæ 12. quæst.1.* vnde tales œconomi non solum in Episcopatibus, sed etiam in Ecclesiis inferioribus, & Monasteriis constitui præcipiebantur, *d. cap. cum simus, q.3. cap. Imperator 4. de iuramento calumniæ*, Glossa *in dicto cap. quoniam 16. quæst.7.* & dispensatores pauperum etiam vocabantur, *l. omnes §. nihilominus, C. de Episcopis, & Clericis*, & hodiè etiam sunt in vsu, & apud Hispanos vocantur *maior domo della Chiesa*, apud nos, œconomos.

Infertur tertiò, dari alios œconomos, quibus 18
commendantur fructus Ecclesiarum vacantium quousque de Rectoribus prouideantur, & tales fructus, vel expendere debent in vtilitatem Ecclesiarum, vel futuris Prælatis conseruare, *cap. cum vos 4. de officio Ordinarij*, vbi Glossa *in verbo œconomos*, & DD. quod etiam in Cathedralibus vacantibus obseruari, dicit Trid. *sess.24. de reform. cap.16.* de quibus œconomis plura Petrus Gregorius *lib.2. partit. iuris Canonici, tit.9. cap.50. & 2. part. syntagm. lib.15. cap.40.* Duarenus *de sacris ministeriis, cap.19.* Pater Suarez *de Religione, tom.1. lib.4. de simonia, cap.29. n.8.* & Glossa *in cap. saluator 1. quæst.1. in verbo & maiorem, & in dicto cap. volumus 89. dist.* Glossa *in dicto verbo œconomum, & in d. cap. Imperatorum 4. de iuramento calumniæ*, vbi DD. cum Abbate *num.6.* & licèt differant tales œconomi à Syndico, & Procuratore, quia principaliter non agendum, seu defendendum, sed ad conseruanda, & administranda bona dantur, Glossa *in d. cap. Imperatorum in verbo œconomum*, tamen poterant loco syndici, & Actoris conueniri, & agere, vt *in d. cap. Imperatorum de iuram. calumniæ, & in c.2. de Capellis Monachorum*, Petrus Gregorius *d. c.50.* Antiquitus etiam dabantur vicedomini, quorum 19
officium erat gubernare, & administrare domum Episcopi, Gloss. *in d. cap. volumus in verbo vicedomini, & in d. cap. saluator 1. quæst.3.* de quo officio agit Textus *in cap. consulere 38. de simonia*, Petrus Gregorius *d. cap.50. num.11.* Suarez *cap.29. num.8.*

Infertur vltimò, dari in iure Syndicos, Aduo- 20
catos, Procuratores, Actores, Castaldos, & defensores Ecclesiarum, qui in Iudiciis, vel extra alienas causas, & negotia agunt, & *in cap. vnico de Syndico, & in tit. de Procuratoribus, & tit. de postulando*, Petrus Gregorius *lib.15. cap.40. num.4. & 5.* Duarenus *lib.1. cap.19.* Suarez *d. cap.28. num.9.* datur etiam Cellararius, *cap. dilecto 25. de præb.* cui committitur dispensatio fructuum capituli scilicet præbendarum, & Canonicatuum, vt *in l. quæsitum, col.2. ff. de fundo instr. & instrum. legato*, erant etiam Rectores Hospitalium, & Præ-

positi

poſiti aliorum locorum piorum, *clem.* 2. *de præb. l. illud* 19. *C. de ſacroſ. Eccleſ. l. ſancimus* 46. *C. de Epiſc. & Clericis*, §. 1. *Auth. de alien. & emphyteuſi.*

Quia verò hæc omnia officia ratione adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ temporalium enumerantur inter Eccleſiaſtica officia, Mareſcottus *lib.* 2. *cap.* 3. *à num.* 12. Antonius Fabritius *in praxi, ac Theorica rei beneficiariæ in tit. de* Xenodochiis, & aliis locis piis, Garzia *part.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. Gonzalez *Gloſſa* 5. §. 4. *num.* 7. Azorius *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *quæſt.* 5. Card. Tuſchus *tom.* 4. *litt. H, concluſ.* 166. *num.* 8. Sic loca pia erecta authoritate Prælati enumerantur inter Eccleſiaſtica loca, *c. ad hæc de Relig. domibus*, Velaſchus *conſult.* 105. Gama *deciſ. vlt.* Gabedus *part.* 1. *deciſ.* 204. Marta *part.* 4. *centuria* 2. *caſu* 113. Suarez *tom.* 1. *de Relig. tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 3. Riccius *collect.* 648. Cardin. Tuſchus *litt. H, concl.* 163. Menochius *lib.* 4. *præſumpt.* 115. Gratianus *cap.* 34. Velaſcus *conſult.* 205. & propterea officia, de quibus *ſupra*, ſi vendantur, & per pecuniam tradantur, ſimonia committitur, *cap. conſulere in verbo vicedominatum de ſimonia, cap. ſi quis Epiſcopus* 1. *quæſt.* 1. *cap. ſaluator* 1. *quæſt.* 3. loquendo de ſimonia lege Canonica prohibita, Suarez *tom.* 1. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 27. *& cap.* 29. *cum ſequentibus*, Sebaſtianus Cæſar de Hierarchia *eccleſ. quæſt.* 2. *proœmiali per totam.* 21

Et quia fuit aliud dubium agitatum in materia huius Eccleſiæ, ſcilicet an Abbas ſanctæ Mariæ Patientiæ Cæſareæ teneretur accedere ad Synodum Diœceſanam Eminentiſſimi Domini Card. Archiepiſcopi Neapolitani. 22

Ideo dicebamus pro Abbate Ioanne Petro Priuitali, illum eſſe exemptum, & immunem, non ſolum à Iuriſdictione Ordinarij, & ſolutione eius quod debetur ratione onerum ſynodalium, quod dicitur Paſtor bonus, ſed etiam ab alio onere ſynodali, quod eſt acceſſus ad ſynodum ſolitam congregari per Eminentiſſimum D. Archiepiſcopum ſingulis annis, in Cathedrali Neapolitana, cuius ratio eſt, quia per Concilium Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de reformat.* & per Sacros Canones, præcipitur acceſſus ad ſynodum, vt intelligantur leges, & ſtatuta, quæ ibi fiunt, & vt ſciant ſuper illis deinde viſitari, corrigi, & puniri debere, vt benè Vulpe *in praxi fori Eccleſ. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 13. & licèt teneantur accedere exempti, hoc tamen intelligitur, dum habeat populum ſubiectum ordinario loci, quem inſtruere debent prædictis legibus, vt ait Gloſſa *in cap. quod ſuper de maior. & obed.* & deciſum refert Maſſobrius de Synodo *cap.* 2. *dubio* 6. Barboſa *in collect. Apoſtolicarum deciſionum in verbo Abbates, num.* 4. 23

Quia ergo prædictus Abbas cum toto ſuo Clero ſubiicitur immediatè Sedi Apoſtolicæ, ac Illuſtriſſimo D. Nuntio Apoſtolico, ideo non ligatur prædictis ſtatutis ſynodalium, nec habet Populum ſubiectum Eminentiſſimo Archiepiſcopo, propterea ſequitur nullo modo teneri accedere ad ſynodum, nam acceſſus eſſet fruſtratorius, cum ergo ceſſet ratio finalis acceſſus, debet ceſſare obligatio illius, *arg. l. adigere*, §. *quamvis de Iurepatr. l. quod dictum, ff. de pactis, cap. cum ceſſante de appellat.* Euerardus *in ſua topica legali in loco à ceſſatione rationis.* 24

Accedit pro confirmatione, quod habetur in Bulla fundationis Abbatiæ ibi (Necnon onerum ſynodalium, etiam eorum, quæ Paſtor bonus nuncupatur, ſolutione, præſtatione, penitus, & omnino auctoritate, & tenore, ſimilibus pariter, & perpetuò eximimus, & liberamus, illaque ſic exempta, & libera dictæ Sedi, illiuſque Nuntio in dicta Ciuitate pro tempore reſidenti, ſubmittimus, & ſubiicimus) ergo S. P. dat exemptionem onerum ſynodalium indefinitè, ergo ab omni onere ſynodali eximit, cum dictio indefinita æquipolleat vniuerſali, *l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban. l. ſi ita relictum, l. pluribus la* 44. *ff. de leg.* 2. *l. ſi plures* 98. *ff. de leg.* 3. Canoniſtæ *in cap. quia circa de priuilegiis*, Farinacius *deciſ.* 69. *num.* 8. cum adſit par ratio omnium, Paulus de Caſtro *conſ.* 153. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 26. *l.* 4. Card. Tuſch. *litt. I, concluſ.* 86. vt eſt in caſu noſtro. 25

Secundò accedit, quia Papa vtitur dictione (etiam) ſcilicet etiam eorum, quæ dicitur (Paſtor bonus) cum quo ſupponit alios caſus, & explicat magis dubitabilem, ergo clarè ſignificat voluiſſe eximere Abbatem non ſolum ab aliis oneribus ſynodalium, quæ conſiſtunt in acceſſu, ſed etiam à ſolutione eius, qui dicitur Paſtor bonus, cum hæc ſit natura dictionis prædictæ, vt ait I. C. *in l. etiam, ff. de verb. ſignif. l. conuenticula, C. de Epiſcopis, & Clericis, l. etiam, C. ſi Tutor, vel Curator, cap. vnico de commodato*, ideò ſtat augmentatiuè, & ampliatiuè, nam extendit priuilegium ad alium caſum magis dubitabilem, vt eſt ſolutio eius, qui dicitur, Paſtor bonus, *l.* 2. *C. de teſtibus*, Pariſius *conſ.* 46. *num.* 3. Menochius *conſ.* 907. *num.* 36. ergo ſupponit, tamquam expreſſos omnes alios caſus, ſeu omnia alia onera ſynodalia, *cap. tanta de ſimonia*, Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 275. *num.* 4. tam ſi ſumus in materia odioſa, quàm fauorabili, vt deciſum refert Farinacius *deciſ.* 51. *num.* 8. *part.* 1. Card. Tuſchus *vbi ſupra*, & tanto magis quòd Papa vtitur in Bulla dictione penitus, quæ nullam limitationem, vel reſtrictionem priuilegij admittit, *l. ambiguitatem, C. de vſufr.* Natta *conſ.* 63. *num.* 16. Seraph. *deciſ.* 447. *num* 4. ſed in totum eximit *l.* 1. *C. de Gladiatoribus, lib.* 2. Canoniſtæ *in cap.* 1. *de ſuppl. neglig. Prælat. in* 6. Francus *deciſ.* 179. Card. Tuſchus *vbi ſupra*, Surdus *conſ.* 267. *num.* 16. 26

Confirmatur hoc totum, quia onera ſynodalia ex praxi vniuerſali continent ſolutionem, & interuentum ad ſynodum, ad finem intelligendi ſtatuta, &c. Igitur ſi ſub dictione vniuerſali eximitur primò à Iuriſdictione Ordinarij, deinde in ſpecie ſub vniuerſali dictione ab oneribus ſynodalium, & deinde exprimitur alius caſus magis dubitabilis, ergo videtur abſurdum velle eum non eſſe liberatum ab aliis oneribus Synodalibus, quæ ſupponit tamquam minus dubitabilia expreſſa: vt ex dictis colligitur, præſertim cum priuilegia exemptionis debeant latè interpretari, iuxta proprietatem verborum, Decian. *conſ.* 113. *num.* 6. Card. Tuſchus *litt. P, concluſ.* 732. ergo remanet exemptus ab omni onere vniuerſali, ſcilicet Synodalium, nec poſſe reſtringi ad vnum caſum, alias eſſet expreſsè contra iura citata, & rationem adductam. 27

Neque dicatur, Anteceſſores Abbates ad Synodum acceſſiſſe, contra formam priuilegij; ergo videtur amiſſum prædictum priuilegium, cum certum ſit illud omitti per actum contrarium, *cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut. cap. ex ore de his, quæ fiunt à maiore parte capituli*, & notat Rebuff. *de decimis, q.* 13. *n.* 113. 28

Reſpondeo enim argumentum procedere reſpectu priuatorum, ſecus in caſu noſtro, vbi Abbates

bates repræsentant ipsam Abbatiam,& tanquam personæ publicæ, non verò vt priuatæ considerantur, ideò non possunt præiudicare, Abbas *in dicto cap. cum accessisset, num.6.* Felinus *n.28. regula 3.num.39.limit.3.* imò potius ex ignorantia accesserunt,quæ in eis non solùm aderat,cum essent parum litterati, sed præsumitur potius ignoranter, quàm scienter hoc fecisse, argumento *l. verius*, vt ibi notant Doctores *ff. de probat.*

29 Neque etiam dicatur possessorium obstare, quod per vnicum actum acquiritur.

Respondeo enim prædictum possessorium esse contra formam Bullæ; ergo non debet habere manutentionem,sed est recurrendum ad titulum: nam cum tali possessioni resistat Bulla, nulla propterea datur manutentio, Gratianus *cap.889.* Gregor. XV. *decis.105.in fine,* Postius *de manutent.obseru.42.à n.136.cum seqq.*

30 Neque etiam obstat obseruantia contraria, à qua videtur interpretari priuilegium, *l. si de interpretatione, ff.de legibus,cap.cum dilectus,de consuetudine,* Mantica *decis.320.n.6.* Rubeus *dec.4. sing.3.tom.1.p.2.*

Respondeo enim quod tunc per talem consuetudinem,vel obseruantiam interpretatur priuilegium, quando sumus in dubio, vt bene Cardin. Tuschus *vbi suprà, conclus.879. num.7.* & est obtenta in contradictorio iudicio præuia disceptatione,Ancharanus *consil.117.num.8.* Tuschus *vbi suprà, num.16.* at quando est contra formam Bullæ requiritur authoritas Principis concedentis priuilegium, Decianus *consil.46. num.126. lib.2.* vt habeat debitum finem, nec sit obseruatum ob errorem, quia error impedit consensum, *l.quod non ratione, Cod.de legibus*, in casu verò nostro totum oppositum reperitur: nam ex præscriptione legis præsumitur obseruatum ob errorem, nec accessit authoritas Principis, vel disceptatio in iudicio, nec habet aliquem finem, nec potest præiudicari Abbatiæ, cui realiter concessum est hoc priuilegium ob multas impensas factas à fundatore;ergo omninò attendendum est, quod sonant verba Priuilegij,&c.

Hæc causa proposita fuit in Sacra Congregatione Concilij ad Instantiam Abbatis sub die....

DISCEPT. CCCLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Iuris patronatus quasi possessio qualiter acquiratur,& quando.*
2 *Abbatiam qualiter probetur esse de iure patronatus laicorum.*
3 *Medietas præsentantium quando locum habeat.*
4 *Exequatur quo concedit Bullis Pontificum in Regno,quid videre debeat.*
5 *Quasi possessio actiua, & passiua, qualiter probetur.*
6 *Præsentantes qualiter probent descendentiam.*
7 *Ius patronatus, de quo agitur an sit Gentilitium, an hæreditarium.*
8 *Hæreditaria qualitas,qualiter probetur in iure patronatus.*
9 *Regula est filius ergo hæres, qualiter procedat.*
10 *Non semper est probanda in iure patronatus.*
11 *Concessio iuris patronatus, de qua hic, qualiter facta.*
12 *Regium exequatur qualiter concedatur in iure patronatus.*
13 *In iure patronatus cur introductæ sint Bullæ,& præsentationes.*
14 *Præsentationes in præsenti fuerunt per Pontifices approbatæ.*
15 *Ius patronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*
16 *Ius patronatus triplex hæreditarium, gentilitium, & mixtum.*
17 *Ius patronatus si donetur à Rege an requiratur assensus Apostolicus.*
18 *Regium exequatur quando denegandum.*

ARGVMENTVM.

Regium exequatur qualiter, & quando concedendum, & ius patronatus triplex, gentilitium, hæreditarium, & mixtum, & qualiter probetur quasi possessio, & an ius patronatus Regium si daretur à regibus requiritur assensus Apostolicus.

IVRIS RESPONSVM, PRO

Regio exequatur Bullæ Pontificiæ ad fauorem Clerici D.Ioseph Pignatelli.

Lanza Act.

AD elidendum partis ex aduerso imbecilla propugnacula, necnon ad veritatem enucleandum, & ius patronatus Dominorum de Pignatellis confirmandum, roborandum, & firmiter stabiliendum, singulatim obiectis per Dominos de familia Sanfelice *fol.184.* respondere congruè visum fuit,vt sequitur.

Ad primum igitur (non sine magna admiratione de parte, quæ asserit, Clericum Ioseph Pignatellum à medietate compatronorum præsentatum non constare, nec præsentantibus aliquod ius competere) Respondetur sibimet contradicere, cum ex alio capite affirmare conatur Abbatiam,de qua agitur ab anno 1623. semper fuisse in posse ipsius familiæ de Pignatellis per collationem in personam D. Vincentij Pignatelli, vltimi Prædecessoris Abbatis, qua de causa eos stare in quasi possessione præsentandi non ambigitur, quæ quasi possessio probatur per vnicum actum consummatum,& suum effectum sortitum,ad Text. *in cap.consult.de iur.patron.* Abb. *in cap. ex litteris 7. de iure patron.* Rot. Roman. apud Verall. *decis.69.* in qua quidem quasi possessione compatronus semper est conseruandus, & manutenendus donec in petitorio de illegitimo, & vitioso genere possessionis constatum fuerit, *cap.querelam 24.de electione,* Rub. *part.7. decis.238.* ea ratione, ne quis lite pendente sua

poſſeſſione priuetur, *cap.* 1. *extra de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*; dicitur autem in poſſeſſione, vel quaſi iuriſpatronatus conſtitutus, qui ſemel bona fide nouum Rectorem præſentauit, Maſcard *concluſ.* 958. Lambert. *lib.* 2. *art.* 11. *q.* 3. *part.* 1. & præſentatus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur aliis, Ricc. *de iure patr. reſol.* 214.

2 Ad ſecundum, reſpondetur in ſupplicatione porrecta Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ fuiſſe expoſitum verum, dum aſſeritur huiuſmodi Abbatiam eſſe de iure patronatus laicorum virtute priuilegij, prout clarum eſt, nec erat aſſerendum qualitatem beneficij, ſcilicet hæreditarij, vel gentilitij, dum ſufficiebat conſtare de pertinentia, & exiſtentia iuriſpatronatus: non autem de circunſtantiis ipſius; vltra quod lippis, & Tonſoribus liquet ius patron. prædictum hæreditarium, & non gentilitium eſſe, virtute verborum conceſſionis, *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, conſequenter hæreditarium, vt affirmant communiter Doctores tractantes de iure patron. penes Rotam apud Burattum *deciſ.* 411. & Rubb. *deciſ.* 412. gentilitium illud enim dicitur, quod eſt debitum generi, & non admittuntur, niſi qui probauerint eſſe de ſanguine illius generis, & non ſit tranſitus de vna linea ad aliam, prout Ricc. *de iur. Patr. reſol.* 232. *n.* 1. quod nullo modo verificari poteſt in caſu noſtro, cum expreſsè adſit qualitas hæreditaria, & de linea Mormili primi conceſſionarij, ed extincta, ad alias fuit facta tranſlatio.

3 Ad tertium præſentatum D. Ioſeph Pignatellum, à medietate compatronorum non dubitari poteſt, dum in præſentatione prædicta interuenerunt Illuſtris D. Pompeus Pignatellus Marchio Paglietæ, D. Carolus Pignatellus etiam ex perſona D. Erculis fratris, & D. Ioſeph Pignatellus ſenior, vt ex ſcripturis præſentatis, qui omnes integram medietatem conſtituunt tanquam deſcendentes ab eorum ſtipite Laura Mormili, igitur gratis, & erroneè fuit aſſertum per partem aduerſam, quod non aderat integra medietas vocum; in hoc enim beneficio duæ ſunt voces, vna dictorum de Pignatellis, altera verò dictorum de Sanfelice deſcendentium à Lucretia Mormili ſorore dictæ Lauræ.

4 Ad quartum, & quintum, motiua in dictis capitibus narrata præſentis ſpeculationis non eſſe, nec facere ad cauſam; non erat enim neceſſarium certificare Pontifici Abbatiam hanc multas ſub ſe beneficiorum collationes habere, dum non erat beneficium nouum, ſed antiquum, & diuerſæ collationes à ſua beatitudine in diuerſis temporibus de dicto beneficio prouiſæ fuerunt, nec huiuſmodi beneficium opus habet præſentato Sacerdote, prout pluries in Rota fuit practicatum, & deciſum, quia ſufficit ætas tredecim annorum completorum, iuxta Concil. Trident. & Sacros Canones: Vltra quod hoc totum non pertinet ad exequutorem Regij exequatur, qui nihil aliud videre debet, niſi an prouiſio ſit in præiudicium Domini noſtri Regis, prout aliàs abundantiſſimè in ſcriptis, & in voce in diſcuſſione cauſæ relatum eſt, iuxta doctrinam Abbatis, Felini, & aliorum de reſcriptis *in cap. ſi quando*, Couarru. *practicarum quæſt. cap.* 35. *&* 36. Theſ. *deciſione* 131. Salgad. *de retent. Bullarum à princip. vſque ad finem*, & ſignanter *in parte prima, capite octauo*, Regens Dauid *de Regio exequatur*, & Gizzarellus *de Regio exequatur*, ſed huiuſmodi cognitio ad Executorem Eccleſiaſticum, cui commiſſæ ſunt Bullæ ſpectat.

Ad ſextum, retorquetur motiuum contra partem ex aduerſo, ex conf ſſione enim illius vltra ſcripturas in actis deductas apparet Dominos de Pignatellis ſtetiſſe in quaſi poſſeſſione præſtandi actiuè, & paſſiuè, & familiam de Sanfelice neutro modo, igitur ipſi de Pignatellis ſunt eis præferendi, & manutenendi in poſſeſſorio prædicto per iura ſupra allegata. 5

Ad ſeptimum, factum aliter ſe habet quam ibi refertur, cum nunquam in ſupplicatione porrecta Summo Pontifici appareat D. Ioſeph Pignatellum præſentatum, aſſertum fuiſſe compatronum dicti beneficij tanquam deſcendentem à Laura Mormili, & eius hæredem; aliud enim eſt dicere præſentantes eſſe deſcendentes, & hæredes prædicti ſtipitis, & aliud præſentatum, & ſicut à legitimis compatronis quælibet perſona extranea ad beneficium nominari poteſt, ſic etiam cadit nominatio in dictum Clericum Ioſeph, legitimatio perſonarum requiritur in poſſeſſione actiua, & non in paſſiua. 6

Expeditis itaque obiectorum Partis aduerſæ, reſolutionibus fundamentaliter Clericus D. Ioſeph Pignatellus præſentatus, tali methodo ſua iura patefacit, nihil pro intentione Partis prædictæ confitendo, ſed ad ipſius excluſionem. Hoc ius patronatus vel dicitur gentilitium, vel hæreditarium, quomodocunque ſit, ſemper præſentatio familiæ de Pignatellis ſuum effectum ſortiri debet; ergo prætenſa per familiam de Sanfelice nullius ſunt roboris. Probatur minor, in iure patron. gentilitio fœminæ nuptæ extra familiam primi conceſſionarij non habens ius præſentandi, Roch. de Curt. *de iure patron. verbo competens, num.* 2. Gutier. *in conſil* 3. *num.* 9. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. §. 1. *num.* 144. Ricc. *de iure patron.* poſt alios *reſolut.* 232. *num.* 2. ſed in præſentatione partis aduerſæ præſentauit D. Victoria Sanfelice nupta in alienam familiam, *folio* 195. ergo nulla præſentatio reſpectu ipſius. Secundò indubitati iuris eſt, Religioſos, & Moniales proprio nomine præſentare non poſſe, ſed bene nomine Monaſterij, cum nihil proprium habeant, iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regul. & Monial. cap.* 1. *&* 2. Cardin. Seraph. *dec.* 1328. *&* 1361. Nauar. *conſil.* 13. *num.* 9. *de ſtatu Monachor. & in ſuis manual. cap.* 11. *num.* 50. Viuian. *de iure patron. part.* 7. *lib.* 5. *cap.* 3. ſed Clericum D. Marcum Antonium Sanfelice præſentauit etiam D. Pinella Sanfelice Monialis in Monaſterio Sanctæ Claræ Ciuitatis Iſerniæ proprio, & non Monaſterij nomine, *fol.* 194. *à terg.* igitur nulliter. 7

Et dato, & non conceſſo, quod præſentationes prædictæ eſſent validæ, quatuor ſunt præſentantes de Sanfelice, & quatuor præſentantes de Pignatellis, igitur in pari numero vocum, & conſequenter rectè fuit aſſertum Dominos de Pignatellis medietatem vocum prædictarum habere. 8

Sed ſi ius patronatus eſt hæreditarium prout verè eſt, eoque magis nullum ius competit dictis de Sanfelice pro impediendo Regium Exequatur, cum præſentantes careant qualitate hæreditaria, quæ omninò neceſſariè requiritur, vt affirmat Viuian. poſt innumeros Doctores per ipſum relatos, *de iure patron. part.* 1. *lib.* 4. *part.* 2. Ricc. *de iure patron. reſol.* 233. *num.* 4. In hoc enim iure non ſolùm debet probari deſcendentia, ſed etiam qualitas hæreditaria, Camp. *in diuerſ. iuris Can. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 378. & Guid. Papa *dec.* 507. Certum enim eſt in Regno noſtro fœminas

propter

propter masculos esse exclusas à successione Ascendentium, & per consequens non habere Ius præsentandi, Petr. de Anchar. *in Clem. plures col. 2. de Iure Patron.* & quod Constitutio Regni *In aliquibus* habet etiam locum in Iure Patronatus communis omnium sententia est, prout ita Lamb. *de Iure patron. art. 21. part. 2. lib. 1.* Roch. *de Iure patron. in verbo Ipse, vel Is, num. 14.* & post alios Ricc. *in d. resolut. 233. num. 5. & in decis. 72. num. 5. part. 2. & decis. 74. part. num. 3.* sed in præsentatione dictorum de Sanfelice tres sunt fœminæ præsentantes, quæ non sunt, neque possunt hæredes esse Lucretiæ Mormilis propter existentiam masculorum, quod etiam liquet ex præambulo præsentato per partem; *fol. 190.* vbi hæreditas ipsis non fuit delata, sed masculis cum onere dotandi, igitur præsentationes earum nullæ, & inualidæ.

9 Secundo respectu dictæ familiæ de Sanfelice non adest tota descendentia Lucretiæ, prout adest in præsentatione dictorum de Pignatellis, cum D. Fabius Sanfelice hæres, vt supra, pro vna ex tribus portionibus non præsentauit, & adest reseruatio alterius portionis ad beneficium Fr. Iosephi Sanfelice Equitis S. Ioannis, vt ex præambulo prædicto, & comparitione, *fol. 191.* igitur minora pars Aduersa habet suffragia.

Et licèt in actis non appareat præambulum qu. Lauræ Mormilis, à qua dependent familia Pignatellis, & ipsius moderni præsentantes: tamen hoc non est contrauertendum, quia cum constat ex actis, Carolum Pignatellum fuisse filium legitimum, & naturalem dictæ qu. Lauræ refutantis in eius personam Terram Paglietæ, *fol. 171.* ex præsumptione iuris dicitur illius hæres cum in fauorabilibus habet locum regula illa, *filius ergo hæres*, ex dicto Paul. Apost. *ad Galat. cap. 4.* & ex auctoritate iuris Canonici *cap. quicumque 12. quæst. 4.* Accurtius *in l. 1. Cod. si minor ad hæred. se abstinuer.* Caroc. *decis. 43.* Magon. *decis. Lucens. 38. num. 24. & decis. 62. num. 14.* Cart. *decis. 32. num. 13.* Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib. 12. tit. 10. num. 4.* & Menoch. *de adip. poss. remedio 4. num. 76.*

10 Vltrà quod de hoc non est ampliùs disputandum; nam regulariter existens in quasi possessione præsentandi non tenetur Ius suum denuò iustificare, *cap. consultationibus*, vbi Abb. *num. 9. de Iure patron. cap. querelam de elect.* & quod sic, pluries fuit decisum in Rota testatur Viuia. *in decisionibus post praxim de Iure patron. decis. 76 n. 3.* supra autem probatum est Dominos de Pignatellis huiusmodi quasi possessionem habere, igitur habent eorum intentionem fundatam, & hæc satis sint pro complemento; Instando præfatus D. Ioseph Pignatellus præsentatus interpositionem Regij Exequatur; oppositis non obstantibus per D. Marcum Antonium Sanfelice.

In hac causa fuit tam per Illustrissimum Capellanum maiorem cum voto sui Consultoris Domini Francisci Rocco Regij Consiliarij, quàm etiam per Collaterale Consilium die 4. mensis Iulij 1658. concessum Regium exequatur *Bullis Clerici D. Iosephi Pignatelli, non obstantibus propositis per illos de Sanfelicio.*

FACTI IVRIS,

PRO

DD. de Sanfeliciis.

Gatta Act.

DE EADEM RE.

ANNO 1505. Rex Ferdinandus Secundus fœl. mem, donauit irreuocabiliter inter viuos q. Troyano Mormili, suisque hæredibus, & successoribus ex suo corpore legitimè descendentibus Iuspatronatus Regalis Abbatiæ sub titulo S. Petri ad Curtim in Ciuitate Salerni; commisitque perpetuò obseruantiam dictæ donationis in beneficium vocatorum Excellentissimo D. huius Regni Proregi, videlicet. 11

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, &c. moti, &c. ac etiam attendentes laudabilia plurima, & grata seruitia Maiestati nostræ cum maximis periculis, sumptibus, & laboribus præstita per Magnificum Virum Troyanum Mormilem Nobilem Neapolitanum, &c. eidem Troyano Mormili, suisque hæredibus, & successoribus ex suo corpore legitimè descendentibus in perpetuum, tenore præsentium de certa nostra scientia, motu proprio, &c. damus, concedimus, & donamus, & ex causa donationis tradimus, & elargimur ius, ac dominium nostræ Regalis Abbatiæ Ecclesiæ, seuC appellæ Sancti Petri ad Curtim sitæ in Ciuitate nostra Salerni, &c. Necnon ponentes, & constituentes ipsum Troyanum, suosque hæredes, & successores prædictos in dicto iure patronatus, & dominio dictæ Ecclesiæ Sancti Petri cum dictis granciis, Cappellis, & beneficiis in locum, & vicem, dominium, & priuilegium, &c. Ita quod ipse Troyanus, suique hæredes, & successores prædicti ex nunc in antea possint, & valeant eligere, creare, & ordinare, præsentare, & prouidere de Rectore, & Abbate, sine Rectoribus, & Abbatibus in dicta Abbatia, prout nos vsque in præsentem diem, nostri prædecessores contulimus, & contulerunt; vel conferre potuimus, & potuerunt, &c. inuestientes propterea dictum Troyanum, suosque hæredes, & successores de præsenti nostra donatione, &c. Volentes, & decernentes insuper, quod hæc nostra liberalis, & gratiosa concessio sit omni futuro tempore ipsi Troyano, suisque hæredibus, & successoribus præfatis semper stabilis proficua, & fructuosa, fol. 143. & seq. vol. 1.

Dictaque donatio fuit beneplacito Apostolico munita cum clausulis sublata, &c. Irritanti, &c. *fol. 147.* d. vol. 1. ac etiam fuit confirmata in anno 1529. per Catholicam Maiestatem Imperatoris Caroli V. glor. mem. *fol. 148.* d. vol. 1.

Anno proximè elapso 1657. vacante dicta Abbatiali Ecclesia per obitum q. D. Vincentij Pignatelli vltimi possessoris, fuit de ea prouisus à Sanctissimo Claricus Don Ioseph Pignatellus, vti præsentatus à medietate compatronorum, & cum derogatione alterius medietatis, vt ex Bullis, quarum executio fuit commissa D. Vicario dictæ Ciuitatis Salerni, *fol. 174. vol. 2.*

Instanteque dicto Cler. Pignatello prouiso Apostolico pro *Reg. Exequatur* Bullis prædictis; sine quo prohibitum est illas; cæteraque expeditiones forenses in hoc Regno præsentare, vel

exequi ; fuit à S. E. per Coll. Conſ. ordinatum, quod Reuerendiſſ. Cappellanus Maior videat, & in ſcriptis referat S. E. *fol.* 169. & 179. *vol.* 2.

Et cum Ill. Dux Balneoli Don Marcus Antonius Sanfelicius, D. Fabius, D. Marcus Antonius, D. Camilla, D. Victoria, & D. Pinella de Sanfelice verè compatroni coram Ordinario Salerni præſentauerint dictum Cler. D. Marcum Antonium, *fol.* 192. vol. 2. comparuerunt coram dicto Reuerendiſſ. Cappellano Maiore inſtantes denegari dictum *Reg. Exequatur* ſtante ſubreptione, & obreptione dictarum Bullarum cum DD. de Pignatellis, vel non habeant ius, & actionem in d. iure patronatus, vel medietatem vocum non conſtituant ; Ordinarique dicto Ordinario Salerni, quod dictum Cler. D. Marcum Antonium Sanfelicium ab eis præſentatum inſtituat, & confirmet ; debitaſque Bullas expediat, vt *fol.* 185. vol. 2.

12 Tandem auditis partibus fuit in voto, quod ſit concedendum *Reg. Exequatur*, motus, ea ratione, quod exceptiones prædictæ vti reſpicientes meram exequutionem Bullarum, poſſint deduci coram ipſarum executore ; de quo grauati cum reuerentia dicti DD. compatroni de Sanfelice recurrunt ad S. E. ſupplicantes, quatenus dignetur mandare, quod de prædictis fiat relatio ore tenus in S. Coll. Conſ. vt ipſorum indemnitati prouideri poſſit ; cum ex ſequentibus ſatis demonſtretur dictum *Reg. Exequatur* eſſe omninò denegandum. Nam

13 Talis prohibitio præſentandi, & exequendi in hoc Regno Bullas, cæteraſque expeditiones forenſes fuit adinuenta, ad finem euitandi præiudicialia reſpectu noſtri Inuictiſſimi Regis, eiuſque vaſſallorum, illoſque tuendi ab omnibus grauaminibus ; & vexationibus nulliter, & indebitè inferendis, reparando executionem, & quatenus opus erit Principi reſcribendo iuxtà *cap. ſi quando, de reſcript. in 6.*

In caſu autem præſenti ne dum adeſt notabile præiudicium reſpectu Regalis Patrimonij, ſed etiam dictorum de Sanfelice vaſſallorum compatronorum dictæ Regalis Abbatiæ.

Reſpectu Regis quia ; cum dicta Abbatia fuerit conceſſa Troyano Mormili, ſuiſque hæredibus prædictis ; & per mortem qu. Fabritij nepotis ex filio dicti primi acquiſitoris tranſiuerit in poſſe q. Lucretiæ ſororis, & hæredis eiuſdem Fabritij, vt ex teſtamento *fol.* 186. & ex præambulo aditionis hæreditatis, *fol.* 187. vol. 2. vtique non poteſt ampliari in aliam diuerſam lineam illorum de Pignatellis non hæredum in præiudicium dicti Inuictiſſimi Regis concedentis, cum facilius per extinctionem vnius lineæ, quam duarum poſſit redire ad eundem concedentem, ac proinde ſtante quod dictæ Bullæ ſunt Reg. Fiſco adeo damnoſæ, non eſt eis concedendum *Reg. Exequatur*, ſed Principi reſcribendum, Capyc. Latr. *deciſ.* 174. *num.* 36. *tom.* 2. Tum etiam quia, obſeruantia dictæ Regalis donationis, & cognitio ſuper pertinentia huius patronatus, obſeruandi perſonas legitimas ad præſentandum, eaſque defendendi, & conſeruandi,

14 fuit per Reges, & Pontificem ſpecialiter commiſſa Excellentiſſimo D. huius Regni Vice-Regi, vt ibi : *Illuſtri Vice-Regi, Magnoque Camerario, ac Locumtenenti ſuo, Præſidentibus, &c. dictoque Troyano, & ſuis hæredibus prædictis teneant firmiter, & obſeruent, teneri, & obſeruari faciant inuiolabiliter per quoſcunque iuxta ſui ſeriem, continentiam pleniorem, & non contra faciant, vel veniant, aut aliquem, vel aliquos contra facere, vel venire permittant, aut ſinant, &c. fol.* 144. *à ter. vol.* 1. confirmata ab Inuictiſſimo Imperatore Carolo V. *fol.* 148. & 151. *à ter. litt. A, B,* & à San. Mem. Clem. VII. cum clauſulis *ſublata*, & decreto *irritanti*, *fol.* 147. *d. vol.* 1. per quas eſt clauſum os parti, & ligatæ manus alteri Iudici, Felyn. *in cap. nulli, num.* 22. *verſ. ſecunda concluſ. de reſcript.* Mart. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 176. *num.* 1. *cum ſeqq.* Rot. *deciſ.* 77. *num.* 9. *part.* 5. *rec. & coram* Card. Caualer. *deciſ.* 430. *num.* 3.

Reſpectu verò vaſſallorum, ſcilicet dictorum de Sanfelice. Quia in hoc iure patronatu, vtcumque ſit vel hæreditarium, vel gentilitium, vel mixtum, dicti de Pignatellis, aut nullum ius habent, aut medietatem vocum non conſtituunt. Nam

Si hæreditarium, vt in dubio præſumitur ius 15
patronatus ex *Clem. plures de iur. patr.* Rot. *deciſ.* 175. *num.* 3. *part.* 1. & *deciſ.* 336. *num.* 1. & *deciſ.* 362. *num.* 5. *part.* 5. & *deciſ.* 72. *num.* 1. & 275. *num.* 4. & *deciſ.* 280. *num.* 5. *part.* 7. *recent.* & coram Buratt. *deciſ.* 674. *num.* 1. Et hoc caſu nulli dubium eſt, quin Fabritius, & Hercules filij q. Caroli, vti nepotes dicti q. Troyani primi acquirentis eorum Aui præſentauerint, vt *fol.* 39. 55. & *ſeq. vol.* 1. cui quidem Herculi ſucceſſit Fabritius, huic ſucceſſit q. Lucretia Mormilis eius ſoror in burgenſaticis, ſiue allodialibus, vt ex teſtamento *fol.* 186. *vol.* 2. & decreto præambuli *fol.* 187. & d. vol. Dictæque Lucretiæ ſucceſſerunt omnes præfati de Sanfelice præſentantes, vt ex præambulis, *fol.* 190. & 204. *vol.* 2. & meritò vti hæreditarium tranſiuit ad ipſos tantùm, *cap.* 1. *de iur. patr. gl. in cap. conſiderandum* 16. *quæſt.* 7. Rot. *deciſ.* 287. *num.* 5. *part.* 5. & *deciſ.* 207. *num.* 7. *part.* 7. *recent. & coram* Card. Seraph. *deciſ.* 364. *num.* 3. & *deciſ.* 378. *num.* 1. non verò ad illos de Pignatellis qualitate hæreditaria carentes, Rot. *deciſ.* 96. *n.* 1. *part.* 6. *recent.*

Si Gentilitium, quod idem eſt, ac ex pacto, 16
& prouidentia, Rot. *deciſ.* 267. *num.* 6. *part.* 6. *recent.* & hoc caſu, dum in conceſſione Regali fuerunt vocati deſcendentes indefinitè, quorum appellatione veniunt omnes abſque diſcrimine ſexus, Rot. *deciſ.* 217. *num.* 3. *part.* 6. ſuccedentes in capita, & non in ſtirpes, Gloſſ. *in d. clem. plures de iur. patr.* Rot. *deciſ.* 47. & *deciſ.* 267. *part.* 4. *rec. tom.* 2. & *deciſ.* 285. *num.* 10. & *deciſ.* 288. *n.* 4. *part.* 5. *recent.* Vtique dictus Cler. Don Marcus Antonius Sanfelice præſentatus à maiori parte, nempè à dictis ſex compatronis venit omninò inſtituendus in tali beneficio ; non verò Don Ioſeph Pignatellus præſentatus vel à non patronis, vel à minori numero, ſcilicet quatuor, *d. clem. plures de iur. patron. & cap. quoniam, eod. tit.* Rot. *deciſ.* 2. *num.* 4. & *deciſ.* 275. & *deciſ.* 280. *num.* 1. & 16. *part.* 7. *rec.*

Si mixtum, vt cenſeo in caſu noſtro, & patet ex verbis conceſſionum, ibi, *Eidem Troyano Mormili, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus,* &c. quæ operantur, quod non ſit merè hæreditarium, ita vt eſſet tranſitorium ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos : Io. Andr. *in c. cum ſæculum de iur. patr.* Rot. *deciſ.* 175. *num.* 3. *part.* 5. & *deciſ.* 38. *n.* 8. *part.* 7. *recent.* Sed tantum in certum genus perſonarum habentium vtramque qualitatem, ſcilicet, ſangninis, & hæreditatis ; & hoc caſu ad DD. de Sanfelice tantùm pertinet, vti deſcendentes, &

hæredes

hæredes primi acquisitoris; non verò ad DD.de Pignatellis, saltim qualitate hæreditaria carentes: Rot. *decis.*112.*& decis.*217. *num.*1. *per totam,& in decis.*267. *num.*6. *part.*6. *& decis.*208. *num.*1. *part.*7. *recent.*

Non obstat quod d. q. Don Vincentius Pignatellus vltimus possessor per cuius obitum vacat d. Abbatialis Ecclesia fuerit prouisus per Sanctissimum ad præsentationem dictorum de Pignatellis cum simili derogatione medietatis vocum, *fol.*145. *vol.*2. Et propterea dum non controuertitur existentia iuris patronatus; sed tantùm illius pertinentia inter compatronos, attendatur vltimus status; & illi compatroni sint manutenendi in quasi possessione præsentandi, qui vltimo loco præsentauerint.

17 Quia dicta donatio iurispatronatus facta à Rege, fuit etiam beneplacito Apostolico munita cum clausula, *sublata*; & decreto *irritanti*, quæ inficiunt titulum, & possessionem, ac factum,& obseruantiam in contrarium: Rot. *decis.*617. *num.*1. *part.*1. *& decis.*476. *num.*4. *part.*4. *& decis.*443. *num.*5. *& decis.*508. *num.*4. *&* 524. *n.*8. *part.*5. *& decis.*288. *num.*3. *part.*6. *& decis.*3. *num.*2. *&* 66. *num.*13. *& decis.*113. *n.*2. *part.*7. *recent.* & coram Buratt. *decis.*542. *num.*6. Tum etiam quia, quatenus constaret de aliquo iure, & quasi possessione ipsorum de Pignatellis; ipsa etiam iuuaret compatronis de Sanfelice, cum possessio, seu quasi vnius socij conseruetur ex possessione alterius: Viu. *de iur. patronat. part.*1. *lib.*5. *cap.*2. *num.*37. Rot. *decis.*174. *n.*10. *part.*5. *recent.* Ac etiam ex prouisione Apostolica: Rot. coram Achill. de Graff. *decis.*13. *num.*3. *de iur. patr.* quæ nunquam patronis præiudicat mutando statum, seu quasi possessionem, sed potiùs conseruat: Viu. *d. tract. part.*1. *lib.*5. *cap.*2. *num.*59. Rota *decis.*545. *num.*3. *part.*1. *diuers.* & coram Achill. *d. decis.*13. Caputaq. *decis.*189. *part.*1. adden. ad Burat. *decis.*153. *num.*5. *&* 6. & coram Cardin. Caualer. *decis.*390. *num.*5. Et derogatio medietatis vocum aliud non est, nisi reductio plurium consensuum ad medietatem illorum: Viu. *eod. tract. part.*3. *lib.*14. *cap.*2. *num.* 20. Tum quia d. asserta prouisio olim facta per ipsos de Pignatellis fuit potiùs vsurpatio, vti facta coram Executore Apostolico non verificatis omnibus requisitis, nempè ipsos præsentantes fuisse descendentes, & hæredes, prout requiritur in hoc iure patronatus, & habuisse medietatem vocum, nec auditos, & citatos dictos de Sanfelice verè compatronos, & sic neque afficit ex vulgatis iuribus.

Tum denique quia, dum constat de proprietate iuris patronatus in fauorem ipsorum de Sanfelice; quasi possessio illorum de Pignatellis non attenditur, cum proprietas semper absorbeat causam possessionis: *cap. cum dilectus de caus. poss. & propriet.* Ricc. *resolut.*217. *num.*4. *de iur. patronat.* Rot. *decis.*83. *num.*5. *& decis.*174. *num.*4. *part.*5. *recent. & coram Penia, decis.*521. *num.*7. Et præsentatus à veris compatronis præfertur alteri præsentato ab existentibus in quasi possessione præsentandi *d. decis.*521. *num.*8.

Neque tandem obstat, quòd supradictæ exceptiones excludentes præsentatum à Pignatellis, vti impedientes executionem Bullarum Apostolicarum; possint deduci coram earum executore, & proindè *Regium Exequatur* non sit retardandum. Quia omisso quod ex supradictis clarè apparet nullum ius competere dictis de Pignatellis, & esse instituendum, & confirmandum præsentatum ab illis de Sanfelice. Attamen ista cognitio circa pertinentiam dicti iurispatronatus, & videndi, quænam sint personæ legitimæ ad præsentandum, illasque in eo manutenendi, conseruandi, & defendendi, spectat priuatiuè quoad alios ad Excellentissimum D. huius Regni Proregem tantùm ex speciali iurisdictione sibi commissa in d. Regali concessione Ferdinandi II. confirmata ab Inuictissimo Imperatore Carolo V. & à San. Mem. Clem. Papa VII. cum clausulis *sublata*, & decreto *irritanti*, per quas est clausum os parti, & ligatæ manus alteri Iudici, vt sup. firmaui *in §. respectu Regis, vers. Tum etiam, &c.*

Concludendum itaque est *Reg. Exequatur* esse omninò denegandum dictis Bullis, vti valdè præiudicialibus suæ Catholicæ Maiestati, eiusque vassallis de Sanfelice verè compatronis. Tum quia obseruantia Regalium concessionum huius patronatus pro manutenendis, conseruandis, & defendendis hæredibus, & successoribus q. Troyani Mormilis primi acquirentis fuit commissa per ipsam Catholicam Maiestatem Excellentiss. Vice-Regi huius Regni, vt apparet ex ipsis concessionibus glor. mem. Ferdinandi II. Caroli V. cum beneplacito Apostolico munito clausulis *sublata*, & decreto *irritanti*. Et esse ordinandum Ordinario Salerni, coram quo fuit præsentatus Cler. Don Marcus Antonius Sanfelice à sex verè compatronis, quod ipsum instituat, & confirmet; debitasque Bullas expediat, prout speratur, sub censura. Datum Neap. 20. Iunij 1658.

Cler. D. Ioseph N. N.
prouisus amplius.

†
N. Dux Montis Calui; Ioseph; D. Fabius; Marcus Ant. Fr. Ioseph; Victoria; Pinella;
præsentatus.

† † †
Pompeius; Ioseph; Hercules; Vincentius; Camilla; Cæsar; Marcus Ant. Comes
Marchio Paglieta; *prouisus in Anno 1623. cum derogatione medietatis.* Balneoli;

† † †
Carolus Pignatellus; Marcus Antonius; Io. Vincentius;

† Laura; *hæres in feudalibus dicti Fabritij nupta cum Federico Pignatello.*

† Fabritius;

† Hercules;

† Lucretia; *hæres in allodialibus dicti Fabritij nupta cum Fabio Sanfelice.*

†
Carolus.

†
Troyanus Mormilis.

DISCEPTAT. CCCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species adducitur de qua hic.*
2 *Pacta emphyteutica recensentur.*
3 *Census ob rem deperditam, & peremptam quando extinguatur.*
4 *Census an fuerint Neapoli extincti ob res peremptas.*
5 *Census qualiter sit soluendus.*
6 *Census non diminuitur, diminuta re censita.*
7 *Molina affertur de contractibus pro nostra opinione.*
8 *Pensio quatenus soluenda, perempta re,* & num. 9.
10 *Census an, & quando debeatur etiam peremptare.*
11 *Perempta re remanet obligatio personalis.*
12 *Emphyteusis an dicatur ex modica pensione.*
13 *Emphyteusis in totum perempta extinguitur census.*
14 *Emphyteusis Ecclesiæ qualiter fiat, cum numeris sequentibus.*

ARGVMENTVM.

Census emphyteuticus an, & quando extinguatur perempta re, super quam est constitutus, & quid diminuta recensita, & quatenus pensio sit soluenda, perempta re, & an debeatur Canon emphyteusis ex modica pensione.

FACTVM, ET IVRA, *PRO*

Thoma Scarpato nominibus vt in actis.

1 CATARINA Rascio, e Tomaso Scarpato coniugi à 12. di Giugno 1643. precedente memoriale di S.E, & decreto del Vicaria, quòd expedit censuorno, seu vendirno à Giulio di Pace vna casa, seu molti appartamenti di case, che stauano vnite con l'altee case di detto Giulio nella strada di Porto per annui duc. 40. di censo subalterno, con patto di affrancare per ducati 600. in qual caso sene douesse far compra con conditione, che dette case non se vendessero senza il di loro consenso, e con altri patti, obligando detto Giulio sè, e tutti li suoi beni presenti, e futuri.

Douendo il detto Giulio duc. 40. maturati à Giugno 1648. pretese non esser obligato pro præterito, nec in futurum al pagamento di quelli per causa delli danni patiti in dette case dalli cannoni del Castello nouo nell'vltime reuolutioni facendo il giuditio con esso Tomaso, come che sopra l'istesse case non vi fossero altri censuarij, e creditori.

E per il Sig. Commissario si ordinò, che pagasse li ducati 17. maturati ad Ottobre 1647. per li mesi cinque, e si riseruò la prouista per li restanti. Per il che si hà da prouedere tanto per li altri duc. 23. per l'annata del 1648. quanto che continui in futurum à pagare detti annui duc. 40. non obstantino le sue pretensioni. Prouisio facienda.

Facto accessu più volte dal Sig. Commissario, e da tutti li altri Sig. della Rota, anco con l'interuento del Sign. Marchese Presidente, & questo ad instanza della parte presupponendo, che la differenza indigebat oculari inspectione ad Text. *in l. si irruptione in fin. ff. fin. regun. l. si quis C. eod.* fattasi dal tauolario la relatione ordinatali *fol.* 88.

Fù per il S.C. à 19. di Aprile 1649. interposto decreto, *quòd procedatur ad expeditionem causæ inter Iulium de Pace, & Catharinam Rascio, & Thomam Scarpatum absque termino, etiam accedente consensu ambarum partium in Aula S. C. declarato, citra tamen præiudicium aliorum interesse prætendentium, quam expeditionem Iulius de Pace infra mensem procuret, quò termino elapso, & expeditione non procurata, prouidebitur super instantiis per dictam Catharinam, & Thomam super solutione annui duc. 40. fol. 88.* Decretum S.C.

Questa causa non è stata primo sollecitata per parte delli creditori per causa dell'in

dell'infermità,e morte,che hà piaciuto à N.S. che sentisse la casa di d.Tomaso,vt est notorium, e però essendo inter has moras morta detta Caterina se sequita il giuditio con Tomaso anco come padre,& legitimo administratore delli figli di detta Catarina.

2 Supponendum, itáque in fatto in instrumento dictæ censuationis fuisse appositum pactum, v 3.

Verba Pacti. *Promette detto Giulio da detto pagamento di annui duc.40. non cessare, nè mancare per qualsiuoglia titulo ragione, e causa di peste, ò guerra, che potesse soprauenire in questa Città, e regno (che Iddio non permetta) ò dette case in tutto, ò in parte non se locassero, ò si diminuissero di piggione, itache non bastasse à pagare detti censi, & annue intrate, vt suprà descritte, & oltra di quelli li predetti annue duc.40. à detti Tomase, e Caterina, ò che dette case in tutto, o in parte perissero, per qualsiuoglia infortunio, o caso così diuino, come humano, nelle quali casi sia escluso solamente, se le case predette per infortunio repentino cascassero, e non fosse à tempo detto Giulio di repararle, ouero in dette case se ce mettesse fuoco, in questi due casi tantum detto Giulio resti disobligato, nelli altri resti detto Giulio obligato à pagare detti annue duc.40. à d. coniugi, quia sic, &c. fol.4.*

3 Prætenditur, itaque pro parte Thomæ Scarpati nominibus quibus supra diminutionem census neque in obulo posse à d. Iulio sperari Repræsentando prius DD. meis hanc decisionem nimiæ esse consequentiæ, & generalis exempli, nam aperiret aditum non solum emphytheutis, sed omnibus censuariis cuiuscumque speciei, qui similia infortunia in rebus censui submissis fuissent passi,cum eædem rationes in omnibus concurrant ad similes deductiones, vel extinctiones petendum, vt Thes. *decis.*20. qui etiam præcisa Pij dispositione loquitur sub prætextu reducendi contractum ad æquitatem ad Text. *in l. cum quidam* 17. *ff. de vsur.* Latr. *alleg.*3. *num.*23. & ne totus mundus (si Iulius pro se obtineret) litibus inuoluatur.

4 Secundo generaliter præmittendum non deberi tali prætensione molestari, cum in gratiis concessis expresse fuerit determinatum in 3. Verba Gratiarum. *cap. che dalli Deputati si debba pigliare espediente per rifare li danni patiti dalli patroni delle case deroccate dalle cannonate.* Dum itaque Princeps determinauit quomodo illis sit prouidendum, esset venire contra gratias, si Iulius à creditoribus refectionem, diminutionem, aut extinctionem aliquam prætenderet, quod motiuum credo non parui faciendum,sed maturè ponderandum.

5 Tertiò præmitto non intelligere, quomodo Iulius suam hanc vanam prætensionem dirigat contra Thomam, & hæredes Catherinæ, dum non solum ipsi sint creditores, & censuarij super dictis domibus, & quando deductio aliqua debetur (quòd negatur) esset facienda pro rata, & per contributum, nec in hoc casu habenda ratio anterioritatis, & posterioritatis, tùm quia etiam ipsi creditores multos habent posteriores trahens, eorum creditum originem ab annis 1606. & 1615. tùm etiam quia in hoc casu non proceditur per tramites anterioritatis, & posterioritatis.

6 Dico ergo, vel contractus iste, est emphytheuticus, vel est reseruatiuus habens veram naturam emptionis, & venditionis, si est emphytheuticus prætermissis omnibus Metaphysicis interpretationibus habemus, Text. *in l. 1. C. de iur. emphyt.* vbi expresse statuit Imp. *firma, & illibata esse custodienda, quæ inter vtrasque partes super fortuitis casibus fuerint conuenta.* Dum itaque omnes casus fortuitos Iulius super se suscepit, dictæ conuentioni standum; omnes enim contractus ex conuentione legem accipiunt, *lib. contractus, ff. de reg. iur. l. in conuentionalib. ff. de verb. oblig.* multò magis in contractu emphytheutico, *d. l. 1. & 2. C. de iur. emphyt. §. adeò instit. locat.*

Quod etiam contra conductorem locum habet, qui licet regulariter non teneatur de casu fortuito *l. 1. & l. in iudicio, C. loc.* tamen valet pactum, vt etiam in illo casu teneatur soluere pensiones, *l. si quis fundum* 10. *ff. locat. l. sed addes* 21. *§. illud nobis, ff. eod. l. item quærit, §. si gemma, ff. eod. tit.* latè Larr. *allegat.* 16. *n.*29. 7

Quamobrem Molin. *de contract. tract.* 2. *disp.* 391. *clauſ.*8. dixit vnum notabile, quod vbi non est recepta bulla, & fuerit factum pactum, quòd pereunte, adhuc debitor census ad integram pensionem teneatur, pactum hoc valere, cum eiusmodi sit contractus assecurationis rei, permistus cum contractu censuali, qui assecurationis contractus ex natura rei validus est, & licitus; tanto magis quòd pretium, quod pro dicto censu datum est, est æquale, ac commensuratum vtrique rei, citat seipsum *disput.*389. & maximè stante pacto supradicto vt idem Molin. *disput.* 454. *num.*13. *vers. excipiat*, Valasc. *quæst.*27.*n.*14.& 19.Talis erat casus noster; nam contrahentes confessi sunt, pensiones domus ascendere ad duc.84. concesserunt pro quadraginta cum potestate affrancandi. 8

Si aut de dictis casibus non fuerit conuentum, dicit Text. *Quod si tanta clades emerserit, vt prorsus res concessa fecerit interitum,ita vt nihil reliquum remanserit, tunc contractus destruitur; sin aut particulare, vel aliud leue contigerit, damnum hoc emphytheuta suis partibus non dubitet adscribendum.* Dum ergo habemus expressam Text. dispositionem domum concessam penitus non destructam,ad quid dubitare? vbi enim sunt verba expressa,cauillationes DD.locum habere non debent,Bald. *cons.*174.*lib.*2. illorumque subtilitas non admittenda, qua veritas obumbratur, idem Bald. *in rub. de postul.* sequenda enim est legis dispositio,licet aliquam contineat duritiem, *l. prospexit, ff. qui & à quib.* Et licèt contractus sint reducendi, & possint à Iudice reduci ab iniquitate ad æquitatem: hoc est,quando à principio fuerint iniqui;secus si ex post facto, & casu fortuito,cui contrahentes se submiserunt. 9

Et adeò verum est sic litteraliter Text.*in dict.* *l.*2.intelligendum,vt Fontanel.post alios *clauſ.*4. *gloss.*18.*p.*1.*num.*111.sequendo Gloss.*in d.Text. in ver.particulare*, dixit, quòd res debet penitus perire,& ita casu fortuito dirimi, vt nec aliquid, nec aëra ipsa superstit, vt liberatus habeatur emphyteuta, & Gloss. *in d.verb. particulare*, dixit, posse reemptionem esse, satis vltra medietatem, & Cenc.*de cens.p.*3.*c.*1.*q.*3.*art.*1.*num.*8.& 9. voluit tunc dici peremptam in totum,non quando vsus est impeditus, sed quando res perpetuò periit, taliter vt penitus, & omninò destruatur, & eradicetur,quod ex pluribus Doctoribus *n.*9. vel vsus in totum haberi non possit, & impossibile sit,vt habeatur, Andr. Gaill.*lib.*2.*obseru.*23. *num.*14. & sic qualiscunque particula remaneat, 10

penitus

penitus diruta non dicitur, Viu. *deciſ.* 500. *lib.* 3. *n.* 9. *cum ſeq.* Hodiern. *ibid. n.* 9. vel (vt alij) quando ita eſt perempta, vt non poſſit reſtaurari, cuius contrarium in caſu noſtro vidimus: nam fuit reſtaurata, licèt cum magnis forſan expenſis, quas ſubire tenetur, emphyteuta, vt ex pluribus Viu. *deciſ.* 500. *n.* 10. Hodiern. *n.* 15. contentus enim eſſe debet vtilitate gauiſa per plures annos, Hodiern. *ibid. num.* 13. & pretio æſtimabile eſt vicinam, contiguam, & vnitam habitationum partem nobiliorem incorporaſſe, necnon habere quod meum erat, & quod hodie vti liceat (licèt refecto ædificio) area, & aëre quo vtitur, & iure ædificandi, vt Mant. *de iur. emphyt. lib.* 22. *tit.* 24. *n.* 15. *verſ. Sed pro contraria.*

11 Dato, & non conceſſo, quòd penitus fuerit diruta; certum etiam eſt, quod adeſt in inſtrumento obligatio perſonalis, & licèt remaneret liberatus ab actione reali, tamen non liberatur ab actione perſonali, licèt res penitus ſit perempta, *l. ſi pecunia, §. fin. ff. de cond. cauſ. dat. l. ſi filiusfam. §. ſi poſt diuortium, ff. ſol. matr. cum vulg. iur.* & DD. quæ, quos Graſſ. *de except. except.* 3. *à n.* 4. tantò magis, quòd legitur in inſtrumento ſolutio duc. quadraginta non ſolùm promiſſa ex fructibus, & penſionibus, ſed ipſe Iulius ad illas ſe obligauit, etiam de propriis bonis; & ſic ſumus in caſu Corbul. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ampliat.* 12. qui citat Rot. *deciſ.* 868. & Amic. *de iur. emphyt. q.* 38. *n.* 9.

12 Nec ideò contractus emphyteuticus non dicitur, quia ſoluitur penſio æquialens fructibus, *§. qui verò, & §. emphyteuſim, Auth. de non alien. & auth. perpetua, C. de Sacroſ. Eccl.* Natt. *conſ.* 114. *num.* 4. & huiuſmodi ſolutioni penſionis, præualent alia pacta emphyteutica in contractu appoſita, Gratian. *cap.* 460. *à num.* 50. *lib.* 3. vnde etiam quando ſoluitur penſio æquialens fructibus, habebit locum diſpoſitio Text. *in d. l.* 1. Corbul. Natt. Bero. & alij quos Gratian. *diſcept. cap.* 157. *à n.* 16. *lib.* 1. nec ex quo penſio eſt modica, valet argumentum; ergo eſt contractus emphyteuticus, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 8. *n.* 19. *verſ. In hoc autem, & tit.* 2. *n.* 15. D. Reg. Latro *deciſ.* 18.

13 Et ratio eſt, quia ſemper, quòd non eſt in totum perempta durat dominium concedentis, Alex. *in l. ſi interdum, §. quod ex naufragio, n.* 7. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Penſionis enim ſolutio non fit pro fructibus, ſed in ſignum recognitionis directi dominij, Gratian. *d. c.* 157. *n.* 18. Mantic. *lib.* 22. *tit.* 2. *n.* 9. & *tit.* 34. *n.* 18. aliíque plures, quos cumulat Hodiern. *ad d. deciſ.* Surd. 198. *n.* 6. & 7. ſicut decima ſoluitur Deo in ſignum vniuerſalis dominij, *c. tua, de decim.*

14 Et quod ita res ſe habeat, obſeruandum, quòd ſi vera eſſet hæc opinio, nunquam Eccleſia emphyteuticaret, cuius magis proprium eſt ſimiles contractus facere: nam certum eſt, Eccleſiam non poſſe concedere in emphyteuſim, niſi in euidentem eius vtilitatem; & tunc aſſenſus Pontificius conceditur, quando promittitur ab emphyteuta penſio, non ſolùm æquialens, ſed maior fructibus Capyc. *dec.* 172. & ibi add. Franch. *dec.* 191. *n.* 10. & 233. *n.* 2. Adeò vt conceſſio fiat præuio appretio, correſpondens fructibus, Franch. *dict. deciſ. n.* 10. Corbul. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priu. ampliat.* 12. vt conſiderat, licèt alio modo Hodier. *d. deciſ. n.* 8. & nemo audet dicere, ex hoc, contractum illum non eſſe emphyteuticum: nam vt ſuprà dictum eſt, ſufficit, quòd penſio qualis ſit, ſiue magna, ſiue minima, ſoluatur in recognitionem dominij, Mantic. *de tacit. & ambig. d. lib.* 22. *tom.* 2. *num.* 28. & 29. Cùm ergo ſit contractus emphyteuticus, præter iura, quæ vigore pacti naſcuntur, debet ſubiacere d. ſpoſitioni Text. *in d. l.* 1. ideoque nullo modo poterit remiſſionem mercedis petere, cùm in totum res non perierit, licèt qualiſcunque particula remanſerit, & in eo caſu ea ſic diruta, tenetur reficere, licèt magna impenſa pro refectione ſit neceſſaria, vt latè Viu. qui in caſu penitus & totalis dirutionis loquitur *d. deciſ.* 500. qui latè tractat articulum, & noſtram defendit ſententiam, præter alios Doctores quos idem Viu. adducit, & Mantic. *dict. lib.* 22. *tit.* 24. *n.* 15. *verſ. Sed pro contraria,* ac Hodiern. *ibid. n.* 9. & 10. Tenebitur ergo ad ſolutionem canonis, ſeu penſionis, prout tenebatur ad refectionem, quod cognoſcens pars aduerſa vltro refecit.

Dicta enim diſtinctio modicæ, vel magnæ penſionis habet locum in re inculta, & infructuoſa conceſſa ad meliorandum, vt Surd. *d. deciſ.* 198. *n.* 23. Hodiern. qui alios allegat *n.* 6. Hîc non fuit conceſſa res inculta, ſed ex qua promiſſa, & maior penſio à primo anno fuit percepta, prout nec habenda ratio *deciſ. Theſ.* 20. quoniam contraria opinio eſt verior, & communior, vt Ioſeph Ludou. *de iur. emphyt. concl.* 12. Viu. *dec.* 500. & de illius veritate dubitauit *Theſ. filius* in addit. vt D. Regens Latro *in d. dec.* 18. *n.* 9. conſiderando forſan illam æquitatem, quam Reg. Rouit. *deciſ.* 35. *num.* 15. *verſ. Quod etiam,* ex quibus, & aliis ferè ſupradicta omnia ſequendo remiſſionem mercedis emphyteutæ, non fuiſſe conceſſam refert, d. D. Reg. Latr. *d. deciſ.* 18. Et tantò magis contractus emphyteuticus habendus, cum hic interuenerit Regius aſſenſus, & M. C. decretum, quæ eatenus aſſenſierunt, & approbauerunt, quatenus, & quia cenſuatione emphyteutica in ſupplicatione, inſtantiis, & minutis fuerat locutum. 51

Et ne rerum iudicatarum deficiant præſidia, magna fuit clades illa Incendij Veſuuij in anno 1631. & 1632. quando omnia territoria circum circa penitus corruere, mutata arearum facie tamen cum multa ex illis eſſent redditicia directis dominis reperio S. C. pluries decidiſſe, & ordinaſſe emphyteutis, quod colerent, vel liceret directis dominis illa aliis concedere, vt in proceſſu SS. Seuerini, & Soſſij cum eius reddentibus Reſinæ, & Turris octauæ in banca Caprilis, & caſus fortuitus damno dictorum dominorum ceſſit. 16

Æqualis fuit alia illa clades mutationis monetæ, quando habemus pluries per Collaterale, & S. C. deciſum, pecuniam datam venditori cenſus vinculatam pro ſoluendis creditoribus cum ceſſione iurium, licèt deinde ſupradicta innouatione, & ſic ſuperiorum ordine, qui verus caſus fortuitus dicitur, mutata non aliter damno creditoris ceſſiſſe, ſed debitoris, Reg. Rouit. *deciſ.* 35. Reg. Latro *deciſ.* 17. 17

Nec me terret Doctores, præterquam habent contradictores, & copia, quos pro ſe pars adducit: nam grauioris manus; eorum plurimi loquuntur ſecundum Conſt. Pij, quæ non eſt recepta in Regno noſtro, vt omnes fatentur, vt ponderat Theſ. *quæſt. for. lib.* 1. *q.* 32. 18

Vel erit contractus iſte reſeruatiuus habens naturam emptionis, & venditionis, etiam vigore poteſtatis affrancandi in dicta conceſſione appoſitæ, quæ facit, vt res cenſeatur conceſſa libera, nullo remanente dominio penes concedentes, 19

tam

tam vtili, quam directo, & sic vera venditio. Consideratur enim, quod est in veritate, non quod est apparenter, quam ob rationem in hoc casu non cessat ius retractus, vt post Franch. *decis.* 392. Afflict. *decis.* 72. dixit Grat. *c.* 745. *lib.* 4. *à num.* 70.

20 Et tunc cum sit vera venditio, periculum, & commodum est emptoris, & casus fortuiti quales sint eius rischo, & periculo cedunt, *toto tit. ff. & C. de pericul. & comm. rei vend.*

21 Nec obstat *diff.* Fabr. 36. *de iur. emphyt.* nam loquitur, quando sumus in claris, quòd pensio soluatur propter fructus, non propter vtile dominium. Hic autem fundauimus solui pensionem propter vtile dominium, & aliis pactis in dicto instrumento concessionis appositis, in contractu enim reseruatiuo transfertur in ementem illud dominium, quod vendens habet, si vtile, & directum, vtrumque; si vtile tantùm, illud solum, nullo penes ipsum remanente, fundat Cenc. *de cens. part.* 1. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 1. *n.* 12.

Nec afficit illa partis consideratio pacto innixa, ex quo in illo expressè fuerit conuentum nolle Iulium teneri ad solutionem pensionis: *In caso, che le case cadessero per infortunio repentino, & non fusse à tempo di repararle, ouero in dette case se ci mettesse fuoco*; quia nullus ex dictis casibus est ille, qui euenit: nam verè intellexerunt, nisi reseruaret sibi ea, quæ de iure competunt, in casu terræmotus, & illius terræmotus, quia ita res corruit, vt nunquam sit, *l. ex conductoribus*, §. 1. *in fine, ff. locat.* loquendo de illa ruina, quæ fuisset irreparabilis, videlicet, quod penitus, & repentè destrueretur, vel incendij, per Textum *in l. si quis domum*, §. *fin.* & *l. qui insulam*, §. 1. *ff. eod.* à quibus beneficiis vigore renuntiationis generalis fuisset Iulius excluſus; fuerunt enim isti duo casus expressi non causa demonstrationis, sed limitandæ concedentis obligationem.

22 Imò cùm isti casus sint expressi, validiùs in omnibus aliis remanebit obligatus ad Textum *in l. veteribus, ff. de pact.* nam exceptio firmat regulam *leg. nam quod liquidè*, §. *fin. ff. de pœn. leg. l. quæsitum*, §. *denique, ff. de fund. instruct. & instr. legat. cap.* 2. *de coniug. leprof. cum concord.* Vnde cùm adsit pactum, non erit hæc causa decidenda illa regula versuum:

Si perit tota, non debet emphyteota,
Sed si pro parte, nulla se liberat arte.

Licet & hic totam non peremptam esse ocularis inspectio, & tabularij relatio demonstrauerit. Die 2. Maij 1649.

DISCEPT. CCCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua hic.*
2 *Foriudicatus an possit facere testamentum.*
3 *Iuri communi foriudicato quis succedat.*
4 *Vassallus si non delinquat in Dominum quis ei succedat.*
5 *Si Pater repellitur à feudo, repellitur, & filius.*
6 *Successio feudi qualiter deferatur.*
7 *Parentum nomine qui veniant.*
8 *Parentum nomine an contineantur Collaterales.*
9 *Marcianus affertur pro hac opinione quod veniant.*
10 *Parentum appellatione an veniant agnati, & cognati.*
11 *Parentum appellatione in feudalibus, qui veniant.*
12 *Regni Constitutiones Parentum an veniant Collaterales.*
13 *Iure Longobardorum Parentum nomine veniunt Collaterales.*
14 *Regni iure Parentum nomine an veniant Collaterales.*
15 *Parentes nomen comprehendit Collaterales in Regno.*
16 *Argumentum valet de contractibus ad delicta.*
17 *Feuda in Regno sunt omnia hæreditaria.*
18 *Feudum debetur vocato ad successorem, non instituto in illo.*
19 *Feudum concessum pro se, & hæredibus quibuscunque qualiter transmittatur.*
20 *Feudum ex pacto qualiter succedatur in eo.*
21 *Feuda mixta qualia sint.*
22 *Feuda obligationem habent restituendi successores.*
23 *Feuda non confiscantur.*
24 *Pacta quæ possunt in feudis apponi, quæ sint.*
25 *Fructus feudi, foriudicato Barone, durante eius vita naturali, ad Fiscum non pertinent, & numeris sequentibus.*

ARGVMENTVM.

Barone foriudicato, an potest de feudo testari, quod ampliatur, & sub nomine Parentum quando veniant transuersales, & in Regno feuda an sint hæreditaria, & eo foriudicato fructus an in vita naturali durante eiusdem Baronis foriudicati spectent ad Fiscum, nunquam tamen confiscantur feuda ob delicta commissa à feudatario.

IVRA
PRO
MICHAELE VITALI,
CONTRA
REGIVM FISCVM
Regalis Patrimonij.

1 ORIVDICATO Barone Roccæ, & Roccini Benedicto Vitali sententia nunc Iudicis nuper Regij Consiliarij Anelli Portij, prætensi delegati ob prætensum homicidium in personam Ioan. Dominici Granati vassalli Terræ Roccæ commissum in anno 1649. Michaël Vitalis eius frater vtrinque coniunctus adiit M. C. V. ibique petiit se declarari hæredem in dictis feudis, & cum ad instantiam Regij Fisci Regalis patrimonij fuissent expeditæ literæ hortatoriales dictæ M. C. vt in dicta dicta causa non procederet, si-

militer comparuit in Reg.Cam.& aduerſus prætenſa per Regium Fiſcum,vti proximior agnatus tam de iure feudorum, quàm Regni ad dictam ſucceſſionem vocatus, citra præiudicium crediti ſuper dictis feudis auernis conſequendi, iterum declarari inſtitit feuda prædicta vti antiqua ad ipſum ſpectare cum explorati iuris ſit foriudicatum prolata ſententia foriudicationis tamquàm mortuum reputari, ideóque tam dominium bonorum feudalium, quàm burgenſaticorum ſtatim ammittere, ad tradita per Præſ. de Franch. *deciſ.213.num.10.& 11.* Reg.de Ponte *conſ.69. num.8. vol.1.* Camill.de Medic. *conſil.71. num.5.* Conſiliar. Prouenz. *ad Conſuet. Neap. obſeru.3. num.9.*

2 Pro dicto Michaële in prædictis feudis ſucceſſore tam ex diſpoſitione iuris communis Romanorum,quàm feudorum, & municipalis,concluſiones nimis clarè à Regnicolis, & omnibus legum coryphеis recenſentur,in quibus licèt aliquando eximij huius Regni DD. inſudaſſent, vt illis addere, potiùs tranſcribere, quàm ſcribere videatur;attamen pro applicatione facti,& compendio allatorum ad cauſam terminandam colligendo ſpicas poſt terga metentium, & flores tot heroum in faſciculum redigendo ad huius tam certæ cauſæ iuſtitiam odorandam infraſcriptam ſubiiciam.

3 De Iure quidem communi ex clementiſſimi Imperat. Iuſtiniani Conſtitutione *In auth. vt nulli iudicum, §. fin.* relata *in auth. Bona damnatorum,* ibique Gloſſematarius, *C.de bon. proſcript.* à noſtris dicebatur, collaterales vſque ad tertium gradum ad talium ſucceſſionem admitti, excluſo penitus Regio Fiſco, iuxtà tamen diſtinctionem traditam à Reg. de Cutte *in ſuo diuerſ. feud. part.1. fol.61. num.4.* ita vt in delictis in quibus eſt ſtatuta pœna confiſcationis bonorum, vt putà in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ nihil ſit immutatum, Reg. de Ponte *deciſ.23. num.11.*

4 Sic etiam de Iure feudorum quando Vaſſallus delinquens non deliquit in Dominum, ad Text. *in cap. 1. ſi vaſſal. feud. priu. cui defer. in cap. 1. §. denique quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. in cap.1. an ille qui interfecit fratrem Dom. ſui,* quibus in locis, Andr. de Iſern. & idem Andr. *in cap.1. §. ſi vaſſallus culpam num.1. ſi de feud. def. mil. in cap. imperialem, §. inſuper, num.57. de prob. feud. alien.* per Federic. Roſenth.*de feud. cap.11. concluſ. 11. num.7.* Afflict. *deciſ.282. num.15.* Niger. Cyriac. *contr. iur. cap.491. num.6. vol.3.* Præſ. Vrſin. *de ſucceſſ. feud. part.1. quæſt.7. artic. 7. per tot.* Reg. de Curte longa manu articulum examinans *in 1. part. ſui diuerſ. feud. fol.59. à num. 37. cum pluribus ſeqq.* vbi multa pro vtraque opinione adducit, qui licet dum ea ſcribebat eſſet Fiſci Patronus, attamen ex eius lectura dignoſcitur ipſum in meam inclinare ſententiam,& relatis Caſtrenſ. Cepoll.Dec. Soccin. iun. Ruin. Bero. & aliis ſupra dictam concluſionem veram, & communem eſſe dixit Peregr. *de Iure Fiſci, lib.5. tit.1. n.112. & ſeq.*

5 Collaterales enim, & agnati, melioris conditionis ſunt, quam filij, & deſcendentes feudatarij delinquentis, nam quando pater ob aliquam culpam à feudo repellitur, ob eandem, & filij, & deſcendentes ex ipſo repelluntur,Andr. *in c.1. ſi vaſſ. feud. priu. & in d. cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam, num.1.ſi de feud. de famil. contr. fuer.* & ratio eſt:nam cum filius habeat eſſe à patre generante, ideò macula paterna ſemper aſpergitur, ipſique obeſt Andr. *in d. cap. 1. ante num.4. ſi vaſſ. feud. priu.*

Meritò Federic. Imperat. *in Conſtit. Regni, Si quando ſub titulo de pœna foriudicatorum,* primo vocauit parentes deinde liberos, ibi: *Ipſo parentes, vel liberos non habente, feudum ad eum à quo ipſe foriudicatus tenebit, ſine contradictione aliqua redire debere cenſemus.* 6

Verbum enim illud, *Parentes,* nimis ſcriptorum Regni ingenia detorſit ſi collaterales comprehenderet, Andr. *ſuper dicta Conſtit. in gloſſ. in princ.* dixit peritos Regni intelligere in feudo antiquo ſuccedere aſcendentes, & collaterales quod & per priùs dixerat in *Conſtitut. præcedenti incip. foriudicatorum bona,* & idem Andr. *in Conſtitut. Vt de ſucceſſionibus,* hæc verba poſuit: *Ex pœna propter ſupplicium bonis publicatis, quia tunc priuantur delinquentes & deſcendentes ab eo, ſed agnati non ſecundum æquiorem ſententiam,* allegat Hoſt. & quæ ipſemet dixerat in *cap.1. ſi vaſſ. feud. priu. & in cap.1. §. 1. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* Afflict. *etiam in dicta Conſtitut. Si quando num.8.* tangens articulum an verbum illud *Parentes,* comprehenderet collaterales, ſe remittit ad Andr. *in d. Conſtit. Vt de ſucceſſionibus.* 7

Enucleauit articulum quond. Aſtegius Conſiliarius Marcellus Marcianus olim cauſarum patronus eximius, ipſe enim *lib.2. ſuorum conſiliorum, conſil.19.* fundat omni iure verbum illud *Parentes,* collaterales comprehendere. 8

Nam *num.2.* dicit ſub illo verbo collaterales venire, ex Cano. Baldo, Angel. Aret. Farinac. Peregr.& Roſenth.reiecta opinione Franciſci de Piſis *in quodam ſuo conſil.inter conſ.*Bart.157.aliter ſentientis, quod conſilium gratis à dicto Conſiliario Marciano fuit Bart. attributum. 9

Et *num.4.* de iure communi, & ex communi vſu loquendi dicit appellatione parentum agnatos, & collaterales includi, allegat Gloſſ. *in §. impuberes, verſ. neceſſariorum,* vbi Altobrand. *inſtit. de ſuſpect. tut. & curat.* adducit Affl. Rebuff. Caſſan. Tiraquell. & alios,ita ſentientes, quibus ego addo Panormit. *in cap. fraternitatem, num.1. de ſepult.* Ang. *conſil.282.* relatum à Ruin. *conſil.23. num.2. & 3. vol.3.* Fuſar. *conſil.5. num.19. & conſil.28. n.1.* Card. Tuſch. *concl.82. verbo parentes,vol.6.* Caluin. *in lexicon. verbo parens,* & Barboſ. *de app. verb. vtriuſque iur. verbo parentela.* 10

Et *num.5.* dicit iura feudalia parentum appellatione ſemper de collateralibus intellexiſſe, adducit Text. *in cap.1. quemadm. feud. ad fil. pert.* Bald. Cyriac. & Hartam. Piſt. ita verbum illud interpretantes,quibus adiungo Text. *in cap.1. §. Sacramentum, & ibi gloſſ. verſ. ſex parentibus de Conſuet. Recti feudi,* & Text. *in Conſtitut. Henrici de cauſis ammittendi feudi,* qui legitur apud Gothofr. *lib.5. feud. tit.2.* ibi. *Cùm duodecim propinquioribus parentibus ſe defendat,* Hieronym. *in apolog.2. contra Rufinum, & Iulium Firmicum, lib.1. Matheſ. cap.13.* quos adducit Hottoman. *de feud.....* quod etiam verbum pro conſanguineis intellexit, Petr. Broſſeus *in theſauro accurſ. verſic. parentibus.* 11

Et *à num.9. vſque ad 15. ex dicta Conſtitut. Regni* elicit verbum illud *Parentes,* collateralium ſignificationem continere, adducit *Cumiam,* & noſtros Regnicolas, nempè Andr. Afflict. Thom. de Marin. Præſ. de Franch. Reg. de Ponte,& alios,reprobando Gloſſ. Marin. *de Caramanico,* aliter ſentientem, & ſine lege loquentem, quibus addo eundem Afflict. *in c.1. §. præterea* 12

tereà si vassallus, versic. gloss. 3. num. 21. quæ sit prima causa benef. amitt. qui dicit, quod *Constitut. Vt de successionibus*, admittit fratrem, & nepotem si moriatur feudatarius, siue aliter, puta si delinquendo deficiat, & idem Afflict. *in Constit. Foriudicatorum bona*, dicit, quod pater excluditur quando foriudicatus habet fratrem, vel sororem, Viscont. *in suis conclusionibus verbo foriudicatus*, vbi hæc verba subdit: *Quod durante vita foriudicati si feudum possidet præoccupatur à Fisco, dummodò parentes, liberos, fratrem, vel sororem non habeat, iuxta Constitut. Ob filiorum culpas*, Montan. *de regal. fol. 101. num. 6.* qui dicit inter agnatos connumerari parentes delinquentis in feudo antiquo acquisito à communi stipite, notando verba illa: *Inter agnatos connumerari parentes.*

13 Et ad exuberantiam *à num. 15. vsque ad finem*, fundat de iure etiam Longobardorum parentum appellatione collaterales venire, allegat *l. 1. de parricid. & l. 1. de succes. in Longobard.* & Andr. de Barulo *ad dictas leges*, quod & ante Barulum, dixerat Carol. de Tocco *in gloss. ad d. l. 1. de succes.* quod dictum non videtur insuaue; nam noster Andr. *in prælud. feud. quæst. 3. & in c. imperialem*, § *præterea ducatus*, *num. 37. de prohib. feud. alien. per Feder.* dixit in Regno nostro dictum ius seruari, & dictum ius speciale esse in Regno, post Andr. Luc. de Penn. Afflict. & Consiliar. de Bottis, dixit Dom. Reg. Galeota *contro. 12. vol. 1. num. 42.* vnde meritò Prosper Rendella *in proloquio ad reliquias iuris*, Longobard. *cap. 8. num. 3.* dixit, quod in Regno casus feudalis, qui nec per Consuetudines feudales, nec per leges patrias reperitur decisus, debet decidi per leges Longobardicas, authoritate Frecc. Thom. de Marin. Minad. & aliorum, ità sentientium, quod etiam desumitur, *ex cap. 1. de feud. cogn. & ex Constitut. Regni puritatem*, quæ cùm in ordine literæ priùs nominasset ius Longobardum, quam commune Romanorum, meritò in Regno illud debet præferri, & in puncto in successione feudorum hoc ius seruari, tenet Pellic. *ad Consuet. Auers. cap. 10. num. 2.*

14 Et si non ignorem in Regno iudicatum fuisse, feuda in dubio censeri concessa secundum ius Romanorum, non autem Longobardicum, vt ex Dom. Reg. Galeota *contr. 3. lib. 2.* & Dom. Reg. Capyc. Latro *contro. 3. lib. 1. num. 105.* quoties tamen volumus interpretare verba alicuius Consuetudinis, vel Constitutionis huius Regni, quæ forte essent obscura, prout in hac quæstione, tunc circa interpretationem dictorum verborum, & eorum sensum omninò recurrere debemus ad Ius Longobardum, nec obstat si dicatur illud esse sublatum; nam dicta interpretatio non fit, vt ex illo iure capiatur authoritas, sed ad hoc vt verba dubia declarentur, & ad germanam genuinam, & veram illorum interpretationem deueniri possit, prout in puncto circa interpretationem verborum Consuet. Barij, tenet Maxilla *in proœm. dictarum Consuetud. num. 228.*

15 Ex quibus cum dicto Consiliario Marciano affirmo, enucleatam esse quæstionem, nempè collaterales sub illo verbo *Parentes*, comprehensos esse, quod etiam sensisse videtur, D. Reg. Tap. *in d. Constit. Si quando, vers. parentes*, vbi integras dicti Consiliarij Marciani allegationes inseruit, & huic opinioni omnes DD. Regnicolæ assensisse, testatur Præs. Lanar. *in suo celebri responso pro Regio Fisco contra Marchionem Guttulæ de successione fratris vterini*, *num. 31.* ipse enim ibi pro absoluto habuit vigore dictæ *Constit.* peritos Regni intellexisse in feudo antiquo collaterales succedere, quòd & nouissimè relatis Marciano, & Tap. sequitur Reuer. Episc. Maranta, *responso 26. num. 49. vol. 5.* & sic absque dubio dictum Michaëlem ad successionem prædictam admittendum fore existimo.

16 Dicebant aliqui id posse procedere in feudo ex pacto, secùs verò in feudo hæreditario; nam quemadmodum in feudo hæreditario vassallus contrahendo præiudicat successori, ita pariformiter, & delinquendo præiudicare potest, cum valeat argumentum à contractibus ad delicta, & è contra, *l. omnem, & ibi gloss. ff. de iudic.* Curt. iun. *in tract. de feud. part. 3. concl. 6. num. 13.* at in Regno omnia feuda esse hæreditaria est citra controuersiam, cùm & Regnum ipsum hæreditarium sit ob inuestituram factam per SS. Vrbanum IV. Sereniss. Carolo Duci Andegauensi, & Prouentiæ comiti in anno 1266. 4 Kal. Iunij, confirmatam à Clemente IV. in Ciuitate Romæ, qui fuit Carolus Primus vocatus, vt ex Sigon. Andr. Bald. Afflict. Loffred. Frecc. & aliis, fundat Consiliar. Theod. *alleg. 22.* & post Napod. Camill. de Curte, & cæteros dixit Cutell. *decis. 27. num. 26.* quod & clarius patet per Capitulum Caroli II. filij dicti Caroli I. Incip. Prælatis Ecclesiarum, ibi: *Nostrum hæreditarium Regnum Siciliæ*, & ex *Constit. Cum hæreditarium*, & ex *Constit. Post mundi machinam*, ibi: *Cùm igitur Regnum Siciliæ nostræ Maiestatis hæreditas pretiosa*, meritò delinquendo vassallus successoribus præiudicare potest.

17 At adhoc multifariè respondetur. Primò, nam & si supradicta conclusio, nempè (in Regno omnia feuda esse hæreditaria) adeò per omnium ora circumferatur, vt temerarium videatur in iudicando ab ea recedere, attamen veritas fateri me cogit illam esse magis communem, quam veram, quia vltrà quod an Regnum sit hæreditarium, vel ne dubitat D. Reg. Lanar. *in §. huius autem generis, num. 42. ex quib. caus. feud. amitt.* & de inuestitura facta Carolo I. potest dubitari, prout negat Bald. *in cap. 1. de fil. nat. ex matr. ad mergan. contr.* adhuc tamen concesso Regnum ipsum esse hæreditarium non indè sequitur: ergò feuda hæreditaria ob illud vulgatum adagium quod non licet membris à capite dissentiri. Nam feuda non iudicantur secundum Consuetudinem loci, in quo sita sunt, sed secundum Consuetudinem sub qua viuit dominus, ea concedens, prout dixit Io. Fab. *in l. 1. num. 16. C. de Sum. Trin. & fid. Cath.* Renat. Chopp. *de legib. And. lib. 2. tit. 3.*

18 Secundò, respondetur, quod si vassallus alium in vita instituit hæredem, quam vocatum ad feudi successionem, vocatus, nihilominus feudum habebit, ex dispositione iuris, colligitur ex Gloss. *in Constit. Regni, Constit. diuæ memoriæ*, Afflict. *decis. 385.* Præs. de Franch. *decis. 1. num. 18.* benè conferunt dicta per Reg. Rouit. *in pragm. 1. de bon. prodit. num. 90. circa medium*, si igitur alienando in vita, absque assensu Domini non præiudicaret agnatis, ità pariformiter, nec delinquendo præiudicare potest, cum à contractibus ad delicta valeat argumentum, vt supra dixi.

19 Tertiò, & tandem respondetur, quod si supradicta Regij Fisci prætensio subsisteret, illa procedere posset in feudo merè, & omninò hæreditario, & transitorio ad omnes hæredes, etiam extraneos, vt puta quando inuestitura dictaret (pro se, & hæredibus quibuscumque) quia per

hanc conceſſionis formam feudum ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos tranſiret, ad tradita per Clar. *in §. feudum, quæſt. 9. num. 2.* Io. Thom. de Marin. *de feud. tit. de feud.* omninò hæreditario *per tot.* Reg. Rouit. *in rub. de feud. num. 20.* quia tunc in confiſcationem veniret, & per conſequens vadit ad Fiſcum, idem Rouit. *loc. cit. n. 90. in princ.* de cuius feudi ſpecie habetur, per Text. *in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud.* vbi omnis *feudiſtarum Schola.* At inueſtitura feudorum de quibus nos agimus cantat (pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, natis iam & in antea naſcituris, vtriuſque ſexus in perpetuum) quo caſu fit, vt feudum taliter conceſſum iudicetur ex pacto cum qualitate tamen hæreditaria, quod communiter mixtum appellatur, Reg. Rouit. *ad rub. de feud. num. 21.* quia participat tam de natura feudi ex pacto, quàm de natura feudi hæreditarij, Hartam. Piſt. *quæſt. iur. lib. 2. quæſt. 3.* Borcolt. *de feud. cap. 3. num. 18.* Roſenth. *de feud. cap. 2. concl. 26.* Afflict. *in cap. 1. num. 13. an agnat.* ex multis probat Camillus de Ratha *in ſuo theatr. feud. part. 7. dilucid. 26.* & ad abbreuiandum hæreditarium dici ſolet, vt poſt Camer. *in c. imperialem, §. prætereà Ducatus, fol. 96. lit. B,* Intrig. Hartam. Piſtor. Reg. de Ponte, & alios, dixit Conſiliar. Theod. *allegat. 22. num. 10.*

20 Dixi ipſum ſapere naturam feudi ex pacto, quia ad hoc, vt quis poſſit ſuccedere requiritur, vt deſcendat à primo acquiſitore, & ab eo ſanguinem capiat.

Dixi ipſum ſapere qualitatem hæreditariam, quia requiritur, vt ad illud aſpirans ſit hæres vltimi defuncti feudum poſſidentis, aliter ſuccedere non poſſet, Reg. Rouit. *ad rub. de feud. n. 20. circa medium*, Iul. Clar. *in §. feudum, quæſt. 9. num. 4.* Cùm igitur hæc duo requirantur ad ſuccedendum in feudis mixtis, ſiue habentibus qualitatem hæreditariam, & Fiſcus ambobus careat, meritò à dicta ſucceſſione repellitur.

21 Huiuſmodi enim feuda mixta, ſiue cum qualitate hæreditaria à feudis ex pacto, abſque qualitate hæreditaria quo ad hoc ſpeciale in vno tantùm differre, dixerunt Camer. *in c. imperialem, §. prætereà Ducatus, fol. 69. litt. K, & in cap. 1. part. 3. num. 22. an agn.* & Reg. de Curte *part. 1. ſui diuerſ. fol. 44. num. 5.* nempè, quod in illis ſanguis reguletur à pacto in iſtis pactum reguletur à ſanguine, ea propter cum in ipſis omnia, ea concurrant, quæ in feudis ex pacto, abſque qualitate hæreditaria, vt poſt Andr. & Camer. dixit Reg. de Curt. *loco mox cit. fol. 43. num. 4.* meritò in ipſis delictum vnius alteri præiudicare non poteſt, prout firmauit Sebaſt. Guazzin. *de confiſcat. bonor. concl. 27. verſ. feuda, num. 58. fol. mihi 289.* & cognouit Reg. Rouit. *in rub. de feud. num. 22.*

22 Vndè ſequitur huiuſmodi feuda videri quodammodo ad inſtar fideicommiſſi ſubiecta reſtitutioni deſcendentibus ex primo illorum acquiſitore, ſub qualitate tamen hæreditaria vltimi morientis, ea propter non poſſe foriudicatum in Fiſcum transferre ea quæ debentur agnatis ex genere, *l. eum qui, ff. de interd. & releg.* benè faciunt dicta per Reg. Rouit. *in rub. de bon. prodit. num. 91.* & licet lex in pœnam foriudicati impediat, vt non habeat hæredem, ſucceſſor tamen in feudo illud capit ex inueſtitura primi acquirentis, non autem vt hæres foriudicati, vndè dato ſit impeditus effectus qualitatis hæreditariæ reſpectu foriudicati, adhuc remanet reſtitutio faciendа agnatis ex pacto, & prouidentiâ Domini, & primi feudum quærentis, vt perbellè ponderauit Montan. *de regalib. fol. 99. num. 9. col. 2. verſic. vndè cum lex.*

His addo, quod feuda ex communi DD. conſenſu nullo modo poſſunt in confiſcationem venire, prout relatis Oldr. Bald. Ang. & Imol. dixit Ruin. *conſ. 23. n. 3. vol. 5.* Bertazz. *conſ. 281.* Dec. *conſil. 252. num. 5. & ſeq. & conſ. 442. num. 29.* Reg. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſſ. feud. §. 9. num. 19.* Iul. Clar. *in §. feudum, quæſt. 84. & §. fin. quæſt. 78. num. 7.* Cannet. *in extrauag. ſi aliquem, verſ. aduertendum, num. 17.* Reg. de Curte *in ſuo diuerſ. feud. part. 1. fol. 62. num. 86.* vbi refert non defuiſſe tenentes, id procedere, etiam in feudo omninò hæreditario infinitos adducit Reg. Rouit. *in pragm. 1. de bon. prodit. num. 15. & num. 140.* ſic deciſum in Regia Camera teſtatur, quod & ante, ipſum dixerat Reg. Reuert. *deciſ. 28. part. 4.* & D. Reg. Moles *in ſuis deciſionibus tit. de iure deuolutionis, q. 1. deciſ. 106. &* Theſaur. *deciſ. 167. num. 1.* 23

Ea enim, quæ in extraneos, nec per contractum, nec per vltimam voluntatem transferuntur, nec in Fiſcum ob delictum transferri poſſunt, *l. 1. in fine, C. de bon. libert. l. ſi filius, C. de bon. proſcript.* at feuda ad extraneos nō tranſeunt, *c. 1. §. cum verò Corradus, de his qui feud. dare poſſ. c. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud.* Affl. *dec. 183.* Conſil. Theod. *alleg. 22. num. 6.* Cannet. *in extrauag. ſi aliquem, verſ. adnotandum eſt num. 7.* Reg. Rouit. *in pragm. 1. de bon. prodit. num. 15.* quia ſolummodò hæredes ſanguinis expoſtulant, Camer. *in repet. c. imperialem, fol. 21. lit. S, & ſeq.* Frecc. *de ſubfeud. lib. 3. tit. de diff. inter feud. ex pacto, & hæredit. diff. 16.* D. Reg. Moles, & Rouit. *locis prox. citat.* in puncto in feudo mixto, ſiue cum qualitate hæreditaria, ex Grat. Cranet. Couarr. & Hartam Piſtor. fundat idem Rouit. *ad pragm. 4. de feud. num. 160. in fine,* & cum Fiſcus condemnato extraneus hæres dicatur, Gl. à Bart. Bald. & cæteris communiter probata *in l. 1. C. de bon. libert.* idem Bart. *in l. iura, ff. de iure patronat. & in l. eum qui, ff. de interd. & releg.* Soccin. Sen. *conſ. 121. num. 17. vol. 4.* Reg. de Curt. *in 1. part. ſui diuerſ. feud. fol. 62. n. 90.* Reg. Rouit. *in pragm. 1. de bon. prodit. num. 119.* infinitos adducit Corbul. *de iure emphyt. tit. de cauſa priuat. ob mort. ciuil. num. 24.* & poſt Dec. Socc. iun. Roland. à Valle, & alios, dixit Peregr. *de iure Fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 68.* meritò à feudi ſucceſſione excluditur. 24

Quibus expeditis remanet aliam Fiſci prætenſionem euertere, qui agnoſcens ſupradicta, ita de iure procedere, in cauſæ exordio, ſaltim fructus feudi durante vita naturali Baronis foriudicati ad ipſius Fiſci commodum applicari debere dixit, ex diſpoſitione Text. *in l. Statius florus, §. Cornelio felici, ff. de iure Fiſci.* 25

Sed hic obex de facili ruit, nam licet Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. q. 7. n. 57.* & Camill. de Ratha *in theatr feud. p. 9. dilucid. 83. num. 25.* opinionem pro fiſco tenuerint; attamen illa communiter impugnatur, quia ille Text. non habet locum in feudis quando feudatarij culpa non fuit in Dominum, vt poſt Andr. concludit Camer. *in cap. 1. num. 24. an agnat.* & *in 17. quæſt. n. 120.* Aluarot. *in cap. 1. §. denique, qua ſit prima cauſ. benef. amitt.* Gabriel *conſil. 73. num. 1. & 3. vol. 2.* Burſat. *conſil. 143. num. 16. vol. ...* Scacc. *de iud. cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 9. num. 157. & 1576.* Reg. de Ponte *lect. 22. tit. ſi ſucc. feud. priu. num. 26.* 26

Afflict.

Afflict. *deciſ.* 252. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *auth.* 29. *n.* 2. & poſt Boſſ. & Peregr. dixit Reg. de Curte *in ſuo diuerſ. feud. part.* 3. *folio mihi* 143. *num.* 19. *in manuſcript.* quod & antea dixerat *in part.* 1. *folio* 60. *num.* 51. & Theſaur. *dict. deciſ.* 167. *num.* 2.

27 Affertur ratio, nam dominium illud vtile, quod ob culpam perditur, non poteſt ſtare in pendenti, ſed ſtatim ad agnatos, deuoluitur, ad quos & feudum ipſum vadit, deſumitur ex Text. *in cap.* 1. §. *denique, quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt. cap.* 1. *ſi vaſſal. feud. priu. cap.* 1. §. *ſi vaſſallus culpam ſi de feud. def. mil.* ex quibus iuribus cum hac concluſione tranſit Montan. *in cap. Imperialem.... 99. de prohib. feud. alien. per Federic.*

28 Nec minus obſtabit, quod ſcripſit idem Reg. de Curte *in* 1. *part. ſui diuerſ. feud. fol* 63. *n.* 98. ſiquidem ipſemet dat pro abſoluto non venire in fiſcum durante vita naturali vaſſalli delinquentis, nec vtile dominium, nec vſusfructus formatus feudi, ſed ſubtiliſſimè, quia in illa cauſa iura Regij fiſci tuebatur per apices ſe reducit, dicens, quod ſaltim debet in fiſcum tranſire commoditas illa percipiendi fructus allegat Peregr. qui ſic deciſum in Ciuitate Venetiarum teſtatur, & hic dicit quæſtionem non fuiſſe determinatam.

29 Ad quod reſpondetur, quod (ſalua pace tanti viri) non video quo iure hoc dictum ſuſtineri poſſit cum fiſcus, nec per viam confiſcationis, nec per viam ſucceſſionis aliquid prætendere poſſit, vt ſupra demonſtraui.

30 Secundò, reſpondetur, quod alia de cauſa dicta opinatio Reg. de Curte corruit: nam ratio ob quam feudum vaſſalli delinquentis, & vtile illius dominium ad agnatos aperitur ea eſt, quia perinde habetur, ac ſi talis delinquens eſſet naturaliter mortuus, ad Textum *in conſtitut. pœnam eorum*, vbi Afflict. poſt Bald. *num.* 71. Præſ. de Franch. *deciſ.* 102. *num.* 3. *in fine*, & *deciſ.* 213. *num.* 11. 21. & 31. quod etiam probatur ex *l. in inſulam, ff. ſol. matrim.* vbi actio de dote patre deportato, & ſic ciuiliter mortuo conſolidatur in filiam, ac ſi naturaliter mortuus eſſet, & quemadmodum ſi dictus vaſſallus naturaliter deceſſiſſet non potuiſſet fiſcus habere dictam commoditatem percipiendi fructus, ita nec minus poteſt illam habere quando vaſſallus morte ciuili deceſſit cum ipſa naturali æquiparetur, ad Textum *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & Cler. l. actione*, §. *morte vnius*, & §. *publicatione, ff. pro ſoc. l.* 1. §. *fin. ff. de bon. poſſ. cont. tab.* & quemadmodum ex morte ciuili vtile dominium feudi vaſſalli delinquentis ad agnatos aperitur, ita & ius, & commoditas percipiendi fructus ad eoſdem aperiri debet, prout relato Ruin. *in pluribus conſiliis*, Alex. Rom. Bald. Hieronym. à Laurent. & innumeris aliis, perbellè fundat idem Corbul. exemplum ponens in emphyteuſi *tit. de cauſa priuat. ob mort. ciuil.*

31 Tertiò, vt res clariùs eluceſcat operæpretium non inutile exiſtimaui oſtendere, quid ſit iſta commoditas percipiendi fructus, omnes enim Doctores qui tractant articulum ſi in re legata filio quæratur vſusfructus patri, quos & idem Peregr. allegat, dicunt non quæri vſumfructum, ſed tantùm commoditatem iſtam percipiendi fructus, quorum anteſignanus fuit Aret. *in* §. *igitur, inſtit. per quas perſ. nob. acquir.* & ante ipſum dixerat Gloſ. *in auth. idem eſt, C. de bon. quæ lib.* & eſt doctrina Bart. *in l. cum filiofam. num.* 9. vbi Iaſon *num.* 158. *ff. de leg.* 1. vbi hæc commoditas quæritur patri, qui non poteſt vſumfructum habere: Hi enim Doctores dictam commoditatem ab vſufructu ſatis differre dixerunt, & nihil aliud eſſe, niſi retinere penes ſe fructus donec, & quouſque efficiatur caſus reſtitutionis illorum, quo facto integros fructus reſtituere tenetur, ita Caualc. *de vſufruct. muliteri relicto, n.* 181. Milanenſ. *deciſ.* 2. & poſt Paul. de Caſtr. Arr. Pinell. Capyc. & alios, dixit Conſiliar. de Georg. *in repet. feud. cap.* 40. *num.* 49. & ſic hæc commoditas nil aliud eſſe conſpicitur, niſi fructus fructuum, ſed quia nos ſumus in feudo exiguo, & creditorum mole onuſto, iſta quod non ſolùm fructus, ſed integer illius valor à creditoribus occupatur ideò conſulto in hoc non eſt ampliùs immorandum.

Vltimò, & tandem ad exuberantiam dico, 32
quod iſta commoditas fruendi fructibus feudi durante vita naturali vaſſalli delinquentis, & in contumacia exiſtentis ſpectet, non ad fiſcum, ſed ad eius ſanguine coniunctos, & comprehenſos in inueſtitura, qui in dicto feudo ſuccedunt, ex Boſſ. *in tit. de confiſcat. bonor. num.* 53. Guazzin. *de confiſcat. bonor. concluſ.* 13. *limit.* 33. *num.* 14. *fol. mihi* 166. Caball. *reſolut. crim. cap.* 182. *n.* 20. & hoc non ſolùm procedere in ſimplici feudo ex pacto, & prouidentia, ſed etiam in feudo cum qualitate hæreditaria, prout eſt caſus noſter iudicatum vidiſſe teſtatur Iul. Ferret. *in tractatu de iuſto, & iniuſto bello tit. de act. & tac. bell. princ. num.* 26. & 27. quem ſequitur Caball. *loco citato num.* 21.

Ex quibus reiectis omnibus Regij Fiſci prætentionibus, ſpero per Regiam Cameram decretum proferendum his allegationibus conformem, prout communicato conſilio, ita iuris eſſe cenſemus. Die 20. Septembris 1653.

Die 4. Martij 1656. per Regiam Cameram ad relationem Præſidentis Bayli fuit ſecundùm hæc allegata deciſum, & ordinatum quod tollatur ſequeſtrum, & reſcribatur M. C. V. quod procedat ad confectionem præambuli in beneficium legitimorum ſucceſſorum.

Quamuis Dominus Fiſci patronus valdè inſudaſſet, cum doctrina Domini Præſidis Vrſini *de ſucceſſ. feu.*

Vide Dom. de Marin. ad Reg. Reuert. *lib.* 1. *cap.* 144. & cum hoc gratias debeo Doctiſſimo Viro ac amantiſſimo Carolo de Roſa S. Pauli meritis digniſſimo Aduocato, qui multum in cauſa laborauit.

DISCEPT. CCCLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vltimis defunctorum voluntatibus eſt fauendum.*

2 *Eas autem extinguere conatur immoderata ſitis habendi.*

3 *Facti ſeries exponitur.*

4 *D. Andreas, alias D. Auguſtinus Laudati inſtituit ſibi hæredem D. Ioſephum Laudati, fratrem Germanum, ac reſpectu feudalium, etiam virtute gratiæ, conceſſæ per S. C. M. in anno* 1605. *& in eius defectum, D. Franciſcum filium.*

5 *Legatum eiuſdem, in beneficium D. Ioannæ filiæ: cum prohibitione aliud petendi.*

6 *D. Ioſeph hæres inſtitutus, prætio Decreto*

Præambuli Curiæ Terræ Marzani, possessionem apprehendit bonorum hæreditariorum testatoris.

7 *D. Ioanna procurauit in sui beneficium præambulum Patris ab intestato, in M.C.V. tentauitque, subreptitiis prouisionibus, turbare possessionem D. Iosephi.*

8 *D. Ioseph petit à M.C. confirmationem præambuli, interpositi per Curiam Terræ Marzani, quatenus opus sit, & manutentionem.*

9 *Curia Baronalis validè interponit Decretum præambuli, respectu bonorum burgensaticorum: respectu verò feudalium, caret iurisdictione.*

10 *Existente testamento, cessat causa intestati.*

11 *Inter possessores, iustius est potior, & antiquior,* & n. 12.

13 *Si sint eiusdem temporis, præfertur, qui titulo meliori fulcitur,* & n. 14.

15 *M. C. V. est Iudex competens præambulorum, quoad bona feudalia.*

16 *Possessio legitimè capta, quamvis à Iudice incompetenti, est conseruanda.*

17 *Hæres potest, authoritate propria, possessionem ingredi; eoque fortius, cum authoritate Iudicis incompetentis.*

18 *Quo casu, per aditum ad Iudicem incompetentem, non censetur renuntiasse propriæ facultati, sed sibi velle melius, & cautius prouidere,* num. 19.

20 *Dispositа per Imp.* in l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. *obtineat etiam in feudis.*

21 *S. C. sæpè sæpius iudicauit in beneficium vocatorum ad successionem feudi, virtute gratiæ, superius enuntiatæ.*

22 *Testatoris dispositio contra formam inuestituræ, non valet. Limit. secundùm Gratian.*

23 *Resolutio* 199. Reg. Cons. D. Pauli Staib. *in quo casu loquitur.*

24 *Species, de qua agitur, dispar est ab illa, de qua per Reg. Tap.* in dec. 1. S.R.C.

25 *Tres oppositiones D. Ioannæ aduersus D. Iosephum, hæredem scriptum.*

26 *Aliqualis odor iustitiæ in proprietate præbet faciliorem aditum in possessorio, & sic solet idem S.C. obseruare.*

27 *Recensetur tenor supplicationis porrectæ S.C.M. eiusque gratiæ, concessæ in anno* 1605.

28 *Nepotes, viuis parentibus, nullum ius habent in hæreditate Aui, neque in numero suorum hæredum reponuntur.*

29 *Fœmina est de familia, sed eius principium, & finis; qui finis, in casu nostro, magis consideratur ac viget in filio fœminæ, quàm in ipsa fœmina.*

30 *Quando militat eadem ratio, vel maior; tunc casus non dicitur omissus, sed potius expressus, & dispositio, facta in vno, porrigitur ex vi rationis, ad alterum.*

31 *Comprehensio, & extensio, in iure, differunt: earúmque differentiæ,* n. 32. & 33.

34 *Casus, licèt diuersi, si tendant ad eundem effectum, & finem, dicuntur iidem.*

35 *Affertur exemplum, & commemoratur causa similis, ac decisio inter D. Antonium Pappacoda, fratrem, & hæredem scriptum D. Artusij, & D. Felicianam, testatoris neptem.*

36 *Item inter D. Franciscum de Summa, fratrem, & hæredem scriptum D. Nicolai, Principis Colli, & D. Laudoniam testatoris filiam.*

37 *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*

38 *Feudum nouum, respectu primi Acquirentis, efficitur antiquum in persona Collateralis successoris,* & n. 39. ad fin.

39 *Quid sit feudum hæreditarium?*

40 *Feudatarius feudi hæreditarij, potest grauare hæredem vsque ad valorem ipsius, & inuentarium hæredi non prodest.*

41 *Quid sit feudum ex pacto, & prouidentia?*

42 *In feudo ex pacto, & prouidentia, filius vocatur ex propria persona, & quanquam sit hæres patris; tamen confecto inuentario, retinet feudum præcipuum.*

43 *Limit.* in feudo ex pacto, & prouid. nouo.

44 *Germanus sensus gratiæ, concessæ per S.C.M. in d. anno* 1605.

45 *Pactum affirmatiuum, de succedendo, à iure damnatur,* & *ratio,* n. 47. ad fin.

46 *Ampl. non modo in extraneis, sed etiam in filiis.*

47 *Ampl. vt nec etiam Sacramento firmetur.*

48 *Ampl. etiam contemplatione matrimonij.*

49 *Fauorabilior est causa liberi arbitrij, quàm dotis.*

50 *Contrahens matrimonium sub spe, & cum promissione futuræ concessionis, neque potest cogere socerum ad interesse,* & *ratio.*

51 *Nouellæ Leonis Imper. non fuerunt receptæ, neque in Cod. Iustinian. insertæ,* & *ratio.*

52 *D. Augustinus Laudati Senior, instituit, in anno* 1585. *Maioratum perpetuum, expressè fœminarum exclusiuum.*

53 *Recensentur conditiones, eidem Maioratui appositæ.*

54 *S. C. declarauit, in anno* 1626. *d. Maioratum spectare ad D. Andream, filium D. Francisci, eique concessit facultatem administrandi, præstita cautione, ob defectum ætatis.*

55 *Idem D. Andreas exhibuit computa sex annorum, quæ nunquam fuerunt discussa, sed ex iis apparet, debitor: Debitumque postea cumulauit,* & *auxit per administrationem aliorum quinque annorum.*

56 *Idem D. Andreas in anno* 1629. *emit Terram Marzani: Quanam pecunia, & quanti?* ibidem.

57 *Idem stipulatus fuit, eodem anno, instrumentum recognitionis, cum Curatore, deputato per S. C. pro futuris successoribus in d. Maioratu.*

58 *Afferuntur declarationes speciales, factæ per D. Andream in d. Instrumento, quod fuit etiam roboratum Regio assensu.*

59 *Idem D. Andreas obtinuit liberationes quantitatum, quas eroganerat de proprio, infra maiorem summam pretij d. Terræ, licèt cum difficultate, cùm ipse aliunde esset debitor.*

60 *Institutio D. Andreæ in personam D. Iosephi, non fuit gratuita, sed debita.*

61 *D. Andreas erat Tenutarius Terræ Marzani, eiusque administrator, nomine successorum in Maioratu: quæ quidem Tenuta dicitur Burgensatica.*

62 *Competit retentio feudi, donec persoluatur pretium.*

63 *Feudi Dominium non acquiritur illi, de cuius pecunia comparatur, sed actio ad pretium,*

pretium, vel ad ipsum feudum consequendum, vel alteri cedendum.

64 *Epitome Iurium, & rationum pro D. Iosepho.*

IN IVRE
ET
IN FACTO,
PRO
Ill. D. Iosepho Laudati, Hodierno Duce Marzani.

NOVISSIMA Defunctorum Placita, ne cassa irritaque euadant, maxima cum ratione, sanxit Constantinus Cæsar in *l.* 1. *C. de sacros. Eccl.* cum, quia, vt inquit Paulus *in l.* 5. *ff. quemad. testam. aper.* publicè expedit, suprema hominum iudicia exitum habere: Tum etiam, quia, vt idem Imper. 1
subnectit, nil est, quod magis hominibus debeatur, quàm, vt supremæ voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium: Hinc Iustinianus antiquissimæ *legis* 12. tabularum verba reassumens, scilicet, *vti legassit quisque de sua re; ita ius esto*: Statuit: *Disponat itaque vnusquisque in suis, vt dignum est, & sit lex eius voluntas. Auth. de nupt.* §. *disponat.* At, quamvis hæc (vel ipsa naturali ratione, atque æquitate iubentibus) disposita sint; verumtamen, quia non amplius viget illa ætas aurea, quæ

Sponte sua, sine lege, fidem, rectúmque colebat. Ouid. Metam. 1. Sed potiùs, non dicam, æruginosa, sed cœnosa; fit consectarium, vt vnusquisque propemodum iustissimas Testatorum voluntates, summo studio, summoque labore, euertere cupiat; &, quod peius, (ô tempora! ô mores!) 2
adeò excreuit hominum cupiditas, vt hi ad alterius successionem inhiantes, sæpe numero, spreta Defuncti notoria voluntate, ac posthabitis, tanquam ruptis, dumtaxat in sui ipsorum non sana acie mentis, testamenti tabulis, intestatam successionem properè nimis affectent.

Contigit hoc, Domini, in præsenti Facti specie, successionis qu. Ill. Ducis D. Andreæ, aliàs D. Augustini Laudati, Ducis Marzani.

Hic, in suo vltimo Elogio, exarato sub die 13. 3
Iunij, apertoque post eius obitum, Castelloni Caietæ, die 22. Nouembris superioris anni 1671. huiusmodi dispositionem ordinauit, sub hoc tenore verborum, *fol.* 15. *à terg.*

E, perche il capo, e principio del Testamento è l'Istituzione dell' Erede, senza la quale, si dice, che 4
il Testamento sia nullo; Per questo io predetto Testatore, istituisco, ordino, e faccio D. Gioseppe Laudati, *mio fratello, erede vniuersale sopra tutti, e qualsiuogliano miei beni, mobili, stabili, burgensatici, e feudali, anco titolati di qualsiuoglia titolo, presenti, e futuri, in virtù della facoltà, concessami della Grazia di Sua Maestà Cattolica, conceduta à questo Regno: Oro, Argento, Denari contanti, ragioni, azioni; crediti, annue, entrate, cenzi, nomi di Debitori; e sopra ogni altra cosa, in qualsiuoglia luogo situata, e posta, eccettuati però gl' infrascritti legati.*

Item voglio, & espressamente comando, che, non trouandosi detto D. Gioseppe Laudati, mio erede viuente in tempo della mia morte, ò pure non volesse, ò non potesse, per incapacità, ò per altro qualsiuoglia impedimento, succedere nella mia eredità; In tal caso istituisco, e fò mio erede sopra detti miei beni burgensatici, e feudali, anco titolati, come di sopra D. Francesco Laudati *mio Nipote; annalendomi ancora per la validità di detto Testamento dell' istessa facoltà della detta Grazia conceduta à questo Regno da S. M. C. a' Baroni del Regno; accio li beni feudali titolati si habbiano da conseruare nella mia Famiglia Mascolina, atteso così è mia volontà.*

Item lascio à D. Gionanna Laudati, mia figlia, 5
le sue Doti, premessele à tempo del suo Matrimonio con D. Tomaso Mariconda, in virtù de' Capitoli matrimoniali, rogati per mano di Notar Carlo Piscopo di Napoli, in conformità de' Capitoli; e oltre à dette Doti, per amore, & affetto, che sempre l'hò portato, e porto, le lascio altri ducati cinquecento, pro vna vice tantùm: Nelle quali Doti, e Legato la istituisco erede particolare, e voglio, che s'intendano per ogni parte, Porzione, Legitima, Paraggio, supplemento di Legitima, e di Paraggio, & ogni altra ragione, e causa, che per qualsiuoglia causa, ragione, e titolo, tanto per leggi communi, come Municipali, ò Cosuetudine, le potesse spettare sopra d. mia eredità: Sopra la quale non possa pretendere altro per qualsiuoglia causa, pretesto, ò colore: Et in caso, che detta mia figlia non si trouasse forse viuente in tempo della mia morte, voglio, che à dette Doti, e Legato succedano li suoi fili, che saranno all' hora superstiti, li quali à ogni vno d'essi, nelle cose predette, nel modo, come di sopra, istituisco eredi particolari. E, caso che detta mia figlia, se sarà viua, ò suoi figli molestassero, ò da altro di loro si volesse mouer lite contro detto mio erede vniuersale, e si pretendesse d'inualidare detta Istituzione; In tal caso, con la semplice istanza, che si farà in qualsiuoglia Corte, li priuo di detto Legato, & in caso predetto lo cassO, irrito, & annullo, atteso così è mia volontà.

Quamobrem præfatus D. Ioseph, scriptus hæ- 6
res statim, in die 23. eiusdem mensis, publico documento, nemineque dissentiente, Terrarum Marzani, & Marzanelli, aliorumque bonorum, possessionem realem, etiam accedente Præambuli Decreto illius Curiæ, adeptus fuit, *fol.*... Ac postmodum hæsitans, ne aliquod subreptitium ab intestato Præambulum expediretur, sub die 24. eiusdem mensis, Supplicationem porrexit in S. R. C. pro manutentione dictæ possessionis: Causaque commissa, *fol.*... Fuit in die 26. ordinatum M. C. V. ne procederet ad Præambuli confectionem, ac, nec fidem, neue copiam consignaret.

Neque D. Iosephi hæsitatio comperta fuit ina- 7
nis; Etenim præfata D. Ioanna, Patris Præambulum, in sui personam, ab intestato procurauerat, sub die 24. eiusdem mensis, & anni, in Banca Mag. Caroli de Ardia M. C. Actorum Magistri: Quemadmodum, in calce litterarum inhibitorialium, sibi notificatarum, ipsemet replicauit, promptum se se, quoad alia, offerens; Et, re quidem ipsa, obtemperauit, cùm nullam fidem, nec copiam prædicti Præambuli consignauerit, vt etiam eius fide, Iudicis præcepto confecta, testatus fuit. *fol.*...

Hinc præfata D. Ioanna, enunciando se esse hæredem ab intestato, ac debere consequi multa credita, ex causa suarum Dotium, super hæreditate dicti quondam Ill. Ducis, in die 26. Nouembris, instituit pariter in S. C. excluso dicto D. Iosepho, prætensore, vt dixit, eiusdem hæreditatis, vigore asserti, & inualidi Testamenti (quale autumat,

tumat, & figurat) manuteneri in poſſeſſione bonorum hæreditariorum (quæ iam poſſidebantur, vt *ſupra*, à dicto D. Ioſepho, nec ipſa D. Ioanna poſſeſſionem aliquam nacta fuerat) & quatenus opus, immitti; Inquiens, dicta bona velle retinere (quæ nunquam habuerat) ac ſuper eis ſatisfieri de ſuis creditis, *fol.*... Et poſtmodum, vigore quarundam, Prouiſionum, nulliter expeditarum in aliena Banca dictæ M. C. & abſque vlla Præambuli fide, ſub die 29. Nouembris, procurauit prædictum D. Ioſephum, in eius legitima poſſeſſione, turbare.

8 Cæterùm præfatus D. Ioſeph, producendo Præambulum, expeditum in illa Curia, poſſeſſionemque legitimè captam, geminato libello, inſtitit, reſcribi M. C. V. litteris inhibitorialibus non obſtantibus, quòd procedat ad confirmationem prædicti Præambuli, &, quatenus opus, reſpectu Feudalium, ſuſpenſo dicto Præambulo ab inteſtato, quòd illud principaliter interponat, virtute dicti Teſtamenti; & interim, quòd manuteneatur, & conſeruetur in dicta ſua pacifica poſſeſſione, nec à præfata D. Ioanna, virtute dicti Præambuli, nulliter ab inteſtato expediti, quoquo modo turbetur, *fol.*...

Super his Inſtantiis eſt prouidendum; In quibus, putamus, quin indubie credimus, decernendum fore, quòd M. C. V. procedat ad confirmationem, & confectionem dicti Præambuli, reſpectiuè; Et, quatenus contra, quia fortaſſe opus non eſſet, quòd manuteneatur dictus D. Ioſeph in dicta pacifica poſſeſſione: Reſpectu verò prætenſorum per dictã D. Ioannam, Terminus in cauſa.

Quod, vt aſſequamur, hoc Dilemma proponimus.

Aut Præambulum, expéditum in Curia Marzani, eſt validum, tam quoad Burgenſatica, pro
9 quibus nullum poteſt adeſſe dubium, quàm quoad feudalia; Aut eſt inualidum, reſpectu feudalium, tanquam latum à Curia, Iuriſdictionem non habente.

Si prior pars Dilemmatis obtinet; Ergo manutenendus eſt D. Ioſeph in poſſeſſione pacificè
10 capta, virtute dicti Præambuli ex Teſtamento; quia cauſa teſtati, ipſo Iure, facit ceſſare cauſam inteſtati, ad notata per Pompon. *in l. quamdiù* 39. *& in l. illud* 76. *ff. de acquir. hared.* cui conſonat Paulus *in l. in plurium* 69. *eod. tit.* Explorati enim Iuris eſt, in retinenda poſſeſſione, quòd, ſi vnus
12 iuſtè, alter verò iniuſtè poſſideat, qui iuſtè poſſidet obtinebit. Idque eſſe extra omnem controuerſiam, & ab omnibus receptum, teſtatur Menoch. *de retin. poſſ. remed.* 3. *num.* 715. In quibus
13 terminis antiquior poſſeſſio ſemper præfertur; idem Menoch. cum cæteris ab eo relatis *l. cit. num.* 727. Quinimò, ſi vtraque poſſeſſio eſſet eiuſdem temporis, ſed vnus iuſtum titulum oſtenderit, tunc iſte conſeruabitur, vt ex Bart. Aret. Buttrig. Cyn. Bal. Io. Fab. Salic. & aliis multis, concludit id Menoch. vbi proximè *num.* 733. Nam, qui titulum habet, potiora Iura habere dicitur *l.* 1. *C. de Edict. D. Hadr. toll. c. licèt cauſa. de probat.* Et in omnibus titulum habentibus, ille præfer-
14 tur, qui titulum antiquiorem, vel meliorem habebit. *l. quoties, C. de reuind.* cum aliis Iuribus, & Auctoribus, relatis à dicto Menoch. *num.* 736. Igitur, cùm ex facto conſtet, præfatum D. Ioſephum poſſeſſionem habere antiquiorem, ac titulum meliorem, nimirùm ex Teſtamento, qui ad nihilum redigit titulum inteſtati; Sequitur proculdubio, ipſum eſſe in eadem poſſeſſione conſeruandum.

Si poſterius Argumenti caput ſubſiſtit; Iterum D. Ioſephus efflagitat, ad ſui beneficium, quoad Feudalia, denuo interponi Præambulum, cuius Iudex competens eſt M. C. V. ad notata 15
in *Prag.* 82. *de off. S. R. C.* Igitur ei mandari debet, quòd procedat; Sicque interim ſemper eſt conſeruandus idem D. Ioſeph in eadem poſſeſſione, quam vigore dicti Teſtamenti apprehendit; cùm certum ſit, quod poſſeſſio, licet non rite, ſed legitimè capta, eſt conſeruanda penes 16
eundem poſſeſſorem, quamvis eam habuerit à Iudice incompetenti, vt latè tuetur Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *à num.* 42. *cum ſeqq.* Docens in indiuiduo, quòd, ſicuti hæres propria auctoritate poteſt poſſeſſionem capere, *l. cum hæres, ff. de acq. poſſ.* Ita, immò fortiùs, cum Iudicis in- 18
competentis auctoritate, poterit, ad Text. *in* §. *multis. Inſtitut. de libert.* quod etiam probat Text. notabilis in *l. cum tabulæ, ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* Vidend. Crauett. *de antiq. temp.* 4. *part. princip. part.* 2. quæ incipit: *Abſolutis, n.* 62. Curt. iun. *in l. edita, num.* 7. *C. de edend.* cum aliis relatis à Menoch. *loc. cit.* vbi contraria optimè reſoluit; Siquidem is, qui poteſt ſua authoritate aliquid facere, ſi Iudicem adit, non cenſetur ſuæ facultati renunciaſſe, vt ex Dec. Caſtrenſ. & Iaſ. 19
concludit id. Menoch. *num.* 425. *&* 432. Et, cum ingreditur poſſeſſionem auctoritate Iudicis incompetentis, præſumitur, quòd omni meliori via, ac modo ſibi conſulere, atque prouidere voluerit, iuxta *l.* 3. *de milit. teſtam. & l. quoties, de reb. dub.* adeóque remanet illa poſſeſſio non iudiciaria, ſed vti propria auctoritate apprehenſa.

Quod autem legitimè poſſeſſio pertinuerit ad præfatum D. Ioſephum, nemo hercle inficiari audebit: Habet enim pro ſe Teſtamentum omni ſui parte perfectum, non abolitum, non cancellatum, non vitiatum; Adeóque vigore *l. final. C. de edict. D. Hadr. toll.* (quam locum ſibi vendicare in Feudis, comperti Iuris eſt, ad abundè notata per R. Tapp. *in famigerata deciſ.* 1. 20
S. R. C. & per Dom. Reg. Conſil. Staiban. *reſol. forenſ. tom.* 2. *reſol.* 199. *à num.* 6. *cum ſeqq.*) Immiſſio ſibi neutiquam denegari poterat.

Teſtator namque reſpectu feudalium, expreſsè diſpoſuit ad fratris beneficium, virtute Gratiæ, ſecundùm quam non ſemel, ſed pluries iudicatum fuiſſe, tradit Dom. Conſil. Rocc. *reſp.* 44. 21
Fulu. Lanar. *in addit. ad* Reg. Lanar. *in repet. cap.* 1. *num.* 2. *de ſucceſſ. feud. fol. m.* 242. Reg. Rou. *deciſ.* 94. *num.* 6. Montan. *controu. for. contr.* 10. *num. vlt.* id. Montan. *de Regal. c. fin. num.* 7. *cum ſeq. & in c. Imperialem*, §. *præterea Ducatus, num.* 48. La Ratta *in Theatr. Feud. tom.* 1. *part.* 9. *dilucid.* 81. *num. pen.* Thor. *in compend. deciſ. part.* 3. *in verb. Feudatarius, fol. m.* 427. *col.* 2. Reg. de Marin. *quotid. tom.* 1. *cap.* 126. *num.* 73.

Licet enim defuncti ordinatio contra vocatos ab inueſtitura, non valeat, ad Text. *in cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* tamen à præfata gratia nunc aliud 22
permittitur, vt concludunt Laudati Conſulti; quidquid aliter diſceptari valeat, cum in teſtamento nulla fieret mentio Gratiæ, vel in eam diſpoſitio foret, iuxtà notata per D. Staib. *d. reſol.* 199. quamvis aliud in eadem cauſa defenderit præfat. Dom. Rocc. *d. reſp.* 44. quæ omnia præſentem diſpoſitionem expreſsè ſecundùm gratiam, ordinatam in tuto penes omnes collocant: Hinc in caſu dictæ *dec.* 1. Reg. Tapp. *quia* 24
frater patruelis hæres inſtitutus, erat in 4. *gradu defuncto coniunctus: patruus verò prætermiſſus, in*

3. *vigente*

3. *vigente d. cap. 1. de succeſſ. feud.* nullaſque ad inſtituti fauorem gratia exiſtente, poſſeſſio per ipſum capta fuit meritò ſequeſtrata, quia meritò ad ipſum patruum, per Sententiam, feudum pertinuit; Ex quibus elicitur, nequaquam poſſe apprehenſam ſequeſtrari poſſeſſionem, in qua omninò conſeruandus erit D. Ioſeph, quia omninò ad ipſum ex Teſtamento, & Gratia feuda pertinent.

25 Hiſce ſolidis, & perſpicuis rationibus Aduerſa Pars tria opponit, ex quibus credit, Teſtamentum vitio viſibili laborare.

Primum, quod gratia prædicta non habet locum, quando adſunt filij ex fœmina, quæ prætermittitur; quod putat probari ex precibus, porrectis Suæ Catholicæ Maieſtati, in anno 1617. In quibus fuit ſupplicatum, Gratiam prædictam intelligi etiam, quando adſunt filij ex fœmina, & tamen (vt prætenditur) Rex noluit aſſentiri.

Secundum, quòd eadem gratia non procedat in Feudo nouo, ſicuti ſunt Feuda Marzani, & Marzanelli.

Tertium, quòd in Capitulis matrimonialibus, initis inter ipſam D. Ioannam cum D. Thoma Mariconda, eius viro, præfatus qu. Ill. Dux eidem filiæ futuram ſucceſſionem promiſerit.

Verùm, quamvis hæc altiorem requirerent indaginem, atque in petitorio quidem iudicio diſcutienda; Nihilominus ex abundanti, ſectantes etiam commendabilem S. C. obſeruantiam, ad olfaciendum ſcilicet aliquantulum de iuſtitia proprietatis, quo faciliùs admittatur noſter D. Ioſeph in Poſſeſſorio, tanquam optimum fouens
26 Ius in Petitorio, ad trad. per D. Staib. *cent. 2. cap. 199. num. 112. & 113.* Cuncta obiecta per Partem Aduerſam Iuris aſſiſtentiæ omnino expertia fore, ſingillatim reſpondendo, enucleabimus. Et

Primum quidem non refragatur, neque ex facto, neque ex iure: Ex facto; Nam filij D. Ioannæ non ſunt in iudicio, ſed ipſamet D. Ioanna in S. C. comparuit: Pro ſucceſſione ipſa inſtitit; Igitur oppoſitio Filiorum nullius momenti eſſe poteſt.

Ex Iure, neque aliquid faceſſit negotij; Etenim preces, porrectæ in d. anno 1617. in quibus ſupplicatur, Gratiam intelligi, etiam, quando filij adſunt ex fœminis, clarè loquuntur, quando ſcilicet fœmina præmoritur Feudatario, & ſuperſtites remanent eius filij.

Quod, vt clarè dignoſcatur, lubet, eaſdem preces à proceſſ. Ill. Principis Colli exemplatas, & à parte productas, fol..... exarare, in quibus inſeritur gratia conceſſa in anno 1605. quæ eſt *Pragm. 33. de Feud.* cuius expoſcirur confirmatio, vnà cum aliis, de nouo petitis, & ſunt videlicet:

27 *Trà l'altre Gratie, dimandate alla Maeſtà del Rè N. S. nel Parlamento generale, conuocato a' 18. di Febraro 1617 dall' Eccellenza del Sig. D. Pietro Girone, Duca di Oſſuna, Vicerè, e Capitan Generale in queſto Regno di Napoli, e conceſſo dalla M. S. per ſuo real Priuilegio, ſpedito à Madrit, à 13. Agoſto 1622. & eſſecutoriato dal Reg. Collaterale à 30. di Maggio 1617. nel tempo del Gouerno dell' Eccellenza del Signor Duca d' Alba, Vicerè in queſto Regno, vi è l'infraſcritto Capitolo come ſiegue, videlicet.*

Item queſta Fedeliſſima Città, Baronaggio, e Regno, hauendo gli anni paſſati, ſupplicato V. M. ſi fuſſe degnata concederli gratia, di poſſer diſponere delli loro beni feudali, à beneficio de' Maſcoli della loro Famiglia, ancorche vi fuſſe Femina più proſſima al Diſponente, reſtò ſeruita concederla, come dall' incluſo Capitolo, e Decretatione di V. M. appare. Item queſta Fedeliſſima Città, Baronaggio, e Regno, conoſcendo con quanta facilità gli Stati, e Feudi, tanto Titolati, quanto non titolati, quaternati, e non quaternati, in molto tempo, con molte fatiche, e ſeruitij acquiſtati, in vn punto ſi perdono dalle proprie Famiglie degli Acquirenti, ſoccedendo in eſſi le Donne, le quali ſi caſano in Famiglia aliena; Supplicano la M. V. ſi degni habilitare li preſenti Feudatarij, e futuri Titolati, e non Titolati, e quelli, che non haueſſero Feudi Quaternati, che de' loro Feudi, e Stati, poſſano, tam in actu inter viuos, quàm in actu vltimæ voluntatis diſponere delli detti Feudi, e Titoli in beneficio di quelli Maſcoli della lor Famiglia, quali nel tempo delle Diſpoſitioni ſoccederiano, non eſſendoci Femina in proximiori gradu, non oſtante, che vi foſſero Donne ſimilmente in gradu ſuccedibili, & proximiori; alle quali Donne poſſa detto Feudatario, ſopra detti ſuoi Stati, e Feudi ſtabilire quello tanto li parrà per Dote; & eſſendo maritata, per amoreuolezza diſpouerle, & laſciarle: ſopra le quali Diſpoſitioni per il preſente Capitolo, ex nunc, prout ex tunc, s'intenda dato il Regio Aſſenzo, e beneplacito dalla M. V. con dichiarare, che per tal diſpoſitione li Feudi, e Stati predetti reſtino, come Feudi, e Stati antichi, & Ereditarij: A riſpetto delli quali Feudatarij ſi ſupplica la M. V. che per queſto non ſi proroghi la ſucceſſione più di quella, che ſi contiene nelle Coſtitutioni, Capitoli del Regno, e gratie, fatte da V. M. Sarà queſta gratia à queſta Fedeliſſima Città, Baronaggio, e Regno d'infinitiſſima ſoddisfatione, & al ſuo Real Patrimonio non apportarà danno alcuno; atteſo che, come ſuccederia la femina, ſoccederia il Maſcolo nè meno ſi cauſaria molto danno alle dette Femine, poſſendo oggi il Feudatario grauarle ſopra il Feudo, vſque ad valorem Feudi, e ſi euitaranno molte cautele inuentate per ſimili diſpoſitioni, quali hanno partorito alli ſuoi Fideliſſimi Sudditi infinite liti, diſpendij, e aggrauij, e intrichi alli Regij Tribunali. Placet ſuæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtati, quoad Feuda hæreditaria. *Quale gratia, ſe bene non fu regiſtrata infra l'anno, conforme alla Pragmatica di queſto Regno, per Diſpenza del Vicerè, fù poi regiſtrata; Supplicano perciò V. M. ſi degni confermare, e di nuouo concedere la detta gratia, con dichiaratione anco, e di nuouo concederli, che quella s'intenda in tutti li Feudi predetti, tanto nuoui, quanto antichi, tanto acquiſtati, come acquirendi: e che la predetta diſpoſitione trà viui, ò per vltima volontà, poſſa farſi à beneficio di perſona della Famiglia, ancorche non fuſſe in gradu ſucceſſibili, eſſendoui però la Femina in gradu, tanto in linea deſcendenti, ò aſcendenti, quanto anco in linea tranſuerſali, ancorche il detto Maſcolo, nominando foſſe preceduto da altri in grado, ò per ragione di Primogenitura; e queſto s'intenda, non ſolo, quando li Feudatarij haueſſero femine per loro ſucceſſione, ma Maſcoli, diſcendenti da Femine, che non fuſſero della Famiglia d'eſſi Feudatarij; poiche, in queſto, non ſi fà progiuditio alcuno alle ragioni del Regio Fiſco; mentre tutti li caſi predetti s'intendono, quando vi ſia ſucceſſore Maſcolo, e ſi muta la perſona del Succeſſore, acciò li beni feudali ſi conſeruino nelle Famiglie; e che detta gratia s'intenda non ſolo à riſpetto delle perſone, eſſiſtentino à tempo della Diſpoſitione, ma anche di quelle, che haueranno da ſuccedere, dopò la diſpoſitione in futurum, purche nel tempo ſi deferiſcha la ſucceſſione*

alli futuri ſucceſſori, vi ſia il maſcolo, ò femina in gradu ſucceſſibili all'vltimo deſcendente. Placet S.R. & C.M. dictam gratiam, prout in aliis Parlamentis conceſſa fuit, confirmare.

Quamobrem verba illa: *E queſto s'intenda, non ſolo, quando li feudatarij haueſſero femine per loro ſucceſſione, ma maſcoli diſcendenti, che non fuſſero della famiglia d'eſſi feudatarij*) enixè demonſtrant, fœminarum filios ipſis feudatariis ſuperſtites extitiſſe, nec aliter caſus concipi poterat, quia nepos, vel neptis, & deinceps, quamvis eſſent in poteſtate, (id quod non conſideratur reſ-
28 pectu Aui materni, prout in caſu noſtro,) tamen patre, vel matre, vel maioribus viuentibus, nullum ius habent in hæreditate Aui, nec in numero ſuorum hæredum reponuntur, ad Textum *in §. ſui, de hæred. qual. & differ. lib. 2. inſtit.* & *in §. ita demum, tit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. lib. 3.* Reg. Tapp. *deciſ. 1. S.R.C. num. 27.* In caſu autem noſtro D. Ioanna eſt viuens, cum qua controuerſia eſt; igitur nihil ad rem noſtram.

Præterquam quod, ſi verùm amamus, prædictæ preces, reſpectu dicti Capitis, fuerunt ſolùm poſitæ ad maiorem declarationem, non quòd neceſſaria foret noua gratia; etenim prima iam conceſſa, quæ fuit confirmata ex vi comprehenſiua, & rationis maioritate, caſum hunc indubiè includit: nam inibi ideò ſupplicatur, vt fœmina proximior prætermitti valeat, & inſtitui immediatus ſucceſſor de familia, vt feuda ipſa in acquirentium familia conſeruentur; veluti eius verba apertè ſonant: at filius ex fœmina, certum eſt,
29 quòd non ſit de familia; igitur ſi fœmina, quæ verè eſt de familia, licèt ſit eiuſdem principium, & finis, ad Textum *in l. pronuntiatio, ff. de verb. ſignific.* prætermitti poteſt, tanto magis vigebit prætermiſſionis licentia in fœminæ filio, qui alterius, & prorſus extraneæ erit familiæ, *l. illud,*
30 *ff. ad l. falcid. iunct. l. vltim. C. eod.* Quando enim militat eadem ratio, vel maior, tunc caſus non dicitur omiſſus, ſed potiùs expreſſus, & diſpoſitio, facta in vno porrigitur ex vi rationis ad alterum Bald. *in l. per diuerſas*, per illum Text. *col. 1. num. 3. C. Mand. & in Auth. quas actiones, num. 41. C. de Sacroſ. Eccleſ.* per Text. *in l. his ſolis, C. de reuoc. don.* cum aliis multis relatis per Tiraquell. *in l. ſi vnquam 8. in verbo, Libertis, num. 45. de reuoc. don.* Maſcard. *de præb. concluſ. 1136. num. 25. & 26.* Surd. *deciſ. 202.* Comprehenſio namque, & ex-
31 tenſio, in iure noſtro, differunt: nam comprehenſio eſt, quando in pluribus caſibus eadem mili-
32 tat ratio, in quibus non dicitur, procedi per extenſionem, ſed per comprehenſionem, dicitúrque intentio, ſeu interpretatio intellectiua, vt dixerunt, Oldrad. Calder. Roland. Tiraquell. aliíque quos adducit, & ſequitur Molin. *de primog. lib. 1. cap. 5, à num. 12.* Paleàz, & alij, quos ſequitur Caſtill. *lib. 6. cap. 170. num. 10.* & deſumitur ex magiſtrali doctrina Bald. *in l. 14. ff. de legib.* vnde Oſuald. apud Donell. *lib. 1. cap. 14. n. 1.* ait quòd, vbi eſt eadem ratio, non dicitur extenſio, ſed proprius intellectus, per Text. *in l. 1. ff. de*
33 *verbor. ſignif.* Cum autem rationes ſunt ſimiles, at ſpecie differentes, tunc per adæquationem, & paritatem fit extenſio, ſeu prorogatio de termino ad terminum, & diſpoſitum in expreſſo, locum obtinet in omiſſo, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 26. num. 14. & 19.* vbi poſt Rip. Decian. Ruin. Pariſ. & alios ſcriptum reliquit, quòd caſus omiſſus, pro omiſſo habeatur, quando eſt omnino diſſimilis expreſſo; ſicque illa concluſio deſumpta ex Text. *in l. commodiſſimè, cum concord. ff. de liber. & poſthum.* ſcilicet quòd caſus omiſſus, habetur pro omiſſo, communiter limitatur, quòd non procedat, quoties caſus omiſſus virtute expreſſi, vel ex natura actus, poteſt intelligi, quia tunc diſpoſitio facta in vno extenditur ad alium, Bart. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num. 3. ff. de liber. & poſth.* ibíque Aret. *col. 3.* Iaſon *num. 22.* Crot. *num. 49.* Alciat. *in 2. lect. num. 19.* Soccin. *n. 33.* Bologn. *num. 96.* Aquilin. *num. 50.* Mantic. *lib. 3. de tacit. tit. 19. num. 8.* & *num. 15.* Maſcard. *concluſ. 1136. num. 14.* Peregr. *de fideicomm. art. 11. num. 46.* Menoch. *conſil. 111. num. 55.* & *conſ. 243. num. 12. lib. 3.* Surd. *dict. deciſ. 20. num. 20.* Card. Fuſch. *in pract. concluſ. littera O, concluſ. 106. num. 89.* Quod probatur ex Text. *in l. fin. §. fin. ff. Mand.* vbi, ſi mandatum ſit, vt fide iubeat, 34
obligatur, ſi non fuerit fideiuſſor, ſed mandator, quia licèt caſus ſint diuerſi, tamen tendunt ad eundem finem, & effectum. Vnde cum in filiis ex fœmina, vt *ſuprà*, non modo eadem, ſed & maior militet prætermiſſionis ratio, omnino ſequitur, caſum filiorum, vel in dicta gratia fuiſſe incluſum, vel ſaltem legitimè ad eum extendi.

Idque exemplis pariter comprobatur: nam in
35 cauſa D. Artuſij Pappacoda, qui in Terra Maſſafræ ſibi hæredem inſtituit D. Antonium Fratrem, & prætermiſit D. Felicianam, neptem ex filia, D. Iſabella. Quæ D. Feliciana erat eiuſdem familiæ, vti filia Comitis Capurtij: Nihilominus videns, malam fouere cauſam, (licèt Terra fuiſſe valoris ducatorum centum mille, tamen parua quantitate recepta, ſe concordauit, & ſuper tranſactione S. C. ſuum interpoſuit Decretum, vt refert laudatus Fulu. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. *in rep. cap. 1. num. 2. de ſucceſſ. feud. fol. 242.* qui ſcripſit pro dicto D. Antonio, & D. Feliciana allegationes compoſuit Reg. Capyc. Latr. *in conſult. 86. tom. 2.* In qua eſt notandum, quòd magnus ille Vir, ratione præteritionis neptis, & quia D. Artuſius Gratia prædicta expreſsè vſus non fuerat, non verò, quòd per exiſtentiam filiorum ex fœmina, gratia locum non haberet, tuitionem pro ſua Cliente congeſſit, & poſtmodum, tranſactionem pro parua quantitate, æqui, boníque conſuluit.

Inſuper hoc ipſum ideciſum fuit in cauſa Il- 36
luſtriſſ. quondam Principis Colli, D. Nicolai Mariæ de Summa; qui iuxta huiuſmodi gratiam, hæredem fecit, etiam in feudalibus D. Franciſcum, fratrem, virúmque D. Beatricis, filiæ ſuæ quintogenitæ, inſtituendo hæredem particularem D. Laudoniam, ſimiliter filiam in capillis, vltimogenitam, in ducatis 24. m. Quæ poſtea nuptui tradita Illuſtriſſ. Principi Foreni, inſtitit, ad ſeipſam, vti filiam in capillis, tempore diſpoſitionis paternæ, ſucceſſionem ſpectauiſſe, adeóque excludendos eſſe, tam dictum D. Franciſcum hæredem, virtute dicti Teſtamenti inualidi, (vt præſumebat) quàm D. Hippolytam, filiam primogenitam, maritatam cum Illuſtri Duce Fragneti, ipſamque D. Beatricem, vxorem d. D. Franciſci, vti dotatas à communi patre, cum renuntiationibus in ampla forma, vt conſtat ab eius ſupplicatione *fol.*... Et poſtea, agnoſcens eadem Illuſtr. Princeps Foreni, ius pro ſe minimè aſſiſtere, alæro deduxit libello, quòd præfata gratia eidem D. Franciſco non opitulabatur: nam ea procedit ſub condi[illegible]one, ſi maſculus, qui inſtituitur, eſſet immedi[illegible]ſucceſſurus, in fœminarum defectum: At di[illegible]ionis tempore, aderat Illuſtr. Dux Fragneti, filius d. D. Hipolytæ,

primo

primogenitæ, cui Duci Fragneti, secundum receptiorem sententiam, non obstabat matris renuntiatio, facta ad beneficium fratris, postmodum defuncti, adeóque cùm non fuerit institutus prædictus Dux Fragneti, testamentum erat nullum, réspque reducebatur ad causam intestati: quibus in terminis ipsi D. Laudoniæ succesſio deferri debebat, vtpote quæ excludebat Patruum, vti inutiliter vocatum, propter existentiam masculi intermedij, ipsumque masculum intermedium ipsa postmodum, ex propria persona, excludebat, *fol....* Nihilominus his minimè refragantibus, per sententiam S. R. C. latam, sub die 10. mensis Martij 1665. ad relationem Regij Consilij D.Erasmi de Ponte, doctrina, religione, & integritate Vrbi, & Orbi satis conspicui, fuerunt hæredes D. Francisci de Summa, & possessores bonorum feudalium quondam D.Nicolai Mariæ de Summa, Principis Colli, absoluti ab impetitis pro parte dict. D. Laudoniæ *fol....*

En pessum abiit primus obex partis aduersæ, profecto admodum leuis.

Quo verò ad secundum obiectum, quòd præfata gratia non vigeat in feudo nouo: Respondetur, nullatenus id sustineri posse, ex multis:

Primò, quia in precibus porrectis, nulla fit mentio, vel distinctio de feudis antiquis, &
37 nouis, sed indistinctè, ac generaliter; sicque generaliter gratia est intelligenda, *l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand. cum concord.*

Secundò, non insubtiliter sustineri posset, prædicta feuda, quamvis essent noua in perso-
38 na dicti quondam Illustr. Ducis tamen in Collaterali persona, scilicet in D.Iosepho, dici antiqua, si credimus Rosental. *de feud. part. 1. cap. 2. conclus. 12. num. 1. & 2.* Quod comprobari potest ex eadem gratia; in qua dicitur, quòd feuda remaneant vti antiqua, & subsequitur gratia: *Placet, quoad feuda hæreditaria.* Quam opinionem amplectitur Reg. Rouit. *in dicta decis. 94. num. 6.* ibi: *Siquidem hæc Terra Massafræ erat feudum antiquum penes D. Antonium, vltimum possessorem: nam fuit empta à D. Artusio, fratre vtrinque coniuncto, & à D. Artusio peruenit ad ipsum D. Antonium, ex successione ex testamento, quod ei erat permissum ex gratia prædicti anni 1605. non obstante, quòd D. Artusius haberet tunc neptem ex filia, quæ eum præcedebat in gradu; & gratia operatur, vt transierit hoc feudum ad D. Antonium fratrem, non vt feudum nouum, sed vt feudum antiquum, vt sunt expressa verba gratiæ, & sic remansit feudum antiquum.* Hucusque Rouit. nec non *sub n. 14.* inquit. *Et sic illa gratia operatur, vt Collateralis institutus succedat, etiam in feudo nouo, iure antiqui feudi, quo casu etiam in persona eius, cui de nouo fit concessio, tenebit illud, tanquam feudum antiquum:* & ad hoc plerosque consultos congerit.

Sed quicquid sit de huius articuli veritate:

Respondetur tertiò, quòd gratia non conceditur in feudis antiquis simpliciter: nam in precibus generalibus feudorum, respondet gratia: *Placet, quoad feuda hæreditaria.* Nunc videamus quæso; num feuda, de quibus agitur, sint hæreditaria, vel non? Nam si hæreditaria sint, versamur in claris.

Pro huiusmodi cognitione, videndum est,
39 quid sit feudum hæreditarium? Feudum hæreditarium, secundùm receptissimam peritorum sententiam, constitutum dicitur, quoties ab homine est facta concessio pro hæredibus (in quo nullus admitti potest, nisi ille, qui hæres est *l. ius sepulcri 13. Cod. de relig. & sumpt. fun. l familiaria, ff. eodem,*) ita Iiern. *in cap. 1. num 7. de succeſſ. feud.* & *in cap. 1. an agnatus, in princip.* & *in cap. 1. quid ergo, in fine, de inueſtit. de re al. fact.* Capyc. *in inueſtit. feud. in verb. Feudum hæreditarium,* Frecc. *lib. 3. in 3. formul. inueſt.* Thomas de Marin. *in tit. de feud. hæred.* Camerarius *in cap. Imperialem, fol. 2. littera A,* & *fol. 90. littera C,* & *ſeq.* Harthaman. Pistor. *de feud. tom. 2. quæſt. 1. num. 44.* & *ſeqq.* cum aliis copiosè congestis ab Amicangelo *in qq. feud. quæſt. 1. num. 2.* Sicuti etiam secundùm tenorem nouissimæ inuestituræ, vt *in pragm. 18. de feud.* scilicet pro hæredibus ex legitimo corpore descendentibus, adhuc dicitur hæreditarium, teste Napod. *in consuetud. si testator, num. 8.* Afflict. *decis. 140.* Capyc. *in verb. Feudum hæreditarium, colum. 1.* de Franchis *decis. 387.* Reg. de Ponte *leg. 20. num. 3.* Quotiescunque enim in inuestitura miscetur verbum illud (*pro hæredibus*) erit hæreditarium, Camer. *in dict. cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus, fol. 95. littera A,* Thomas de Marin. *loc. cit.* Camill. de Curte *in pr. par. diuers. feud. pag. 45. num. 10.* Consil. Theodor. *allegat. 12. num. 1.* Reg. de Marin. *post alios quotid. tom. 2. cap. 86. per tot.* & signanter *num. 9.* & in Regno nostro, cum aliter non apparet, omnia feuda præsumuntur hæreditaria, Iiern. *in Constit. vt de succeſſionibus, in verbo, Fratres,* ibique Afflict. *n. 11. & 12.* & *in dec. 293.* Thom. de Marin. *de feud. fratr. n. 4.* Reg. Rouit. *in pragm. 11. de feud. num. 25.* diiudicantur enim hæreditaria, instar Regni huius, quod est caput, & hæreditarium, ob hanc inuestituræ formam, factæ ab Vrbano IV. & Clemente pariter IV. Carolo I. vt multis relatis, concludit præfatus Reg. de Marinis *d. c. 86.* Quamobrem cùm facto constet, feuda dicti quondam Illustris Ducis esse expressè hæreditaria, pro se, & hæredibus ex corpore *fol....* gratiámque prædictam loqui in feudis hæreditariis, cessat, ruítque prorsus, ac funditus collabitur partis obiectum.

Verùm si hæc germana ratio non satisfacit, saltem parti satisfaciet authoritas Reg. Rouit. *in dicta decis. 94. sub cit. num. 14.* vbi gratiam feudum nouum comprehendere, his verbis docet: *Et sic illa gratia operatur, vt Collateralis institutus succedat etiam in feudo nouo, iure antiqui feudi, quo casu etiam in persona eius, cui de nouo fit concessio, tenebit illud, tanquam feudum antiquum, & non feudum nouum:* nec non Reg. Galeot. *in resp. fiscal. resp. 3. num. 31.* ibi: *At in casu nostro est tantummodo concessum libero arbitrio fratris, instituendi fratrem in feudo nouo, non obstante, quòd adsit filia fœmina.* Idem *in resp. 4. num. 18.* Et ob id Reg. Capyc. Latro *in dicta consult. 86.* bene percallens huius articuli veritatem, quamvis feudum Massafræ fuisset nouum, tanquam emptum subhasta, à dicto D. Artusio, vt refert præfatus Reg. Galeot. *dict. resp. 3. in princ.* non ausus fuit à præfata gratia, feuda noua excludere.

Quod enim dicitur in dicta gratia (*Placet, quoad Feuda hæreditaria*) fuit ad differentiam Feudi ex Pacto, & prouidentia; Nam inter cæteras feudorum partitiones, quæ in tota feudali materia inueniri possunt, notabilior, ac vsu frequentior est illa diuisio: Alia dici, feuda hæreditaria: Alia verò ex pacto, & prouidentia. Hæreditaria sunt pro hæredibus, vel pro hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, vt supra tetigimus;

40 & in iſtis feudis hæreditariis, poteſt feudatarius grauare ſucceſſorem, vſque ad ipſius feudi valorem, & inuentarium ipſi non prodeſt Iſern. *in cap. 1. num. 2. an Agnatus, & in cap. 1. in fin. qui ſucceſſ.* Camerar. *in cap. Imperialem. fol. 20. litt. E,* de Franch. *deciſ. 1. num. 34.* Amicangelus *dicta*
41 *quæſt. 1. num. 50.* Feuda verò ex pacto, & Prouidentia, ſunt, quæ conceduntur pro filiis, ſeu liberis, pro Deſcendentibus, pro Poſteris, non adiuncto verbo *(pro hæredibus)* idem Iſern. *in cit. cap. 1. num. 7. de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. an Agnatus, in princ. & de alien. feud. pater. num. 1.* Capyc. *in verbo, feudum ex pacto, & prouidentia.* Camer. *in dicto c. Imperialem, §. Præterea Ducatus fol. 95. litt. V, & ſeq.* Loffred. *conſ. 1. num. 53. 54. & 68.* Ann. *ſingul. 206.* Reg. Villan. *in ſuo reſponſ. poſt opus Canneti, num. 25.* Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. in tit. de refutat. §. 10. num. 9.* Thom. de Marin. *tit. 1. circa finem.* Harthaman Piſtor. *tom. 2. quæſt. 1. num. 17. & ſeq. 3. num. 67.* Amicang. *d.*
42 *quæſt. 1. num. 23.* In quo feudo ex pacto, & prouidentia, ſucceſſores ex propria ſui ipſorum perſona vocantur; Et filius, licèt ſit hæres patris, facto inuentario, feudum retinebit præcipuum. Ita laudatus Iſern. *in dicto c. 1. num. 7. an Agnatus, & in cap. 1. de alien. feud. pater.* Camerar. *in §. Præterea Ducatus fol. 97. litt. M,* Frecc. *lib. 3. in 3. formula inuent. num. 41. verb. quarta concluſ.* Amicang. *dicta quæſt. 1. num. 1.* quamque aliter dici poſſet in feudo ex pacto, & prouidentia nouo,
43 quod vim dicitur habere feudi hæreditarij; adeóque ſucceſſor teneretur ad onera contracta, præuio aſſenſu Domini; Quò verò ad alia, facto inuentario, feudum præcipuum retinebit, ad latè tradita per Amicang. *quæſt. 4. per tot.*

Hinc S.C. Maieſtas noluit præiudicium afferre vocatis ex propria perſona in feudis ex pacto, & prouidentia, in quibus à feudatariis ne grauari quidem poterant: At in hæreditariis, quibus, vſque ad illorum valorem, poterat onus imponi, gratiam conceſſit ad arbitrium feudatarij, feminas prætermitti poſſe, inſtituendo Marem de familia, immediatum ſucceſſorem; Nam in omni caſu, quo feudatarius feminam habuiſſet immediatè ſucceditricem (circumſcripta gratia) adeò poterat vſque ad concurrentem feudi æſtimationem, grauare, vt feudum fuiſſet inane, ac nullius momenti ad beneficium feminæ; Ideóque libentiſſimè ſuum aſſenſum præſtitit, exprimendo:
44 *Placet, quoad feuda hæreditaria.* Et hic eſt germanus ſenſus, qui aliter, inuita ratione, interpretari nequit; Vnde cùm feuda, de quibus agitur, ſint, vt ſupra, hæreditaria, non item ex pacto, & prouidentia: optimè ſecundùm gratiam diſpoſitio proceſſit.

Et ex his ſecunda Partis obiectio, prima longè leuior, magiſque tenuis, remanet faciliùs diſſoluta.

Deſcendamus ad tertiam de promiſſa ſucceſſione in tabulis matrimonialibus, ad quam facillimè reſpondetur, vt in cæteris.

Siquidem primò negatur Suppoſitum; nunquam enim legimus in prædictis Capitulis præfatum pactum ſuccedendi, quod, quatenus pars vellet, inuitis regulis artis, ex coniecturis deducere, quod fieri neutiquam poteſt, tunc reſpondemus, quòd:

Quamvis hoc pactum expreſsè adeſſet, nullius foret momenti ob reſiſtentiam iuris, quod nul-
45 lum, improbum, & inualidum, ipſo iure, declarat, ad Text. *in l. fin. & in l. pactum, quod dotali, C. de pact. l. hæreditas, C. de pact. comment. l. ex eo, Cod. de inutil. ſtip. l. pactum, C. de collat. & l. ſi quando, §. 1. C. de inoff. teſtam.* Interpretes communiter tam in præfatis iuribus, quàm in *l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Quod non ſolùm pro- 46
cedit in extraneis, ſed etiam in filiis, ad quorum beneficium factum fuerit pactum de futura ſucceſſione. Gloſſ. *in dicta l. fin. in verb. alienæ, C. de pact.* ibique DD. & præcipuè Petr. de Bellapert. *col. 1. verſ. dico imò filij*, Bald. *ibid. num. 4.* Cyn. *in 2. col. circa princip.* Ioannes Fab. *in eod. l. in princip.* latiſſimè Dec. *in ſuo conſil. 475. à n. 21.* & propriè poſt *num. 26. verſ. ſimiliter ad Iura ſupra alleg. & in conſ. 578. num. 4.* & itidem *in conſ. 184. per dictam l. pactum, quod dotali*, vbi agitur de promiſſione facta à patre filiæ, vt æqualiter cum fratre ſuccedat, & deciditur; Pactum eſſe nullum.

Quæ concluſio adeò vera eſt, vt nec etiam Sa- 47
cramento confirmari queat: latiſſimè Cacheran. *in deciſ. Pedemont. 100. num. 32.* vbi, reprobatis quibuſdam contrarium ſentientibus, concluſionem prædictam ex cæteris Conſultis Ciuiliſtis, & Canoniſtis, Catholicam profitetur. Theſaur. *deciſ. 225. num. 3. & ſeqq.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. num. 208. & Controverſ. frequent. lib. 6. cap. 44. num. 15.* Gomeſ. *in l. 22.* Taur. *num. 17.* Boër. *deciſ. 204. num. 8.* Alex. Raudenſ. *reſp. 22. num. 407.* aliique communiter omnes, quos latiſſimè refert, & ſequitur Conſil. Marcell. Marcian. videndus *tom. 2. conſ. 35. per totum*, quem ſufficit pro cunctis, allegaſſe.

Ex tali enim pacto affirmatiuo, libera teſtandi facultas adimeretur: Votum captandæ mortis, contra bonos mores ciuiles, & naturales, induceretur; & ex ipſo pacto hæreditas deferretur contra legem, à qua certi modi ſuccedendi introducti ſunt. DD. communiter in dicta *l. ſtipulatio*, hoc modo concepta Marcian. *vbi ſupra, ſub n. 3.* quicquid aliter eſſet in pacto negatiuo, de non ſuccedendo, iuxta Text. *in c. quamvis, de pact. in 6.* vel in pacto affirmatiuo de certis rebus particularibus, vel quota bonorum: Secus in hæreditate, vel eius quota, idem Marcian. *ſub num. 4. & 8.* Idque procedit, etiam, ſi pactum fuiſſet, fauo- 48
re matrimonij, appoſitum, vt probatur in dicta *l. quod dotali, C. de pact. & in l. hæreditas, C. de pact. conuent. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 452.* Nam fauorabilior eſt cauſa liberi arbitrij, quàm dotis, & matrimonij, Boer. *in dicta deciſ. 204.* 49
num. 10. Bald. *Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 44.* Fachin. *controu. lib. 5. cap. 87.* aliique relati per Marcian. *d. conſ. 35. n. 10.* Et propterea, quamvis dolo malo, ſub illa ſpe, gener fuiſſet inductus 50
ad matrimonium contrahendum, nec etiam ſocer teneretur ad intereſſe, quia maritus ſcire debebat, pactum prædictum à iuribus improbari; Ideóque dum pactio nulla eſt, nulla quoque nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio *l. ſi non ſortem, §. 1. ff. de condict. indeb.* Sicque pro intereſſe nulla actio competit, vt optimè proſequitur idem Marcian. *num. 11.* ad quem cætera remittimus, præſertim pro enucleatione Nouellæ 19. Leonis Imper. vt valeret pactum in Nuptialibus Contractibus initum, quod filij, æqualance, paterna hæreditate potirentur, docens ex Cuiac. *obſeruat. lib. 17. cap. 21.* & ex Marc. Ant. del Rio, *in Miſcellaneis ſuper dicta Nouella Leonis, in rubr. Nouella Leonis.* quòd, adhuc viuente ipſomet Leone, ipſius Nouellæ non fuerunt receptæ, 51
quem admodum in *Cod. Iuſtinianæo* non fuerunt inſertæ; Apertiſſimè namque ex dicta Nouella corrigeretur Text. *in dicta l. pactum, quod dotali.*

C. de

C. de pact. quod esset absurdum, cum nunquam vim legis obtinuerint, nec legis condendæ is potestatem habuerit, cùm Imperatoris nomen, post Imperij translationem de Græcis in Germanos, iniustè vsurpauerit, vt ex Historicis, eruditissimè fundat laudatus Marcian. *à n.* 15. *vsque ad* 23.

Per quæ, Tertiam partis oppositionem vndequaque retusam meritò existimamus.

Pro coronide autem, (vt omnis euanescat partis prætentio) sciendum est, quòd præfatus D. Ioseph, ex dispositione dicti qu. Ill. Ducis, aliud lucrum realiter non percipit, quàm præsens Litigium, quo parum iustè afficitur, quippe quòd in hæreditate dicti Ducis (circumscripta Terra Marzani, cuius integer valor ad ipsum D. Iosephum pertinet, ex causa Maioratus, vt infra) cuncta bona, quæ remanserunt; ad æs alienum persoluendum haud sufficiunt, Enimuerò recensere, atque adnotare iuuabit: Quòd

52 Augustinus Laudatus Senior, vsque ab anno 1585. Maioratum perpetuum instituit, cum expressa fœminarum exclusione, ad beneficium Marium primogenitorum, vel, in eorum defectum, primogenituram repræsentantium, qu. Fabritij Laudati, cum potestate alios ad sui libitum vocandi, & quòd primogenitus successor, Maioratus emolumento non gauderet, nisi trigesimum annum pertingeret, omnesque successores, eodem nomine suo, nuncuparentur, Augustini: In-

53 terimque ex fructibus voluit, coaceruari cumulum, & quod emeretur exinde aliquis Status, vt constat ex Processu D. Ioannæ Carrafæ Matris, & Tutricis D. Andreæ Laudati, cum Paulo Laudato, Curatore Datiuo Augustini Laudati, *à fol.* 22. *vsque ad fol.* 46.

Postmodum, vigore potestatis sibi reseruatæ, in anno 1588. cum eisdem conditionibus, & vinculis, vocauit D. Franciscum Laudatum, suum Patruelem, eiusque primogenitos masculos, vel qui locum primogenituræ tenerent. *fol.* 47. *d. Processf.*

Deinde in anno 1626. ad relationem Regij Consiliarij, & postea Regentis, Sanfelicij, sub

54 die 22. Aprilis, fuit decisum, Maioratum prædictum spectare ad D. Andream, filium primogenitum dicti qu. Francisci; Verùm, quia erat annorum decem & nouem, fuit in eadem sententia declaratum, licere ipsi administrare, præstita cautione de bene administrando, & conuertendo fructus in emptiones, seruata forma institutionis Maioratus, consulto S. R. C. & de reddendo computa administrationis prædictæ in eodem S. C. quolibet semestre, fol..... eodem Processf. & extat Decisio, compilata per eundem Reg. Sanfelic. *tom.* 2. *decis.* 165. Pro cuius exequutione penes acta se obligauit præfatus qu. D. Andreas, & cautionem præstitit, & per sex annos tantùm exhibuit computa, quæ nunquam fue-

55 runt discussa, & iuxta posita, liquet debitor Maioratus, in notabili summa, præter administrationem gestam per alios quinque annos, pro quibus, neque computa, neque emptionem produxit.

Tandem præfatus D. Andreas, pro exequutione voluntatis dicti qu. Augustini, instituit, sibi licere emere Terram aliquam, fol..... & Decreto S. C. ita prouisum fuit, fol..... Quapropter,

56 in anno 1629. emit Terram Marzani à Marcello Mormile, pro pretio ducatorum 44. m. & decem: Quorum soluit ducatos 21. m. ex pecunia & effectibus Maioratus, Duc. 2000. promisit ad certum tempus duc. 13. m. de sua propria pecunia, & pro reliquis duc. septem mille, se obligauit fol...

Quibus sic peractis, in eodem anno 1629. sub die 30. mensis Octobris, Recognitionis In- 57
strumentum stipulatum fuit inter ipsum qu. Ducem, & V. I. D. Æmilium Caualerium, Curatorem datum per S. R. C. pro successoribus in Maioratu prædicto. In quo Recognitionis Instrumento fuit enunciatum, emptionem prædictam fuisse factam partim de pecunia Maioratus, & partim de propria, sibi tamen reficienda, & quàm primum recipienda de effectibus ipsius Maioratus; ex quo realiter emptio, eiusdem Maioratus nomine, facta fuit; Ac proinde declarauit, ad ipsum Maioratum spectauisse, & spectare 58
omne commodum, & incommodum; Promisitque idem Dux, cunctos fructus, & introitus, perueniendos ex dicta Terra, administrare, & disponere, seruata forma voluntatis dicti qu. Augustini, obligando suos hæredes ad simplicem nutum successorum Maioratus, Terram prædictam cedere, renunciare, insolutum dare, aut, quouis alio titulo, transferre in futuros successores eiusdem Maioratus, seu in alios, quos ipsi voluerint, & declarauerint, pro pretio dictis futuris successoribus meliùs placito, dictumque pretium perueniendum, ad quamcunque summam ascendens, & quidquid de fructibus, & prouentibus dictæ Terræ in manus hæredum, & successorum ipsius D. Andreæ peruenerit, breui manu, soluere futuris successoribus in Maioratu prædicto, tanquam ad dictum Maioratum, & successores illius, spectans, vt ex dicto instrumento fol..... Super quo fuit impetratus Regius Assensus in forma Cancellariæ *fol.*... Et postea, quantitates, vt supra de proprio solutas, sibi per S. R. C. in diuersis vicibus, ex effectibus Maioratus, in anno 1630. & 1632. liberari fecit, maxima tamen 59
cum difficultate, quia, ratione dictæ Administrationis, erat debitor in maxima quantitate *fol...*

Ex quo facto duo colliguntur.

Alterum, quòd supremum iudicium dicti qu. Ill. Ducis prætermittendi propriam filiam, & instituendi d. D. Iosephum, non fuit impium, sed 60
iustissimum; Honorario namque hæredis nomine, reliquit fratri germano Maioratus successori, id, quod ei debebatur; id, quod sibi ab eodem auferre, nullo pacto licebat.

Alterum, quòd præfatus qu. Dux vicem duarum personarum repræsentabat: vnius, scil. vti 61
emptoris d. Terræ, & alterius, vti Tenutarij nomine Maioratus, cuius nomine, vti primus administrator, & successor, se constituit, Terram prædictam in d. recognitionis Instrumento administrare, & tenere, ad notat. per Reg. Galeot. *in contr.* 28. *num.* 8. Sicque illa Tenuta, quæ penes ipsum, vti Maioratus Administratorem, aderat, cùm sit burgensatica: Reg. Merlin. *contr. for. tom.* 2. *cap.* 81. Sequitur, non modò legitimè, sed ritè per Curiam d. Terræ, præfatum D. Iosephum fuisse immissum in possessionem, quam, vt supra, propria auctoritate, vigore Testamenti, etiam capere poterat; imò, quamvis non esset hæres, ad minùs eidem D. Iosepho competeret feudi retentio, donec sibi integrum pretium persolueretur, 62
ad notata, & congesta per eundem R. Merlin. *d. cap.* 81. *num.* 4. Nam, licèt vtile Dominium feudi empti ex pecunia Maioratus, non fuerit ipsi Maioratui quæsitum; Nihilominus quæritur Do- 63
mino pecuniæ actio ad pretium, vel ad ipsum feudum consequendum, vel alteri cedendum: Quæ quidem actio, siue sit feudalis, siue non, ad

latissimè tradita per D. Reg. Galeot. *d. contron.* 28. *per tot.* alteri non competit, quam ipsi D. Iosepho, Maioratus successori.

Quid iam sermonem longiùs protrahamus? Quo progrediamur vlterius?

Habetis, Senatores amplissimi, D. Iosephum Laudatum, hæredem ex Testamento:

64 Habetis, Testamento, profligatis nebulis, quibus illud competitrix nititur offuscare, nullam posse inuri labem, maculam nullam aspergi, neque respectu Testatoris, neque Instituti, neque rerum hæreditariarum:

Habetis, D. Iosephum hæredem, ritè, rectéque possessionem ingressum: Longè iustiori, ac meliori titulo, quam sibi Aduersaria prætendit vsurpare:

Habetis eundem, semoto adhuc Testamento, fuisse ex propria persona successurum:

Habetis impræsentiarum & hunc iustæ suæ Possessionis, debitæ Manutentionis, & Conseruationis, Vestri iustissimum Petitorem.

Ecquis ambigat, per Vos, veræ Iustitiæ eximios Cultores, & Dispensatores rectissimos, ipsum voti compotem factum iri, & ex his, quæ summariè scripsimus, & ex aliis, quæ supplebit, de more, Vestra, Sapientissimi Domini Iudicantes, doctrina?

Sic fore præstolamur: Pleniùs satisfacturi, si Pleniori Iudicio fortasse fuerit Opus.

DISCEPT. CCCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species affertur, & disputatur.*
2 *Frater Patruelis iure antiquo præfertur Amitæ in feudis.*
3 *Fœmina qualiter habilitetur in feudis.*
4 *Masculi in feudis qualiter præferantur fœminis.*
5 *Pragmatica vltima de feudis qualiter disponat.*
6 *Gratia pragmaticæ vltimæ qualiter fuerit obseruata.*
7 *De Luca ad Francum* decis. 1. num. 50. *adducitur, & impugnatur.*
8 *Gratiæ verba an admittant filiæ propriæ exclusionem ad fauorem masculi remotioris.*
9 *Verbum* (videbitur) *de quo in gratia qualiter explicetur.*
10 *Addentes ad Rouitum* cons. 1. *adducuntur ad propositum.*
11 *Gratiam prædictam qui explicauerint, & qualiter.*
12 *De Luca adducitur pro nostra sententia.*
13 *Filia feudatarij an excludatur ob dispositionem Patris in proximè successurum.*
14 *Hæres masculus, vel fœmina quando possit grauari vsque ad valorem feudi.*
15 *Verbum videbitur, de quo in gratia qualiter explicetur.*
16 *Gratiæ causa finalis quæ sit, & qualis.*
17 *Grauari vsque ad valorem feudi quando possit quis, & qualiter.*
18 *Agnatis veniens iure aperto, & proprio statim est mittendus in possessionem.*
19 *Iure proprio, & aperto venire quid sit in feudis.*
20 *Familiæ an possint facere pacta de certo modo succedendi in feudis.*
21 *Causa Marchionis Alfidelis adducitur ad propositum.*
22 *Causa Antonij Pappacodæ adducitur.*
23 *Causa Principis Colli adducitur.*
24 *Causa Caroli Filomarini adducitur.*
25 *Causa Beatricis Vrsinæ adducitur.*
26 *Testator disponens secundùm gratiam an teneatur illam exprimere.*
27 *Dispositio præsumitur secundùm ius municipale.*
28 *Institutio maioratus an censeatur facta vigore licentiæ, ea non expressa.*
29 *Legatum factum, etiam non expressa gratia valet.*
30 *Remedium* l. finalis, C. de edict. Diu. Adrian. tollendo *quibus competat.*
31 *Decisio prima de Franchis à quibus impugnetur.*
32 *Dispositio facta omni modo meliori comprehendit gratiam etiam non expressam.*
33 *Dispositio facta in Codicillis, nulla facta mentione de gratia valet.*
34 *Feudatarius testando assimilatur Militi.*
35 *Feudatarius sicuti miles potest duos hæredes facere in diuersis patrimoniis.*
36 *Feudum ex pacto, & allodium an dicantur stare de per se.*
37 *Feudum hæreditarium an faciat vnum corpus cum allodio.*
38 *Regens Rouitus* decis. 94. *adducitur, & explicatur.*
39 *Patruus, & Amita qualiter succedant.*
40 *Dominus Staibanus* resol. 99. *adducitur, & declaratur.*
41 *Gratiæ concessio, & confirmatio, ac exequutoriatio quando fuerit.*
42 *Gratia an habeat locum in officiis, & quando.*
43 *Hæres in feudo hæreditario tenetur ad solutionem legatorum.*
44 *Hæres in feudis quando teneatur ad inuentarium, & quid si non faciat.*
45 *Gratiæ dispositio refertur.*
46 *Filia propria Testatoris an possit excludi vigore Gratiæ, & adducitur Montanus negans.*
47 *Feuda hæreditaria, & ex pacto quæ sint.*
48 *Feudum antiquum, & nouum quodnam sit.*
49 *Gratia de quibus feudis loquatur, & verba ponderantur ly quasi antiquum.*
50 *Immissio cui competat filiæ, vel agnato instituto.*
51 *Decisio Marchionis Pinelli declaratur.*
52 *Decisio status Bisiniani declaratur.*
53 *Decisio Marchionis Lauelli declaratur.*
54 *Decisio Beatricis Pignatellæ explicatur.*
55 *Immissio filiæ ab inteſtato denegatur in feudis, posita dispositione facta secundùm gratiam, & quando.*
56 *Textus* in cap. 1. §. inter filiam si de feudo defuncti Militis, &c.
57 *Immissio denegatur si in promptu doceat pars de suo Iure.*
58 *Hodie constat, hodiè agamus quando procedat.*
59 *Regens de Marinis* tom. 3. alleg. 43. *adducitur ad materiam.*
60 *Pragmatica, num. 4. de feudis explicatur.*
61 *Pecunia redacta ex feudis, vel ad illa emenda destinata, quando dicatur feudalis.*
62 *Feudum antiquum, & nouum qualiter de Iure Regni dici debeat.*

ARGVMENTVM.

Gratia concessa in pragmatica vltima de feudis confirmata, & pluries exequuta,

exequuta, ac practicata in causis, an locum habeat, si feudatarius habens filiam nuptam illi relicta dote promissa, hæredem facit fratrem patruelem familiæ propriæ conseruatorem, & cui competat immissio filiæ ne? vel fratri testatoris habenti pro se testamentum, & plura enucleantur verba Gratiæ, & ad materiam, & an necesse sit disponere, & vti expressè de Gratia prædicta an sufficiat disponere per verba, ista, & omni meliori via, & quid si dispositio fiat in Codicillis, &c.

IVRIS RESPONSVM,

PRO

Illustr. D. Iosepho Laudati, Hodierno Duce Marzati,

CONTRA

D. Ioannam Laudati, &c.

1 IN hac causa à nobis collegiata pro Illustr. D. Iosepho Laudati Hodierno Duce Marzati super articulo, an potuerit D. Andreas alias D. Augustinus Laudati, relicta filia, scilicet D. Ioanna, feudum, vigore Gratiæ, relinquere D. Iosepho Laudati eius fratri.

Respondendum esse æstimauimus ad fauorem fratris, excluſa filia, tum in iure, tum in facto. In iure quidem.

2 Probatur primò, quia iure communi antiquo frater patruelis, quamvis remotior præferebatur Amitæ, quia præsertim sexus excludebat prærogatiuam gradus; ergo soror patruelis, quamvis remotior præfertur masculo anteriori, post alios

3 Capanus *de iure adhoæ, quæst.7. num.29.* & fœmina habilitatur per Constitutionem in aliquibus, & per Constitutionem, vt de successionibus, in quibus iuribus habetur fœminas ad feuda admitti, & post Gratias concessas Neapoli, & Regno, priùs in fauorem patrui, & Amitæ, & deinde fratris patruelis, vt *in cap. Gratiarum, anno 1536. inserta, in pragm. 12. de feudis*, & notat Camillus de la Ratha *in Theatro feudali, pag.90. dilucidat.81. num.7.* Vrsinus *part.3. de succeſſ. feudi, lib.2. num.50.* dat rationem Vrsinus, quia Amita est proxima in gradu & potior fratri patrueli; ergo similiter dici debet in præsenti, quòd frater excludat filiam acquirentis.

4 Neque dicas, quòd in feudis masculi præferuntur fœminis, iuxta ius Francorum, & masculus censetur proximior in successione, vt *in dicto* §.1. Peregrinus *artic.21. num.19.* Giurba *de succeſſ. feudi*, §.2. *pag.13. num.33.* Fusarius *quæst.357.* Altogradus *consil.95. num.21. lib.2.* quia textus loquitur in terminis inuestituræ, vigore cuius præferuntur masculi fœminis, non tamen quando præferuntur solum masculi eiusdem gradus, & lineæ, vt in Regno, Capanus *vbi suprà*, Lanarius *consil.1. num.35.* Isernia *in dict. cap.1.* & alij, quos refert Molina *lib.3. de primogenitura, cap.4. num.50.* Vrsinus *part.2. q.4. artic.25. num.18. & seq.* & *q.4. artic.20. n.8.* & *q.5. art.2. n.4.*

Sed totum procedebat iure antiquo, hodie 5 ex *pragmat. vltima, de feudis*, attributa est facultas feudatariis disponendi, tam in actu inter vivos, quàm in vltima voluntate, in beneficium masculi remotioris in familia, & assensus habetur pro præstito, & sic poterit feudatarius Amitam excludere à succedendo, faciendo hæredem fratrem patruelem, vt bene de la Ratha *dilucidat.81. numero octauo*, Montanus *controu.10. num.32.* Regens de Marinis *lib.1. resolut.126. num.75.*

Quæ quidem Gratia fuit obseruata pluribus 6 in causis, vt in causa Marchionis Casaalboris, qui instituit Vincentium Caracciolum fratrem patruelem, dum aderat Iuditha Caracciola soror, & ita fuit etiam practicatum in causa Principis Collis super refutatione feudi in beneficium Fabritij de Summa fratris vtrinque coniuncti, de terra, & titulo Marchionis Circelli, dum haberet filios, quæ exempla, & alia refert Rouitus *decis.94.* Montanus *de Regalibus*, §. *familia, num.7.* Sanfelicius *decis.292.* Roccus *tomo primo, responso 44.* ergo excluſa filia potest Baro vigore Gratiæ hæredem facere successurum in feudis.

Sed nouissimè putat de Luca ad Francum *de-* 7 *cis.1. num.50.* quod exemplum excluſionis filiæ non est approbandum, ex verbis pragmaticæ, dum in supplicatione insinuatur modicitas damni inferri fœminis, ex tali dispositione, ibi: *(E caso che come succederia la femina, succede lo maſcolo, nemeno se causeria molto danno alle femine, potendo hoggi il feudatario granare il feudo, in fino al valore di quello)* qui sermo non adaptetur filiæ, quæ nequit grauari in toto valore feudi, & gratia loquitur de feudis hæreditariis tantum, vt in fine pragmaticæ.

Sed contra, quòd verba pragmaticæ admit- 8 tant excluſionem filiæ, dicit Regens de Marinis *lib.2. resolut.22. num.11.* cui se remittit consulendum de Luca *num.50. vbi suprà*, & per hoc idem Luca *in appendice post secundam centuriam, in obseruatione prima*, dicit excludi filiam ex tali dispositione facta, vigore Gratiæ, & hanc opinionem esse contra se communiter receptam, & sibi ipsi respondet cum Bartholomæo de Luca, quòd legitima filiis non imponitur gratuamen vsque ad valorem feudi, cum legitima debeatur in æstimatione feudi, & gratia est concessa ob bonum publicum, vt feuda conseruentur in agnatione, seu in familia, nec excludit filiam ex culpa, vel ex delicto, & vlte- 9 riùs dicit gratia, vt maritandæ possit relinqui quod videbitur ipsi feudatario, & verbum videtur importat arbitrium boni viri, & miror de Luca, qui timet approbare opinionem contra filiam, cum Capitulum eam non exprimat, & quando non concurrit masculus; tunc ipsum feudum est eius legitima, seu in eo debetur, & quando gratia dat facultatem relinquendi fœminæ, si maritata sit, vel vidua fœminæ semper ponit in libertate feudatarij, si velit relinquere per verbum possit, ex Ludouisio *dec.85.* imò addit, quòd possit legare ex beneuolentia supponens per necessariũ antecedens non esse filiam.

Probatur

10 Probatur ſecundò, ex I. C. Altomario nouiſſimo addente ad Rouitum *in conſil.* 1. vbi quærit *ex pragm.* 33. *& vltima de feudis*, per quam poteſt feudatarius habens fœminam in ſucceſſorem diſponere, tam in vita, quàm in vltima voluntate, de feudis etiam titulatis in remotiorem agnatum maſculum ſucceſſurum immediatum poſt fœminam illam, relicta dote fœminæ, ſi non eſt nupta, & ſi eſt nupta relicto aliquo, videbitur amoris cauſa, & refert Author ille duas opiniones. Primam refert de Gratia prædicta plura dixiſſe Lanarium ad Patruum *in cap.* 1. *de*
11 *ſucceſſ. feudi*, Montanum *in cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus*, *num.* 18. *de prohibita feudi alienat.* per Federicum, *& de Regalibus*, §. *finali*, *num.* 7. de Marinis *libro primo*, *cap.* 126. *num.* 75. *& libro ſecundo*, *cap.* 29. *num.* 11. Roccus *reſponſo* 44. *libro primo*, Montanus *controuerſ.* 10. *num.* 32. la Rata *parte tertia*, *Theatri dilucidat.* 81. Rouitus *deciſ.* 94. Capyc. Latro *conſult.* 77. qui ait, quòd ſtante dicta pragmatica poteſt hodie fieri fideicommiſſum in feudis, ſequitur Pratus *diſcept. cap.* 78. idem de Marinis *dicto cap.* 126. *num.* 76. & iſti Doctores pro feudatario tenent contra filiam propriam adducit Altomarius ſecundam ſententiam dicentem non habere locum pragmaticam prædictam, quando eſt filia feudatarij, quia in illius præiudicium non credit poſſe diſponere in agnatum remotiorem, quia non videtur poſſe colligi ex verbis dictæ pragmaticæ, neque ex mente petentium, adducit de Luca ad Francum *deciſ.* 1. *num.* 50.
12 & *in appendice ad centuriam ſecundam*, qui tamen de Luca dicit in praxi filiam etiam excludi propter gratiam: nam intentio petentis, & concedentis fuit, ne feuda exirent in alienas perſonas, & familiam, quæ ratio militat etiam in filia fœmina, quæ nubendo in aliam fœminam feuda adducit, ibi, de qua re Dominus Staibanus *reſolut.* 197. *num.* 70. Regens de Marinis *lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 11.

13 Neque dicas cum de Luca in addit. ad Francum *dict. deciſione prima*, quòd verba pragmaticæ, & Gratiæ ſolum competant fœminis, non filiæ feudatarij, quia feudatarius poteſt grauare feudum vſque ad integrum eius valorem, quæ verba dicit de Luca non poſſunt comprehendere filiam, quæ non poteſt grauari vſque ad valorem feudi, ſed deducta legitima dicit Francus *deciſ.* 1. *num.* 39. vt bene additio ad Rouitum *conſil.* 31.

14 Reſpondeo primò, eſſe attendenda verba dictæ Gratiæ, & pragmaticæ, etenim omnis fœmina poteſt grauari vſque ad valorem feudi, deducta dote, quam debet illi Pater relinquere, ſi eſt filia, vt in dicta pragmatica habetur ibi *(Poſſa detto feudatario ſopra detti feudi ſtabilire tanto, quanto li parerà per ſua dote)* nec valet reſponſio de Luca *in appendice*, dum ait per illud verbum (*Parerà*) vt non inducitur neceſſitas dotandi, ſed eius mera voluntas relinquendi, & ſic non poſſit comprehendi filia, quam tenetur præcisè dotare, ſed alias fœminas non deſcendentes. Reſpondeo enim, quòd illud verbum *(li parerà)* inducit neceſſitatem: nam quamvis ſit relictum in arbitrium feudatarij, dotem relinquere, arbitrium tamen debet eſſe regulatum ab arbitrio boni Viri, vt dicit Text. *in l. fideicommiſſaria libertas*, *la ſecunda*, *in principio*, *ff. de fideicommiſſ. libert.* ibi. (Si tibi videbitur peto, vt manumittas, quod accipi debet, ac ſi dictum fuiſſet, ſi tibi quaſi viro bono videbitur) quod idem ſi dictum eſſet (Da ei, vt tibi placet) poſt Bartolum, & alios dicit Menochius *de arbitrariis*, *quæſt.* 8. *num.* 33. & *quæſt.* 7. *num.* 14. & ſequitur Gizzarellus *deciſione* 55. *num.* 3. etiamſi ſumus in dubio, an verba ſonent, in merum liberum arbitrium, an verò in arbitrium boni viri, Menochius *vbi ſuprà*.

Reſpondeo ſecundò, quòd licèt verbum illud *(parerà)* debeat intelligi de mero libero arbitrio feudatarij, intelligitur tamen relinquendi, & aſſignandi fœminæ vltra dotem quicquid voluerit, & non infra dotem, cum dos non poſſit eſſe ſine matrimonio *l.* 3. *ff. de iure dotium*, *l. fin. Cod. de donat. ante nuptias*, vbi Doctores, & ſic per neceſſe debet relinqui dos congrua matrimonio, dum pragmatica ibi dicit (*quanto li parerà per la ſua dote*) & ly dote intelligitur de dote congrua apta ad matrimonium: nam ſi ſecus fuiſſet intentio petentium gratiam, non dixiſſent (per ſua dote) ſed (*quanto gli parerà*) ergo dum loquitur de dote, & addunt ibi (*li parerà*) debet intelligi vltra dotem ad ſuum arbitrium, dummodò dos non ſit totus valor feudi. 15

Probatur tertiò, quia cauſa finalis gratiæ eſt, 16
ne exeant feuda extra familiam, vnde concluſio colligitur, quòd ſi fœmina in feudo ſucceſſibilis, ſit nupta alicui de familia, non comprehenditur in pragmatica, vt patet ex verbis dictæ pragmaticæ, ibi, (*le quali ſe caſano in fameglia aliena*) igitur quando nubunt propriæ familiæ, ceſſat gratia, prout diximus de fideicommiſſo relicto fœminæ, ad quod admittitur etiam fœmina nupta alicui de familia, licèt remotiori, quamvis alioquin ipſa non admitteretur; cum per illam tunc conſeruetur familia, vt latè Fuſarius *quæſt.* 352. *num.* 42. ſic agnatus qui in- 17
ſtituitur in feudo excluſa fœmina, neque poteſt grauari vſque ad valorem feudi, ne alias eluderetur illius mens, cum cogeretur illa vendere pro ſatisfaciendis oneribus, & ſic exirent de familia, vt latè Staibanus *reſolut.* 199. *num.* 3. & Luca ad Francum *deciſione prima*, *num.* 2. & 18
eſt notandum quòd quando agnatus venit iure proprio, ſiue aperto ad ſucceſſionem feudi, ſtatim eſt immittendus etiam contra fiſcum, dicitur verò venire iure aperto, quando agnatus eſt comprehenſus in Conſtitutione, vt de ſucceſſionibus, aliiſque pragmaticis, & nouiſſimis gratiis huic Regno conceſſis, de Curtis *in diuerſorio*, *parte tertia*, *cap.* 3. *à num.* 100. *cum ſequenti*, licèt Montanus *de Regalibus officiis*, *à num.* 10. dicat illum venire iure aperto, qui eſt tantum 19
comprehenſus *in dict. Conſtitut. vt de ſucceſſionibus*, quod non videtur quomodo poſſit procedere, vt bene Altomarius ad Rouitum *conſil.* 1. *in fine*, qui *in conſilio ſecundo*, adducit ſententiam 20
veram, vt poſſint familiæ facere conuentionem, vt fœminæ non ſuccedant in eorum feudis, dummodò id fiat cum beneplacito Regis, ſicut quælibet familia poteſt facere pactum, vel conſuetudinem, vt fœmina non admittatur ad certa bona, ſed non poterit facere, vt non admittatur ad omnia bona, latè Altomarius ad Rouitum *conſ.* 2. *per totum*.

Probatur quartò, quia cum Marchio Alfede- 21
lis inſtituiſſet hæredem in feudalibus Ducem Montis Nigri, eius Patruum, relicta legitima Lucretiæ Bucchæ de Aragonia ſuæ ſorori vtrinque coniunctæ, quæ erat proximè ſucceſſura in feudo, in quo teſtamento nullam fecerat mentionem Marchio de Gratia ſuæ Catholicæ Maieſtatis,

fuit

fuit disputatum in S. C. an potuisset id facere, & an sorori illi competeret immissio vigore *l. finalis, C. de edict. Diu. Adr. toll.* cuius gratiæ verba refert Roccus *responso* 44. *tom.*1. *in principio*, & fuit dictum voluisse dispositionem, & hodiè Gratiæ verba sunt inserta *in pragm.* 33. de feudis practicata etiam, *vt suprà* diximus in causa Marchionis Casæ alboris, qui instituit Vincentium Caracciolum fratrem Consobrinum, dum aderat in dicta Caracciola soror vtrinque coniuncta, teste Rocco *vbi suprà*.

22 Secundò in causa Antonij Pappæcodæ, qui instituit Antonium Pappamcodam fratrem, relicta nepte ex filia immediata succeditrice, super Terra Massafri, de qua Rouitus *decis.* 94. nulla facta mentione de Gratia prædicta in testamento, & fuit lis transacta, soluta per D. Antonium modica summa, cum terra valeret scutos centum mille, & supradictæ transactioni sacrum Consilium suum interposuit decretum.

23 Tertiò per Principem Colli, qui refutauit Fabritio de summa eius fratri vtrinque coniuncto Terram, & titulum Marchionatus Circelli, dum habebat filios, quæ exempla allegat Fulvius Lanarius *in addit. ad Patruum* scilicet ad Reg. Lanarium *cap.*1. *num.*22. *de succeff. feudi fol.*242. Rouitus *decis.* 94. *num.*3. *& 6. in fine*, Montanus *in cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus, num.*28. *de prohib. feud. alien per Federicum, & de Regalibus*, §. *finali, num.*7.

24 Quartò in causa Caroli Philomarini, qui instituit Marcellum fratrem in Terra Atellæ, relicta Marchionissa Boni Albergij filia, de qua causa citatur Regens Sanfelicius *dec.*241. *part.*1. sed videatur, quia non inuenio.

25 Quintò in causa D. Beatricis Vrsinæ, iunctis aulis, pro qua scripsit Rouitus à primo consilio vsque ad decimum cum Alexandro Loffredo, quæ fuit hæres instituta à Principe ex gratia concessa à S. maiestate, quòd possit disponere de feudo etiam in extraneum, vigore dicti testamenti D. Beatrix fuit immissa in possessionem feudorum, non obstante contradictione Alexandri immediati successoris in feudalibus, vt refert Marcianus *cons.*26. *&* 27. *lib.*1.

26 Neque dicas in pluribus, & quasi omnibus supradictis causis non adesse dispositionem factam cum facultate vtendi dicta gratia.

Respondeo primum argumentum supponere illam quæstionem à DD. agitatam, si feudatarius non expressit disponere vigore illius gratiæ, an validè disponat prima opinio ex relatis à Domino Staibano *resol.*119. *tom.*2. tenet non valere ex Baldo, Afflicto, & aliis apud Frecciam *lib.*2. *de subfeudis, quæst.*3. *per textum in l.* 3. §. 1. *ff. de militari testamento* per Fusarium *cons.*..... & Freccia ait, quòd habens potestatem aliquid disponendi de iure speciali, & de iure communi, si velit agere de iure speciali, debet dicere, alias nihil agit Galeota *lib.*2. *controu.* 49. *num.*40. *& controu.*51. *à num.*39. alias sequerentur plura specialia. Secunda opinio est, quam tenet Roccus

27 *tom.*1. *responso* 44 quòd valeat dispositio, quia in dubio quisque censetur disponere iuxta ius municipale, & non commune, Mantica *de coniecturis, lib.*6. *tit.*7. Gratianus *cap.* 99. Regens Capycius Latro *decis.*3. *num.*4. & assensus dictæ pragmaticæ dicitur legis dispositio Montanus de

28 Regalibus, *num.*20. sic in simili institutio maioratus censetur facta virtute facultatis, sine licentiæ obtentæ, licet non fuerit expressa, vt probat Molina *lib.*2. *de primogenitura, cap.*7. *num.*18. vbi refutat contrarios, vt benè dicta Gratia generalis est, & efficacior, ac ius municipale, & non est singularis vnius facultas, in quibus requiritur specialis mentio, & procedunt iura supra allegata.

Confirmatur quia si feudatarius legat aliquid 29
fœminæ pro eo, quod prætendere possit, si dispossuisset seruata forma gratiæ, ità disponentis, vt vassallus leget aliquid pro dote si puella sit innupta, vel pro beneuolentia, si nupta sit, in casu, quo legauit Testator ducatos centum sorori censetur satisfeciisse pragmaticæ, & masculus institutus succedit tamquam non existente fœmina, Roccus *vbi supra* DD. de quibus de Marinis *lib.*1. *resol.*29. *num.*12. vbi respondit primogenitum habentem filiam, posse illam excludere instituendo neptem ex fratre secundogenito, non autem tertiogenitam.

Confirmatur secundò, quia extraneo vel non, 30
legitimo successore instituto in feudo non competit remedium *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* sed textus ille habet locum, quamvis institutio fiat in personam immediatè succeſſuram, ex lege feudi vocatus, ita de Ponte *cons.* 20. *num.* 6. *& cons.*62. *num.* 1. *& cons.* 23. *vol.* 2. Rouitus *in pragm.*11 *de feudis, num.*87. Staibanus *resol.*199. *per totam*, de Marinis *allegat.*43. *tom.*3. Neque dici potest, quòd etiam incapax feudi potest obtinere tenutam. Respondeo enim id procedere quando defunctus non esset Dominus, secus quando est Dominus; nam tunc debet esse capax hæres ne succedatur diuerso Iure, Dominus Regens Galeota *lib.*1. *controu.*36. *num.*30.

In quo etiam aduerto, quòd contra Domi- 31
num de Franchis *decis.* 1. insurgit Camillus de Curtis feudista præstantissimus, quem spiritum contradictionis vocat Prouenzalis *ad Consuetudines Neapolitanas obserու.*16. *num.*10. *& aduersus decis.*1. *in suo diuersorio, part.*1. *cap.*11. *num.*60. ait quòd succedens in feudo hæreditario ex lege immediatè, alio instituto hærede in eo, non tenetur ad legata, & debita sine assensu, pro qua sententia militant de Georgio *alleg.* 20. Anna *allegat.*96. *&* 129. Fabius Marchesius, & Bambacarius apud Galeotam *lib.*1. *controu.*36. *num.*28. qui dicunt non teneri ad onera talem successorem, quia non venit ab homine, sed à lege, *ex l. ex facto, ff. de hæredib. instit. & in feudo ex l. quoties, C. de hæred. instit.* propterea non esset alias disponere de feudo.

Respondeo secundò fuisse in testamento ap- 32
posita illa verba *(omni modo meliori)* quæ non restringunt ad specificata, sed ampliant, vt actus valeat, & faciunt valere actum eo modo, quo à lege permittitur, & intelligitur de lege, statuto, & Consuetudine, Roccus *d. responso* 44. *à n.*7. *cum seqq.* quem legas ad articulum de licentia, quòd non sit necessaria in dispositione, quæ concordari potest *cum l.* 3. *ff. de milit. testam.* quia ibi loquitur textus de priuilegio, sed in præsenti sumus in gratia redacta hodie ad legem, vt est pragmatica vltima de feudis.

Quod etiam ampliatur, vt possit fieri dispositio in Codicillis, quia verba gratiæ sunt permittentia, tum in actu inter viuos, tum in vltima voluntate, posse fieri feudi dispositionem, ergo in Codicillis potest fieri, vt benè post Montanum dicit Roccus *responso* 45. *num.*16. *tom.*1. tum quia gratia prædicta dat potestatem testandi de feudo, in masculo de familia, comprehenso tamen in inuestitura, testamentum autem ex proprietate verbi comprehendit hæredis institutio-

nem, ſubſtitutiones, & legata, vti partes ſubiectiuas illius, ergo Textus *in §. igitur, inſtit. de pupillari ſubſtitutione*, & aſſenſus ad teſtandum includit omnes teſtamenti partes, vt ſunt legata, fideicommiſſa, & ſubſtitutiones, vt poſt Montanum dicit Roccus *reſponſo 44. in fine.*

34 Ex quibus infertur primò feudatarium in teſtando aſſimilari militi, ergo poterit relinquere duos hæredes, vnum in feudis, alium in allodio, ex eo quia onera inter vtrumque hæredem, vt contributionem faciendam pro rata bonorum, &
35 benè Francus *deciſ. 1. num. 24.* ſed in milite relinquere duos hæredes, vnum in Caſtrenſibus, alium in paganicis, deciditur *in tit. inſtit. de milit. teſtam. ergo, &c.* & inter hæredes non communicantur onera, ſed quodlibet patrimonium ſuſtinet ſua propria, inſpecta origine contractus debiti, *l. ſi certarum*, vbi Baldus, & alij, *ff. de*
36 *militari teſtamento*, & quamvis aliqui quærant vtrùm doctrina Baldi intelligenda ſit tam in feudo ex pacto, & prouidentia, quàm hæreditario, & feuda, & allodia dicantur ſtare de per ſe, vt Patrimonia diſtincta, & ſeparata, prout in milite, & ſic affirmant DD. apud Camerarium *in cap. 1. an Agnati, quæſt. 22. num. 155.* Montanus *in cap. Imperialem, §. præterea, num. 120. de prohib. feud. alien.* per Federicum, Mucius *quæſt. 39. num. 15.* Alij dicunt contrarium cum Amicangelo *de feudis, cap. 20.* nam feudum hæreditarium tantùm facit vnum corpus, idemque patrimonium cum allodio, Giurba *de ſucceſſ. feudi §. 1. quæſt. 20.*
37 *num. 30.* Alij dicunt ſimpliciter, & abſolutè feudum hæreditarium non facere vnum corpus cum allodio, niſi ſecundùm quid, reſpectu contributionis onerum, ſed quoad alios procedere comparitionem militis, vt feudatarius, & vtrumque poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, iuxta *l. ſi duobus, ff. de militari teſtamento*, inteſtatum in caſtrenſibus, & teſtatum in paganicis, vel è contra, & proindè ſicut miles ſi inſtituat vnum in paganicis, & alterum in caſtrenſibus, inter ipſos non habet locum ius accreſcendi; nam reputantur vt duæ hæreditates, etiam ſi inſtitutus in Caſtrenſibus non adiuerit, ita etiam feudatarius poteſt decedere teſtatus cum allodio, & inteſtatus in feudo, vel relinquere duos hæredes, inter quos ceſſabit ius accreſcendi la Rata *de feudis pag. 90. dilucidat 72. num. 27.*

38 Infertur ſecundò ad Regentem Rouitum *deciſ. 94.* vbi mortuo Antonio Pappacoda nepote Celidoniæ Pappæcodæ ex fratre, Amita Antoniæ vacauit Terra Maſſafræ, & hæres ab inteſtato cepit poſſeſſionem feudi prædicti, è contra Amita dicta Celidonia accepit poſſeſſionem dicti feudi noui, ſed ſi eſſet feudum antiquum tunc ex gratia conceſſa per Regem Catholicum de anno 1507. vt *in pragm. 6. de feudis* ſuccedit Amita, & Patruus, tam in antiquis, quàm in feudis nouis, & frater ſuccedit cum onere dotandi neptem, vt in anno 1615. *in pragm. 31. de feudis*, & quòd diſpoſitio Gratiæ etiam in feudis antiquis locum habeat, legatur Rouitus in ſimili *in*
39 *deciſ. 94. à num. 4.* quia alias eſſet gratia fruſtratoria; nam ex alia gratia in feudis ſuccedit Patruus, & iure communi ſuccedebant frater fratri, &c. quòd feudum ſit antiquum reſpectu fratris ſuccedentis, latè poſt Roſental apud Rouitum *deciſ. 94. à num. 12. cum ſeq.* quia ex gratia, de qua *in pragm. 33.* de feudis remanet antiquum, vt late Rouitus *vbi ſuprà*, Vrſinus *de feudis, p. 2. de ſucceſſ. feudi, quæſt. 7.* & Galeota *reſponſo fiſcali 23.* Idem Vrſinus *part. 2. cap. 2. quæſt. 3.*

Infertur tertiò, cum Staibano *d. reſol. 99.* ad 40
caſum Marchionis Alfedelis, de quo Roccus *de reſponſo 44.* poſſeſſionem nepotem iure feudorum vocatum eſſe ad feudum admittendum, non verò deberi ſucceſſionem inſtituto in Codicillis, propterea Lanarius ad Patrem in *tit. de ſucceſſ. feudi, cap. 1. num. 450.* concluſiuè loquendo, ait, quòd quando inſtituitur perſona extranea, vel nou immediatè ſucceſſura non habet locum remedium *l. finalis, C. de edict. Diu. Adr. toll.* ex Afflict. *deciſ. 119.* DD. apud de Georgio *alleg. 22.* Rouitus *in pragm. 11. de feudis*, qui refert fuiſſe deciſum pro Marco Antonio Moles in cauſa Marchionis Lauelli, cum Ioanne Antonio de Tufo eius fratre, qui non obſtante teſtamento, fuit Marchio miſſus in poſſeſſionem, vti eius primogenitus, in qua cauſa ſcripſit Lanarius *conſ. 80. & 81.* & in eadem cauſa ſcripſit Regens de Ponte *conſ. 62. num. 18.* Regens Tappia *deciſ. 1.* S. C. Rouitus *in pragm. 11. de feudis, num. 122.* in cauſa illorum de vice comitibus in feudo Roſeti, referente Conſiliario Meliore, iunctis aulis, & in cauſa Principiſſæ Geracij ſororis Paridis Pinelli, cum Marchione Paulæ frarre, referente Sanfelicio, latè Lanarius ad Patruum *vbi ſuprà.*

Infertur quartò per Gratiam conceſſam huic fi- 41
deliſſimæ Ciuitati in Parlamento de anno 1605. vtpoſſint Barones diſponere, tam in vita, quam in morte de eorum feudis in beneficium illius maſculi de familia, qui tempore diſpoſitionis ſuccedit, niſi adeſſet fœmina proximior, cui prouideri debet ſecundùm dictam gratiam, quæ gratia eſt regiſtrata *in pragm. 31. de feudis*, quæ Gratia fuit deindè executoriata in anno 1617. & iterum confirmata per ſuam Maieſtatem in anno 1622. & iterum in anno 1623. in qua Gratia intelliguntur etiam ſubſtitutiones, & fideicommiſſa Barones poſſe facere, vt poſt alios Capycius Latro *conſult. 76. à num. 35.* Quæ 42
Gratia habebit locum etiam in officiis conceſſis ad modum feudi pro hæredibus ex corpore, in cauſa Franciſci Protonobiliſſimi filiæ, D. Corneliæ de Montibus Achaiæ tum D. Vincentio de Montibus, facto hærede in omnibus bonis, in quibus aderat gabella baiulationis in diricibus, paſſibus, &c. Lanarius, *vbi ſuprà, num. 3.*

Infertur quintò hæredem in feudo hæredita- 43
rio teneri ad ſolutionem legatorum, ſiuè onerum eo concurrenti valore feudi, etiam quòd alius fuiſſet hæres inſtitutus in feudo, vt patet in contractibus eius, Francus *deciſ. 704.* licèt contrarium aſſerant alij apud eumdem, & apud Gizzarellum *deciſ. 28.* & apud Camillum de Medicis *conſ. 65.* & eſt notandum, quòd hæres in feudo hæreditario non conficiens inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias, & vltra valorem feudi, vt deciſum in cauſa Proſperi Tuttauillæ Marchionis Chiuſani, qui fuit à Marchione Patruo inſtitutus in ſolo feudo, relicta vxore in burgenſaticis hærede, & aliàs deciſum refert Lanarius in addit. ad Patruum, *vbi ſupra.* Quòd ſi defun- 44
ctus inſtituat hæredem immediatè ſucceſſurum in feudo tantum, & alium hæredem in allodiis, ſi non conficiat inuentarium, de ſolo feudo tenetur, & in feudo tenetur ſolum legata, &c. Lanarius *vbi ſupra, num. 32.* tum quia iure feudali non habemus inuentarium in feudo, *cap. 1. de feudi cognitione*, ſed tantum de iure ciuili ergo, &c. Lanar. *vbi ſupra, num. 33. cum ſequentibus, & num. 52. cum ſeqq.*

Infertur ſextò cum Montano *controu. 10. in* 45
fine,

ſine, dicente in Regno non eſſe neceſſarium aſſenſum Regium in diſpoſitione, quæ fit, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, de feudo hæreditario in proximiorem maſculum ſuæ familiæ, ſiue agnationis, qui tamen ſit in gradu ſucceſſibili de iure feudorum, ſi non extaret fœmina proximior, quæ excluderet maſculum illum, data dote de paragio, vnde putat Montanus *de*
46 *Regalibus, cap. vlt. in fine à num.* 7. non poſſe inſtitui proximum ſucceſſurum, relicta filia proximiori, cuius contrarium fundauimus in præſenti libello, & erit à Montano recedendum, prout eſt recedendum ab eodem *in cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus de prohib. feud. alienation.* per Federicum *à num.* 48. *cum ſeqq.*

47 Infertur ſeptimò feuda hæreditaria, vt ſunt omnia in Regno cum ea forma, vt maſculus præferatur, fœminæ, & maior natu præferatur minori, Afflict. *in cap.* 1. *an Agnati*, qui dicit eſſe talia feuda ex pacto, & prouidentia, & confecto inuentario ſuccedentem, non teneri ad onera, & quamvis improbetur per Francum *deciſ.* 1. *n.* 21. Regentem de Marinis *lib.* 2. *reſol.* 56. Mucius *quæſt. forenſ. quæſt.* 28. *num.* 17. vbi putat, qualitatem non deſtruere naturam feudi ex pacto, ex *cap.* 1. *de alienat. feudi*, vbi filius nequit repudiare allodium, in quo eſt inſtitutus, & capere feudum ex pacto ad conſeruandum honorem Patris, & tamen feudum eſſe ex pacto, Theodorus *alleg.* 22. *num.* 7. à quo deſumpſit Mucius *vbi ſupra*, eſt videndus Gizzarellus *deciſ.* 28. qui occurrit pluribus difficultatibus, & Praxis admiſit opinionem contra ſuccedentem in feudis, Capyc. Latro *conſult.* 10. *num.* 20. Merlinus *part.* 2. *controu.* 81. *num.* 12. vbi contra Annam, & alios DD. refert iudicatum, & quamvis de Curte impugnet Gizzarellum, tradens non cauſam, ſed perſonas fuiſſe iudicatas, tamen legas Biloctam *concl. feudali* 59. Amicangelum *quæſt. feudali* 1. *à num.* 16. Lucam ad Francum *dec.* 1. *num.* 11.

48 Infertur octauò feudum antiquum dici quando deſcendit à quarto gradu ſupra, & paternum dici, quando fuit quæſitum à perſonis vſque ad quartum gradum, putà Pater, Auus, Patruus, Proauus, & Atauus, & ita vocabula, antiquum, & paternum confunduntur Capyc. *in inueſtitura feudali*, *in verbo feudorum genera*, Intriglio-lus, & alij apud de Ponte *lectione* 10. at in caſu Galeotæ *reſponſo* 3. *num.* 14. ille, qui ſuccedebat, ſucceſſit in feudo empto, & non erat deſcendens ab acquirente, ſiue emptore, vt potuiſſet dici antiquum, Galeota *vbi ſupra num.* 25. *&* 26. quia collateralis non deſcendit à primo acquirente, vt dicatur nouum, & ad hoc vt dicatur antiquum neceſſe eſt, vt deſcendat à primo acquirente, & deinde tranſeat in collateralem, vt *in pragm.* 6. *de feudis*. Neque conceditur cum pacto, vt tranſeat ad fratrem, quia eſſet antiquum, Galeota *contr.* 3. *num.* 31. ſed conceditur ex Gratia, vt poſſit frater diſponere, ac ſi non eſſet fœmina, ergo non tranſit ex vi inueſtituræ.

49 Dices: Gratia de qua hic dicit, vt remaneat feudum (facta diſpoſitione in proximè ſucceſſurum maſculum) quaſi antiquum, ergo.

Reſpondeo quòd Gratia ſubſequitur (Placet quoad feuda hæreditaria) & hoc, de quo agimus, eſt feudum nouum in acquirente, ſed antiquum reſpectu eius, qui poſt acquirentem ſuccedit, vt poſt alios Galeota *reſponſo* 4. *num.* 50. *in fine*.

Reſpondeo etiam, quòd Rex poteſt concedere feudum nouum, remanente iure antiquo, vt latè Galeota *reſponſo* 4. *à num.* 35. *cum ſeqq.* Gaillus *lib.* 2. *pract. cap.* 50. dicit illa verba, & iure antiquo, eſſe ſufficientia ad faciendum feudum nouum, antiquum, & quòd poſſit eſſe feudum reſpectu vnius antiquum, & reſpectu alterius nouum, latè Galeota *reſponſo* 4. *à num.* 48. *cum ſeq.* Collegium Bononienſe dicit feudum antiquum eſſe, alij dicunt dictionem (tanquam) eſſe notam improprietatis, Galeota *vbi ſupra num.* 51. *&* 52.

Infertur nonò competere hæredi ſcripto im- 50
miſſionem, non autem filiæ fœminæ à Teſtatore præteritæ, Capycius Latro *conſult.* 77. *à num.* 1. *vſque ad* 14. quia teſtamentum in perſonam fratris habet immiſſionem, non obſtante filia Teſtatoris, neque obſtat cauſa Illuſtris Marchionis Achaiæ de anno 1624. in collaterali Conſilio deciſa, vbi D. Franciſcus Protonobiliſſimus inſtituit Iudicium adipiſcendæ poſſ. feudorum, vti claro, & aperto iure vocatus, non obſtante teſtamento, in quo fuerat inſtitutus D. Vincentius de Montibus, & ſic erat extraneus, & licèt adfuiſſet licentia Regis, tamen pluſa opponebantur contra dictam licentiam. Primò quòd non comprehendebat caſum excluſionis propriæ filiæ. Secundò quòd non fuerat executoriata infra annum. Tertiò quod nec etiam erat regiſtrata in tempore, & proindè prætendebat D. Franciſcus immiſſionem, ex *cap. inter filiam*, nulla habita ratione teſtamenti, quia non fuerat hæres inſtitutus proximior ſucceſſurus, vt latè Capyc. Latr. *d. conſult.* 77. *in fine*.

Neque obſtat deciſio in cauſa Marchionis Pi- 51
nelli, quia ibi fuerat penitus extaneus hæres inſtitutus, qui non erat comprehenſus in inueſtitura, nec aderat licentia, & proinde fuit immiſſa ſoror in poſſeſſionem.

Neque obſtat deciſio in cauſa ſtatus Biſinia- 52
ni, vbi fuit admiſſa D. Iulia, & excluſus Comes Saponariæ, qui nec docuerat in continenti de iuribus ſuis, imò erant nonnulla alia deducta, tam in iure, quam in facto, prætendebat enim ſe vocatum per legem particularem cum familia, aduerſus quam plura opponebantur, & præſertim nullam extitiſſe conuentionem validam, nec ſe extendiſſe ad gradus non ſucceſſibiles, & quamvis fuiſſet expreſſa, ab ea cecidiſſe per plures Rebelliones, & tamen cumulatum fuiſſe petitorium, & poſſeſſorium ſimul, vt latè Rouitus *conſ.* 1. *cum decem ſequentibus*.

Neque obſtat deciſio lata per Regentem Ro- 53
nitum *in pragm.* 11. *num.* 87. de feudis in cauſa Marchionis Lauelli, de qua meminit Anna *alleg.* 126. Reſpondeo enim, quòd ibi aderat legatum tantum in beneficium ſecundo geniti, non autem inſtitutio vniuerſalis, proindè fuit inueſtitus.

Neque etiam obſtat alia deciſio Beatri- 54
cis Pignatellæ, de qua Francus *deciſion.* 1. & per Rouitum *in principio*, *numer.* 87. vbi fuit immiſſa Amita, non obſtante inſtitutione feudalium, in beneficium fratris patruelis, quia ibi fuit inſtitutio particularis ad feuda, non vniuerſalis, vt patet ex eadem *deciſione de* Franchis, & ponderat Regens Capycius Latro *d. conſult.* 77. *num.* 19.

Quod inconuincibiliter procedit quando ad- 55
uerſus filiam, quæ abinteſtato ſuccedere prætendit, appareret de renunciatione, per quam ſe de medio abſtulit, & hæres ſcriptus immiſſionem petit, prout in caſu noſtro, quia vel iuſtitia ad excluſionem filiæ eſt certa, & tũc abſque dubio, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio debet hæres

ſcriptus obtinere, aut verò aliquid dubij remanet, & in poſſeſſorio debet obtinere hæres ſcriptus, vt bene Capycius *deciſ.*10. *num.*18. Piſtorius *quæſt.iuris*, *lib.*4.*q.*10. *num.*9. Argellius *de legitimo contradictore*,*q.*2.*num.*207. Capyc. Latro *d.conſult.*77. *num.*20. qui addit, quòd cum hac diſtinctione iudicauerit ſemper S.Conſilium temerarium eſſet nunc in præſenti cauſa contrarium prætendere.

56 Neque obſtat diſpoſitio Textus *in cap.*1.§.*inter filiam ſi de feudo defuncti Militis*, quia Textus ille procedit, quando filia fuit hæres inſtituta, quia tunc præſumitur pro teſtamento quomodocunque poſſit tolerari, & quia filia cum poſſet habere aliquod ius ſuper feudo,& illi iuri addatur diſpoſitio teſtatoris, non mirum ſi ex teſtamento mittatur in poſſeſſionem, vt bene Regens Tappia *deciſ.*1. *S.C. à num.*5.7.*&* 21. Roſental *cap.*7.*concl.*48. de Georgio *in repet.feudali*,*c.*48. *num.*21. Marta *part.*3.*de ſucceſſ. legal.q.*3.*art.*1. qui ampliat diſpoſitionem Textus etiam in linea Collaterali, Capyc. Latr. *num.*22. qui ampliat etiam Textum *in ſucceſſione ab inteſtato*, tamen limitat, vbi concurrit teſtamentum, quia tunc ceſſat interdictum prædictum, nec filia tali caſu eſt legitima contradictrix, Menochius *remedio* 4. *adipiſcendæ*,*n.*562. Capyc. Latro *de conſult.*77. *num.*23.

57 Reſpondeo ſecundò, quod etiamſi poſſent aliquo modo applicari termini *dicti §. inter filiam in beneficium D.Ioannis* (quod falſum eſt) adhuc non poſſet habere locum in caſu noſtro, quia frater teſtatoris docet in promptu de eius iuribus ad excluſionem filiæ, & ſic limitatur Textus *in dict.§.inter filiam*,*& interdictum*, ac immiſſio in poſſeſſionem competit agnato excluſa filia, Menochius *conſil.*443. *n.*22. vbi ait ſic fuiſſe deciſum per Rotam Romanam contra Decium *conſil.*467.*&* *conſ.*468. qui conſuluerat pro Aloyſia Pallauicino, & ſubdit Menochius, quod obſtet exceptio dominij in continenti probata, Menochius *remed.*2.*adipiſc.poſſeſſ.num.*104. Argellius *de acquir.poſſ.art.*1.*q.*2.*num.*32. Afflictus *dec.*14. *num.*4. latè Rouitus *conſil.*1. *num.*24. Bambacarius *in d.* §. *inter filiam*, *num.*18. Præſes Amatus *conſil.*100. *num.*90.95.*&* 101. Piſtorius *lib.*2. *q.*39.*n.*35. Vulteius *de feudis*,*lib.*1.*cap.*9.*n.*108. & *lib.*2.*cap.*1.*num.*42. vbi alios refert, nec adeſſe in hoc contradictionem dicit Capyc. Latro *con-*

58 *ſult.*77.*num.*24. *in fine.* Ratio eſt, quia Regula hodie conſtat, hodie agatur, & alia, quod fruſtra petit quod ſtatim reſtituturus eſt, habet locum in remedio adipiſcendæ, vt latè probat Rouitus *conſil.*2.*num.*35.*lib.*1. Præſes Amatus *conſil.*100. *num.*68. Regens Tappia *deciſ.*1. *num.*32. & dicitur in continenti conſtare, vbi diuerſitas factorum adeſt, ſed tantum merus articulus iuris, Tappia *loco citato*, *num.*33. & Præſes Amatus *n.*38. ſicuti etiam dicitur incontinenti probari, ſi producatur probatio per inſtrumentum, Graſſus *de except.except.*7. *num.*8. ſicuti producitur renuntiatio, vel pactum de non ſuccedendo, cum maioratu excluſiuo fœminarum, vt in ſimili Capyc. Latro *conſult.*77.*n.*26.

59 Infertur decimò, ad Regentem de Marinis *tom.*3. *in alleg.*43. dum dicit per plures concluſiones, an & quando competat immiſſio, concurrente agnato, & declarat Textum *in d.cap. inter filiam*, ſi de feudo defuncti militis controuerſia fuerit, qui de Marinis ex allegatis per Ioannem Baptiſtam Meliorem virum conſummatiſſimum, dixit eſſe faciendas tres concluſiones. Prima quando conſtat bona eſſe allodialia. Secunda quando conſtabat bona eſſe burgenſatica. Tertia quando ſumus in dubio, & poſitis his, ſtatuit tres alias concluſiones. Prima quando poſſidet agnatus. Secunda quando poſſidet fœmina. Tertia quando nullus, &c. vt *in d.alleg.*43.

Infertur vndecimò, *ad pragmaticam* 24.*ſubſtit.* 60 *de feudis poſitam*, *in tom.*3. *pragmaticarum*, vbi de anno 1654. ad inſtantiam Aloyſij Poderici legati per hanc Ciuitatem, D.Rege exiſtente in Monaſterio S.Mariæ del Bonritiro, fuit conceſſa gratia ampliationis ſucceſſionis in feudis vſque ad quartum gradum, & deinde anno ſequenti executoriata fuit in Regno Neapolis à Collaterali Conſilio.

Infertur duodecimò, pecuniam redactam ex 61 feudo, vel ad feudi emptionem deſtinatam, vt ematur feudum, venire appellatione feudi, vt eſt deciſio Rotæ Germaniæ apud Koppen *quæſt.*18. Rouitum *in rubr.de feudis*, *num.*12. *per tot.* in ſimili Rouitus *vbi ſuprà*, Sanfelicius *deciſ.*292. *n.*20. vbi legas, & licèt videatur obſtare Textum *in cap.*1.§.*ſi Vaſſallus*, ſi de feudo defuncti fuerit controuerſia inter Dominum, & Agnatum vaſſallum, Oynotimus *in epitome feudali*, *p.*2. *n.*18. vbi non videtur eſſe feudum, quod receptum eſt tranſactionis nomine, Scruffius *conſil.*22. *centuria* 3. ſic *in cap.*1. §.*ſciendum*,*de feudi cognit.* vbi feudum non datur niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus conſiſtere poterit, dicas tamen haberi pro feudo, ad plures vtilitates inferendo, de quibus Koppen *dict.q.*18.

Infertur decimotertiò, Doctores de feudis 62 agentes, plura dixiſſe de feudo hæreditario, & ex pacto, & prouidentia copiosè egiſſe, de feudo quaternato, pleno, & de tabula, de feudo Regali, &c. ſed nullus ex profeſſo egit de feudo nouo, & antiquo, teſte Amicangelo *q.*1. *de feudis*, & ſanè vno modo dicitur feudum nouum, & antiquum iure communi, alio modo iure Regni noſtri: nam iure communi erat antiquum, quod ab Auo, Biſauo, &c. acquirebatur alicui, qui erat de linea deſcendentis, ſed in Regno feudum antiquum eſt, in Patre licèt non ſit in linea acquirentis, & in filio eſt nouum, in Patre antiquum, latè Amicangelus *quæſt.*5. *per totam*, &c.

DISCEPT. CCCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Factum, de quo ſuprà proponitur.*
2 *Poſſeſſorium adipiſcendæ in feudalibus.*
3 *Caſus ſimilis affertur pro materia, de qua agitur.*
4 *Gratia, & pragmatica pro Neapolitanis quid diſponit.*
5 *Gratiæ requiſita quæ ſint, & qualia.*
6 Pragmaticæ 19.24.& 25. de feudis, *adducuntur.*
7 *Obſeruantia declarat Gratiam, & qualiter.*
8 *Frater, & ſoror an ſuccedant in feudo nouo.*
9 Pragmatica 31. aliàs 32. de feudis, *adducitur, & explicatur.*
10 *Feudi poſſeſſio qualiter capienda à feudatario.*
11 *Poſſeſſorium antiquius qualiter ſit manutenendum.*
12 *Legis reſiſtentia quando noceat, & quando non, & numeris ſeqq.* &c.

FACTVM,

FACTVM, ET IVS PRO

Illustr. D. Iosepho Laudati, Hodierno Duce Marzani.

In Banca Mag. Spera.
Apud Scrib. Ciminum.

DE EADEM RE.

1 IN questa causa, che verte frà li Signori D. Giuseppe Laudati, herede vniuersale *ex testamento* del quondam D. Andrea Laudati, *ex vna*, & D. Giouanna Laudati, *ex altera*, figlia dell'istesso D. Andrea, sopra la soccessione de beni, tanto Burgensatici, quanto feudali, *iurium, & actionum*, rimasti nell'heredità del quondam D. Andrea, *aliàs* D. Agostino Laudati, Duca di Marzano.

Giustamente pretende detto D. Giuseppe, non solo esser mantenuto nella possessione di detti beni hereditarij, così Burgensatici, come feudali; ma anco, *quatenus opus est, gradatim, & non aliter*, essere immesso in possessione di quelli, esclusa detta Signora D. Giouanna, come dalla supplica, *fol.* 23. E dall'instanza, *fol.* 28.

Tanto più essendo vero in fatto, che il feudo di Marzano, ancorche comprato in testa di detto D. Andrea Laudati, *aliàs* D. Agostino, Duca di Marzano, fù comprato de pecunia di D. Agostino Laudati, *seniore*; Il quale haueua constituito vn Maiorascato à fauor di D. Francesco Laudati, & de gli heredi primogeniti mascoli, *in perpetuum*, dell'istesso D. Francesco, *vt fol.* 47. *à terg. littera B, processs. Maioratus*, escluse le femine, *folio* 26. *processs. Maioratus, litt. D.*

Et, essendo socceduto in detto Maiorascato, D. Andrea Laudati, iuniore, figlio primogenito di D. Francesco, à fauor del quale nacque la decisione, de qua il Regente Sanfelice, 165. 2. *tomo*,

E per la morte del detto D. Andrea, senza figli mascoli, essendo socceduto nel detto Maiorascato D. Giuseppe Laudati, figlio secondogenito dell'istesso D. Francesco, e fratello di D. Andrea:

Perche in vita detto D. Andrea iuniore, in essecutione della volonta del Fondatore del detto Maiorascato dichiarata *fol.* 38. *à terg. littera A, processs. Maioratus*, anco precedente decreto del S. C. lato à relatione del Consigliere Theodoro, haueua comprata la Terra di Marzano da Marcello Mormile, *folio* 230. de' denari del detto Maiorascato, hauendo fatto Istromento di Ricognitione in ampliss.ima forma, *fol.* 228. in beneficio delli chiamati in detto Maiorascato, sotto li 13. d'Ottobre 1629. *folio* 128. *processs. Maioratus*, roborato di Regio Assenzo, *fol.* 67. *vsque ad* 72. *eodem processs. Maioratus*;

Perciò l'istesso D. Giuseppe Laudati, con vna particolar Comparsa, presentata sotto li 7. di Marzo 1672. non recedendo dall'altra istanza, primo loco fatta, e dedotta nella sua Supplica, *fol* 27. hà fatta similmente istanza, voler ritenere, e continuare la possessione di detta Terra di Marzano, anche come cosa, spettante à detto Maiorascato, come dalla Comparsa *fol.*....

Douendos prouedere sopra detta istanza, per il S.C. fonda detto D. Giuseppe la sua Giustitia nelle seguenti ragioni:

Prima dice: Che, in virtù di detto testamento, compete à lui la detta manotentione, &, *quatenus opus est, immissione*:

Si, perche tiene titolo, come anco legitima possessione: & all'incontro essa D. Giouana *caret titulo, & possessione*; Anzi ad esso D. Giuseppe assiste la legge pro manutentione & immissione, resistendo ad essa D. Giouanna.

Il Titolo di esso D. Giuseppe non può controuertirsi; Mentre hà prodotto il testamento del quondam D. Andrea non abolito, non cancellato, nè continente vitio visibile; per lo che *est manutenendus in possessione prædicta rerum hæreditariarum, & quatenus opus est, immittendus, l. 2. & fin. C. de edicto Diui Hadriani tollend.*

Il qual testamento non solo respectu Burgensaticorum fù, & è validissimo, Consiliarius de Georgio *de feudis*, c. 48.

Ma anco respectu feudalium, *præsertim in iudicio manutentionis possessionis, & immissionis, vigore l. fin. C. de edicto Diui Hadriani tollendo*;

Essendo vero de iure, che detta *l. fin.* 2 hà luogo *etiam in feudalibus*, quando l'istitutione dell'herede è vniuersale, e non particolare in persona d'alcuno delli compresi nell'inuestitura, benche non fosse prossimo successore al feudatario, che l'hà istituito herede, come lo riferisce deciso il Reg. Tap. *decis.* 1. *n.* 48.

Nella quale decisione, benche non fosse stato manotenuto in possessione l'herede scritto, ma fatto il seguestro; fù, perche in pronto costaua *de bono iure oppositoris*, Reg. Tap. *d. decis.* 1. *post n.* 48.

E' però vera la concluſione, che, quando l'herede iſtituito vniuerſaliter in Burgenſaticis, & in feudalibus è delli compreſi in Inueſtitura, compete à quello l'immiſſione, vigore *d. l. fin. C. de edicto Diui Hadriani tollendo*; tanto in *Burgenſaticis*, *quanto in feudalibus*, *niſi in promptu conſtet de Iure oppoſitoris*: ſecus ſe l'iſtitutione foſſe particolare; nel qual caſo non hà luogo il rimedio della *l. fin.* come l'oſſerua l'iſteſſo Reg. Tap. *d. deciſ.* 1. *num.* 4. *in fine.* Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *art.* 34. *num.* 49. *&* 50. E con queſta diſtintione è ſtato ſempre dal S. C. deciſo detto articolo.

Non ſolo nella Cauſa di D. Hippolita di Capua, alla quale fù conceduta *in feudis*, *in quibus viuitur Iure Francorum*; l'immiſſione, benche ſecondogenita, ſecondo li termini della *leg. fin. C. de edicto Diui Hadrian. tollend.* anco nelli feudi hereditarij, non oſtante l'oppoſitione di D. Giouanna Primogenita, & immediata ſucceditrice; e non oſtante, che, in tempo della dotatione, quella eſpreſſamente ſi haueſſe riſeruata la Succeſſione in feudis: quicquid in contrarium à fauore di d. primogenita haueſſero ſcritto il Reg. de Ponte, *conſ.* 20. *tom.* 1. & Camill. de Med. *conſ.* 61. Contro l'opinione de' quali fù deciſo, come lo referiſce, il d. Reg. Tapia, *d. dec.* 1. *S. C. ſub num.* 34.

3 E ſi auuerte, che, in d. caſo, la Primogenita, che s'haueua riſeruato, tempore donationis, il Ius di ſuccedere nelli feudi, ſtaua anco in poſſeſſione di quelli, preſa poſt mortem defuncti, &, iis non obſtantibus, fù deciſo à fauore della 2. genita, herede Vniuerſale iſtituita, come lo teſtificano frà gli altri, Staibano Seniore, *d. conſ.* 81. *num.* 85. *&* 95. Camill. de Medic. *conſ.* 61. *in princ. verſ. mortuo Comite*, *& il* Reg. de Ponte, *d. conſ.* 20. *in princ. & per totum*, i quali furono Auuocati della d. D. Giouanna Primogenita.

Nella quale deciſione, lata à fauore di d. D. Ippolita, 2. genita herede Vniuerſale, non fù hauuta ragione dell'altra deciſione, che la parte anche hoggi pondera, nata nella Cauſa delle Sorelle di Cuomo, de qua l'iſteſſo Reg. de Ponte, *conſ.* 14. *lib.* 2. & Gallo, *conſ.* 64.

La ragione fù, perche nella Cauſa delle dette Sorrelle di Capua, D. Ippolita di Capua, ſecondogenita era ſtata herede iſtituita vniuerſaliter in feudalibus, & in Burgenſaticis; lo che non fù nella Cauſa delle Sorelle di Cuomo; nella quale la ſecondogenita era ſtata iſtituita herede tantùm nelli feudi, come coſta dal diſcorſo del Conſigl. de Ponte, 24. *lib.* 2. *n.* 20. *in fine*, *& ſeqq.* e l'auuertiſce il Reg. Tapp. *d. deciſ.* 1. *num.* 43.

Ma anco in tutte l'altre Cauſe ſimili, così è ſtato deciſo: come l'oſſerua il Reg. Capece Latr. 2. *tomo. Conſult.* 77. *n.* 18. (*quæſo reuidendus*) allegando la famoſa deciſione, nata nell'anno 1624. nel Collat. Conſiglio, nella cauſa del Marcheſe d'Acaya, contro D. Franceſco Protonobiliſſimo, nella quale d. D. Franceſco, come Nipote, e diſcendente ex Filia, haueua *vigore interdicti quorum bonorum*, dimandata l'immiſione nelli feudi, come aperto Iure chiamato, non oſtante il Teſtamento dell' Auo, il quale haueua iſtituito herede Vniuerſale Don Vincenzo de Montibus eſtraneo, e pretendeua douer eſſere immeſſo, nella poſſeſſione de' feudi, ſupponendo, che in feudis, il Teſtamento non poſſa giouare all'herede ſcritto, *niſi inſtituta perſona ex comprehenſis in inueſtitura*, *proximè ſucceſſura*; e con tuttociò, benche à fauore di d. D. Franceſco diſcendente, e più proſſimo ſucceſſore del feudatario defonto, haueſſe famoſamente ſcritto il Reg. Capece Galeota, *controu.* 14. 15. 16. 17. *&* 18. *tom.* 1. *in fine*, nondimeno ſuccubuit D. Franceſco Protonobiliſſimo, come l'iſteſſo Reg. Galeota lo teſtifica, *controu.* 18. *in fine*, nella qual cauſa furono 12. Votanti in Collaterale, incluſo lo Spettabile Preſidente del S. C. all'hora il Signor Reg. Gio. Battiſta Valenzuola.

E mi gioua anco ponderare quello, che s'opponeua contro D. Vincenzo nella d. Cauſa da d. Franceſco Protonobiliſſimo, Nipote del Defonto feudatario, il quale Don Franceſco in ſpecie diceua, che, quando D. Vincenzo, herede iſtituito voleua giouarſi della licenza, conceſſa da S. Maeſtà al Marcheſe dell' Acaya, ſuo Auo, di poter teſtare delli ſuoi feudi, d. licenza non poteua giouarli, mentre non comprendeua il caſo dell'eſcluſione della propria Figlia, e i ſuoi diſcendenti; *quo non obſtante*, *fuit deciſum contra Nepotem ex filia*, *in iudicio poſſeſſorio*, *Saluis Iuribus in petitorio*; Et in ſpecie fu riſpoſto al Teſto, nel quale hoggi la Parte fa forza, *del cap.* 1. *§. inter filiam*, *ſi de feudo defuncti Militis*, & alle deciſioni, nate nella cauſa del Marcheſe de Pinello, & dello Stato di Biſignano, nelle quali ſcriſſero il Conſigl. Gio. Battiſta Megliore,

gliore, *allegat.* 43. 3. *tom. resolut.* Reg. de Marin. & alla decis. nata nella causa del Marchese di Lauello, riferita dal Reg. Rouito, *nella Pragm.* 11. *num.* 87. *de feudis*, della quale fá mentione Anna *allegat.* 126. È similmente fù risposto con d. distintione d'herede vniuersale, ò particolare, alla decisione del Presid. de Franch. 1. *in princ.* come l'osserua doppo tutti, omnino reuidendus d. Reg. Capyc. Latr. *consult.* 77. 2. *tom. num.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. *cum seqq. tom.* 2.

La ragione è, perche l'immissione vigore *l. fin. compete* all'herede Vniuersale, & non all'herede particolare, & il *Testo in cap.* 1. *de successione feudi*, procede in petitorio, non in possessorio adipiscendæ, come l'osserua *Bammacario, nella rubrica, si de feudo defuncti Militis, quæst.* 1. *num.* 24.

Oltra, che per altro è chiara la giust. in questa causa, nella quale la d. Istitutione Vniuersale, fatta da detto Feudatario defonto in beneficio di D. Giuseppe Laudati, viene confermata dall' assenzo della legge, de quo in *Pragm.* 33. *de feudis*, *alias* 31.

4 Essendo vero, che, attente le Grazie, concesse à questo Regno, redatte in volumine Pragmaticarum, può il Feudatario, il quale tiene la femina immediata succeditrice, quella escludere dalla successione de' feudi, & istituire il mascolo prossimiore, dopo la femina, successibile in grado, conforme essere stato deciso, dicono, Fulvio Lanario, *nell' additione al Regente Patruo, nella repetitione al cap.* 1. *num.* 2. *de successione feudi*, Il Regente Rouito, *decis.* 94. *num.* 3. Montanus, *cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, num.* 48. *de prohibita feudi alienatione per Federicum, & de Regalibus, §. final. num.* 7. *cum seqq.* Il Regente Sanfelice, *decis.* 292. *part.* 2. Il Regente de Marinis, *tomo* 1. *resolutionum quotidianarum, cap.* 126. *num.* 75. Il Consigliere Staibano, *resolutionum forensium*, 199. *in principio, tomo* 2. Il Consigl. Rocco, *resp.* 44. *tom.* 1.

Anzi in virtù di detta Gratia può il Feudatario escludere la figlia femina dalla successione del feudo, e chiamare il mascolo della famiglia più prossimo, il quale sarebbe soceduto, se la femina non si fosse ritrouata superstite, tanto per atto d'vltima volontà, quanto inter vivos, benche li feudi fossero decorati di titoli, come dimostrano le parole dell' istessa Gratia, e per quella scrissero, Fulvio Lanario nella detta addittione al Regente Lanario, zio, *in repetitione del cap.* 1. *num.* 2. *de successione feudi*, & il Consigliere Rocco, *in detto responso* 44. *n.* 2. *in fine, tomo primo*, & il medesimo Consigliere Rocco, *omnino reuidendus, in tractatu de officiis, vers. quartus casus est.* §. 4. *num.* 55. & 56. doue nel *num.* 57. va essaminando li requisiti, che copulatiuamente deuono concorrere, per potersi praticare detta *Pragmatica* 33. *de feudis*, li quali, secondo alcuni Dottori, riferiti dal medesimo Consigliere Rocco *loco citato*, sono tre, benche alcuni di essi, il predetto Autore dica, loco citato, che non siano necessarij.

Però, data per vera l'opinione, che detti tre requisiti fossero, e siano *copulatiuè* necessarij, per conualidare la detta dispositione, fatta dal Feudatario in persona dell' Agnato prossimiore, & immediato successore dopo la femina, est videndum, se detti tre requisiti copulatiuè concorrono nel presente fatto per la validità del Testamento predetto, nel quale sta istituito herede da D. Andrea Laudati, aliàs D. Agostino Seniore, D. Giuseppe Laudati, suo fratello vtrinque congionto, esclusa detta D. Giouanna figlia.

Et è certo, che tutti tre detti requi- 5
siti concorrono copulatiuamente in fauore di detto D. Giuseppe.

Il primo requisito è, che il feudatario, che dispone, faccia mentione espressamente, volersi seruire di detta Gratia, e disponere secondo li termini di quella. Reg. de Marin. *resolut. quotidian. cap.* 126. *num.* 75. *tomo* 1. Il Regente Capecelatro, *tomo* 2. *consult.* 86. *num.* 24. Il Consigliere Staibano, *resolut.* 199. *tomo* 2. & il Consigliere Rocco, *dicto responso* 44. *tomo* 1.

Questo primo requisito non può negarsi, che sia interuenuto nella detta dispositione, perche nell'istitutione vniuersale, fatta dal detto Testatore in beneficio del detto D. Giuseppe, si leggono l'infrascritte parole.

Istituisco, ordino, e fò D. Giuseppe Laudati, mio fratello, herede vniuersale, sopra tutti, e qualsiuogliano miei beni, mobili, stabili, Burgensatici, e Feudali, anco Titolati di qualsiuoglia Titolo, presenti, e futuri, in virtù della facoltà, cooncessami dalla Gratia di Sua Maestà Catolica, concedutta à questo Regno.

Il secondo requisito è, che il mascolo istituito in feudalibus, debbia esser quello ab intestato, che sarrebe succeduto, se la femina non si fosse titroua-

ta

ta supereſiſtente, come dicono il Regente de Marinis, *reſolutionum quotidian. cap.* 126. *num.* 75. *tomo* 1. Il Regente Capece Latro *conſult.* 86. *tomo* 2. Il Conſigliere Staibano, *reſolut.* 199. *tomo* 2. Horat. Montan. *in tractatu de Regalibus*, §. *fin. num.* 7. Il Conſigliere Rocco, *de officiis, verſ. quartus caſus eſt*, §. 4. *num.* 61.

Queſto ſecondo requiſito concorre ſimilmente in queſto fatto, perche D. Giuſeppe Laudati è il maſcolo più proſſimo della famiglia Laudati, il quale ſarebbe ſocceduto ab inteſtato al detto Defonto fratello, ſe non vi foſſe ſtata D. Giouanna, figlia femina del predetto D. Andrea; atteſo che D. Domenico Mariconda, figlio della detta D. Giouanna, e maſcolo diſcendente, ancorche ſia maſcolo, e diſcendente, non è della famiglia d' *Laudati*, mà della famiglia Mariconda; *l. pronunciatio*, §. *familiæ*, §. *mulier*, *& meliùs l. familiæ.* 169. *ff. de verborum ſignificatione*: ibi: *Feminarum liberos in familia earum non eſſe, palàm eſt, quia qui naſcuntur, Patris, non Matris familiam ſequuntur.*

Et è certo, ch' ancorche nelli feudi antichi, e nuoui per le leggi feudali, e per le Coſtitutioni del Regno, il fratello non ſucceda al fratello, *data inueſtitura pro ſe*, *& hæredibus ex corpore*; Nondimeno queſto ſtà innouato per le Gratie, ſimilmente conceſſe in queſto Regno, redatte in volumine Pragmaticarum, *de quibus in pragm.* 19. *&* 24. *aliàs* 25. *de feudis*, per le quali li fratelli, e le ſorelle, e i loro figli ſuccedono al fratello, anco *in feudo nouo*, benche l'Inueſtitura foſſe concepita, *pro hæredibus ex corpore*, come lo diſſero il *Preſidente Mormile*, *nella Coſtitutione del Regno*, *in aliquibus*, *num.* 3. Montanus *de regalibus*, §. *fin. num.* 14. *& nella ripetitione della l. Imperialem*, §. *præterea Ducatus*, *n.* 87. *in fine*. Il Regente Rouito *nella Prag.* 11. *num.* 9. *verſ. Reges enim. De feudis*. Il Regente Galeot. *reſp. fiſcal.* 4. *num.* 19.

E queſto procede non in ogni feudo nuouo, conceſſo *pro ſe*, *& hæredibus ex corpore*, ma nelli feudi, comprati dalla Regia Corte, ò da Particolari, come parlano le Gratie Regie, la prima dell' anno 1570. conceſſa dalla Maeſtà di Filippo Secondo, di glorioſa memoria à queſto Regno, come nelli Libri delli Capitoli di queſta Citta, e Regno *fol.* 169. *cap.* 3. regiſtrato in *Pragmaticarum volum. Pragm.* 18. *tit. de feudis*, *verſ. E di più*, *perche ſecondo la diſpoſitione della Coſtitutione del Regno.*

E, benche nella detta *Regia Pragmatica* 18. *de feudis*, in fine, la Maeſta predetta, che conceſſe detta Gratia, habbia in fine di quella, ſoggionte le parole: *Dummodo*, *tempore celebrationis huiuſmodi contractuum*, *acquirentes feuda*, *nullos filios*, *ac deſcendentes habeant*, *prout in contractibus Curiæ hactenus fieri conſueuit*; *quos quidem in poſterum ſine huiuſmodi celebrari poſſe*, *declaramus*;

Tuttauolta s'auuerte, che detta clauſula fù poi tolta dalla medeſima Maeſtà, & ampliata la Gratia nelli feudi, anche comprati da Particolari, vt in *Pragmatica* 22. *de feudis.*

Ibi: *Y que en los feudos nuebos ſe eſtiende la Gracia*, *que les eſtà hecha*, *en que pueda ſuceder Hermano*, *y Hermana al Sobrino*, *y Sobrina*, *y en los que ſe compran de Particolares ſe les conceda lo miſmo*, *que a los que compran de la Corte no embargante*, *que tenga Hijos el Comprador al tiempo de la venta.*

Mentre dunque il fratello può ſuccedere all' altro fratello in virtù delle dette Gratie, anche nel feudo nuouo, conceſſo *pro ſe*, *& hæredibus ex corpore*, quando il feudo è comprato da Particolari, ne ſiegue per conſequenza, che in virtù della detta Gratia, de qua in *Pragm.* 33. *de feudis*, il detto Feudatario in caſu noſtro habbia potuto eſcludere la figlia femina diſcendente, & iſtituire anco nelli detti feudi eſſo D. Giuſeppe Laudati ſuo fratello, conforme in puncto l'oſſerua, conſiderate le parole della detta *Regia Pragmatica*, *e Gratia*, Il Conſigliere Rocco, reuidendus, *de off. verſ. quartus caſus eſt*, §. 4. *n.* 73. *in fine*, *&* 74. *& d. reſp.* 44. *tom.* 1. allegando tutti.

Il terzo requiſito della gratia ſi è, che alle dette donne eſcluſe, d. feudatario ſopra detti feudi poſſa ſtabilir tanto, quanto gli parerà per la ſua Dote, ò eſſendo maritata, donarle, o laſciarle per amoreuoleza, &c.

Queſto terzo requiſito, è ſimilmente interuenuto nel preſente fatto, perche come s'è detto di ſopra, d. Teſtatore hà iſtituito d. D. Giouanna ſua Figlia herede particolare nelle doti promeſſele, & oltre quelle, in altri duc. 500. vt ſupra; con lo che reſta à pieno adempito à quanto diſpone d. gratia nel terzo requiſito, e con detta iſtitutione particolare, fatta dal Padre in beneficio di D. Giouanna, nominata nel teſtamento figlia, non può quella allegare, che d. Teſtamento foſſe nullo, neque de iure communi, mentre non fù preterita, mà iſtituita nelle doti promeſſele, & oltre quelle,

in

in altri duc.cinquecento. Reg.Reuertetius, *dec.*555.*tomo* 2. *cum obſeruat.* Regentis de Marinis, *ad intellectum dell' Authentica ex cauſa C. de liberis præteritis, & della l.*2. *C.de Edicto Diui Hadrian. tollendo.*

Non oſta quello,che la parte oppone, arguendo dalle parole dell'altra gratia,dimandata à S.M.da queſta Fideliſſima Città,Baronaggio, e Regno, a' 18. di Febraro 1617. Copia della quale ſi legge in proceſſu,*fol.*46.nella quale, benche la Fedeliſſima Città, Baronaggio, e Regno haueſſero ſupplicato, che la M. S. foſſe reſtata ſeruita dichiarare,& anco di nuouo concedere, che la prima gratia, *de qua in Pragm.*31.*aliàs* 33.*de feudis*, s'intendeſſe tanto ſopra li feudi nuoui,quanto antichi, tanto acquiſtati, come acquiſtandi, e che la predetta diſpoſitione dal feudatario poteſſe farſi frà viui, ò per vltima volonta à beneficio della perſona della famiglia,ancorche non foſſe in grado ſucceſſibile,eſſendo però la femina in grado,tãto di linea diſcendente,ò aſcendente,quanto anco in linea tranſuerſale,ancorche il maſcolo nominando foſſe preceduto da altri in grado, ò pure per ragione di primogenitura ; e queſto s'intenda non ſolo, quando li feudatarij haueſſero femine per loro Succeſſori, ma maſcoli diſcendenti da femine, che non foſſero della famiglia di eſſi feudatarij : e che d. gratia s'intendeſſe non ſolamente à riſpetto delle perſone, eſſiſtenti à tempo della diſpoſitione ; ma anco di quelle,che haueranno dopo la diſpoſitione in futurum, purche nel tempo ſi deferiſca la Succeſſione alli futuri ſucceſſori, vi ſia il maſcolo, ò femina in grado ſucceſſibile all'vltimo moriente ;

Con tutto ciò S. M. non ſi ſeruì di concedere d. gratia, come fù dimandata,ma ſolamente reſtò ſeruita dire: PLACET SVÆ REGIÆ CATHOLICÆ MAIESTATI DICTAM GRATIAM, PROVT IN ALIIS PARLAMENTIS CONCESSA FVIT, CONFIRMARE.

Dal che la Parte oppone.

Primo, che la gratia dell'anno 1595. de qua in *Pragmat.* 31. *aliàs* 33. *de Feudis.* Non comprehenda li feudi nuoui.

Secondo, che non comprenda, nè contenga eſcluſione delle femine proſſimiori in linea deſcendenti :

Terzo, che non eſcluda li maſcoli diſcendenti da femine, benche non ſiano della famiglia delli Feudatarij.

Fondando dette oppoſitioni, con conſiderare, che, ſe detti tre casi foſſero ſtati compreſi nella prima gratia dell'anno 1595. non ſarebbe ſtato neceſſario ſupplicare S. M. per la conceſſione di d. ſeconda gratia, la quale la Maeſtà predetta non volſe, nè ampliare, nè dichiare, ma ſolo confermare,come negli altri parlamenti era ſtata conceſſa.

Perche ſi riſponde: Che la dimanda di detta ſeconda gratia contiene dichiaratione,& anco nuoua conceſſione, *vt ex verbis petitionis gratiæ :* ibi: *Supplicano V. M. ſi degni confermare, e dinuouo concedere d. gratia*, & ibi : *con dichiaratione, & anco di nuouo concedere.*

Si che quando la Maeſtà predetta nell'anno 1622. nell' vltima gratia hà detto : *Placet dictam gratiam, prout in aliis parlamentis conceſſa fuit, confirmare* :

Viene ad hauer confermara la prima gratia dell'anno 1595. in quelli caſi, li quali comprendeua.

Et, eſſendo tutti li predetti tre casi 7.
compresi nella prima gratia del 1595. vengono perciò con d. ſeconda gratia,ſimilmente confermati, e non denegati.

È queſta comprenſione viene prouata dalla dichiaratione, & oſſeruanza, che hà hauuta d. gratia nelli caſi, altre volte occorſi, eſſendo vera la regola, che *obſeruantia declarat gratiam.* Afflict. *dec.*319.*n.*5. Crauetta,*conſ.*158. *n.*1. Paulus Staibanus Senior, *conſ.*47. *num.*7. *Qui dicit, prædictam concluſionem procedere, etiam ſi verborum proprietas repugnaret.* Conſil. Paulus Staib. Iunior. *reſol.*179. *num.* 4. 2. *tomo.* Cardinalis Mantic. *de tacitis,& ambiguis,lib.*2. *tit.*8. *nnm.*26. *& quòd obſeruantia ſit optima legum, & priuilegiorum interpres.* Maſtrill. *dec.*156.*num.*13.*dec.*157.*num.*11.*&* 12. *dec.*181.*num.*32.*&dec.*300.*n.*14.*part.*3. Conſ. Paulus Staib Iunior, *in additionibus ad Conſilia Staibani,Patrui,in volumine extra d. Conſilia, & propriè d. conſ.*47. *à num.*8. *vſque ad* 19.

Quibus addo Conſil. de Roſa, *conſultat.*9. *num.*39. *dicentem, ad intellectum Text. in leg. ſi de interpretatione, ff. de legibus,obſeruantiam attendendam eſſe, vt dignoſcatur, quid ſub lege, vel priuilegio comprehendatur.* Caſanat. *conſ.*35. *verſ.*22. Muta. *dec. Siciliæ* 81. *num.*24. ampliando concluſionem prædictam, *vt obſeruantia ſubſequuta ampliet priuilegium,etiam contra verba priuilegij*, Ann. allegat. 52.

vers. Et hæc, Menochius *cons.* 392. *num.* 20. Ioseph Ramerius *cons.* 65. *n.* 14.

Col qual premisso si risponde à dette oppositioni.

Alla prima si risponde, che d. gratia dell' anno 1595. gioua ancor alli feudatarij, nelli feudi nuoui, concessi *pro se, & hæredibus ex corpore*; In maniera, che in quelli possono escludere la figlia femina, e lasciare herede il fratello, come lo fondo, il Cons. Rocco, reuidendus, *de regalibus officiis, vers. Quarto est*, §. 4. *n.* 72. idem *responso* 44. *qui omnes allegat.*

8 Et è la regione, perche per le gratie, concesse da S. Maestà à questo Regno, il fratello, e la sorella, e li loro figli succedono al fratello *in feudo nouo*, benche l'inuestitura fosse stata concepita *pro se, & hæredibus ex corpore, vt in pragm.* 19. & 24. *de feud. vt ex nostris così lo dissero*, il Preside Mormile, *nella constitutione del Regno. In aliquibus enim* 3. Montanus *de Regalibus*, §. *fin. num.* 14. *& nella repetitione della leg. Imperialem*, §. *Præterea Ducatus*, *n.* 87. *in fine*, il Reg. Rouito *nella pragm.* 11. *num.* 9. *vers. Reges enim*, *de feudis*, il Reg. Galeota, *responso fiscali* 4. *n.* 19.

Però questo non s'intende in ogni feudo nouo, concesso *pro se, & hæredibus ex corpore*; ma in quelli feudi, comprati dalla Regia Corte, ò da particolari, conforme parlano li rescritti di S. M.

Il primo concesso della Maestà di Philippo II. di gloriosa Memoria, inserto nelli capitoli del Regno, *fol.* 169. *cap.* 3. registrato nella *pragm.* 18. *de feudis.*

Nel quale, benche S. M. habbia concessa d. gratia nelli feudi, comprandi dalla Regia Corte, con la clausula, *se in tempo della celebratione del Contratto, li Compratori non hauessero hauuti figli*; Tuttauolta poi detta clausola fù tolta, & ampliata la gratia, anche nelli Compratori de' feudi da particolari, *vt in pragm.* 22. *de feud.*

L'altro rescritto Regio fù conceduto dall'istessa Maestà di Filippo II. registrato nella *pragm.* 27. *de feud.* come l'osserua l'istesso Cosigl. Rocco, *loco proximè citato*, *n.* 72. 73. 74. *cum seqq.*

Stanti queste gratie, per le quali gratie il fratello, ò la sorella, ò i loro figli possono succedere al feudatario, anche nel feudo nuouo. concesso *pro se, & hæredibus ex corpore*, conclude d. Consigl. Rocco, *nel detto trattato de Officiis, vers. Quarto casus est*, § 5. *num.* 72. che l'altra gratia, concessa in anno 1595. da S. M per la quale il feudatario può, exclusa la femina prossimiore, istituire il mascolo della sua famiglia, che succederebbe, se la femina non si fosse ritrouata superstite, comprende anco li feudi nuoui, benche l'inuestitura di quelli fosse *pro se, & hæredibus ex corpore*; e l'istesso dice *lib.* 1. *responso* 44. *tom.* 1.

Alla seconda oppositione si risponde, che d. gratia, de qua *in pragm.* 33. *alias* 31. *de feudis*, comprende anco la figlia del feudatario, in pregiuditio della quale può istituire il feudatario, l'agnato prossimiore, che sarebbe successo, se non vi fusse stata la figlia femina.

Questa opinione così stà riceuuta, & altre volte osseruata, Lanarius *in addit. ad Patruum, in repetitione, cap.* 1. *de successione feudi, num.* 2. Montanus *in cap. Imperialem, § præterea Ducatus, num.* 48. *de prohibita feudi alienatione, in tractatu de Regalibus*, §. *fin. num.* 9. *cum sequentibus*, Reg. de Marinis *lib.* 1. *resol. cap.* 126. *num.* 75. & *lib.* 2. *c.* 21. *num.* 51. Cons. Roccus *resp.* 44. *lib.* 1. Montanus *controu.* 10. *n.* 32. la Rath. *in Theatro feudali, p.* 9. *dilucidatione* 81. *n.* 8. Reg. Rouit. *decis.* 94. Reg. Capyc. Latro *consultat.* 77. 2. *tom.*

La ragione è, perche l'intentione della fedelissima Città, Baronaggio, e Regno, che dimandarono detta gratia à Sua Maestà, fù, accioche li feudi non vscissero dalle loro famiglie; li quali vscirebbero, se li feudatarij fossero obligati lasciare detti feudi alle femine, che, casandosi, portano detti feudi in altre famiglie. Questa ragione militando in tutte le Donne, anco nelle figlie proprie del feudatario, non può perciò dubitarsi, che quelle non siano comprese nella detta prima gratia, concessa à questo Regno nell'anno 1595. Così lo dicono, il Consigliere Staibano *resol.* 149. *num.* 70. il Regente de Marinis *lib.* 2. *resolutionum, cap.* 29. *n.* 11. Lanario *in additione ad Patruum*, *num.* 2. *in fine.*

Nè osta quello, che và ponderando il nouissimo addente de Luca nell'additione al Presidente de Franchis, *nella decis.* 1. *num.* 5. *& nell' appendice dopò la seconda centuria.* Il quale và ponderando le parole della dimanda della fidelissima Città, Baronaggio, e Regno nell' anno 1595. ibi: *Né meno si causaria molto danno alle femine, possendo hoggi il feudatario grauarle sopra il feudo, vsque ad valorem feudi.* Le quali parole, dice, che non possono comprendere la figlia, la quale non può grauarsi vsque ad valorem feudi, sed deducta legitima Franchis *decisione* 1. *num.* 39.

Perche

9 Perche a detto mottiuo ſi riſponde, che dette parole deuono intenderſi, conſiderate tutte le parole della detta petitione, contenute nella *pragm.* 31. *aliàs* 33. *de feudis*, e per conſeguenza, che poſſa grauarſi ogni femina *vſque ad valorem feudi*, *deducta dote*, nella quale è transfuſa detta legitima, la quale dote deue il feudatario laſciare à quella.

E, benche nello ſtabilire, il quanto debbia eſſere d. dote, nella detta Gratia non ſi eſprima, ma ſi dica, *quanto parerà al feudatario*, quella parola *parerà*, benche poteſſe dirſi, che de iure non induca neceſſità, e perciò, che non comprenda la figlia, la quale il Padre *præcisè*, è tenuto dotare: nondimeno, s'hà d'auuertire, che nella detta Gratia d. parola, *parerà*, non importa libero arbitrio nel feudatario; ma regolato dall' arbitrio boni Viri, ad Textum *in leg. ſi fideicommiſſaria libertas*, il Secondo, *in principio*, *ff. de fideicommiſſ. libertatibus.* Et in puncto con queſti termini riſponde al detto de Luca il nouiſſimo addente, Altomare, *in annotationibus ad conſil.* 1. de Reg. Rouito *à num.* 23. *vſque ad* 25. *tom.* 1.

Et hauendo detta Gratia generalmente parlato per lo fine, che le robbe non eſcano dalla famiglia, eſſendono le parole della Gratia generali, per la ragione generale, viene compreſa anco la figlia diſcendente, nella quale la Gratia è più praticabile, & frequente, particolarmente eſſendo d. gratia dimandata *fauore publico*, *fauore Magnatum, & Maſculorum*, Et eſſendo conceſſa da S. M. per via di Legge vniuerſale, nel qual caſo ſempre è gratia, non diſpenſatione; e contenendo, che alle donne eſcluſe ſi dia la dote, nella quale è trasfuſa la legitima, viene de iure à comprendere detta gratia, anco la figlia del feudatario *primi gradus*, alla quale ſi deue la legitima; In luogo della quale, la gratia hà trasfuſa la dote, Brunus *in tractatu*, *de ſtatuto excludente fœminas*, *artic.* 6. *num.* 71. *verſ.* 8. *quæro*, & *num.* 298. *folio mihi* 291. *à terg.* 2. *volumine tract. diuerſorum.*

Lo che ſi è detto *ex abundanti*; mentre baſta dire, che così ſia ſtato dichiarato, & oſſeruato in caſi ſimili altre volte ſeguiti, anco in eſcluſione delle femine diſcendenti, come s'è accennato di ſopra.

Alla terza oppoſitione ſi riſponde, che detta Gratia dell'anno 1595. de qua *in pragm.* 33. *de feud. aliàs* 31. concede poteſta alli feudatarij d'eſcludere non ſolo la figlia femina, ma anco li figli maſcoli della figlia femina. La ragione è, perche li figli maſcoli della femina non ſono della famiglia del feudatario; E perciò eſſendo ſtata la mente della fideliſſima Città, Baronaggio, e Regno, di dimandare d. Gratia per eſcluſione di femine proſſimiori; Il tutto, accioche li feudi reſtaſſero nelle famiglie de' feudatarij, non eſſendo perciò li figli delle femine della famiglia dell' Auo materno, non può dubitarſi, che il feudatario, in virtù della Gratia dell'anno 1595. non habbia potuto quelle eſcludere, tanto maggiormente, che ſe, attenta detta Gratia, può eſcludere il feudatario, le proprie figlie femine, molto più potrà eſcludere li figli delle femine, particolarmente eſſendo viua la Madre.

Però queſto ſia detto ad eſſuberanza, perche li figli di D. Giouanna, benche maſcoli, ancora non ſono comparſi, nè hanno fatta iſtanza in queſto Giuditio.

Dal che reſta a pieno fondata la validità della detta diſpoſitione, e pienamente prouato, come detto D. Giuſeppe tiene titolo valido d'iſtitutione d'herede anco nelli detti feudi. Che perciò deue eſſere manotenuto in poſſeſſione di quelli, *& quatenus opus eſt*, *gradatim immitti.*

Il medeſimo D. Giuſeppe, non ſolo tiene titolo, *vt ſuprà*, così in poſſeſſorio, come in petitorio, ma anco legitima poſſeſſione delli beni hereditarij, *etiam* delli d. feudi.

Queſta ſi legge in proceſſu, *folio* 24. *& à terg. & a'* 25. preſa da d. D. Giuſeppe, a' 23. & a' 24. di Nouembre 1671. mediante il ſuo Procuratore ſpeciale, deſtinato ad hunc actum, *vt fol.* 24. *& proprio fol.* 25. *loco ſign.* nel qual foglio li Sindici, e gli Eletti della Terra di Marzano, nel predetto giorno 23. Nouembre 1671. *Facto acceſſu per Gubernatorem in ianuis publicis d. Terræ*, aſſieme con detti Sindici, & Eletti, Giudice, & Teſtimonij, conſegnano la vera, e reale poſſeſſione di d. feudi al d. Procuratore del detto D. Giuſeppe Laudati, *intrando*, *exeundo*, *ambulando*, *& deambulando per eaſdem*, *& alia faciendo*, *denotantia veram realem*, *actualem*, *& corporalem poſſeſſionem*, *nemine penitus diſcrepante*; Eſſendo ſtato ſolamente da d. Sindici, & Eletti fatta iſtanza per la conferma de' loro priuilegij, de' quali da d. Procuratore, in nome del ſuo principale, fù promeſſa l'oſſeruanza, *fol.* 25. *à terg.*

Dunque, mentre D. Giuſeppe ſi ri-

troua in d. legitima poſſeſſione, maggiormente può difendersi in virtù del detto rimedio della *leg. fin. C. de edicto*, &c. Reg. Tap. *deciſ.* 1. *S.C. num.* 14. Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſione, remedio* 4. *num.* 377. & *de retinenda poſſeſſione, remed.* 3. *num.* 18. Tanto più, che dalli Vaſſalli fù riceuuto *in Dominum, & Baronem*, & à quello preſtita l'vbbidienza, hauendo voluta la confermatione de' loro priuilegij, per lo quale atto s'acquiſta la poſſeſſione del feudo, Afflict. *deciſ.* 301. *n.* 4. idem Afflict. *deciſ.* 265. *n.* 7.

Stante la qual poſſeſſione non può, nè deue eſſer turbato eſſo D. Giuſeppe in quella.

La ragione è, *quia, quando vniuerſaliter inſtitutus poſſidet, vnuſquiſque, qui vult agere aduersùs eum, tenetur ſua iura ordinariè proponere, relicto iudicio Summario*, Reg. Tap. *deciſ.* 1. *n.* 37.

Eò vel maximè, mentre tutti gli atti, che ſi conſiderano per parte di D. Giouanna, per fondare la poſſeſſione preſa di d. feudi, ſono vitioſi, e litigioſi, e turbatiui, contro li decreti, le prouiſioni, e le inhibitioni, ſpedite tanto dalla G.C. della Vicaria, quanto dal S.C.

Che ciò ſia vero, s'auuerte, che la poſſeſſione così di Marzano, come di Marzanello, fù preſa da D. Giuſeppe Laudati *pacificè, & quietè*, ſotto li 23. & 24. di Nouembre 1671. *folio* 24. & *folio* 26.

S'auuerte ancora, come ſotto li 26. Nouembre 1671. fù inhibita la Vicaria ad iſtanza di eſſo D. Giuſeppe Laudati, che non procedeſſe alla Confettione del preambolo ab inteſtato dell'heredità del Duca di Marzano, *niſi audito ſupplicante, fol.* 1. *à terg.*

La qual inhibitione fù intimata al Maſtro d'atti, Ardia, *ſotto li* 26, *medeſimo di Nouembre, fol.* 30. Il quale replicò, che'l preambolo ab inteſtato, *ſotto li* 24. *Nouembre* 1671. era gia ſtato ſpedito dalla Vicaria, in beneficio di D. Giouanna, & de reliquis era pronto ad vbbidire; *Intimato a'* 26. *Nouembre* 1671. *folio* 30. & *à terg.*

Et, oltre detta replica, il medeſimo Maſtro d'atti fà fede, ſotto li 9. Decembre, *fol.* 31. *à terg.* & 32. come in tempo, che gli fù intimata detta inhibitione, *che fù a'* 26. *Nouembre* 1671. già ſtaua ſpedito il preambolo ab inteſtato, *ſotto li* 24. *Nouembre* 1671. in beneficio di detta D. Giouanna; però non ſtaua conſegnata copia, nè fede di quello; nè anco ſtauano ſpedite prouiſioni pro capienda poſſeſſione, *d. fol.* 32.

Dal che ſi vede, che la preteſa poſſeſſione, preſa dalla Parte, è ſtata vizioſa, mentre doppo l'inibitione, fatta alla Vicaria dal S.C. *ſotto li* 26. *Nouembre* 1671. eſſendo inhibita la Banca d'Ardia, malitioſamente (*cum reuerentia*) per parte di D. Giouanna ſi comparue, *ſotto li* 22. *di Decembre* 1672. in aliena Banca, & aſſerendo, eſſere ſtata dichiarata herede ab inteſtato del Duca di Marzano, ſuo Padre, dalla Vicaria, intendendo pigliare l'attuale poſſeſſione de' beni hereditarij, e far publico inuentario di quelli, come dell'oro, dell'argento, de gli animali, e delle vittouaglie, ch' erano rimaſte nella detta heredità: fè iſtanza, commetterſi dalla Vicaria al Gouernatore di Capua, e ſua Corte inſolidum, che haueſſe conſegnata ad eſſa D. Giouanna la poſſeſſione delli beni hereditarij, & in quelli l'haueſſe manotenuta, e difeſa: tacendo, che la Vicaria era ſtata inhibita, che conſegnaſſe fede del preambolo: tacendo, che detto Duca D. Andrea era morto con teſtamento: tacendo, ch' eſſo D. Giuſeppe, come herede, haueua preſa la pacifica poſſeſſione di detti feudi, *ſotto li* 23. & 24. *di Nouembre* 1671.

E per il Giudice Barone ſi ſpediſce la prouiſione, ſenza Maſtro d'atti, nella quale prouiſione ſi vede euidente raſura, e vitiatura nella giornata, *fol.* 35. *à terg.* per la quale prouiſione ſi commette al detto Gouernatore di Capua, ſuo Attuario, e Corte, che conſegni la poſſeſſione delli beni Feudali, & Burgenſatici, rimaſti nell' heredità di detto Duca di Marzano, ad eſſa D. Giouanna, e che quelli la manotengano in detta poſſeſſione, & aſſiſtano alla confettione di detto inuentario, *d. fol.* 35. & *à terg.* ſenza la clauſola, *non exiſtente legitimo Contradictore.*

Et a' 29. di Nouembre 1671. dal Giudice Gagliego, Gouernatore di detta Città di Capua, ſi conſegna detta poſſeſſione à detta D. Giouanna, in virtù di dette prouiſioni della Vicaria, *folio* 37. & 39. non citato detto D. Giuſeppe poſſeſſore, quando quello ſtaua in poſſeſſione già di detti feudi, preſa pacificè *ſotto li* 23. *e* 24. *di Nouembre*, *vt fol.* 23. & 26. Per lo che tutti detti atti, fatti in nome di detta D. Giouanna, non citato eſſo D. Giuſeppe, poſſeſſore anteriore, ſono de iure nulli, Poſtius *deciſ.* 89. & *deciſ.* 76. *num.* 7. e deue eſſer manotenuto detto D. Giuſeppe, anteriore poſſeſſore, Poſtius *deciſ.* 616. *n.* 5.

E s'auuerte anco, come detti Atti di

vitioſa

vitiosa Possessione in beneficio di detta D.Giouanna, sono anco fatti da Notaro Geronimo Marrocco della Terra di Marzano, *fol.* 37. *&* 39 li quali, come di Notaro Vassallo, *non probant: ad terminos del Capitolo del Regno, Ladislai*: Et, vice versa, la cattura della Possessione di esso D.Giuseppe, *sotto li* 23. *&* 24. *di Settembre* 1671. per mano di Notaro Baldassare Damiano, della Terra di Rocca Monfina, *fol.* 24. *&* 25. come Istromento, fatto per mano di Notaro non Vassallo, *plenè probat, ex traditis per DD. in detto Capitolo del Regno, Ladislai.*

Dunque di detta asserta possessione di essa D.Giouanna, non può tenersene conto, mentre nè anche costa, che detta D. Giouanna fosse dichiarata herede ab intestato, del Duca di Marzano, *sotto li* 24. *di Settembre* 1671. perche detto decreto di Preambolo non stà steso in forma decreti, e la fede, che si porta, *fol.* 34. è cauata dal Libro de' voti Ciuili della G.C. *quæ non facit fidem*, de Franch. *decis.* 185. *num.* 6. tanto più hauendo il Giudice, che interpose detto decreto di Preambolo, finito l'Vfficio, e non essendo detto voto steso in forma decreti, e sottoscritto dalli Signori Giudici, resta di niuno valore, nè fa giudicatura, come fù deciso dal S. C. Franch. *d. decis.* 185.

Oltre che le Prouisioni pro capienda possessione furono obrettiue, e sorrettiue, spedite in aliena Banca, mentre disse D.Giouanna, che il Duca di Marzano, suo Padre, era morto ab intestato, e con tale assertiua procurò, che dal Giudice Luca fosse interposto voto per lo Preambolo à suo beneficio in bonis feudalibus, & Burgensaticis, *fol.* 34. quando detto Duca era morto cum Testamento.

Il qual Testamento fù aperto essendo presente il Signor D.Tomaso Mariconda, marito di detta D.Giouanna.

Per lo che, non essendoui detto decreto di Preambolo ab intestato à fauore di detta D.Giouanna, e le Prouisioni della G. C. spedite per il Giudice Barone essendono subreptitie, & obreptitie, spedite in aliena Banca, post inhibitionem S. C. l' asserta possessione della Parte, fondata in d. Preambolo ab intestato, spedito à beneficio di quella corruit: In puncto Consil. de Georg. *alleg.* 12. *num.* 7.

10 E, benche, secondo vna opinione, mortuo feudatario, possa l'Agnato prossimiore pigliare la Possessione del feudo vacante, & implorare l'Vfficio del Giudice, che immetta lui in Possessione, particolarmente essendo Figlio, il quale pare, che continui la possessione del Defonto. *l. in suis, ff. de liberis, & posthumis.* Idem Consil. de Georgio, *alleg.* 12. *num.* 15.

Questo procede, quando la Possessione del d. feudo, & Cattura di esso non fosse stata preuenuta da esso D. Giuseppe, conforme si è detto di sopra, pacificamente, e quietamente; *sotto li* 23. *&* 24. *di Nouembre* 1671. Oltreche la dispositione del Testo nella *l. in suis*, non è applicabile, perche ha parlato, *in suis, in potestate Patris existentibus*, lo che non può applicarsi ad essa D.Giouanna, la quale era casata, &, per matrimonium, vscita dalla patria potestà, attenti li termini della Consuetudine di Napoli, sotto il *Titolo de Filia familias nubente, in Consuetudine, sed si mulier.*

E poi in *materia adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis, alia est possessio Defuncti, alia hæredis*, Consil. de Georgio, *in repetitione feudali, cap.* 7. *num.* 26. *&* 27.

E si considera, come esso D.Giuseppe hauendo hauuta notitia de gli Atti turbatiui, fatti in nome di d. D. Giouanna, subito comparue in S. C. a' 9. Decembre 1671. dimandando, manotenersi in detta Possessione, & non turbari ad istanza di d.D.Giouanna, nulla habita ratione de nullo, attentato, & resoluto Voto Præambuli ab intestato, à fauore di essa D.Giouanna, che non poteua farsi. *fol.* 28. *&* 29.

Sopra la quale Comparsa essendo stata intimata la Parte, *fol.* 29. *à ter.* sotto li 9. Decembre 1671. benche non si legga prouista; tuttauolta si auuerte, come di nouo comparue esso D. Giuseppe in S.C. *a'* 23. *Decembre* 1671. facendo l' istessa istanza, anco come chiamato al Maiorascato, istituito dal qu. Agostino Laudati Seniore, à beneficio del quale Maiorascato haueua fatta la Ricognitione per lo feudo di Marzano, esso D. Andrea; dimandando, non esser turbato in detta Possessione ad istanza di d.D.Giouanna, che si supponeua, hauesse ottenuto Voto di Preambolo ab intestato, e Prouisioni pro capienda possessione di d. feudo, nulliter: Il tutto per turbare esso D. Giuseppe; facendo anco istanza, che detti D. Giouanna, e D. Tomaso fino à tanto, che dette differenze non si determinassero, non accederent in dette Terre, nè meno vi mandassero

gente, ſotto qualſiuoglia preteſto, d'Agente, di Erario, e di Gouernatore, *fol.* 73.

Sopra la quale iſtanza a' 24. di Decemb. 1671. fù ordinato dal S. C. che *neutra Pars accederet à dette Terre, ſub pœna ducator. 4. m. donec aliter, & hoc nec per ſe, nec per alios, fol.* 73. *à tergo.*

Il quale decreto non toglie la legitima Poſſeſſione, prima preſa da eſſo D. Giuſeppe, *l. intereſſe, ff. de acquir. poſſeſſ.* Poſtius. *de manutenendo.*

In virtù del quale decreto fù fatto mandato à dette Parti, ſotto li 24. di Decembre 1671. *fol.* 74.

Da queſto fatto naſce, che detta D. Giouanna non poſſa giouarſi de gli Atti aſſerti turbatiui, per fondare la ſua preteſa Poſſeſſione, preſentati in proceſſo *fol.* 75. *fol.* 105. *fol.* 108. *fol.* 118. *fol.* 119. *fol.* 100. *fol.* 120. *& fol.* 122.

Perche, oltre eſſerno Atti litigioſi, e turbatiui poſt inhibitionem, e nulli; ſono cartole, & anco dipendenti dalla nullità del Voto del Preambolo, che non poteua ſpedirſi à ſuo beneficio; il quale Voto eſſendo nullo, & molto più non eſſendoui decreto di Preambolo ab inteſtato, a fauore di eſſa D. Giouanna, tutti detti Atti, fatti da eſſa, D. Giouanna per la cattura di detta aſſerta Poſſeſſione, corruunt, conforme l'oſſerua il Conſigliere de Georg. *dict. allegat.* 12. E molto più ſono nulli gli altri Atti, fatti da detta D. Giouanna, dopo il decreto del S. C. lato a' 24. *di Decemb.* 1671. *fol.* 73. *à ter.* E per conſeguenza tutti gli Atti, de quibus *fol.* 105. *fol.* 108. *fol.* 118. ſono attentati, e nulli, e di quelli non ſi deue tener ragione alcuna.

Nè ſi dica, che, quando pigliò l'aſſerto Poſſeſſo, D. Tomaſo Mariconda, come Procuratore della Signora D. Giouanna, che fù alli 28. di Nouembre 1671. era preſente in detta Terra il Signor D. Franceſco Laudati, figlio del Sign. D. Giuſeppe, come ne fà fede il Cancelliere, e' l Maſtrodatti della Terra di Marzano. *fol.* 121. Dalla preſenza del quale, mentre detto Procuratore non contradiſſe, e tacque, argomenta la Parte, che D. Giuſeppe habbia perſa la detta Poſſeſſione, primo loco preſa di detti Feudi, *ſotto li* 23. *&* 24. *di Nouembre* 1671. mediante la perſona di eſſo D. Franceſco, ſuo figlio, e Procuratore.

Perche ſi riſponde in più modi.

11 Primo, ſi dice, ch'eſſendo la Poſſeſſione, preſa da D. Giuſeppe, anteriore cinque, ò ſei giorni, à quella, che preſe clam, & vitioſè, detto D. Tomaſo, deue perciò de Iure eſſer manotenuto eſſo D. Giuſeppe, anteriore poſſeſſore. Poſtius, *de manutenendo, dec.* 104. *num.* 2. Il quale parlò in caſo più forte, quando l'anteriorità della Poſſeſſione era d'vn'hora ſola. Che perciò non può eſſa D. Giouanna, mentre eſſo D. Giuſeppe poſſeſſore, era poſſeſſore anteriore, & con titolo valido, dimandare manotentione in virtù di detti Atti poſteriori, e turbatiui, & attentati, idem Poſtius, *deciſ.* 174. *n.* 3.

Secondo, ſi aggiunge, che, mentre la ſeconda poſſeſſione preſa, vitioſa, & clandeſtinè da D. Giouanna, fù preſa, non citato D. Giuſeppe Poſſeſſore, *nullius momenti eſt.* Poſtius, *obſeruat.* 42. *num.* 103. il quale parlò in caſo più forte in Poſſeſſore anteriore, illicito, & illegitimo.

Terzo, di più ſi auuerte, che à fine, che l'anteriore Poſſeſſore ſia manotenuto, baſta, che non ſi habbia hauuto per ſpogliato. Poſt. *deciſ.* 718. *num.* 3. *hinc primus, altero nulliter immiſſo, manutenendus eſt, dum ſe pro ſpoliato non habuit.* Poſtius *deciſ.* 522. *num.* 5. *& anterior Poſſeſſor non amittit Poſſeſſionem per alterius immiſſionem nullam.* Poſtius *deciſ.* 573. *num.* 3.

Dunque coſtando in actis dalla Serie del fatto, che ſopra s'è accennato, che D. Giuſeppe *non ſe habuerit pro ſpoliato*, per l'aſſerta poſſeſſione nulliter, & clam, & iniuſtè, & vitioſè data dal Giudice Galliegho à D. Giouanna, in virtù delle prouiſioni ſubreptitiè, & obreptitiè, & nulliter ottenute per parte di D. Giouanna, dal Giudice Barone, in aliena Banca, quando la Banca d'Ardia ſtaua inhibita dal S. C. deue eſſo D. Giuſeppe eſſer manotenuto:

Quia primus poſſeſſor, etiam ſi ſciuerit Colonum eiectum, ſeu ab eodem poſſeſſionem realiter alteri traditam, non fuit in aliqua negligentia, ſed adiuit Iudicem pro manutentione, ob quod non remanet ſua anteriori poſſeſſione priuatus. Ponte *de Spolio, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 124. Gratian. *c.* 132. *n.* 17. Poſt. *de man. obſeru.* 59. *num.* 53. idem Poſt. *dec.* 330. *num.* 23. *vbi etiam dicit, quòd ſi Coloni, vel Vaſſalli recognoſcant alium in Dominum, non interuertunt poſſeſſionem primi Domini de Iure nouo, ſecundùm cuius diſpoſitionem, Colonus, vel Vaſſallus non interuertit poſſeſſionem Domini, alium recognoſcendo in Dominum, vel illi tradendo poſſeſſionem, l. fin. C. de acquirenda poſſ.* vbi Caſtr.

in

in final. verbis. Bald. *cons.* 330. *n.* 7. *vers. sed in quantum dicit, & cons.* 325. *n.* 4. *vers. aut tradi alteri, lib.* 1. Glos. *in l.* 1. *in verbo Dominum C. communia de vsucapionibus.*

Detto D. Diuseppe, oltre d. titolo, & possessione legitima, deue anco essere manotenuto, perche à lui assiste anco la legge per d. manotentione, & immissione, *quia, licèt petenti immissionem possit Agnatus contradictor obijcere exceptionem; dolo facis petere, quod statim restituturus es; tamen in iis possessionibus Summarijs, tunc regulæ prædictæ defertur, quando vndique, certè, absolutè, incontinenti, & concludenter, liquet de non Iure petentis immissionem; sed, si etiam modica esset dubitatio in beneficium petentis immissionem, tunc non defertur exceptioni, sed conceditur immissio, l.* 3. *§. causæ, vers. summatim, ff. de Carbon. edicto*, ibi: *Si verò ambiguam causam, hoc est, vel modicum pro puero facientem, vt non videatur euidenter, filium non esse, dabit ei Carbonianam bonorum possessionem.*

Dunque quando quello, che s'è detto in virtù della Gratia, haueſſe qualche dubbio, ò ricercaſſe altiorem indaginem, non deue negarsi la d. manotentione di D. Giuseppe, herede Vniuersale, scritto in Testamento, defuncto D. Andrea, aliàs Don Agostino Laudati, conforme, altre volte per questi termini è stato deciso dal S. C. e molto più l'immissione, quatenus opus sit. Reuideatur quæso il Reg. Capyc. Latr. *consult.* 77. *in fine*, il quale riferisce, così essere stato deciso, *tom.* 2. parlando in punto nelli termini della Gratia, *de qua in pragm.* 31. *aliàs* 33. *de feud.*

E tanto maggiormente in prædictis, apparendo l'euidente Giustizia di D. Giuseppe, & all'incontro de iniustitia prætensorum da essa D. Giouanna, la quale non hà titolo, non hà possessione, anzi hà resistenza di legge; Per lo che maggiormente deue confermarsi la manotentione, dimandata per parte di d. D. Giuseppe.

Che D. Giouanna non habbia titolo, appare chiaramente.

Perche: ò vuol dire, che vuole la successione ab intest. E questa successione ab intestato non può pretenderla, per la regola, che *causa testati facit cessare causam intestati. §.* 1. *instit. de hereditat. quæ ab intestato deferuntur, cum concordantibus.*

O detta D. Giouanna vuol dire, che nelli suoi Capitoli matrimoniali si legga patto espresso, che, in caso d. Sig. Duca fosse morto senza discendenti legitimi, e naturali, ò quelli fussero morti in pupillari ætate, senza figli legitimi, & discendenti, in d. casi, e ciascheduno di essi, non si haueſſero douuti imputare li duc. 20. m. che le furono promessi in dote nella legitima, paraggio, portione, successione, spettante à detto D. Giouanna del detto Sig. Duca Padre, & altri suoi discendenti ex corpore; ma d. D. Giouanna habbia la successione, legitima, paraggio, ò altra portione à lei spettante: & oltre di quella d. Signor D. Tomaso habbia li duc. 20. m. promessili in dote, vna con gli alimenti, & annue quantità, che si promettono, durante la Vita del Sig. Duca.

E, quando in virtù di d. patto d. Sig. D. Giouanna vuol pretendere la successione nelli beni del d. Duca, etiam data l'opinione per vera di molti Dottori, che hanno voluto, che d. patto, fauore certi matrimonij, sià valido, ad limitationem, *l. cum hæreditas, C. de pact. & l. pactum, quod dotale, C. de pactis conuentis super dote, riferiti dal* Consigl. de Rosa, *nella consultat.* 69. *num.* 112. *&* 113. da Gio. Battista Larrea, *decis. Granat. dal* Reg. Marciano, *diſſ.* 87. *tom.* 2.

S'auuerte, che, per dette parole, il Duca non hà voluto fare altro, che in caso, in Duca moriua senza discendenti, ò quelli fossero morti in pupillari ætate, vel alio modo, riseruare alla d. D. Giouanna la Successione Legale, à d. D. Giouanna de Iure spettante, e non darle nuouo titolo di successione, cioè, che d. D. Giouanna fosse succeduta ex Testamento, se fosse stata istituita herede dal d. Guca, ò ab intestato, se il d. Duca fosse morto senza Testamento; *in puncto, quæso videndus.* Ludou. Casan. *cons.* 45. *num.* 3. *& seqq.*

L'istessa D. Giouanna non hà possessione, perche, oltre, che gli atti, con li quali vuol fondare d. possessione, sono clandestini, turbatiui, & non possessiui, come si è fondato di sopra:

Di più s'auuerte, che tutti detti atti turbatiui, fatti da D. Giouanna, seu in suo nome, sono fatti post mortem di D. Andrea; per lo che non può dirsi, che d. D. Giouanna, come Agnata prossimiore, sia legitima contraditrice aduersùs manutentionem, & gradatim immissionem, dimandata dall' herede vniuersale, D. Gioseppe Laudati, istituito vniuersaliter in Testamento dal Duca D. Andrea. Azo, & Doctores communiter, *in l. fin. C. de Edict. Diui Hadr.*

*Hadr.tollen.*Reg.Tap.*deciſ.*1. *S.C. num.*38. *poſt num.*45.Afflict.*deciſ.*119.*n.*6.

Tanto più, che ex traditis dal d. Reg. Tap. *deciſ.*1. accioche l'Agnato proſſimiore poſſa dirſi legitimo contradittore aduerſo l'herede vniuerſale, ſi ricercano tre requiſiti copulatiuè. Il primo,che l'agnato poſſeda, e queſta poſſeſſione l'habbia preſa ante mortem del teſtatore. 2. *quod bona fide poſsideat.* 3. *che incontinenti doceat de iure ſuo, vt videre eſt penes dictum Authorem, num.*39. *&* 40. *il quale, num.*44. Soggiunge, che queſto 3. requiſito dedocendo incontinenti, non procede in queſto caſo,nel quale l'herede ſcritto preſenta il Teſtamento non abolito,non cancellato, nel quale è ſtato iſtituito herede vniuerſale, & hà preſa la poſſeſſione de' beni hereditarij.

12 La medema D.Giouanna hà reſiſtenza di legge circa d.manotentione.

Perche,quando eſſa Sign.D.Giouanna à ſuo fauore allega *il teſto del capitolo* 1. *§. inter filiam, & ſi de feudo defuncti militis*, non può giouarſi della diſpoſitione del d.teſto:

Primo,perche la diſpoſitione di detto Teſto procede, quando la figlia foſſe ſtata iſtituita herede dal Duca Padre, in teſtamento,ne qual caſo, benche ſe le opponga, che nelli beni feudali non poſſa ſuccedere, ò perche ſi difficulti *de qualitate bonorum*, ò per altra cauſa; in tanto la figlia s'immette in poſſeſſione,come pondera il Reg. Tap.*deciſ. S.C. prima, num.*5. *&* 7. *&* 22. Et in queſti termini hanno parlato tutti li Dottori, li quali hanno fatta mentione del detto Teſto nel *§. inter filiam*, riferiti da Menochio *remedio* 4. *de adipiſcenda, n.*375. Roſental.*cap.*7. *concluſ.*48.*&* 63. *in princ.* Marta *de ſucceſſ. legal.part.*3.*quaſt.*3.*art.*1. *num.*1. il Conſ. de Georgio *nella ripetit. feudal. cap.*48. *num.*21. *& altri*, *riportati* dal Reg. Capece Latro *conſ.*77. *num.*21. *&* 22.*tomo* 2.

Secondo, perche, quando ſia vera l'opinione di Detio *nel conſil.*424. *&* 467. che la diſpoſitione di d. Teſto nel *§. inter filiam*, habbia luogo anche ab inteſtato; con tutto ciò in queſto caſo, nel quale vi è il Teſtamento del Duca Padre à fauore di D. Gioſeppe, ceſſa l'interdetto *quorum bonorum*, che competerebbe alla figlia ab inteſtato; e la figlia, dato Teſtamento prædicto, non può dirſi legitima contradittrice,Menoch.*de adipiſc.remed.*4.*n.*562. Reg.Capyc.Latro *vbi ſuprà.*

Terzo, perche, mentre eſſo D.Giuſeppe herede ſcritto in detto Teſtamento dal Duca D. Andrea fratello, hà prima preſa la pacifica, e quieta poſſeſſione di d.feudi, delli quali ſi ritroua, benche turbato da D. Giouanna, à quella non compete d.interdetto *quorum bonorum*, etiam data l'opinione per vera, de qua per il Conſ. Gio. Battiſta Megliore, *alleg.*43. 3.*tom. reſol.* D.Reg. de Marinis perche d.interdetti *quorum bonorum*, non ſi danno contro titulo poſſidentem.

Quartò, quatenus poteſſe giouarſi d. D. Giouanna della diſpoſitione del Teſto nel *§.inter filiam*; Quod negatur,con tutto ciò deue eſſere manotenuto, & molto più immeſſo eſſo D. Giuſeppe nella poſſeſſione di d. feudi, eſcluſa D. Giouanna figlia, mentre eſſo D. Giuſeppe *in promptu docet* delle ſue ragioni *ad excluſionem filiæ*: nel qual caſo ſi limita il Teſto del d. *§. inter filiam*, e ceſſa l'interdetto *quorum bonorum*, Menochius *conſil.*443. *num.*22. il quale riferiſce, così deciſo contro il *conſil.* di Detio 467. *&* 468. Reg.Capyc.Latr. *d conſultat.*77. *num.*24. Bammacar.*nel §.inter filiam,ff.de feud.defuncti militis,num.*18.il Preſid.d'Amato *conſil.*100. *num.*90. *&* 95. *&* 101. Reg.Rouit. *conſil.*1. *num.*24. *lib.*1. li quali dicono, che nell'interdetto *quorum bonorum*, oſta l'eccettione del dominio, ſeu della proprietà incontinente probato.

Per lo che, coſtando all'impronto de optimo iure di eſſo D.Giuſeppe da quello, che ſi è detto di ſopra, attenti li termini della gratia nella *pragm.*31.*aliàs* 33. *de feudis*, ceſſa l'interdetto *quorum bonorum*, in virtù del quale d. D. Giouanna dimanda la manotentione, conforme altre volte è ſtato deciſo Reg.Capyc.Latr. *d.conſult.*77.*in fine.*

E queſto è quello, che ſi conſidera, per giuſtificare la prima iſtanza,fatta per eſſo Don Giuſeppe circa la manotentione, *& gradatim immiſſione*, dimandata per eſſo Don Giuſeppe, come herede vniuerſale del d. D. Andrea, Duca di Marzano.

In quanto poi alla ſeconda iſtanza, fatta da D.Giuſeppe per particolar comparſa, ſotto li 7. di Marzo 1672. nella quale, non recedendo dall'altre iſtanze, primo loco fatte, dedotte nella ſupplica, *fol.*27.hà dimandato,voler tenere la poſſeſſione di d. Terra di Marzano, già acquiſtata,& quella continuare,anche come coſa ſpettante al Maioraſcato, come per d. iſtanza *fol.*...

Si dice, che quantumque l'utile dominio di d. Terra di Marzano ſia rimaſto in hereditate del d.D.Andrea,il quale comprò detto Feudo, benche di denaro

naro del Maioraſcato,per la regola,quòd in feudis non procedit *titul. C. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur*,Reg.de Marin.ad R.Reuert.529. *num.* 3.

Tutta volta la Tenuta di d. Terra, e quel ius,che haueua D.Andrea, come prima nominato al Maioraſcato, di percipere li frutti di d. feudo di Marzano, hà ſpettato, e ſpetta al Maioraſcato, de' denari del quale fù comprata da D. Andrea, in beneficio del quale l'iſteſſo D. Andrea *prætio Regio Aſſenſu*, haueua fatta la ricognitione *cum Regio Aſſenſu*,obligandoſi ſignanter di diſponere dell'entrate, & delli frutti di d.Terra, ſeruata la forma del d.Maioraſcato, obligando ſe,e ſuoi heredi,e ſucceſſori, anco à douere quelli cedere,e rinonzare, e trasferire nelli ſucceſſori di d.Maioraſcato, ò à chi eſſi haueſſero volſuto,*vt ex recognitione*, *fol.*228. *proceſſ. Maioratus*, ſopra la quale recognitione ſtà ſpedito il Regio Aſſenzo,*per verbum, fiat*, *fol.*227. eodem proceſſ.Maioratus,& in forma *Reg. Cancellariæ*, *folio* 67. *vſque ad folio* 72. *proc. curr.*

Si che eſſendo morto poi d.D.Andrea ſenza figli, che godeua d. Maioraſcato, ſua vita durante *tantùm:*

O ſia vera l'opinione, che d. Tenuta del feudo di Marzano, che ſtaua in potere di d.Don Andrea, come prima nominato al d. Maioraſcato, per la morte poi ſeguita di quello ſenza figli maſcoli, ſia eſtinta,conforme l'opinione di Chriſtofaro Paz.*de Tenuta*,*cap.*8. e ſimilmente per la morte di quello, ſia eſtinto il ius percipiendi fructus, & adminiſtrandi la giuriſdizione di d.Terra, che ſtaua in ſuo potere,vita durante, come prima chiamato al d.Maioraſcato, regolandoſi d. eſtintione dalle regole dell'vſufruttuario, per il Teſto *in l. hereditas in multis* 61. *in fine*, *C.de acquirendo rerum dominio*,*l.vſusfruct.*26.*ff.de ſtipulatione ſeruorum*, *iuxta tradita* per Conſ. Rocc. *de Officiis*, *verſ.*6.*caſu* 6.§.6 *n.*89.

Et in queſto caſo,attenta queſta opinione, la ciuile poſſeſſione di d.Tenuta, e commodità percipiendi fructus, che ſtaua in potere del Maioraſcato,e di tutti li ſucceſſori, chiamati in quello, ſubito ſeguita morte del d. D. Andrea, primo chiamato al d. Maioraſcato ſenza figli maſcoli, *per operatione, & miniſterio legis.* ſi attraſsè la natural poſſeſſione di d. Defonto,*vita ſua durante tantùm*, e quella fù conſolidata con la ciuile poſſeſſione; che ſtaua in potere del d. Maioraſcato, & s'acquiſtò alli chiamati in eſſo,etiam ignoranti, Bart. *in l.ſi arrogator*, *num.*12. Bald.*num.*7.*ff.adoptionibus*, Imola *conſil.*16.*num.*3.*&* 4.Caſſaneus *ad conſuet. Burgundiæ*, *rub.*7. §.1 *de morte Saiſit. verſ. Limita* 4. *fol.*225. Reg Galeota *contr.*36. *num.*1.*cum ſeqq.*

Et, attenta queſta opinione, non hà che pretendere detta D. Giouanna, la quale, come donna, è ſtata eſpreſſamente eſcluſa da detto Maiorato, benche foſſe figlia di D. Andrea, primo chiamato in quello, come appare d'all'infraſcritte parole del Maioraſcato, *folio* 26 *litt.D.*

Ita, che nelle dette entrate, che ſi comprarãno con li detti ducati trentamila,in neſſun modo poſſano ſuccedere, nè hauer ragione,ò attione alcuna li figli ſecondogeniti, ò le figlie femine di eſſo Signore Agoſtino, nè anco li figli ſecondogeniti, e le figlie femine di eſſo Signor Fabritio, in caſo, che la detta donatione reſti fatta al Primogenito di detto Signor Fabritio, vt ſuprà, *ne anco li fratelli Secondogeniti, e le ſorelle de gli altri diſcendenti.*

O pure ſia vera l'altra opinione, che detta Tenuta,ſeù commodità percipiendi fructus della Terra di Marzano, che ſtaua in potere del predetto D. Andrea, per la morte di quello, non ſia eſtinta, ma trasferita alli ſuoi heredi, conforme l'opinione del Conſigliere Rocco, *de officiis*, *verſ. Sextus caſus eſt*, §.6. Il quale fa diſtintione inter vſumfructum, & ius ſeu commoditatem percipiendi fructus, ſeguitando l'opinione del Conſigliere Arias de Meſa, *lib.*3. *variarum*, *cap.*49. *num.*7. e del Regente Galeota, *controuerſ.*36. *lib*1. & del Regente Marinis, *allegat.*140.*tomo* 3.*num.*21.*ſuarum reſolutionum.*

E, ſecondo queſta vltima opinione, la quale è la più vera, eſſendo queſto ius,ſeu commoditas percipiendi fructus, prorſus diſtinto dall' vtile dominio del feudo, ſpetta omni iure la manotentione, e gradatim l'immiſſione ad eſso D. Giuſeppe,come herede del detto defonto vniuerſaliter, eſsendo queſto ius, ſeu commodità percipiendi fructus, coſa allodiale, e non feudale, Regens Merlinus, *tom.*2.*controu.*81. *num.*63.*&* 67. Regens de Marinis, *allegat.*140. *num.*6. *cum ſeqq.* 3. *tom. ſuarum reſolutionum*, idem *cap.*37.*earundem reſolutionum*, *tom.*2.*n.*23. *&* 28. Reg. Galeota *controuerſ.*28. *lib.*1. Conſiliarius Roccus, *de officiis*, *verſ.Sextus caſus eſt*, §.6. *num.*83. *&* 84. Li quali Dottori così riferiſcono, eſsere ſtato deciſo à due Ruote dal S. C. nella cauſa di D.Maria Roſsa cum Fuluia Scondita:

Che eſſendo ſtata iſtituita herede da Camillo Portio, de' denari del quale, Marino Roſſo, Auo di detta D. Maria Roſſo, haueua comprata la Terra di Centola, hauendo fatto eſſo Marino la Ricognitione di quella in beneficio di detto Camillo, roborata di Regio aſſenzo, e trattando ſi Conſiglio l'articolo, ſeguita la morte di detto D. Marino Roſſo, chi doueua eſſer immeſſo nella commodità percipiendi fructus nella detta Terra di Centola, ſe D. Maria, nipote, e diſcendente di Marino Roſſo, in potere di chi ſtaua l'vtile dominio di detta Terra, per la regola, quòd in feudis non procedit titulus, *plus valere, quod agitur*: ò pure doueua eſſer immeſſa Fuluia Scondita herede eſtranea, che da Camillo Portio, de' denari del quale, Marino Roſſo haueua comprato detta Terra con Ricognitione, in beneficio d'eſſo Camillo, roborato di Regio aſſenſo, era ſtata iſtituita herede vniuerſale? Fù dal S.C. à due Ruote, à relatione del Conſigliere Felice di Tennaro, data l'immiſſione à detta Fuluia ſopra detta commodità, & Iure percipiendi fructus di detta Terra di Centola, eſcluſa detta D. Maria Roſſa.

Nè ſi dica, ch' eſſo D. Giuſeppe non venga chiamato, verbis expreſſis, nel detto Maioraſcato, e perciò douendo prouare la ſua genealogia, non poſſa ottenere, per quello, che ſcriue Achille Perſonale, *de adipiſcenda poſſeſſione, in interdicto quorum bonorum, num.* 474. & il Conſigliere Megliore, *alleg.* 43. *n.* 17. 3. *tomo, reſolutionum Regentis de Marinis*; E perciò debbia darſi ſaltem l'immiſſione à detta D. Giouanna, riſeruata queſta attione ad eſſo D. Giuſeppe in petitorio;

Perche ſi riſponde, diſtinguendo due caſi.

Il primo è, quando D. Diuſeppe vuol venire abſolutè, in virtù di detto Maioraſcato, & in queſto caſo hanno parlato tutti li Dottori contrarij, e parlò il Conſigliere Megliore, & entra la regola, *quando Fideicommiſſarius ſit legitimus Contradictor aduersùs hæredem ab inteſtato, qui petit immiſſionem*, de qua Regens Capycius Latro *deciſ.* 108.

Il ſecondo caſo è, quando D. Giuſeppe è ſtato iſtituito herede vniuerſale dall'vltimo moriente, che fù D. Andrea, che godeua di detto Maioraſcato, & haueua fatto la Ricognitione in beneficio del Maioraſcato, con Regio Aſſenzo; Et in queſto ſecondo caſo, trouandoſi nell' heredità del detto D. Andrea, la detta tenuta del detto Feudo di Marzano, ch' è Burgenſatica, per la Ricognitione, che detto D. Andrea, haueua fatta in beneficio del Maioraſcato, roborato di Regio Aſſenzo, d' denari del quale detta Terra fu comprata, præuiis decretis S. C. omnino deue eſſer manotenuto detto D. Giuſeppe in dicta commoditate, ſeu iure percipiendi fructus di detta Terra, come coſa Burgenſatica, eſſendo vero de Iure, l'heredità comprendere *omnia Iura, & actiones, tam actiuas, quàm paſſiuas, toto titulo Codicis, de hæreditariis actionibus*: E così detto ius, ſeu commodità percipiendi fructus della detta Terra di Marzano, ch'è Burgenſatica, e non Feudale, venendo compreſa nell' heredità Burgenſatica d' eſſo Duca, vltimo loco morto, deue in quella eſſere manotenuto eſſo D. Giuſeppe, herede ex Teſtamento.

È s'auuerte, che in queſta cauſa non può difficoltarſi, che D. Giuſeppe Laudati ſia il Succeſſore in detto Maioraſcato, perche il Regente Sanfelice, *deciſ.* 165. *tom.* 2. il quale fù Commiſſario della cauſa del Primogenito del quond. D. Franceſco Laudati, dice eſſerſi deciſo, detto Maioraſcato ſpettare à detto Primogenito, il quale ottenne l'eſſecutione di detta ſentenza.

Queſto Primogenito fù D. Andrea Laudati, vltimamente morto, Duca di Marzano, ch' è quello, che hà comprata la Terra di Marzano, con denaro del detto Maioraſcato, præuia Recognitione in beneficio del detto Maioraſcato, e de' Succeſſori in quello, con Regio Aſſenzo.

Si che, eſſendo morto detto D. Andrea ſenza figli maſcoli, (e queſto è incontrouertibile) detto Maioraſcato hà ſpettato, e ſpetta ad eſſo D. Giuſeppe:

Perche il Fondatore del detto Maioraſcato volſe, che quello foſſe peruenuto prima à Fabritio, e a' ſuoi Diſcendenti, da Primogenito in Primogenito, & in difetto del Primogenito, à quello, che tenerà luogo di Primogenito, eſcluſe le femine, anco diſcendenti. *fol.* 26. *Proceſſu Maioratus in fine.*

E poi, perche detto Fabritio non ſi caſaua, nominò, ſotto li 22. di Ottobre 1588. in ogni caſo, che Fabritio, e ſuoi Primogeniti maſchi foſſero mancati, Franceſco Laudati, figlio del qu. Andrea Laudati ſeniore, e gli he-

redi

redi maſcoli in perpetuum, dell' iſteſſo D. Franceſco, Iure primogenituræ. *fol.* 49.

Hauendo dunque Franceſco laſciati due figli maſcoli, l'vno, D. Andrea, Duca di Marzano, il quale è morto ſenza figli maſcoli: L'altro D. Giuſeppe, fratello carnale di detto D. Andrea, come appare nell' Iſtromento della diuiſione de' beni hereditarij di detto D. Franceſco, padre, fatto trà eſſi fratelli per mano di Notar Fabritio Mollica, *ſotto li* 4. *di Maggio* 1634. *fol...* Il quale D. Giuſeppe tiene luogo di Primogenito di detto D. Franceſco, per eſſer premorto detto D. Andrea, Duca di Marzano, ſenza figli maſcoli:

Spetta perciò detto Maioraſcato ad eſſo D. Giuſeppe indubitatamente.

Ex quibus pretende eſſo D. Giuſeppe, douere omnino ottenere circa detta manotentione; come ſpera, douerſi giudicare dalli Signori Giudicanti.

DISCEPTAT. CCCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio propter litem facta, eſt fauorabilis, & æquiparatur Rei iudicatæ.*
2 *Indebiti conditio non admittitur contra tranſactionem.*
3 *Conditio ſine cauſa non datur contra tranſactionem.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur contra tranſactionem.*
5 *Tranſactio inter conſanguineos eſt fauorabilior.*
6 *Facti ſpecies narratur, de qua hic.*
7 *Actor quis dicatur* in l. diffamari, C. de ingenuis manumiſſis.
8 *Præſumptio malæ cauſæ quando præſumatur.*
9 *Tranſactio quando reſcindatur ex falſa cauſa,* & num. 10.
11 *Tranſactio quando poſſit reſcindi ex noua cauſa.*
12 *Læſio in tranſactione quando, & qualiter poſſit conſiderari.*
13 *Læſio in tranſactione pro quo tempore conſideretur.*
14 *Tranſactio inter conſanguineos qualiter ſit facienda.*
15 *Tranſactio reſciſſa qualiter acta fidem faciant.*
16 *Reus quibus ex cauſis abſolui debet in Iudicio, narratur.*
17 *Teſtes examinati, parte non citata, non probant.*
18 *Teſtes reprobantes Inſtrumentum debent eſſe omni exceptione maiores.*
19 *Teſtes inſtrumentarij reprobantes Inſtrumentum quas conditiones habere debent.*
20 *Teſtes deponentes inueriſimilia qualiter probent.*
21 *Inueriſimilitudo qualiter probetur qualis, & quotuplex.*
22 *Teſtes digniores an probent melius, quàm alij.*
23 *Tranſactionis, de qua hic, iuſtitia apparet.*
24 *Probationes de iure potiores quando ſint.*
25 *Tranſactionis fauor quantus ſit, & qualis inter coniunctos.*
26 *Tranſactio ſine cauſa non valet.*
27 *Tranſactionis cauſa de qua hic qualis fuerit.*
28 *Tranſactio pro euitandis litibus fauorabilior eſt, quacumque alia.*
29 *Tranſactio ſuper teſtamento qualiter valeat.*
30 *Tranſactio an remaneat ſine cauſa, poſita validitate teſtamenti, vel nullitate eiuſdem.*
31 *Legatum in minus ſolemni teſtamento factum, ſi ſoluatur, non reperitur.*
32 *Teſtamentum nullum qualiter videatur approbatum.*
33 *Textus* in l. 4. C. de Iuris, & facti ignorantia *explicatur,* & num. 34.
35 *Teſtamentum falſum qualiter arguatur,* & num. 36.
37 *Tranſactio an reſcindatur de recta falſitate teſtamenti, vel Inſtrumenti.*
38 *Teſtamentum excludit præſumptionem falſitatis pro ſe.*
39 *Probationes contra habentem pro ſe præſumptionem, debent eſſe efficaciores.*
40 *Teſtes deponentes reprobationem Inſtrumenti quales eſſe debent.*
41 *Teſtes omni exceptione maiores reprobant Inſtrumentum, & quando.*
42 *Teſtamentum quomodo falſum eſſe, probandum ſit,* & num. 43.
44 *Teſtamenti de quo hic falſitas aſſerta reprobatur,* & num. 45. 46. 47. 48. & 49.
50 *Teſtes qui ſubſcribunt teſtamentum, deponere contra illud non poſſunt.*
51 *Teſtes Inſtrumentarij quando à partibus approbati, reprobari poſſint.*
52 *Teſtes quando reprobent teſtamentum,* & n. 53. 54. 55. & 56.

ARGVMENTVM.

Tranſactio facta inter perſonas coniunctas cauſa data ex præſuppoſita, & prætenſa teſtamenti falſitate, ea deinde probata num detur repetitio eius, quod ſolutum fuit vigore tranſactionis, Teſtes deponentes, & approbantes Inſtrumentum, aut ſubſcribentes teſtamentum an, & quando poſſint illud reprobare.

IVRIS, ET FACTI Allegationes,

PRO

D. Cæſare de Marra.

NIHIL magis Reipubl. expedit, quàm lites reſecari: Nihil verò abſurdius, ac Reipubl. pernicioſius quàm lites facilè inſtaurari. Hinc legum conditores ſicuti ſummo ſtudio lites reſecandas curarunt, ita eas legitimè ſopitas inſtaurari nullo pacto permiſerunt. Ideóque ſi lites odioſæ ſemper exiſtimatæ ſunt ac execrabiles; Tranſactio, quæ litibus finem imponit, perpetuò habita eſt, nec immeritò fauorabilis. Hinc non minorem autho- 1

ritatem tranſactionum, quam rerum iudicatarum eſſe Imperatoribus recta ratione placuit in *l. non minorem* 20. *C. de tranſ.* æquiparantur namque tranſactio, & res iudicata, vt in *l. vn. C. de erro. calc.* adeò vt ſicuti ſub ſpecie nouorum inſtrumentorum poſtea repertorum res iudicatas reſtaurari Imperator denegauit in *l. ſub ſpecie* 4. *C. de re ind.* ſic pariter ſub prætextu inſtrumenti de nouo reperti tranſactionem reſcindi iura non patiantur, vt in *l. ſub prætextu* 19. *C. de tranſ.* Prout etiam ſub prætextu ſpecierum poſt repertarum; generali tranſactione finita, reſcindi prohibent iura in *l. ſub prætextu* 29. *C. eod.*

2 Hinc quoque aduerſus tranſactionem, nec indebiti condictionem concedi, apertè ſancitum legimus in *l. nec intentio* 23. *C. eo tit.* ibi. *nam cum iàm quæſtionem tranſactione deciſam proponas, indebiti ſoluti prætextu improbè tibi petitionem decerni poſtulas; cum & ſi tantum in ſtipulationem fuiſſet deducta, indebiti promiſſi velamento defendi non poſſes.*

3 Prout nec contra tranſactionem dari condictionem ſine cauſa Paulus reſpondit, in *l. in ſumma* 45. *ff. de cond. indeb.* ibi, *& quidem quod tranſactionis nomine datur, licet res nulla media fuerit, non repetitur, nam ſi lis fuerit, hoc ipſum quod à lite diſcedatur, cauſa videtur eſſe.*

4 Quemadmodum denegari etiam exceptionem non numeratæ pecuniæ, apertè DD. Cæſares reſcripſere in *l. ſi tranſactionis* 11. *C. de non num. pec.* his verbis *ſi tranſactionis cauſa dare, Palladio pecuniam ſtipulanti ſpopondiſti, exceptione non numeratæ pecuniæ defendi non potes.* Prædictorum ratio duplex affertur, altera ab Imperatore in *d. l. non minorem, ſiquidem nihil ità fidei congruit humanæ, quam ea quæ placuerant cuſtodiri.* Altera vero ſimiliter ab Imperatore adducitur in *l. fratris* 10. *C. de tranſ. nullus enim erit litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis recedi facilè liceat.*

5 Idque peculiari obtinet ratione, vbi tranſactio inter coniunctos inita fuit, tunc enim longè deteſtabilior eſt à tranſactione receſſus, ideóque Imperator in præcitata *l. fratris*, patruum à tranſactione, cum nepotibus inita recedere volentem iure reprehendit, dicens. *Fratris tui filiis de paterna ſucceſſione, ac ſtatu, etiam nunc contra fidem ſanguinis, itemque placitorum, quæſtionem inferre parum probè poſtulas.* Quæ Imperialia verba non incongruè vſurpanda videntur pro D. Cæſare de Marra, aduerſus qu. D. Hectorem de Marra illius patruum, qui poſt interpoſitam tranſactionem, eamque poſt triennium confirmatam, ac vltra decennium ſeruatam, ſub prætextu tamen figuratæ læſionis, conditionis indebiti, & ſine cauſa, contra expreſſam præcitatorum iurium diſpoſitionem, ipſi D. Cæſari fratris ſui filio contra fidem ſanguinis, ac placitorum, quæſtionem inferre in S. C. poſtulauit. Cuius petitio, & ſucceſſiuè D. Hieronymi de Marra illius hæredis, ne qua quam erit (vt ſpero) à ſuppremis DD. iudicantibus propitiis auribus audienda. Si quidem D. Hieronymus actor dùm legitimè pluribus retrò annis ſopitas, adhuc nititur inſtaurare lites; nedum tranſactionis vires impugnat, ſed teſtamenti quoque veritatem in dubium reuocare conatur, ita vt contra vnam, atque alteram ſatis fauorabilem cauſam enixè contendat. Contrà verò pro D. Cæſare conuento, dum vtriuſque validitatem defendit, duplex concurrit fauor, teſtamenti, nimirum, & tranſactionis, vt proinde procul dubio obtinere non immeritò ſperet. Cuius iura, & ſi ſatis ſuperque notoria, euidentius tamen ex ſequentibus innoteſcent.

Fundatam de iure habet D. Cæſar intentionem, quippe qui publicis, iiſque ſolemnibus inititur inſtrumentis, altero tranſactionis legitimè interpoſitæ ſub die 10. Decembris 1617. *fol.* 78. quo mediante D. Hector de Marra pro obtinenda renunciatione, ac ceſſione iurium ipſi D. Cæſari competentium ſuper hæreditate qu. D. Io. de Marra, conſtituit ſe debitorem in ducatis ter mille, & ſeptingentum capitalis, pro quibus vendidit in beneficium ipſius D. Cæſaris ann. ducat. 275. altero verò inito ſub die 9. Aprilis 1620. in quo prædictus D. Hector aſſerens ſe debitorem ex cauſa præcedentis tranſactionis in dictis ducat. ter mille, & ſeptingentum capitalis, ac in aliis duc. tercentum pro tertiis decurſis, in eorum ſatisfactionem inſolutum dedit ipſi D. Cæſari quandam domum in inſtrumento deſcriptam, cum promiſſione euictionis in ampla forma, vt ex inſtrumento omni ſolemnitate vallato *fol.* 48. in cuius poſſeſſione cum ipſe D. Cæſar pluribus annis legitimè, & abſque vlla contradictione permanſiſſet. tandem D. Hector ſub die 10. Iul. 1628. poſt decennium elapſum ab interpoſita tranſactione petiit in S. C. eam nullam, & inualidam declarari, vel ſaltim reſcindi ex cauſa enormiſſimæ læſionis, ex quo ipſi D. Antonio nullum ius competebat ſtante nullitate, & inualiditate teſtamenti qu. D. Io. de Marra, & ſic tranſactio remanebat ſine cauſa; vt ex illius ſupplicatione *fol.* 61. quamvis parùm ſibi conſtans ſub die 20. Iun. 1629. alteram propoſuerit petitionem inſtando per Sacr. Conſ. declarari præfatum D. Io. obiiſſe ab inteſtato nulla habita ratione teſtamenti tamquam ab eo non facti, *fol.* 95. Vtramque verò actoris petitionem à Supremis Dominis reiiciendam, ex plutibus comprobabitur. 6

Primò nam antequam D. Hector in iudicio compareret, fuit præuentus, ac ad iudicium prouocatus, vt iura ſi quæ haberet aduerſus teſtamentum, & tranſactionem proponeret, alias illi præcluderetur via, ſub die 10. Mart. 1627. *fol.* 40. & bina interueniente monitione, ſeu iudicis præcepto, prout de iure requiritur iuxta tradita ab Afflict. *in deciſ.* 264. decreto Domini Regentis Sanfelicij tunc cauſæ Commiſſarij fuit præcluſa via die 26. Aprilis 1617. *fol.* 60. & ideò de iure poſt lapſum termini à iudice præfixi audiri non poteſt, ex Text. expreſſo *in vulg. l. diffamari* 5. *C. ingen. man.* quando enim iudex præfigit terminum ad iura proponendum, tenetur pars, vel in termino iura proponere, vel à præfixione termini appellare, alias audiri non poteſt, ex traditis per Boer. *in deciſ.* 255. *ſub n.* 7. actus namque iudiciales tranſeunt in rem iudicatam niſi appelletur *cap. cum inter de re iud.* etiam ſi ſit interlocutoria *cap. dilecti in fin. de elect.* prout in propriis terminis, *l. diffamari*, in puncto tradit Boer. *in dict. deciſ.* 255. *num.* 8. cùm igitur D. Hector neque in terminis à iudice præfixis iura propoſuerit, nec à termini præfixione appellauerit, ſed primam petitionem in iudicio expoſuerit die 10. Iul. 1628. alteram verò die 20. Iun. 1629. & ſic poſt duos annos, & menſes poſt terminum elapſum, ac præcluſam viam; amplius in iudicio audiri non debet. 7

Eò magis quia magna reſultat iuris præſumptio aduerſus eum qui iudicium ſubterfugit, ex latè traditis per Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſumpt.* 91. & in ſpecie de qua agimus quod hæc præſum 8

præsumptio multò magis procedat, quando is, qui prætendit commissum fuisse falsum, diù distulit querelam, & accusationem proponere, docet in terminis Menoch. *de præs. lib. 5. præs. 20. n. 6.* ex Bald. *cons. 37. lib. primo*, Crau. *cons. 75. & 298.* & Franciſco Becci. *in cons. 103.* prout ab ipso D. Hectore factum agnoscimus, prætendit enim testamenti falsitatem in anno 1617. & diù distulit vsque ad annum 1629. expectans mortem D. Beatricis de Marra, sororis D. Io. eiusque famulorum qui de veritate testamenti deponere poterant, & paulò ante iudicium motum à D. Hectore decesserunt, vt deponunt testes super 6. articulo *fol.* 211. quo in casu accusatio tanto tempore dilata præsupponitur calumniosa, vt post Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 205. num. 30.* & alios ibi relatos tradit Farinac. *de falsit. q. 158. num. 60.* & Boer. omninò videndus *in dec. 118. num. 21.* vbi in istis terminis docet considerandum esse tempus contractus, an lapsum sit longum tempus puta decennium quo actor distulit agere de falso, tunc enim per silentium tanti temporis præsumitur dolo malo distulisse, vt copiam probationum aduersario subtraheret, morte forte testium expectata, qui possent confirmare instrumentum, ex pluribus ibi adductis.

9 Secundò quia petiit actor transactionem rescindi conditione indebiti, & sine causa, quod est expressè contra dispositionem iurium sup. adductorum, *in d. l. nec intentio, C. de transf.* ibi, *indebiti soluti improbè tibi petitionem decerni postulas, & in d. l. in summa, ff. de cond. ind. ibi nam si lis fuerit hoc ipsum, quod à lite disceditur causa videtur esse.* imò videtur directè contradicere apertissimo Antonini Cæsaris rescripto in *l. 2. C. de transact.* inquit enim ibi Imperator. *Cum te proponas cum sorore tua de hæreditate transegisse, & ideò certam pecuniam ei te debere cauisse; & si nulla fuisset quæstio hæreditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia rectè cauta intelligitur, ex qua causa si soluisses repetere non posses, & si non soluisses, iure tamen conuenireris.* Ecce Text. ad literam, qui actoris destruit intentionem, videtur enim ibi Imperator, alloqui ipsum D. Hectorem exponentem, se cum D. Antonio fratre de D. Io. hæreditate transegisse, eique certam pecuniam debere cauisse, nempè duc. termille, & septigentum in transactionis instrumento promissos, ac nullam fuisse quæstionem hæreditatis, nimirum, quia ipsi D. Antonio prætendebat nullum ius competere super dicta hæreditate, prout asserit in eius supplicatione. Decidit nihilominus Imperator contra D. Hectorem, propter timorem litis, transactione interposita, pecuniam recte cautam fuisse, in primo instrumento promissionis annuorum duc. 275. pro capitali duc. 3700. ex qua causa si soluisset, prout in secundo instrumento domum insolutum dando, repetitionem ei omni iure denegari. Ex quo Text.

10 Gloss. *ibi Bart. & communiter DD.* expressè notant iustitiam, vel iniustitiam causæ principalis non attendi in transactione, & in specie Peregr. *de fideicomm. art. 52. num. 102.* ex pluribus docuit transactionem bona fide factam etiam si nulla sub erat causa ex parte actoris, vel rei sustineri; nam satis causa subest quod à lite discedatur, vti expressè inquit Text. *in d. l. in summa, l. 2. & l. nec intentio, C. de transf.* & hanc esse veriorem opinionem, quia transactio est remedium finiendarum litium, & ideò non facilè à transacto recedendum esse. Hinc magis communiter receptum est, transactionem ex causa enormissimæ læsionis non rescindi quam sententiam decidendo secutũ est S.C. teste Afflict. *in dec. 220. n. 3.* & nouissimè comprobat Larea *in decis. Prat. Gran. &c. 68.* quo loci latissimè docet hanc esse veriorem, & magis communem sententiam, eamque fulciri apertissimis iuribus, & ineuitabilibus, & signanter Text. *in l. Lutius 78. §. fin. ff. ad Sen. Cons. Treb.* vbi transactio non rescinditur, etiam si læsio sit vltra quadruplum. Prout etiam ex *d. l. sub prætextu*, vbi ex nouis instrumentis transactio non rescinditur, cum tamen instrumentum certam læsionem ostendere possit. Ac etiam ex *l. vlt. C. de err. calc.* vbi si transactio intercesserit, error calculi non retractatur, & tamen ex eo manifesta læsio ostenditur, aliisque iuribus ibi adductis, quam sententiam nedum apertis iuribus ac efficacibus rationibus munitam, sed frequentiori etiam DD. calculo receptam patet ex innumeris DD. ibi coaceruatis, quos breuitati studens, consultò prætereo, rogans omninò prædictam Lareæ decisionem reuideri ex ea namque adeò copiosè, doctè, & eleganter hæc confirmatur sententia, vt nihil supra.

Neque aduersæ partis responsio aliquo pacto 11
erit admittenda, dum prædicta, etsi ineuitabilia effugere tamen conatur, sub prætextu quod non fuerit transactio inita super asserta testamenti falsitate, sed solùm super illius nullitate, & sic posse hodie tanquam ex noua causa aduersus transactionem venire. Non (inquam) id aduersario opitulatur, siquidem transactio fuit generalis, asserit enim D. Hector in transactione se hæredem ab intestato, & sic negat testamentum habere locum, inquit etiam prætendere D. Cæsari nullum ius cõpetere super hæreditate prædicta, quæ verba generalia sunt, nulla habita distinctione inter nullitatem, & falsitatem testamenti. De iure autem generalis transactio tollit omnes obligationes, & actiones etiam in iudicio non deductas, vt latè tradit Mantic. *de tacit. lib. 26. tit. 6. signanter num. 8.* sufficit enim fuisse cogitatum in genere, vt ibi tradit *num. 17.* & latius explicat Ludouis. *in decis. 354.* vbi dicit transactionem comprehendere connexa, accessoria, & dependentia cum transactio verbis generalibus, &c. verbis generalibus concepta omnia comprehendat, quia sufficit fuisse cogitatum in genere, satis namque est potuisse attendi ex generali cogitatu, prout ex Text. in *d. l. sub prætextu*, & aliis probat Larrea *decis. 76. num. 28.* immò transactionem verbis generalibus conceptam extendi etiam ad incogitata, ex pluribus probat, Surd. *decis. 217. num. 11.*

Tertiò nam quatenus prætendi posset ex læ- 12
sione transactionem rescindi (quod tamen iure negatur) certum est læsionem considerandam habito respectu ad tempus initæ transactionis, vt in *l. si voluntate 3. C. de resc. vend.* ibi *si minus dimidia iusti pretij, quod fuerat tempore venditionis* & ex plur. confirmat Cagnol. *ad l. 3. num. 213. C. de rescin. vend.* & in specie in rescissione transactionis tradunt Facch. *lib. 2. controu. c. 27. litt. B*, Farin. *decis. 715. part. 2.* qui plures adducit, & ita per Rotam *coram D. Pamphilio decisum refert.* At tempore transactionis nulla potuit læsio considerari, siquidem D. Cæsar iam obtinuerat decretum immissionis in possessionem bonorum ei relictorum in testamento D. Io. de Marra. idque audito ipso D. Hectore, vt ex decreto *fol. 17. à terg.* & authore Prætore ceperat illorum possessionem, cum interuentu Magnifici Gubernatoris, *fol. 18.* obtinuitque ab eo decretum quod manuteneretur in possessione *fol. 19.* & quod magis est, exer-

cuit actus poſſeſſiuos cum interuentu D. Hectoris, ſimul bona hæreditaria locando pro medietate ad vnumquemque eorum ſpectante, ſeruata forma teſtamenti, vt ex obligatione, *fol.* 40. & ſequenti ipſemet D. Hector in executionem prædicti teſtamenti tradidit D. Antonio nonnulla bona mobilia, vt aſſeritur in inſtrumento tranſactionis *fol.* 82. *litt. A*, ibi. (Et quod remaneant ipſi D. Cæſari omnia bona mobilia, & victualia recepta ab ipſo D. Hectore ex hæreditate prædicta) Cumque poſtmodum D. Cæſar peteret in S. C. integram medietatem bonorum ad ipſum ſpectantem, obtinuit à Spectabili Reg. Rouito tunc cauſæ Commiſſario ſequeſtrum omnium bonorum hæreditariorum, vt ex decreto *fol.* 43. *à terg.* cum tamen ex aduerſo nihil eſſet productum in actis, ne quidem oppoſitum, aduerſus teſtamentum prædictum. Imò iudicialiter declarauit pars aduerſa velle vti teſtamento prædicto in eo quod non eſſet contra legem feudalem, ſub die 15. Nouembris 1617. *fol.* 45. à terg. Et paucis poſt diebus tranſactio ſubſecuta fuit.

13 Rebus igitur ſic ſtantibus quænam læſio tempore tranſactionis à D. Hectore allegari, nec figurari potuit? dum nihil eo tempore aduerſus teſtamenti validitatem à D. Hectore productum, nec oppoſitum fuit, vt proindè teſtamentum in ſuo robore abſque vlla contradictione permaneret. Quod ſi in Rot. Rom. iure deciſum, tranſactionem initam ſuper exiſtentia teſtamenti, ſuſtineri ex ſolo rumore, & vociferatione teſtamenti, qui ſolus timor ſufficit pro validitate tranſactionis, quamvis teſtamentum verè non adeſſet, vt ex ſingulari deciſione, Ludouiſ. 149. vbi *Beltram.* addit ex pluribus Rotæ deciſ. ſolum litis timorem, imò ſolam ſuſpicionem ſufficere, vt tranſactio ſuſtineatur, quæ etiam ſubſiſtere poteſt ex modica occaſione dubitandi, quamvis prætentio non eſſet ſatis Iuridica ex ibi adductis. Quanto magis validiſſima in facto de quo agimus tranſactio erit cenſenda, in quo patet D. Cæſarem authore prætore immiſſum in poſſeſſionem vigore teſtamenti, ac ſimul cum ipſo D. Hectore in teſtamenti executionem bona hæreditaria locaſſe vt ſup. eſt ponderatum.

14 Quarto ipſius D. Cæſaris iuſtitia extra omnem redditur controuerſiam, nihil namque D. Hieronymus actor in hoc iudicio aduerſus teſtamentum, ac interpoſitam tranſactionem probauit, meritò D. Cæſar conuentus abſolui debet, vulg. iur. Nec actori poterunt ſuffragari quædam prætenſæ depoſitiones in primo iudicio factæ, nulla enim de illis ratio haberi poteſt, prout in contradictorio iudicio ab eodem S. C. maxima præuia diſcuſſione deciſum fuit, cum enim actor prætenderet cauſam expediendam eſſe ex proceſſu prius compilato, & e contra conuentus opponeret acta prædicta nullam fidem facere, & proinde nouo termino opus eſſe. S. C. nulla habita ratione dicti proceſſus iam compilati, de nouo terminum conceſſit, prouidendo quod infra dies octo partes deducant omnia incumbentia, vt ex decreto S.C. ſub die 19. Decembris 1642. quod iuſtiſſimè quidem prout ſemper ſolet S.C. decreuit, ſiquidem oppoſuerat D. Cæſar acta prædicta nullam fidem facere duplici ex cauſa. Altera nempè, ex eo quia proceſſus fuerat compilatus cum D. Antonio patre, D. Cæſare ipſo inaudito, cum tamen in iure ſit exploratiſſimum non poſſe patrem agere, nec conueniri nomine filij, qui infantiæ annos expleuerit, niſi etiam ipſius filij inter cedat conſenſus, prout expreſsè ſancitum legimus in *l. fin. §. vbi autem in vnum, C. de bon. quæ lib.* ibi *adhibeatur etiam filiorum conſenſus, niſi adhuc in prima ætate ſint conſtituti.* Ex quo apertiſſimo textu, id magiſtraliter docuit Innoc. *in c. accedens, num.* 1. *de proc.* dicens prohibitum eſſe patri irrequiſito filio agere, excipere, & procuratorem conſtituere, per Text. terribilem *in d. l. fin.* ad quem Text. nullo modo reſponderi poſſe dixit Aret. *in l. fin. §. pupillus in fin. ff. de verb. obl.* quem etiam ſummè notandum, pluresque proceſſus ex eo irritari poſſe, tradiderunt Rom. *conſ.* 241. *num.* 10. & Fulgoſ. *in d. l. fin. num.* 4. vbi etiam id expreſsè annotarunt Cin. Salic. Ang. & Corn. quorum ſententia, & conſulendo, & iudicando recepta fuit, cum pro ea conſuluerit Rom. *vbi ſup.* & deciſum fuerit, vt bene Capp. Toloſ. *quæſt.* 105. alioſque plures ad id recenſet Pinell. *de bon. mat. quæſt.* 1. *num.* 66. qui hanc receptiorem ſententiam Canon. & Legiſt. teſtatur *d. num.* 66. *verſ. Inde ſi benè attendas*, per Text. *in d. §. vbi autem in vnum*, quem omni ſolutione maiorem appellant, vt proinde rectè Cagnol. *in l. frater à fratre, num.* 164. *ff. de cond. indeb.* dixerit de hoc eſſe Text. qui cauillari non poteſt, & hanc magis veram eſſe, magiſque receptam ſententiam, quam etiam ſecuti fuere Steph. Grat. *lib.* 2. *cap.* 365. *num.* 53. Paſcal. *de vir. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. & nouiſſimè Reg. Rou. *in rubr. de procur. num.* 29. Cum itaque in facto conſtet D. Cæſarem tempore litis motæ nedum infantiæ, ſed pubertatis etiam annos egreſſum fuiſſe, vt ex fide baptiſmatis D. Cæſaris die 12. Mart. 1615. *fol.* 16. & ex ſupplicatione D. Hectoris die 20. Iun. 1629. *fol.* 95. iure oppoſitum fuit prædictis actis, in quibus D. Cæſar minimè auditus fuit, nullam fidem eſſe adhibendam.

Altera verò cauſa, ex qua acta prædicta nulla 15
allegauit D. Cæſar, ea quidem fuit, nam idem D. Hieronymus actor in inſtrumento tranſactionis, expreſsè cum iuramento inſtantiæ, & actis prædictis renunciauit, promittens ſe illis non vſurum, ita vt in futurum nullam fidem facerent in iudicio, nec extra, vt legitur in dicto inſtrumento *fol.* 293. à ter. in fin. meritò cum ipſo iure ex tali renunciatione fuerint extincta, amplius reniuiſcere non poſſunt, vt *in l. poſtquam liti* 4. *C. de pact.* Neque obſtat quod à prædicta tranſactione vltimo loco facta communi conſenſu receſſum fuerit, vtpote cum D. Antonio patre inita, abſque interuentu, & conſenſu ipſius D. Cæſaris maioris, & proinde illi præiudicium inferre non potuit. Nam etiam reſciſſa de communi partium conſenſu tranſactione, acta in tranſactione extincta amplius fidem non faciunt, ſed cauſam ex integro agi oportet, vt expreſsè Imperator reſcripſit *in l. ſi diuerſa* 14. *C. de tranſact.* ibi *cauſam ex integro agi*, quæ dictio *ex integro*, apertè indicat omnia de nouo eſſe inchoanda, ex quo Text. Paul. de Caſtr. ibi *num.* 5. in puncto docet, quod ſi inſtantiæ expreſsè fuerit renunciatum prout in caſu noſtro, etiam annullata renunciatione nullus ad renunciatam inſtantiam datur regreſſus, quod repetit in *d. l. ſiue apud acta n.* 5. idemque tradit Alex. *in d. l. ſi diuerſa, num.* 6. & ſequitur Iaſ. *ibidem in fin. verſ. extra gloſſam*, quam ſententiam communiter receptam eſſe teſtatur, Curt. iun. *in eadem lege, num.* 10. ac veram, & cum effectu tenendam eſſe dixit Curt. ſen. *ibidem, num.* 12. *inter repentes*; quibus ad ſtipulatur Rom. *ibi n.* 17, qui omnes vnanimi conſenſu firmarunt primæ-

uam.

nam instantiam ex renuntiatione ipso iure irritam reddi, ita vt si vtraque pars à transactione recedat, opus sit nouam inchoare instantiam, nouúmque processum compilare, ex iuribus & rationibus ibi adductis. Quæ communis sententia Supremi nostri Senatus decisione fuit confirmata, dum non obstante processus compilatione nouum terminum concedendum esse decreuit vt ex actis. In quo termino cum pars aduersa nihil produxerit, vel probauerit, vtique ex defectu probationum actoris absque dubio conuentus erit absoluendus.

16 Quintò, & tandem conuenti iustitia comprobatur : nam quamvis pars aduersa prætendere posset prædictas testium dispositiones in prima instantia factas aliquam fidem facere, (quod ex prædictis patet à vero longè deuiare) attamen certum est neque ex illis actoris intentionem fundari, plures namque patiuntur defectus, ex quibus conuentus omni iure ab impetitis absolui debet.

17 Primò, namque testes prædicti non fuerunt recepti parte citata ad videndum ipsorum iuramenta quo in casu de iure exploratum est testes nullam fidem facere, prout vtroque iure decisum agnoscimus *in cap. in nomine domini, de test.* & *in l. si quando, C. eo.* licet enim requisitoria examinatoris electi fuerit notificata Ioan. Baptistæ Guadagnino asserto procuratori D. Antonij patris, de cuius mandato, nec etiam ex actis constat, tamen ille replicauit non posse procedi ad testium receptionem stante Regia decretatione in actis præsentata de verbo faciendo in S. C. *fol. 99. à terg.* & pendente verbo faciendo fuerunt recepti testes, nemine interueniente ad videndum illorum iuramenta, nec etiam citatio testium fuit notificata ipsi D. Antonio, vt proinde iure fuerit petitum reiici examen prædictum, tanquam nullum, & inualidum, factum non citata parte ad videndum ipsorum iuramenta, vt ex instantia *folio* 127. & altera *fol.* 128.

18 Secundò, nam testes prædicti non sunt omni exceptione maiores, prout de iure requiritur, cum agitur de reprobatione instrumenti per testes facienda, vt enim instrumentum testibus reprobetur, oportet vt testes sint non solùm idonei, sed etiam omni exceptione maiores, nullam prorsus etiam minimam patientes exceptionem, prout post Bald. *in cap. cum Ioan. eremita de fid. instrum.* vbi Imol. Zabar. Abb. Felin. & cæteri Can. Bart. Bald. Salyc. & alios *in l. in exercendis, C. de fid. instrum.* & *in l. 1. §. si quis neget, ff. quem test. aper.* vbi Bart. *num.* 12. in specie aduertit, requiri, quod hæc probatio fiat per testes multum idoneos, & omni exceptione maiores, aliosque innumeros ab eo adductos, in puncto tradit, Farin. *de falsit. quæst.* 158. *num.* 92. vbi etiam inquit Doctores omnes in hoc conuenire, teste Osasc. *in consil.* 64. *num.* 46. In facto verò compertum est prætensos testes non esse omni exceptione maiores, cum omnes sint subditi ipsi D. Hectori, & pro maiori parte etiam illius familiares, & domestici, at certum in iure est, etsi interdum subditi admittuntur ad deponendum pro Domino, in omnem euentum tamen, & in omni casu eos non esse testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, prout tradit Farinac. *de test. quæst.* 55. *num.* 212. Eo fortius quod vltra subiectionem concurrit etiam in pluribus ipsorum paupertas, & vilitas personarum, & plerique sunt famuli, & domestici ipsius D. Hectoris, quo in casu de iure prorsus reiiciuntur; licet enim plures sint Doctorum opiniones, an vassalli possint esse testes pro domino? vt latè per Afflictum *in decis.* 304. tamen quando vassalli essent etiam familiares domini, vel viles personæ, certum est eos nullam fidem facere, prout punctualiter decisum fuit per Sacr. Cons. teste Afflict. *in dict. decis.* 304. quoties enim inhabilitas testis resultat ex pluribus defectibus, tunc prorsus reiicitur, & non admittitur etiam in casu à iure permisso, vbi veritas aliter haberi non potest, vt patet ex innumeris Doctoribus congestis à Farin. *de test. q.* 68. *num.* 381. vbi docet nedum hanc sententiam esse communiter receptam, sed contradictorem non habere. Et in specie in subditis si vltra subiectionem concurrat etiam paupertas, eos omninò repelli, optimè probat Farinac. *quæst.* 37. *num.* 46. quamvis enim sola subiectio testem non repellat, repellet tamen iuncta paupertate vel vilitate personæ, ex Aimon. Rom. & aliis adductis à Farinac. *vbi suprà*, qui testatur id communiter à DD. receptum.

19 Tertiò, nam vt instrumentum ex testibus reprobetur, testes debent concludenter deponere, & per necesse, cum probationes reprobatoriæ instrumenti debeant esse manifestissimæ in superlatiuo gradu, ita ex pluribus tradit Farinac. *de falsit. quæst.* 158. *num.* 116. *in* 11. *limitation.* At in facto testes minimè concludenter deponunt, & per necesse, meritò ex illis testamentum reprobari non potest; ponit enim D. Hector *in* 7. *artic.* D. Ioan. obiisse die 7. Septembris, & tribus ante diebus illum sensibus destitutum, ita vt non loqueretur, nec scriberet, vt ex *artic. fol.* 108. & ferè omnes testes super 5. & 7. *artic.* deponunt D. Ioan. duobus, vel tribus ante diebus alloqui non potuisse, vt ex test. à *fol.* 113. At testamentum fuit stipulatum sub die 2. Septembris, vt ex test. *fol.* 13. & sic quinque diebus ante illius mortem : meritò igitur testes deponentes de loquelæ priuatione duobus vel tribus diebus ante mortem nihil probant, ex vulg. iuris reg. non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse *l. non hoc* 4. *C. vnd. leg. l. neque natales* 10. *C. de probat.* eo magis quod testes ipsi sibimetipsis contradicunt, vt verè de illis dici possit, & non erat conueniens testimonium illorum. Primus enim testis *folio* 110. deponit solùm subscriptionem D. Ioan non fuisse visam à testibus, & audiuisse illum ante mortem adeò debilitatum, vt scribere non posset. Quomodo autem se haberet tempore testamenti, verbum nullum. Secundus verò testis Franciscus Cantelmus ab aduersa parte productus *fol.* 111. *à terg.* penitus eius destruit intentionem; deponit enim D. Ioan. coram ipso misisse accersitum Notarium, & aliquot diebus ante mortem testamentum condidisse : & idem testis super 8. *artic.* deponit ab eo vocatum Notarium, eique ad aures D. Ioan. nonnulla dixisse, ac vt illa domi scriberet iussisse, licet ipse testis postea non viderit testamentum à D. Ioan. subscribi. Ecce testis eiusdem aduersarij, qui testamentum à D. Ioan. conditum negare non potest, eúmque tempore testamenti loquela minimè priuatum aperte fatetur.

20 Quartò, quia testes actoris deponunt satis inueri similia, & proinde eorum depositiones sunt valdè suspectæ, quod enim verosimile non est, falsi habet speciem, prout latè tradit Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 85. & hinc est quod potest iudex ex causa non adhibere fidem testibus clarissimè pro aliquo deponentibus, quod summopere notandum inquit Menoch. *vbi suprà*,

prà, caſ. 90. num. 5. iuxta prudentiſſimum Adriani reſcriptum relatum à I. C. *in l. 3. §. 1. ff. de teſt.* & ibi : *Tu magis ſcire potes quanta fides habenda ſit teſtibus*, & ibi : *An ex tempore veriſimilia reſponderint*, quod in ſpecie obtinet in materia reprobationis inſtrument. ex teſtibus faciendæ; vt in propriis terminis firmat Farin. omninò videndus *de falſit. d. quæſt. 158. num. 63.* vbi generaliter limitat omnes caſus in quibus inſtrumentum reprobatur per teſtes, vt non procedant, niſi quando ſic iudici viſum fuerit; in hac enim materia multum eſt arbitrio iudicis remiſſum, conſiderantis dignitatem teſtium, & quis eorum veriſimiliora deponat; diſcretus namque iudex conſiderare debet, quidnam ſit magis veriſimile, & an teſtes deponant veroſimilia, & veritati aptiora, ex traditis per Innoc. Anton. de Butr. Lanfran. Bald. Alexand. alioſque *ibi* relatos. Quàm verò actoris atteſtationes ſint inueriſimiles euidenter patet; probare enim intendunt teſtamentum conditum à D. Ioan. de Marra vtili Domino terræ Caſtri Francorum in dicto eius oppido præſente ipſo D. Hectore, ac D. Beatrice de Marra teſtatoris ſorore, ſtipulatum à Notario ſubdito, ac ipſi D. Hectori vinculo ſpiritualis cognationis obſtricto, (eius namque filium ipſe D. Hector paucis ante diebus ex Sacr. fonte ſuſceperat, vt ex fide baptiſmatis ſub die 25. Auguſt. 1617. *fol.* 124.) non fuiſſe conditum ab ipſo D. Ioan. cum ille pluribus ante diebus ſenſibus eſſet deſtitutus : quidnam rogo inueriſimilius? quam falſitatem talem perpetrare in paruo oppido, vbi omnia innoteſcunt in perſonam domini terræ prædictæ, vbi aderat ipſe D. Hector ſucceſſor in illius terræ dominio, ac D. Beatrix ſoror, quæ ab inteſtato in burgenſaticis erat ſimul ſucceſſura, adeò vt formatum intereſſe haberet in teſtamento prædicto, ex quo illi ab inteſtato ſucceſſio auferebatur, tot teſtibus præſentibus, qui in dicto teſtamento interfuerunt, vt ex magno numero teſtium prædictorum, qui omnes teſtantur in teſtamento prædicto interfuiſſe, & ſic publicè, & palam rem adeò præiudicialem fuiſſe commiſſam.

21 Augetur ſatis inueriſimilitudo : nam actor *in* 8. *artic.* ponit ſecuta morte D. Ioan. communiter dictum fuiſſe eum mortuum ab inteſtato, nec potuiſſe condere teſtamentum, eo quod pluribus ante diebus ſenſu caruerit, & *in* 10. *artic.* addit poſt aliquot dies cum D. Antonius prætenderet legata vigore teſtamenti ſtatim publicam inſurrexiſſe famam, de falſitate teſtamenti prædicti, & ita communiter, & generaliter dictum fuiſſe, eo quod certum erat illum non potuiſſe condere teſtamentum, & iuxta poſita in his duobus articulis *dict. fol.* 108. deponunt teſtes ſignanter *folio* 119. *à terg. &* 120. *à terg.* At quonam pacto erit veroſimile id quod ponitur *in* 8. *artic.* communiter dictum fuiſſe D. Ioan. obiiſſe abſque teſtamento? ſi teſtamentum palàm ſtipulatum fuit, in quo vltra ſeptem teſtes, ac Notarium, & Iudicem; tot alij interuenerunt, quomodo tale factum in perſonam Domini illius terræ potuit eſſe adeò occultum? vt communiter in terra prædicta ignoraretur. Et ſi poſt paucos dies publica inſurrexit vox, & fama de illius falſitate, quæ generaliter omnibus innotuit, vt *in* 10. *art.* quomodo latere potuit ipſum D. Hectorem dict. terræ dominum? nec publica fama ad eum peruenire potuit; conſtat enim ex actis D. Cæſarem audito in omnibus D. Hectore per eandem Curiam Caſtri Francorum fuiſſe ritè, & rectè in poſſeſſionem immiſſum vigore teſtamenti, ac ab ipſo D. Hectore fuiſſe admiſſum ad locationem bonorum hæreditariorum *fol.* 40. *& ſeq* & poſtea iniiſſe ſimul tranſactionem eámque poſt triennium ratificaſſe, ac ſeruatam fuiſſe vſque ad annum 1629. quo tempore aſſerit ei innotuiſſe prætenſi teſtamenti falſitatem, quam etiam ad iudicium prouocatus tandiu proponere diſtulit. Hæc profectò ſunt adeò inter ſe repugnantia, & inueriſimilia, vt à circumſpectis, ac ſupremis iudicibus minimè fore admittenda, iure mihi perſuadeam.

Quintò, & tandem, actoris probationes reiiciuntur ex conuenti probationibus, cuius teſtes digniores, ac ſatis veriſimiliora deponunt, vt ex articulis *folio* 211. & depoſit. teſt. à *folio* 213. vbi plures conteſtes, inter quos Archipresbyter, & alij Presbyteri fide ſatis digni concludentiſſimè deponunt pro teſtamenti validitate, nempe D. Ioan. etiam poſt conditum teſtamentum loquela cæteriſque ſenſibus rectiſſimè vſum fuiſſe, cauſam ſcientiæ optimè reddentes quibus fides eſt adhibenda, potius quam teſtibus aduerſæ partis; ſiquidem de iure magis creditur teſtibus coadiuuantibus inſtrumentum, quàm illud reprobantibus, ita in terminis docet Farinac. *dict. q. 158. part. 2. n. 143.* qui innumeris Doctoribus id confirmat, vt propterea in conflictu teſtium coadiuuantium, & reprobantium inſtrumentum, in dubio iudicandum ſit pro inſtrumento, Innoc. & communiter Canon. *in d. cap. cum Ioan. Eremita* relati à Farinac. *num. 146.* quod procedit etiamſi reprobantes ſint plures, & coadiuuantes pauciores ex pluribus DD. *ibi latiſſimè congeſtis ſub num. 147. & ſeq.* Inſuper conuenti teſtes deponunt veriſimiliora, & proinde illis magis creditur quam deponentibus inueriſimilia, docet I. C. *in l. ob carmen 21. §. ſi teſtes, ff. de teſt.* vbi prudenter admonet iudicem, illud quidem credendum eſſe *quod naturæ negotij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpicione caret, ex teſtimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe compererit, nec ad teſtium multitudinem reſpici oportere*, ex quo Text. in terminis id tradidere Doctores cumulati à Farinac. *de teſt. q. 55. num. 128.* & *ſub num. 230.* ampliat, etiam quod teſtes veriſimiliora deponentes minores numero ſint, & hanc ampliationem ſine dubio communiter eſſe à DD. receptam. Quæ veriſimilitudo eſt adeò potens, vt teſtibus veriſimiliora deponentibus credendum potius ſit, etiam quod ſint minus digni. Ac etiam quod deponant pro actore, & contrarij pro reo. Et licet deponant ſuper negatiua, & alias eſſent inhabiles, vt latè tradit Farinac. *vbi ſuprà, in 3. 4. 5. & 6. ampl.* Quodnam igitur dubium eſſe poterit in caſu noſtro? in quo omnes regulæ, & ampliationes prædictæ ſimul pro D. Cæſare concurrunt : eius namque teſtes deponunt veriſimiliora, vt dictum eſt. Sunt etiam digniores quibus magis creditur, quam ruſticis, & pauperibus ex Farin. *vbi ſuprà, num. 114.* etiam quod contrarij ſint numero plures, ex Text. *in d. l. ob carmen, §. fin.* Bart. & aliis relatis à Farinac. *num. 118.* Inſuper deponunt pro reo, & ideò præferuntur; cum teſtibus ad fauorem rei magis credatur quam ad fauorem actoris, Farinac. *vbi ſuprà, num. 152.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 98.* vbi tradit teſtibus rei magis quàm actoris deferri, etſi aliquantulum actoris probationes excedant. Deponunt quoque ſuper affirmatiua, nempe quod teſtator loquela, aliiſque ſenſibus vigebat, & teſtes contrarij ſuper negatiua quod

22

eo

eo tempore sensibus esset destitutus. Et tandem deponunt pro causa fauorabili, nempe pro validitate testamenti, & ideo maior illis fides erit adhibenda, cum testibus deponentibus pro causa fauorabili magis credatur quam contra, vt in specie notat Farin. *vbi sup. num.* 188. *in* 14. *reg.* vbi inter causas fauorabiles expressè enumeratur testamentum, post Aret. Felin. Gabr. aliosque *ibi* adductos.

23 Ex prædictis igitur satis superque apparet transactionis iustitiam, qua D. Cæsaris iura innituntur, vndique tutam se reddere, & inconcussam, nec quicquam contrà vrgere prætensas ex aduerso probationes, quæ ex dictis facillimè diluuntur. Cum quia prius legitimè fuit præclusa via, adeò vt postea audiri non posset. Tum etiam quia ex prætextu læsionis transactio rescindi non potest. Præsertim cum tempore initæ transactionis læsio aliqua figurari non possit. Nec aliquid pars aduersa, aduersus transactionem probauerit, cum probationes in primo iudicio deductæ nullam hodie fidem faciant.

24 Ac demùm, quia etiam dictis prætensis probationibus attentis, conuenti probationes de iure essent potiores, ita vt ex omnibus simul iunctis conuenti iustitia vtique extra omnem controuersiam sit constituta.

25 Superest tandem, vt circumspectissimi Iudices memoria repetere velint, quantus in iure fauor transactioni tribuatur, (vt D. Cæsaris iuribus vndè exordium sumpsi, indè pariter finem imponam) adeò vt rectè monuerit Seraph. *decis.* 638. *num.* 5. iura adeò fauere transactionibus, vt etiam prætextu instrumentorum de nouo repertorum nolint eas rescindi, prout ex *vulg. l. sub prætextu, C. de transs.* sæpius est ponderatum, quanto minus id fieri permittent, ex dubiis testium depositionibus, quæ tot tantosque patiuntur defectus vt nullam prorsus probationem inducant? Etenim in dubio fauore dirimendarum litium, pronunciandum est transactionem rescindi non oportere, maximè si iure iurando fuerit confirmata, vt in terminis tradit Card. Mantic. *de tac. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 45. Et ex pluribus confirmat Larea *in prædicta decis.* 68. *sub num.* 22. docens in dubio pro transactione iudicandum, cuius obseruantiæ debent esse iudices proniores, maximè si (prout in casu nostro) transactio diù fuisset seruata, transactio enim, quæ pluribus annis fuit obseruata, difficilius est rescindenda, vt tradit Mantic. *vbi sup. num.* 47. tum præcipuè, cum transactio inter coniunctos (prout pariter in specie de qua agimus) inita fuit, tunc enim illius rescissio permitti non debet; natura namque transactionis, est recessus à lite, qui fauorabilis est, maximè inter personas coniunctas, Ludou. *in decis.* 186. *à num.* 5. ne odia quæ inter coniunctos ex litibus oriri solent, & ex transactione sopita, iterum suscitentur, prout *in Rot. Rom.* decisum testatur Farin. *in d. decis.* 715. *num.* 6. Cuius verba vti ad rem de qua agimus apprimè conducentia (videntur enim ad literam hanc controuersiam dirimere) libuit hic transcribere, *accedit etiam* (inquit Farin.) *ad excludendam læsionem qualitas personarum transigentium, quæ erant, & sunt consanguineæ* Menoch. *cons.* 401. *num.* 184. Dec. *d. resp.* 39 *num.* 99. *vers.* 9. *lib.* 2. *& causa ibi expressa, videlicet pro bono pacis, & causa amicabiliter viuendi, vt consanguineos decet*, vt per Hond. *cons.* 34. *num.* 46. *lib.* 2. *& demùm facit etiam obseruantia dictæ transactionis per plures annos, propter quam diffi-*

cilius rescinditur transactio Decian. *resp.* 28. *n.* 11. *lib.* 3. *cum aliis per* Card. Mant. *de tacit. & amb. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 47. *Ex quibus ita fuit decisum, &c.* quæ omnes circumstantiæ à Farinacio consideratæ in facto de quo agimus plenè concurrunt. Multo magis in casu nostro, in quo conuenti iustitia non dubia, sed quam clarissimè elucescit, pro transactionis obseruantia erit pronunciandum, prout à Supremis Dominis absque vlla hæsitatione iudicandum iure speratur.

Cætera de more suppleant, Supremi Senatus doctrina, atque integritas.

NOVISSIMÆ IVRIS ET FACTI Allegationes, PRO D. Cæsare de Marra.

De Scacciau. Act.

DE EADEM RE.

IN allegationibus pro D. Cæsare de Marra editis, satis superque (vt arbitror) illius iura fuerunt comprobata, superest solùm vt, quæ ex aduerso afferuntur, quàm breuissimè diluantur, ex quorum resolutione clientis iustitia euidentius innotescet.

Duo itaque supponit aduersarius, in facto 26
vnum, in iure alterum. Quibus notoriam D. Cæsaris iustitiam in dubium reuocare conatur. Primum illius assumptum est, transactionem in anno 1617. initam inter D. Hectorem de Marra, ac D. Antonium, D. Cæsaris patrem, & legitimum administratorem, non fuisse interpositam super validitate, vel nullitate testamenti qu. D. Ioann. de Marra, sed tantum super oneribus in illius hæreditate existentibus. Alterum verò quod ex facto prædicto, de iure deducit, est transactionem ipsam detecta postea nullitate, siue falsitate testamenti, & sic nulla existente causa transactionis, de iure non subsistere, & proinde teneri D. Cæsarem domum, quam ex causa præfatæ transactionis recepit, vnà cum fructibus relaxare.

Hæc verò, & quæ pro illorum confirmatione 27
adducuntur, nihil planè in contrarium vrgere, ex infra dicendis patebit. Non enim in facto procedit primum aduersæ partis assumptum, & consequenter secundum in iure etiam facillimè corruet. Siquidem gratis aduersarius assumit, transigentes supposuisse testamentum validum, & solemne, ac solùm super oneribus hæreditariis transegisse. Id namque, & liti prius vertenti in Sacr. Cons. ac transactioni postea subsecutæ apertè repugnat Hoc enim controuertebatur in Sacr. Cons. an testamentum D. Io. de Marra iure subsisteret? Affirmabat D. Antonius D. Cæsaris filij legitimus administrator. Negabat D. Hector D. Antoniæ matris donatarius; vterque in possessione conseruari nitebatur, hic ab intestato, ille verò ex testamento; ambo decretum immissionis procurarunt, nimirum D. Hector mediante decreto Præambuli ab intestato, *fol.* 31. D. Cæsar vigore decreti viso testamento, *fol.* 17. Petiit hic in Sacr. Cons. conseruari in possessione bonorum in testamento relictorum, vt ex supplicatione

fol.1. Oppoſuit ille vti hæres ab inteſtato, non moleſtari, ſed conſeruari in poſſeſſione hæreditatis ab inteſtato, vt ex comparitione *fol.37.* Quibus hinc inde in iudicio deductis ſubſecuta fuit tranſactio, in qua D. Hector aſſerit illius matrem eſſe hæredem ab inteſtato D. Ioannis, vt ex inſtrumento dictæ tranſactionis in principio *fol.78.* Sed quid obſecro teſtamenti validitati de diametro magis opponitur? quam hæreditatis aditio ab inteſtato, quandiù enim poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, ab inteſtato non defertur, vt ad literam Vulp. docet *in vulg. l. quandiù 39. ff. de acq. her.* cui adſtipulatur Paul. *in l. quandiù 90. ff. de reg. iur.* docens quandiù poſſit valere teſtamentum, legitimum hæredem non admitti. Aſſeritur deinde in tranſactione, *D. Antonium nomine prædicto habere nonnullas prætentiones ſuper hæreditate & bonis prædictis, & è contra D. Hector dum manet in pacifica poſſeſſione vti hæres vniuerſalis ab inteſtato mediante perſona dicta eius matris prætendit ad dictum D. Cæſarem nullum ius, competere*, vt legitur *fol.78. in fin. & à terg.* quibus verbis teſtamenti validitas quam clariſſimè excludebatur, ſuppoſita enim teſtamenti validitate, nec D. Hector matrem hæredem ab inteſtato aſſerere poterat, nec prætendere ad D. Cæſarem nullum ius competere, quippe qui in teſtamento prædicto apertiſſimè vocabatur. Redditur poſtea cauſa, & ratio tranſigendi, ibi. *Et deſiderantes inter eos quietè agere, & pertranſire, vt inter conſanguineos decet, pro euitandis litibus prædictis, & aliis debitè euitandis.* d. *fol. 78. à terg.* quæ ratio pro euitandis litibus, vt inter conſanguineos decet, ſemel atque iterum in ipſa tranſactione repetitur, vt proinde planè non percipiam quanam ratione aduerſarius alioquin eruditiſſimus tranſactionem reſcindendam eſſe contendat vti ſine cauſa, iuxta *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de cond. ſi cau.* Id enim directè contradicit Pauli reſponſo *in l. in ſumma 45. ff. de cond. indeb.* ibi. *Nam ſi lis fuerit, hoc ipſum quod à lite diſceditur, cauſa videtur eſſe.* Et in prioribus allegationibus latè probatum fuit, nedum litis motæ exiſtentiam, verùm etiam futuræ litis timorem, ſolamque ſuſpicionem ad tranſactionis validitatem ſufficere, ac ceſſare conditionem indebiti, & ſine cauſa, ex apertiſſimo Imperiali reſcripto *in l. nec intentio 23. Cod. de cond. indeb.* ibi, *nam cum iam quæſtionem tranſactione deciſam proponas, indebiti ſoluti prætextu improbè tibi petitionem deſerni poſtulas.* Imò tranſactionis vis tanta eſt ad conditionem indebiti, vel ſine cauſa excludendam, vt quoties repetitio ex conditione prædicta à iure conceditur, ſub ea conditione id ſtatuatur, dummodo promiſſio non fuerit ex cauſa tranſactionis, prout in promptu occurrunt geminæ Imperiales deciſiones, *in l. ſi non tranſactionis cauſa 6. C. de iur. & fac. igno.* ac *in l. ſi citra vllam tranſactionem 2. C. de cond. ind.* in quibus obſeruare licet Imperatores concedentes repetitionem ex conditione indebiti, vel ſine cauſa ſub expreſſa conditione id reſcripſiſſe, dummodo tranſactio non interceſſerit.

28

29 Et in iiſdem terminis ab aduerſario prætenſis, nempe quando nullum eſſet conditum teſtamentum, vel illud non eſſet ſolemne, ex ſubſecuta tranſactione omnem prorſus denegari repetitionem conſtat ex Imperiali reſcripto *in l. ſi veritas 23. C. de fideicomm.* qui Text. *iuncta* Gloſſ. ad literam aduerſæ partis prætentionem excludit, ibi enim expreſsè legitur. *Si veritas, vel ſolemnitas iuris deeſt*, explicat ibi Gloſſ. *ſi veritas quia non condidit defunctus teſtamentum. Solemnitas, quia condidit minus ſolemne.* Prout vtrumque autumat aduerſarius? Vel D. Io. non condidiſſe teſtamentum, vel ſaltim non ſolemne, vt ex gemina illius ſupplicatione *fol.61. & 95.* & tamen ſtatuitur ab Imperatore, ſi negotium integrum eſſet, dummodo non fuerit ſecuta legati traditio, nec tranſactio, hæredem ad ſolutionem vrgeri non poſſe. Cum itaque in facto de quo agimus negotium integrum non ſit, ſed vtrumque interuenerit, nimirum legati ſolutio, ac tranſactio, erit proculdubio aduerſarius à petita tranſactionis reſciſſione, ac ſoluti repetitione excludendus.

Vt autem id euidentius innoteſcat, diſtinguendi erunt termini prætenſæ nullitatis teſtamenti, ab aſſerta illius falſitate, quos ſimul aduerſarius vnire conatur, dum parùm ſibi conſtans vnam atque alteram porrexit ſupplicationem, in prima enim ſupplicatione ſub die 10. Iul. 1628. *fol.61.* exponit ob nullitatem, & inualiditatem teſtamenti tranſactionem remanere ſine cauſa. In altera verò ſub die 20. Iun. 1629. *fol.95.* inſtat declarari D. Io. obiiſſe ab inteſtato, nulla habita ratione prætenſi teſtamenti tanquam ab eo non facti. Et in vtriſque terminis oſtendam tranſactionis reſciſſioni, ac ſoluti repetitioni non eſſe locum. 30

Prætenſa enim teſtamenti nullitas ex defectu ſolemnitatis, quatenus adeſſet (quod negatur) etiam circumſcripta tranſactione, nullo pacto ſoluti repetitionem concedere poſſet, prout expreſsè ſancitum legimus ab Imperatore, *in l. & ſi inutiliter 2. C. de fide.* vbi habetur ſoluentem legatum relictum in minus ſolemni voluntate ſolutum non repetere, quod pariter Imperatores reſcripſere *in l. non dubium 16. C. de teſtamen.* vbi ad literam legitur. *Illud etiam adijciendum eſt, vt qui ex teſtamento, vel ab inteſtato hæres extiterit, etſi voluntas defuncti circa legata, vel fideicommiſſa, ſeu libertates legibus non ſit ſubnixa, tamen ſi ſua ſponte agnouerit, implendi eam neceſſitatem habeat.* Cum igitur D. Hector defuncti voluntatem agnoſcens, ex cauſa legati in teſtamento qu. D. Io. D. Cæſari legatario domum in actis deductam inſolutum dederit, quicquid ſit de teſtamenti ſolemnitate, etſi defuncti voluntas legibus non eſſet ſubnixa, legati tamen iam diù ſoluti ſibi repetitionem concedi, contra apertiſſima Imperatorum reſcripta fruſtra conatur. 31

Eo magis quod idem D. Hector non ſemel, ſed ſæpius ex pluribus geminatis actibus teſtamentum prædictum approbauerat, vt patet ex inſtrumento locationis feudi Baiani ſimul factæ tam à D. Hectore, quàm à D. Antonio in executionem teſtamenti dict. qu. D. Io. *fol.40. & ſeq.* Item ex declaratione facta ab eodem D. Hectore inſolutione onerum hæreditariorum pro medietate, *Ex quo altera medietas ad* D. Antonium *vigore legati facti à quon. D. Io. de Marra*, vt legitur *fol.330.* Prout etiam conſtat ex mandato facto à D. Hectore pro conſignatione frumenti ſpectantis ad D. Antonium pro ſua rata vigore legati prædicti *fol.331.* Necnon legitur approbatio dicti teſtamenti in inſtantia facta in S. C. ab ipſo D. Hectore *fol.42.* vbi opponit nullum ius competere ad D. Cæſarem ſuper domibus in actis deductis, tanquam legatis ipſi D. Hectori in teſtamento dicti qu. D. Ioan. prout verè eidem legatæ fuerant, vt proinde ſtante approbatione teſtamenti ex tot geminatis actibus reſultante, fruſtra hodie ex defectu ſolemnitatis, de ſoluti repetitione contendatur. 32

Et quamvis aduerſarius in contrarium afferat textum, 33

textum,quem ſingularem appellat *in l. ſi poſt diuiſionem 4. C. de iur. & fac. ign.* vbi ſi poſt diuiſionem factam, teſtamenti vitium in lucem emerſerit, ſi oſtendatur teſtamentum, vel fide veri deficere, vel iuris ratione ſtare non poſſe, ſolidam ſucceſſionem hæres legitimus obtinebit.

34 Non tamen ex eo D. Cæſaris iuſtitia obumbrari poteſt, ſiquidem (prout rectè aduertit *ibi* Gloſ. quam ibi ſequuntur Bart. Bald. Paul. Iaſ. & alij communiter) Text. ille procedit, quoties diuiſio facta eſt extra iudicium, ſecus ſi cum iudice alioquin pugnaret cum Pauli reſponſo *in l. cum putarem 37. ff. fam. erciſc.* vbi I. C. reſpondit, *qui ex aſſe hæres erat ſi cum putaret ſe Titium cohæredem habere, ſuſceperit cum eo familiæ erciſcundæ iudicium, & condemnationibus factis pecuniam ſoluerit, quoniam ex cauſa iudicati ſoluit repetere non poteſt*, & Gloſſ. *in verb. iudicati aduertit, ſecus ſi non interueniſſet ſententia, vt in l. ſi poſt diuiſionem, C. de iur. & fac. ign.* prout etiam eadem, Gloſſ. *ibi in verbo condemnatum* opponit de Text. *in d. l. ſi poſt diuiſionem*, & ſoluit, quod *ibi ſine iudice facta fuit*, quæ Gloſæ diſtinctio ab eodem *I. C. in d. l. cum putarem*, apertiſſimè inſinuatur, licet enim in principio illius Text. repetitio denegetur, quoniam ex cauſa iudicati ſoluit, in fine tamen eiuſdem legis conceditur, quando diuiſio ſine iudice facta eſſet, ibi. *Planè ſi ſine iudice diuiſerint res, etiam condictio eſt earum rerum, quæ ei ceſſerint, quem cohæredem eſſe putauerint.* In caſu verò de quo agimus quamvis domus in actis deducta, non fuerit tradita ex cauſa iudicati, fuit tamen inſolutum data ex cauſa præcedentis tranſactionis tribus retrò annis legitimè interpoſitæ, vt ex inſtrumento tranſactionis ſub die 10. Decembris 1617. *fol.*47. in cuius executionem fuit poſtea inſolutum tradita domus prædicta, ſub die 9. Aprilis 1620. *fol.*48. In iure verò ſatis eſt exploratum, rem iudicatam, & tranſactionem æquiparari, *vt in l. vn. C. de err. calc.* non enim minorem authoritatem tranſactionum, quàm rerum iudicatarum eſſe conſtat ex imperiali reſcripto, *in l. non minorem 20. C. de tranſact.* ita vt ſtante legati ſatisfactione ex cauſa ſubſecutæ tranſactionis, quælibet controuerſia de teſtamenti ſolemnitate ſit prorſus impertinens.

35 Quo verò ad prætenſam teſtamenti falſitatem, in qua aduerſarius, Achillem conſtituere videtur, operæ pretium duxi aliquantiſper in hoc immorari, vt aſſertæ huius falſitatis obiectum funditus eradicetur.

36 Affertur igitur ex aduerſo Text. *in l. ſi ex falſis pœn. C. de tranſ.* & *in l. 1. & 2. C. ſi ex falſ. inſtr.* in quibus tranſactio, & ſententia ex falſis inſtrumentis interpoſitæ, conſtito de illorum falſitate retractantur, in facto verò probare conatur prætenſam falſitatem teſtamenti qu. D. Io. de Marra ex plurium teſtium depoſitionibus, quibus cumulat inquiſitionem Notarij de falſo, ac ipſius D. Antonij, ex quibus prætendit vtpote iam conſtito de falſitate teſtamenti, tranſactionem ex eo ſubſecutam retractari.

37 Meæ verò partes erunt oſtendere hoc vltimum partis aſſumptum, neque in iure, neque in facto procedere, non (inquam) de iure prætendere poteſt ſoluti repetitionem reſciſſa tranſactione tamquam interpoſita ex falſis inſtrumentis. Quamvis enim Imperator in præcitata *l. ſi ex falſis* tranſactionem ex falſis inſtrumentis initam retractari præcipiat. Id tamen locum ſibi vendicat petita in integrum reſtitutione aduerſus tranſactionem prædictam, vt expreſsè aduertit Gloſſ. *in d. l. ſi ex falſis in verb. præcipimus*, & *in d. l. 2. in verbo auduntur, C. ſi ex falſ. inſtr. ac in l qui agnitis in verbo præſcriptionem, ff. de excep.* & cum Gloſ. docet communis DD. ſchola non aliter tranſactionem reſcindi poſſe, niſi petatur prius in integrum reſtitutio aduerſus tranſactionem, idque infra quadriennium iuxta Text. *in l. fin. C. de temp. in int. reſt.* prout de communi teſtatur Iaſ. *in d. l. ſi ex falſis, num.6.* ac pariter de communi, & magis communi teſtantur Caſtr. Imol. Socc. Iac. Curt. Boſſ. Vant. & alij quos longa ſerie recenſet. Sfort. Odd. *de reſt. in int. quæſt.77. art.4. à num.17. & quæſt.78. art.5. num.40.* Cum itaque in facto non fuerit petita in integrum reſtitutio aduerſus tranſactionem, nec tempora reſtitutionis petendæ largiantur, nedum enim quadriennium, ſed etiam decennium elapſum fuit à die tranſactionis interpoſitæ, quæ inita fuit in anno 1617. *fol.*78. & aſſerta teſtamenti falſitas non fuit oppoſita, niſi in anno 1629. poſt annos 12. *fol.*95. fruſtra hodie nulla præuia reſtitutione infra legitima tempora petita, tranſactionem in actis deductam retractari contendit.

Nec pariter in facto ſubſiſtit aduerſarij aſſum- 38
ptum. Siquidem gratis ſupponit conſtare de teſtamenti falſitate, quod tamen (pace illius dixerim) à vero longè eſt alienum.

Habet namque D. Cæſar intentionem plenè fundatam. Conſtat enim de teſtamento D. Io. de Marra ex publico inſtrumento, quod in ſui forma extrinſeca omnes habet qualitates, & ſolemnitates neceſſarias, & in dubio præſumitur pro inſtrumento, quod ſit validum, & ſolemne, prout latè probant poſt antiquiores, Surd. *conſ.414. num.20. vol.3.* & Altograd. *conſ.50. n.12.* quod planè docuit Imper. *in d. l. ſi poſt diuiſ.4. C. de iur. & fac. igno.* ibi, *Oſtende igitur teſtamentum vel fide veri deficere, vel iuris ratione ſtare non poſſe.* Ex quibus verbis Gloſſ. *ibi in verbo non poſſe.* expreſsè id aduertit dicens. *Et ſic nota quod ſtatur teſtamento, & præſumitur ſolemne donec contra probetur.* Plenè namque probatur teſtamentum ex publica ſcriptura inſtrumenti, quod propriis nititur viribus, de ſe facit plenam fidem, & clarè probat teſtamentum abſque aliquo teſtium examine, vt poſt Gloſſ. & DD. *in l. hæredes palam, ff. de teſta. alioſque relatos à* Card. Mant. *de coniect. lib.2. tit.12. num.2.* tradunt Surd. *d. conſ.414. n.21.* & Altograd. *d. conſ.50. n.7. & ſeq.* Vbi latè probat inſtrumentum inducere probationem manifeſtam, liquidam, notoriam, & diſceptatione fori non egentem, ac probare omnia in eo contenta vera eſſe, ac de voluntate partium, & ſolemniter celebrata, ex pluribus ibi adductis.

Quæ iuris præſumptio cum transferat onus 39
probandi in aduerſarium, fortiores vtique ab eo requiruntur probationes, contra quem vrget præſumptio, prout poſt Gloſſ. & Doctores *in leg. tranſact. C. de tranſact.* in propriis terminis reprobationis teſtamenti tradit Surdus *vbi ſuprà, num.40.* Inſtrumentum enim habet pro ſe vrgentem iuris præſumptionem, niſi contrarium concludentiſſimè probetur, prout tradunt Roland. Rot. Roman. Farinac. Burſat. & alij relati ab Altogr. *ibidem, num.112. cum plur. ſeq.* latè probans nedum inſtrumentum habere pro ſe præſumptionem, ſed etiam eſſe omninò veriſimile Notarium non ſcripſiſſe, niſi veritatem, & propterea fortiores probationes ad impugnationem

requiri, nec ad reprobationem ſufficere probationes veriſimiles, & præſumptiuas, ſed requiri claras, neceſſarias, & plenè concludentes. Vbi enim agitur de falſitate, probatio debet eſſe ſi quando aliàs concludentiſſima, & ita ſtringens ne poſſit res aliter ſe habere, vt poſt Bald. Gram. Becc. & alios *in puncto tradit.* Surd. *in ſæpius citat. conſ.* 414. *n.* 84. prout enim in prioribus allegationibus dictum fuit. Probationes reprobatoriæ inſtrumenti debent eſſe manifeſtiſſimæ in ſuperlatiuo gradu, ex latè traditis à Farinac. *de falſit. q.* 158.

40 Hinc eſt, quod teſtes deponentes ad reprobationem inſtrumenti debent neceſſariò, & concludenter deponere contrarium eius, quod in inſtrumento continetur, alias ſuſtinetur inſtrumentum, quod debet quacunque interpretatione iuuari, vt poſt Bart. Bald. Imol. Ang. Caſtrenſ. Menoch. & alios tradit Surd. *vbi ſuprà, num.* 33. Cum ad hunc effectum probationes debeant concludere per neceſſe, non autem à poſſibili, aut contingenti; dubia enim, & æquiuoca probatio nihil concludit ed reprobandum inſtrumentum, imò dubia probatio interpretanda eſt contra partem eam inducentem, maximè ad fauorem teſtamenti, pro quo omnis fit poſſibilis interpretatio, prout ex Rot. Auenion. Burſat. Bertazol. Surd. Innocent. Farin. aliiſque pluribus abundè relatis tradit Altograd. omninò videndus *in præcit. conſil.* 50. *à num.* 65. *& ſeq.* latè probans inſtrumentum teſtamenti non reprobari, niſi per claras, & omninò concludentes probationes, ita vt quando probationes ſunt dubiæ, inſtrumentum non reddatur ſuſpectum, nec fidem amittat ex ibi adductis.

41 Hinc etiam eſt, quod certiſſima eſt iuris concluſio, non reprobari inſtrumentum teſtamenti, ex teſtibus examinatis, qui non ſint omni exceptione maiores, prout poſt Farinac. alioſque adductos in prioribus allegationibus plures Doctores cumulat Altograd. *vbi ſuprà, n.* 122. *&* 135. vbi tradit quando agitur de reprobando inſtrumento, quemlibet vel minimum defectum, vel leuiſſimam exceptionem ſufficere ad repellendos teſtes reprobatorios inſtrumenti ex Bald. Menoch. Grammat. Maſcard. aliiſque *ibi* adductis.

42 Quæ ſi vera ſunt, prout ſunt veriſſima, porrò clientis iura in tuto ſunt collocata. Siquidem cum is publico inſtrumento teſtamenti innitatur, aduerſus illud vel actor nullas affert probationes, vel ſaltim non concludentes, neque omni exceptione maiores, vel tandem actoris probationes teſtamenti reprobatoriæ, conuenti probationibus teſtamentum coadiuuantibus cedere debent.

43 Primum nempe actorem nullas habere probationes (ne dicta in prioribus allegationibus repetam) latè in illis probatum fuit, ex ibi adductis, & ſignanter ex decreto S.C. quo mediante nulla habita ratione proceſſus nulliter compilati cum D. Antonio patre, ipſo D. Cæſare iam pubere non audito, iterum fuit datus terminus in cauſa, & prouiſum, quod infra octo dies partes deducant incumbentia, vt ex decreto ſub die 19. Nouembris 1642. *fol.* 321. *à terg.* Cumque prædictum S. C. decretum iam tranſierit in rem iudicatam, & aduerſarius de nouo proceſſum compilauerit, in quo nouo termino nec vllos teſtes produxit, nec aliquid probauit: vtique ſuccedit vulg. iuris regula, vt actore non probante reus abſoluatur, ex *l. qui accuſare* 4. *C. de edendo.*

Secundum verò nimirum aſſertas actoris pro- 44
bationes (quatenus adeſſent, quod negatur) non eſſe concludentes, neque omni exceptione maiores, ſatis pariter conſtat ex latè deductis in prædictis allegationibus, ex quibus patet prætenſos teſtes ex aduerſo adductos plures pati defectus, & exceptiones, ac nihil concludenter deponere. Signanter ex eo, quia prout actor poſuit *in* 7. *art. fol.* 108. ſic illius teſtes deponunt ſuper *art.* 8. *fol.* 113. D. Ioan. obiiſſe die 7. Septembris, & triduo ante mortem eum ſenſibus caruiſſe; cum tamen teſtamentum ſub die 2. eiuſdem menſis fuerit ſtipulatum, & ſic non trium, ſed quinque dierum ſpatio teſtatoris mortem præceſſerit, vt proinde actoris aſſertæ probationes ad teſtamenti reprobationem nihil prorſus concludant.

Tertium, & vltimum hoc eſt, actoris prætenſas probationes cedere probationibus rei pluribus ex cauſis, nimirum, & quia huius teſtes ſunt digniores, deponunt veriſimiliora, fuerunt præuia maxima diſcuſſione, ac ſolennitate recepti, deponunt pro reo, pro cauſa fauorabili, ſuper affirmatiua, ad concomitantiam publicæ ſcripturæ, aliiſque de cauſis, latiſſimè in prædictis allegationibus fuit comprobatum, vt ſuperfluum, ac inutile cenſeam ibi adducta repetere. 45

Eo magis, quod prætenſæ actoris probationes 46
nedum eliduntur ex contrariis, ac dignioribus rei probationibus, verùm etiam, quia falſitatis arguuntur ex publicis ſcripturis in actis deductis, vt proinde illis nulla prorſus fides ſit adhibenda. Actor enim ad teſtamenti fidē labefactandam, ne veriſimile videretur legatum à teſtatore D. Cæſari relictum, poſuit in eius articulis *d. fol.* 108. prout ipſius teſtes depoſuere, D. Ioan. teſtatorem perpetuo, ac capitali odio ſemper inſecutum fuiſſe ipſum D. Antonium D. Cæſaris patrem, ac vniuerſam illius domum. Hoc autem repugnat 47
veritati, & ſcripturis in proceſſu apparentibus, ſiquidem patet D. Ioan. biennio ante mortem ex Sacr. fonte leuaſſe ipſum D. Cæſarem, vt proinde illi eſſet duplici vinculo cognationis aſtrictus, vt ex fide baptiſmatis ſub die 22. Mart. 1615. *fol.* 16. Item ex generali mandato ad omnes lites facto à D. Ioan. in perſonam ipſius D. Antonij, *fol.* 328. quod vtique non capitale odium, ſed maximam denotat confidentiam. Prout etiam patet ex gratia facta à D. Ioan. triduo ante mortem Franciſco Auriliæ ad inſtantiam D. Lucretiæ de Ruſſis vxoris D. Antonij ſub die 4. Septembris 1617. in qua vti teſtis ſubſcripſit idem D. Hector aduerſarius *fol.* 125.

Ex quo etiam apparet quanta fides iiſdem te- 48
ſtibus ſit adhibenda, deponunt enim D. Ioan. pluribus diebus ante clauſuram teſtamenti ſcribere non valuiſſe, adeò vt non poſſet ſe ſubſcribere memoriali præſtito à Franciſco Aurilia, & ideò mandauerit Franciſco Antonio Ricchæ, vt ſcriberet de eius ordine, vt ex depoſitione An- 49
tonij Ciardulli, ſuper 5. *artic. fol.* 114. at ex prædicto memoriali in actis exhibito apparet id geſtum fuiſſe ſub die 4. Septembris, & ſic biduo poſt teſtamentum, quod clauſum fuerat die 2. & non pluribus diebus ante teſtamenti clauſuram, vt teſtes actoris deponunt. Et ſi de iure teſtis falſus in vno, præſumitur falſus in omnibus ex latiſſimè adductis per Gizzarel. *in dec.* 86. Supremi, ac circumſpectiſſimi Domini diiudicent quanta fides de prædictis teſtibus ſit adhibenda, quos in in pluribus conſtat à veritate deuiare.

Reliquum eſt ſatisfacere doctrinæ ex aduerſo allatæ, nempe magis credi teſtibus inſtrumentariis

riis quam aliis, cum illi videantur à contrahentibus approbati.

50 Id verò facili negotio resoluitur. Firmiter asseuerando nedum actoris testes vti testamentarios non præferri, verùm etiam illos, quia testamento subscripserunt, deponentes postea contra testamentum nihil planè probare, nec fidem aliquam iisdem adhiberi posse. De iure enim testes subscribentes testamento videntur tunc tacitè deposuisse iuxta contenta in ipso testamento, & functi videntur eorum officio, prout ex Text. *in l. si non speciali* 19. *Cod. de test.* post Castrens. & Salyc. ibi tradunt Surd. *d. cons.* 414. *n.* 77. *& seq.* & Altograd. *d. cons.* 50. *n.* 30. Nec post tacitam illam depositionem pro testamento, possunt deponere contra testamentum, alioquin nullam merentur fidem, & se ipsos notare videntur, propriam allegantes turpitudinem, vt in propriis terminis singulariter tradit Boss. *in tit. de falsis, n.* 11. quem sequitur, & latè comprobat Surd. omninò videndus *vbi suprà, num.* 76. *& seq.* cui adstipulatur Altogr. *qui plures refert à n.* 90. *& plur. seq.* & signanter duas Rot. Rom. decisiones, quibus asserit canonizari Boss. & Surd. *in locis supr. cit.* quod etiam latè comprobat Capyc. *in decis.* 192. *num.* 5. vbi ex Bart. Bald. & Alex. probat *testem qui se subscripsit instrumento, non posse postea deponere contra instrumentum, nisi probet se deceptum, & inductum ad subscribendum*, addens ex Aretin. Imol. & Felin. *subscriptionem testis præferri depositioni contrariæ etiam iuratæ, & iudiciali postea factæ*, quod Sacr. nostri Cons. authoritate comprobatur, dum ex prædictis S. C. pro testamenti validitate iudicauit, vt testatur Capyc. *in fine, decis. prædictæ.* Cumque asserti testes nedum rogati in testamento adhiberi passi sint, sed illi subscripserint, illúdque signauerint, ac tempore aperturæ interfuerint recognitioni eorum subscriptionis declarando nullum dolum, vel malitiam, maculam, aut vitium interueniss̄e, vel quomodolibet fuisse commissum, vt expressè legitur in testamento prædicto *fol.* 12. quonam pacto contra eorum tacitam depositionem, subscriptionem, & declarationem, testamenti fidem euertere poterunt? propriam allegantes turpitudinem, vt supra est ponderatum.

51 Et quamvis asserat testes instrumentarios vti à contrahentibus approbatos reprobari non posse, facillimè respondetur. Nam quicquid sit de hac opinione, quæ suos etiam habet contradictores, vt patet ex traditis ab Altograd. *d. consil.* 50. *n.* 124. & à Surd. *dict. cons.* 414. *num.* 93. id tamen locum sibi vendicat quando testes reprobarentur ex causa antiqua, quæ aderat tempore instrumenti, secus si noua causa superueniss̄et; tunc enim eos reprobari posse nemo est qui dubitet, vt in puncto inquit Surd. *vbi suprà*, & receptissimam esse omnium distinctionem constat ex traditis ab Altograd. *d. num.* 124. *& seq.* qui ex Farin. & aliis Doctores *ab eo relatis, num.* 126. tradit sufficere si antequam deponerent, partem allocuti fuere, ex allocutione enim partis, & affectione ad eandem releuans resultat exceptio, ex ibi adductis. At in facto nedum adest allocutio partis, sed plurimæ interuenerunt seductiones, & machinationes pluribus annis studiosè excogitatæ, querelæ, & carceris metus, vt inferius ostendetur. Item superuenit noua causa, nempe, quia vassalli, ac familiares D. Hectoris in cuius obsequio pluribus annis steterunt, quæ tempore testamenti non aderat. Prout etiam noua causa est eorum contrarietas, & mendacium, contradicentes publicis scripturis, ac tacitæ eorum depositioni factæ pro testamento, vt supra ponderatum fuit, quæ causa sola sufficeret ad illorum reprobationem, vt in terminis tradit, Surd. *vbi suprà.*

Nec tamen omiserim non rectè (ni fallor) ab 52
aduersario etiam attentis eius prætensis probationibus, prætendi posse transactionis rescissionem vtpote initæ ex falsis instrumentis iuxta Text. ab eo adductum *in d. l. si ex falsis*: siquidem illæ potius concernunt testamenti inualiditatem quam falsitatem; iidem enim testes ex aduerso producti non negant verè interfuisse stipulationi, & clausuræ testamenti, ac de ordine D. Ioan. testatoris accersitum Notarium, eumque ad aures allocutum, ac de illius mandato Notarium testamentum scripsisse, vt signanter deponit secundus testis aduersarij super 7. & 8. *art. fol.* 111. Quamvis verò addat non vidisse postea testamentum à testatore subscribi, id planè respicit solennitatem, non veritatem. Cuius solennitatis defectus (quatenus adesset) nihil transactioni legitimè interpositæ aduersari posset, vt supra late probatum fuit.

Eo magis, quod licet actoris testes dicant non 53
vidisse testamentum subscribi, non tamen addunt clausulam, & fieri non potuisse, quin illi vidissent, at de iure certum est testes reprobatorios testamenti, deponentes absque illa clausula. Et fieri non potuisse, &c. nihil probare, prout post Bart. Mascard. Farinac. Boss. Herculan. aliosque innumeros tradit Altogr. *in consil.* 50. *à num.* 107. Quod dictum sit ex abundanti; testatoris enim subscriptio pleniss̄imè, & concludentissimè probata est à D. Antonio super 1. & 3. *art. fol.* 213. Vt proinde ex depositionibus ipsorum testium omni exceptione maiorum, res sit clara, & indubitata. Si tamen aliquod posset esse dubium (quod negatur) in dubio iudex non debet arbitrari, nisi in fauorem testamenti, vt ex Alex. Rom. Cephal. Ias. Bart. Dec. & Rolan. in terminis tradit Surd. *in prædicto cons.* 414. *n.* 101.

Nec magis aduersæ parti suffragantur men- 54
dicatæ quædam, & affectatæ falsi inquisitiones. Prætensæ enim inquisitio contra Notarium de falsitate testamenti prædicti instituta post decennium ab eodem D. Hectore, qui post querelam in M. C. in anno 1627. ad illius curiam Castrifrancorum eum remitti curauit, *fol.* 243. ac metu carceris vltra solitam subiectionem, & reuerentialem metum vassalli erga Baronem, extorsit ab eo depositionem, quod testatoris subscriptio à testibus visa non fuerit. Hæc autem industria, & machinatio qua vsus fuit D. Hector, vt Notarium vassallum metu carceris compelleret ad sic deponendum, magnum robur addit fidibus præsentatis à D. Antonio à *fol.* 148. ac testium depositionibus super 7. 8. & 9. *art. fol.* 211. ex quibus constat de variis seductionibus, & machinationibus spatio plurium annorum tam contra Notarium, quàm contra testes, vt proinde mendicatæ, & procuratæ depositiones nihil fidei valeant obtinere.

Quo vero ad assertam inquisitionem contra 55
D. Antonium, non est elaborandum; illa namque sponte ruit. Nedum enim constat de illius innocentia ex decreto absolutorio, verùm etiam nec nomen inquisitionis meretur, dum iussum fuit deleri titulum prætensæ inquisitionis prædictæ, vt ex decreto *fol.* 260.

Corruentibus igitur omnibus ex aduerso ad- 56
ductis, satis superque patet de asserta testamenti

falsitate, quam aduersarius comminiscitur, non constare, & ideo nos versari extra terminos Text. *in d. l si ex falsis*, ab aduersario adductos, & consequenter cessante prætensa falsitate, quæ sola transactionis rescissionem producere posset, transactionem in anno 1617. legitimè interpositam, validissimam remanere, atque inconcussam; insolutumque dationem domus in actis deductæ in executionem transactionis prædictæ rectissimè processisse, vt proinde actor à petita transactionis rescissione, ac soluti repetitione proculdubio sit excludendus, ac conuentus ab impetitis iustissimè sit absoluendus. Pro vt per S. C. decidendum iure speratur. Cuncta tamen Supremi Senatus censuræ subiiciens.

Hæc causa fuit primò sub patrocinio Domini mei Didaci de Andrea dignissimi Patris D. Ianuarij Pauperum Aduocati, scripsimus vna in simul; erat enim vir curiosissimus, & modernorum classem honorabat ad summum, & fateor me illius tanti viri discipulum, &c.

DISCEPT. CCCLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur, quæ disputatur.*
2 *Rationes partis contrariæ adducuntur in facto.*
3 *Instantiæ factæ pro parte Monasterij plures.*
4 *Ædificium vsque ad Cœlum extolli potest.*
5 *Seruitus, vel præscriptio, pactum, &c. impediunt ædificari vsque ad Cœlum.*
6 *Ædificare non licet vicino ad æmulationem alterius vicini.*
7 *Æmulatio in dubio non præsumitur.*
8 *Æmulatio præsumitur, fauore Religionis.*
9 *Æmulatio quibus coniecturis præsumatur.*
10 Pragm. 1. & 2. de monialibus, *sunt introductæ fauore Monialium, & quid disponant.*
11 *Vicinus ad æmulationem alterius vicini, an, & qualiter ædificet, Iudicis arbitrio remittitur.*
12 *Æmulatio partis aduersæ in casu nostro probatur euidenter.*
13 Pragm. 2. de Monialibus, *est in viridi obseruantia.*
14 *Iudex Ecclesiasticus contra laicum non potest agere pro ædificio facto ad æmulationem.*
15 Textus in cap. cum sit generale de foro competenti, *adducitur, & explicatur.*
16 *Monachus, vel Moniales, videre ex fenestris, non est de genere prohibitorum, nec actus peccaminosus.*
17 Textus in l. altius, C. de seruit, & aqu. *limitatur in impediente aspectum ad mare, vel ad Montes.*
18 *Prospectum habere per fenestras, vel per mœniana valdè differt.*
19 *Mœniana differunt à fenestris.*
20 *Vicinus cogi potest ad vendendum domum, vel fundum fauore Ecclesiæ.*
21 *Monialium Monasteria qualiter sint ædificanda, & vbi.*
22 *Vicinus inuitus, non cogitur regulariter ad vendendum.*
23 Text. in l. si quis sepulchrum, ff. de Relig. & sumptibus funerum, *adducitur ad materiam.*
24 *Socius compellitur vendere partem suam, quam habet in seruo, fauore libertatis.*
25 *Fabrica, & ornamenta Ecclesiæ pertinent ad Diuinum Cultum.*
26 Text. in l. si quis sepulchrum, *multipliciter ampliatur.*
27 *Vicinus cogitur vendere pro ampliatione Platea, vel Palatij Regij, & qualiter taxetur pretium.*
28 *Vicinus cogitur vendere, vel locare fauore Doctoris, vel Officialis habentis familiam maximam.*
29 *Domus subiecta fideicommisso, venit etiam sub dispositione* l. si quis sepulchrum, *dummodò pretium subrogetur in aliam emptionem.*
30 *Vicinus non cogitur vendere, quando non est necessitas, & an cogatur vendere partem.*
31 *Vicinus an cogatur vendere domum, quæ fuit suorum maiorum.*
32 *Ecclesia an cogatur vendere domum alteri Ecclesiæ.*
33 *Vicinus an cogatur vendere pro hospitio, & habita fide de pretio.*
34 *Vicinus potest cogi ab Ecclesia ad vendendam proprietatem domus, licèt non adsit necessitas, sed sola commoditas.*
35 *Vicinus fauore Monialium cogi potest ad obstruendas fenestras, à quibus habetur aspectus ad easdem.*
36 Portellius in dubiis Regularibus *refert casum decisum in præsenti materia.*
37 *Vicinus potest cogi à Monialibus ad vendendam seruitutem altius non tollendi.*
38 *Vicinus si domum habeat ante Monasterium fundatum, non cogitur ad obstruendas fenestras, sed cogitur ad vendendum.*
39 Amendolæ *authoritas in* addit. ad Franch. decis. 223. *adducitur, & explicatur.*
40 *Moniales qualiter possint habere fenestras ad lumen ingrediendum.*
41 *Vicinus cogitur vendere fauore Monialium, licet via sit intermedia.*
42 *Vicinus antiquior Monialibus in domo ad quid cogi possit à Monialibus.*
43 *Vicinus cogitur vendere si aspectum habuerit ad dormitorium, vel ad Chorum Monialium.*
44 *Priuilegium fauore Monialium, de quo in præsenti est in viridi obseruantia apud omnia Tribunalia.*
45 Text. in l. si quis sepulchrum, *de quo supra quid remittat in arbitrium Iudicis.*
46 *Æmulatio vicini in casu nostro euidenter probatur circa modum ædificandi.*
47 *Seruitus licèt vicino sit promissa nihil operatur circa prospectum, & quando.*
48 *Casus affertur in fortioribus terminis decisus in Sacro Consilio ad fauorem Monialium D. Romanæ.*
49 Planta *adducitur, super qua fuit decisus articulus ad fauorem Monasterij D. Romitæ.*
50 *Decretum S.C. affertur ad fauorem Monasterij D. Romanæ.*

ARGVMENTVM.

Text. in l. si quis sepulchrum, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, *quomodo, & qualiter amplietur, & limitetur, nec non, & Text.* in l. Altius, C. de seruit. & aqu. *multipliciter limitatur:*

limitatur: Pragm. 1. & 2. de Monialibus, *quid disponant fauore earundem, Sperelli* decis. 58. *impugnatur. Mœniana, & feneſtræ longè differunt inter ſe, Vicinus quando cogatur vendere domum, & quando ſeruitutem altius non tollendi, vel proſpectum non habendi fauore Monialium, & quid ſi vicini domus fuiſſet antiquior Monaſterio. Ædificare an, & qualiter præſumatur ad æmulationem, & quid ex aſpectu Monialium.*

IVRIS RESPONSVM, PRO

Venerabili Collegio SS. Immaculatæ Conceptionis propè Montem Caluarium,

CVM

Magnifico Rationale de Aleſio.

Dominus Reg. Conſil. D. Thomas Carauita Commiſſ.

Act. Mag.

Franciſcus Gallus Scribæ.

VENERABILE Collegium Virginum Eccleſiæ Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis propè Montem Caluarium huius Ciuitatis, cùm habeat feneſtras in quadam domo ſui Monaſterij cum ligneis cancellis, vbi Virgines illæ ſub habitu Eccleſiaſtico Beatæ Virginis quotidie orant, & Deo ſeruiunt canendo preces, &c. per lineam rectam ad frontem, vt ita dicam d. domus: poſſidet Magnificus Rationalis de Aleſio ſuam domum palatiatam cum feneſtris, prætendit nunc dictus de Aleſio in d. feneſtra facere mœniana, vulgò Balcone; Vndè cum menſe Aprilis præteriti cœpiſſet illud ædificare, fuit à me vti Gubernatore d. Venerabilis Collegij habitus acceſſus ad Commiſſarium generalem cauſarum eiuſdem Collegij ſcilicet D. Thomam Carauita tunc in Sacro Conſilio exiſtentem pro cauſarum expeditione more ſolito, & in aulam ingreſſus ſub memoriali, in quo factum narrabatur, petij inhibitoriam fabricatoribus, vt deſinerent à fabricando, ſub pœna, &c. quo facto intimatis fabricatoribus deſtiterunt, & procutaui acceſſum illius aulæ, vbi reſidebat Dominus Carauita, ſcilicet Illuſtris Domini Marchionis Latertiæ, in qua erant ipſemet Marchio, Conſiliarius Carauita cauſæ Commiſſarius, Conſiliar. Petronus, Conſiliar. Prato, & Conſiliar. D. Sancius de Loſſada, per quos facto acceſſu ſuper faciem loci, ita intus Monaſterium, quàm in domo d. Magnif. Rationalis, viſum fuit, quòd opponebatur, ſcilicet quòd in illa domo Monaſterij, in qua ſunt duæ feneſtræ ſolùm ad lumen ingrediendum, videbantur omnes Moniales per feneſtram d. Magnif. Rationalis, quòd multò magis ſequeretur, ſi Rationalis faceret Balconem. Tota verò ratio, qua mouebatur Rationalis, illa erat, quòd ibi habebat feneſtram per lineam rectam habentem aſpectum ad illam Monialium cameram; vndè dicebat ſe, poſſe ædificare balconem, quaſi quod idem ſit habere aſpectum per feneſtram, ac per balconem, & nulla ſit differentia inter hos modos habendi aſpectum, quod erat motiuum vnius ex Dominis in fauorem Magnif. Rationalis; pro Monialibus verò dicebatur, diuerſum eſſe modum aſpiciendi per vnum, ac per alium locum: Cumulani inſtantiam pro vendenda ſeruitute non faciendi balconem prædictum, imò ad vendendam domum, quatenus Sacro Conſilio non videretur iuſta mea prætenſio, vt Magn. Rationalis non faceret balconem prædictum; cogi, & compelli d. Magn. Rationalem ad vendendam domum eidem Monaſterio, vel ſaltem ſeruitutem non faciendi iuſto mediante pretio, factoque acceſſu prædicto, partibus auditis in S.C. die ſequenti, decretum fuit, vt in bidno audiantur partes ad producenda incumbentia. Defendendo ego partes Monaſterij pro vtraque inſtantia, imò pro triplici inſtantia. Primò ne fiat mœnianum. Secundò vt quatenus non haberet locum, quod non credebam, cogeretur ad vendendam domum. Tertiò quatenus non haberet locum prima, & ſecunda petitio, cogeretur ad vendendam ſeruitutem non faciendi balconem.

Circa primam petitionem dico, quod licet poſſit quis extollere ædificium vſque ad Cœlum ex *l. altius, C. de ſeruit. & aqu.* & notat Gayllus *lib. 2. obſeru. 69.* Capyc. Latr. *deciſ. 50.* Muta *dec. 8.* Rubeus *deciſ. Rotæ Rom. 587. 599. & 611.* Andreoli *contron. 295.* Sperellus *deciſ. 95.* etiam attenta conſuetudine Ciuitatis Neapolitanæ, quæ incipit *ſi quis habet in tit. de ſeruitutibus,* vt notat Napodanus *cum ſuis addentibus,* dummodo non ſit conſtituta ſeruitus altius non tollendi, vel præſcripta, vt notant Doctores citati, & Viuius *dec. 306. num. 7.* Pereyra *deciſ. 36.* Coſta *de retrotract. monitio 4. cap. 2. num. 16.* quod etiam procedit, ſi ædificium vicini luminibus officiatur, *l. Proculus, ff. de damno infecto.* Et ratio eſt, quia non videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur, *l. nullus videtur, ff. de regul. iuris,* Capyc. Latro cum Andreolo, vbi ſupra. Id tamen limitatur quando ædificium fieret ad æmulationem, vt in *l. opus nouum, ff. de operibus publicis, cap. Piſanis in fine de reſtit. ſpoliatorum,* Theſaur. *deciſ. 16. num. 10.* Ant. Faber *lib. 3. Codicis, tit. 24. de ſeruitutibus, & aqua definit. 5. num. 3.* Et licèt in dubio nunquam præſumatur talis æmulatio, ſed quilibet ad propriam vtilitatem ædificare præſumendus eſt, & ſic alleganti æmulationem incumbit onus probandi, Capyc. Latro, Gayllus, Coſta, Rubeus, Andreolus, & alij, vbi ſupra, Marotta *diſcept. forenſ. cap. 35.* qui agit quando ad æmulationem præſumatur ædificatio, Sperellus *deciſ. 58.*

Præſumeretur verò æmulatio ſtatim quod quis ædificat ad proſpectum alicuius Religioſi, Caualcanus *deciſ. 8. in fine, part. 4.* præſertim Monialium, Reg. Rou. *in dec. 92. num. 19.* Intelligendo tamen, ſi ædificet aliquod ædificium, ex quo paruam, vel nullam vtilitatem vicinus habet, putà ſi turrim, vulgo beluedere, ædificare vellet, vt latè Georgius de Gabedo, d. 152. Antonius

nius Gomeſius in *lib.* 46. Tauri, *num.* 6. & 9. qui dicunt, quod vbi ædificium quod fit, nocet Monaſterio, compellitur vicinus vendere ſeruitutem altiùs tollendi. Gabed. vbi ſupra & latè de materia vicini quando cogatur vendere fauore Monaſterij, videatur idem Gabedus Decij *conſ. per tot. conſ.* 105. ſecùs ſi aliud appartamentum, vel cameram efficere vellet, nam tunc quamvis ex d. appartamento aſpectus haberetur ad Monaſterium Monialium, tamen illud opus prohiberi non poſſet vicino, Salyc. Cyn. Petrus de Bellapertica, & alij *in d. l. altius*, Alex. *conſ.* 174. *num.* 4. *lib.* 2. & *conſ.* 9. *num.* 3. *lib.* 5. Reg. Rou. *in pragm.* 3. *de Monialibus*, *num.* 3. Marott. *cap.* 35. *num.* 22. & *ſeqq.* & ſic intelligitur Couarr. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 8. *verſ.* 7. cicatus in contrariam opinionem à Conſiliar. Rocco *reſp.* 18. *num.* 7. *lib.* 2. & eiuſdem deciſio, nam Campanile, de quo ibi, poterat eſſe ſine feneſtris, at verò in Regno noſtro vigore Pragmaticæ primæ, & ſecundæ de Monialibus prohibitus eſt
10 aſpectus ad Monaſteria Monialium, & ſic non poſſunt fieri aſtreca, & feneſtræ, per quas poſſit haberi talis aſpectus, & factis feneſtris, eſſent illæ claudendæ, ſed in caſu Marottæ non poterat ibi haberi aſpectus ad Monaſterium, vt ibi, quia ſi potuiſſet haberi aſpectus etiam ſi diſtantia eſſet magna, contrarium eſſet decidendum, vt benè Rouit. *deciſ.* 92. *num.* 16.

11 Quod vlterius patet, quia ſi vicinus faceret feneſtram ad æmulationem alterius vicini, vt ſupra dicebamus, non poſſet facere, vt poſt Franciſcum Marcum *deciſ.* 24. notat late Menoch. *de arbitr. caſ.* 156. *num.* 4. & *ſeq.* qui Iudicis arbitrio remittit cogitandum quando dicatur ad æmulationem fieri, concludunt tamen omnes, quod ſi vicini eſſent æmuli, vel inimici, & faciant feneſtram, ſit ſolitus facere aliquid ad alterius æmulationem, præſumeretur taliter factum, præſertim ſi ex illa apertura videret quæ fierent in domo vicini, & nullam aliam vtilitatem indè haberet, vt latè Cepolla *de ſeruit. Vrban. prædior. cap.* 29. *n.* 3. Muta *ad conſuet.* Panormit. *cap.* 29. *num.* 27. Menoch. vbi 4. *num.* 8. Surd. *conſ.* 154. *num.* 9. & *conſ.* 500. *in fine*, Burſat. *conſ.* 57. *num.* 17. late Molfeſ. *tom.* 3. *part.* 13. *quæſt.* 13. *num.* 17. Quod totum eſt in caſu noſtro, quia
12 Magnif. Rationalis de Aleſſio aliàs ſe oppoſuit Monialibus, dum annis præteritis volebant ædificare Eccleſiam, & claudere quamdam viam ex licentia eis conceſſa per Ciuitatem Neapolitanam, & ipſe ſe oppoſuit, vocando alios vicinos, complateatarios, ergo nunc, vt potè inimicus Monialium præſumitur facere balconem ad æmulationem eamdem, tantò magis quòd in d. domo habet alias feneſtras non habentes aſpectum ad Moniales, in quibus poſſet facere balcones, & ipſe non vult illos facere in aliis feneſtris, quàm in iſta, per quam haberur aſpectus ad Moniales, imò cùm in eadem domo feciſſet in alia parte illius balconem, non fuit ei prohibitum à Monialibus, quia in illo non habebatur aſpectus ad eaſdem, ſigna ſunt ergo euidentia (vltra iuris præſumptionem, de qua ſupra) quòd dictus Magnif. Rationalis non ad alium finem, niſi ad æmulationem vult ibi facere balconem; ergò omni iure ipſi denegandum eſt.

13 Secundò etiam probatur noſtra concluſio quoad primam partem ſupra aſſertam, per *Pragmaticam ſecundam de Monialibus*, per quam Potentiſſimus Noſter Rex mandat ſubditis, vt feneſtræ exiſtentes, & aſpectum habentes ad Monaſteria Monialium, de quibus aliqua vertebatur controuerſia, infra menſem claudantur, & amplius non fiant; ex qua Pragmatica duo clarè apparent; primum, quòd laici ad d. feneſtras claudendas conuenti fuerint coram Iudice laico, quòd pluries practicatur in S. C. habemus ex Præſid. de Franch. *deciſ.* 223. Capibl. *in Pragm.* 1. *num.* 186. *de Baronibus*, Reg. Tappia, *in Pragm.* 3. *de Monialibus*, vbi refert ita fuiſſe deciſum inter Moniales S. Andreæ cum Barone Galeota, Thorus *tom.* 1. *in verb. vicinus*, Nouar. *lib.* 1. *quæſt. forenſ. quæſt.* 1. Reg. Rou. *deciſ.* 92. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 157. *tom.* 2. ſed Sperell. *deciſ* 58. *part.* 1.
dixit, quòd cùm viſitaſſet Monaſterium Monia- 14
lium Sancti Pauli in Ciuitate Palmæ, & inueniſſet quemdam Smeraldum de Smeraldis in cacumine domus ſuæ ædificaſſe quoddam ſolarium, vulgo Loggia, per quod interiora clauſuræ proſpiciebantur, cumque pariter viſitaſſet idem ſolarium, præcepit eidem Smiraldo, vt in ea parte illud occluderet, qua intra Monaſterij ſepta proſpectus habebatur, de qua re cùm notitiam haberet Gubernator Ciuitatis, dicebat, quòd poſuit falcem in meſſem alienam, ob quod fuit coactus oſtendere, quòd licito iure id potuit facere, & idem teſtatur ſe feciſſe in Ciuitate Genuæ *n.* 10. Quod tamen malè dicit Sperellus quia nullum afferri poteſt ius neque canonicum, neque ciuile, per quod diſponatur poſſe cogi per Iudicem Eccleſiaſticum vicinum ſæcularem ad id faciendum, ſed à Iudice competenti, etenim allegat Sperell. Textum *in cap. cùm ſit generale de foro competenti*, 15
vbi regula, quòd Actor ſequitur forum rei, non procedat quando ſunt Iudices remiſſi in exhibenda iuſtitia perſonis Eccleſiaſticis, tam in tali caſu in fauorem Eccleſiæ introductum eſt, vt malefactores ſuos cogere poſſet coram Iudice quocumque voluerit, ſiue ſæculari, ſiue Eccleſiaſtico, præter quem caſum nullibi reperitur poſſe vicinum ſæcularem cogi ab Eccleſiaſtico ad claudendas aperturas, vel ad eas non faciendas ex illa regula, qua dicitur, quòd Actor ſequitur forum Rei, vt expreſsè habetur in *Titulo Codicis de iuriſdictione omnium Iudicum*, & *in titulo Codicis, vbi in rem actio*, & *in l. vlt. ff. de alienat. Iudic. mutand. cauſ. fact.* & *in Authent.* 2. *Clerici apud proprios Epiſcopos collat.* 6. & habetur in *cap. experientiæ tuæ* 15. *cauſa* 11. *part.* 1. *cap. ſi Clericus laicum* 5. *de competenti*: Ergo ſi vicinus ſit Clericus cogi debet per Epiſcopum, ſi laicus per Iudicem ſæcularem.

Accedit, quia videre Monachos, vel Moniales 16
non eſt de genere prohibitorum, vndè Sanctus Auguſtinus in regula ad fratres dicit (*Nec fœminas videre prohibemini, ſed ab ipſis appeti, vel appetere velle, criminoſum eſt*) Ergo talis proſpectus per ſe non eſt actus peccaminoſus, & conſequenter, vt ſic non poteſt ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum; etenim pro peccatis, & pro cauſa ſpirituali, & Eccleſiaſtica recurrendum eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum; pro cauſa verò laicali ad laicum, & per hoc Apoſtolus pro laico grauamine ſibi illato appellauit ad Cæſarem, & pro cauſa ſpirituali adiuit Principem Apoſtolorum; ergo malè Sperellus dixit pertinere ad Iudicem Eccleſiaſticum negotium, de quo agimus, ſed benè per noſtram Pragmaticam ſecundam de Monialibus prohibetur vicinis extollere ædificia, vt indè poſſit haberi aſpectus ad clauſuras Monialium, & contrarium facientes conueniuntur coram Iudice ſuo, quæ Pragmatica procedit etiam in fauorem Monachorum, & Religioſorum Reg. Rou. *dict. deciſ.* 92.

decis. 92. Gabed. *decis. 152. part. 1. & decis. 105.* Reg. Capyc. Latro *decis. 157. à n. 22. part. 2.* Consiliar. Roccus *tom. 20. resp. 18.* Molfes. *ad consuet. Neapolit. tom. 3. in tit. de seruitutibus, quæst. 14.*

Neque valet motiuum partis aduersæ quæ dicebat in aula quod pragm. loquitur de Monialibus, vnde intelligitur de professis, sed istæ conceptionis Montis Caluarij, non sunt professæ, ergo, &c.

Respondetur enim pragm. fundari in fauore Religionis, & honestatis quæ non dependet à professione, sed dependet à vita communi, quam ibi faciunt mulieres illæ sub habitu separato à laicis, inde Gabedus *d. decis. 152. num. 1.* loquitur in hac materia de Religiosis, seu Religiosæ intra proprias domos Religiosè habitantes; nam aliàs priuata persona non habet fauorem Religionis, vt possit cogere vicinum ad non tollendas altius domos suas, & aperiendas fenestras ex Couar. *56. vltim. cap. 4. num. 8.* Gabedus *num. 1.*

17 Tandem facit quod dispositio *d. l. altius, C. de seruit. & aqu.* limitatur etiam si vicinus altius tollendo impediret alteri vicino aspectum ad mare, vel ad montes per Textum *in l. fin. C. de ædificiis priuatis*, Capyc. Lat. *decis. 50.* Ganauer. *decis. 10.* licet Gyptius ad Capyc. Latr. contrarium referat decisum, scilicet illam legem finalem fuisse localem, respectu Vrbis Constantinopolitanæ, & non aliarum.

18 Neque obstat motiuum partis, quòd nulla sit differentia inter videre per fenestram, vel balconem, quasi quod idem sint inter se, quia vt benè Camillus Salerno *ad consuetudinem*, quæ incipit ædificans de seruitutibus *fol. 336. in fine, &*

19 *337. litt. A.* longè differunt mœniana à fenestris, vt patet de spatio relinquendo in fabrica mœniani, quod non requiritur in fabrica fenestræ, vt latè Cepolla *de seruitut. Vrban. cap. 61. num. 3.* Surd. *cons. 74. num. 3.* & post alios Andreolus *in addit. ad Cepollam*, quas reportat post tomum 3. *fol. 247.* qui distinguunt communiter mœniana à fenestris, & patet experientia oculari inspectione, quia per fenestram facies, & dimidium hominis videtur, per balconem totus, imò per balconem appropinquatur magis ad locum prohibitum, quod non est in fenestra, ridiculum ergò est dicere, quòd idem sit habere aspectum per fenestram, & per balconem. Legatur Theodorus *allegat. 82. à num. 13.* vbi ait de mœnianis nihil in nostris consuetudinibus reperiri dispositum, sed de illis legatur titulus de aperturis non faciendis, dicit tamen Theodorus dari in iure nostro Enedram, subgrundium, mœnianum & immissum: Enedra est fenestra; ita Glossa in *l. si verò, in §.* sed si quis ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt, alij dicunt Enedram esse cubiculum sub tecto, vel pergula, seu loggia vt post Alexandrum de Alexandro *lib. 5. genialium, cap. 11.* dicit Theodor. *dict. allegat. 83. num. 15.* & licet subgrundium, & mœnianum contineant quodcunque extra murum protenditur, non tamen sunt idem, quia subgrundium est tecti pars quæ ad pluuiam auertendam extra murum porrigitur, de qua Varro *lib. 3. de re rustica*, vbi apes subter subgrundium villatico vti tecto, mœniana verò sunt quæ marmoreis aliisque duris lapidibus vel ligneis extra murum parietis construendis, & nullatenus ab imò fulcientis *l. malum §. 1. ff. de verb. sig. & in l. 2. §. cum quidam, ff. ne quid in loco publico, & in l. Mœniana Cod. de ædif. priuatis*, & dicit Glossa *in l. 2. §. cum quidam ff. ne quid in loco publico*, mœnianum dici à mœniis, quia vt ait textus in dict. 1. non aliunde fulcitur, sed à solis mœniis prosilit, & & sustinetur; de quibus mœnianis, qualiter pro hibeantur dicas esse concessa citra præiudicium tertij, & eatenus permittuntur quatenus vicinis damnum non inferunt *d. l. 2. §. cum quidam ff.* ne quid in loco publico, latè Cepolla *q. 32. num. 50. & quæst. 60. num. 2. 3. & 4. & quæst. 61. num. 50.* Theodorus *alleg. 82. in fine.*

Circa verò secundam petitionem cogi posse 20
vicinum ad vendendam domum, probatur hoc modo, quia Monasteria monialium iuxta decretum S. Congreg. Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. c. 6.* sunt ædificanda in illis locis, quæ muris sunt 21
cincta, & munita, vt declarauit S. Congreg. die 13. Septembris 1583. ad notata per Barbos. *de Iure Eccles. c. 10.* Hieron. Vener. *in exam. Epis. lib. 6. cap. 21. num. 13.* Tambur. *de iure Abbatum, disput. 34. quæst. 2.* P. Donatus *in praxi Regul. tom. 3. tract. 2. quæst. 5.* Gauant. *in manuali Epis. in verb. Monasteria monialium, num. 1.* pro quibus ædificandis Monasteriis monialium, vel monachorum potest cogi vicinus ad vendendum domum suam contiguam tamen, & necessariam pro sua constitutione, vel ampliatione; nam licet nemo inuitus cogi possit ad vendendum, per Text. *in l. nec emere, C. de iure delib. &* 22
l. inuitus, C. de contrah. empt. collecta per Ricc. *coll. 76.* per Mastrill. *decis. 17. & dec. 280.* Castill. *decis. 134.* per Giurb. *decis. 86.* per Mutam *decis. 8.* Capiblanc. *singul. 182.* Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit. 4. num. 66.* Mele ad Gizzarell. *decis. 37.* potest tamen vicinus ad vendendum domum Ecclesiæ pro illius ampliatione, ex *l. si quis sepulchrum, ff. de Relig. & sumpt. funer.* 23
vbi deciditur, quòd si quis habeat sepulchrum, & non habeat viam ad illud, potest vicinus à Iudice compelli, vt soluto pretio ei iter præstet, pro quo facit etiam Text. *in l. locum, ff. de vsufr. cum l. 2. si vsusfructus, ff. de Relig. & sumpt. funer. & l. 1. Cod. de commun. seruo manumisso*, quæ iura ad idem tendunt, vt ibi fauore liberta- 24
tis compellatur socius vendere partem suam, quam in seruo habet, & per hoc si Testator iubeat Ecclesiam construi in loco communi, socius cogi potest iusto pretio partem vendere, Bald. *in d. l. 1.* pro quo etiam facit Text. *in l. si locus, §. cum via publica, ff. quemad. seru. amitt.* vbi si via publica fluminis impetu, vel ruina amissa est, proximus viam præstare debet ob publicam vtilitatem pretio mediante, sic à pari fauore Religionis, & ob publicam vtilitatem, & decorem Reipublicæ, quæ resultaret ex constructo, vel construendo Monasterio, idem dicendum est, tum quia fabrica, & ornamenta Eccle- 25
siæ pertinent ad diuinum cultum, *cap. fin. de testam.* Cultus autem Dei præferendus est, cuicunque publicæ vtilitati temporali, siue matrimonij, siue obseruationis vltimæ voluntatis, vt in *§. sed, & hoc præsenti in Auth. de Sanctissimis Episcopis, l. sancimus, C. de Sacros. Eccles.* ergo multò magis præferri debet vtilitati priuatæ, per Text. *in Auth. res, quæ, C. comm. de leg.* & cultus Dei est præferendus publicæ vtilitati temporali, *Auth. multo magis, C. de Sacros. Eccles.* & alia adducit Genuens. *in pract. Eccles. quæst. 242.* & sic fuisse decisum in fauorem Monasterij, dicit Afflict. *in proœm. Constit. Regni, quæst. 3.* in fauorem Monasterij S. Hieronymi, Thom. Grammat. *quæst. 75.* in fauorem Monasterij monialium Reginæ Cæli Neap. Franch. *decis. 223.* plures refert Couarr. *lib. 3. var. cap. 14. n. 7.* Thor. *tom. 1. in verb. vicinus,*

& tom. 3. part. 3. in eodem verbo vicinus, Ricc. *coll. 75. & in praxi, part. 1. reſol. 423. & part. 3. reſol. 557. & in deciſionibus, part. 1. deciſ. 10. & deciſ. 138. & 147.* Nouar. *in prax. miſerabil. perſon. priuil. 6.* Epiſc. Marant. *part. 2. reſp. 28.* Tambur. *de iure Abbatum, part. 4. cent. 2. caſ. 71.* & nos diximus *controu. forenſ. controu. 1.* vbi ampliatur pro ædificando clauſtro, Gizzarell. *dec. 37. num. 5.* pro ædificanda domo prope Eccleſiam, vbi poſſint habitare Clerici, ſiue Religioſi inſeruientes Eccleſiæ pro ampliatione Seminarij, vel pro ſcholis Monaſterij ampliandis, quia ſunt eius partes, & priuilegium totius, eſt etiam priuilegium partium, pro atrio ampliando ante fores Eccleſiæ, pro quo faciendo vicini contribuere debent in expenſis, vt deciſum in S. C. teſtatur Gizzarell. *deciſ. 38.* pro viridario Monaſterij ampliando, pro dormitorio, vel etiam fauore publicæ vtilitatis, pro ornatu Ciuitatis practicatum Neapoli, pro ampliatione plateæ S. Luciæ ad mare, teſtatur Reg. Tappia *deciſ. 7.* quo caſu taxatur pretium domorum dirutarum viliori modo, ſed videas in hac re D. Conſil. Ioſeph. de Roſa *conſ. 22.* ſic pro ampliando Palatio Reg. domus priuatorum cohærentes deſtrui poſſunt, vt fuiſſe practicatum Neap. tempore Comitis de Oñatte, qui iuſſit pro munitione Palatij Regij, domus illi cohærentes dirui, ſoluta patronis parua aliqua quantitate, ſic etiam pro ampliatione Atrij ante Eccleſiam S. Mariæ de Monte Carmelo coacti fuerunt vicini, vt omnibus notum eſt, ſic fauore Doctoris habentis familiam cogitur vicinus vendere domum ſuam, Andreol. *controu. 292.* vbi dicit quendam Comitem potuiſſe cogi ad vendendam domum cuidam Præſidi, plura notat Caſtill. *deciſ. 134. tom. 2.* quo caſu cogitur vendere domum vicinus, facto appretio ipſius ratione affictus, Molfeſ. *vbi ſupra part. 19. tit. de contrah. empt. quæſt. 14. num. 12.* Quod etiam procedit ſi domus eſſet fideicommiſſo ſubiecta, Hieron. de Leo *deciſ. 90.* Nouar. *lib. 1. quæſt. 56.* Thor. *p. 2. in verbo bona fideicommiſſo ſubiecta*, cuius pretium erit in aliam emptionem conuertendum bonorum ſtabilium, vt latè tradit Hieron. de Leo *dict. deciſ. 90. num. 35.* & deciſum per S. C. refert Giptius ad Capyc. Latr. *deciſ. 103. num. 8.* ſic etiam pro ædificando Campanile, Nouar. *lib. 2. quæſt. 1.*

Non ignoro tamen concluſionem ſupradictam non habere locum, quando non eſt neceſſitas; Secundo vt non poſſit vicinus cogi ad vendendam partem domus, Reg. de Marin. ad Reuert. *deciſ. 284. num. 7.* Giurba *tamen deciſ. 86.* contrarium tenet, cum quo dixi *d. controu. 1.* & agit D. de Roſa *conſult. 22.* nec cogitur vicinus vendere domum, quæ fuit ſuorum maiorum in teſtimonium nobilitatis familiæ, vt dixit Rot. teſte Barb. *lib. 3. voto 102.* Reg. de Marin. *vbi ſup. num. 5.* nec cogitur vicinus ad locandam domum, ſecundùm Ricc. *part. 1. d. deciſ. 10.* quamvis Nouar. *deciſ. 237.* teneat poſſe ad paruum tempus id fieri, ſequitur Sperell. *deciſ. 58.* P. Donatus *tract. 2. quæſt. 11. tom. 3.* Dicunt aliqui quod vna Eccleſia non cogitur vendere domum alteri Eccleſiæ, vt deciſum refert in Curia Archiepiſcopali Neapolitana Nouar. *collect. 138.* quod idem dixit Valenz. *conſ. 18.* Didac. de Mari ad Gizzarell. *deciſ. 37.* ſed contrarium dixi ego *d. controu. 1.* cum Maſtrill. *part. 3. deciſ. 280.* quicquid aliter diſtinguant Grat. *cap. 896.* Epiſc. Maranta *lib. 2. reſp. 24.* Reg. de Marin. *vbi ſup. num. 8.* non tamen cogere poteſt Monaſterium vicinum ſuum pro conſtructione hoſpitij Religioſorum, Ricc. *deciſ. 138. & collect. 130. cum aliis citat. ſup.* pro qua venditione non cogitur vicinus habere fidem de pretio, niſi emptor reperiretur in extrema neceſſitate, vt deciſum refert Giurba *d. deciſ. 86. in fin.* Conſil. de Roſa *d. conſ. 22.*

Cum ergo Monaſterium monialium poſſit cogere vicinum ad vendendam domum ſuam pro ampliationibus, de quibus ſupra, poterit cogere vicinum ad vendendam proprietatem ſoli, ſi Eccleſia prædicta commoditate ſeruitutis indigeat, quia fauor Religionis ſic exigit, cogitur ergo vicinus vendere pro commoditate Monaſterij, Cyriac. *cap. 231. lib. 2.* qui ait non ſolum eſſe cogendum ſi neceſſitas præciſa adſit, ſed etiam ſi commodiorem habere voluerit, vt benè Ciarlin. *cap. 182. tom. 2.* cogi poterit ad obſtruendas feneſtras, à quibus poſſet proſpicere moniales, nam, vt ſup. diximus, ſeculares prope Monaſteria monialium prohibentur erigere excelſas domus, ne videant facta monialium, vel monachorum, vt notauit poſt alios Lezzana *in verb. Monaſteria monialium, num. 23.* & fundata, debent deſtrui, ſi ſeruitutem inducant, Portell. *in dub. Regular. in verbo Monaſteria, num. 12.* vbi fatetur ſe audiuiſſe à quodam Iudice ſupremi Senatus Olysbonenſis mandaſſe Regem ibi dirui, vel claudi ianuam ſecularis domus, ex qua Religioſi tertiarij eiuſdem Vrbis intra Conuentum videbantur, & inquietabantur.

Circa tertiam verò partem, dicendum eſt, multo magis cogi poſſe vicinum ad vendendam ſeruitutem altius non tollendi, ſiue promittendi, vt faciat dictas feneſtras, argumento Text. *in d. l. ſi quis ſepulchrum, §. Præſes*, Franch. *d. dec. 225.* Cyriac. & Giurba *loc. cit.* Guid. Papa *dec. 411.* Ricc. *part. 1. d. deciſ. 128.* poſt Couarr. *vbi ſupra per d. Pragm. 2. de monialib. prohibentem habere aſpectum*, de quo ſupra.

Quod ſi Monaſteria de nouo ſint ædificata iuxta antiqua ædificia priuatorum, non cogitur vicinus ad obſtruendas feneſtras, ſic fuiſſe deciſum teſtatur Ricc. *coll. 4211. part. 9.* contra Monaſterium S. Mariæ Egyptiacæ, & refert Thor. *in ſupplem. comp. in verbo feneſtræ*, quod probatur ex Text. *in cap. periculoſo il 1. de ſtatu Regularium in 6.* per quem Text. communiter Doctores dicunt ob honeſtatem, & verecundiam Sanctimonialium ſic fuiſſe diſpoſitum, vt benè Berous *conſ. 135. vol. 3.* Padilla, Muta, & alij ſupra cit. Paul. Laym. *lib. 3. ſect. 5. tract. 4. c. 17. §. 4. num. 34. in fin.*

Neque obſtat Amendolæ authoritas in addit. ad Franch. *in d. dec. 225.* qui dicit, quòd in tali caſu, quo Monaſteria ſunt de nouo ædificata, cogendæ ſunt Moniales ad claudendas ſuas feneſtras, è quibus proſpici poſſint, vt ex Pontificis Conſtitutione dicit Quaranta *in Summa Bullarij in verbo Monaſteria Monialium.*

Reſpondetur enim quòd ibi nulla adeſt Papæ Conſtitutio, ſed tantùm quædam ordinatio Sacræ Congregationis, & eſt 23. in ordine, qua cauetur, ne Moniales habeant feneſtras in pariete clauſuræ, è quibus aſpici poſſint, niſi neceſſariæ, ſint ad lumen recipiendum, quòd nos ſupponimus pro certo, & in talibus caſibus, ne grauentur vicini, ſolent Ordinarij locorum mandare Monialibus in d. feneſtris fieri cancellos feneos, vel ligneos, per quos impeditur aſpectus, vt fuit deciſum per S. C. in cauſa Anelli Longhi cum Monaſterio S. Ligorij, vt refert Thorus *vbi*

ſupra

suprà, quòd si non sufficiat hoc remedium, vel per hoc fiat omnimoda obscuratio mansionum Monialium; tunc coguntur vicini prorsùs prospectum tollere, ne sacræ Virgines lædantur in sua clausura.

41 Neque dicas supradicta procedere, tunc quando domus vicinorum sunt Monialibus proximæ, non autem si sint viæ intermediæ.

Respondeo enim, quod hoc nullo iure probatur, sed potiùs contrarium fuit sæpè decisum, quòd etiamsi via sit intermedia, adhuc tamen cogitur quis ad claudendum suas fenestras habentes prospectum ad Moniales, vt bene de Franch. *d.decis.223*. Regens Tappia *in pragm.3.de Monialibus*, qui se fundat fauore Religionis, & honestatis Monialium, argum. *l.sunt personæ, ff.de Relig.& sumpt.funer.* nam si Moniales videantur à fenestris vicini, parum refert, quòd sit, vel non sit via in medio: nam satis est, quòd in domo propria videantur, miror tamen de nouissimis addentibus ad Rouitum *in d.decis.92.* qui dixerunt, quod licèt *pragm.2. de Monialibus*, non loquatur quando via est intermedia, fauore tamen Religionis dicunt, quod fuit ampliata, quia si vidissent *pragm.* non ita dixissent; non enim fuit ampliata, sed expressè loquitur de via intermedia.

42 Respondeo secundò, quòd si agatur de claudendis fenestris veterioribus vicini, non poterit vicinus cogi ad claudendas fenestras, sed tantum potest cogi à Monialibus ad vendendum illi domum suam, vel seruitutem prædictam, scilicet illas excæcandi, vel per illas amplius non prospiciendi iusto tamen pretio: nam si Moniales pro construendo, aut pro ampliando cogere possunt vicinum ad sibi vendendam suam seruitutem domum, vel agrum, vel pro viridario, dormitorio, Choro, &c. Thomingius *decis.122.tom.2.* Grammat. *decis.75.* qui loquitur de dormitorio, Chri-
43 stineus *decis.64.tom.2.* qui loquitur quoad Chorum, de campanili, Ricc. *decis.491.* quorum omnium meminit *collect.4211. part.9.* per consequens poterunt ad effectum prædictum cogere vicinum, sed si agatur de claudendis fenestris nouis est magna differentia inter veterem, & nouam fenestram: nam aliud est diu possedisse, & aliud de nouo possidere in præiudicium alterius, argum. *l.Imperatores, ff.de seruit.vrban.prædior.* & hoc procedit etiamsi inter domum prædictam mediet via publica, vt *suprà* dicebamus, post Franch. Giurbam, Beronm, & alios, de quibus Donatus *tom.3.tract.2.q.8. per tot.*

44 Itaque priuilegium legis, vt possit vicinus cogi ad vendendam seruitutem altius non tollendi, etiam posita via intermedia, sine vllo scrupulo admittitur à Gomez. *in l.48. Tauri, num.9.* ab Anton. de Padilla *in d.l.altius, num.19. cum seq.* à Franco *d.decis.223. num.4.* quod requirere altiorem indaginem dixit Reg. Rouit. *decis.92. in fine*, communiter ramen sic asseritur ab omnibus, de quibus Thor. *in verb.Vicinus, p.1.& 2.in verbo, Ampliatio*, Nouar. *part.2.q.1.* Anton. de Ballis *lib.5.in pragm.vnic.de priuil.ædificantium*, Palatia *num.10. lib.3.vot.102.* nolter Marotta *contr.for. cap.35.n.47.* Caualc. *de Brachio Reg. p.6.n.255.* Episc. Sperell. *decis.58.*

45 Neque dicas æquitatem potiùs esse attendendam, quam iuris rigorem in materia, *l.si quis sepulchrum, ff.de Relig.& sumpt. funer.* & officialibus non solum iudicantis munere fungi debere, sed etiam veri parentis, & materiam esse arbitrariam, concludunt Doctores itaut sint examinandæ omnes circunstantiæ Iudicis arbitrio ad cogendos vicinos pro ampliatione, vt bene Carena *resolut.2. num.36.* Giurba *consil. crimin.49. num.16.* Sperell. *decis.58. num.15.* Rota *part.1. decis.372.* Cyriac. *controuers.231.* qui ait non esse indulgendum appetitui Religiosorum, quando volunt cogere vicinos ad vendendum.

Respondetur enim id procedere quando non appareret euidenter de præiudicio Monialium, vel Monachorum, quia licèt vicinus pro se habeat regulam, vt liceat ædificare per iura citata, de quibus Cyriac. *cap.28.* Ciarlin. *lib.2.c.182.* nisi obstaret pactum statutum, vel testamentum, tamen vt bene dixit Berous *d. consil.135. lib.3.* id procedit, nisi fiat ad æmulationem, vel nisi faceret vltra modum vsitatum, ad notata per Tusch. *littera E, concl.36. num.8.* sic est in casu 46
nostro, vbi fit ex voluntate, & extra solitum, quia ibi sunt fenestræ, & possunt fieri balcones in alio loco eiusdem domus, per quas non haberetur aspectus ad Moniales, prout alias factum fuit in alia parte domus, nec Moniales prohibuerunt, at in casu nostro fieret ex linea recta ad fenestram Monialium cum cancellis ligneis, per quam posset aspicere Magnif. Rationalis totum, quod ibi Moniales faciunt, & dicunt, nec Moniales ob earum Monasterij arctitudinem possunt alibi se congregare, vt accessu Dominum Iudicantium apparuit.

Quod adeo verum est, quod etiam si sit seruitus promissa de alia re, putà de stillicidio, &c. non censetur promissa, vel constituta seruitus faciendi, vel non faciendi mœniana, Ciarlin. *d.c.182. num.7.* 47

Quod totum supra diximus in casu fortiori habemus decisum inter Venerab. Monasterium D. Romitæ huius Ciuitatis Neapolis cum Antonio Berolitto; fuit enim expositum memoriale Domino Commissario Delegato Reg. Consiliario Paulo Staibano, vbi dicebatur, quòd Antonius Berolittus Dominus cuiusdam domus Palatiatæ in frontispicio ianuæ Monasterij pro vecturis, &c. (vulgo *detto Porta Carrese*) intendebat facere quandam aperturam pro faciendo Magazzeno ad vinum vendendum, & per Commissarium Delegatum fuit ordinatum Fabricatoribus, vt nihil innouarent, comparuit Antonius dicens non posse impediri in aperrura Magazzeni ob viam intermediam, & quòd nullus habebatur aspectus ad Moniales, tempore quo currus ingrediuntur per dictam ianuam in Monasterium, & quòd ianua prædicta paucis vicibus in anno aperiebatur, commissoque negotio Tabularij per Petrum de Puteo, & Pintum, facto accessu fuerunt factæ relationes ad fauorem Antonij contra Monasterium, & commisso negotio per S. C. Dom. Primario, per illum fuit dictum ad fauorem Monasterij, cuius loci planta 49
hæc erat. 48



Litt. B, est Iapua pro curribus, & animalibus intrantibus Monasterium, (vulgo Porta Carrese:) Litt. A, est domus Palatij Antonij Berolitti: litt. C, est locus Antonij vbi est apertura pro Cantina subterranea cum cancellata, quam volebat

lebat aperire Antonius pro faciendo Magazzeno ad vinum vendendum.

50 *Tandem compilato proceſſu fuit per S.C. die 22 menſis Apr. 1670.*

Facta relatione de prædictis in S.C. per Militem V.I.D. Paulum Staibanum Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium.

Per Sacrum Conſilium declaratum eſt non licere Magnifico Antonio Berolicto aperire Ianuam in loco in actis deducto pro ædificando Magazzeno pro venditione vini, hoc ſuum.

Quod habetur ex proceſſu Venerabilis Monaſterij Sanctæ Mariæ D. Romitæ cum Magnifico Antonio Berolicto, Magiſter Actorum Andreas de Martino, Scriba Maggius Caprilis Actuarius.

In hac cauſa, cum fuiſſet propoſita in Aula Sacri Conſilij, in qua erant ſex votantes, ſcilicet

Præſes S. C. D. Felix Vlloa.

D. Antonius Nauarrette Marchio Latertiæ.

D. Thomas Carauita Commiſſarius.

Dominicus Petrone.

Franciſcus Maria Pratus.

D. Sancius Loxada.

Fuit in ea facta parilitas, tribus interuenientibus, & vocantibus pro Monaſterio, tribus contra Monaſterium.

Sed habito recurſu ad Proregem, vt daret adiunctos, quos non poterat dare Præſes S.C. quia in ea votauit, recurrimus ad Proregem, & Aduerſarius primò, audientiam habuit, qui pro adiunctis obtinuit tres, ſcilicet D. Stephanum Padillam, Scipionem de Martino, & Ioannem de Dura.

In quo ſtatu votantibus adiunctis die 30. menſis Ianuar. 1672. fuit dictum.

Suſpenſo decreto lato ſub die, &c. tollatur mandatum, &c.

DISCEPT. CCCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies declaratur, de qua hic.*

2 *Monaſterium an poſſit impedire vicinos ne fabricent, poſita via intermedia.*

3 *Monaſterium impedit vicinos ædificare, quando id fieret ad æmulationem.*

4 *Vicinus cogitur vendere ſeruitutem Monaſterio, vel Eccleſiæ.*

5 *Deciſio affertur ad propoſitum, pro non coactione vendendi ſeruitutem.*

6 *Decretum affertur etiam ad propoſitum.*

7 *Decretum alterum affertur.*

8 *Decretum aliud adducitur, & ponderatur.*

9 *Ædificium ad æmulationem Eccleſiæ, quando cenſeatur.*

10 *Pragmatica* de Monialibus, *explicatur.*

11 *Rouiti* deciſio 92. à n. 11. vſque ad n. 15. *explicatur.*

12 *Extenſio de caſu ad caſum quando locum habeat.*

ARGVMENTVM.

Monaſterium an poſſit impedire vicinis, ne ædificent, & quid poſita via intermedia, aut æmulatione, & an poſſit cogi ad vendendam ſeruitutem, vbi decretum affertur, & plura alia decreta adducuntur. Pragmatica de Monialibus qualiter explicetur. Deciſio *Rouiti* 92. à num. 11. vſque ad n. 15. *explicatur. Extenſio de caſu ad caſum non extenditur.*

IVRIVM ALLEGATIONES, PRO

Doctore Ioanne Baptiſta Carmelingho, & Iuditha Cimino coniugibus.

POSSIDENTIBVS Doctore Ioan. 1
Baptiſta Carmelhingho, & Iuditha Cimino coniugibus quaſdam domos ſitas in hac Ciuitate è conſpectu Monaſterij S. Petri Martyris in pluribus membris, & appartamentis ſuperioribus, & inferioribus, & volentibus fabricare, & extollere ſupra aſtraca quarundam aularum dictarum domorum, & æqualitatem aliarum aularum contiguarum earundem domorum, fuit ad inſtantiam prædicti Monaſterij per Dom. Conſiliar. Muſcettula, inauditis ipſis coniugibus, ordinatum, quod nihil innouetur, donec aliter; Aduerſus quod mandatum ſe oppoſuerunt dicti coniuges, & inſtiterunt illud tolli, & proinde prouideri, quod eis liceat fabricare ſupra aſtraca prædicta, vſque ad cœlum, vel ſaltim ad æqualitatem aliarum aularum contiguarum ſimiliter exiſtentium è conſpectu dicti Monaſterij, & aliarum domorum vicinarum aliorum dominorum.

Quod autem dictum Monaſterium iniuſtè, 2
cum reuerentia, contendat impedire fabricam prædictam, ex ſubſcriptis luce meridiana clarioribus patebit, cum cuilibet liceat altius, vſque ad

Cœlum

Cœlum extollere eius ædes, etiam inuito vicino, *l. altius, & l. ædibus, C. de seruit. & aqua, cum concord.* etiam cum vicini detrimento, & si eius lumina obscurentur, quod in præsenti facto nec concurrit, cum lumina dicti Monasterij nullum detrimentum patiuntur, nec in minima aliqua parte obscurentur, cum in dubio præsumatur quis fabricare ad sui vtilitatem, & non vt vicino noceat *l. flumina*, §. *fin. & ibi* Bart. *cum glos. & in l. Priuilus, ff. de damn. infect.* Bald. *in l. item lapilli, n.* 4. *& 5. ff. de rer. diuis.* Alex. *cons.* 194. *num.* 3. *& 9. vol.* 2. Decius *consil.* 373. *num.* 3. cum aliis apud Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 156. *& de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 29. *n.* 14. *& 15.* & si mixta consideratione id fiat, vt sibi prosit, & alteri noceat, licitè fieri potest, Alex. & Dec. *vbi supra*, & Bald. qui propriè loquitur contra Ecclesias, *in cap. cum Ecclesia, de elect. in princ. versic. & quod si mixta consideratione*, & doctè hanc conclusionem defendit contra Monasteria Religiosorum masculorum, Padill. *in d. l. altius, num.* 19. *& sequentibus.*

3 Quod quidem licet respectu Ecclesiæ, vel Monasterij DD. non sic de facili admiserint, id tamen duobus modis sublimitauerunt, seu declarauerunt. Primo, vt procedat, quando domus adhærent Ecclesiæ, vel Monasterio, non autem quando via publica esset in medio, ita ex communi DD. sententia relata à Padilla, *vbi supra*, & Regens Rouit. *sup. Pragm.* 1. *de Monialib. in princ. & in decis.* 92. *num.* 3. *&* 17. Secundo, vt non licet altius domum extollere, cum non ad sui vtilitatem, & commodum, sed ad Ecclesiæ, seu Monasterij æmulationem, hoc est, vt Religiosos, eorumque secreta inspiciat, vt in propriis terminis ponit exemplum, Cyn. quem fuerunt sequuti Bart. & Salicet. aliique communiter *in d. l. altius*, Castrens. *in l. cum eo, ff. de seruit. vrban. prad.* adducti per Alex. *cons.* 174. *num.* 4. *vol.* 2. dicens, quod si aliquis faciat domum ita in altum, vt secreta fratrum, monialium, vel vxorem, vel filium vicini videre poterit, facere non possit, & concluditur, quod aut ad sui vtilitatem altius tollitur ædificium, & facere potest; aut tantum ad æmulationem, vt Religiosos, eorumque secreta inspiciat tantum, non tamen, vt aliquam capiat vtilitatem, & non potest, & vltra Padill. sequitur Gomes. *in l.* 46. *Tauri, num.* 60. Muta *decis.* 8. & Regens Rouit. *sup. Pragmat.* 2. *de monialib. num.* 2. *&* 3. licet in præsenti facto, nec id concurrat, cum fenestræ dicti Monasterij non sint è conspectu dictarum domorum, sed à latere, & in eis adhibentur tabulata, itavt difficilis sit aspectus in eis.

4 Corroboratur hæc conclusio, vt ædificans ad sui vtilitatem possit altius tollere, etiam si tale ædificium noceat Ecclesiæ, vel Monasterio, si eius lumina obscurentur, & eorum secreta videantur, quod hic deficit, quia in tali casu fuit consideratum remedium ipsis concessum, nempè, quod possint compellere dominum ædificij ad vendendum seruitutem altius non tollendi, vt ex Gomes. *loc. cit. sub num.* 9. Padill. *vbi sup.* Franch. *decis.* 223. *num.* 3. Rouit. *decis.* 92. *in fin.* Igitur in tali casu Ecclesia, vel Monasterium nullum habet priuilegium prohibendi vicino ædificanti, quia si tale priuilegium haberet, frustra ei daretur tale remedium, vt compellere possit vicinum ad vendendum seruitutem, & hoc idem remedium declarando ipsemet dicto numero distinguit, tunc Ecclesiæ, vel pio loco dari tale remedium, quando damnum, quod sentiunt, esset longe maius, vel grauius vtilitate, & commodo ædificantis, at si vtilitas, & commodum, quod ædificans sentiret ex ædificio, esset longè maius damno, quod resultat ipsi Ecclesiæ, vel pio loco, tunc dominus non tenetur vendere multa iura, & DD. allegando, ea ratione, nam semper magna vtilitas priuata præfertur modicæ publicæ, & Ecclesiæ, quod expressè sentit Couatr. *lib.* 3. *var. res.* 114. *num.* 18. sed vt non possit altius tollere, quoties ex nouo ædificio grauissimum immineret domui religiosæ præiudicium, & nullum, aut parum detrimentum ædificanti inferreretur.

Et secundum istam conclusionem, in dies de- 5
cidere S. C. adducuntur plura exempla. Vnum de anno 1628. in causa Monasterij Sanctæ Mariæ Matris Dei Discalceatorum S. Augustini de Auersa cum Pompeo Zampulo construente domum propè Monasterium, per quam habebatur aspectus ad cellas, claustrum, & iardenum monachorum, vt in processu. in banca Strinæ, in quo decreto Rouiti tunc Præsidentis Reg. Cam. ac prædicti Monasterij delegati, postea confirmato per S. C. fuit dictum, quod liceret d. Pompeo continuare fabricam, præstita cautione de demoliendo, & cum per Monasterium fuisset instatum saltim cogi dictum Pompeum ædificanti ad vendendum seruitutem altius non tollendi, sub die 1. Aprilis 1628. fuit conclusum, & prouisum, quod oppositis non obstantibus, decretum S. C. debitè exequutioni demandetur.

Alterum verò est in causa Monasterij Sanctæ 6
Mariæ de Concordia Ordinis Carmelitarum huius Ciuitatis cum Doctore Hieronymo Cossina construente è conspectu dicti Monasterij domum, per quam habebatur aspectus etiam intus cellas fratrum, decreto quond. Consiliarij D. Francisci de Campo, & per S. C. confirmato sub die 7. Septembris 1632. facto accessu super faciem loci, fuit declaratum, quod liceat fabricare, vt in banca Strinæ.

Alterum in causa Doctoris Iosephi de Ange- 7
lis habentis domum è conspectu Sacræ Domus Sanctorum Apostolorum via publica intermedia, fuit per S. C. prouisum ad relationem Rouiti tunc Consiliarij, quod viso loco liceat ædificare vsque ad Cælum, vt in banca de Scacciauento.

Alterum in causa Bartholomæi de Apreia cum 8
Ecclesia Sanctæ Margaritellæ Monialium à Puorto, cum dictus Bartholomæus voluisset altius tollere eius domos sitas è conspectu dictæ Ecclesiæ Clerici regulares minores in Ecclesia prædicta se opposuerunt, & sub die 10. Iulij 1638. per S. C. ad relationem Consiliarij Prouenzani fuit prouisum, quod liceat dicto Bartholomæo perficere fabricam inceptam in Banca Solatij.

Ex quibus decisionibus indubitabilis redditur 9
casus nostri decisio, in quo non solum non concurrunt dicti aspectus, vel conspectus intus Monasterium, provt in dictis causis decisis, sed etiam faciunt pro dictis coniugibus; Facit in primis via publica intermedia; Concurrit nedum magna vtilitas ipsorum coniugum ædificare intendentium quatuor cameras, seu plures valoris ducatorum bis mille cum dispendio ducatorum quingentorum in circa; ex parte verò Monasterij nullum detrimentum, nullaque vtilitas ex tali prohibitione considerari potest, cum stantibus tabulatis ante dicti Monasterij fenestras, & dormitorium, aliquod damnum, nec detrimentum, nec sentiunt ex aliis ædificiis altioribus aliarum domorum diuersorum dominorum è conspectu dicti Monasterij, & dormitorij. Et cum Ecclesia

ſit mater æquitatis,& dilectionis non debet quid iniuſtè facere, vel permittere, *cap. etſi clientulus, §. 1. de feud. non alien. cap. per tuas, de donat. inter virum, l. inter cler. C. de ſumm. Trin. & fid. Cath.* & licet cauſa Eccleſiæ ſit fauorabilis, intelligitur nè aliis fiat iniuſtitia *cap. ex tenore, de for. compet. cap. nuper, de donat. inter vir.* & nunquam vult damna alicuius, ſed cunctis patrocinari ſolet, Ioſeph Ludouic. *dec. Lucenſ. 63. num. 10.* manifeſta etiam eſſet iniuſtitia, ſi prædicti coniuges prohiberentur altius tollere, cum ex modica impenſa in fabricando, haberent pluſquam ducatos quinquaginta pro centenario ex penſionibus.

10 Nec prædictis obſtat Reg. *pragm. de monialib.* diſponens, quod etiam via intermedia non poſſunt aperiri feneſtræ habentes aſpectum intus Monaſterium monialium : Occurritur enim primò, dictam Reg. pragmaticam loqui de monialibus tantum, & non de Monaſteriis aliorum Religioſorum, vel clauſtralium maſculorum, ibi, *ad iſtantia di donne monache*, nec poteſt fieri extenſio, prout videtur ſentire Reg. Rouit. *in d. deciſ. 92.* ex identitate rationis, quæ eſt publicæ honeſtatis, vt in illis verbis pragmaticæ prædictæ, *che dall' aſpetto, che s'hà da dentro di Monaſterij, naſce poco honore, & gran pericolo dell' honeſta loro*, & ſic pragmatica prædicta conſiderat periculum honeſtatis, & honoris monialium, & nullam de Religioſis maſculis facit mentionem, & ſic ratio, ne ſeculares maſculi videant moniales, ceſſat in religioſis maſculis; imo ex verbis ipſius contraria elicitur ratio, quandoquidem honeſtius eſſe videtur, vt Religioſi maſculi ſe claudant cum tabulis ligneis, & vitreis, ne valeant aſpicere fœminas pro vtriuſque honeſtate, quæ quidem publica honeſtas conſideratur propriè in fœmina, cum impudicitia, & inhoneſtas ſit deteſtabilior, & turpior in muliere, quam in viro, Gloſſ. *in cap. ſi Epiſcopus, §. ſi qua cum ſeruo 12. quæſt. 2.* cum aliis apud Tiraqu. *de legib. connubialib. l. 1. num. 43.* & honeſtatem, & caſtitatem magis decere mulieres, quam viros, maiuſque dedecus, & infamiam inferre familiæ fœminas, quam viros, idem Tiraq. *loc. cit. num. 14. & Eccleſiaſtici ad monach. cap. 24.* idcircò in pragmatica prædicta fit tantum mentio de Monaſteriis monialium, & non aliorum clauſtralium maſculorum, quia in his non conſideratur tantum periculum honoris, & honeſtatis, ſicuti in fœminis, & ſi pragmatica voluiſſet comprendere, expreſſiſſet, ſicuti expreſſit in fœminis, Summus Pontifex *in cap. quoniam, de ſimon.*

11 Ex quibus corruit aliud argumentum à Rouito relatum, ſcilicet quod ſicuti maſculinum cõcipit fœmininum, ita eadem militante ratione, fœmininum concipit maſculinum, tamen quia in terminis pragmaticæ prædictæ non ſolum deficit identitas rationis, ſed ratio de directo contraria viget, tum quia à *num. 11.* ad *15. dictæ deciſionis* Rouitus loquitur contra aperta iura diſponentia expreſsè maſculos fœminino vocabulo minimè contineri, niſi ſpecialiter id ſit expreſſum, & hoc ſi tractatur tam de diſpoſitione hominis, quam legis, vt per Text. *in l. ſi ita ſcriptum, vbi* Gloſſ. & Bart. *ff. de leg. 2. & in l. ſeruis legatis, ff. de legat. 2.* Gloſſ. & Bart. *in l. 1. ff. de verbor. ſignif.* clarè facit Text. *in d. cap. quoniam, de ſimon.* loquens propriè in monialibus, ex quo ibi Abb. *num. 2.* notat, quod appellatione monialium nõ continentur monachi etiam ſi ſtatuetur à lege, & apertè decidunt eademmet iura, & DD. ab ipſo Rouito allegata, & præſertim Specul. Butr. Anan. Berous, & Cepoll. indiſtinctè tenentes, fœmininum non comprehendere maſculinum, quibus non reſpondet, nec modo aliquo ſatisfacit; quibus addo Dec. *in l. fœmina, num. 129. ff. de regul. iur.* quod etiam ſi militaret eadem ratio, fœmininum non comprehendere maſculinum, quia alias nulla daretur differentia inter maſculinum, & fœmininum contra Text. *in d. l. ſi ita ſcriptum.*

Et dato, & non conceſſo, quod poſſet fictè 12
talis extenſio, nec minus poterit obſtare caſui noſtro, ex quo ipſi coniuges per dictum nouum ædificium nullum haberent aſpectum inter d. Monaſterium, prout in terminis *dict. deciſ. 92.* Rouit. teſtatur ibi *num. 6.* fuiſſe per S. C. deciſum viſo loco, quod mandatum factum fabricatoribus tollatur, & proinde liceat Ferdinando de Afflicto inquilino perficere fabricam inceptam, ita tamen, vt per feneſtras, & alias aperturas factas, aut faciendas nullum habeant aſpectum, nec proſpectum intra clauſtra Monaſterij, & feneſtra incepta reducatur ad tres palmos tantum ex parte ſuperiori ad lumen tantum ingrediendum, ad quod idem Rouit. *in fin.* teſtatur apud ſe multum prævaluiſſe conſiderationem illam, quod ad defendendum hanc nouam fabricam nunquam voluit comparere proprietarius d. domus, ſed ſolum ipſe conductor ad tempus, ex quo arguebatur, quod fabrica non tendebat ad vtilitatem, aut commodationem per partem veri domini, ſed ad alium finem, & ſic vndique ceſſabant argumenta ex aduerſo adducta, & ſi comparuiſſet verus dominus, aliter fuiſſet prouiſum, quod definit in caſu noſtro, cum fabrica fiat per veros dominos. Ex quibus vndique patet, non eſſe impediendam dictam fabricam prædictis coniugibus iuxta altitudinem aliarum domorum, nullumque ius prohibendi ſpectare dicto Monaſterio.

DISCEPTAT. CCCLXXIII

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur diſputanda.*
2 *Teſtamentum Eleonoræ Catalano refertur, in quo expreſſa habetur prohibitio non alienandi.*
3 *Capitale remanſum, qualiter alienatum ſit.*
4 *Capitale aſſignatum creditoribus.*
5 *Capitale ſubrogatum, & aſſignatum creditoribus.*
6 *Alienationes factæ in caſu conuentionis reuocantur.*
7 *Proceſſus acta ordinatoria qualia fuerint in præſenti.*
8 *Poſſidens, vti tertia, comparuit in iudicio.*
9 *Proceſſu compilato in præſenti quid agendum?*
10 *Fideicommiſſum in caſu contrauentionis factum, quando ſubſtituti veniant.*
11 *Fideicommiſſi ſpecifica ſcientia, an requiratur in fideicommiſſo conuentionali.*
12 *Ignorantia an ſit probanda pro contrauentione fideicommiſſi.*
13 *Alienatio ex cauſa neceſſaria quando impediat contrauentionem.*
14 *Contrauentionis locus an ſit pro fideicommiſſo, ſi fuerit ex cauſa neceſſaria.*
15 *Fideicommiſſo in caſu contrauentionis facto, an locum*

locum habeat dotis constitutio, vel assecuratio.

16 *Fideicommissum prohibitorium quandonam intelligatur.*

17 *Hæres non tenetur reuocare alienationem, si alienasset ex causa necessaria.*

18 *Hæres cum beneficio inuentarij, an teneatur stare Colono testatoris.*

19 *Grauatus de restituendo quicquid supererit, quando totum alienet in fraudem.*

20 *Prohibitus alienare, si alienet cum consensu eius, ob quem fuit prohibitum, valet quod agitur.*

21 *Casus mortis & casus contrauentionis, qualiter intelligantur.*

22 *Fideicommissi forma, plura sunt priuilegia.*

23 *Genus per speciem quando, & qualiter derogetur.*

24 *Fideicommissum in casu contrauentionis tantum, quos effectus impediat, & quos non.*

25 *Prohibitio non alienandi, sequuta alienatione à quibus, & qualiter reuocetur.*

26 *Prohibitio alienationis qualiter, & quibus modis fieri possit.*

27 *Fideicommissum ad certa bona quando extendatur ad alia.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum in casu contrauentionis, & in casu mortis qualiter differant, si sit factum in vtroque casu, sed respectu duarum personarum substitutarum, duo sunt fideicommissa, vnum ab alio non pendens prohibitione facta in testamento de non alienando, & licentia data hæredi alienandi non destruit fideicommissum factum in casu alienationis qualiter possit reuocari alienatio, & à quibus, & an scientia requiratur fideicommissi, & qualis esse debeat specialis, an generalis.

FACTVM, ET IVRIS Responsum,

PRO

Monasterio S. Francisci de Paula Terræ Castrouillaris;

CVM

Possessoribus bonorum alienatorum non obstante prohibitione alienandi.

1 SVB die 13. Ianuarij 1612. Eleonora, seu Dionora Catalano disponens suo testamento nuncupatiuo, instituit hæredem vniuersalem Ioannem Antonium Brunum suum priuignum, *fol.* 16. *litt. A*, & ob particulare[m], quam gerebat deuotionem versus Sanctum Patriarcham Franciscum de Paula de Terra Castrouillari, vt suum corpus indutum habitu prædicti Sancti sepeliretur in Monasterio Patrum eiusdem Ordinis, quibus Patribus reliquit duc. 600. capitalis, & pro ipsis annuos duc. 42. tunc debitos ab Vniuersitate Terræ Miglionici, cum onere celebrationis vnius Missæ omni feria quarta in perpetuum, ad intentionem, & pro anima eiusdem testatricis, vt d. *fol.* 16.

In quo testamento expressè prohibuit alienationem, & obligationem suorum bonorum vocans in casu contrauentionis dictum Monasterium, in casu verò mortis eiusdem, eumdem Ioannem Antonium, & successores de familia dicti Ioannis Antoni, in perpetuum, *fol.* 18. *litt. A.* 2

Inter bona remansa, dictæ Dionoræ aderat quoddam capitale duc. 1100. quod debebatur à Patrimonio Principis Bisiniani infra maiorem summam debitum Tiberio Pori filio, & hæredi Cæsaris, à quo Tiberio fuerunt assignata in satisfactionem dotium eidem Dionoræ mulieri primo loco dicti Cæsaris, & ab eadem Dionora fuit datum in dotem Nicolao Francisco Bruno suo secundo viro, quod capitale duc. 1100. cum restitueretur post mortem dictæ Dionoræ pro obseruantia testamenti in emptionem conuersum, fuit cum Ioanne Dominico Puglieſio vinculatum pro dimittendis creditoribus dicti Puglieſij, & fit concessio Ioanni Andreæ vti hæredi Dionoræ, vt constat ex instrumento stipulato die 4. Maij 1622. interdictum Ioannem Andream, *fol.* 34 & à Capitulis matrimonialibus eiusdem Dionoræ cum dicto Nicolao Francisco, *fol.* 49. & de restitutione capitalis ducatorum 1100. debitum ex dicto patrimonio Bisiniani, *fol.* 65. 3

Postea volentes Ioannes, & Notar. Puglieſio insimul obligati cum dicto Ioanne Dominico satisfacere dicto Ioanni Antonio pro dicto capitali, & tertiis decursis vsque ad diem 4. Martij 1625. causa facilioris exactionis assignarunt annuos duc. 33. & tumulos triginta frumenti annuos, & ordei, consequendos à diuersis debitoribus eorumdem de Puglieſio, *fol.* 44. & 45. 4

Ita quod dicti annui duc. 33. & dicta quantitas frumenti fuerunt subrogata in locum, duc. 1100. consequendorum per dictam Dianam à dicto Cæsare pro vsu dicti Patrimonij Bisiniani, de quibus dicta Dionora expressè prohibuerat alienationem, *fol.* 13. *à litt. B*, & in casu contrauentionis substituit Monasterium, *fol.* 18. *à terg. litt. B.* 5

Dictus tamen Ioannes Antonius cum suis filiis Vincentio, & Hiacintho Bruno alienarunt census prædictos personis, de quibus infrà, scilicet, primo Lauræ Feulo vti creditrici dicti Ioannis Antonij insolutum dedit 28. Octobris 1650. annuos duc. 11. & tumulos sex, *fol.* 11. *& à terg.* Die verò 23. Februarij 1642. supradicti inter dotes Lucretiæ Brunæ filiæ, & sororis respectiuè assignarunt annuos ducatos 21. Saluatori Camigliano marito dictæ Lucretiæ, *fol.* 85. *& à terg.* Deindè die 30. Ianuarij 1642. alienarunt Doctori Hyacintho annuos ducatos decem, quos soluere debebant Iulius de Altea, & Iulius Acala, pro pretio duc. 100. *fol.* 123. propterea facto casu substitutionis in beneficium Monasterij sancti Francisci de Paula Terræ Castrouillaris, comparuit Procurator dicti Monasterij in Tribunali Reuerendæ Fabricæ, instans ordinari census prædictos spectare, & spectauisse ad Monasterium, *fol.* 67. posteà die 6. Decembris 1642. fuit datus 6

terminus

terminus in cauſa, & interim quod poſſeſſores dictorum bonorum non reemerent capitalia, & obligarentur reſtituere fructus, *fol.*79. quæ inſtantia intimata Lauræ Feulo, Saluatori Camigliano, & aliis, *fol.*67.*à terg.* Audientia teſtium commiſſa, *fol.*88. & *fol.*90. Examinati fuerunt plures teſtes, *fol.*59. qui fuerunt Laura de Feulo, & alij, quibus probatum fuit alienationem eſſe factam, & quod hæres Dionoræ cõtrauenerat, & hoc etiam cum Curatore dictæ Lauræ de Feulo, propterea Monaſterium prædictum peculiariter inſtitit contra dictam Lauram de Feulo, Camiglianum, & alios, pro relaxatione ſupradictorum cenſuum per eoſdem poſſeſſorum, *fol.*177. *à terg.*182.

7 Super qua inſtantia cum exiſteret cauſa in S.C. fuit ordinatum terminus aliàs datus currat, *fol.*240. qui intimatus Procuratoribus, de quibus *ſuprà*, & poſſeſſoribus eorundem cenſuum, reproductiſque ſcripturis in actis, compilatóque termino, auditis partibus, & Curatore dato hæredibus Ioann. Antonij Bruni, *fol.*175. ſtante etiam repudiatione Vincentij, & Hiacinthi Bruni, *fol.*7. & auditis etiam dictis Vincentio, & Hyacintho, & pro eis Procuratore, *fol.*162. electio examinatoris, *fol.*258. *à terg.* commiſſio pro examinandis teſtibus, *fol.*259. & ad publicandum, *fol.*260. publicatio, *d.fol.... à terg.* ad concludendum, *fol.*261. concluſio, *fol.*261. *à terg.* monitio, *fol.*263.

8 Cum autem comparuiſſet Laura Feulo laudans in authorem dictum Ioannem Antonium Bruno, conceſſum ei fuit ſecundum beneficium, *fol.*264. *& à terg.* Idem Examinator electus, *fol.*265. ad concludendum, *fol.*265. concluſio, *d.fol...à terg* monitio, *fol.*267. & alia monitio, *fol.*274. declaratio circa vſum, *fol.*278. & alia declaratio circa vſum, *fol.*276. alia monitio, *fol.*280.

9 Itaque cum compilatus ſit proceſſus in gradu etiam ſecundi beneficij contra dictos poſſeſſores cenſuum ſperamus, quod dicti cenſus debeant declarari ſpectare ad dictum Venerabile Monaſterium, ſtante ſubſtitutione in caſu contrauentionis facta per dictam Dionoram Calatanum, vt *ſuprà* dicebamus.

10 Circa iuſtitiam noſtræ petitionis ad fauorem Monaſterij Sancti Franciſci de Paula Terræ Caſtrouillaris, dico, certiſſimam eſſe concluſionem iuris, prohibitum alienare contraueniendo priuari rebus alienatis, & ad ſubſtitutum in tali caſu vocatum bona ſpectare, vt *in l. filiusfam. §. Diui, il ſecondo, de legat.*1. Petra *de fideicomm. q.*8. Surd. *conſil.*546. *num.*10. *lib.*1. Rota penes Farinac. *deciſ.*591. *part.*2. fit ergo locus ſubſtituto in caſu contrauentionis vocato, qui æquè ſuccedit, ac ſi per fideicommiſſum in caſu mortis, Theſaur. *lib.*3. *for. q.*84. *num.*11. Paulus de Caſtro *conſil.*16. *in* 4. *dub. tom.*2. *num.*5. Alex. *conſil.*13. *num.*4. *lib.*4. Amatus *conſil.*36. *num.*17. Griuella *deciſ. Dohanæ* 108. & in terminis contrauentionis, ita deciſum per Rotam Romanam *deciſ. diuerſ.*26. *part.*1. *in nouiſſimis*, Menoch. *conſil.*413. *tom.*5. & *conſil.*954. *lib.*10. quorum Doctorum opinio indubitabilis eſt, etiam in fideicommiſſis in perpetuum ordinatis, vt latiſſimè Fuſar. *q.*555-560. *& ſeq.*

11 Nec requiritur ſpecifica ſcientia fideicommiſſi, vt fiat locus ſubſtituto in caſu contrauentionis, quia licèt regulariter ignorans excuſetur à pœna, tamen non dicitur pœnam luere, ſed lucrum non acquirere, qui alienat prohibitus alienare, Radenaſcus *conſil.*83. *à n.*111. Marta *conſil.*159. *per totum*, vbi teſtatur de communi *n.*25. Oſaſcus *deciſ.*73. *num.*7. Caſtrenſ. *conſil.*16. *n.*5. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.*3. *num.*35. *&* 39. vbi etiam de communi teſtatur ſi alienatio fieret ab ignorante ignoranti, vt latè probat Petra *q.*8. *num.*258.

Sed quatenus dubitaretur adhuc ad intellectum *deciſ.* Farinacij 195. *num.*4. *part.*2. à quo nimirum eſſet probanda ignorantia, vel ab alienante, vel ſcientia à ſubſtituto vocato in caſu contrauentionis remouetur dubium ex facto: nam in inſtrumento venditionis dictorum cenſuum confecto per dictos de Bruno, tam Patrem, quam filios, expreſsè legitur ſcientiam fideicommiſſi, & prohibitionis ſibi, & ibidem præſentes dictum Vincentium, & Hyacinthum Brunum filios, *hanno conſentito à detta inſolutum datione vendendono le loro ragioni, che li competeuano ſopra le dette annue entrate, in virtù di legato fatto dalla q. Dianora Catalano, fol.*13. dicitur probata ſcientia fideicommiſſi, & prohibitionis alienationis contraria voluntati teſtatricis, pro quo ſufficit qualis fuerit, licet ſpecifica ex illis verbis oriatur, Farinac. *deciſ.*242. *num.*3. *part.*2. imò præſumptiua ſcientia ſufficiens erit, Alciat. *conſil.*71. *num.*8. *lib.*5. Rolandus à Valle *conſil.*81. *num.*9. *volum.*2. Crauetta *conſil.*143. *num.*6. & *conſil.*7. *tom.*1. Ciarlinus *cap.*126. *num.*46. & 47. *volum.*2. 12

Nec dicatur, quod alienatio prædictorum cenſuum fuerit licita, quia fuit facta pro cauſa neceſſaria, ob neceſſitatem, ſcilicet dandi dotem; vnde non poterit fideicommiſſario prodeſſe dicta contrauentionalis diſpoſitio, quia licet teſtatrix ſtrictius non prohibuiſſet alienationem contrauenienti ob neceſſitatem, incumberet onus probandi dictam neceſſitatem, etiam non fuiſſe alia bona libera quibus ſubuenire potuiſſet, vt refert, & proſequitur Fuſar. *de fideicommiſſ. quæſt.*585. *num.*9. ibi declaratur primò, at quia teſtatrix ſtrictius prohibuit alienationem, quia nimirum voluit, ne eius bona perpetuò alienentur, imò ſemper in familia conſeruarentur, vt expreſsè legitur, *fol.*10. *in princ.* quia hoc caſu non dubitatur, quin etiam pro neceſſitatibus prohibita cenſeretur, nec eſſet facienda alienatio, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.*4. *num.*20. Matta, & alij *ſuprà citati*, Farinac. *vbi ſuprà*, Fuſar. *d.q.*335. *num.*8. præterquam quod eſt prohibita alienatio per dictionem, *quomodolibet*, quæ etiam caſum neceſſitatis comprehendit, vt mox dicemus. 13

Nec etiam dicatur, quoad dicti annui cenſus alienatio, ſeu inſolutum datio fuit facta cùm pacto redimendi, ac proinde non ſit locus contrauentioni, quia & ſi eſſet contraria opinio ex ea ratione, quia cum effectu remaneat inſtitutus prædictus priuatus eo dominio, & poſſeſſione, vt latè Angel. *conſil.*192. *num.*5. quem refert, & ſequitur Fuſar. *quæſt.*728. *num.*32. nihil tamen magis præfata opinio procedit quando eſſet omnimodò prohibita alienatio, ſed non ita eſt, cum non ſit prohibita quælibet obligatio quomodolibet facta, prout in noſtro facto habemus, in quo eſt prohibita alienatio quomodolibet, poſt alios Peregrinus, & alij, quos citat., & ſequitur Regens de Ponte *conſ.*132. *num.*25. *conſ.*2. Paul. Staib. *reſol.*122. *num.*19. *tom.*2. *& reſolut.*28. *part.*2. *deciſ.*4. 14

Nec tandem dicant Aduerſarij, quod ſaltem reſpectu alienationis factæ cauſa dotis Lucretiæ, quo caſu non dicitur fideicommiſſum contrauentionale, 15

tionale,ad Text. *in auth.res quæ,C.commun.deleg.* quia licèt Lucretia,vtpotè filia dicti Ioannis Antonij filij priuigni dictæ Dionoræ, & est penitus extranea, & per consequens non nascitur obligatio,ex *Auth.res quæ,* Franc. *decis.* 141. Fusar. *quæst.* 531. *num.* 24. Farinac. *decis.* 189. *in collect.per eumdem,* & consequenter respectu prohibitionis alienationis contrauenire dicitur alienans etiam ex causa dotis, quando sumus inter extraneos, igitur non poterit se defendere alienans,sed erit locus substituto vocato in casu contrauentionis.

16 Quod adeò verum est,vt facto fideicommisso, in casu contrauentionis, & ab hærede alienentur bona, dubitant nostri an possit fideicommissarius reuocare alienata, vel sit in fideicommissario positum expectare casum fideicommissi, & dicunt omnes, quod si fideicommissum sit restitutorium post mortem,non autem prohibitorium alienationis, & hoc casu alienatio conditione pendente non poterit reuocari per fideicommissarium, ex *l.fin.* §.*sed quia*, vbi Paulus *num.*7. Iason *num.*7. *de rebus alienis non alienandis*, Milanensis *decis.*29. *num.*14.*part.*2. Ioseph Ludouicus *decis.*29. *num.* 3. *&* *num.* 29. nec emptor sub prætextu eius fideicommissi poterit recusare executionem contractus,Fusar.*quæst.*554.*num.*2. quod si fideicommissarius sit hæres alienantis tunc non poterit reuocare alienationem, ex *l.vnum ex familia*, §.*sed si*, *&* §.*seq.ff.de leg.*2. *l.filiusfam.* §.*cum Pater,ff.de leg.*1.Fusar.*q.*556. *per totam*, & alios Doctores congerit Franciscus Ciriacus *controu.forens. cap.... num.... tom.*1. pu-
17 tat autem ipse Fusar. *num.*8. & ita refert iudicatum, quod si res sit expressè prohibita alienari posset fideicommissarius hæres illam recuperare contraueniendo alienationi, sed ipsemet *num.*9. tenet contrariam opinionem, neque in tali casu poterit vocatus contrauenire fideicommissarium, si sit hæres alienantis, casu verò, quod sit hæres cum beneficio legis,& inuentarij,tunc solum te-
18 netur stare alienationi pro ea tantùm quantitate, quæ ad eius manus peruenerit, Bald. *in l. cum à matre, C. de rei vendicat.* Fusar. *loco cit. num.*10. & tenetur hæres solum quatenus est in hæreditate seruare factum defuncti, nec posset vendere rem,& soluere æstimationem illius cum interesse, Gloss. *in l. vlt.* §. *in computatione*, & ibi Bart. & alij, *C. de iur.deliber.* Roman. *cons.*18. alij dixerunt hæredem posse vindicare rem, & soluere æstimationem cum interesse, ita communiter DD. apud Fusar. *d. quæst.*555. *num.*14. & hæc opinio est veritati consona, & poterit fideicommissarius agere contra tertios possessores, nulla facta recussione in bonis alienantis, ita communiter Doctores cum Fusar. *quæst.*559. quod procedit etiam in grauato restituere quicquid super-
19 erit, quia si alienauerit quartam seruatam fideicommissario, iuxta *Auth. contra cum rogatus, C. ad trebell.* tunc fideicommissarius agit contra tertios possessores, Crass. *in* §. *fideicommissum, quæst.*16. & hoc procedit quando scienter tertius possessor emit fideicommissi bona, secus si venditio facta esset ab ignorante ignoranti, quia tunc emptor non tenetur, nisi in subsidium, Fusar. *quæst.*554. *&* 559. *per tot.*

20 Quod si prohibitus alienare, alienet cum consensu fideicommissarius sibi præiudicat, præsentat aliqui,quod sic,ex *l.omnibus,*§ *nihil,ff.de leg.*1. *l. si fundum per fideicommissum, ff. eodem*, *l. cum pater*, §. *libertus*, *ff. de legat.* 2. Bart. *in d. l. si fundus per fideicommissum*, Intrigliol. *de substit.*

*cent.*3. *quæst.*73. Vinius *decis.*18. *num.*15. Rot. Romana *in decis.diuers.decis.*151.*num.*3.*part.*1. & facit Text. *in l.cum mater tua, C.de rei vendicat.& l.non videtur,ff. si quid in fraudem Patroni, & in l.*1.*C.eodem,cap.Pastoralis,de nouat. l.si debitor*, §.1.*& l. si consensit,ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur*, quia qui consentit, habetur si alienasset,DD.apud Fusar.*quæst.*560.*num.*1. qui latè explicat.

Quia verò Eleonora suum fideicommissum 21
fecit ad fauorem Monasterij Sancti Francisci de Paula,in casu contrauentionis hæredis, & in casu mortis ad fauorem familiæ hæredis, videtur dici posse extinctum primum fideicommissum per secundum factum in casu mortis, quo vocauit familiam sui hæredis.

Sed contra dicendum est,quod in casu nostro vbi Testatrix substituit Monasterium in casu contrauentionis, satis in eo casu dicitur prouisum, ergo cum postea facta prohibitione alienationis dixit, quia volo manere in familia censeri debet inductum fideicommissum in casum mortis, & in casu alienationis prius, & primum est prouisum in casum alienationis, & deindè specialiter in casu mortis, *argumento*, *l. doli clausula*, *ff. de verbor. oblig. & l. sanctio legum*, *ff. de pœnis*, & fuit ratio Decij *cons.*182. *num.*14. *vers. cum ergo*, quam esse conclusionem dicit Oddus *cons.* 35. *num.*16. *&* 17. qui nullam facit differentiam, siue post prohibitionem sit vocatum Monasterium in casum alienationis, & posteà addita ratio, quia volo bona manere in familia, siue e contrà, vltimo loco sit facta vocatio in casu alienationis, & hanc etiam rationem probauit Ruinus *cons.*122. *lib.*2. *&* *cons.*113. *lib.*3. qui loquitur in casu,quo prius erat facta vocatio in casum alienationis,& posteà addita ratio,quia voluit bona manere in familia, & ibi adducit etiam rationem Bartoli *in l. quæsitum*, §. *si quis fundum in vltimis verbis*, *ff. de fundo instr.* vbi vult,quod si genus,& species cadat inter casus in vna,& eadem dispositione, tunc generi per speciem derogatur, adeò quod generalis dispositio 22
non refertur ad casum specificatum, *d. l. doli clausula*, & ideò sub illis verbis generalibus, *quia voluit bona manere in familia*, non continetur fideicommissum in casum alienationis, de qua fuit specialiter prouisum, vt eleganter fideicommissorum communis Præceptor, Fusar. *quæst.*688. *num.*74. *in medio,vers. teneo*, qui subdit post alios *in vers. Et quod duplex*, quod duplex fideicommissum inducitur per verba dictæ Dionoræ, vnum in casu alienationis ad fauorem vocati etiam loci Pij; Secundum in casu mortis fauore familiæ, & probatur: nam si solum contrauentionis resultaret fideicommissum,superflua essent illa verba dispositiua, *quia volo bona manere in familia:* nam satis esset prouisum ne alienentur vocando Ecclesiam in casu alienationis, & ita arguit in substitutione Hospitalis Sforza Od- 23
dus *cons.*35. *num.*17. post Ruinum *cons.*122. *num.*20. *ante finem*, Fusarius omninò videndus *quæst.*688. *num.*74. quia certum est per illa verba, *quia volo bona remanere in familia*, fuit inductum fideicommissum illud fauore familiæ, *l. peto*, §. *fratre*, *ff. de legat.*2. *l. filiusfam.* §. *cum Pater, ff. eodem,tit.* & licet illa verba, *quia vult bona manere in familia*, importent fideicommissum solum in casu alienationis, non in casu mortis, sed in casu alienationis non potest dici inductum fideicommissum fauore familiæ,quia de alio substituto fuit prouisum specialiter, *l. coheredi*, §.

qui Patrem, ff. de vulg. & pupill l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulgari, ergo ſi familia eſt vocata, & in caſu alienationis, vt poſſit dici vocata, quia imò fuit excluſa, cum verba ſint apta ad fideicommiſſum etiam in caſu mortis, *l. Pater, §. fundum, ff. de legat. 3. l. Pamphilo, ff. eodem, l. vnum ex familia, §. ſi fundum, & §. vlt. ff. de leg. 2.* ſequitur quod familia ſit vocata in caſu mortis, & cum familia ſit excluſa in caſu alienationis, ob dationem alterius ſubſtituti ſpecialiter hoc caſu intelligitur in illis caſibus ſubſtituiſſe, *l. cum Prætor, ff. de iudiciis, l. Imperator, ff. de poſtulando, l. ſtatum liberum, §. ſtichum, ff. de ſtat. liber.* & poſt Ruinum ita notabiliter Fuſar. *quæſt. 688. n. 74. in fin.* omninò videndus, ergo Dianora, de qua in præſenti duo fecit fideicommiſſa, vnum ſcilicet in caſu contrauentionis, quo vocauit Monaſterium Sancti Franciſci de Paula, & aliundè in caſu mortis, quo vocauit familiam hæredis inſtituti, & in caſu noſtro vnum non dependet ab alio, ergo Monaſterium Sancti Franciſci de Paula, facto caſu ad beneficium ſuum, poterit vindicare bona alienata pro hærede.

24 Confirmatur hoc ipſum ex celebri *conſilio* Ludouici Moretij *reſponſo* 4. vbi fit prohibitio alienandi hæredi inſtituto, & etiam data licentia alienandi eidem hæredi, dicit Moroſius, quod dictæ ſuæ diſpoſitiones ſunt compatibiles inter ſe, ſcilicet ſi non contingat bona alienari in vita, tunc ſubiiciuntur fideicommiſſo, itaque vel alienauit in vita, & potuit alienare, quod ſi non alienauerit, tunc habet locum fideicommiſſum, ſic Monaſterium Sancti Franciſci de Paula venit ad bona in caſu quo alienauerit in vita hæres, quod ſi non alienet, tunc familia ſua vocata in caſu mortis ſuccedit, ergo non ſunt impoſſibilia iſta duo inter ſe.

25 In quo facto eſt notandum, quòd in caſu, quo reſultat fideicommiſſum in caſu alienationis, & ſic contrauentionis tantùm, non impeditur ſucceſſio ab inteſtato, iuxta doctrinam Bartoli *in l. Patre, §. fratre, verſ. aut prohibitio facta eſt, ff. de leg. 2. & in l. cum Pater, §. cum inter,* per illum Text. *ff. de leg. 2.* vbi in prima ſubdit, quod in caſu quo fuerint limitatæ perſonæ, quibus alienari poteſt, illiſque exceptis prohibitio eſt generalis, poterit eo caſu ſucceſſio ab inteſtato transferri etiam in extraneum, ſiue extraneus ille ab inteſtato ſucceſſurus ſit, ita Menoch. *conſ. 277. num. 52. cum ſeq. & conſ. 1140. num. 12.* Marchabrunus *conſ. 85. num. 165. 181. & 210.* Homnedeus *conſ. 13. num. 25. lib. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 14. num. 26.* Odus *de ſubſtitut. quæſt. 58. art. 1.* Marzarius *de fideicomm. quæſt. 42.* vbi tradit ſic iudicatum in Rota Florentina, Petra *de fideicomm quæſt. 8. num. 274. & num. 291.* Marta *de ſucceſſ. legali, part. 4. quæſt. 21. art. 8. num. 20. cum ſeqq.* vbi affert DD. tractantes in hoc de communi, & quod ita fuerit pluries diuerſis in locis iudicatum.

26 Effectus ergo fideicommiſſi in caſu tantùm contrauentionis hic eſt, vt ſcilicet illi, ad quorum fauorem fuit facta prohibitio, poſſunt ſtatim prohibitionem factam reuocare, ita Curt. iun. *conſ. 264. num. 2.* & facit Text. *in l. Pater, §. fratre, ff. de leg. 2. & l. cum Pater, §. libertis, ff. eod.* Bart. Paul. de Caſtro, Cuman. & alij *in d. l. peto, §. prædium,* & hoc ſiue ab ignorante, ſiue à ſciente facta fuerit alienatio, ad Text. *in l. finali, §. finali, ff. de legat. 2.* ei, quod per prohibitionem expreſſim, non dicitur dominium tranſlatum, item quia alienatio eſt facta contra expreſſam teſtatoris voluntatem, ergo dicitur ipſo iure nulla, vt latè Marta *de ſucceſſ. legali, part. 4. quæſt. 21. art. 8. à num. 27. cum ſeqq.* quia facta prohibitione alienationis, dicitur fideicommiſſum contrauentionale, in caſu tantùm, quo fieret alienatio, cenſentur mortui ſubſtituti, & licèt reperiantur verba, *vt bona in familia remaneant,* tamen talia verba tamquam enunciatiua dicerentur relata per modum cauſæ, quæ de per ſe nihil importarent, Bart. *in l. Pater filium, §. fundum per textum illum, ff. de legat. 3.* & dicerentur adiecta verba tantummodò ad confirmandam dictam prohibitionem, & ad demonſtrandas perſonas, quarum contemplatione facta prohibitio exiſtit, & conſequenter dicerentur factum fideicommiſſum in ſolum caſum contrauentionis, vt latè Roman. *conſ. 467.* Soccin. *conſ. 435. n. 50. lib. 3.* Veggius *conſ. vlt. n. 171.* Petra *quæſt. 5. num. 46.* Surd. *conſ. 315. num. 36.* Graſſus *in §. fideicommiſſum, quæſt. 5. num. 6.* Marta *de ſucceſſ. part. 4. quæſt. 21. art. 8. n. 12.* vbi in ſequentibus numeris reſpondet ad obiecta quæ in contrarium firmari poſſunt *vſque ad num. 16.*

Nec eſt nouum in Iure, non poſſe fieri prohibitionem alienationis non ſimpliciter, ſed limitatiuè, reſpectu certarum perſonarum, addita tamen ratione, vt bona conſeruentur in familia, vel remaneant in agnatione, prout in caſu, & exemplis propoſitis *in l. peto, §. fratre, ac in l. cum Pater 70. §. libertis, ff. de leg. 2.* quo caſu non abſolutum inducitur fideicommiſſum, & in caſu mortis, ſed tantummodò in caſu alienationis, & ita poſt alios dicunt DD. omnes *in d. §. Diui,* vbi omnes, inter quos Alex. *conſ. 56. col. vlt. lib. 1. & conſ. 23. lib. 2. & conſ. 59. l. 3.* Ruinus *conſ. 208. lib. 1. & conſ. 96. lib. 2. & conſ. 28. col. vlt. & conſ. 134. lib. 3.* Menoch. *conſ. 620. num. 5.* Graſſus *in §. fideicommiſſum, quæſt. 5. num. 50.* Peregr. *de fideicomm. art. 14. num. 10. cum ſeq.* Fachineus *lib. 4. cap. 49.* Intrigliolus *controu. 3. quæſt. 73. num. 35.* Gabriel *concl. 9. de fideic. num. 7.* Mantica *de coniecturis, l. 6. tit. 14. num. 24.* Petra *d. quæſt. 5. num. 26. & q. 6. num. 41.* Theſaurus filius *lib. 3. quæſt. 117. n. 11.* & hoc procedit etiam ſi prohibitio fuiſſet facta in contractu, ſecundum Bart. *in d. l. qui Romæ, §. coheredes,* vbi alij etiam notant, *ff. de verb. oblig.* Ferdinandus Leazes *in d. l. filius, fam. §. Diui, ff. de legat. 1.* Decianus *conſ. 31. num. 61. lib. 2.* Berous *conſ. 84. num. 1.* Barbatus *part. 1. de fideicomm. cap. 8. à num. 81. cum ſeqq.* 27

DISCEPT. CCCLXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Nouam conuentionem allegans, & non probans, pœnam incurrat duc. 12.*
2 *Noua conuentio qualiter probanda.*
3 Pragmat. 1. de Procuratoribus §. 4. *adducitur.*
4 *DD. quid dixerint de noua conuentione allegata.*
5 *Nouatio qualiter opponatur.*
6 *Noua conuentio, & ſimiles, quibus probentur.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Nouam conuentionem aduersus instrumentum, & scripturam allegans, & non probans qualiter puniatur, idem de satisfactione, &c. & qualiter sit probanda ad explicationem Regiarum Pragmaticarum de ea agentium.

DE NOVA CONVENTIONE opponenda.

1 PLVRIES vidi dubitari, qualiter sit alleganda, atque probanda noua conuentio, & respondeo ex Pragm. 44. *de officio Magistri Iustitiarij*, §. 3. habetur, quòd allegans satisfactionem, & non probans, incurrit in pœnam duc. 12. applicandam pro medietate Fisco, & pro alia medietate parti: quodque in eandem pœnam ducat. 12. incurrat Procurator, qui allegat nouam conuentionem applicandam dictam pœnam, *vt supra*, quam etiam pœnam ducat. 12. incurrit ille, qui facta executione, comparet dicendo esse executum in bonis alienis, & illud non probauerit, & pœna diuidatur *vt supra d. pragm.* §. 4. & fuit pragm. Comitis Mirandæ die 11. Martij 1574.

2 Quando allegantur nouæ conuentiones in Iudiciis, aut satisfactiones comparitiones hoc continentes debent esse adeò lucidæ, & claræ, quod nulla penitus indigeant declaratione, sed exprimatur species ipsius nouæ conuentionis, & aliter dictæ comparitiones à Iudicibus, Magistris actorum, seu scribis nullatenus admittantur, nec in ipsis comparitionibus fiant prætentationes sub pœna ducatorum quinquaginta ab ipsis Magistris actorum exigenda in casu contrauentionis *d. pragm.* 44 §. 2. *de officio Magistri Iustitiarij.*

3 Pragm. 1. *de Procuratoribus* §. 4. allegantes nouas conuentiones, quas concludenter non probauerint, facta publicatione in causa quandocumque ante sententiam soluant opponentes, & succumbentes pœnam ducatorum sex exigendam, *vt supra:* si verò post sententiam ad impediendam exequutionem soluant ducatos 12. quæ pœna exigatur *vt supra*, ab ipso Procuratore, Tutore, Curatore, seu Syndico, aut Principali, qui ipsam proposuerit cum consimili declaratione, vt præcedentibus capitibus.

4 Addatur Golinus *de Procuratoribus*, *part.* 4. *cap.* 4. *num.* 23. qui quærit qualiter, & quando sit alleganda noua conuentio, & quoad quando, dicit quandocumque quoad qualiter dicit quòd debet allegari cum talibus conditionibus, primo vbi, quando, & coram quibus scilicet in quo loco, quo tempore, & cum nominibus Testium, de qua re est pragmatica Illustris Comitis Mirandæ, de qua *supra*, & quotidiè dicimus, & hoc iure vtimur in S.C. & de hac noua conuentione, vide quæ tradit Berardinus Pandus *in Ritu* 164. *part.* 5. *declarat.* 14. *per totam*, & Galterius *in praxi liquidationis* 2. *part.* 5. partis principalis *Rubrica* 3. *num.* 15. 16. & 17.

5 Nouationem posse opponi iure communi attento dicit Pandus *declarat.* 13. & virtute eorumdem verborum Ritus 166. loquentium de satisfactione, id ipsum operari censemus quam exceptio solutionis, certum tamen, nouationem esse prioris obligationis extinctionem, vt scripserunt institutistæ *in* §. 1. *instit.* quibus modis tollitur obligatio, concurrentibus tamen requisitis *l. final. C de Nouationibus.*

Nouam verò conuentionem posse opponi, 6
certum est, & prodesse ad eum effectum, ne vinculis mancipetur, ita Pandus *part.* 1. *declarat.* 14. *num.* 26. qui tamen *num.* 29. ait id non procedere in noua conuentione turpi ex causa; vnde nouæ pactiones, quæ frequenter fiunt dilatoriæ: si soluet debiti portionem, vel de non petendo reliquum, si aliquid daret, & item similes, non possunt opponi, cum sint ex turpi causa, Galterius in addit. ad locum citatum *num.* 16. & fuit originale dictum Iacobi de Arena *in l. non dubium, num.* 8. *C. de legibus, & in* §. *sin itaque discretis, num.* 28. *instit. de actionib.* quem sequitur Alexander *in l. fin. ff. de condit. ob turpem causam*, illis verbis, facit ista lex, quòd si debitori, qui nolebat mihi soluere, remitto partem, vt mihi reliquum soluat, possum per conditionem ob turpem causam repetere, quod sibi remisi, idem tradit Iason *in l. finali, C. de condit. ob turpem causam*, ideo dicunt Corneus *cons.* 103. *lib.* 3. Marsilius *singul.* 432. quæ quidem exceptiones præ se ferentes compensationem, nouationem, aut satisfactionem, & nouam conuentionem cum opponuntur ponderanda sunt, quæ habentur *in d. pragm.* 47. §. 2. & 3. *de officio Magistri iustitiarij*, & quæ scripsit Galterius 2. *part.* 3. *partis principalis, Rubrica* 3. *num.* 16. & Galluppus *in praxi*, §. 3. *cap.* 3. *num.* 15. & conferunt tradita per Manticam *lib.* 1. *de tacitis, tit.* 5. *num.* 33. per Petram *in tit.* 2. *Ritu* 166. *num.* 189.

DISCEPT. CCCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur explicanda.*
2 *Bona filij non exequuntur à creditoribus patris,*
3 *Filius separatim à patre habitat, licet in alia camera suis expensis.*
4 *Fructus dotis an patris, an filij dotem accipientis.*
5 *Fructus dotis filio datæ ipsius creditoribus obligantur, non patris.*
6 *Renunciatio in quærendis facta per debitorem, an & quando valeat in fraudem creditorum.*
7 *Fructus donationis contemplatione matrimonij cuius sint Patris an filij.*

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias de consensu patris dotem accipiens, non patitur aliquid ob patris decoctionem, nec dicitur cum patre viuere, si separatim in alia camera suis expensis vixerit; Posse debitorem renunciare fructus quærendos, & cuicunque quando in iure fructus est dicantur.

IVRA
PRO
PETRO PAVLELLA,
CVM
Patrim. eius Patris.

1 CVM ex ordine Magnifici causæ Commissarij ad instantiam creditorum annotarentur bona mobilia Andreæ Paulellæ, fuerunt etiam descripta bona existentia in secundo Gynecæo, siue vt vocant appartamento, quæ propriè erant Petri Paulellæ, qui interposita statim in ipso actu descriptionis protestatione, mox iudicium instituit, ac petiit super eis non molestari à creditoribus, idque ne sine fundamento petere videretur, pleraſque scripturas, ac testes suæ intentioni comprobandæ aptissimos in termino produxit. Primo quidem produxit dotales tabulas *fol.* 53. in quibus Io. Baptista de Rinaldo, dotem Petro constituit de voluntate dicti Andreæ *fol.* 54. duc. 12. m. ac pro ea assignat ann. d. 245. super dacio vini duc. 140. super dohanis Apuleæ d. 422. 2. 10. super fructibus fiscalibus Cauæ, & vicissim Andræas eiusdem matrimonij occasione donat eidem Petro duc. 10. m. & pro eis ann. duc. 700. super functionibus fiscalibus Cauæ, *fol.* 69. *& seqq.* quos sane introitus, tam scilicet dotales, quam ex donatione acquisitos non modo in Petri personam descriptos fuisse constat ex fide *fol.* 14. 16. *&* 25. Verum etiam ab ipso semper exactos fuisse patet ex partitis banci, & aliis à *fol.* 10. *vsque ad* 13. *fol.* 18. *vsque ad* 22. *fol.* 26. *vsque* 29. *fol.* 43. 50. necnon ex eo quod pluries idem ipse constituit Procuratores ad exigendum, vt à *fol.* 44. *vsque ad* 49.

Rursus in medium protulit plures testes omni exceptione maiores ex quorum dictis hæc certissimè desumuntur, primo bona vt supra descripta esse Petri Paulellæ vtpotè ab ipso empta, vt deponunt 2. *test. super* 5. *fol.* 34. *in* 2. *examine* repetitus *fol.* 107. 3. *super* 5. *fol.* 35. *à terg.*

2 Quæ cum ita in facto abundè sint ostensa, dilucide consequitur, quod frustra sibi ius competere in dictis bonis creditores Andreæ contendunt, quippe quæ ex propria pecunia à dicto Petro fuerunt comparata: quod ne controuertere audeant, ex eo quia sunt empta ex introitibus dotalibus, & vigore donationis acquisitis, quorum vsusfructus ad Andræam patrem pertinebat, bimembre hoc irrefragabile argumentum conficio, quod siue prædicta bona intra quadriennij curriculum, quo Petrus separatim vixit, empta esse fateantur, siue etiam antea, vtroque modo manifestum fit, ad ipsum Petrum procul dubio pertinere.

3 Primum propositionis membrum demonstro, quia compertum est integro quatriennio Petrum separatim vixisse, licèt in eadem domo habitauerit; nam separatim dicitur viuere, qui degit suis expensis, licet in eadem domo sub eadem claui cum patre vel alio quis maneat, quemadmodum sentit Bald. *in l.* 1. *num.* 10. *C. de legat.* quem sequuntur Angel. *ibidem, num.* 4. & alij per Surd. *cons.* 459. *num.* 19. 20. *&* 21. *vol.* 4. Oliuer. Beltraminus *in add. ad Ludouis. decis.* 182. *num.* 9. benè Farinac. *decis.* 527. *num.* 6. *part.* 1. *selectar.* Pro quo tempore vsumfructum dotis amplius ad patrem non spectare ex communi interpretum doctrina deducitur, qui differentes an vsusfructus dotis filio constitutæ Patri acquiratur, in eam distinctionem vnanimi voto decurrunt, quod aut filiusfamilias viuit expensis patris matrimonij onera sustinentis, & ad patrem fructus dotis pertinent, aut separatim à patre ex iusta causa, vel ipso non reclamante propriis expensis degit, & dotalia commoda sibi filius vindicat, adeo vt propterea parens, si fortè dotem ipse possideat, restituere teneatur ita docent Imola *in l. si cum dotem* §. *transgrediamur in fin.* vbi Alex. *num.* 9. optimè doctiss. Barbos. *num.* 24. *vers.* 2. *conclusio, & num.* 25. præsertim *in fin. ff. solut. matrim.* Crot. *in l. frater à fratre, num.* 99. *ff. de cond. indeb. inter repetit. ciu. tom.* 2. Arius Pinellus *in l.* 1. *part.* 1. *sub num.* 57. *in fin. C. de bonis mater.* Bald. *nouell in tract. de dot. part.* 6. *priuil.* 30. Paschal. *de vir. patr. potest. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 45. Boër. *decis.* 195. *num.* 4. Milanens. *dec. Sicil.* 19. *num.* 23. *lib.* 1. optimè Becci. omninò videndus *cons.* 43. *lib.* 1. benè Peregr. *cons.* 89. *num.* 2. *vol.* 3. idemque sentiunt Menoch. *lib.* 2. *præs.* 14. *num.* 12. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 12. *tit.* 30. *n.* 16. Gratian. *tom.* 2. *discept.* 244. *num.* 27. Io. Bapt. Costa *in tract. de portione rata, quæst.* 21. *num.* 4. dum tradunt patrem acquirere fructus dotales si sustineat onera matrimonij, & cum filio moretur. Pendet sanè huius solidissimæ doctrinæ veritas ex notissimo illo principio quod de substantia dotis est, vt oneribus matrimonialibus deseruiat *l. quamvis* 75. *in fin. l. si pater* 76. *infr. ff. de iur. dot. l. pro oneribus, C. eod. l. dotem* 16. *in princ. vers. dos autem D. de castr. pec. l. si quis pro vxore* 21. §. *si vxor ff. de donat. inter vir. & vxor.* eamque tacitam conditionem habet, cum dos traditur vt matrimonij onera perferantur *d. l. si pater* 76. *l. si maritus* 46. *D. fam. herciſc.* ac propterea non alij acquiritur dotis commodum, nisi illi qui onera sustinet, *l. dotis fructum* 7. *in princ. l. si is, qui sticchum* 56. §. *ibi dos D. de iur. dot. l. actione* 65. §. *fin. D. pro soc. addo t.* insignem, & ferè punctualem in materia nostra *in l. si filia* 20. §. *hoc amplius* 2. *D. fam. herciſc.* vbi I.C. tradit quod filius institutus à patre non tenetur dotem conferre inter cæteros fratres, sed eam retinet præcipuam, propterea quod ad ipsum spectat onus matrimonij, & respectu patris inquit quod, & ipse dotem filij seruat præcipuam. Quia filij onera, & nurus ipse agnoscere necesse habetur. Quamobrem cum integro quadriennij interuallo onera matrimonij senserit, Petrus propriis expensis degens, quo pacto in bonis ex fructibus dotalibus acquisitis eum molestare possunt creditores Andreæ, ad quem vsusfructus dotis nullo iure pertinebat; vt præcitati DD. benè fatentur, & præter eos eruditissimus Ant. Faber. *in C. lib.* 6. *tit. de bon. quæ liber. defin.* 8. *n.* 6. vbi in puncto docet bona empta ex fructibus dotalibus esse filij, si pater patrimonij onera non sustineat.

Sed si creditores velint bona de quibus agimus non intra quatriennij interstitium, sed antea esse quæsita, adhuc eos silere debere duplici propositione ostendo. Prima est, quod fructus dotales Andræas remisisse filio intelligitur. Secunda quod non solum fructus dotis acquisiuit Petrus, verum etiam fructus donationis contemplatione matrimonij ad ipsum pleno iure spectauerunt. 4

Prima propositio patet ex eo quod Andræas 5

tam

tam in nuptialibus tabulis, quàm in dotali instrumento consentit dotem constitui, & assignari ipsi filio, rursus describi in eius personam, denique fructus ab ipso exigi passus est ex qua promissione, & patientia donationem siue potius remissionem paterni vsusfructus deduci ex Text. insigni *l. cum oportet, §. sin autem, C. de bon. quæ lib.* interpretes ibi communiter agnoscunt & propter eos Corn. *cons.* 285. *num.* 4. *lib.* 1. Crot. *cons.* 40. *num.* 13. *lib.* 1. Crauett. *cons.* 39. *num* 9. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 29. *n.* 91. *& præs.* 30. *num.* 54. benè Franc. Caldas *in repet. l. si minorem vers. læsis, num.* 148. *vers. hæc autem, C. de in integr. restit. minor.* Fontanell. in puncto loquens de fructibus dotalibus, *tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 1. *part.* 1. *num.* 44. in puncto Marchisell. *quæst.* 146. *num.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 18. *num.* 12. Peregr. *cons.* 81. *num.* 23. *lib.* 1. Aldouinus *cons.* 53. *num.* 10. Petr. Caballus *cons.* 14. *num.* 16. *&* 25. *vol.* 2. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de pecul. resolut.* 3. *num.* 1. *fol. mihi* 221. Gratian. *tom.* 3. *discept.* 519. *num.* 1. *& seqq.* Nec mirari oportet quod tam facile huiusmodi remissio præsumatur, nam præterquam quod in nostram specie plura concurrunt consensus indicia, vt proximè demonstrauimus non est nouum, vt ex scientia cum taciturnitate, & patientia quis præiudicium sentiat, & renunciasse iuri suo intelligatur *l. Caius D. de pignor. actio. l. si fideiussor, §. pater. D. de pignor. l. seruus* 38. *D. de donat. inter vir. & vxor.* & in patre extant exempla *in l.* 2. *D. ad municipal. in l. honores* 7. *§. fin. D. de decur. in l. si tantum* 12. *D. ad S. C. Maced.* Ac licet donationis, aut renunciationis præsumptio regulariter excludi debeat, nihilominus charitate, & coniunctione personarum suffragante plerumque facillime præsumitur ex scientia, & patientia consensus, & donationis coniectura *arg. l. procula* 26. *D. de probat. d. l. seruus* 38. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* docent Bart. *in l. quæ dotis, n.* 23. vbi Roman. *num.* 36. Iason. *num.* 92. *ff. sol. matrim.* Affl. *in cap.* 1. *§. & si clientulus, n.* 31. *de alienat. feud.* Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 154. benè Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 99. *num.* 33. Mascard. *de probat. concl.* 1269. *num.* 35. *&* 1270. *num.* 30. *&* 31. Io. Botta. *cons.* 65. *n.* 14. Fab. Turret. *cons.* 58. *num.* 15. *vol.* 3. Elbertus Leoninus *cons.* 12. *n.* 4. Diodor. Tuldenus, *in iuris prud. ex tempor. lib.* 2. *cap.* 15. *folio mihi* 104. quod facilius quidem in remissione paterni vsusfructus admittendum est quoniam vt subtiliter considerat Peregr. *d. consil.* 81. *num.* 23. *lib.* 1. & ante eum Angel. *in d. l. cum oportet, §. sin autem* Menoch. *d. lib.* 3. *præsumpt.* 30. *num.* 55. filius est Dominus aduentitiorum fructus: igitur cum natura sua dominium sequantur nil mirum est si tam facile ad filium proprietatis dominum ex secunda promissione patrimonia reuertantur, vnde etiam dependet, quod quamvis alias donatio inter patrem & filium ex patris obitu perfectum robur sumat, nihilominus talis remissio statim valet in vita patris irreuocabiliter, & fructus quousque pater passus est à filio percipi ita ipsi filio acquiruntur, vt paterna mors pro confirmatione non sit expectanda Bart. *in l. frater à fratre, num.* 57. *vers. fallit D. de cond. indeb.* Ias. *ibidem, num.* 44. Crot. *num.* 43. Angel. omnino videndus *in l. cum oportet, §. sin autem, num.* 1. qui pluribus modis eum Text. explicat *C. de bon. quæ lib.* Tell. Fernand. *in l.* 17. *Tauri, num.* 63. Caldas *in l. si minor, glos. læsis, num.* 148. *in princ. C. de in integr. restit. minor.* Becc. *cons.* 113. *num.* 29. Caball. *cons.* 14. *num.* 19. *vol.* 2. Valas. qui hanc sententiam communem appellat *in tract. de partition. & collation. cap.* 13. *num.* 144. atque ita pronunciatum testatur in S. C. die 25. Septembris 1595. Præs. de Franch. *decis.* 585. *num.* 3. Tum quia, vt proximè diximus fructus natura sua sequuntur Dominum, & idcircò statim cum proprietate consolidantur. Tum etiam quia non tam donatio, quam potius refutatio videtur huiusmodi remissio, vt considerant Bald. *in l. fin. §. cum autem, num.* 3. *C. de bon. quæ liber.* Surd. *cons.* 259. *num.* 16 Caball. *loc. cit. num.* 20.

Quod si opponant creditores non potuisse huiusmodi remissionem fieri ab Andrea in eorum præiudicium. Respondeo quod in acquirendis potest debitor suis creditoribus præiudicare non enim diminuit Patrimonium suum, qui acquirere omittit *l. qui autem* 6. *l. patrem* 19. *& l seq. D. quæ in fraud. credit. l.* 1. *§. verum autem* 6. *ff. si quid in fraud. pat. l. si postulante* 67. *§.* 1. *D. ad S. C. Trebell. l. alienationis* 28. *vers. qui occasione D. de verb. signif. l. cum quidam* 26. *D. de iur.* fisci quorum iurium dispositionem etiam aduersus creditores hypothecarios procedere tum ex Text. *d. l. cum quidam*, tum ex ratione ponderata à I. C. *in d. l. qui autem*, & in aliis legib. proximè citatis defendunt Ripa *in lib.* 1. *num.* 7. *D. de pignor.* Socc. iun. *cons.* 124. *num.* 8. 9. *&* 10. *vol.* 3. Anna *cons.* 76. *ex num.* 2. Tell. Fernand. *in l.* 4. *Tauri, num.* 61. & præcedentibus Præs. de Franch. *dec.* 101. Gratian. *discept.* 132. *num.* 2. *& seq.* Pascal. *de vir. patr. potest. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 272. Castill. qui alios congerit *tom.* 2. *controuers. cap.* 112. *num.* 31. *& seq.* & ne desint speciales authoritates in puncto, quod pater etiam in præiudicium creditorum possit vsumfructum filio remittere volucrunt Surd. *consil.* 116. *num.* 82. *vol.* 1. Gratian. *tom.* 2. *discept.* 271. *num.* 34. *&* 37. Paschal. *d. loc. n.* 270. Trentacin. *var. lib.* 1. *tit. de pecul. res.* 3. *num.* 2. *fol.* 221. quorum opinio in eo casu benè procedit, quoties pater iam non acceptauit vsumfructum, vt declarant Rimin. Iun. *in §.* 1. *num.* 139. *instit. per quas pers. nob. acquis.* Cutell. *de don. cont. matr. tract.* 1. *discurs.* 2. *part.* 9. *num.* 3. Trentacinq. *loc. cit.* cuiusmodi est species nostra, in qua ab initio pater nunquam percepit, neque acceptauit vsumfructum bonorum dotalium. Quamquam, & si hæc deficerent adhuc dici potest nullam fraudem creditorum posse in hac re considerari. Tum quia pro tempore quadriennij fructus ad patrem, qui separatim vixit pertinuere, vt in primo capite probauimus, & pro creditoribus, qui ante illud tempus contraxerant adsunt bona, ex quibus potest eis satisfieri. Tum etiam quia ex tempore, quo Petrus dotem accepit (eo autem tempore nulli ferè aderant creditores) Andræas, & vsumfructum remisit, siquidem interfuit instrumentum dotali, & permisit dotalia corpora assignari filio, cum clausulis prægnantibus scil. vt transirent in ipsum Petrum pleno iure ad habendum, possidendum, &c. ita quod libetè liceret ei petere, consequi, & exigere in iudicio comparere, & omnia facere quæ posset, cedens cum aliis huiusmodi clausulis *fol.* 54. *à t. &* 55. Ex quibus clausulis vsumfructum etiam in personam Petri ipso Andræa consentiente transfatum fuisse deducitur ex traditis per Bald. *in l. mater n.* 2. *C. ad S. C. Tertull. & in l. fœmina §. illud in fin. C. de* 2. *nupt.* vbi voluit quod verbum pleno iure im-

portet vſumfructum, ſequitur Caccialup. *in l. frater à fratre, n.* 88. *in fin. ff. de cond. indeb.* vbi exinde infert quod principaliter intelligitur vſumfr. filio remiſiſſe, ſi voluit eum habere rem pleno iure, quod ipſum probat Surd. *conſ.* 259. *num.* 17. & facit Text. optimus *in l. ſi ita ſtipulatus fuero* 126. §. 1. *ff. de verb. oblig.* & *in l. Titia* 19. *ff. de annuis legatis* vbi fundus pleno iure ad aliquem ſpectare dicitur, quoties proprietatem in ſimul, & vſumfructum habet ſimiliter, & illa clauſula, per quam ceduntur Petro actiones omnes, & iura, ita vt poſſet petere conſequi in iudicio comparere, & omnia facere quæ poſſet cedens, operatur vt vſusfructus in Petrum tranſlatus dicatur, nam alioquin pro bonis quorum vſusfructus ad patrem pertinet agere, ſiue iudicium mouere nequit filius viuente patre *l.* 1. *in fin. verſ. ne autem imperfecta, C. de annali exceptione* ponderat in puncto Surd. *cit. conſ.* 259. *num.* 17. licet autem non adiecerit ipſe Andræas has clauſulas in dotali inſtrumento, quia tamen ipſe præſens fuit, & permiſit eas apponi, ſuccedunt propoſitiones quas ſupra attulimus *in verſ. prima propoſitio circa med.* vt ſcilicet ex ſcientia, cum patientia ſibi præiudicaſſe intelligatur.

7 Secunda propoſitio quod fructus donationis contemplatione matrimonij pertinuerint ad Petrum ex pluribus etiam veriſſima eſſe dignoſcitur. Non ſolum enim militant in illis ea fere omnia, quæ hactenus reſpectu fructuum dotalium conſideranimus, verum etiam pleraque alia concurrunt. In primis plures grauiſſimæ auctoritatis interpretes voluerunt vſum fructum rei à Patre filio donatæ ad filium pertinere ita Caccialup. *in l. frater à fratre, num.* 76. & 91. vbi Iaſ. *num.* 44. *ff. de cond. indeb.* Anna *alleg.* 73. *num.* 3. & *ſeq.* & *in rubr. de Vaſſallo decrep. ætat. num.* 95. Paſchal. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 56. Cutell. *de donat. contempl. matrim. tract.* 1. *diſcur.* 2. *part.* 8. *n.* 2. Surd. *conſ.* 259. *num.* 15. *vol.* 2. quod rationem habet, nam ſi licuit patri rem in filium transferre, & proprietatem à ſe abdicare, vtique rem integram donaſſe intelligetur, & vſumfructum ipſius ab initio in filium tranſtuliſſe. Propterea cuiuſuis ambiguitatis occaſio radicitus euellitur cum apertiſſimis verbis Andræas ipſos fructus ex corpore donato percipiendos donauerit, tum quia idem corpus antea donauerat, ſed voluerat donationem habere effectum poſt mortem *fol.* 69. 70. & 87. & poſtea vult donationem habere effectum non amplius ex tempore mortis, ſed ex tempore confecti inſtrumenti *d. fol.* 70. quod aliter euenire nequit, quam ſi ipſe donatarius fructibus rei donatæ fruatur. Tum quia rotundis verbis donat annuos d. 700. (vna cum eorum capitali duc. 10. m.) decurrendis à primo de Septembris 1624. in beneficium Petri, quos petere tam in iudicio quam extra, & conſequi poſſit, & omnia alia facere, ſicut poſſet donator, &c. *fol.* 72. & 73. quæ planè donatio nullo modo poteſt in controuerſiam vocari ex eo quod geſta ſit inter patrem, & filium; non modo enim facta eſt cauſa, & contemplatione matrimonij tunc ſequuti *fol.* 69. *à ter.* quod ſatis eſt vt donatio inter patrem, & filium ſubſiſtat, vt arg. l. Pomponius Philadelph. 86. *d. fam. herciſc.* abſque ſcrupulo admittunt Dec. *conſ.* 414. *num.* 12. Guid. Pap. *deciſ.* 145. Franc. Marc. *deciſ.* 326. *num.* 3. *lib.* 1. Petr. de Gregor. *Syntagm. iur. part.* 3. *lib.* 28. *c.* 9. *num.* 17. Ant. Fab. *in C. lib.* 8. *tit. de donat. de fin.* 1. benè Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 13. *t.* 42. *num.* 19. *tom.* 2. Caſtill. *dec. Sic.* 51. *num.* 8. Cutell. *de donat. contempl. matrim. tract.* 1. *diſcept.* 2. *part.* 15. Ripoll. *var. reſolut. cap.* 9. *num.* 25. & *ſeq.* D. Marcian. *conſ.* 33. *num.* 6. Paſchal. *de vir. Patr. poteſt. part.* 1. *c.* 4. *num.* 36. verum etiam communita fuit iuramento, quod irrefragabiliter eam roborat, & ſtabilit, vt pro certo recipiunt Guid. Papa *dec.* 146. Mozzius *in tract. de contract. tit. de donat. rubr. de perſonis, num.* 20. Petr. Greg. *d. lib.* 28. *cap.* 11. *num.* 4. Rol. à Vall. *conſ.* 77. *num.* 1. *vol.* 1. Paſchal. *loc. cit. num.* 36. Surd. *conſ.* 259. *num.* 15. innumeras deciſiones cumulant Fontan. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 7. *part... num.* 57. Cutell. *tract.* 1. *diſc.* 2. *part.* 8. *num.* 1. Seraph. *de priuileg. iuramenti priuileg.* 72. *à num.* 2. vbi ex Iulio claro inquit quod ineptus eſſet aduocatus, qui id in diſceptationem vellet adducere R. Rouit. qui de veriori, & de communi teſtatur *dec.* 3. *num.* 4.

Vt ita iam ſit ex omni parte conſpicuum, mobilia de quibus agimus empta fuiſſe ex fructibus pleno iure ad Petrum Paulellam pertinentibus & conſequenter à creditorum Andrææ moleſtia liberandum eſſe, quod à veſtra ſapientiſſimi Senatores integritate, & oculata prudentia non immeritò expectat.

DISCEPT. CCCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Cenſus aſſertio.*
3 *Monaſterij prætenſio.*
4 *Monaſterij conuenti rationes afferuntur.*
5 *Cenſus requirit inſtrumentum.*
6 *Oneris cenſus accollatio quid importet.*
7 *Solutiones cenſus adducuntur.*
8 *Inſtrumenta cenſus plura adducuntur.*
9 *Scripturæ quando fundent cenſuationem.*
10 *Emphyteuſis conceſſio à Benedictinis qualiter facienda.*
11 *Aſſenſus Apoſtolicus quando præſumebatur antiquitus.*
12 *Cenſuatio ſolita fieri quando dicatur.*
13 *Cenſuatio in perpetuum an poſſit fieri, & quando.*
14 *Laudemium non debetur ex contractu nullo.*
15 *Laudemium non debetur ex venditione neceſſaria.*
16 *DD. adducuntur pro hac ſententia.*
17 *Rota Romana variauit interdum in hoc articulo.*
18 *Affrancandi facultas quando detur in cenſu.*
19 *Quindennium iure communi non debetur.*
20 *Quindennium debetur de feudo tranſacto ad manus mortuas.*

ARGVMENTVM.

Cenſus conſtitutio quid requirat, ſi fiat à Patribus Benedictinis nigris, & ſcripturæ qualiter probent, & quid ſi cenſuatio ſit ſolita fieri, & quando aſſenſus præſumatur, & quid hodiè laudemium, pluribus in cauſis non debetur, neque quindennium præſertim pro amplianda Eccleſia.

IN

IN FACTO, ET IVRE,

PRO

Venerab. Monasterio S. Dominici de Suriano Neap.

CVM

Ven. Monasterio S. Seuerini Patrum Benedictin. Neap.

1 LI Monaci del Ven. Monasterio di S. Dominico de Suriano di Napoli, sito fuori Porta Regale, per necessaria ampliatione d'esso Monasterio, nel quale stanno stretti, senza aria, nè affacciata al largo, fecero intendere al Dottor Dieco de Luna, che senza far lite de costringere ad vendendum la sua Casa, per ampliatione di detto Monasterio, ce la vendesse bonamente, sapendo esso Dieco molto bene la necessità, che ne hanno de hauerla. Da questo, se indusse detto Dieco vendere detta casa al Monasterio per doc. 8000. mediante publico istrumento, e partita di Banco del pagamento, delli 15. Nouembre 1660. doue espressamente se dechiara, che si vende detta Casa pro ampliatione Monasterij *fol.* 32. *&* 33.

2 In detto istromento, e partita di Banco se dechiara anco, esserci sopra detta Casa il censo emphiteotico d'ann. docati quindeci, e grana sedici al Ven. Monasterio di S. Seuerino di Napoli de RR. PP. Benedittini, quale si valuta frà esse Parti, in conto di detto prezzo, per doc. 303. 1. E si conuiene, che debbano cominciare à pagare, per l'annate decorrende da 11. Nouemb. 1661. *fol.* 33.

3 E comparso il detto Monasterio di San Seuerino, & hà dimandato. Primo il laudemio per causa di detta compra. Secondo, che se oblighino, li detti Monaci Domenicani, à pagare il quindennio, mentre la detta casa emphiteotica, è passata ad manus mortuas. Terzo, che paghino le annate decorrende, di detto censo.

4 Il Monasterio predetto de S. Dominico de Suriano, hà replicato, non esser tenuto à cosa alcuna, per tre ragioni. La prima, che hauendo dimandato la esibitione dell'istrumento censuale, non si porta cosa à proposito, che funda il censo, e suolo censuato in indiuiduo. La seconda, che la censuatione è nulla, per defetto d'assenso del Capitolo di esso Monasterio, di San Seuerino, & per difetto d'Assenso Apostolico, di Sua Santità. La terza, che quando si vende pro ampliatione Monasterij, vel Ecclesiæ, non si deue pagar laudemio, ne quindennio.

5 La prima ragione si funda, perche in probatione census emphyteutici, requiritur instrumentum censuationis, cum identitate rei censuatæ, *l.* 1. *C. de iure emphyteutico*, vbi Gloss. Bart. Bald. Salycet. & Ias. quos sequitur Glosella Marginalis, *ibidem*, Canonistæ *in cap. potuit 4. de locato*, Afflict. *decis.* 72. *num.* 7.

6 Ne osta dire, che hà comprato cum onere census, perche detto peso, se lo vuole effectiuè accollare, si de iure debetur, & omnis promissio ità intelligitur, *toto titulo, ff. & Cod. de condit. indebiti*, maximè in Ecclesia, quæ fungitur vice minoris. Perciò vuol vedere in fonte, se ci è, & se stà ben fondata detta censuatione, mentre da questo punto principale, ne resultano trè Interessi notabili, contro esso Monasterio de S. Dominico: Il primo sapere la verità, e sussistenza di detta censuatione, essendo noi secolari trascurati nelle cose loro, mà li Regolari accurati, douendone dar conto alli Superiori, oltre le Bulle Pontificie. Secondo per sapere, se detto censo è affrancabile, per poterlo affrancare. Terzo per causa delli pretesi laudemij, & quindennij. Non essendo bene, che il Monasterio di S. Seuerino, se pona in possessione exigendi, non hauendo obligato il Monasterio di S. Dominico, eccetto per l'assertiua di detto Dieco, qual è res inter alios acta, *l. publia* 26. *§. final. ff. deposit.* Franch. *decis.* 273. *num.* 3. Magiormente, che questo non si dimanda calunniosamente, non essendo maturata, ne anco l'annata del censo, quale matura ad 11. Decembre 1661. cossi non est in mora soluendi.

7 Le scritture, seu istromenti, che porta il Monasterio di S. Seuerino, quali presenta ad vno ad vno, ogni trè mesi. Sono.

Primo, che nell'anno 1575. D Agostino de Maratea Procuratore, e D. Lorenzo Montella Cellarario del detto Monasterio di S. Seuerino, concedono in emphiteusim perpetuam à Gio. Battista de Rugiero, Gio. Geronimo Tibullo, Pompilio, & Ascanio Salsano palmi 512. de territorio d'vna massaria di detto Monasterio, sita fuori Porta Regale, nel luogo detto l'impiano per ann. doc. 102. di censo, Di più concedono in emphiteusim perpetuam palmi 182. di d. massaria à Virgilio, e M. Antonio Barone per ann. doc. 36. 2. di censo *fol.* 11. *cum seq.* In questa prima censuatione, ci sono trè defetti, che

che cauſano nullità. Primo non ci è aſſenſo apoſtolico. Secondo non ci è aſſenſo capitulariter, del Monaſterio. Terzo queſti Monaci, non hanno procura ſpeciale ad hunc actum, e de fatto alienano, e cenſuano.

8 Secondo nell'anno 1580. detti de Barone ſuccenſuano detto Territorio di palmi 182. à Virgilio, e Scipione Rocco, con l'iſteſſo cenſo de ann. doc. 36. 2. & in queſta ſuccenſuatione, da il conſenſo detto D. Agoſtino de Maratea, *fol. 2. cum ſeq.* Il terzo iſtromento, è dell'anno 1583. fatto dal Reuerendiſſ. Abbate D. Bernardo de Napoli, doue aſſerendoſi che Scipione, e Virgilio Rocco haueſſero ſuccenſuato à Marco Cafaro, palmi 50. di detto Territorio, con peſo d'ann. doc. 15. e gr... al detto Monaſterio, poi d. Marco lo ſuccenſuò à Theodoro d'Errico, & in d. ſoccenſuatione fatta à d. Theodoro d'Errico, Fiamengo, e Pittore, da il conſenſo, & aſſenſo, detto P. Abbate *fol. 114.* iſtromento è che nell'anno 1596. Santolo de Alfiero aſſeriſce hauerſi ſoccenſuato, da d. Rocco la reſtante quantità di d. Territorio de palmi 182. vt ſup. con peſo di cenſo ann. doc. 21. al Monaſterio di S. Seuerino, & in queſta ſuccenſuatione, dà l'aſſenſo, e conſenſo il Reuerendiſ. Abb. D. Vittorino d'Auerſa *fol. 27.* Quinto porta, che, nel 1613. Geronimo di Alfiere, paga al d. Monaſterio di S. Seuerino doc. 15. e gr. 10. di cenſo, della caſa di olim Theodoro d'Errico *fol. 26.* e che Dieco de Luna, venditore della predetta caſa, habbia pagato il cenſo predetto al Monaſterio *fol. 36.* & con d peſo l'habbia vẽduta alli Domenicani *fol. 32. & 33.*

9 Tutto queſto apparato di ſcritture, ſe bene ſi conſiderano, non fundano la cenſuatione, in punto del ſuolo, doue ſi ſuppone la caſa comprata, eſſere edificata; Perche preſcindendo pro nunc la nullità dello contratto della prima cenſuatione, & in conſequenza, de tutte l'altre ſuccenſuationi; Non coſta l'identità del ſuolo, e Territorio cenſuato, ſopra il quale ſia la caſa, perche detto Geronimo quando paga di nuouo nel 1616. *fol. 53.* dice, che paga in conto delli cenſi, ſi deue ſopra le ſue caſe, fuora Porta Regale, dunque ſono altre Caſe.

Che poi Dieco di Luna, habbia pagato, e ſtato in fide parentum, credendoſi le cenſuationi caminaſſero bene, e fuſſero cum identitate corporis, e con la ſteſſa credenza l'haue vendute.

Al preſente trattandoſi de Laudemij, e Quindennij, quali veniunt ratione directi dominij, è neceſſario fundare pienamente il diretto dominio, sì per l'iſtromenti legitimi, come per identità del corpo, tanto più, che il detto Monaſterio, nè anco haue portato l'iſtromento della ſuccenſuatione fatta à Cafaro, e da Cafaro à detto Theodoro d'Errico, come nella comparſa s'è dimandato.

Nè anco porta Platea, nè Pianta, nè Rinouatione di Platea, de tempore ad tempus, per fondare l'identità, come vogliono tutti li Dottori, che ſcriuono de iure emphyteutico, præcipuè *in l. 1. C. de iure emphyteutico.*

Quanto, hà portato il Monaſterio di S. Seuerino, ſono conietture, che ſi preſumeno, non ſono proue ſode, e fundare, doue ſi poſſa appoggiare ſentenza, ò decreto diffinitiuo.

La ſeconda raggione ſi funda, perche 10
in conceſſione in emphyteuſim Territorij Monaſterij, requiritur conſenſus Capituli eiuſdem Monaſterij, ad ſonum campanellæ, *cap. nulli* vbi Gloſſ. *de reb. Eccleſ. non alien. cap. 1. eod. tit. in 6.* Gloſſ. *notab. in cap. 1. cauſ. 12. quæſt. 2.* Canoniſtæ omnes in dictis iuribus, & etiam requiritur aſſenſus Apoſtolicus, Text. *eſt vulgatus in extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienandis*, Afflict. *deciſ. 85. num. 5. & ibi* Vrſil. *num. 1. & 2.*

Non oſta replicare, che aſſenſus Apo- 11
ſtolicus præſumitur, per ſpatium triginta annorum, ex traditis per *Prax. Genuenſ. c. 88. num. 1.* ſecundùm impreſſionem Romæ, anno 1630. Quia reſpondetur, præſumptionem repelli, quando veritas conſtat in contrarium, non adeſſe aſſenſum: Conſtat verò infallibiliter, quia ſi in Archiuio huius nobiliſſimi, & antiquiſſimi Monaſterij, quod conſtructum eſt, in hac Ciuitate Neapoli octingentum annis, iam elapſis, reperiuntur omnes ſcripturæ; & hic aſſenſus, non reperitur, quis non videt aſſenſum non fuiſſe impetratum; Adde nos quærimus aſſenſum ab anno 1575. primæ cenſuationis, à quo tempore dùm Neap. & Romæ non fuerunt bella, nec ſaccomanna, nec furta ſcripturarum, ſic verè eſt negatiua probata, & coarctata per inſpectionem Regiſtri, quæ probatio ſuperat omnes probationes, vt in ſimili de refutatione feudali, quæ non reperitur in Quinternionibus, & de aſſenſu feudali, qui non reperitur in Regiſtris Cancellariæ Regiæ, Franch. *deciſ. 663. num. 6.* & pleniſſimè Amicus noſter doctiſſimus Dom. Cæſar de Afflicto olim Aduocatus celeberrimus, nunc Religioſus Paulinus *tom. 1. controuerſiarum, cap. 21. num. 45. 47. 48. 51. & ſeqq.* Et in terminis, quod aſſenſus

apoſtoli

apostolicus, non præsumitur per lapsum temporis, quando constat in contrarium, vt hic, non fuisse impetratum, probat egregiè Afflict. *decis.* 107. *num.* 5. *cum seq.*

12 Nec obstat secundò, quod hæc cẽsuatio fuit vtilis Monasterio S. Seuerini, & proindè debet valere sine assensu Apostolico, maximè quia solita, censuari. Quia respondetur hoc solitum non produci, imò hæc fuit prima censuatio ann. 1575. aliæ verò fuere subcensuationes, factæ ab emphyteuticariis, præsupposita validitate primæ, quæ debebat esse basis. Respondetur etiam, in hoc vtile, & solito, debuisse interponi assensum apostolicum; aurea sunt verba Genuens. *in d. prax. cap.* 60. *num.* 2. ibi *Secundo notandum, quod verus intellectus dictæ extrauagantis ambitiosè est, quod hodie etiam in casibus à iure permissis, non possunt alienari res Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, nisi iuxta formam d. extrauagantis, & ita in Regno practicatur, quod vix alienantur modica, sine assensu Papæ:* comprobat prædicta Franch. *decis.* 35. & ibi addentes.

13 Præterea, quia censuatio fit in perpetuum alia nullitas causatur, quia in perpetuum fieri non potest, sed ad renouandum, singulis 29. annis, & si in perpetuum fiat, vsque ad tertiam generationem intelligitur, *c. apostolicos* 13. *cauſ.* 12. *q.* 2. §. *Nos igitur vers. alienationes*, & ibi Gloss. *Auth. de non alien. reb. Ecclesiæ.* Et hoc, ne impediatur casus deuolutionis, vnde specialissimus assensus Domini Papæ requirebatur, & tamen hæc censuatio transiuit per mille manus, & lineas, & extraneos, semper nulliter: vnde arguere licet, debere, & posse affrancari, vt infra dicemus.

14 Stante igitur nullitate censuationis, sequitur, quod ex contractu nullo, laudemium non debetur, quia dominium vtile legitimè non fuit translatum, Ant. Thesaur. *dec.* 75. *num.* 4. Gasp. Thesaur. *eius filius, lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 29. alios citat Tepatus *var. sententiar. tit.* 389. *de laudem. vers. vel non fol.* 702. *col.* 2. ibi: *De contractu nullo, aut qui resolutur, nullum debetur laudemium.*

15 *La terza raggione si funda, perche* in venditione necessaria domus, pro ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterij, non debetur laudemium: id probatur primò Ratione; secundò, Authoritate Doctorum, & Decisionibus. Ratio est, quia laudemium debetur ratione assensus, quem dat directus Dominus emphyteutæ, qui alienat *l. fin. C. de iure emphyteutico*; hunc verò assensum denegare potest, proinde concedendo assensum prædictum, pro recognitione huius consensus, habet laudemium, quod à laudando dicitur, & est quinquagesima pars pretij, *d. l. fin.* Quando igitur vendit emphyteuta domum, pro ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterij, directus Dominus suum assensum denegare non potest, imò nec requiritur suus assensus, quia alienatio fit ex causa publicæ vtilitatis, prout est constructio, vel ampliatio Ecclesiæ, vel Monasterij, & consequenter, vel quia assensus non requiritur, vel quia denegari non potest, quia causa est publica, & publicæ vtilitatis, & datur assensus à publico, quia proinde cogit, & cogere potest inuitum ad vendendum: Sequitur, quod dum directus dominus nihil de suo dat, etiam nihil recipere debet.

Hanc sententiam sequuti sunt infiniti DD. quos refert, & sequitur Dom. Reg. de Marin. omninò videndus *tom.* 1. *resol.* 235. *num.* 12. 13. *& seqq.* & accerrimè, ac intrepidè defendit *num.* 16. *&* 17. dicens esse communem, & non esse recedendum ab ea, nec consulendo, nec iudicando: sic decisum per Rotam Roman. ibidem videri potest *num.* 18. *cum seq.* Addo Hieronym. de Laurent. *dec.* 145. *n.* Thomam Mier. *in repertor. singul. in ver. laudemium* & nouissimè post omnes D. Canon. de Magistris, vir probatiss. & Doctiss. & Cur. Arch. Officialis, Iudex, & primus Pœnitentiarius, & meus Dom. *in sua silua Eccl. tom... fol....* 16

Scio in hoc articulo Rotam Romanam variasse, vt apud eundem D. Reg. de Marin. *d. resol.* 235. *num.* 22. *cum seq. legi potest, sed* D. Reg. omnibus motiuis Rotæ respondet *num.* 16. *&* 17. 17

Ego breuiter obserno duo motiua, pro hac sententia roboranda, ex eadem decis. elicita. Primum est, quod non spoliatur, vel priuatur Ecclesia, seu Monasterium S. Seuerini suis vtilitatibus, ex directo dominio prouenientibus, sicut haberet, si in alium fieret alienatio, hoc enim esset considerandum, si generaliter eueniret semper, sed quia casus sunt incidentes, & rari, nec malo animo procurantur, sed ad maiorem Dei gloriam, pro publica vtilitate Religiosorum, propterea non sunt consideratione digni. Addo, quod Monasterium S. Seuerini, siue Ill. & antiquiss. Religio Benedictina ita peteret, si casus similis sibi occurreret, non teneri soluere laudemium, ideo neque debet impedire petitionem Dominicanorum, cum sint pariter priuilegiati.

Secundum motiuum est, in eadem *decis. n.* 26. & 27. quod ratione huius litis vitandæ, debet dari facultas affrancandi solum ex *cap.* 1. *de censib.* & in præsenti facillimè dari debet, tum ratione prædictæ litis vitandæ, tum ratione nullitatis ex defectu assensus, & concessionis, vel finitæ, vel ad tertiam generationem intelligendæ, quæ modo transiuit ad extraneos, & tandem, quia sicut quando emphyteusis transit ad manus mortuas, tenetur amortizare, id est ponere in faciem laici, optimè Franch. *decis.* 659. cum in præsenti practicari non possit, quia domus Monasterio incorporatur, necessariò prouidendum est, prædictum censum esse affrancandum, ne vna Ecclesia seruiat alteri contra Text. *in d. cap.* 1. *de censib.* 18

De quindenniis eadem ratio est non deberi, sicuti diximus de laudemio, sed vt nihil omittamus, aduertendum est, quindennia, de iure communi non deberi, nec cognita fuisse, sine expressa partium conuentione, ita D. Card. Seraph. *dec.* 1401. *&* 1410. *n.* 3. Flau. Cherub. *in comp. bullar. tom.* 1. *in constit.* 20. *Iulij* 3. *scholio* 2. *fol.* 137. his verbis, *de quindenniis attende, ex iure communi minimè cognita fuisse.* Verumtamen est, pro vtili Cameræ Apostolicæ, singulis quindecim annis, annatas beneficiorum vacantium, quæ Ecclesiis incorporantur, dictæ Cameræ Apostolicæ solui, ita Bullis Summorum Pontificum expressè disponentibus, vt per Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 29. *à num.* 1. *ad num.* 10. Barbos. *in summ. decis. Apostol. in ver. annate, & in ver. quindennia,* Seraphin. *d. decis.* 1410. Vnde ad hunc casum extendi non possunt, de quo nihil loquuntur. 19

Et si verò, quando feudum transit ad Ecclesiam, singulis quindecim annis soluitur relenium, Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *tract. de auctor. Baron.* 20

auctor. 3. num. 15. fol. 318. Dom. Reg. Rouit. *in prag. 63. de offic. procur.* Cæſar. *num. 29. & 30.* D. Capan. *in tract. de iure releuij, part. 4. quæſt. 27.* Dom. Biloct. *concluſ. feud. 18. num. 18.* D. Taſon. *de antefato, ver. 2. obſer. 2. num. 116. & ſeq. fol. 63.* id venit ex ſtylo Reg. Cancellariæ, & ex conuentione partium, ab initio dationis feudi, vt optimè explicat Frecc. *loc. cit.* his verbis: *Ideò non fit alienatio feudi, in poſſe Vniuerſitatis, quia ſemper viuit, & rarò moritur, & non eſſet feudum de facili ad Dominum recaſurum, ideò in Regno ſingulis quindecim annis, quando conceditur feudum Vniuerſitati, præſtatur releuium, & hæc eſt forma Cancellariæ, nam præſtatur aſſenſus, & fit certa taxa, ex indictione antiqua, ſeu quodam ſuper indictum, ſeu magis conuentio partium, ab initio dationis feudi.*

Termini prædicti ad cauſam præſentem applicari non poſſunt: Quia noſtra alienatio, eſt neceſſaria, pro ampliatione Monaſterij, quæ impediri non poteſt, fauore publico, quæ ratio non cadit in feudo, quod numquam conceditur, inuito Domino, ſicut vendita eſt, & vendi poterat prædicta domus Didaci de Luna, pro ampliatione Monaſterij S. Dominici, etiam contradicente Monaſterio S. Seuerini. Neap. 10. Sept. 1661.

DISCEPTAT. CCCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries narratur.*
2 *Identitas rei cenſuatæ quando præſumatur.*
3 *Aſſenſus in conceſſione requiritur.*
4 *Aſſenſus Capituli qualiter requiratur.*
5 *Tabula quando pictura cedit.*
6 *Cenſus nulliter conſtitutus non fundat laudemium.*
7 *Aſſenſus an præſumatur Apoſtolicus.*
8 *Cenſuationes plures ſequutæ.*

ADVERTENTIÆ, *PRO* Venerab. Monaſterio S. Dominici; *CVM* Venerabili Monaſterio ſancti Seuerini.

1 SCRIPSI menſibus præteritis, quæ mihi occurrebant pro defenſione iurium venerabilis Monaſterij Sancti Dominici Suriani huius Ciuitatis Neapolis, in cauſa cum venerabili Monaſterio ſancti Seuerini, Ordinis ſancti Benedicti, eaque dedi R. P. D. maximo, vigilantiſſimo Procuratori dicti Monaſterij ſancti Seuerini, vt de bono, & æquo videretur. Qui P. D. maximus, meæ bonæ intentioni meorumque principalium ſancti Dominici, correſpondit, dum ſcripta pro eius Monaſterio, mihi tradidit. Vnde viſum eſt aliqua aduertere, vt facilius veritas cauſæ inueniatur.

2 Primò aduerto non eſſe probatam identitatem cenſuationis, quia, & ſi de anno 1575. cenſuatio palmorum 182. territorij facta fuerit Virgilio, & Marco Antonio Baroni, pro annuis ducatis 36. *fol. 11. cum ſequentibus.* Et in anno 1580. dicti del Barone, ſubcenſuauerint idem territorium, Virgilio, & Scipioni Rocco, cum eodem cenſu *fol. 2.* cum ſequentibus, & in anno 1583. Monaſterium ſancti Seuerini, dederit aſſenſum, ſubcenſuationi factæ per Marcum Cafarum, Theodoro de Errico, partis dicti territorij pro annuis ducatis 15. *fol. 45.* cum ſequentibus; tamen deficit inſtrumentum ſubcenſuationis factæ, per dictas de Rocco prædicto Cafaro, vt fuit petitum *fol. 25. & 38.* Nec aſſertio facta, in dicto aſſenſu, quod præceſſerit talis ſubcenſuatio ſufficit, & iuuat Authentica *ſi quis in aliquo, C. de edendo*, & hic eſt primus defectus identitatis, ſecundus defectus identitatis eſt, quia ſolutio facta per Hieronymum, de Alferio, in anno 1613. *fol. 26.* vbi dicit, *per il Cenzo rende ogn' anno ſopra la ſua Caſa ſita fuor porta regale di Napoli*, olim di Theodoro d'Errico. Poſteà in anno 1616. *fol. 35.* dum idem Hieronymus ſoluit eundem cenſum, dicendo *In Conto delli cenzi li deue, ſopra le ſue Caſe fuora porta regale*, clarum eſt, quod hic cenſus eſt ſuper aliis domibus, & non ſuper illa ſola de Errico.

Secundò aduerto Monaſterium ſancti Seuerini, non habere aſſenſum, nec Capitularem nec Apoſtolicum: nec exhibetur, vt millies fuit petitum: nec exhiberi poteſt, quia non fuit vnquam impetratus, nec præſumptio temporis prodeſt; quia ceſſat per manifeſtationem veritatis, quæ videtur ad oculum, & palpatur cum manibus, dum per inſpectionem regiſtri Cancellariæ Apoſtolicæ, tam Romæ, quam Neapolis, omnes aſſenſus reperiuntur, hic verò non reperitur, quia numquam fuit in eſſe productus. 3

Imò primi cenſuarij, qui erant idiotæ, & ignari tamquam fabricatores, & Cuſitores, vt in eodem inſtrumento eorum exercitium declaratur expreſsè voluerunt aſſenſum eſſe impetrandum à Monaſterio, cuius patres, tunc cenſuantes aſſeruerunt habuiſſe aſſenſum Capitularem, qui verè non fuerat habitus, verba ſunt hæc *fol. 13.* ibi: vigore aſſenſus obtenti, & Impetrati à Capitulo generali dictæ Congregationis vt dixerunt, ac aſſenſus, ſeu Breue Apoſtolic. quando opus eſt, & in præſenti contractu de iure requiritur, & non aliter, nec alio modo ſaluo ſemper, & expreſsè reſeruato. Si igitur de iure aſſenſus Apoſtolicus requititur, vt eſt indubitatum, & ex pacto expreſsè reſeruatur: quomodo contra pactum, & contra veritatem clariſſimam, quæ eſt hunc aſſenſum non adeſſe, nec vnquam fuiſſe confugimus ad præſumptionem temporis. 4

Hic defectus aſſenſus, eſt malum inſanabile, vnde contractus fuit nullus & proinde, nullum debetur laudemium, nec quindennium, vt probatum eſt in ſcriptis.

Quintò audio motiuari per Monaſterium Sancti Seuerini, ſi contractus cenſuationis eſt nullus: igitur Monaſterium ſancti Seuerini recuperat territorium, ſeu ſolum, ſoluto pretio ædificiorum, & domorum.

Reſpondeo cum verbis Textus *in 8. ſi quis in aliena tabula pinxerit inſtitution. de rer. diuiſ.* Ibi ridiculum eſſe picturam Apellis, vel Parraſij viliſſimæ tabulæ cedere. Vnde nobis videtur, melius eſſe tabulam cedere picturæ: ſic colligitur concluſio ex hoc textu dignius trahere ad ſe minus dignum, ad propoſitum, quis imaginare 5

poteſt

poteſt domum valoris ducatorum 8400. & redditus ducatorum 450. debere cedere viliſſimo, ſolo valoris ducatorum 300. redditus ducatorum 15.

6 Vnde ſequitur poſſe Monaſterium Sancti Dominici affrancare dictum ſolum, & cenſura nulliter conſtitutum, ſoluendo pretium ſoli dictorum ducatorum 200.

7 Sextò, tertiò aduerto dato, & non cõceſſo, adeſſe aſſensũ, qui verè non adeſt, nec præſumi poteſt, quia expreſsè fuit reſeruatus *fol.* 13. Et in Cancellariis non reperitur, vt alij aſſenſus reperiuntur dico diſtinguendos eſſe duos terminos, ſcilicet vendere domum pro debito priuati, & hoc caſu debetur laudemium, quia dicitur cauſa neceſſaria, culpoſa, & ſine fauore publico, & ita loquuntur DD. in contrarium citati per partem, aliud vero, eſt vendere, & cogi ad vendendum pro neceſſaria ampliatione Monaſterij, & hæc dicitur cauſa neceſſaria, laudabilis, fauorabilis publico fauore Religionis introducta, & hic eſt caſus noſter, in quo communis eſt opinio Doctorum ſequenda conſulendo, & iudicando, non deberi laudemium, nec quindennium, vt fundatum eſt in primis ſcripſi ſecundum, quem fuit deciſum.

8 Septimò quartò, aduerto exempla in proceſſu adducta nullius eſſe valoris. Primò ferunt *fol.* 40. in anno 1619. Ioannem Andream Cangianum, emiſſe ab Octauio Meſſaniello pro ducatis 580. quandam domum cum onere cenſus ducatorum 13. 4. 10. ſoluendorum Iulio Bonocorde, deinde dictus Ioannes Andreas hanc emptionem feciſſe nomine Monaſterij ſapientiæ. Deinde in anno 1645. Monaſterium partem huius Domus incorporat Monaſterio, & altera pars, &c. retinetur pro domibus ſecularibus circa Monaſterium, & ſe tranſegit cum Iacobo Strancia, & Victoria Salamanca coniugibus hæredibus dicti Iulij Bonocorde circa ſolutionem Laudemij. Quis non videt hunc caſum, non facere ad cauſam, dum pro parte domorum ſecularium, detur ſolui cenſus in ſolidum. Secundò, ferunt *fol.* 41. in anno 1653. Conſules artis Auri fabrorum, emiſſe quandam domum pro Conſeruatorio puellarum, & ſoluiſſe laudemium Eminentiſſimo Domino Cardinali Filamarino. Reſpõdetur Conſeruatorium, non eſſe Eccleſiam, ſed locum pium ſecularium. Tertiò, ferunt *fol.* 42. de anno 1655. Moniales Sanctæ Margaritæ, emiſſe domum pro ducatis 547. cum onere cenſus ducatorum 15. per decretum domi Domini Conſiliarij Iouini fuit prouiſum, quod ſoluant laudemium, & ſimiliter aliud laudemium pro pretio domus, ducatorum 257. *fol.* 45. Reſpondetur has ſolutiones fuiſſe voluntarias, & à Iudice incompetente ordinatas: & quia erat parui momenti Carolenorum quinque, pro quindennio, & ducatorum 20. pro laudemio fuiſſe ſolutum, quia non expediebat litigare: quæ omnia nihil inferunt ad caſum noſtrum, vbi laudemium eſt ducatorum dico 154. & patres iſti Benedictini, quia fuerunt crudeles in petitione, & exactione totius laudemij, quod potius pro honorantia exigitur in aliqua parua recognitione, quam debito rigoroſo excitauerunt hanc litem, vnde digni ſunt totum amittere, quia totum rigoroſè proſequuntur Neap. die 25. Nouembris 1661. &c.

DISCEPT. CCCLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia emens bona emphyteutica pro ampliatione ſui non tenetur ad laudemium.*
2 *Venditio pro ampliatione Eccleſia eſt neceſſaria.*
3 *Venditio facta ex cauſa neceſſaria non dat laudemium.*
4 *Laudemium cur debeatur.*
5 *Venditio neceſſaria eſt fauore Religionis.*
6 *Ampliationis neceſſitas qualis.*
7 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
8 *Laudemium promiſſum voluntariè, non obligat, ſi non debetur.*
9 *Laudemij ſolutio an, & qualiter ſequatur fundi poſſeſſorem.*
10 *Domo empta, & non incorporata an debeatur laudemium.*
11 *Emphyteuſis an tranſeat ad Eccleſiam.*
12 *Laudemium quid ſit.*
13 *Carthuſiani qualem habeat conſuetudinem exigendi laudemia.*
14 *Requiſita pro ampliatione Eccleſiæ.*
15 *Priuilegia quando, & qualiter conquaſſentur.*
16 *Laudemia præterita an, & quando debeantur.*
17 *Venditio neceſſaria quando dicatur.*
18 *Laudemium exactum neceſſario non debetur,* & num. 19.
20 *Maioris pretij quæſtio quando cadat.*

IN IVRE

PRO

PP. Theatinis Domus S. Mariæ Lauretanæ,

CVM

Monachis Carthuſianis Sancti Martini, &c.

Super ſolutione laudemiorum, &c.

CVM PP. Theatini ob virtutum meritum, & fructum bonorum operum, quæ in hac Ciuitate faciunt, obtinuiſſent à Summo Pontifice, quod conſtruerent Eccleſiam in Platea Toleti; in qua ex piorum hominum eleemoſynis emerunt quaſdam domos, vbi in præſenti Eccleſia reperitur. Et poſtmodum creſcente deuotione, & eleemoſynarum concurſu pro ampliatione Eccleſiæ, & Monaſterij alias domos emiſſent. Moleſtantur nunc à Monachis probatiſſimæ Religionis Carthuſianæ ſuper ſolutione laudemiorum, ac quindenniorum prædictarum domorum; vnde videndum erit quid iuris.

Et vera ſententia eſt non teneri, quia ex omnium receptiſſima opinione, laudemium non debetur ex venditione neceſſaria, vt omiſſo Authorum cumulo, quos potiùs ad oſtentationem, quam pro rei neceſſitate afferre poſſem, ita tradũ Bart. *in leg. & ideo* 12. *num.* 4. *ff. de condition. furtiua,*

Iaſon *in l. fin. num.* 47. & 48. *Cod. de iure emphyteutic.* Amedeus de Ponte *in tract. de laudemiis, quæſt.* 25. *in fine,* & *quæſt.* 26. Maſtrill. *deciſ.* 149. *num.* 8. Intrigliol. *ſingul.* 96. *num.* 32. *lib.* 3. infinitos referunt vterque Anna *ſingul.* 140. & 579. ſic deciſum teſtatur, Rebuffus *tom.* 2. *ad conſtitut. Franciæ, tit. de præconiis, & licitationibus, artic.* 3. *num.* 3. Theſaur. *deciſ.* 139. *in fine,* argum. *l. Cæſar.* 15. *ff. de publican. & vectigal. & Auth. nauigia, C. de furtis,* vbi actus neceſſarius ſeruatur immunis.

2 Venditio verò, quæ ſit tam pro conſtruenda, Eccleſia, quam eadem amplianda neceſſaria eſt fauore Religionis, argum. *l. ſi quis ſepulchrum* 12. *ff. de Religioſ. & ſumptibus funer.* in puncto Rot. Rom. *deciſ.* 213. apud Farinacium *part.* 2. *tom.* 3. Valaſch. *deciſ.* 22. Cabedus *deciſ.* 105. *part.* 1. Linglois *deciſ.* 15. *quæſt.* 9. *num.* 2. Gaſp. Theſaur. *lib.* 1. *q.* 64. Bobadill. *in Politica, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 26. Sanchez *in conſil. moralib. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dubio* 27. *num.* 1. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de Annona Ciuitatis,* §. 4. *num.* 18. *& ſeq.* melius omnium doctiſſimus Menoch. *conſil.* 1206. *tom.* 13. & nouiſſimè D. Camillus de la Ratha *in Theatro feudali, tom.* 2. *part.* 10. *dilucid.* 72. *num.* 4. 5. & 6. & Auguſtin. Barboſ. *in tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 20. & 21.

3 Proinde ex tali venditione facta Eccleſiæ laudemium non debetur ſic deciſum refert Maynardus *deciſ.* 43. *lib.* 4. Cancer. *tom.* 1. *cap.* 11. *de emphyteuſi, num.* 81. *in fine,* Borrel. *in ſumma deciſionum, tom.* 1. *tit.* 35. *de laudemiis, n.* 44. *ad* 48. & D. Canonicus Nouarius *in ſumma Bullarum, tit. de quindenniorum ſolut, num.* 5. & alter Nouarius eius Frater *in addit.* ad Franch. *deciſ.* 277. qui alios referunt.

4 Ratio eſt, quia laudemium ſoluitur ex approbatione, & conſenſu contractus noui Acquiſitoris, inde laudemium, à laudando dictum, eſt Alciat. *lib.* 1. *parergon. cap.* 45. *in fin.* Grat. *tom.* 1. *cap.* 180. *num.* 1. Caſtillus *deciſ.* 235. *n.* 4. *tom.* 3. Hæc verò approbatio in caſu noſtro non eſt neceſſaria, prout regulariter requiritur, dum à iure publico hæc cauſa contractus permiſſa, & approbata reperitur, etiam inuito emphyteuta, qui vendere cogitur, meritò dum ceſſat approbatio contractus, qui à Domino directo improbari non poteſt, ceſſat pariter effectus ſolutionis laudemij.

5 Nec contra hanc veriſſimam concluſionem obſtant, quædam obiecta.

Primò, quod vt venditio dicatur neceſſaria fauore Religionis, tria requirantur. Primò, neceſſitas ex parte ementis. Secundò, quòd non patiatur magnum damnum vicinus. Tertiò, loci contiguitas vt per Rotam Romanam *deciſ.* 327. apud Farinac. *tom.* 2. *in poſth.* Quæ requiſita negantur in præſenti cauſa concurrere. Reſpondeo enim, quod hæc requiſita poſſunt conſiderari in noſtra cauſa dupliciter. Vnde primò reſpectu conſtructionis, Eccleſiæ à principio, vel ſecundò, reſpectu ampliationis illius ex poſt facto. Si primo modo conſiderentur neceſſitas non eſt conſideranda præcisè, ſed moraliter, & benignè, id eſt, dum Summus Pontifex exiſtimauit pro fidelium deuotione, & publica vtilitate concedere quartam domum, ſeu Eccleſiam Theatinis in loco prædicto, & hæc piiſſima Ciuitas expediens eſſe cenſuit ad bonum publicum; neceſſitas hoc caſu intelligitur pro publica vtilitate, quæ negari non poteſt, & ita doctè explicat, & probat Menoch. *loco cit. à num.* 1. *ad* 10. & *num.* 22. & 25. Secundum requiſitum etiam concurrit per conſenſum Ciuitatis, ex traditis per Aponte vbi ſuper tertium concurrere non poteſt, dum ſumus in principio actus.

Si ſecundo modo conſiderentur omnia con- 6
currunt. Primum neceſſitas ampliationis Eccleſiæ, & Monaſterij ex paruitate loci vtriuſque. Secundum, quod vicinus non patiatur magnum damnum intelligitur ſi deſtrueretur aliquod magnum Palatium Illuſtriſſimæ, & antiquiſſimæ familiæ, quod etiam non fuiſſe habitum in conſideratione in Ciuitate Valentiæ in quadam cauſa pro PP. Ieſuitis deciſum refert Hier. Leo *deciſ.* 90, licèt in alia cauſa hoc moderauit Rota Romana *deciſ.* 372. & 676. apud Farinacium *part.* 1. *tom.* 1. & 2. vt optimè aduertit Fontanell. *de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *num.* 120. Tertium loci contiguitas, vt ſumantur domus propinquiores, intelligitur abſque dolo, ſed ſecundum temporum opportunitatem hominúmque pietatem, vt ex eiſdem Rotæ deciſionibus prædictis colligitur.

Secundò, quod priuilegiatus non vtitur pri- 7
uilegio, contra pariter priuilegiatum. Hæc obiectio applicari non poteſt, Carthuſiani namque petentes laudemiorum ſolutionem, vtuntur iure communi, quo omnibus directis dominis actiuè debetur laudemium; Theatini verò, qui recuſat ſoluere, nituntur paſſiuè priuilegio ſpeciali, fauoris publici, Religionis, propter quod immunis eſt alienatio, à laudemiis, conſequenter non ſunt in paritate cauſæ, cum fauorabilior ſit cauſa Theatinorum paſſiuè, ſpecialiter priuilegiata, quam Carthuſianorum actiuè, qui penitus non reperiuntur priuilegiati, ſed ſolùm iure ordinario non priuilegiato vtuntur petendo laudemium, ita in puncto docet Bart. *in Auth. quas actiones, num.* 3. *cap. de ſacroſ. Eccleſ.* optimè explicat Fontanell. *de pactis nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *à num.* 104. *ad* 112. & D. Præſ. Galeota *tom.* 2. *controu.* 71. vbi etiam ſic refert deciſum per S.C. *fol.* 580.

Et hoc eſt, quod priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quando priuilegium vnius concurrit in actu alterius vero in habitu, vt eleganter tradit, Ludou. Gomez. *in* §. *rurſus, num.* 27. *verſ. Vel ſecundo, inſtit. de action.* per Textum, quem dicit ſingularem *in cap. ſi ex parte, de reſcript. in* 6. ſed illum inuenire non potui; doctrina tamen vera eſt, quæ probatur ex prædictis, & ex Text. *in l. fin. ff. ex quibus cauſ. maiores,* & *l. verum* 12. §. *fin. cum l. ſeq. ff. de minor.* quæ iura allegat Bart. *in dict. auth. quas action. num.* 3. in quibus habetur, quod abſens cauſa Reipublicæ, reſtituitur aduerſus præſcriptionem ſibi factam ab alio abſente etiam cauſa Reipublicæ, & minor læſus aduerſus alium minorem, & mulier aduerſus minorem vtitur Velleiano, quia priuilegium reſcindendi præſcriptionem datur illi, contra quem præſcribitur, & reſtitutio illi minori, qui læditur, & mulieri fideiubenti, ſic paſſiuè reperiuntur priuilegiati in actu.

Huc facit in ſimili, quod de relictis ad pias cauſas non detrahitur falcidia, neque Trebellianica, *auth. ſimiliter, C ad l. falcid.* Borrell. *tom.* 3. *ſummæ deciſ. tit. de Trebell. num.* 62. *cum ſeq.* Et tamen ſi fuerit inſtituta hæres etiam alia Eccleſia, neque detrahet falcidiam, aut Trebellianicam ratione prædicta, quia priuilegium eſt Eccleſiæ legatariæ, vel fideicommiſſariæ paſſiuè, non vero Eccleſiæ hæredis actiuè, quæ iure communi

vtitur

vtitur in detrahendo; ita in terminis dispntat, & concludit dicens esse communem Fernand. Vasquez *de succeff. tom. 2. tract. de succeff. progreff. §. 26. num. 25.* Craff. *in §. falcid. quæft. 3. num. 9.* Facchin. *lib. 13. controuer. cap. 63.* Barrius *de succeff. lib. 15. tit. 7. num. 8.* in corpore sic decisum refert Magon. *decif. Floren. 130.* sequitur Marta *in 5. part. compilationis decif. tit. de falc. cap. an de legatis pio loco relictis*, quicquid corruptè legatur apud eundem Authorem *in 4. parte summ. succeffionis, quæft. 28. art. 1. num. 18. cum seq.* quod vitio impressorum tribuendum est, cùm rationes, & authoritates, quas allegat stringant pro nobis, & ante istos docuit Bartol. quem non citant *in conf. 102. part. 2.*

8 Tertiò, contractus initus, in quo fuit solutum laudemium, & promissum quindennium nihil iuuat, dum non habet iuris assistentiam, sed resistentiam: immò debet dari soluti repetitio ex condictione in debiti, & declarati nulla promissio solutionis futuræ quindenniorum, cum certum sit ex supradictis non deberi; vnde non poterant PP. obligare Ecclesiam ad id, quod de Iure non tenebatur, sunt enim Administratores, & non Domini, & tenetur vtilia agere, & non damnosa, consequenter contractus indebitè gestus rescindendus est, cùm indebitè soluti repetitione, tamquam ex errore, & falsa causa, facta solutio, atque promissio *l. præses 12.* & ibi Gloss. quæ loquitur de Prælato Ecclesiæ, vel Monasterij *C. de transact. l. pactum curatoris 22. C. de pactis, l. is qui 31. ff. de condit. indeb. l. qui sine causa 2. cum l. seq. ff de condit. sine causa* Alex. *conf. 102. n. 8. lib. 1.* sic probat, & decisum refert Anna *allegat. 116. præsertim num. 6. 7. & 8.* & maximè, quia contractus non fuit ratificatus, habetur ac si non esset factus in puncto idem Anna *loco cit. n. 10.*

9 Quartò, prætendunt solutionem laudemiorum præteritorum, quæ prætensio tanto minus subsistit, quia, & si laudemiorum solutio sequatur fundi possessorem actione hypothecaria, Anton. Faber. *definit. 4. in tit. de Iure emphyteutico*, tamen in casu nostro id moderandum est, vt intelligatur respectu pretij contra quemcumque venditorem, non verò respectu corporis, vel alterius pretij soluendi ab Ecclesia, vt se redimat, à prætensione laudemiorum, quia alias priuilegium non soluendi vnum laudemium, resolueretur in maius damnum, si ad præterita laudemia teneretur. Id probo, quia in simili videmus, quòd & si fideicommissarius habeat actionem super re fideicommissa subiecta, tamen si res illa vendatur pro Ecclesia amplianda tunc pretium subrogatur loco rei pro fideicommisso, & rei inuestitur. in aliud corpus, ne priuilegium Ecclesiæ euanescat, si eodem corpore actio remaneret fideicommissario, ita Fontanell. *d. tom. 2. claus. 5. gloss. 1. part. 2. n. 120. in principio.*

10 Quintò, dicunt quod quædam domus emptæ pro amplianda Ecclesia, adhuc non sunt incorporatæ pro dicto vsu, sed locantur, & Theatini percipiunt affictum, & proinde ex eis petunt laudemium. Sed id procederet quando longissimo tempore annorum triginta, domus emptæ adhuc non fuissent incorporatæ, atque accommodatæ pro ampliatione Ecclesiæ, vel Monasterij, vt in terminis intelligit D. Canonicus Nouarius vbi sup. circa finem vers. ad rem. Quia ex tanto temporis lapsu atque non vsu, desumitur necessitatem ampliandi, vel à principio realiter non fuisse, vel ex post facto defecisse.

ADDITIO.

Dum suprascripta iterum Typis tradita sub prælo essent, fuerunt mihi allatæ duæ Allegationes, quibus nituntur Domini scribentes ex aduerso, sustinere partes Carthusianorum. Vnde existimaui non fore inutile, si & aliis eorum obiectionibus responderem, addendo quæ sequuntur. Sextò obiiciunt, prout scribit vnus Dominus Aduocatus, quod emphyteusis prohibita est transire ad Ecclesiam, & ideo ad supplendum defectum amortizationis soluitur laudemium, & quindennium ab Ecclesia emente. Respondeo, quod hæc regula generalis, procedit in alienationibus voluntariis, & non necessariis, vt constat ex omnibus Authoribus, qui ex aduerso citantur. Quod præsentiens Dominus scribens, subdit non obstare nostram conclusionem laudemij in alienatione necessaria, quia non desunt DD. affirmantes laudemium deberi, etiam vbi alienatio est necessaria. Cui tamen respondeo, quod DD. qui citantur loquuntur in diuersis terminis, quando ob æs alienum emphyteutæ proceditur ad venditionem rei emphyteuticæ: tunc enim inopia emphyteutæ per cuius necessitatem proceditur ad venditionem, non debet esse damnosa Domino directo in amissione laudemij, tum quia venditio habet principium voluntarium spontè contrahendo debita, & ita propriè necessaria dici non potest, cum hoc casu factum, iudicis dicatur factum Partis; tum etiam quia causa necessaria est priuata, ita Franch. *decif. 277.* D. Præs. Amat. *consil. 70. num. 1. & 2.* Nos verò sumus in venditione necessaria ex causa publicæ vtilitatis fauore Religionis, in quibus terminis nostræ causæ, nec vnum inuenire potui, qui scribat laudemium deberi, imò omnes tenent laudemium non deberi quos *supra* retuli *num. 2. & 3.* quibus addo laudatissimum virum D. Episcopum Ricc. *tom. 1. prax. resolut. 626.*

11

12 Septimò causam solutionis laudemij non esse consensum, & contractus approbationem quam facit Dominus directus, sed esse inuestituram, & translationem dominij, sed respondeo, quod, & si laudemium debeatur, quando transfertur vtile dominium, rei emphyteut. ex tamen tunc debetur, quando directus Dominus approbat contractum, suumque præstat consensum per inuestituram, ita quod inuestitura est consensus, & approbatio contractus & personæ acquirentis, in qua potest habere interesse ipse directus dominus Amed. de Ponte *de laudemij, q. 1.* Hartman. *in eodem tract. n. 2. & 3.* Burgius *in simili, tract. part. 1. inspect. 2. & 3. num. 50.* Vnde non obstat dicere, quod in legatis, & donationibus debetur laudemium, & tamen consensus non requiritur. Quia hic consensus est duplicis effectus. Primus prælationis in contractu, qui fit ab emphyteuta, & in donatione, & legato considerari non potest, quia liberalitatem, quam erga vnum exercemus, erga alium gerere non tenemur. Secundus est approbationis contractu, & personæ acquirentis, & cadit in legato, & donatione; ideoque debetur laudemium vt per Franch. *decif. 201.* Burgium *de laudemiis part. 3. inspection. 1. num. 1. & n. 10.* in additione, & melius *part. 1. inspect. 5.* Vbi omnibus relatis, tradit varias Doctorum causas, & rationes, & præcipuè nostram, quarum nullam improbat, quia in effectu omnes tendunt, ad idem. Et tandem satis est laudemium non deberi in alienatione necessaria ex causa pu-

blicæ vtilitatis, fauore Religionis ſiue rationeconſenſus, ſiue approbationis contractus per inueſticuram regulariter laudemium ſolui dicas.

13 Octauò, Carthuſianos habere conſuetudinem exigendi laudemium in ſimilibus caſibus alienationis pro amplianda, vel conſtruenda Eccleſia. Sed non eſt, nec dici poteſt conſuetudo, ad quam inducendam requiritur, quod pluries ſit obtentum iudicialiter, & in contradictorio iudicio; quia contractus initi inter diuerſas perſonas, non poſſunt decidere iuris quæſtiones cum aliis perſonis occurrentes, maximè in materia deciſoria, & contra legem quæ facit exemptum, à ſolutione laudemij contractum, ex cauſa neceſſaria publicæ vtilitatis, fauore Religionis Gratian. *tom.4. cap.694. à num.52. vſque ad fin.* D. Camill. de Medic. *conſil.153. à num.23. cum omnibus ſeq.* Nec quod obtinuerint inſtrumenti exequutionem pro ſolutione laudemij, non obſtante exceptione nullitatis oppoſita, proinde oritur exceptio rei iudicatæ, quod laudemium debeatur. Quia in illo iudicio ſummario liquidationis, ſicut exceptio facti, vel iuris requirentis altiorem indaginem non impedit exequutionem, ita neque inducitur exceptio rei iudicatæ ſi iterum proponatur in iudicio ordinario eadem exceptio, cùm non poteſt dici plenè de ea cognitum in dicto iudicio ſummario, in quo lis non fuit conteſtata terminus non fuit datus, nec receptæ ſunt probationes Franch. *deciſ.289.* & 161. D. Riccius *in additionibus.*

14 Nonò negant concurrere duo requiſita. Primum quia non aderat neceſſitas Eccleſiæ in Platea Toleti, vbi aderant aliæ Eccleſiæ. Secundum, quia adeſt intereſſe Carthuſianorum. Reſpondeo primo, quòd aderat neceſſitas in hac Ciuitate Neapolitana habendi Eccleſiam in Platea Toleti, in qua prius nulla aderat: nam ſi primo conſideremus Monaſterium S. Thomæ ianua fuit aperta longè poſt Eccleſiam S. Mariæ. Si ſecundo Monaſterium Conceptionis, præter quod eſt diſtans, & difficilis acceſſus ex via, eſt Monialium, quod poſt horas matutinas Miſſarum clauditur. Si tertio Monaſterium Montis Caluarij eſt longè diſtans à Platea Toleti, de qua agimus. Si vltimò Eccleſiam Charitatis pauci ad eam accedunt, propter loci rumorem, & frequentiam perſonarum vilium, vt eſt notum, nec propriè in Platea Toleti. Vnde ſi benè conſideremus rem hanc, Platea Toleti de per ſe requirebat Eccleſiam; itaque optimum fuit illam eſſe ſub nomine huius SS. Virginis vbi PP. Teatini viri profectò Illuſtres (vera loquor ſine iactantia) genere, bonitate, doctrina, ſuis virtutibus, laboribus, & operibus, pro publica vtilitate Religionis vacarent ad colendam hanc celſiſſimam Reginam in Eccleſiaſtica loci honeſtioris, in qua videmus maximum concurſum nobilium, cum ſummo animarum fructu, & omnium ædificatione ex continuis Prædicationibus, Confeſſionibus, & Miſſis cæteriſque piis operibus quæ omnibus patent in euidentem publicam vtilitatem. Secundò neceſſitas non eſt intelligenda preciſè, quia hoc modo vna Eccleſia ſufficeret in hac Ciuitate, & ita intelligere eſſet impium. Tertiò, neceſſitas in hac materia intelligitur pro publica vtilitate, vt ſupra dixi *n.5.* Et probatur primo ex duabus deciſionibus S. C. apud Gizzarell. *deciſ.37. & 38.* & D. R. Tapiam *deciſ. Sacr. Conſil.6.* vbi fuit deciſum, vicinos eſſe compellendos nedum ad vendendum domos pro Eccleſia, ſed etiam pro atrio Eccleſiæ RR. PP. Oratorij: & imò teneri ad contribuendum de proprio in pretio ſimul cum hac Ciuitate, & tamen non fuit conſiderata neceſſitas præciſa, & ſi aderant conuicinæ Eccleſiæ S. Laurentij, & S. Pauli, & Eccleſia Archiepiſcopalis, ſed fuit conſiderata publica vtilitas; idemque in alia cauſa fuit deciſum in Curia Archiepiſcopali, vt per D. Ricc. *deciſ.129. part.3.* Secundò, quia vicinus cogitur ad vendendum eam pro Dormitorio, Clauſtro, & Viridario, Giurba *deciſ.86. num.8.* D. Ricc. *deciſ.138. part.1.* & tamen in his non conſideratur adeò vtilitas publica, ſicut in Eccleſiaſtica, quia in illis potius vtilitas Religioſorum habitantium verſatur. Tertiò, quia vtilitas publica, quæ verſatur in Eccleſiis conſtruendis eſt fauor augendæ Religionis, quam iura magis fauent ampliari, vt probat Gizzarell. *d. deciſ.37. num.6.* & eruditiſſimus D. Epiſc. Maranta *tom.2. controu. reſponſ. 28. per totum*, precipuè videndus *à num.33. ad 40.*

Nec eſt conſideratione dignum ſecundum requiſitum, circa intereſſe Carthuſianorum, dum non recipient laudemia, nec quindennia. Quia intereſſe vicini tunc conſideratur quando cauſaretur reſpectu vnius, & non reſpectu alterius, & ita loquuntur authoritates citatæ in materia domus petitæ pro ampliatione, quia reſpectu vnius poteſt verò alterius non ita: ſed quando intereſſe cauſatur generaliter à lege, per quam ſtatuitur ex alienatione neceſſaria ex cauſa publicæ vtilitatis fauore Religionis non ſolui laudemium, tunc ſuppoſito primo requiſito non curatur de ſecundo circa intereſſe, quod æqualiter omnibus ineſt, alias diſpoſitum à lege, quod Eccleſia emens pro ampliatione vel conſtructione non ſoluat laudemium nunquam ſortiretur effectum, ſtante hoc intereſſe omnium generaliter. Et ita Carthuſiani non poſſunt conqueri de Theatinis, ſed neque de lege, quæ tribuit hoc beneficium locis Religionis, cùm & ipſi ſi caſus occurreret, vterentur pro ſe hoc beneficio, propterea non debent nunc petere id, cuius contrarium tunc eſſent petituri.

Sicut nec valet dicere, debuiſſe emere domos in alio loco D. Plateæ conſiderando dictum intereſſe Carthuſianorum. Quia reſoluitur primò ex proximè dictis. Secundò dicimus, non eſſe aptiorem locum illo, vbi ſita eſt dicta Eccleſia, propriè in medio Plateæ Toleti pro faciliori omnium commoditate. Tertiò quia Theatini non ſunt diuites ſicut ipſi Carthuſiani viri, perilluſt. Antiquiſſimi, & meritiſſimi, adeò quod haberent amplam facultatem emendi, & eligendi, ſed vt eſt notum, ſunt pauperes, & quod faciunt ex eleemoſynis faciunt ſecundum hominum pietatem, & tenuem eleemoſynarum facultatem.

Iterùm dicunt, inter pariter priuilegiatos præ- 15
ualere vtentem iure communi, & tractantem de damno vitando. Sed negamus, eſſe pariter Priuilegiatos in actu, vt requiritur, quia Priuilegium eſt Eccleſiæ ementis paſſiuè non verò petentis actiuè, *vt ſupra dictum num.7.*

Rurſus petunt laudemia præterita. Sed lex fer- 16
uiret de vento ſi exemptus per legem à ſolutione laudemij proprij contractus, per eandem legem oneraretur ſolutione laudemiorum contractuum aliorum, *vt ſupra* dixi *num.9.*

Decimò dicunt, prout alius Dominus Aduo- 17
catus ſcribit, in hac venditione non adeſſe cauſam neceſſariam, quia neceſſitas cadit ex parte vendentis, & non ementis allegant Burgium de laudem. *part.2. in ſpection.1. num.15. & 49. in additionib.*

ditionib. Vbi concludit ementem pro ornatu Vrbis teneri ad laudemium, quia ſponte emit licet alter coactus vendat. Reſpondeo primò, caſum Burgij non eſſe ſine controuerſia ex contradictione Mutæ quem citat. Secundò, eſſe caſum diuerſum vt ex eodem Burgio colligitur, ſiquidem emens ad ſuam domum ampliandam, pro ornatu Vrbis, ſponte facit pro ſua vtilitate priuata principaliter; ſecundario verò affert ornatum Vrbi, ſed emens pro Eccleſia conſtruenda facit pro publica vtilitate principaliter, quæ publica vtilitas, pro neceſſitate morali intelligitur, vt dictum eſt.

18 Vndecimò, vnam ex domibus fuiſſe donatam, vnde arguunt non eſſe cauſam neceſſariam. Sed cauſa neceſſaria, vel voluntaria non pendet à nomine contractus, ſed à cauſa efficiente, & motiua illius, vt in ſimili donatio ex cauſa neceſſaria imputatur, ſed ex cauſa voluntaria non imputatur, & tamen vtraque donatio eſt ſponte facta itaque inſpicitur ſi cogi poterat ad faciendum, vt latè tractat Cutell. *in tract. de donationib. tractation.* 1. *diſcurſ.* 2. *particul.* 10. Vnde cum hic donans poterat cogi ad vendendum fauore Religionis, & tamen donauit, non per hoc ceſſat cauſa neceſſaria, quia ſi non donaſſet, cogi potuiſſet ad vendendum, & ita magis pretium, quàm rem donaſſe cenſetur, quòd pretium ſi venditio fuiſſet, & venditor donare potuiſſet. Prætor quod donatio facta Religionis dicitur potiùs remuneratio laboris, operumque ſpiritualium, quæ faciunt, ita quòd non ſubiacet ſtatuto requirenti, aliquam ſolemnitatem in donationibus, vt diſputat, & deciſum refert Alberic. *in tract. de ſtatutis, lib.* 1. *quæſt.* 122.

19 Duodecimo obiiciunt Theatinos teneri ad emendum directum dominium, à Carthuſianis, allegant Deciſ. Rotæ 223. *num.* 6. *& ſeq. in nouiſſimis collect.* per Farinac. Et quoties Eccleſia emit pro ampliatione, vel conſtructione, vltra pretium tenetur etiam ad reficiendum vicino intereſſe, quod patitur, afferunt Giurb. *deciſ.* 86. *num.* 14. Reſpondeo primò, quod deciſio prædicta nihil dicit. Secundò, ſi quid ſuboſcurè ab ea colligi poterit, loquitur ſecundum Bullam, & ſtatutum locale Vrbis Romæ in materia iuris congrui, & ſic extra terminos cauſæ, cum id de Iure communi non procedat. Nec locus Giurbæ obſtat, quia loquitur, quod quando Eccleſia emit partem fundi, vel domus pro ampliatione, tenetur vltra pretium ad intereſſe paſſum ex diuiſione rei, quod intereſſe ſicut conſideratur à Iure in illo caſu, ita in caſu noſtro nullius conſiderationis habetur ab eodem Iure ius prætenſi laudemij in venditione facta fauore Religionis.

20 Et tandem exiſtimant, reſciſſa tranſactione deberi maius pretium emptionis ex cauſa laudemij debiti Domino directo. Sed non ſumus in iudicio reſciſſionis tranſactionis ſuper indebita ſolutione, & promiſſione laudemiorum, in quo non cadit quæſtio maioris pretij; & ſi eſſemus in reſciſſione venditionis neque hæc quæſtio conſiderari poteſt, quia ſi de iure communi ſolutio laudemij pertinet ad emptorem Borrell. *tom.* 1. *ſummæ deciſion. tit. de laudem. num.* 31. & 32. Ciarlin. *controu.* 106. *num.* 67. & eſt abſolutum in Regno ex traditis per Franch. *dec.* 430. nihil oneris infertur venditori, ſi emptor eſt immunis à ſolutione laudemij, & ita ceſſat etiam prætenſio maioritatis pretij.

Solutis igitur omnibus obiectionibus remanet magis vera, & conſtans iuſtitiæ cauſæ, quod Theatini non tenentur ad laudemium, & quindennium, ſed declarata nulla (prout eſt) tranſactione eſſe abſoluendos cum indebitè ſoluti repetitione. Et ſupplico SS. Virginem dirigere mentem Dom. Iudicum in hanc ſententiam, quam veriſſimam puto, vt facilius videamus glorioſum templum eius in nobiliſſima Platea Toleti huius Ciuitatis deuotiſſimæ nomini SS. Virginis Mariæ Lauretanæ.

His diſcuſſis coram Ill. Dom. Epiſcopo Auerſano Delegato Apoſtolico præſentis cauſæ fuit deciſum ſecundum prædicta. Et ſpero eandem ſententiam fore confirmandam, ſi per Carthuſianos appellabitur, nam omnibus prædictis ſumma ratio ineſt, quæ pro Religione facit *l. ſunt perſonæ* 43. *ff. de religioſ. & ſumptib. funer.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in tract. de benefic. cap.* 14. *num.* 8. Et in dubio etiam iudicandum eſt, laudemium non deberi Card. Mantic. *dec.* 336. *n.* 4.

DISCEPT. CCCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Duellum quid ſit, & vnde dictum.*
2 *Duellum dupliciter accipitur, & qualiter.*
3 *Duelli requiſita eſſentialia quæ ſint.*
4 *Duellum quo iure prohibitum ſit.*
5 *Mortui in duello priuantur ſepultura Eccleſiaſtica.*
6 *DD. referuntur qui tenent ſententiam relatam.*
7 *Duellum priuat ſepultura Eccleſiaſtica ſi ſit notorium.*
8 *Sepultura non denegatur duellantibus in licito duello.*
9 *Sepultura non denegatur mortuo in pugna, quæ non ſit duellum.*
10 *Sepultura non denegatur mortuis extra duellum cum ſignis pœnitentiæ.*
11 *Sepultura non eſt deneganda mortuis ex vulnere extra locum duelli, cum ſignis pœnitentiæ, ſiue in eadem die, ſiue poſtea.*
12 *Regens de Marinis* tom. 1. c. 110. *improbatur.*
13 *Stylus Curiæ quando habeat vim legis.*
14 *Mori an dicatur in duello qui moritur extra illud, & quando.*
15 *Legis forma qualis ſit, & qualiter conſideretur à Legiſlatore.*
16 *Duellum ſolum acceptantes an incurrant excommunicationem contra duellantes.*
17 *Extrahere tentantes ab Eccleſia incurrunt pœnam excommunicationis, etiam non ſequuta extractione.*
18 *Sepultura Eccleſiaſtica denegatur illis, qui moriuntur in torneamentis.*
19 *DD. referuntur qui ſententiam relatam tenent.*
20 *Sepultura non denegatur mortuis extra torneamenta cum ſignis pœnitentiæ.*
21 *Armigeri, & inſeruientes cum armis in torneamentis, ſepultura Eccleſiaſtica non priuantur.*
22 *Pij V. Bulla prohibentur Taurorum agitationes, refertur, & cum aliis concordatur.*
23 *Epiſcopi, omneſque Prælati tenentur facere publicari Bullam Pij V.*
24 *Clericis eſt prohibita venatio clamoroſa, & quando.*
25 *Bulla Gregorij XIII. refertur permittens agitationes Taurorum ad inſtantiam Regis Hiſpaniarum.*
26 *Sepultura Eccleſiaſtica non denegatur morientibus occaſione agitationis Taurorum.*

27 Sepul

27 *Sepultura denegatur ſecundum aliquos talibus morientibus ex agitatione Taurorum.*
28 *Clerici in ſacris, vel Beneficiati, aut Regulares non poſſunt in agitationibus Taurorum intereſſe.*
29 *Sepultura Eccleſiaſtica priuantur mortui iuſtitiati, ſi moriantur impœnitentes.*
30 *Sepultura Eccleſiaſtica non priuantur mortui iuſtitiati, ſi moriantur pœnitentes.*
31 *Iuſtitiati quanto tempore debent eſſe in patibulo.*
32 *Iuſtitiati vbi ſepeliendi ſint.*
33 *Sepultura an ſit concedenda cadaueribus defunctorum exenteratis.*
34 *Excommunicati hodie quando ſint euitandi.*
35 *Immunitate Eccleſiaſtica an priuentur qui poſt mortem reponuntur in Eccleſia.*

ARGVMENTVM.

Sepultura Eccleſiaſtica an priuentur mortui in duello, vel extra duellum ex vulnere illato in illo, ſi ſigna dederint pœnitentiæ, & an mortui in torneamentis, vel in agitatione Taurorum, & an iuſtitiati, vel exenterati, & an mortuus gaudeat immunitate Eccleſiæ.

IVRIS SEPVLTVRÆ, PRO

Mortuis in duello, dantibus ſigna pœnitentiæ, vel mortuis extra conflictum ex vulnere illato in illo, & dantibus ſigna pœnitentiæ. De mortuis in torneamentis; in agitatione Taurorum. De iuſtitiatis, & exenteratis an ſepultura priuentur, & tandem an mortuus gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.

DE mortuis in duello, in torneamentis, Taurorum agitatione, iuſtitiatis, & exenteratis, an priuentur ſepultura Eccleſiaſtica?

1 Pro intelligentia ſuppono primò, duellum idem eſſe, quod duorum bellum, id eſt, ſingularis pugna, ſeu græcè Monomachia, vt notat Gloſſa *in cap. Monomachia 29. q. 3.* Lezana *in ſumma quæſt. regul. tom. 2. part. 3. in verbo, Duellum, n. 2.* cum Syluest. *in eodem verbo, num. 1.* Æligius Baſſeus *tom. 1 in verbo, Duellum*, Paſſeratius *in verbo, Duellum*, ibi, Duellum id eſt à duobus, ab antiquis dicebatur quod poſtea dictum eſt bellum Ioan. Caramuel *in Theolog. fundament. num. 412.* Ioan. Baptiſta Scortia *in ſelect. Summ. Pontific. theoremate 390.* Marcus Vidal *in arca vitali de duello in prænotatis, n. 20.* Archiepiſcopus Salernitanus P.D. Gregorius Carrafa *de duello, in principio*, Anton. de Eſcobar *in Theolog. moral. exam. 7. controuerſ. 2. §. 7. n. 22.* Auſonius *Noct. Attic. in compend. Dianæ, in verbo, Duellum*, Martin. Beccan. *de virtutibus Theolog. cap. 16. de duello, num. 1.* Franc. Pelliz. *in manuali Regul. tom. 1. tract. 6. cap. 2. num. 36.* Binsfeldius *part. 3. in Enchiridion de 5. præcept. §. 5.* & Ermandus Buſſembao *in Medulla Theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 1. dub. 5. art. 1. in principio.*

Quod duellum dupliciter accipitur propriè, 2
ſcilicet, & impropriè. Impropriè ſumitur pro quocunque certamine inter duos, ſiue licitè, ſiue illicitè illud fiat. Propriè autem duellum eſt certamen, bellum, ſeu pugna inter duos, vel plures in pari numero priuata authoritate, deliberata ab vtraque parte, ſponte, ſtatuto loco, & tempore cum periculo occiſionis, mutilationis, vel vulneris, ita poſt alios Ludou. Caſpenſis *in curſu Theolog. tom. 2. tract. 17. diſp. 7. ſect. 2. num. 23.* Lezan. *in verbo, Duellum*, Bonac. *de cenſuris, diſp. 2. q. 6. punct. 2.* Vidal. *de duell. inquiſ. 4. num. 2.* vbi pro 3
conſtitutis eſſentialibus duelli proprij, & formalis aſſignat locum determinatum, & ſtatutum tempus vtrumque ſponte, & ex communi conſenſu aſſignatum, vnde à Clemente VIII. excommunicantur committentes duellum formaliter tale, & non comprehenduntur illi, qui nullo ſtatuto tempore, vel loco illud committunt, vt bene Vidal. *vbi ſuprà*, plura corollaria circa hoc factum refert P. Petrus de Murg. *tom. 2. diſp. 11. per totam.*

Suppono ſecundò, duellum prohibitum eſſe 4
tam iure Cæſareo, quam à Sacris Canonibus variis in locis, & ſub diuerſis pœnis temporalibus, & ſpiritualibus. Primò, enim Conſtantinus Imper. *in l. vnica, C. de gladiat.* illud prohibet, cuius conſtitutionis meminerunt Iulius Papa II. in conſtitutione ſua, quæ incipit Regis pacifici & Gloſſ. *in Canone Monomachiam 2. quæſt. 5.* Scortia *theor. 391. num. 3.* iure etiam Canonico prohibetur à Nicolao Papa *in dicto cap. Monomachiam, à Cœleſtino III. in cap. Cura, il 1. de purgat. vulg.* & ab eodem Cœleſtino *in cap. Henricus vltimo, de cleric. pugnant. in duello*, ab Alexandro III. *in cap. porro, il 1. eodem tit. de cler. pugnant. in duell.* In Concilio Valentino Galliæ *il 3.* fuit etiam prohibitum ſub Lothario Imperatore *Can. 11.* per Tridentinum etiam *ſeſſ. 15. cap. 19. de reform.* prohibetur, & per Gregorium XIII. *in ſua bulla 72. tom. 2.* per Clementem VIII. in Bulla 2. & aliis ſanctionibus prohibetur, de quibus Epiſcopus Salernitanus *in tract. de duello, per totum*, Murgia *vbi ſuprà*, quibus poſitis.

Concluſio eſt affirmatiua, ſcilicet mortuos in 5
duello priuari Eccleſiaſtica ſepultura, vt ex Bullis Iulij II. Leonis X. Clementis VII. & Pij IV. & ex Concilio Trid. & Conſtitutionibus Gregorij XIII. & Clementis VIII. in quibus præter confirmationem, & innouationem Conſtitutionum dictam pœnam infligentium Monomachiam committentibus in Terris Eccleſiæ extenditur illa ad duellum exercentes vbique, quod etiam conſtat ex Rituali Romano in Rubrica de exequiis tit. quibus non licet dare Eccleſiaſticam ſepulturam, ibi. Morientibus in duello, etiamſi ante obitum dederint pœnitentiæ ſigna.

Quam concluſionem tenent omnes, inter 6
quos ſunt Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ. part. 2. cap. 16. ſect. 6. n. 2.* Barboſa *deciſ. Apoſtol. in verbo, Duellum, collect. 269.* idem *de iure Eccleſ.*

part. 2.

part.2.lib.2.cap.10.num.45. & in Concil. Trid. *sess.25.de reformat.cap.19.num.20.& in cap. Felicis,num.7.de torneamentis*, Stephan. Gratianus *cap.410.* Ventrigl. *in praxi annot.52. num.21.* Lezan. *in verbo, Duellum, num.14.* Samuelius *de sepulturis, tract.1. disp.5. controu.9. conclus.7.* Diana *part.11.tract.6. resolut.26.* Vidal.*in arca vital.tit.de duello,inquisit.6.num.45.* Scortia *theorem.392.* Bartholomæus Gauantus *in manuali Episcoporum, verbo,Duellum, num.6.* Castrus Palaus *tom.1.tract.6. disp.5. lib.7.num.5.* Martinus Beccanus *in tract. de virtutibus Theolog. cap.26. q.8.* Ioannes Sancius *in selectis,disp.36.n.5.& 6.* Binsfeldius *in Enchiridion,p.3.c.12.de 5.præcept. §.5.de bello,in fine.*

7 Explicatur tamen conclusio suprapositа, vt Ecclesiastica sepultura duellantes priuari non debeant, nisi notorium sit in duello decessisse, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, ita Æligius Basseus *in verbo, Duellum, num.9.* Ioannes Macadus *nel tractato del perfetto Confessore & Cura del alma tom.1.lib.3.part.3. tract.6. documento 5. num.11.* Fagundez *de præceptis Decalogi, lib.5. cap.8.num.9.& 11.* Sanchez,Suarez,Villalobos, & alij apud Ioannem Sancium *in select. disput.36. num.11.* qui admonet Parœcos,vt ponderent,& considerent, quod si notorium non sit esse mortuos in duello non debent illis denegare sepulturam Ecclesiasticam, quia publica pœna infligenda non est, nisi qualitas publici peccatoris probetur,vt bene Peregrinus *de duello, q.7.num.3. in fine.*

8 Ex quo infertur non debere negari sepulturam Ecclesiasticam morienti in duello, seu pugna,quæ licita sit secundum probabilem opinionem, tum quia prohibitio sepulturæ procedit à iure Ecclesiastico humano,& opinio probabilis facultatem concedit in his, quæ iure humano interdicuntur. Et data opinione probabili de licito duello, censetur data facultas sepeliendi more Ecclesiastico, tum quia notorium non est, imò nec publicum dici potest, quod contra se habet probabilem opinionem, notorium dico non est illud,quod ita oculis omnium patet, quod possit tergiuersari, nec publicum dici valet, quia publicum, seu famosum (quod idem est) dicitur, quod fama publica proclamatum est.

9 Secundò infertur, & à fortiori sepulturam negari non posse Ecclesiasticam decedentibus in pugnis, quas duella non esse DD. tradunt, de quibus alias Deo dante dicemus, nec poterit denegari decedenti in pugna, de qua dubitatur si vere fuerit duellum, nec ne, quia nemo pro culpa dubia, & incerta puniri debet pœna certa, tunc quia in dubiis reo fauendum est, eo quod in criminalibus probationes, contra reum luce clariores esse debent, vnde Regula iuris statuit cum sunt partium iura obscura, reo fauendum est potius quam actori, vt *in Regula 12. de reg. iur.in 6.l.fauorabil.de reg.iur.* vnde dicunt Doctores, quod Iudex grauissimè peccat interrogans reum, dubitans an possit iuridicè interrogari, vt bene Laurent. de Peyrin. *in formula Prælat. littera R,cap.9.num.8.* per doctrinam Bann.2.2. *q.69.art.1.dub.2.* Salon *controu.3.conclus.2.* quod si quis dicat, quod in dubio standum est pro custodia legis, tunc respondeo cum Francisco de Amico *tom.5.disp.5.sect.11.num.249.* quod illud axioma intelligi debet de legibus non pœnalibus, vnde Pater Macadus *in tractatu del Perfetto Confessore,tom.1.lib.2.part.3.tract.6.documento 5. num.12.* dixit non debere priuari sepultura Ecclesiastica morientem in duello, nisi præcedente sententia, quod sequitur Lezzana *tom.2. quæst. regularium, in verb. Duellum, num.15.* & *in tom. consultorum consulto 49. num.32.* cum Bannio *in Theolog.moral. disp.3.tract.2.q.19.* Eligio Basseo *tom.1. in verb. Duellum, num.9.* Ioannes Sanc. *disp.36.num.13.* Dian. *part.11.tract.8.resol.21.* Castro Palao *tom.1.tract.6. disp.5. punct.7.n.21.* Ioannes Baptista Scortia *theorem.352.* Pellizzar. *in manual.tom.2.tract.8.cap.5.num.148.* quod si quis dicat Clementem VIII. *in sua Bulla,* de qua *suprà,* dixisse duellantes in conflictu mortuos sepultura Ecclesiastica priuari, vnde videtur, quod sit pœna inflicta ipso iure, igitur latæ sententiæ; ergo nulla alia sententia opus est,tunc dico,quod licet non desideretur sententia ad hoc, vt decedentes in duello, pœnam incurrant priuationis sepulturæ à Clemente VIII. inflictam, tamen desideratur sentẽtia declaratoria duelli commissi, & mortis in ipso conflictu passæ,ad hoc vt pœna illa per aliam sententiam latam debitæ exequutioni demandetur; scio tamen Petrum de Murga *tom.2. disq.11. dub.1. in fine,* dixisse non requiri talem sententiam declaratoriam.

Secunda conclusio est, quod illi, qui ex vul- 10
nere accepto cum signis pœnitentiæ obierit sepeliri poterit in Ecclesiastica sepultura, nec ea priuabitur: quæ conclusio duplicem habet partem. Prima dicit, quod duellantes decedentes in eodem conflictus loco, licet signa pœnitentiæ dederint priuari debent sepultura Ecclesiastica; ita docent Lezzan. *tom.2. part.3. in verb. Duell. n.14.* Marcus Vidal.*in arca vitali,inquis.3.n.45.* Ioannes Sancius *in select. disp.36. num.7. & 9.* Ioannes Macadus *del perfetto Confessore, tom.1. lib.2 part.3.tract.16.docum.5.n.10.* Dian.*part.4. tract.4.resolut.192.* & *part.11. tract.6.resol.26.* Samuel *de sepult. tract.2.disp.1. contr.8.concl.2. n.3.* Barb. in Trid. *sess.25.de reform. cap.19.n.20.* & *in cap.felicis, num.7.de torneamentis,* cum Grat. *cap.410.* cum Thom. Hurtado *var.resol.tract.vlt. resol.5.§.6 .num.196.* cuius ratio est, quia, qui in loco duelli ex vulnere in eo inflicto moritur verè decedit in duello,quod solum exigunt iura, de quibus *suprà.*

Secunda pars conclusionis est, quod ille, qui 11
ex vulnere in conflictu duelli inflicto moritur extra locum duelli, cum signis pœnitentiæ, siue eodem die,siue altero ex sequentibus, priuandus non est sepultura Ecclesiastica, ita Marcus Vidal. *vbi suprà, num.46.* Ioannes Macadus *num.10.* Lezzan. *vbi suprà,* & *tom.4. consult.49.* Portel. *in dub. part.3. cas.10.* Dian. *part.2. tract.16. resol.52.* & *part.4. tract.4. resol.192.* & *part.5. tract.3. resol.99.* Hurtad. *2.2.disp.170.sect.1. §.178.*cum Carafa *de duell. tract.2. sect.3.q.19. num.9.* Baucio *in miscell.tom.1.quæst.4.8.* Possentio *quæst.moralium,in verb.Duellum,n.6.* Mancino *in pract.de infirm.in ordine ad sepulturam, n.34.* Ægydius Trullench. *de iur.Parochi,cap.9.dub.7. num.7.* Barb. *part.3. de potestate Paroch.cap.26. num.45.* & in Trid. *dicta sess.25. cap.19.n.20.* & *de iur. Ecclesiastico,part.1.lib.2. cap.10.n.45.* & ante omnes Sancius *in select. disp.36. num.9.* cuius ratio est, quia Concilium, & iura dicunt sepulturam denegandam decedentibus in ipso conflictu; ergo colligitur concedendam,si extra locum duelli viui essent deportati, & tunc signa pœnitentiæ dederint,quamvis statim morerẽtur; quia tunc non verificatur in ipso conflictu decessisse, sed extra conflictum, quamvis illico decesserint, vnde contra Peregr. *de duell. q.7.n.4.*

& contra alios tenet Sancius cum aliis *vbi ſupra*, tum quia iura prohibentia cadauera decedentium in duello, non poſſe ſepeliri in Eccleſia dicunt, quod ſi in ipſo conflictu moriantur, & in pugna actuali, non autem decedentium ex vulnere in duello illato, quia valet argumentum quod ſumitur à forma verborum, à qua ſine certa ſcientia non eſt recedendum. *l. non aliter, ff. de legat. 3. cum concordantibus.*

12 Vnde patet non benè dixiſſe Reg. de Marin. *tom. 1. controu. cap. 110.* dum ait excommunicationem illatam à Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 19.* & alias conſtitutiones Pontificias, imponentes pœnam excommunicationis contra duellantes comprehendere etiam illos, qui moriuntur extra duellum licet ſigna pœnitentiæ dederint, vbi adducit decretum Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ; vbi tempore Cardinalis Boncompagni, fuit dictum, quod ſepeliantur loco depoſiti quidam qui mortui fuerũt extra duellum ſignis pœnitentiæ, quia veritas eſt contraria per ea, quæ ſupra dicebamus, neque obſtat praxis ſacræ Pœnitentiariæ Romanæ ad dicta per Samuel. *de ſepult. tr. 2. diſp. 1. contr. 8. concl. 4.* per Vrtad. *var. reſol. tr. vlt. tom. 2. reſol. 5. §. 6. n. 196.* per Dian. *part. 11. tract. 6. miſcel. reſ. 26.* nam ad decretum Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitan. reſpondeo fuiſſe ſepultos in Eccleſia loco depoſiti, nec nobis obſtat, ſicuti neque obſtat Praxis ſacræ Pœnitentiariæ Romanæ, quia ſtylus praxis Pœnitentiariæ Romanæ vel Curiæ tunc ſolum habet legis vim, quando habet Summi Pontificis præceptum formale aut virtuale, vt benè Marcus Vidal. *inquiſ. 3. de aucl. concl. 2. num. 21.* Dian. *part. 5. tract. 14. reſol. 102.* qui ait quod licet communiſſimum ſit, quod ſtylus, ſeu praxis Curiæ faciat ius iuxta notata ex Barboſ. *in c. ex lit. num. 3. de conſtit.* tamen hoc procedit ſi ſtylus à communitate pro iure, aut lege ſit receptus vel à Principe qui legem condere poteſt, & ius, ſit ſua authoritate confirmatus, vt bene Barb. *in rubr. tit. de conſt. n. 4.* ſtylus vero nihil aliud, quam praxis Curiæ recepta, ſeu confirmata dicitur Barboſ. *vbi ſupra*, imò in dubio ſtylus non præſumitur, vt ait idem Barboſ. *in c. quam graui, num. 5. de crim. fal.* cum Maſcar. *de probat. concl. 258.* iuncta *concl. 1338.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 8. num. 7.* vnde tanquam quid facti, qui ſtylum allegat probare debet illum adeſſe, & licet verum ſit, quod Barboſ. dicit, quòd iudex debet ſupplere circa ſtylum curiæ tamen hoc intelligi debet de ſtylo notorio vim legis habente.

13 Cum igitur non conſtet ſtylum, ſeu praxim pœnitentiariæ allegatam à Samuelio *vbi ſupra*, neque vim legis habere per conſequens ſit, quod argumentum ex ſtylo non vrget, quod ſi hoc procedit in ſententia, vt ait Dian. *p. 12. pag. 177.* quod dicit ſtylum non obligare in foro conſcientiæ, multo magis dicendum eſt ſtylum Curiæ Romanæ non eſſe ſequendum in partibus, niſi ſit firmatus ſpeciali deciſione Papæ, cum ſit varius modo albus, modo niger, vt ipſe dicit.

14 Circa vero alia, de quibus Thom. Vrtad. *vbi ſupra* dico non vere mori in duello, qui ex lethali vulnere in duello accepto decedit; nam aliud eſt mori in duello, quod eſt mori in actuali pugna, certamine, conflictu, &c. & aliud eſt mori ex vulnere, & effectu cauſato in actuali pugna, vt ex ſe patet, quapropter Conc. Trid. & conſtitutiones Apoſtolicæ prohibent ſepeliri in loco ſacro cadauera decedentium in duello, nihil autem diſponunt circa decedentes extra duellum ex vulnere in duello accepto; ergo pœna priuationis ſepulturæ Eccleſiaſticæ non habet locum in prædictis, vndè malè Regens de Marin. *vbi ſupra* extendit pœnam in illo qui dedit ſigna pœnitentiæ mortuo extra duellum, quia in omnibus legibus interpretandis proprietas verborum ſeruanda eſt per Text. *in l. non aliter ff. de leg. 3. & in l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, cap. 2. de tranſl. Epiſcoporum*, Suarez *de legib. lib. 6. cap. 1. num. 7.* Salas *de leg. diſp. 21. ſect. 3. num. 4.* Pelliz. *tom. 2. part. 4. in ver. leges regul. num. 32.* quia Legiſlator 15
debet procurare legem claram eſſe, ac diſtinctam, vt firma illa ſit, & cauillationes vitentur. *c. Abb. §. propterea de verb. ſignif.* imò legem pœnalem odioſam, & præceptiuam intelligendam eſſe ſecundum proprietatem naturalem verborum ipſius legis, ſed ſic eſt quod verba Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 19. de reform.* dicunt, (& ſi in ipſo conflictu deceſſerint perpetuo careant Eccleſiaſtica ſepultura) quæ verba communi acceptione, & vſu intelliguntur de moriente in actuali certamine, ac pugna, non autem de decedente extra locum, & actum pugnæ ex vulnere accepto.

Concurro tamen cum eodem Reg. de Marin. 16
tom. 1. var. cap. 110. dicente excommunicationem latam à Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 19.* & ab aliis conſtitutionibus Pontificiis imponentibus pœnam excommunicationis contra duellantes comprehendere etiam illos qui ſolum acceptant duellum, ſed pugna non ſequitur nec acceſſerunt ad locum deſtinatum pugnæ, & ad hoc adducit Naldum *in ſumm. in ver. duell. in fine*, & melius Peregrinum *de duello quæſt. 21.* & hoc multo magis attenta Bulla Clementis VIII. ſub die 16. Calend. Septembris 1592. in qua Bulla non ſolum declarantur excommunicati prouocantes, & pugnantes, ſed etiam mandantes, conſulentes, & quomodolibet ſe immiſcentes, etiamſi neque pugna, neque acceſſus ad locum duelli ſubſequutus fuerit, ſed qui pugnam acceptat ſe immiſcet duello, ergo ſicut prouocãs, ita qui pugnam acce- 17
ptat eandem cenſurã incurrit, ſicut in ſimili reum extrahere tentans ab Eccleſia, licèt non ſequatur extractio, incurrit in eandem pœnam excommunicationis, quam incurrit extrahens cum effectu, vt dicunt Mar. Ital. *de immun. c. 6. §. 2. à num. 54. vſque ad 62.* Ambroſ. *de immun. cap. 15. num. 6.* Farinac. *de immun. c. 2. num. 322.* Peregr. *de imm. cap. 14. num. 7.* Dian. *tract. 1. reſol. 15.*

Tertia concluſio illi, qui moriuntur in tor- 18
neamentis priuantur Eccleſiaſtica ſepultura: pro huius concluſionis intelligentia ſupponendum eſt torneamenta dici ex eo, quod qui illa exercent circumeundo vadunt, & circumeundo ſe percutiunt, & feriunt, ita Ab. *in c. 1. de torneam.* vbi etiam ait ludos prædictos à feriendo appellari, quandoque ferias, ſeu nundinas vulgariter tamen torneamenta dici, quæ ſolent fieri ad oſtendendas vires, & audaciam Barboſ. *in d. cap. 1.* dixit mortes, & animarum pericula ſæpè prouenire ex torneamentis, propterea Prælati Eccleſiæ torneamenta prædicta prohibent, ſicut quemlibet alium periculoſum ludum, & apponere ſolent pœnam excommunicationis contra facientes, vt notat Abbas Panor. *in d. cap. 1.* quidquid per legem ciuilem fuerint permiſſa *in l. 1. §. beſtias, ff. de poſtulando*, ratio vero ea eſt, quia licet ludum exercere pro viribus demonſtrandis, videatur actus indifferens, tamen rei veritate; quia imminet periculum mortis ideo prohibentur, vt benè Syl. *in ver. torneament.* quæ cum Abbate & Hoſt. docet ludum hunc prohibitum

hibitum esse & omnem alium, ex quo probabiliter mortis imminet periculum *in l. vnic. C. de gladiatoribus*, imò dicit Syl. Text. *in l. 2. §. item Senatus, ff. de postulando* intelligi debere de alio ludo, propterea ludus causa virtutis, seu virium expiendarum, vbi nullum mortis periculum regulariter imminet nullo iure, nec canonico quidem prohiberi, & sic ad damnum ex eo sequutum quis non teneri, nec ei imputari *in l. qua act. §. si quis in colluctat. ff. ad l. Aquiliam.* quibus positis.

19 Conclusio nostra fuit, quod illi, qui in torneamentis moriuntur Ecclesiastica sepultura priuari debent, quam sic firmant Samuel. *tract. 2. disp. 1. contr. 8. concl. 2. cum concl. 6.* August. Barbos. *de iur. Eccl. part. 2. lib. 2. cap. 10. n. 45. & de off. Par. part. 3. cap. 26. num. 45. & in d. cap. 1. num. 1. & 7. de torneam.* Gened. *collect. 13.* Grat. *cap. 410.* Ioannes Baptista Ventriglia, *in Prax. rer. notab. annot. 52. num. 21.* sic est definita conclusio in Conc. Later. sub Alex. III. de quo *in cap. 1. cit. de torneam.* igitur quando exercentur huiusmodi ludi cum periculo mortis, vel vulnerum priuantur exercentes sepultura Ecclesiastica ita Nald. *in ver. lud.* Marc. Vidal. *in tit. de charit. præcept. inquisit. 3. num. 58.* qui dicunt peccare mortaliter tales lusores, sicut peccant funambuli, & cæteri taurorum agitatores, nisi tamen talis cautio adhibeatur, vt rarò mors, aut vulnus graue sequatur; quia tunc non peccarent.

20 Probabile etiam est priuatos esse sepultura Ecclesiastica illos, qui extra locum torneamenti ex vulnere in eo accepto decedunt, ad notata per Syl. *in ver. sepul. quæst. 7.* probabile vero etiam est hos tales non priuari sepultura Ecclesiastica quia cum lex prohibens torneamenta sit lex pœnalis consequenter est restringenda nec extenditur ad casus non expressos licet militet eadem ratio, igitur Text. *in cap. 1. de torn.* procedit solum in eo, qui moritur in illis, vt benè Marc. Vidal. *in arca vit. tit. de monial. num. 106.* quia solum loquitur Alex. III. *in cap. 2. de torneam. de mortuis* in illis, vt in simili *supra* dicebamus de mortuis extrà duellum, ad notata per DD. *supra* citatos.

21 Illi verò, qui sunt armigeri, & seruiunt in armis eis, qui se in torneamentis exercent periculosis, sepultura Ecclesiastica non priuantur, quia dicti armigeri eadem pœna puniri debent sed non circa pœnam priuationis sepulturæ Ecclesiasticæ, quæ solum procedit in illis, qui moriuntur in torneamentis pro vt nec incurrunt pœnam priuationis sepulturæ qui sunt adstantes ludis prædictis Barbos. post alios *in d cap. 1. de torn.* per Text. *in c. ad Aud. il 2. de torn.* sicut etiam probatur ex omnibus, quæ suprà adduximus in materia duelli, quod si quis occidatur vel mutiletur in torneamentis omnes illi, qui venerunt causa pugnandi siue se exercendi in dicto ludo, etiam si ipsi non occiderint, vel mutilauerint fiunt irregulares sicut illi in bello iniusto, seu illicito sunt causa bellandi *cap. 1. 15. quæst. 1. cap. si de pœnit. dist. 1.* Syl. *in ver. torneam.* Bussembaus *in tract. theolog. mor. lib. 3. tract. 4. & lib. 7. cap. 5. dub. 4. res. 6.* Basseus *in ver. torneam.* cum Bonac. *disp. 7. quæst. 4. pun. 4. num. 3.* qui dicunt quod si in bello iniusto vnus occidatur totus exercitus fit irregularis saltem si aliqua ratione sit cooperatus in qua irregularitate poterit Episcopus dispensare, vt benè Syl. *in ver. torn.* sicuti poterit dispensare Episcopus, si fiant irregulares propter adsistentiam in bello iniusto.

Quarta conclusio illi, qui moriuntur in agitatione taurorum priuantur sepultura Ecclesiastica.

Quæ conclusio, vt intelligatur supponendum 22
est Pium Papam V. die 1. Nouembris 1567. fecisse constitutionem, quæ incipit de salute gregis, quæ est *in bullario, tom. 3. bul. 48. in ord.* publicata 15. die eiusdem mensis, vbi *in §. 2.* prohibet omnibus, & singulis Principibus Christianis, etiam Imperiali, regali, vel alia quacumque dignitate constituti, vel quibuscunque communitatibus, & rebus publicis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrēda, ne in suis territoriis spectacula publica vel priuata, vbi taurorum, aliarumque ferarum agitationes exercentur Militibus etiam, cæterisque personis prohibet, ne cum tauris, & aliis bestiis in præfatis spectaculis ipsi tam pedestres quam equestres congredi audeant, subdit *in §. 3.* quod si quis eorum ibi mortuus fuerit Ecclesiastica careat sepultura, & *§. 4.* Clericis quoque tam regularibus, quam sæcularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus vel in sacris ordinibus constitutus sub excōmunicationis pœna ne eisdem spectaculis interfint, dicit *in §. 6.* quod si feudatarij Ecclesiæ permittant dictas agitationes taurorum vt amittant feuda, quæ habent ab Ecclesia, tamen *in*
§. 7. præcipit in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub 23
interminatione æternæ maledictionis omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & cæteris Ordinariis, vt bullam prædictam publicari faciant sub pœnis, & censuris de quibus ibi, & Summi Pontificis eadem mens fuit, quæ in Alexandro III. etiam fuit in Concil. Later. *cap. 2.* imò Innocent. III. & Eugen. vt in *cap. 1. de torn.* vnde exclamabat August. in Psalm. 147. de quo *in C. vident, 86. dist.* Vident inquit Augustinus homines venatores, & delectantur; væ miseris, si se non correxerint, quæ enim venatorem vident, & delectantur videbunt saluatorem, & tristabuntur: ponderat Gloss. *in cap. qui venat. in ver. eiusd. 86. dist.* D. Aug. *in Psalm. 102.* qui ait quod duplex est venatio: prima dicitur arenaria, cum quis pugnat in arena cum Bestia dentata. Secunda dicitur venatio saltuosa, quæ fit in siluis & saltibus. Prima quæ dicitur arenaria illicita est, & peccant mortaliter qui illam exercent, imò qui eam aspiciunt: secunda saltuosa dicitur licita, illicita tamen ex tempore, vt in diebus ieiuniorum. *cap. 13. 86. distinct.* illicita ex personis, vnde Clericis non est licita, licet pauperes sint vt *in tota dist. 23.* vbi Barbos. & alij, ideo clericis est illi- 24
cita venatio clamorosa, quæ fit canibus si raro fiat, & sine scandalo vt post alios Basse. *in ver. ven. num. 3.* sic etiam Monachis, & Prælatis prohibetur Clem. *ne in agro, de statu Monachorum.*

Suppono etiam Gregorium XIII. ad instan- 25
tiam Philippi II. Hispaniarum Regis concessisse Bullam quandam 25. Augusti 1575. quæ incipit *exponi nobis*, quam refert Quar. *in summ. Bullar. in ver torn.* per quam Bullam permissum est ad instantiam dicti Regis tam laicis, quam fratribus taurorum exercitationi intercedere cum istis conditionibus: Primò quod dictæ agitationes non fiant in diebus festiuis: Secundò quod ex dictis ludis quàm fieri poterit procurent Principes, ne sequatur mors alicuius: cuius Bullæ tenor, non est in Bullario magno, sed illius meminit Quaranta cum Scorzia *theorem. 244.* cum Barbos. *in cap. 1.*

de torneam. & cum aliis apud eundem, poſtea Clem. VIII. teſte Quar. *vbi ſup.* conſtitutionem aliam edit pro Regibus Hiſpaniarum vt poſſint permittere taurorum agitationes, dommodo non accedant perſonæ Eccleſiaſticæ; quibus poſitis,

26 Concluſio noſtra dicit hos tales morientes occaſione agitationis taurorum ſepeliendos eſſe in Eccleſiis, ita contra Samuel *contr.* 8. de qua *ſupra concl.* 1. Ventrig. *in prax. annot.* 52. §. *vnico n.* 21. noſtra ſententia tamen approbatur à Barboſ. *in d. cap.* 1. *num.* 7. à Scortia *theorem.* 245. cuius ratio eſt, quia lex pœnalis non debet extendi ad caſus etiam ſimiles ſed *in d. c.* 1. *de torn.* ſolum agitur de torneamentis, non verò de agitationibus taurorum, ergo iſtæ non veniunt in illius diſpoſitione.

27 Probabile tamen eſt priuari debere ſepultura Eccleſiaſtica ſecundum aliquos, de quibus Murg. *diſp.* 20. *tom.* 2. *fol.* 366.

28 Vnde infertur peccaſſe mortaliter olim quoſcumque Clericos ſacris initiatos beneficiatos, & religioſos aſſiſtentes agitationibus taurorum contra prohibitiones Pij V. & Greg. XIII. nunc vero peccare mortaliter religioſos, qui talibus agitationibus adſiſtunt contra prohibitiones Clementis VIII. qui dictam legem pœnalem, & prohibitionem prædeceſſorum Pontificum ad ſolos religioſos reſtrinxit, quod intelligitur ſecluſo ſcandalo, & contemptu, ita vt Guttier. *canonic. quæſt. cap.* 7. Suarez *diſp.* 18. *ſect.* 5. Salas *ſect.* 9. *num.* 58. quia habet pœnam grauem arguentem in tranſgreſſione peccatum mortale, de qua re Marc. Videl. *de duell. inquiſit.* 5. Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 1. *verſ.* 4.

29 Quinta concluſio illi, qui moriuntur à iuſtitia condemnati ob ſua delicta, vel ſuſpenſi, vel alio modo, priuari non poſſunt ſepultura Eccleſiaſtica diſtinguendo tamen concluſionem in duas partes, quarum prima eſt, ſi reus impœnitẽs decedit, ſecunda pars ſi pœnitens: prima ſi impœnitens ſepultura priuari debent, ſicut & ſacramentis, ita Gloſſ. *in cap. ex parte in ver. communicabitur* ibi vel pro ſuis ſceleribus interficiuntur de ſepulturæ quam Gloſſ. notat ibi Abb. *n.* 4. loqui de impœnitentibus ſic S. Ant. *in ſum. p.* 3. *tit.* 10. *c.* 5. §. 9. dicens, quod ſuſpenſus vel alio modo iuſtitiatus propter ſcelera ſua ſi moriatur impœnitens, denegantur ei ſacramenta & ſepultura, quem ſequitur Ioannes Baptiſta Ventr. *in prax. rer. notab. annot.* 52. *de elect. ſepulturæ*, §. *vnico, num.* 21. Syl. *in ver. ſepult. n.* 10. Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *diſp.* 2. *contr.* 7. *concl.* 9. per Text. *in cap. placuit* 23. *quæſt.* 5. vbi Gl. *in ver.*

30 *pro ſuis.* Secunda pars concluſionis erat, quod ſi iuſtitiati cum pœnitentia decedunt, tunc ſacramenta, & ſepultura illis denegari non debet Gloſſ. *in can. quæſit. in ver. impatib.* 13. *quæſt.* 2. *& Clem. cum* 2. *in ver. pœnitentia de ſepult.* nam ſuſpenſi, vel decapitati, ſiue alia pœna afflicti pro ſcelere, dummodo ipſos pœnituerit poſſe ſepeliri in Eccleſia, cum ſolemnitates ipſæ, & aliorum officiorum, vbi dicit Text. *in cap. fin.* 13. *quæſt.* 2. *& in Clem.* 1. *de pœnit. & remiſſ.* nam illa pœna ſi ſufficiens eſt pro delicto prodeſt vt in alia vita non puniatur de eodem delicto, quia ſcriptum eſt (non iudicabit Deus bis in idipſum) vt *in c. fin. & in cap. quod ergo* 23. *quæſt.* 5. ſic peccat mortaliter teſte Samuel. *vbi ſupra concl.* 10. denegans ſepulturam Eccleſiaſticam talibus iuſtitiatis, quod dixerat Bald. *in cap.* 1. §. *iniur. de pace iuram. firmanda*, vbi poſt enumeratos caſus, in quibus pœna furcæ imponitur, & adducto Text. *in l. capital.* §. *famoſos, ff. de pœnis*, inquit, qui non debent in patibulo remanere vltra eundem diem ex Deuter. *cap.* 21. & Ioſue. *cap.* 8. & dum adeſt ius diuinum nulla conſuetudo in contrarium valet, nec excuſat *c. fin. de conſuet.* & ſic obſeruat Romana Eccleſia, quæ eſt cæterarum Eccleſiarum mater.

Iuſta tamen exiſtente cauſa bene poſſunt vltrà 31
diem in patibulo cadauera detineri ob atrocitatem criminis, & in aliorum exemplum, quia licet Deus in Deuter. *cap.* 21. perceperit ſepeliendum eſſe eodem die defuncti cadauer, poſtea tamen creſcente malitia hominum fuit pœna aggrauata 2. Reg. *cap.* 21. notat Vgo Card. *in d. c.* 21. Deuter. concordat Text. *in l.* 1. *de cadau. punit.*

Quod verò iuſtitiatis, qui pœnitentes obie- 32
rint ſepultura Eccleſiaſtica ſit concedenda *c. fin.* 13. *quæſt.* 1. corroboratur ex aliis, de quibus Samuel. *vbi ſupra*, qui etiam iuſtitiati iure communi attento ſepeliendi ſunt in Parœcia in cuius territorio ſupplicium patiuntur Syl. *in ver. ſepultura.* Trullen. *de off. Parœc. cap.* 9. *dub.* 1. & 4. Samuel *de ſepult. tract.* 2. *diſp.* 1. *controu.* 7. *concl.* 12. Murgia *in ſuo Paſtorali de iure Eccleſiarum, p.* 3. *quæſt.* 7. Dixi de iure communi, quia in pluribus ciuitatibus obſeruatur ſepeliri in locis particularibus, quia vt benè Samuel. *vbi ſupra* in hac materia de ſepult. ſicuti, & aliis plurimis Eccleſiaſticis conſuetudo ſeruanda eſt, vt ait Moronus *reſp.* 52. *num.* 49. conſuetudine enim introduci poteſt quidquid per pactum, vel per priuilegium concedi valet, poſt alios Barboſ. *in locis communibus in loc.* 25. ſed priuilegium concedi valet facultas ſepeliendi, igitur etiam conſuetudine introduci poteſt.

Sexta concluſio cadauera defunctorum exen- 33
terata, ac diuiſa, & immaniter decerpta, & decocta, vt oſſa ſeparentur à carnibus ſepelienda ſunt in Eccleſia, ita gl. in extr. *deteſtanda in ver. ſepultura, de ſepult.* Franciſc. M. Samuel. *in praxi de ſepult. tract.* 2. *diſput.* 1. *controu.* 7. *concl.* 19. Ferd. Caſtrus Palaus *part.* 5. *tract.* 29. *de cenſ. diſput.* 3. *punct.* 27. *n.* 5. quod probatur ex dicta extrau. in qua Bonif. VIII. poſt quam excommunicationis ipſo facto incurrendæ reſeruatæ Papæ ſententiã tulit contra quoſcumque corpora defunctorum exenterantes, vt oſſa à carnibus ſeparata concludit ſepelienda non eſſe in Eccleſiis, quod intelligitur quando id fieret in odium; non vero qui hoc faceret cauſa anatomiæ, vel ad alium finem licitum & honeſtum, vt benè Barboſ. *in d. extr. num.* 2. tum quia Bonif. VIII. in dicta extrau. plures actiones circa corpus defuncti factas prohibet puta exenterationem, conciſionem, & coctionem, vt incurratur in pœnam de qua ibi, vndè ſola exenteratio non facit aliquem priuari ſepultura Eccleſiaſtica, dicit verò Caſtr. Pal. *part.* 5. *tract.* 29. *diſput.* 3. *pun.* 27. *num.* 5. prohibitionem non ſepeliendi cadauer exenteratum decerptum, & decoctum non adſtringere quouſque delictum declaratum ſit, vt benè Bona. *tom.* 3. *de cenſ. in part. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *pun.* 45. cuius ratio eſt, quia poſt obligationes extrauagantes ad euitanda ſcandala, nemo priuatur communione Sacramentorum prætextu cenſuræ, niſi à iudice publicata ſit ſententia vt benè Pelliz. *tom.* 2. *tr.* 8. *cap.* 5. *num.* 148. Pœna vero dictæ extrauagantis quæ incipit *deteſtanda* non afficit, nec comprehendit mandantes, conſulentes, conſentientes, &c. vt poſt Nauar. *tom.* 2. *concil. in tit. de ſepult. conſ.* 10. dicit Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *num.* 103. quia lex pœ- 34

nalis,

nalis, & odiosa, qualis est ista extendi non debet ad casus in ea non expressos, sed restringi ad eos tantum, qui in ea exprimuntur per Textum *in cap. pœna. de pœn. in 6. l. si Præs. ff. de pœn. l. interpr. ff. de pœn.* Nauar. *tom. 1. consil. lib. 1. in tit. de bigam. consil. 1. num. 2. & tom. 2. lib. 5. in tit. de priuil. consil. 25. num. 4.*

35 Grauis tamen fuit controuersia inter Procuratorem fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ Archiepiscopatus Cæsaræ-Augustanæ cum potestate laicali sub die primo mensis Martij anno 1653. an si cadauer condemnati ad mortem, & puniti in ea dum est in furca suspensum ex ipsa violenter arripiatur, & ad Ecclesiasticam adsportetur gaudeat ipsius immunitate prætendebant enim ministri sæculares illud ab Ecclesia extrahere propria authoritate sine consensu & authoritate Iudicis Ecclesiastici, de qua re doctus Consiliarius D. Ioannes Christophorus de Vargas mihi oretenus dixit plura scripsisse in dicta facti contingentia, sed ego replicaui casum hunc typis impressum esse apud Didacum Antonium Frances Archipresbyterum Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Cæsar Augustanæ, vt videre est *in suo pastorali regular. part. 3. voto* 8. qui *num.* 84. refert votum, & censuram Patris Antonini Dian. dicentis gaudere immunitate Ecclesiastica sub authoritate Sanctæ Congregationis sub die 9. Februarij 1648. qui ita refert fuisse practicatum, & posse concedi corpora punitorum Medicis ad Anatomiam, dixit Gomezius *tom. 3. variar. cap. vltim. num. vltim.* Pignatellus *consult. 130.* ob publicam vtilitatem argum. *l. quod Reipublicæ, ff. de iniuriis*, vbi Iudex non infert iniuriam si aliquid faciat fauore Reipublicæ.

DISCEPT. CCCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Facti species affertur, & deciditur.*
2 *Pro Episcopo datur responsio contra Abbatissam.*
3 *Sacra Congregationis declarationis verba adducuntur.*
4 *Clementis VIII. dispositio affertur in hac materia.*
5 *Quaranta authoritas adducitur in proposito.*
6 *Pellizzarij authoritas adducitur in præsenti.*
7 *Canes ab Episcopis non sunt alimentandi pro venatione.*
8 *Episcopi non possunt tenere canes venaticos.*
9 *Canibus non sunt præstanda sancta.*
10 *Canes venatici non possunt in Ecclesiis afferri.*
11 *Canis etymologia qualis.*
12 *Canes venatici cur prohibiti Clericis, vel Monachis.*
13 *Canes prohibiti ob venationem quare, &c.*
14 *Canis vox plures habet significationes.*
15 *Conclusionis enuntiatur epitome.*

ARGVMENTVM.

Canes masculos & fœminas habere Monialibus vnde prohibetur, & quare? canis etymologia multiplex deriuatur, prohibitum cur sit Clericis venaticos canes habere, vel in Ecclesiis ab aliis deferri, &c.

IVRIS RESPONSVM,

PRO

Episcopo N.

CONTRA

Abbatissam N.

Priuatam officio ex causa, de qua in præsenti, &c.

CVM Illustriss. Episcopus N. huius 1
Regni ordinasset sua in Synodo, ne Moniales retinerent in suis Cellis Canes, & canes fœminas sub pœna excommunicationis, & Abbatissis id permittentibus sub pœna priuationis officij Abbatissatus, contingit quòd in quodam Monasterio repertæ fuerunt Moniales contrarium facientes, & Abbatissa permiserat, placuit ordinario exequi pœnas, & mandauit Abbatissam absolui, & ab officio suspendi, prout cum effectu factum fuit, Abbatissæ petebant à viris practicis, si hoc Episcopus potuisset ordinari, sub tali pœna, & vbi hoc fundabatur.

Respondi ego potuisse Episcopum id facere 2
sub tali pœna, & fundari totum hoc in pluribus decretis Sacræ Congregationis, de quibus nouissimè Fœlix Nicolius in suis flosculis in verbo Canes, cuius verba sunt hæc *fol.* 89.

Propter inconuenientia sequuta ex paruis Ca- 3
niculis, quæ voluptatis gratia tenebantur, in Monasteriis Monialium facta fuit circa id prohibitio generalis, ne amplius intus habeantur, neque masculi, neque fœminæ, & hoc in Diœcesi Modenæ de anno 1697. 3. Februarij, & idem fuit decisum, ac declaratum in Diœcesi Istriæ 22. Decembris 1645. Sacra erga Congregatio Regularium pluribus inconuenientiis volens occurrere circa Monialium votum, & obseruantiam Regularem præuidendo mala sequutura ex talibus caniculis prohibuit retentionem intra Monasteria sumpta ex illis, quæ notauit Frater Petrus Bellocchius ex Minoribus obseruantibus S. Francisci in libro, cui titulus est (*instructione per le Monache*) lingua vulgari.

Et hoc etiam prohibuit Clemens VIII. teste 4
Quaranta *in summa Bullarij, in verbo, Monialium clausura, num.* 10. vbi prohibuit ne Catelli admittantur intus Monasteria Monialium sub grauibus pœnis Quaranta *in verbo, Monasteria Monialium, num.* 32. vbi *fol.* 456. ait: Abiciantur à Monasteriis omnes Catelli, & *num.* 47. datur fa- 5
cultas omnibus Monasteriorum, ac Monialibus, & conuersis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub priuatione vocis actiuæ, & passiuæ, atque aliis censuris Ecclesiasticis, ac pœnis etiam ipso facto incurrendis respectiuè (in casibus tamen à iure Canonico præscribendis, quoad censuras, scilicet) ac alias iuxta facultates dictis Dominis visitatoribus concessas, distinctè præcipere, & mandare, vt omnia, & singula in eisdem ordi-

nationibus contenta, & exequantur, & obſeruari, & exequi faciant.

6 Tertiò, Pellizzarius *de Monialibus, tract.4. cap.4. ſect.2.num.88.* adducens locum Pauli *lib. de honeſtate mulierum, cap.2.* ait (nec tibi verecundum ſit fugere, ſi caſtitatis palmam deſideras obtinere) ſic ad hoc, vt Moniales votum caſtitatis obſeruent, debere in hoc principaliter inſiſtere, quod omnem etiam minimam occaſionem eius obſeruationi aduerſam omni diligentia, & ſtatu declinent.

7 Patet in ſimili, quia Canes ab Epiſcopis non ſunt alendi *32.diſtinct. cap. Epiſcopum*, Concilium Mariſcomenſe *2.& 13.fol.73.* Concilium Epaumenſe *cap.3.* Concilium Agatenſe *ibi*, ne tibi pauperies ad earum domos accedant latrantibus tenentur, &c. & facit Textus *in c.1. & 2.de Clerico venatore*, vbi Barboſa, & alij.

8 Neque Presbyteri poſſunt tenere Canes venaticos ſub pœna excommunicationis per duos menſes, vt habetur ibi *ſuprà*. Neque Diaconi poſſunt Canes venaticos alere Concilium Agatenſe *cap.55.de Clerico venatore, cap.1. & 2.* ſub pœna priuationis ab omni officio, Concilium
9 Vormanenſe *cap.17.* Concilium Lateranenſe *cap.15.* quibus in locis prohibetur id omnibus Clericis. Nec Canibus ſunt præſtanda ſancta
10 *cap.11. quæſt.3. cap.quando.* Nec poſſunt in Eccleſiis afferri Canes venatici, & pœnæ Concilij Mediolanenſis plures fuerunt *part.2. in tit. de Eccleſiis*, de quibus Lauianus *in epitome Conciliorum, in verbo, Canis.*

11 Pro coronide ſciendum eſt, quòd Canis eſt animal domeſticum cuſtodiæ, & venationi accommodum à Canon, latratus dictum, quem edit, & Varro à Canon deriuat, quod tam venando, quàm cuſtodiendo voce ſignum præbet, Theatrum vitæ humanæ *tom.2. in verbo, Canis*, agnoſcit ſanè Homerus menſarios Canes, & voluptatis, animíque cauſa alios non tantùm, vt venationi adhibeantur, Angelus Raphaël in ſocium, & ſolatium Tobiæ miſſus, cum eius filio Canem Comitem ſumit, & amarunt hoc animal Iudæi, Græci, Romani, Barbari, &c. ob amorem, & fidelitatem erga Dominum, & etiam in bello ſolent traduci, maximi roboris eſt ſumma vigilantia, integerrima fide, ac fidelitate, plura genera, & Canum differentias poſuit Theatrum vitæ humanæ *tom.2. in verb. Canis*, & Polyanthea nouiſſima in verbo *venator*, habet cum pluribus ſimilitudinem, & Hieroglyphica, vnde Canis ad vomitum ſuum, ſignificat peccatorē recidiuum, & ſtultum in ſuam ſtultitiam, & vt notat Petrus Berchorius *in ſuo repertorio morali, tom.1. in verbo, Canis*, dicitur Canis repræſentare bonum, & malũ, vnde quandoque ſignificat nomen virtuoſum, quandoque virum vitioſum, & quandoque hoſtem venenoſum: nam Canis propter fidelitatem, & humilitatem, & propter vtilitatem plura ſignificat Beredodus *in verbo, Canis*, Calepinus Paſſeratij *in verbo, Canis*, Marius Nizzolius *in Theatro linguæ Latinæ, in verbo, Canis, tom.1.*

12 Ex quibus omnibus infertur primò, ad Textum *in cap.2.& finali, de Clerico venatore*, in quo venationes, & ſyluaticæ vagationes cum Canibus, & Falconibus prohibentur omnibus ſeruis Dei, de quibus poſt Antonium Auguſtinum notat Barboſa *in dicto cap.1.* qui colligit *num.20.* ex dicto Textu probari, omnibus Religioſis interdici venationem, & ſyluaticas fatigationes, cum Canibus, & accipitribus vulgo falconibus, & Monachis, neque recreationis cauſa venationem eſſe permiſſam etiamſi propriis redditus in venatione habeant, Salzedus ad Bernardum Diaz *in praxi cap.70. littera C*, vbi Gloſſa ponderat *in illo verbo* (& accipitre, & Falcone, &c.) vbi notatur, quòd Canes, accipitres, & falcones, pro venatione, & aucupio tenere Clericis prohibitum eſt, vt ex Franciſco Marco *deciſ.329.* Camillo Borrello *de Magiſtratibus edictis, lib.4. cap.3. num.58.* & *in ſumma deciſionum, tit.11. num.42.* Barboſa *vbi ſuprà, in fine.*

Infertur ſecundò, prohiberi Clericis, & Mo- 13
nachis vſum Canum, & Falconum ad finem venandi ſub pœnis, de quibus *in toto titulo de Clerico venatore*, quibus neque pro recreatione licitum eſt tenere Canes, & Falcones prædictos.

Infertur tertiò, nomen, & vocem Canis plu- 14
res habere ſignificationes, tam in ſenſu litterali, quàm myſtico, & morali, de quibus apud Theatrum vitæ humanæ, Paſſeratium, & alios Latinæ linguæ authores.

Infertur quartò, prohiberi ex decretis Sum- 15
morum Pontificum, & S. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium, tenere Canes, & Canellas in Monaſteriis, propter plura inconuenientia, quæ oriri poſſent circa votum caſtitatis, & alia, de quibus *ſupra*, ſub pœna priuationis dignitatis, & officij; ergo licito iure Epiſcopus de quo *ſuprà*, talem pœnam impoſuit Abbatiſſæ, contra quam fuit exequutum præceptum prædictum.

DISCEPT. CCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionis ſtatus proponitur.*
2 *Capuccinorum Religionis laudes.*
3 *Petitio Capuccinorum qualis fuerit.*
4 *Domum habere propriam qualiter expediat.*
5 *Ædificare altius cuilibet permittitur.*
6 *Religionis fauore qualiter prohibeatur altius ædificare.*
7 *Via publica in medio inter priuatum, & Eccleſiam an impediat ædificare.*
8 *Vicinus ædificans ad ſui vtilitatem prope Eccleſiam poterit & quando.*
9 *Ædificans ad ſui vtilitatem poterit altius extollere, vt velit.*
10 *Vicini commodum cum damno concurrens alterius, quod præferatur.*
11 *Vicinus ædificat prope Monaſteria Monachorum.*
12 *Exemplum adducitur deciſum.*
13 *Exemplum aliud affertur deciſum.*
14 *Deciſiones punctuales afferuntur ad propoſitum.*
15 *Ædificans per 12. palmos cum diſtantia ab alio, Neapoli licitè ædificat.*
16 *Vicini iniuſtè moleſtantur à Religioſis ne ædificent.*
17 *Ædificia non deſtruenda pro Monaſteriis ampliandis.*
18 Pragm.2. de Monialibus *adducitur.*
19 *Monialium nomine non veniunt Monachi.*
20 *Maſculinum, an & quãdo concipiat fœmininũ.*
21 *Ratio contraria inter Maſculinum & fœmininum adeſt.*
22 *Maſculi ſub vocabulo fœminarum, an & quando veniant.*

23 *Statu*

23 *Statutum restring ens facultatem ædificandi restringitur.*
24 *Statutum loquens in casu simplici non verificatur in mixto.*
25 *Monachorum aspectus qualis prohibeatur.*
26 *Regentis Rouiti* decisio 92. *adducitur & impugnatur.*
27 *Moniales qualiter habere debeant fenestras.*
28 *Decretum interpositum de quo in præsenti.*
29 *Allegatio secunda pro ead. causa.*
30 *Capuccini an possint agere in iudicio officio iudicis, & quando.*
31 *Capuccini habent solum vsum facti in rebus.*
32 *Bona temporalia qualiter habeant fratres Minores.*
33 *Sperelli* decisiones 55. & 58. *afferuntur.*
34 *Ædificij causa fauorabilis.*
35 *Ædificij qualiter consideretur.*
36 *Æmulationis præsumptio qualiter arguatur.*
37 *Fenestram claudere fauore Ecclesiæ quando quis cogatur.*
38 *Pia causa cum damno vicini concurrens quis præferatur.*
39 *Æmulatio Religiosorum arguitur in prælibatis multis & quibus.*
40 *Contractus irreuocabilis, & quid si à Capuccinis factus fuerit,*
41 *Ædificium tollens solem vel lumen horto Monachorum non potest prohiberi.*
42 *Hirundinis qualitates ex S. Ambrosio.*
43 *Text.* in cap. non solum de appellat. in 6. *adducitur.*

DEFENSIO IVRIVM PETRI DE MARINO, & Vicinorum.

Grimaldus Regius Scriba à mandatis.

An prope Monasteria Monachorum possint vicini ædificare, posita via intermedia si ex fenestris vicinorum habeatur aspectus ad viridaria Monachorum.

1 VIA de hac quæstione disputatum fuit in ciuitate Neapolitana inter Petrum de Marino ex vna Regium ingegnerium, virum in sua professione peritissimum, & Patres Capuccinos sanctissimæ & immaculatæ Conceptionis ex altera; etenim ædificabat Petrus nonnullas Cameras in solo suo ex quarum fenestris habebatur aspectus ad viridarium Patrum Capuccinorum, & ibi videbantur Patres in eodem exercentes opera Mechanica viridarij: petierunt Patres ne ædificarentur domus prædictæ, recusabat Petrus, scripsit pro Petro contra Parres D. Meus, tunc Aduocatus primarius, postea Fisci Patronus in M.C.V. & tandem R. Cons. Honufrig de Palma, & secundum ipsius dicta fuit obseruatum, prout nunc videmus oculari inspectione, ideò quæ ipse dixerat, nunc apponam.

2 Rarum exemplar est mundo synceriſſimæ ædificationis, celeberrima, & inclyta Capuccinorum Religio, ex integritate Regulæ institutæ à Seraphico Fundatore, qui in carne viuentes spiritu incedunt, illibatam, incorruptam, & incontaminatam vitam agunt, in Euangelica, & Apostolica paupertate fundati; non aurum, non argentum, non magnifica supellex, non amplissimæ opes, non latifundia hac in tanta Religione cernuntur; sed eorum diuitiæ sunt spiritus delitiæ, humilitas, castitas, paupertas, & omnium virtutum anteſignana Charitas, nec terrena sapientes, nec ambientes caduca, & inania mundi, sed anhelantes æterna incorruptibilia Paradisi, à quibus omninò scandala procul absunt, prout Deus Optimus Maximus seruet in posterum.

Sed his nimis repugnat instantia dictorum RR. Patrum facta aduersus, & contra incolas Viciniæ, & expressius in Petrum de Marinis possessorem duarum domorum, è regione Marginis, vulgò Ripæ eorum Pomarij petentium deuastari, demoliri, & ad nihilum redigi Ædes, Domos, Ædificia, & occludi fenestras, vt omninò negetur aspectus ad relatum Viridarium seu Ripam; perfecta enim, & Christiana charitas, teste Apostolo docente 1. ad Corinth. *cap.* 13. *Non quærit, quæ sua sunt,* & *cap.* 8. *Charitas ædificat, ergo non destruit, non nihilat, ergo fortiùs & validius, non aliena quærit, nec proximo obesse, & graue damnum inferre patitur, tandem næ prosit, nec officiat.*

Dictorum RR. Patrum prætensio fundatur in ordine, tanquam attentata fabrica aduersus mandatorum formam Domini Regentis Tappiæ olim dictæ Religionis Delegati, & in asserta iustitia stante dispositione *Regiæ Pragmaticæ* vetantis & prohibentis aspectum ad Monasteria, etiam via intermedia, quæ licet loquatur, & intelligatur in Monasteriis Monialium, etiam sibi locum vendicare in Monasteriis Monachorum ex authoritate recolendæ memoriæ Reg. Rouiti prætendunt *decis.* 92.

Ad quæ primò respondetur, non liquere de 3
asserto attentato, quamvis enim prætendissent dicti Patres Capuccini, dictum Petrum attentasse, & contra formam mandatorum præfati Domini Regentis Tappiæ quoddam secundum appartamentum ædificasse, licet ordinatum fuisset capi informationem de ipso attentato, tamen nemo hucusque deposuit, & sic gratis assumitur, Petrum attentasse, & firmum remanet, ipsum ante mandatum fabricasse; imo esto appareret (quod omninò negatur) adhuc remedium attentatorum cessaret, constito de bono iure vicinorum, & præsertim dicti Petri, vt per Valasc. *dec.* 156. Afflict. *decis.* 353. & 354. Minad. *decisio* 9. Marcian. *cons.* 19. Maceraten. *lib.* 2. *variar. resol. c.* 14. & reliqui quos breuitatis causa omitto; imò ne dum fuit renunciatum dicto attentato, sed Patres prædicti mediante publico instrumento stipulante pro ipsis D. Baldazare Pignatello, viro Patritio, & Equite integerrimo, præstiterunt consensum, & ratam habuerunt dictam nouam fabricam fol....

De bono autem iure viciniæ probatur vt in- 4
fra; Expedit enim, honestumque est, cuilibet vnam habere Domum sibi congruenter venustam, iuxta status sui conditionem, nam ædificiorum elegantia, & forma ad decorem, & ornatum Ciuitatis cedit, qui tantisper seruandus est, vt causa naturæ, & temporis ratio expostulat, vt in *l. in his in fine, C. de prad. & omnibus reb. nauic. lib.* 11. *& l. prætor ait,* § *hoc interdictum prohibitorum, ff. de nou. oper. nunc.* tantus enim est ædificandi fauor, vt pollicens vicino, vel alteri domum constructe, censetur seruitutem omnem,

quam

quam in ſolo habebat remittere, *l. ſi ſtillicidij, C. quemadm. ſeru. amitt.* Et quod plus eſt talis permiſſio precaria ad voluntatem permittentis reuocanda, ſed perpetua iudicatur, niſi aliud aliquod expreſsè non cautum in ea fuerit, *l. ſi precario, §. fin. ff. communia præd.* hac quippe ratione ne deſtructo,& vaſtato ædificio, Decor, & ornatus Vrbis publicus deformetur, vt egregiè conſuluit Angel. *conſ.*1. vndè quis nequit vendere columnas, aut trabes Domus ſuæ dirutæ, *l. Senatus, ff. de contrah. empt.* nec valet legatum eorum,ſed æſtimatio debetur, *l. cætera,§. & quid ſi quis, ff. de leg.*1. nec Domus legari poſſet, vt demoliatur, *l. filius famil. §. ædes, ff. de leg.* 1.

5 Hinc legibus omnibus ſancitum eſt, quemlibet poſſe altius vſque ad Cœlum ſuas extollere ædes, etiam inuito vicino, *l. altius, & l. ædibus, C. de ſeruit. & aqua* cùm aliis concordantibus, etiam cùm detrimento vicini, & ſi eius lumina obſcurentur,cùm in dubio præſumatur quis ædificare ad ſui vtilitatem, & non vt vicino noceat, Text. ſunt *in l. fluminum, §. fin. & ibi* Bart. *cum gloſſ. in verbo non teneri, & in l. Proculus, ff. de damno infect.* Bald. *in l. item lapilli, num.*4. *& 5. ff. de rerum diuiſ.* Alex. *conſ.* 194. *num.*3. *&* 4. *lib.*2. Decius *conſ.*373. *num.*3. cum aliis cumulatis per Menoch. *caſu* 156. & latius *de præſumpt. lib.*6. *præſumpt.*29.*num.*14. *&* 15.ſetiamſi miſta conſideratione id fiat, vt ſibi proſit, & alteri noceat,licitè fieri poſſit, Alex. & Dec. *vbi ſupra*, & Bald. qui loquitur propriè contra Eccleſiam vicinam, *in cap. cum Eccleſia de elect. in princip. verſ. ſed quid ſi mixta conſideratione.* Et doctè hanc conſiderationem defendit contra Monaſteria Religioſorum maſculorum Padill. *in comment. ad dictam legem altius, num.*19. *& ſeq.* Couarr. *variar. reſol. lib.*3. *cap.*14. *num.*8. *verſ. vltima prioris ſententiæ argumentatio*, Barthol. Veronenſ. *de ſeru. vrban. præd. cap.*62. *num.*4.

6 Quod quidem licet reſpectu Eccleſiæ, vel Monaſterij,non ſic de facili admiſerunt DD.fauore Religionis, id tamen duobus modis ſublimitauerunt,ac declarauerunt,ne quis poſſit altius extollere ædes ſuas ad æmulationem Eccleſiæ, Monaſterij, vel pij loci.

7 Primò, quando Domus prædictæ adhærerent Eccleſiis, & Monaſteriis,non autem quando via publica eſſet in medio,ita ex communi DD.ſententia, relato Padilla *vbi ſupra*, firmat Dominus Reg. Rouit. *in pragm. 2. de Monial. in princip. & in ſua deciſ.*92. *num.*3. *&* 17.

8 Secundò, declarauerunt, tunc demum contra Eccleſiam, Monaſteria, vel alia pia loca vicinum non poſſe ædificare, vel altius domum extollere,cùm non ad ſui vtilitatem, & commodum, ſed ad Eccleſiæ, vel Monaſterij æmulationem, vt religioſos, eorumque ſecreta inſpiciat, ædificet, & in propriis terminis ponitur exemplum per Cynum, quem ſequuti fuerunt Bald. Salicet. & alij communiter DD. *in d. l. altius*, Paul. de Caſtr. *in l. cum eo de ſeruitut. vrb. præd.* relati ab Alex. *conſ.*174. *lib.*2. *num.* 4. dicens: *Quod ſi aliquis facit domum excelſam, vt ſecreta fratrum, Monialium, vel vxorem, vel filiam vicini videre poterit, num ſit ei permittendum?* & concluditur, quod aut ad ſuam vtilitatem altius tollit ædificans, & facere poteſt, aut tantummodò ad æmulationem, vt Religioſos eorumque ſecreta inſpiciat, non tamen vt aliquam capiat vtilitatem, & non poteſt, vltra Padil. ſequitur Gomeſ. *in l.*46. *Tauri, num.*60. Muta *deciſ.*4. & dictus Dominus Reg. Rouit. *ſuper dicta prag.*2. *de Monial. num.*2. *&* 3. Ad æmulationem enim fieri dicitur,quando qui vult ædificare,hoc facit cum iniuria, & damno alterius animo nocendi, non vtilitatis, vel neceſſitatis, & quando ædificanti non prodeſt,& vicinis nocet, vt multis relatis, firmat Dom. Reg. Capyc. Latro *deciſ.*50. *num.*8. in qua fuit deciſus mirabilis, & nouus articulus non licere vicino ædificare, ſi officiat proſpectui maris ob magnam animi oblectationem, reſultantem ex illius aſpectu.

Corroboratur hæc concluſio, ſcilicet vt ædi- 9
ficans ad ſui vtilitatem poſſit altius extollere, etiamſi tale ædificium noceret Eccleſiæ, vel Monaſterio, vtputà, ſi eius lumina obſcurentur, & eorum ſecreta videantur, quia in tali caſu fuit conſideratum remedium ipſis conceſſum, quod poſſit compelli dominus ædificij vendere ſeruitutem altius non tollendi,vt ex Gomeſ.*in d.l.*46. *Tauri ſub n.*9. Padill. *vbi ſupra*, Præſ.de Franch. *deciſ.*223. *num.*5. Reg.Rouit. *d.deciſ.*92. *in fin.* Gabed. *deciſ. Rotæ Luſit.*152. *num.*2. *in fine, & deciſ.*105.*num.*4.*part.*1.Gizzarell.*deciſ.*37.*n.*18. Et proinde in tali caſu Eccleſia, vel Monaſterium nullum habet priuilegium interdicendi, & prohibendi vicino ne altius extollat, quia ſi tale ius prohibendi haberet, fruſtra ei daretur remedium prædictum compellendi vicinum ad vendendum talem ſeruitutem, & hoc idem remedium declarando relatus Gomeſ. *d. num.*9. *verſ. ſed pro veritate*, diſtinguit,tunc Eccleſiæ, vel pio 10
loco dari tale remedium, quando damnum, quod ſentiret, eſſet longe maius, vel grauius vtilitate & commodo ædificantis; at ſi vtilitas, & commodum,quod ædificans ſentiret ex ædificio, eſſet longe maius damno, quod reſultaret ipſi Eccleſiæ,vel pio loco,tunc Dominus non tenetur vendere, ad quæ allegat infinitos DD. cum mirabili ratione, quia ſemper magna vtilitas priuatæ perſonæ præfertur modicæ vtilitati publicæ, & Eccleſiæ,quippe quod expreſsè quoque ſentit Couarr. *loc.cit.* firmans,non poſſe altius extolli,quoties ex nouo ædificio grauiſſimum immineret domui religioſæ præiudicium, & nullum, aut paruum detrimentum Domino ædificanti inferretur,& paulò infra *verſ.vlt.*hac in controuerſia.

Et ſecundum iſtam concluſionem ſic pluries per Sac. Conſilium ſimiles cauſas fuiſſe deciſas, & in dies decidi; adducuntur pro nunc quatuor exempla; vnum de anno 1628. in cauſa Monaſterij Sanctæ Mariæ Matris Dei Diſcalceatorum Sancti Auguſtini Ciuitatis Auerſæ cum Pompeo Zumpulo, conſtruente domum prope Monaſterium, per quam habebatur aſpectus ad cellas, clauſtrum,& iardenum Monachorum,vt in proc. in Banca Strinæ, de quo ſunt præſentatæ copiæ, *fol...* in quo proceſſu fuit allegata pro exemplo quædam deciſio facta per Dominum Regentem Valenzuela ad beneficium dictorum Patrum Capuccinorum contra Hortenſium Sagatarium eorum vicinum *fol...* & tamen Monaſterium prædictum ſuccubuiſſe ad relationem Domini Regentis Rouiti tunc Præſidentis Reg. Cameræ Summariæ,ac prædicti Monaſterij delegati,mandando, quod liceret dicto Pompeo continuare fabricam, præſtita cautione de demoliendo: Et cùm per prædictum Monaſterium fuiſſet inſtatum, ſaltem eſſe cogendum dictum Pompeium ædificantem ad vendendam ſeruitutem altius non tollendi; fuit quoque talis petitio reiecta,& prouiſum, quòd oppoſitis non obſtantibus, decretum Sac. Conſ. debitæ executioni demandaretur *fol...*

Iridem

12 Itidem inter Monasterium Sanctissimi SACRAMENTI cum nonnullis complatearijs Plateæ dictæ *delli Carrafa*, & præsertim cum Hieronymo Falcoia, in quo per Sac. Consil. fuit ordinatum: Quòd partes infra quatuor dies deducant incumbentia, & interim Hieronymus Falcoia non impediatur fabricare cum fenestris correspondentibus ad fenestras inferiores, præstita tamen cautione de demoliendo, vel de claudendo, si, & pro vt per Sac. Consil. fuerit forte ordinatum, compilato processu; Aduersus quod decretum, petita in integrum restitutione pro parte dicti Monasterij, fuit decisum, non esse deferendum, etiam cum nouis adiunctis, prout in exemplis, de quibus sunt præsentatæ copiæ *fol...*

13 Alterum in causa Monasterij Sanctæ Mariæ de Concordia ordinis Carmelitarum huius Ciuitatis cum Doctore Hieronymo Coscinà similiter constructe à fronte dicti Monasterij domum, per quam habebatur aspectus etiam intus cellas fratrum, qua facta relatione in Sac. Consil. per Consil. D. Franciscum de Ocampo, fuit confirmatum eius decretum, *quod liceret fabricare*, vt ex copiis præsentatis, *fol...*

14 Demum verò in causa Reuerendorum Patrum Clericorum Regularium Minorum in Platea Portus, vbi prius vocabatur Ecclesia Sanctorum Bernardi, & Margaritæ cum Bartholomæo de Apreia, pariter constructe domum habentem aspectum ad cellas dictorum Patrum, facto verbo in Sac. Consil. fuit prouisum, *quod detur terminus in causa, & interim liceat dicto Bartholomæo ædificare domum confirmatum in causa reclamationis*, à quibus decretis cùm fuisset iterum reclamatum per dictos Reuerendos Patres ad S. E. facto accessu super faciem loci per totum Collaterale Consilium, factaque relatione in Collaterali, fuit ordinatum, quòd Sac. Consil. *prouideret de iustitia*; & tandem per dominum causæ Commissarium pro exequutione tot decretorum prouisum fuit, licere dicto Bartholomæo perficere fabricas inceptas in eius domibus, *fol....*

15 Quibus ex decisionibus indubitabilis redditur casus noster, in quo non solum cessat aspectus, vel prospectus intus Monasterium prædictorum Patrum, & ad eius sacras Ædes, prout in prædictis casibus decisis, sed omnia faciunt pro dicto Petro, & vicinis; Facit enim in primis, ne dum existentia viæ, sed atrij intermedij, cùm quælibet via sit pedum duodecim, vt in consuetudine incipiente *si quis habet*, sub *tit. de seruit.* hæc verò palmorum 83. Concurrit ne dum magna vtilitas dicti Petri, & vicinorum, sed tractatur de maximo interesse, & damno vitando; Parum aut nullum præiudicium dictorum Reuerendorum Patrum, Dictosque vicinos obtulisse proprio ære murum dicti viridarij extollere, Dictosque Reuerendos Patres nonnullis aliis partibus circum circa Monasterium ab aliis vicinis conspici; Et quod plus est à planitie plateæ omnibus viatoribus loca prædicta, & præsertim ripam prædictam esse subiectam. Et cùm Ecclesia sit mater æquitatis, & dilectionis, non debet quid iniustè facere, nec permittere, *cap. & si clientulus*, §. 1. *de feud. non alienand. cap. per tuas*, *de donat. inter vir. & vxor. l. inter claras*, *C. de summ. Trin. & fide Catholica*; & licet causa Ecclesiæ, vel Monasterij sit fauorabilis, intelligitur ne aliis fiat iniustitia, *vt in cap. ex tenore*, *de for. comp. & cap. nuper de donat. inter vir. & vx.* Nec vnquam velle alterius damna, sed cunctis patrocinari, iuxta tradita per Ludouic. *decis. Lucens. 63. num. 10.*

Nec quicquam decerpo ex Dec. *cons.* 474. 16
Neuiz. *cons.* 100. *num.* 12. & Ludouico *decis. Perus.* 34. *num.* 10. inuehentibus contra Religiosos vexantes pauperrimos vicinos, & præsertim ex Ludouico *dec. Lucens.* 3. *num.* 63. & 64. Exclamante ipsos sub Clypeo Ecclesiæ proposita charitate iniustà multa peragere defatigando nunc vnum, nunc alium, cùm non omnia eorum dicta mihi probentur, & pleraque vehementius dicuntur, quàm vt meum sit imitari.

Concurro tamen cum Tassone *ad pragm. de* 17
antefato, *vers.* 15. *obseruat.* 2 *num.* 17. *fol.* 134. esse aduertendum in denuntiationibus domorum pro necessariis ampliationibus Monasteriorum, maximè de inutilibus & delitiosis ampliationibus; subdens *num.* 18. Ecclesiis vtilius esse vicinos habitatores habere, quàm desolatas remanere, quoniam Reipublicæ Politica regitur, gubernatur, & augetur in vnione, & commercio Ciuium, aitque scriptura sacra: *Pauper, & diues obuiauerunt sibi*; *vtriusque enim operator est Dominus*; loca verò D. Bonauenturæ Aluari Palagij, Sancti Gregorij Nysseni reprobantium amplas ædes non transcribo, cùm ibi videri poterunt & digna sint obseruatione, eo vel maximè excrescentibus in dies Monasteriis prædictis in hac florentissima, & piissima Vrbe ex Dei miseratione.

Nec vllatenus prædictis obstare valet Reg. 18
Pragm. 2. *de Monialibus*, in qua defensores Monasterij maximè se fundant, ex qua habetur, quod etiam via intermedia non possint aperiri fenestræ, habentes aspectum intus Monasterium Monialium, cessat enim ex duobus:

Primò, quia loquitur de Monialibus dumta- 19
xat, & non de Monasteriis aliorum Religiosorum, vel Monachorum, vt ex eius lectura appareat; ibi: *ad instanza de Donne Monache*; & pariter cùm sit sub *tit. de Monialibus collocata*; Nec potest fieri extensio, provt videtur sentire dictus Reg. Rouit. *cit. decis.* 92. ex asserta identitate rationis publicæ honestatis, excluditur enim ex illis verbis eiusdem Pragmaticæ, ibi: *Che dall' aspetto che s'haue dentro detti Monasterij, ne nasce poco honore, e gran pericolo dell' honestà loro.* Ex quibus Pragmatica prædicta considerauit periculum honestatis, & honoris prædictarum Monialium, & nulla de Religiosis masculis fecit mentionem; non enim ita honestati conuenit, vt sæculares præsertim masculi videant Moniales, quàm videre Religiosos; publica enim honestas consideratur propriè in fœmina, quàm in masculo, & multo detestabilior, ac turpior sit impudicitia, & inhonestas in muliere, quàm in viro, vt dicit Gloss. *in cap. Episcopus*, §. *si qua cum seruo* 12. *quæst.* 2. *in fine*, *gloss. in l. palam*, § *penultimo*, *vers. secus est in masculo ff. de ritu nupt* Alex. *cons.* 24. *num.* 12. *vers. & præsertim*, *lib.* 2. qui dicit, maiorem honestatem, & castitatem conuenire mulieri, quàm homini, & sic sexui fœmineo, quàm masculeo propter maiorem imbecillitatem, Tiraq. *de legib connub. l.* 1. *num. mihi* 45. Maiusque dedecus, & infamiam inferre familiæ fœminas, quàm viros, idem Tiraq. *num.* 44 & *Ecclesiasticus* admonet *cap.* 24. idcircò in pragmatica præd cta 20
fit tantum mentio de Monasteriis Monialium, & non aliorum masculorum, quia in iis non adeò consideratur periculum honoris, & honestatis, sicut in fœminis, & si Domini legislatores oculatissimi, & sapientissimi voluissent comprehen-

dere, iam expreſſiſſent ſicut expreſſit Summus Pontifex *in cap. quoniam, de Simonia*, mox inferius allegandum, vnde corruit aliud argumentum ab eodem Domino Rouit. adductum, quòd ſicut maſculinum concipit fœmininum, ita eadem vrgenti ratione fœmininum comprehendat maſculinum: nam ex duplicibus reſpondetur:

21 Primò, cùm non ſolùm ceſſet identitas rationis, verùm de directo contraria exiſtat, vt ſuprà fundatum eſt.

22 Secundò, quia ipſe à *num.* 11. *vſque ad* 15. *dictæ deciſ.* eius pace, loquitur contra aperta iura diſponentia expreſsè, maſculos fœmininо vocabulo minimè contineri, niſi expreſsè quod ſtatuitur in fœmina, ſtatuatur in maſculo, & hoc tam ab homine, quàm à lege, vt per Text. *in l. ſi ita ſcriptum*, vbi Gloſſ. & Bart. *ff. de leg.* 2. *l. ſeruis legatis*, *ff. de leg.* 3. Gloſſ. & Bart. *in l.* 1. *ff. de verb. ſignific.* optimè Text. *in dicto cap. quoniam, de Simonia*, loquens propriè in Monialibus, vbi facta certa prouiſione per Pontificem reſpectu Monialium, ſubdit: *Hoc etiam circa Monachos, & alios Regulares decernimus obſeruandum*, ex quo Abb. *num.* 2. notat, quod appellatione Monialium non continentur Monachi, etiamſi ſtatuatur à lege, & apertè decidunt eademmet iura, & DD. ab ipſo Dom. Rouit. allegati, & præſertim Specular. Butr. Anan. Boër. & Cæpolla, indiſtinctè tenentes, fœmininum non comprehendere maſculinum, quibus addo Dec. *de regul. iur. l. fœmina, num. mihi* 127. qui dicit, etiamſi militaret eadem ratio, non contineri maſculinum ſub fœmininо vocabulo, & alij, quos breuitatis cauſa prætereo.

23 Cæterum, ſtatutum prædictum tanquam exorbitans à iure communi, ex quo habetur, quemlibet poſſe ſolo proprio ædificium in altum extollere, vſque ad cœlum, non poteſt, nec debet extendi de caſu ad caſum, de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, *cap. cùm dilectus*, §. *quia nobis*, *de conſuetud.* Tunc enim tanquam iura anomala, & irregularia non ſunt extra ſuos caſus extendenda, vt inquit Bald. *conſil.* 452. *colum. fin. vol.* 1. Dec. *conſil* 444. *num.* 11. Surd. *deciſ.* 56. *num.* 4. & *deciſ.* 315. *n.* 4. Andr. Gaill. *lib.* 2. *pract. obſeru. cap.* 124. *n.* 7.

24 Vnde ſtatutum loquens in caſu ſimplici, non verificatur in mixto, vt pluribus comprobat idem Surd. *deciſ.* 329 *num.* 13. Maſcard. *de ſtatut. interpret. concl.* 4. *num.* 20. Nec extenſio fit in talibus, etiam ex identitate rationis, Text. *in Auth. de adminiſtrat. offic. in Sacr. Palatio*, §. *penult.* & Gloſſ. *ibi in verbo quoniam*, Gaill. *loc. cit. num.* 8. eius enim ſunt naturæ, vt propriiſſimè intelligi debeant, *l.* 1. §. *his qui nauem, de exercit. act. l. eum qui vectigal, ff. de verbor. ſignific.* in eiſque fit ſtrictiſſima interpretatio, *l. conſtitutionibus, ff. ad municipales*, Doctores *in l. omnes populi, de iuſtit. & iur.* Surd. *deciſ.* 191. *num.* 6. quos omnes refert, & ſequitur Dominus meus Conſil. Merlinus nunc digniſſimus Præſidens Regiæ Cameræ, & Regni Secretarius, qui pariter maiora expectat, & meretur, *controu. forenſ. cap.* 47. *n.* 6. *& ſeqq.*

25 Imò dato, & nunquam conceſſo, quod poſſet fieri talis extenſio, adhuc inapplicabilis redderetur ad caſum, de quo agitur diſpoſitio dictæ Regiæ Pragmaticæ; eò quia intus Monaſterium prædictorum Patrum non aliter habet aſpectum dictus Petrus, nec intus ipſorum habitationes, nec etiam conſpiciuntur alia eorum viridaria, vt viſum fuit tempore acceſſus per ſpectabilem Dominum Regentem Sanfelicium, nec de illo paruo aſpectu verſus ripam eſt facienda conſideratio, cum ſit parui momenti, nec ripa per ipſos frequentetur; ſunt quoque ibidem tot arbores, & præſertim cupreſſi ad inſtar luci, & ſyluæ, vt habeantur loco parietis; non habent in ripa neceſſarium fortè tranſitum, vel ad chorum, vel ad clauſtrum, vel ad alia loca neceſſaria, ſed cùm ſit in vltima parte, & quaſi deſertum, nunquam ab ipſis practicatur; conſpicitur quoque ripa prædicta ab aliis vicinis, & quod maius, à tranſeuntibus per viam; adeò quod fruſtra petitur clauſura feneſtrarum ipſius Petri, remanente adhuc loco aperto, & ſuppoſito aſpectu aliorum vicinorum, & tranſeuntium, quo caſu non niſi æmulatio conſiderari poteſt.

Nec tandem adaptari poſſunt alia addncta per 26
dictum Dom. Reg. Rouit. *in citata deciſ.* 92. etenim ibi concurrebat magnum præiudicium Monaſterij, cùm per feneſtram denuò apertam ab inquilino habebatur aſpectus ad intima clauſtra Patrum, vt in principio illius *deciſ.* legitur, & ex parte ipſius inquilini nulla, aut parua vtilitas, dum poterat domus prædicta; abſque tali feneſtra, vt primitus manere; & via intermedia vix erat duodecim pedum; & poſtremò quod fortius ſtringit, ibi nunquam comparuit dominus domus, ſed tantum dictus conductor, cui nulla competebat actio, vt aduertit *num.* 4. *verſ. ex aduerſo*, & ſi comparuiſſet dominus, aliter ſentiret, vt aduertit *num.* 23. *verſ. Nec diffiteor, quod apud me valdè prænaluit illa conſideratio, quod ad defendendum hanc nouam fabricam, nunquam voluit comparere dominus proprietarius dictæ domus, ſed ſolùm ipſe conductor*; *ex quo arguebam, quod fabrica non tendebat ad vtilitatem, aut commoditatem veri domini.* Quæ conſideratio modò retorquetur contra dictos Patres, cùm lis agatur contra Petrum principalem, deplorantem amiſſionem propriæ domus, quatenus dicta clauſura feneſtrarum locum haberet.

Denique crediderim, præſentem cauſam, aliáſ- 27
que conſimiles, non indigere alta tantum indagatione, exiſtente Bulla Pontificia, prohibente Monialibus feneſtras habere correſpondentes ad feneſtras vicinorum, ipſaſque Moniales ſe claudi debere, quæ bulla in proceſſu eſt præſentata *fol.*... quo fit, iuſtiſſimè dictum Petrum de Marino, cæteróſque vicinos petiiſſe & inſtitiſſe, quod ipſi RR. Patres extollere deberent parietem exiſtentem in dicta ripa, & tanto iuſtior cùm ipſimet vicini obtulerint murum ædificare, quibus Reuerendis Patribus adhuc renuentibus, credo probatiſſimam eſſe æmulationem, ſalua eorum pace.

Ex quibus decretum interpoſitum per ſpecta- 28
bilem Dominum Regentem Sanfelicium dictæ Religionis delegatum, inaudito dicto Petro, ad ſolam petitionem dictorum Patrum, mandando claudi debere omnes feneſtras eius domorum, tanquam difformem libello, in quo petitum fuit claudi nouas feneſtras tantùm factas in anno 1639. eſſe omninò reuocandum tanquam contra Text. *in l. vt fundus, communi diuidundo*, & decernendum dictum Petrum non moleſtari, prout taliter à prudentia, doctrina, charitate, & integritate Dominorum Iuſdicentium ſperatur.

DISCEPT. CCCLXXXII.

IN IVRE PRO

Petro de Marino.

Grimaldus Regius Scriba à mandatis.

DE EADEM RE.

29 QVAMVIS affluenter pro euidenti iustitia Petri de Marino, & vicinorum, aduersus instantiam RR. Patrum Capucinorum Sanctissimæ Conceptionis, petentium occludi fenestras, & demoliri fabricas in prospectu ipsorum viridarij, fuerat aliàs allegatum, vt non remaneat locus de cætero dicendi, quinimò ex priori loco congestis eneruantur, ac tolluntur quoquo modo fuerint factæ, vel fieri possent oppositiones, taliter, quod volens nunc ad oppositа respondere, sit quodammodo cantare palinodiam, attamen vt iis satisfiat, specificè hæc libuit, quod dictum est reuocare.

30 Obiter propositum fuit, non posse Patres Capuccinos in iudicio iura experiri *ex dispositi. Clem. exiui de Paradiso, de verb. signific.* aduersus cuius dispositionem, sua qua solet subtiliore doctrina, & abundanti facundia nititur Aduocatus aduersarius demonstrare, posse eosdem iudicis officium implorare, vbi de re temporali spoliantur, vel eorum sanctitati, ac honestati pugnat, & obstat, nixus authoritate Lucæ de Penna *in l. 4. C. de iur. fisc. lib. 10.* & Mastrill. *decis. 286.* quorum dicta, vt libet perpendere neutiquam aptantur ad casum nostrum; non enim ambigitur petitionem porrectam ad demoliendum fabricas, & fenestras occludendum, continere actionem merè temporalem, à qua omninò Fratres Minores excluduntur à *dict. Clem.* vt notat Bart. *in l. quintus, ff. de ann. leg.* Iason *in l. 1. num. 9. C. qui admitti*; nec per officium iudicis hoc implorare possent, cum deseruiat actioni; quinimò ex *dicta Clem.* præcepto interdicitur illis iudicis officium implorare, præcipue vbi actus nequeunt experiri absque litigio (etsi ex iudicis mero officio succurratur) *dict. Clem. §. proinde, vers. Cumque dicti*, & quod eis in specie supplicare prohibetur, adest *extrau. Ioan. XXII. ad conditorem, §. hos itaque, vers. Nec occasione, de verb. signific.* quo loci decernitur irritum, & inane quicquid secus fuerit attentatum, Bart. *in tract. minor. lib. 2. distinct. 7. cap. 3. sub num. 40.* ibi: *Nulla enim est eis actio, seu persequutio, hoc est iudicis officium*, & DD. ex aduerso citati non loquuntur, quod ipsi possint iudicialiter, & per supplicationem iudicis officium implorare, sed quod ex iudicis officio nemine petente, vel alio nomine ipsorum implorante succurratur, vt ex Specul. Bart. Ioan. Andr. & aliis aduertit Alphons. de Casarubios *in compend. priuileg. patr. minor. in vlt. editione, verb. hæreditas, §. 6. vers. Circa præfatam*, immò nec ipsi possunt assistere in Curiis agentibus pro eis, vel officium implorantibus, *d. Clem. exiui, §. proinde, vers. Ex talibus autem*, Bart. *d. tract. minor. lib. 2. distinct. 7. num. 41.* nec abs re; nimis enim indecens est eorum innocentiæ, & integritati temporalibus vacare, & cum damno aliorum iura turbare: Ne (rogo) sub Clypeo Religionis, Pietatis, & Sanctitatis cohonestetur hæc petitio, quæ potius porrecta ad æmulationem patet, quam ex charitate, siquidem charitas, vt inquit Lactant. Firmian. *de diuin. institut. lib. 5. cap. 23. Iniuriam nulli facit, nec aliena rapit, nec sua quoque si auferantur, defendit.*

Iul. Caponi Discept. Forens. Tom. V.

Qq 2 prohibi

Quæ omnia benè aduertit Venerabilis Frater 31
Antonius Corduba in expositione regulæ Sancti Franciſci *in cap. 6. dictæ regulæ*, exordientis: *Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, q. 1. fol. 484.* vbi præmissa explicatione quid sit possessio, quid sit proprietas, quid sit actio politica, quid vsusfructus, quid sit vsus iuris, concludit, dictos Reuerendos Fratres Minores habere tantum vsum facti, cuius vigore non posse dare, commutare, aut distrahere authoritate propria, neque eis vti tanquam suis authoritatem, aut ius aliquod politicum in eis, aut in earum vsu habendo, seu exercendo, licet si eis auferantur, siue iustè, siue iniustè, non posse experiri in iudicio, siue repetere, aut iudicialiter vendicare tanquam sua, quia hæc omnia per talem paupertatem Euangelicam, & renuntiationem nobis prohibentur, & solum nobis remanet simplex vsus facti tantum, vt *in vers. Renuntiare ergo*, & paulò infrà *fol. 488. vers. Ad prædicta*, ex authoritate Bart. *lib. 1. minor. cap. 1.* extollendo eorum altissimam paupertatem, firmat, nullum reperiri statum hominis ob aliquam causam, vel delictum, huic ita similem, sic ita pauperrimum, immò se deteriores pœnæ seruis existere, quia licet illi perdant omnia: tamen pro alimentis possunt sibi legari, & ipsemet potest per se, vel per alios iudicis officium implorare, vt sibi soluatur; Fratres verò Minores pro nulla re temporali possunt experiri in iudicio, subdens: *Nulli ergo sunt in tanta paupertate propter pœnam, in quanta isti sunt propter votum, fol. 489.* & *fol. 490.* subdit: *Fratres Minores in altiori sunt paupertate tam in pecuniæ, & aliorum, quàm etiam in hoc, quod illi possunt agere in iudicio, isti non*, & *fol. 493.* distinguendo de duplici modo, habenti scilicet ciuiliter, & politicè, seu mundanè, cuius vigore potest quis sua bona defendere ab inuasore, & repetere à retentore in iudicio per iudicem temporalem, & isto modo negatur; immò est hæreticum dicere, Christum & Apostolos habuisse rem mundanam, quia est contra Euangelium, ibi: *Et ei qui vult in iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte & pallium*, Matth. 5. *Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.* Lucæ 6. quod & ipse Christus fecit, quod & docuit, scilicet prohibuit defensionem habiti, & deperditi repetitionem.

Alio modo possunt haberi res temporales, 32
quoad ius naturale, vel quoad ius charitatis fraternæ, scilicet ad sustentationem naturæ, & status, repellendo diuitias, ne aliquid malè sapiant, vel mundi pompam nutriant, & hoc modo Christus, & Apostoli habuerunt bona temporalia, vt esculenta, & poculenta, & vestes, & cætera huiusmodi vitæ necessaria, quia hoc non prohibuit Christus, & aliter dicere est hæreticum, & Fratres Minores sic aliquid habent, vt *fol. 494.*

Quod autem in iniuriam Petri, & vicinorum 33
fiat euidentissimè ex eo patet, quod nullum Patribus ex eleuatione, & apertione speculi damnum oritur, & è conuerso non modicum ex

prohibitione ipſi de Marino, & vicinis, qui coguntur contra iuris diuini, & humani regulas iuribus propriis non vti poſſe, non attenta ratione ex aduerſo conſiderata, quod priori loco ſit erectum Monaſterium, ex Rouit. & cæteris; nam vt alias fuit reſponſum, procedit potius in Monialibus, quàm in Monaſteriis virorum, & vbi fiat ſimpliciter ad æmulationem principaliter, & abſque neceſſitate & commodo ædificantis, vel ad finem, vt introſpiciantur cum dedecore omnia ſecreta Patrum, vt videre libet apud DD. ex aduerſo citatos, & in ſpecie Sperell. *in deciſ. for. Eccleſ.* 55. quem Aduerſarius pro Achille ſuæ concluſionis adducit, qui *num.* 41. *& deciſ.* 58. *ſub num.* 7. expreſsè ex mente, & verbis omnium, concluſionem firmat, non habere locum in Monaſteriis Maſculorum, vbicumque fiat ædificium, vel feneſtra ex cauſa neceſſaria, vel vtili, etiam quod parua ſit vtilitas ædificantis, & ante fuerit ædificatum Monaſterium; nam inquit, diuerſam eſſe rationem Religioſorum, & Monialium; in fœminis enim viget & honeſtatis ratio, & iuris diſpoſitio, *ex cap.* 1. *de ſtat. regul. in ſexto*, quæ ceſſant in Monaſteriis virorum; vnde vbique non aptari illius diſpoſitionem Berous *conſ.* 135. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 1107. hæc æmulatio reſultans ex ſolo ædificio ab aduerſario conſiderata ex Rouit. *deciſ.* 92. *num.* 17. *&* 23. quoquo modo officit in facto noſtro, ſiquidem DD. communiter hanc æmulationem reſpectu Monachorum non conſiderant, niſi per inuſitatum modum fiant feneſtræ, & fabricæ, per adducta à Beroo *dicto conſ.* 135. *num.* 5. 6. *&* 7. *lib.* 1. aſſiſtente potiſſimum in facto noſtro iuris præſumptione pro ædificante, qui in loco proprio, non prohibito, & ad neceſſariam commoditatem ædificat, nec quoquo modo oritur præſumptio æmulationis, & ſe fundans in ea aduerſarius probare euidenter opus habet, Gloſſ. *in l. fluminum*, §. *fin.* vbi DD. *ff. de damno infect.* Gaill. *lib.* 2. *obſeruat.* 69. *num.* 30. *&* 31. Ioan. de Amic. *conſ.* 104. *num.* 3 Cephal. *conſ.* 130. *num.* 9.

34 Aſtipulatur pro ædificiis, pro quibus iudicandum ſtatuitur ex *l. Senatus* 52. *ff. de contrah. empt.* Ant. Cioff. *conſ.* 44. *num.* 4. quem ſequitur citando Viu. *deciſ.* 306. *num.* 3.

35 Demum conſideratur ad excluſionem aduerſantis commodum longè maius, quod ædificans ſentit, quàm damnum, quod Patribus oriretur, ex *l.* 1. §. *ſunt autem, ff. ne quid in flum. public. &* Ant. Gomeſ. *ad l.* 46. *Tauri ſub num.* 9. *in fin.*

36 Nec obſtat conſideratio illa, quod alia ex parte lumen haberi poſſit, & proindè æmulatio reſultet, ſiquidem hoc in facto negatur, & dato, abſque maiori damno proſpectus, & in commodo fieri poſſit ædificantis, faciunt adducta ab Alciat. *de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 23. Cephal. *conſ.* 130. *num.* 3. nec facere quem eſſe dicitur, niſi adſit commoditas, & abſit incommoditas, *cap. non ſatis* 86. *diſtinct.* ad tradita *in l. diuortio, ff. de negot. geſt.* nec propterea quod ædificia fiant poſt erectum Monaſterium, inſurgit præſumptio æmulationis, vt aduerſarius fundat ex Franch. *deciſ.* 223. *num.* 3. nam ibi conſideratur maximum præiudicium tertij, & nullum commodum ædificantis, quod ſecus eſt in caſu noſtro.

37 Neque paritas adducta procedit, nempè quod ſicut poteſt quis cogi vendere domum pro ampliatione Monaſterij, vel Viridarij, pari modo, & ad claudendum ſpecula cogi valeat; namque diſpar eſt ratio, vt quis compellatur ad vendendum pro ampliatione Monaſterij, vbi iuris diſpoſitio aſſiſtit, fauor publicus intercedit, & loci angustiæ neceſſitas vrget, quæ ceſſant in caſu proſpectus ad viridarium, & Fratrum loca: tùm ex iuris diſpoſitione non aſſiſtente, ſed potiùs ex ampliatione æquitate inſpecta à Doctoribus conſiderata, tùm quia nullus fauor publicus conſideratur, quinimmò vt Fratres ſint omni qua decet honeſtate repleti, quaſi expedit ad aliorum proſpectum eſſe, tum & tandem quia nec neceſſitas aliqua vrget, vt rectè intuenti patet; & quatenus procedat illatio debet intelligi, vt eo modo quo quis cogitur vendere domum pro ampliando Viridario, ſic & poſſit cogi vendere ſeruitutem proſpectus, non autem, vt claudere obſtringatur, & altius non tollat abſque venditione cum proprio incommodo, & damno, per adducta ab Alber. *in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. & ſump. funer.*

Ceſſat ſecundò hæc paritas & præſumptio 38
vbicumque eſſet maius damnum reſultans (vt in caſu noſtro) Domino priuati ædificij, quàm loci pij, vel Eccleſiæ, Bart. *in l. quo minus, ff. de flum.* 11. *quæſt. num.* 21. & ibi Iaſ. *num.* 39. & in propriis terminis deciſum refert Farin. *deciſ.* 372. *num.* 3. *part.* 1. *tom.* 2. & ſic procedunt & intelliguntur DD. pro contraria parte adducti.

Quibus ſic præhabitis, inſurgit potius æmula- 39
tio Fratrum contra ipſum Petrum, quàm aliàs; comprobatur ex duobus inſtrumentis, vnum ſcil. ſtipulatum per Proſperum Turbolum, nomine, & pro parte dictorum RR. Patrum concedentium licentiam Honofrio Genueſe fabricandi cum aſpectu ad eorum Viridarium; alterum per D. Baldaxarem Pignatellum nomine eorumdem RR. Patrum ratam habentium aliam fabricam ſecundi appartamenti dicti Petri, (quod aduerſarius nullum dicit ex defectu mandati Patrum capitulariter congregatorum) quod pro nunc adducimus ad detegendam æmulationem; ſiquidem ſi Patres officium implorant Iudicis, ne pandantur feneſtræ, quin eorum ſecreta videantur, cur modo vni concedunt, alteri negant proſpectum? nonne eſt hæc æmulatio? vbi charitas? ſi namque ratio proſpectus eſt in cauſa, non poteſt recto iudicio dari diſparitas, quod magis vni, quàm alteri concedatur in ædificio, argumento *l. ſi quis duos*, §. *ſi quis partem, ff. commun. præd. cum concord.* Nec inualiditas prædicti conſenſus, & conceſſionis officit ex defectu mandati Patrum capitulariter non congregatorum, cùm non ſimus in caſu alienationis bonorum Eccleſiæ, in qua Superioris conſenſus, & ſollemnitas illa requiritur, ſed ſumus in caſu conſenſus ſuper re nullius præiudicij, & declarationis non eis obeſſe per ædificium; ex qua reſultat euidens æmulatio aliorum diſſentientium, qui figurando ſibi obeſſe ex proſpectu iniuriam afferunt ædificanti, & valuit actus ille fieri à maiori parte Fratrum localium abſque alio Superioris conſenſu, ex quo nihil ſapit alienationis, & pertinet non vt ſingulis, ſed vt vniuerſis, quatenus ius aliquod ſpectaret (quod negamus) in quo ſufficit conſenſus maioris partis, *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte, l. quod maior, ff. ad municip. cum concord.* faciunt adducta à Franch. *deciſ.* 2. Capibl. *de Baron. part.* 2. *cap.* 8. *poſt num.* 17. Hieronym. à Sorbo *in compend. priuileg. Frat. Minor. verbo alienatio, in princ.*

Quatenus autem ex aduerſo opponatur circa 40
contractum initum cum Fratribus, à quo recedere ipſi Patres intendunt duplici prætextu, nempè

pè adimplementi non ſequuti ex parte dicti Petri, qui antequam eleuaſſet murum Viridarij, vt promiſit, proceſſit ad eleuationem domus, & conſtructionem feneſtræ, & incommodi modo ſi eleuaretur murus Viridarij. Reſpondetur, obſtare illis regulam, *quod ſemel placuit, de regul. iur. in ſexto, & gloſſ. in §. Religioſum, verbo conſentiente, inſtit. de rerum diuiſ.* & illi inſtrumento ſtandum eſt, etiam quod non ſit adimpletum, & poſſit impleri; defectus namque non implementi apponi nequit, vbicumque damnum non eſt illatum; nam DD. ab Aduerſario citati, qui dicunt, exceptionem implementi non ſequuti habere locum, etiam quod ſit paratus implere poſt factam oppoſitionem, non procedunt, vbicumque damnum non eſt illatum, & ius partis non eſt effectum deterius, quia tunc dicitur res integra, & defectus non implementi nequit opponi (vt in facto noſtro) in quo nullum adhuc per eleuationem eſt illatum damnum Patribus, Bald. *conſ.* 127. *vol.* 1. Surd. *deciſ.* 265. *num.* 39. & ſic limitando diſponunt DD. pro contraria parte allegati, & in ſpecie Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 11. *in fin.* faciunt adducta à Coſta *de re integra diſtinct.* 1. *num.* 2. ceſſante potiſſimum proteſtatione implementi non facti, ex *l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Decius *conſ.* 42. *in fine,* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 135. tantò magis vertente cauſa in Tribunalibus Regiis, & præſertim in Supremo Collaterali Conſilio, in quibus, de ſtylo, & æquitate admittitur purgatio moræ, de quo teſtatur Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 174. & nouiſſimè D. Reg. Capycius Lat. *deciſ.* 30. *num.* 15. *& ſeq.* vbi pro purgatione moræ iudicatum in Sacr. Conſil. refert; nec rigorem iuris ciuilis ſed æquitatem iuris canonici ſeruandum in purgatione moræ, etiam quod eſſet appoſita dies, & pœna, ac etiam iuramentum adhuc moram purgari de æquitate canonica, firmat Barzius *deciſ.* 50. *num.* 53. *cum ſeqq.* nec ponderatio illa, quod ſi eleuaretur paries, vitiarentur olera Viridarij, ex præoccupatis Sole, & aëre, quod plures DD. adducit; non procedit, quia loquitur in diſpari caſu, nempè vbi fit eleuatio in domo propria ad iniuriam, ſecus vt in præſenti facti ſpecie, quando eleuaretur murus Viridarij Patrum ex voluntate ipſorum, qui petierunt eleuationem, & aſſenſum præſtiterunt, quia tunc magis fauor, quàm odium eorum perpenditur, nec rectè aptantur contraria ad caſum.

41 Cæterum in fortiori caſu, quando ex nouo ædificio vicini aufertur Solis calor, vel lumen horto, aut dormitorio conuentus, quod non poſſit prohiberi, firmat Clapper *cauſ.* 22. *quæſt.* 1. vbi ſatis eleganter probat, hanc cauſam Solis impedimenti, non eſſe iuſtam nunciandi, & prohibendi nouum opus, cùm nunciationis cauſa, triplex tantum ſit, naturalis, impoſitiua, & publica, per Text. *in l. de pupillo, §. ſextus pedius, ff. de nou. oper. nunc.* & immò non poſſet nunciare nouum opus is, qui præ'endit ſeruitutem luminis, vel proſpectus, licet ædificium auferat Solem domui ſuæ gratum, & neceſſarium, pro quo allegat Text. *in l. ſi arborem, ff. de ſeruit. vrb. prad.* ex quibus fuiſſe per Senatum deciſum, eſſe deprimendum ædificium, ſed quatenus non officit Meringono ædificanti relinquendum.

42 Denique rogo RR. Patres piiſſimos, & Doctiſſimos imitari hirundinem, de qua Diu. Ambroſ. *lib.* 6. *cap.* 17. hæc verba profert: *Pauperior eſt hirundo, quæ vacua æris abundat induſtria, ædificat, nec impedit; tecta attollit, & nihil aufert proximi; nec indigentia, & paupertate ad nocendum alij compellitur;* & alia, quæ penes ipſum videri poterunt.

Tandem vis nulla facienda eſt ſuper prætenſis 43
attentatis in præiudicium Capuccinorum, quæ in facto negantur, & corruit diſpoſitio *cap. non ſolum, de appellat. in ſexto,* qui loquitur in innouatis poſt diffinitiuam ſententiam, quæ longè abeſt in facto noſtro: Vndè vt receptui canamus ſatis conſtat de bono iure Petri, & quam extra illud PP. moleſtiam inferant contra ſtatum ipſorum, qui & omninò ab impetitis repellendi veniunt, prout repelli ex integritate iudicantium ſperatur.

DISCEPT. CCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, de qua in præſenti.*
2 *Extractio à loco immuni ſubijcitur excommunicationi.*
3 *Doctiſſimus Pater Hieronymus Pecorarius Ieſuita apud de Marinis* tom. 3. allegat. 77. & 78. *adducitur ad propoſitum.*
4 *Immunitas Eccleſiaſtica primario eſt conceſſa fauore Reorum.*
5 *Extrahi poteſt interdum quis ab Eccleſia, & qua cautela.*
6 *Extrahi an poſſit puella à loco immuni, ne ſcandalum oriatur.*
7 *Extrahi an poſſit cum violentia loci, vel perſonæ.*
8 *Iudex Eccleſiaſticus, vel laicus poteſt aliquem in loco immunitatis reponere ad euitanda ſcandala.*
9 *Prorex Neapolitanus pro bono Regimine, collocat puellas maritandas in loco ſibi bene viſo.*
10 *Fœmina intus clauſuram qua neceſſitate ingredi cogatur.*
11 *Confugiens in locum immunem, vbi ſtare non poſſet, reponi in alio poteſt, & quando.*
12 *Leges permittentes filium exhæredari ob cauſam, validas, & ſanctas eſſe.*
13 *Genuenſis locus* cap. 17. *explicatur ad propoſitum.*
14 *Regens Sanfelicius apud de Marinis reprobatur.*
15 *Eccleſiæ atrium an, & quando gaudeat immunitate.*
16 *Extractio ab Eccleſia facta ad bonum finem, non ſubijcitur excommunicationi.*
17 *Filius à Patre extrahi poteſt ab Eccleſia ad correctionem.*
18 *Seruus aufugiens ob ſæuitiam Domini, quando ſit immunis, & quando non.*
19 *Seruus aufugiens in Monaſterium, vt fiat Monachus an poſſit extrahi.*
20 *Seruus confugiens ad Eccleſiam an poſſit propria authoritate Domini extrahi.*
21 *Seruus poſt factum delictum ſi confugiat ad Eccleſiam an poſſit extrahi.*
22 *Seruus armatus in Eccleſiam ingrediens an poſſit extrahi.*
23 *Bulla Gregorij XIV. ligat etiam vbi non eſt vſu recepta.*
24 *Bulla Gregorij XIV. an liget in Hiſpania.*
25 *Abſolutio ob violationem immunitatis à quo ſit danda à Papa, vel ab Epiſcopo.*
26 *Abſolutio ab excommunicatione ob violationem*

immunitatis non datur, niſi prius reſtitutione facta Eccleſiæ.

27 *Excommunicatus ob violationem Eccleſiæ ſi appellet, vel dicat de nullitate, non debet abſolui, & quare.*

ARGVMENTVM.

Immunitas non dicitur violata ſi in Eccleſiam ponatur, vel extrahatur aliquis ob bonum regimen, ne faciat matrimonium cum ſcandalo, extrahentes ad bonum finem, vt reconcilientur, vel vt fiat pacis compoſitio, non incurrit excommunicationem, & quid de ſeruis à Dominis extractis, an, & quando amittant immunitatem. Bulla Gregorij XIV. an liget ea loca, vbi non fuit recepta, & in Hiſpaniis an ſit recepta. Abſolutio à quo ſit danda ob extractionem factam, & qualiter detur, & quid ſi Reus appellauerit.

NEAPOLITANA

Immunitatis Eccleſiaſticæ, an violetur ſi ad bonum finem extrahatur aliquis ab Eccleſia, &c.

1 QVÆDAM Mulier maritata, & malè viuens etiam Marito conſcio adulterium commiſit, & poſtea fuit, parentibus inſtantibus, ne occideretur, repoſita in venerabili Hoſpitio pœnitentium erecto à Patribus piis operariis Neapoli, in loco *detto* vulgariter *alla pigna ſecca* fundato ſub cura quondam R. Patris Franciſci Celentani ſub regulis venerabilis Patris D. Caroli Carrafæ eiuſdem Congregationis fundatoris, Mulier prædicta ibi ad vitæ necem fugiendam ſtetit per aliquot menſes, tandem iterum ſpiritu diabolico accenſa, inquietare cœpit illas pauperes fœminas, quæ in dicto hoſpitio commorabantur, modo eas orantes moleſtando, modo alios actus faciendo, adeo quod non poterant quietè viuere in illo loco, ob importunitatem dictæ fœminæ, quæ habuerunt recurſum ad eorum delegatum D. meum D. Thomam Carauitam, qui acceſſit ad Proregem, & data notitia de omnibus, iuſſit eidem, vt opportunè de remedio prouideret, acceſſit delegatus ad hoſpitium, & eam extraxit ab eo, per Curiam ſæcularem, & conduxit fœminam illam in locum Mulierum pœnitentium intus Tribunal M. C. V. erectum.

2 Cuius rei cum notitiam haberet Eminentiſſimus Cardinalis Caraeciolus Archiepiſcopus Neapolitanus, miſit virum pium, & Religioſum ad eumdem D. Carauitam, ſignificando eidem ſe velle ſcire qua authoritate id factum fuerit, nam ipſe habebat ſcrupulum incidiſſe eumdem Carauitam in excommunicationem Bullæ Gregorij XIV. tamquam extrahentem ab Eccleſia, & loco immuni, fœminam illam, & illam ad carceres transferendo: D. Carauita acceſſit ad Eminentiſſimum adducendo doctrinas, de quibus in præſenti, vt certiorem illum redderet ſe non feciſſe, niſi quod iuſtum erat, & legibus permiſſum.

Probatur ergo primo id fieri potuiſſe ex olim 3
allegatis à P. Hieronymo Pecorario Societatis Ieſu viro doctiſſimo allegato Regente de Marinis *alleg.* 77. & 78. *tom.* 3. vbi cum nobilis puella iuſſu Proregis. Neapolitani, cum Regiorum Miniſtrorum comitatu duceretur in locum ſacrum; quo liberius, & honeſtius nuberet, in ipſo itinere ſe recepit in Eccleſiam, vnde egredi non volebat, & multarum dierum obſidione dilatata, fuit dictum non gaudere immunitate ex doctrina Doctoris de la Quadra antiquiſſimi Doctoris ponderata à Patre Pecorario *in allegat.* 77. *n.* 10. apud Regentem de Marinis *tom.* 3. ergo talis fœmina, de qua in præſenti non eſt defendenda, vt gaudeat immunitate, quia talis extractio non eſt violatio ad finem caſtigandi, ſed permutatio de loco ad locum ad finem cuſtodiæ.

Probatur ſecundò, quia immunitas eſt con- 4
ceſſa primario fauore Reorum confugiatorum, ne eis fiat iniuria, quod dixit Imperator *in §. nequis autem, Auth. de mandatis Principum.* Ibi (Deinde cum templorum cautela, non nocentibus, ſed læſis detur à lege, & poſſibile non erit, vtrumque tueri cautela ſacrorum locorum, & lædentem, & locum) & ponderando verbum illud (ſed læſis) vt fecit Guglielmus de Cuneo, ideſt ipſa ſecuritas conceditur his, qui veriſimiliter lædi poſſunt, quare immunitas eſt conceſſa, quia alios læſerunt, ne ab aliis lædantur, vt ponderatur *in cap. id conſtituimus* 17. *quæſt.* 4. *& in cap. inter alia de immun. Eccleſ.* vbi prohibetur ſeruos extrahi, niſi adhibito iuramento de eis non offendendis, ſed ſi talis puella extrahatur ab Eccleſia, vtique defenderetur à violentia, ergo ceſſat immunitas, erit tamen extrahenda ſub fide, 5
& verbo Regio, ne propter contumaciam ſuam à Prorege aliqua pœna afficiatur, vt in ſimili ait Summus Pontifex *in cap. inter alia, §. vltimo de immunitate*, P. Pecorarius *vbi ſuprà.*

Probatur tertiò, quia ſi puella iuſſu Proregis 6
Neapolitani, reponenda eſſet in loco ſecuro, vt liberè matrimonium contraheret, ſi confugit ad Eccleſiam, non gaudebit immunitate, vt dixit P. Marius de Andria Societatis Ieſv Vir doctiſſimus, & caſuum conſcientiæ lector famoſiſſimus in Collegio Neapolitano Societatis Ieſv, qui in commentario ad Conſtitutionem Gregorij XIV. *de immunit. Eccleſ. cap.* 6. *manuſcripto*, ait (non eſt extendenda diſpoſitio huius Conſtitutionis ad commorantes intus Eccleſias, aut Monaſteria, non reos criminum: nam hi poſſunt capi, & extrahi à iudice ſæculari, pro teſtimonio ferendo, aut ob aliam ſimilem cauſam, quicquid fecerit Curia Archiepiſcopalis Neapolitana apud Genuenſem *cap.* 12. *num.* 9. vbi Genuenſis teſtatur iudicatum fuiſſe, non eſſe extrahendum ab Eccleſia nobilem quendam adoleſcentem, qui prouocauerat alium ad duellum, & ad pacem faciendam cum inimico ſuo, quia inuitus eſt extrahendus ab Eccleſia per Iudicem ſæcularem, licèt dicat fuiſſe reſtitutum Eccleſiæ Montis Dei quendam, vnde extractus fuerat.

Probatur quartò, ex allegatis à Patre Pecora- 7
rio apud Regentem de Marinis *tom.* 3. *alleg.* 78. *num.* 2. quia ſi qua eſſet ratio cur talis fœmina

extrahi

extrahi non potuisset ab Ecclesia, etiamsi nullum crimen antea commisisset, maximè esset, quia ratione violentiæ, quæ fieret refugiato, fieret etiam iniuria Ecclesiæ, sed in præsenti non fieret violentia personæ; ergo nec loco, maior probatur, quia violentia quantum spectat ad immunitatem Ecclesiasticam, non consistit in inuoluntario personæ singularis, sed ratione inuoluntarij, & debiti iuxta iuris præcepta, & hoc modo puella hæc non est iure inuita; ergo potest impunè ex-
8 trahi, maior probatur, quia potest mulier authoritate iudicis, siue Ecclesiastici, siue laici, collocati in loco immuni, siue sit Ecclesia, siue sit Monasterium Monachorum, siue alius quicunque locus tutus à metu violentiæ, arbitrio iudicis, etiamsi mulier ipsa repugnaret, & sit omnino inuita; ergo cum mulier repugnet respectu electionis huius loci, & vult ipsa sua sponte, & priuata authoritate locum hunc eligere, potest ex illo loco depelli sine violentia, etiamsi ipsa dissentiat. Antecedens admittitur communi omnium consensu, Panormitani potissimum *in cap.*
9 *in locum, num. 5. & 6. de sponsalibus*, & quòd attinet ad Iudicem laicum in matrimonio contrahendo concedit hoc illi licere, Genuensis *in praxi, cap.* 15. & quod spectat ad Proregem Neapolitanum posse facere dicit Regens de Ponte *tit. 6. de assensu Regio super dotibus, à num.* 48. ergo prohibitum est, nullam fieri violentiam puellæ; ergo poterit impunè extrahi ex loco immuni, quemadmodum potest eiusdem Prætoris authoritate, in tutum collocari ad effectum ibi expositum: nam non animo fieret iniuria loco immuni, si inuita persona in eo concluderetur, quasi inuita ex eo excluderetur, quia in vtroque casu constringeretur libertas personæ, imò maior iniuria fit loco immuni propter inclusionem personæ liberæ, quàm propter exclusionem liberæ personæ, quia in exclusione locus pateretur violentiam, & in inclusione locus instrumentaliter concurret ad faciendam violentiam liberæ personæ; ergo cum non fiat violentia in inclusione, sequitur quòd neque in exclusione fieri dicatur.

10 Et propterea subdit P. Pecorarius apud de Marinis *vbi suprà, n. 6.* quandam mulierem fuisse Beneuenti in Monasterium Monialium reclusam cum violentia, & Cardinalis Arigonius tunc Archiepiscopi authoritate ex illo Monasterio fuisse in alium securum locum inuitam traductam, ne videlicet ius Monasterij Regularis obseruantia, & pars eius mulieris turbaretur, & ne daretur aliis mulieribus exemplum in sepia Monialium ingredi sine vlla Superioris licentia.

11 Probatur quintò, quia si criminosus, quē Curia prosequitur in Monasterium violenter ingrederetur, statim esset in alium locum communem reponendus. Neque dicas id esse, quia siue vir, siue mulier, in Monasterium Monialium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Sedi Apostolicæ reseruatæ, prohibetur ingredi, sed hoc non tollit difficultatem, quia non est certum an excommunicatio illa locum habeat, vbi agitur de vitæ periculo, & moraliter non est alius modus euadendi, tum quia vt impedienda est à Superiore confugæ censura, ita impediendum est peccatum eiusdem: quare si excommunicatus vitandus ingrederetur in Ecclesiam, vbi essent celebranda diuina officia, ne ea impedirentur, ad vitandum peccatum, tum excommunicati, tum cæterorum Christi fidelium, transferri posset, & debet ex authoritate Episcopi in alium locum sacrum, vt est Monasterium, vbi esset sine peccato, & cum priuilegio immunitatis, vt bene plures DD. apud Remigium *de immunitate, fallentia* 19. quia immunitas non concederetur in præiudicium animarum, Remigius *fallentia* 20. Abbas *in cap. inter alia de iure Eccles.* vbi agit de eo, qui iurauit se in carcerem iustum rediturum; ergo cum puella, de qua hic peccaret mortaliter contrahendo matrimonium inuito Patre sine iusta causa, vt communiter docent Theologi cum Sayro *tom. 2. lib. 7. cap. 50. à n. 12.* Toletus *lib. 5. cap. 1.* Azor. *tom. 2. lib. 2. cap. 2. q. 6.* & tenent omnes, qui pu- 12
tant iustas esse leges, quibus conceditur potestas Patri exhæredandi filium, qui matrimonium contrahit sine Patris ipsius consensu, vt sunt Molina, Salonius, Sotus, & alij, ideò concludendum est non debere gaudere immunitate, & peccare etiam mortaliter, si non obediat Principi, vel Episcopo legitimè percipientibus, vt ex ea Ecclesia egrediatur, & in alium locum sacrum migret.

Neque dicas cum Genuense *vbi suprà*, de eo, 13
qui restitutus fuit Ecclesiæ Montis Dei, tum quia talis sententia non est approbata omnium iudicio, & improbatur à Patre Alario de Andria *vbi suprà*, tum quia, vt ipse dicit, erat ibi alius modus componendi pacem, sine extractione refugiati in Ecclesia, at in præsenti non est alius modus prospiciendi securitati, vel libertati dictæ puellæ, nisi in alium locum securiorem transferatur, vt bene P. Pecorarius apud de Marinis *tom. 3. alleg. 78.*

Puto tamen reprobandam esse in hoc allega- 14
tionem Regentis Sanfelicij apud de Marinis *allegat. 79.* dum fundat non gaudere immunitate eum, qui occidit alium, vel mutilat membrum alicui in atrio Ecclesiæ, quasi quòd appellatione Ecclesiæ, & Cœmeterij veniat etiam atrium, vt sicuti occidens in Ecclesia, vel in Cœmeterio non gaudet, ita neque ille, qui occidit in atrio, *ex cap.*
15 *si quis in atrio 17. quæst. 4.* Dico enim quod quando in atrio Ecclesiæ adsunt domus laicorum ad vsum profanum destinatæ, tunc atrium non præstat Reis confugientibus immunitatem, nisi constet de consuetudine legitimè præscripta in contrarium: ratio est, quia intra ambitum Ecclesiæ non debent esse, nisi domus Clericorum, *cap. nulla 12. quæst. 1.* & sic resoluit Sacra Congregatio de anno 1627. in vna Ciuitatis Castellanæ, & de anno 1634. in vna Fulgonensi, *de qua donatus de immunitate, resol. 49.* & de scalis Ecclesiæ dixit Sacra Congregatio apud Donatum *resol. 29. num. 14.* vbi resoluit, Scalas S. Hieronymi Neapoli gaudere priuilegio immunitatis.

Probatur sextò, quia extrahens aliquem ab 16
Ecclesia ad bonum finem, puta componendi pacem, &c. disputant nostri, an sit violator immunitatis, putant aliqui ex Genuense *cap. 17. num. 6.* quia posset alio modo obuiare scandalis, vel apponendo custodes, vel adeundo Episcopum, qui prouideat, ex Farinacio *de immunitate, c. 2. n. 325.* Donato *resol. 102. de immunit.* Alij tamen contrarium docent ex dictis à Patre Pecorario *vbi suprà*, quia non gaudet qui reus est ad finem castigandi, at ad finem componendi pacem non dicitur reus, sed ad bonum finem extrahi; ergo poterit fieri, hinc recordor de quodam nobilissimo Viro, qui cum vellet Patrem occidere, & pœnitentia ductus aufugit ad Ecclesiam S. Agnelli maioris, ab eodem consulente Viro dignissimo, & doctissimo D. Carolo de Baucio fuit extractus, & ad bonum regimen, ac vt patri reconciliaretur fuit extractus absque vlla comminatione excommunicationis, sic seruus, qui vitandi causa Do- 17
mini

mini ſæuitiam confugit ad Eccleſiam illius immunitate non gaudet, ſed Domino reſtituitur,& compellitur ipſe Dominus ſeruum vendere,§.*finali, inſtit. quibus alienare licet,vel non*, Gloſſa *in Auth. de mandatis Principum, in verbo,Sacroſancta de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, vbi ait, quod ſi ſæuitia ſit parua, non debet ſeruus con-
18 queri,ſi Domino reſtituatur,quia ob paruam ſæuitiam, non debet aufugere, ſi verò ſæuitia fuit magna,tunc Dominus cogitur illum vendere, & habet locum diſpoſitio *dicti* §.*finalis*,& ita fuiſſe deciſum refert Donatus *reſol.*90.*in fine*, ex Salyceto *in l.ſi ſeruus, in fine, C.de his, qui ad Eccle-*
19 *ſiam confugiunt*. Quòd ſi ſeruus aufugit ad Eccleſiam, animo ſe monachandi, & ingrediendi quamcunque Religionem eiici minimè debet, nec Domino nuntiari, ſed detineri, & ſi Dominus non veniat intra triennium perdit eum, *ex Auth.de Monachis*, §.*ſi verò intra de ſanctiſſimis Epiſcopis*,§.*ſi quis ergo*,& hoc videtur probari per Text.*in cap.conſtitutus, in fine*, & *cap.ſi quis* 17. *q.*4.vbi propter bonum Religionis poteſt ſeruus Dominum ſuum contendere,ſic eius miniſterium deſtituere non debet, & deciſum refert Donatus *de immunit. reſol.*99.

20 Seruum verò confugientem ad Eccleſiam, an poſſit Dominus authoritate propria ab Eccleſia extrahere,quæſtio eſt,affirmat Mantua *conſ.*211. *n.*15. negatiuam opinionem tenet Donatus *reſol.*96. per Textum *in cap. nullus Clericorum* 17. *q.*4. & *cap.ſi quis contumax eadem cauſa, & quæ-*
21 *ſtione*, Donatus *reſol.*96. Quòd ſi ſeruus poſt factum delictum confugit ad Eccleſiam non poteſt ſeruus extrahi, neque quoad Dominum, neque quoad Iudicem, neque poterit puniri, & ſi per Iudicem Domino reſtituatur, debet reſtitui, recepto priùs iuramento, ſeu ſecuritate, de illum non offendendo, Donatus *reſol.*97. *de immunit.*
22 & ſeruus armatus in Eccleſia eſt reſtituendus ſuo Domino,niſi ad illam confugiſſet,quia tunc non poſſet extrahi : ratio eſt, quia quando ſeruus ingreditur armatus in Eccleſiam, præſumptio eſt, vt non vadat ad offerendum munera ipſi Eccleſiæ,ſed vt lædat Chriſtianos, vel perſonas Eccleſiaſticas, & vt faciat tumultum, ſed ſi vadat ſimpliciter, tunc non poterit extrahi, Donatus *reſolut.*98.

23 Tandem, & pro coronide eſt aduertendum, quæſtionem eſſe inter Doctores, an obliget Bulla Gregorij XIV. vbi non eſt vſu recepta,affirmant communiter Doctores,quia Gregor.XIV. in ſua Bulla independenter ab acceptatione, intendit obligare etiam in loco, vbi non eſt acceptata obligat, vel non eſt vſu recepta, quia ob clauſulam irritantem, quam habet, & continet, ligat etiamſi non eſſet vſu recepta, Donatus *de immunit.reſol.*210. quod eſt contra Portellium *in*
24 *dubiis Regularibus, in verbo, Immunitas, n.*9. vbi ait Bullam Gregorij XIV. in Hiſpania non eſſe vſu receptam, ſed dicas ibi : eſſe in viridi obſeruantia, vt teſtatur de auditu, Donatus *reſolut.*210.

25 Abſolutio tamen ab excommunicatione contra extrahentes ab Eccleſiis,eſt quæſtio,an poſſit ab Epiſcopo dari,negant communiter, quia talis abſolutio contra violantes libertatem Eccleſiæ, eſt reſeruata Papæ in Bulla Cœnæ,Maranta *p.*2. *reſponſo* 36. & ſic S.Congregatio reſcripſit pluries,teſte Donato *de immunit. reſol.*211. alij di-
26 cunt poſſe ab Epiſcopo obtineri, ita Genuenſis, Nouarius, P.Diana, Bonacina,Barboſa,Megala, Gratianus, & alij apud Donatum *dict.reſol.*211. qui dicunt eſſe Papæ reſeruatam abſolutionem, contra ſtatuentes edicta, vel ſtatuta contra immunitatem Eccleſiaſticam, non verò contra extrahentes ab Eccleſiis, & licèt concedenda ſit abſolutio facta prius reſtitutione Eccleſiæ violatæ, tamen ſi per excommunicatum non ſteterit, vt non fiat reſtitutio, quia non poterit,tunc erit abſoluendus, quia ad impoſſibile nemo tenetur, *l.impoſſibilium, de regul. iur.* Riccius *deciſ.*266. *part.*3.Donatus *reſol.*211.& S.Congregatio immunitatis in vna Coſentina 7.Decembris 1638. reſoluit quod excommunicatus pro violatione immunitatis Eccleſiaſticæ, poſtquam appellauit, 27
vel nullitatem oppoſuit non debet abſolui,neque etiam ad cautelam, niſi facta fuerit prius reſtitutio perſonæ extractæ à loco immuni, Donatus *d.reſol.*211. *in fine*,&c.

DISCEPT. CCCLXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies exponitur,de qua hic.*
2 *Conſtitutiones Cœleſtinæ Religionis adducuntur.*
3 *Conſtitutio Cœleſtina* cap.12.§.6.*explicatur.*
4 *Factum quando ſucceſſit in dicta Religione adducitur.*
5 *Congregatio Cœleſtinorum multiplex, & acta ab ea quando ſint legitima.*
6 *Congregatio Cœleſtinorum licèt non ſit Generalis,quæ poſſit diſponere.*
7 *Congregatio Definitoralis in Cœleſtina Religione, ad quæ poſſit ſe extendere.*
8 *Congregatio Definitoralis an poſſit Abbates, & Priores deſtituere,& inſtituere.*
9 *Dicta Definitorum ſucceſſit loco Congregationis Generalis in Cœleſtina Religione.*
10 *Congregatio, de qua in præſenti, qualis fuerit.*
11 *Dictio* (quomodocunque) *explicatur,& quid importet.*
12 *Abbas Cœleſtinorum, an poſſit proprium Monaſterium dimittere.*
13 *Renuntiatio poteſt fieri de quacunque dignitate.*
14 *Fraudis præſumptio qualiter ſit euitanda.*
15 *Renuntiatio multo magis fieri poteſt,ſi non adfuit acceptatio.*
16 *Renuntiatio, & ceſſio Abbatiæ in ordine Cœleſtinorum poteſt fieri tam in Capitulis Generalibus,quam in dictis Definitorialibus.*
17 *Renuntiatio quælibet fit coram ſuperiore.*
18 *Renuntiatio Abbatiæ,*&c. *fit coram ſuperiore, & quæ.*
19 *Renuntiatio Abbatiæ*, &c. *qualem ſuperiorem requirat inter Cœleſtinos.*
20 *Conſtitutiones Cœleſtinorum quid determinent pro renuntiatione dignitatum.*
21 *Regula quod plus continet minus explicatur.*
22 *Dicta Regularium quando ſubrogetur in locum Capituli Generalis.*

ARGVMENTVM.

Congregatio, vel dicta annalis in Ordine Cœleſtinorum, qualiter ſit ſubrogata in locum Capituli Generalis, & an

poſſit

possit in ea renunciatio acceptatio Abbatiæ, vel Prioratus, & qualiter talis renunciatio fieri debeat coram Superiore, & qui veniat appellatione dicti Superioris, &c.

IVRIS
PRO
Fauentina Cœlestinorum Congregatione.

1 IRREFRAGABILEM pro bono sui Ordinis regimine edidit Constitutionem sanctissimus Pater, & fundator Petrus Cœlestinus Papa V. sub datum Aquilæ quinto Kal. Octobris Pontificatus sui anno primo, per quam omnia Monasteria, Ecclesias, Prioratus, Membra, & loca vbicunque cõsistentia eidem ordinationi incorporata, vel in posterum incorporanda principali Monasterio sancti Spiritus de Sulmona tanquam capite, auctoritate Apostolica subiecit. Cuius quidem Abbatem perpetuò stabiliuit Patrem cæteris suis coabbatibus, Prioribus, Prælatis, & Monachis eiusdem Ordinis præsentibus, & futuris. Hanc generalem dicti Abbatis Superioritatem Ioannis Papæ XXII. sub datum Auenione nono Kal. Maij Pontificatus sui anno tertio, Clemens VI. sub datum ibidem quinto Kal. Iulij Pontificatus sui anno sexto, & alij Summi Pontifices declararunt fore, & esse cum ampla potestate, & facultate instituendi, & destituendi pro sua voluntate omnes Priores, Prælatos, & officiales dicti Ordinis, prout ipse Abbas conspexerit expedire. Sicque per annos ferè 350. iuxta mentem Fundatoris, cum spirituali, & temporali fructu recta semper fuit Cœlestinorũ congregatio. Hæc, tandem Abbatis generalis facultas diminuta potestate, & restricta fuit per Patres diffinitoriales, qui statuta, & Constitutiones compilarunt, præsertim per vltimas Constitutiones *tract.* 2.
2 *cap.* 15. §. 2. vbi statuitur, quod ipse solus Abbas generalis, qui præest Abbatiæ sancti Spiritus, non possit Abbates, Priores, & Prælatos in Monasteriis principalibus instituere, vel destituere, priuare, suspendere, aut transferre, sed hæc omnia, & multa alia cum Coabbatibus, Visitatoribus, & Diffinitoribus, vel ipsorum aliquibus respectiuè conferat, eorumque interuentu, consilio, & sententia, dum congregantur faciat, & exequa-
3 tur, &c. *Et in eodem tract. cap.* 12. §. 6. habetur, quod in casu vacationis Prælatorum, per obitum, vel alias quomodocumque, siue etiam in casu mutationis Prælati, ex causa tamen legitima infra triennium, & extra tempus Capituli annalis prouideatur de Abbatibus, vel Prioribus respectiuè, per Abbatem generalem, cum Prioribus diffinitorialibus illius quarterij, & Abbate Monasterij, in quo reperietur ipse Abbas generalis. Hæc in dicti Constitutionibus.

4 Nuper verò, quia annis elapsis R.P.D. Ioseph Maria Casulius Abbas Generalis Cœlestinorum in Monasterio sanctissimæ Trinitatis de Fauentia cum Patribus diffinitorialibus illius quarti Quarterij & Abbate dicti Monasterij pro negotiis, & vrgentibus necessitatibus Religionis quandam Congregationem, seu dietam diffinitorialem celebrauit: in qua inter cætera, nonnullæ renunciationes Abbatum, & Priorum admissæ, & receptæ fuerunt, nec non noui Abbates, & Priores in vacantibus Monasteriis creati, & canonicè electi, quidam verò alij confirmati, translati, & permutati, prout ipsis Patribus diffinitorialiter congregatis visum fuit in Domino pro bono regimine Religionis salubriter expedire.

Ideo à nonnullis scrupulosis dubitatum fuit 5
de validitate, & subsistentia Actorum huius Congregationis.

Sed quòd omnia acta, gesta, celebrata, pertractata, declarato, & diffinita in dicta Congregatione firma sint, & valida, suadetur ex regula generali, quod iura semper fauent valori actus *l.* 3. *ff. de milit. testam.* Ita vt in dubio, actus magis valeat, quàm pereat, *c. Abbate, de verbor. signific.* Interpretatio enim pro validitate actus, est regina omnium interpretationum, Cephal. *cons.* 35. *num.* 49. *& cons.* 10. *num.* 14.

Quod autem dicta Dieta fuerit legitimè, & 6
canonicè congregata, & celebrata ad formam supracitati §. 6. *cap.* 12. *Constit.* patet ex facto imò cum dicta Congregatio constet ex eisdemmet Patribus diffinitoribus generalibus (licet in numero minori) qui tam in generali, quàm in annali, seu diffinitoriali Capitulo habent eamdem auctoritatem ideò meritò Congregatio generalis dici potest, ex Lezana *in sum. tom.* 2. *tit.* 12. *num.* 19. Et ratio est, quia præsentes in quacumque Congregatione seu Collegio, non vt singuli, sed vt vniuersi, exercent omnem potestatem, & iurisdictionem totius Congregationis, quamvis aliqui nolint, aut commodè non possint interesse iuxt. *cap. quia propter de elect.* dummodo sint duo, vel tres *cap.* 1. *eod. tit.* quod exemplificatur per Caputaquen. *decis.* 172. *num.* 4. *p.* 3. relatum à Gratian. *discept. forens. cap.* 18. *n.* 7. in iudicibus Rotalibus; & practicatum fuit in hac Religione annis elapsis quando Romæ. Reu. Pater Abbas Generalis, & duo alij Patres de diffinitorio capitulariter congregati electiones omnium Abbatum, Priorum, & officialium de more celebrarunt, ac si esset Congregatio generalis totius Capituli diffinitorialis.

Insuper, quod gesta quæcumque declarata, & 7
definita in dicta diffinitoriali Congregatione firma sint, & valida censeri debeant clarissimè demonstratur, quia ad ipsum Reuer. Principem Abbatem generalem eiusque diffinitorialem congregationem spectat prouidere de Abbatibus, Prioribus, & Prælatis quomodocumque vacantibus ex *d.* §. 6. *nostrarum constit.* idemque Abbas Generalis solus potest omnia dubia in Religione occurrentia interpretari ex Bulla Clementis VII. pro Tertiariis relata à Io. de la Cruz. *de stat. Relig. & Priuil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 2. *concl.* 2. Ac declarare quæcumque statuta, & Constitutiones Ordinis, prout resoluit Rodriquez *in compend. resol.* 90. *num.* 35. per Priuilegia Eugenij IV. & Leonis X. Necnon potest etiam 8
quoscumque Abbates, & Priores instituere, & destituere, statum condere, & super constitutionibus aliquid innouare ex *citat.* §. 2. *cap.* 12. *Constit.* non tamen solus, sed cum Coabbatibus Visitatoribus, & diffinitoribus, vel ipsorum aliquibus eorumque interuentu, Consilio, & sententia dum congregantur, ita habetur in eodem contextu; quare notandum est illud verbum, vel ipsorum, aliquibus, nam ex *regul.* 40. *de regul. vir. in* 6. pluralis locutio duorum numero est contenta; igitur cum duobus diffinitoribus congre-

gatis ipſe Abbas generalis omnia præfata facere potuit.

9 Et tanto magis, quia huiuſmodi Dieta diffinitorialis celebrata fuit loco Capituli annalis, quod quidem Capitulum celebrari non potuit in Monaſterio, principali ſancti Spiritus de Muſone die 10. præſentis Menſis Maij 1658. prout debebatur ex diplomate Vrbani VIII. ſub datum Romæ 31. Martij 1639. ſtante notorio impedimento, cum adhuc liberum Commercium intra, vel extra Regnum nemini concedatur; igitur huiuſmodi Fauentina Congregatio diffinitorialis ſubrogata eſt loco dicti Capituli Annalis; Et ratio eſt, quia ſubrogata ſunt eiuſdem naturæ cum eis, in quorum locum ſubrogantur *l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cau.* Surd. *conſ.* 42. *num.* 11. *lib.* 1. & Gratian. *cap.* 557. *num.* 60. Æquiparatorum enim eſt idem iudicium & licet ex quadam de teſtibus *l. fin. ff. mandat.* idem Gratian. *cap.* 591. *num.* 33. Et eodem modo, & forma ſicut Congregatio Romana præteriti anni ſubrogata, & æquiparata fuit Capitulo generali, & diffinitoriali.

10 Et quamvis etiam hæc Congregatio Fauentina non admitteretur pro Congregatione generali, neque loco Capituli Annalis, ſed ſimpliciter pro Congregatione particulari, quæ eſſet quæſtio de nomine, imò cum congregati ſint generales, nempè Abbas generalis, viſitator generalis, & diffinitor generalis, etiam Congregatio generalis vocari deberet, quia denominatio ſumitur ſemper à nobiliori, ſed tranſeat hoc, negari tamen non poteſt quia fuerit, & ſit Congregatio diffinitorialis, cum conſtat ſolummodo ex Patribus diffinitorialibus votum actiuum in diffinitorio habentibus, qui vigore *citati §. 6. conſtit.* facultatem habent non ſolum mutandi Prælatos ex cauſa legitima, ſed etiam prouidendi de Abbatibus, & Prioribus in caſu vacationis, tam per obitum, quam alias quomodocumque. Hæc verba *d. §.* ſunt diligenter conſideranda: nam vacationis nomine ſimpliciter, intelligitur vacatio tam de iure, quam de facto, Gloſſ. *in cap. ſi propon. in verb. vacabunt. de reſcript.* Garzias *de Benefic. part.* 11. *cap.* 1. *num.* 3. & Viuian. *de iure patron. lib.* 5. *num.* 6. *& ſeq. num.* 20. *&* 115. Et

11 particula (quomodocumque) includit omnem modum vacationis, nullum excipiendo, Gloſſ. *in Clement.* 2. *verb. quomodolibet de ſent. excomm.* Curt. iun. *conſ.* 50. *num.* 428. Rebuff. *in l. creditor.* 11. *col.* 2. *ante finem de verb. ſignific.* Gratian. *c.* 486. *num.* 3. Quomodocumque enim eſt dictio vniuerſalis, & diſtributiua cuius natura eſt, vt cuilibet tribuat actum inſolidum, *l. non diſtinguimus, §. cum plures, ff. de re arbit.* Tiraquell. *de retract. conuent. §.* 1. *num.* 6. *gloſſ.* 2. *num.* 9. Quæ quidem particula oſtendit plenam, & exuberantem voluntatem diſponentis Dec. *conſ.* 137. *col.* 1. Barboſ. *de dict. diſt.* 282. & Viuian. *lib.* 13. *n.* 200. Quare Patres diffinitoriales in præfata Congregatione licitè, & validè prouidere poterant de quibuſcumque Prælaturis quomodolibet vacantibus tam per tranſlationem, quàm per liberam, & ſpontaneam ceſſionem, prout de facto per ſecretam, & Canonicam electionem prouiderunt, ad formam facultatis olim conceſſæ per Vrbanum VIII. ſub datum Romæ 21. Iunij 1644. ſicuti etiam potuiſſent prouidere de vacantibus per remotionem, deſtitutionem, & priuationem iuxt. §. 2. *cap.* 15. *Conſtit.* ſi caſus priuationis occurriſſet.

12 Nec valet dicere Patrem D. Donatum Rameriuum diffinitorem, & Abbatem Conopoli non potuiſſe ſuum proprium Monaſterium renunciare, ex diſpoſitione §. 5. *c.* 12. *Conſtit.* vbi ſic habetur, Patribus diffinitoribus in Abbates electis propria Monaſteria ſiue ad fauorem, ſiue liberè reſignare omnino prohibemus.

Nam Reſpondeo primo omnes dignitates Ec- 13
cleſiaſticas eſſe renunciabiles vt *tot. tit. de renunciat.* & diſusè probat Pariſ. *lib.* 2. *de reſignat. quæſt.* 1. & elariſſimè conſtat, quia ſi poteſt renunciari Papatus *cap.* 1. *de renunciat. in* 6. prout fecit SS. Pater Cœleſtinus V. cuius imitatores eſſe debent Patres, multo magis poterunt renunciari aliæ dignitates inferiores Peyrin. in Formular. *litt. R, cap.* 8. *num.* 8. Quilibet enim poteſt renunciare iuri, & beneficio ſibi competenti tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus. *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* Archidiac. *in c. quam periculoſum* 7. *quæſt.* 1. *num.* 4. *& in cap. denique* 6. *quæſt.* 3. *num.* 4. Alex. Menoch. Gonzal. & alij & præſertim, quod Abbates, Priores, & reliqui Prælati Regulares poſſint eorum Prælaturis renunciare, latè demonſtrat Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 1. *& ſequen.* Imò ex doctrina D. Thomæ, tutius eſt, maximè in Religioſo, qui ad veram perfectionem tendit, Prælationis officium declinare, quia difficile eſt purgatum ſe quemlibet reputare, & iuxt. Innocent. *in c. cum in iure de elect. quiſquis debet in ſe ipſo culpam agnoſcere, C. ad eius diſt.* 6. & de alio debet præſumere bonum, *cap. fin. de præſumpt.* & plura alia ad hoc congerit Marc. *quæſt.* 122. *num.* 7. *part.* 1. vt refert F. Sigiſm. *de elect. cap.* 6. *dub.* 41. *num.* 21.

Reſpondeo ſecundò per factum §. conſtit. eſſe 14
fundatum in præſumptione fraudis, quod patet ex ſubſequentibus verbis ſcilicet cum renunciationes huiuſmodi ad multiplicanda vota fieri vt plurimum compertum ſit. Sed lex ſeu ſtatutum fundatum in præſumptione non obligat in conſcientia, neque in illis caſibus in quibus deficit præſumptio *c. is qui de ſponſ. & c. tua nos eodem tit.* Ideò Patres diffinitoriales in eadem Fauentina Congregatione caſum huiuſmodi diligentius examinantes & Conſtitutionē interpretantes, decreuerunt in renunciatione dicti Patris D. Donati nullam adeſſe fraudis præſumptionem ac proinde eſſe admittendam. Præter quam quod cum noſtra conſtitutio in hac parte recedat à iure communi, ſtrictius erat intelligenda, ſtatutum enim contra ius commune, & Sac. Canones fieri non debet *c. quod ſuper. de maior. & obed.* Et quæ à iure communi exorbitant, nequaquam trahenda ſunt ad conſequentiam *reg.* 28. *de reg. iur. in* 6. Semper enim huiuſmodi ſtatutą interpretari debent, vt minus lædatur ius commune, etiam contra proprietatem verborum *c. cum dilectus de conſuet.* Roman. *conſ.* 328. *col. fin. verſ.* 3. *principaliter* Aymon. *conſ.* 197. *num.* 6. *col.* 2. *in fin.* Gratian. *cap.* 202. *num.* 10. prout præfati Patres diffinitorialiter congregati legitimam facultatem habentes tum ex iure communi, tum ex Priuilegiis Summorum Pontificum, vt docet Peyrin. *tom.* 1. *Priuil. in Conſtit. Pini* §. 4. & Lezana *tom.* 2. *c.* 12. *num.* 6. interpretarunt, & declararunt dictam Conſtitutionem non habere locum in præſenti caſu valdè diuerſo ab ipſis conſtitutionibus.

Et quod caſus ſit diuerſus patet ex eo, quia li- 15
cet dictus Pater D. Donatus de anno 1657. tunc abſens Romæ per Reu. Patrem Abbatem generalem, & duos diffinitores fuerit electus in Abbatem Ordinum Monaſterij ſanctæ Mainlanæ

de

de Conopolo, attamen huic suæ electioni nunquam ipse consensit, & ideò absque alia renunciatione, intrabat dispositio *cap. si tibi absenti de præben. in 6.* Nam per silentium dicti electi, qui tempore à iure statuto non consensit electioni, ipso iure vacat Monasterium *c. quam sit. §. cæterum de elect. in 6.* Gonzal. *gloss. 15. num. 51.* Massobr. *in prax. habend. concurs. requis. 1. dub. 1. n. 11.* & tanto magis quia neque possessionē vnquam adeptus est, ac perinde dictum Monasterium vacabat etiam de facto; nam pro derelicto habebatur, quia per maiorem partem, cum damno, & periculo non pauco, fuit sine pastore *cap. 2. & 3. de cleric. non resident.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 6. quæst. 1. & 2.* Constitutio autem nostra non loquitur in casu electionis non completæ per consensum, neque de Monasterio nunquam possesso, sed de Abbate electo qui consensum præstitit, & de proprio Monasterio quod legitimè administratur, & possidetur; nulla enim alia proprietas Monasterij dari in Prælato Regulari, nisi simplicis administrationis ad nutum tamen superioris amouibilis.

16 Neque valet dicere huiusmodi cessiones, & renunciationes Abbatum & Priorum inter Cœlestinos debere fieri solummodo in Capitulis aut Generalibus, aut Annalibus ex nostris *constit. §. 6. cap. 12.* non autem in particularibus Congregationibus diffinitorialibus in quibus huiusmodi cessiones acceptari, & admitti non possunt.

17 Nam respondeo primò liberas, & spontaneas resignationes Ecclesiasticas Monasteriorū, & Beneficiorum de iure communi fieri debere coram Superiore ordinario, vt probat Text. *in c. admonet de renunciat. & cap. 1. de rerum permut. in 6. & in Clement. multorum de pœn.* Io. Franc. Leo *in Thesaur. For. Eccles. part. 2. cap. 3. num. 66.* Rebuff. *in prax. Benefic de pacif. poss. num. 104.* Fust. Azor. Gonzal. Vgolin. Flamin. Vlp. & communiter omnes. Et coram Prælato, qui habet ius conferendi, instituendi, & amouendi Barbos. *de off. Episc. part. 3. allegat. 69. num. 1. & 4.* Prælatus enim vel superior, qui habet potestatem conferendi & amouendi beneficiatos habet etiam auctoritatem renunciationes approbandi, & acceptandi ex Gloss. *in d. c. admonet*, & ibi Panormit. & Azor. *loc. cit. cap. 19. quæst. 7.* Innocent. *in cap. quod in dubiis, num. 3. vers. nisi de renunciat.* & ibi Abb.

18 & Peyrin. *in Formul. litt. R, cap. 8. num. 5.* Et quod renunciationes, quæ fiunt per Abbates, & Priores Regulares fieri debeant in manibus eorum Generalis, vel diffinitoris docet Tamburin *in citat. disp. 13. quæst. 5. num. 3.* ex Gloss. *in Clement. 1. in verb. in manibus de renunciat.* quam singularem esse dicit Card. *ibidem, quæst. 7.* Et ratio est, quia si Pater Generalis cum duobus saltem Prioribus de diffinitorio potest suos Abbates, & Priores ob crimina, & demerita deponere & priuare, ergò à fortiori poterit etiam eorum spontaneas resignationes ex legitima causa acceptare Azor *citat. cap. 25. quæst. 9.* non enim est maior ratio de vno, quàm de alio casu, nam quod potest facere in inuitum, poterit etiam in volentem, imò quodcumque officium resignari debet coram concedente ex *l. legatus, ff. de offic. præsid.* quod est singulare, vt dicit Roman. *sing. 348.* Rebuff. *de resignat. express. num. 14.* Et vt resignatio sit legitima, necessario fieri debet in manibus Superioris, ad quem spectat institutio illius dignitatis, vel officij, cui renunciatur ex *d. c. admonet*, & Lezana *in Consil. consult. 20. n. 7.* Quod in Religione de nullo alio nisi de Generali verificari potest.

Respondeo secundò Constitutiones Religionis neque loco supracitato, neque alibi prohibere expresè huiusmodi cessiones fieri in Congregationibus diffinitorialibus in manibus Abbatis Generalis & Patrum diffinitorum, & ab ipsis non posse examinari, approbari, & admitti prout iura *supra* allegata decernunt, illud enim quod per Constitutiones expresè prohibitum esse non reperitur, censetur concessum, *l. nec non, §. quod eius, ff. ex quibus caus.* & tanto magis, quia ista concessio est conformis iuri communi, Sacris Canonibus, & ipsismet Constitutionibus Cœlestinis, vt probatum est *supra.* 19

Respondeo tertiò præfatas Constitutiones determinasse solummodo pro duobus temporibus scilicet tempore Capituli Generalis, & tempore Capituli annalis, in quibus si fieri contingat extra tempus Capituli annalis, nihil determinarunt. Quare in hoc euentu recurrendum erit ad dispositionem iuris communis. Nam casus omissus à statuto, vel Constitutione regulari debet secundum ius commune *l. commodissimè, de lib. & posthum. l. si cum dotem, ff. solut. matrim. l. extraneus, de condit. ob caus.* Gratian. *cap. 318. n. 4.* Imò vnum statutum ab alio regulatur, vt correctio euitetur, *l. si seruus plurium in fin. ff. de legib.* 1. Decian. *cons. 308. num. 1.* Honded. *cons. 9. num. 17. lib. 1.* & Gratian. *cap. 536. num. 10.* Et sic Patres *vt supra*, diffinitorialiter congregati doctissimè, & prudentissimè hunc casum declararunt distinguendo tempora, & concordando loco, ne Constitutio videretur sibi ipsi contraria, sed totaliter iuri communi, & Sac. Canon. consona: huiusmodi enim declaratio non inducit nouum ius, quod etiam ab ipsis condi poterat, sed quid status sit ostendit, *c. cum tu. de vsur. c per tuas de donat.* vbi Gloss. *l. vnum ex familia §. si de falcidia ff. de legibus* 2. 20

Respondeo quartò plus continere in se, quod est minus *reg. 35. de regul. iur. in 6.* Et cui licet, quod est plus, licebit quoque quod est minus *reg. 53. eodem tit.* sed Reuerendissimo Abbati generali cum Patribus diffinitorialibus vnius Quarterij, *vt supra*, visum est licet prouidere de Abbatibus, & Prioribus quomodocumque vacantibus, & potest instituere, & priuare, quod est plus. Ergo licebit etiam quascumque cessiones, & spontaneas renunciationes approbare, & admittere quod est minus; alioquin facultas per dictas Constitutiones eidem tributa prouidendi de Prælaturis quomodocumque vacātibus esset frustratoria, & Constitutio delusoria, quod nullo modo est dicendum. Quod autem minus sit renunciationem Ecclesiæ seu Monasterij approbare, quam ipsam Ecclesiam conferre, patet ex renunciatione Beneficij Sedi Apostolicæ reseruati. Nam huiusmodi beneficium potest coram ordinario simpliciter, & liberè resignari; non tamen ab ipso ordinario potest conferri cum sit reseruatum Azor. *citat. cap. 25. quæst. 9.* Similiter licet Collegium Canonicorum in Ecclesia viduata, nequeat conferre beneficia, quorum conferendorum ius, & potestas ad solum pertinebat Episcopum quod est mains approbare tamen potest renunciationem Beneficij scilicet, quod fit iustis de causis, &c. quod est minus Panorm. *in c. cum olim de maiorit. & obed.* & Azor. *cap. 19. quæst. 7.* 21

Tandem respondeo præfatam Fauentinam Congregationem fuisse celebratam, & habitam loco Capituli annalis, quod die 10. præsentis mensis Maij celebrandum erat vt dictum est *suprà*, Ergo ad amussim seruata est littera Textus 22

Constitutionis, quæ cum alio meliori modo seruari non poterat, stante legitimo impedimento, & impossibilitate congregandi Capitulum Generale, aut annale, vel conuocandi reliquos Patres Diffinitoriales, qui de Regno exire nequibant. Acta omnia valebunt tanquam facta eo modo quo potuit, ad impossibile enim verò nemo tenetur, & necessitas non habet legem *cap. sicut de consec. distinct. 5. l. vni, ff. de offic. consul.* & ipsa necessitate vrgente multa licent, quæ alias non licerent, si necessitas non adesset *cap. discipulos de consec. distinct. 5.* Igitur acta sunt legitima, quia vbi erunt, duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum dicit Dominus.

Sic igitur probabiliter cum iuribus & Doctoribus allegatis respondi ad tollendos quoscunque scrupulos. Et pro tuenda validitate Actorum dictæ Fauentinæ Congregationis hic propria manu me subscripsi.

DISCEPT. CCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Legatum non est conditionale, & quando licèt tale videatur.*
3 *Conditio dilationis in tempus quando faciat actum conditionalem.*
4 *Diei appositio in legato, quando conditionem faciat.*
5 *Legatum pro se, & hæredibus suis quando vadat ad hæredes.*
6 *Treutleri* consil. 48. *adducitur.*
7 *Carpzouij* decis. 89. *adducitur.*
8 *Modus, vel conditio adiecta ad fauorem legatarij, facit actum purum.*
9 *Legatum pro dote quandonam debeatur, & quando transmittatur.*
10 *Dispositio cum modo, vel onere quando dicatur conditionalis.*
11 *Legatum relictum Clerico, si fiat Sacerdos, an transmittatur, si per casum, non fiat Sacerdos.*
12 *Legatum relictum sub conditione non semper est conditionale.*
13 *Res certa, vel incerta quando conditionem faciat.*
14 *Thomingij* decisio 17. *adducitur ad propositum.*
15 *Vuij* decisio 484. *adducitur.*
16 *Legatum pro dote quando sit purum, & quando conditionale.*

ARGVMENTVM.

Legatum quando dicatur purum, quando conditionale, & verba conditionem quando importent, an quando adiiciuntur substantiæ legati, an quando exequutioni, & an impediatur transmissio ad hæredem legatarij, & si fiat legatum Clerico, vt fiat Sacerdos, si ob casum non fiat, transmittitur ad hæredem, & an legatum pro dote sit purum, vel conditionale si à Patre, vel ab extraneo fiat.

CVM Nuntius Gargiulus reliquerit Antoniæ filiæ legatum dotis, cum nupserit, vel legitimæ ætatis facta fuerit, & mortua Antonia ante mortem Nuntij, fuit quæsitum an transmittatur legatum ad hæredem Antoniæ; Respondi ego cum Iacobo Coten Senatore Olandiæ, & Frisiæ Assessore doctissimo *in consilio* 28. transmitti ad hæredem. 1

Probatur, quia legatum relictum sub conditione, de qua in præsenti si moriens legatarius, transmittitur ad hæredes eiusdem legatarij, quia primo loco fuit simpliciter, & purè legatum, deinde distulit solutionem in illud tempus, quo vel nupserit, vel legitimæ ætatis facta fuerit, quo casu legatum, non conditionem, sed diem, & dilationem petitionis continere respondit I. C. *in l. ex his 5. Cod. quando dies legati cedat*, ibi: Lego filiæ meæ centum, quæ accipere debebit, cum ad legitimum statum peruenerit, non conditio legati inserta, sed petitio in tempore legitimæ ætatis, dilata videtur, & ideò si filia die legati cedente, vita functa est, ad hæredem suum actionem transmittit, vnde apparet tempus certæ ætatis, non semper habere naturam diei incertæ, sed tunc demum cum adiicitur substantiæ legati, secus verò si adiiciatur præstationi, & sic ex *dict. l. ex his*, colligunt Doctores cum Bartolo, Paulo, & Baldo *in dict. l. ex his*, Vasquio *lib. 3. de succes. §. 29. num. 2.* Fabro *in suo Cod. tit. de conditionibus insertis defin. 9.* Bartolo *in l. quibus diebus, § quidam Titio, ff. de condit. & demonstrat.* & in his terminis bene Mantica *lib. 11. de coniecturis, tit. 18. num. 21.* qui ait, quod cum legatum est purum, & solutio differtur in tempus, quod omnino venturum est, si vixerit legatarius, tunc est locus transmissioni, quæ distractio firmatur in Papiniani responso *in l. Firmio, §. 1. ff. quando dies legati cedat*, vbi proposito casu, quod testator ab hæredibus suis alumnæ centum dari voluerit, ita vt intra annum 25. trientes tantum vsuras perciperet alumna post eam venientem sortem ipsam, alumnum verò intra eam ætatem diem obierit, respondit I. C. transmissum ad hæredem alumni legatum fuisse, & certam ætatem sorti soluendæ præstituram videri, non purè relicto fideicommisso, conditionem insertam, & quamvis absurdum videri possit tempus certæ ætatis aliquando haberi pro die incerta, aliquando verò pro certa, & sic non semper eiusdem esse naturæ, si tamen res bene inspiciatur, atque attendatur testator ex diuerso respectu, atque mente tempus certæ ætatis legatis suis adiicere posse, sic aliquando ea mente omnino velint, legatum ab hæredibus suis præstari, illud tamen à legatario ante certam ætatem recipi nolint, aliquando verò eo animo, vt legatum ab hærede præstari nolint, nisi legatarius ad certam ætatem peruenerit, certè minimè absonum, iuris autem alienum videri debet, si priori casu certæ ætatis, dicimus tantum inducere diem, & prorogationem solutionis, atque haberi pro die certo, altero verò casu certæ ætatis adiectionem inducere conditionem, & haberi pro incerta, vt habetur *in l. Seius Saturninus 46. in fine, ff. ad Trebell.* per illa verba scilicet si tempus solutionis prorogando, tutelam 2 3 4

magis

magis hæredi feudatario permisisse, quam incertam diem fideicommisso constituisse videatur, quibus verbis apparet certæ ætatis adiectionem, & certæ diei, aut prorogationis solutionis naturam, & diei incertæ, sive conditionis vim habere posse, quod aliquando discernitur ex filo, & contextu orationis, scilicet ex eo quod aut legati substantiæ, aut præstationi adiicitur ex *dict. l. ex his*, aliquando verò pro die certa habetur ex præsumpta voluntate testatoris, Bartolus *in dict. leg. Seius Saturninus*, quæ præsumptio facilè inducitur propter charitatem personæ legatarij, quare cum in præsenti certam ætatem fuisse adiectam irrevocabili præstationi, sive non ademptioni hæreditatis, vt bene Coten *vbi suprà*, & Crassus *in §. legatum, quæst.* 43. Mantica *lib.* 18. *tit.* 11. *n.* 21.

5 Probatur secundò, quia si testator dicat lego Titio pro se, & hæredibus suis, & Titius moriatur ante testatorem, quæstio est, an legatum debeatur hæredibus Titij, quia mortuo legatario ante testatorem fit legatum caducum, nec hæredibus legatarij debeatur, nec ordine successiuo, quasi substitutus vocari videtur, quia illa verba pro se, & hæredibus nihil disponunt, in personam hæredum, licèt in causa legato adiecta eorum mentio facta sit, quia illa clausula *pro se, & hæredibus* est accessoria. Principalis enim dispositio consistit in his verbis, lego Titio, lego Sempronio, & clausula *pro se & hæredibus* respicit executionem, & effectum legati, & talia verba (*pro se, & hæredibus*) sunt superflua, & de stylo notariorum apposita, quia tacitè inest legato, vt res sui natura sit transitoria ad hæredes legatarij tam suos, quàm extraneos, Menochius *lib.* 4. *præs.* 130. expressio autem eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, *l.* 3. *ff. de leg.* 1. & sic iudicatum refert Griuella *decis.* 181. *numero* 45. 46. 47. 48. & 67. & Parisiis decisum refert Renatus Coppinus *de moribus Parisiensibus*, *lib.* 3. *num.* 101. Ludouicus Charonda *in memorabilibus*, *in verbo*, *Donatione*, Mantica *lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 9. Vasquius *lib.* 2. §. 2. *parte tertia*, *requisito* 29. *num.* 123. & 125. Gerardus Maynardus *lib.* 5. *decis.* 91. Mornacius *in l. si pactum*, *ff. de probat.* & *in l.* 3. *Cod. pro socio*, Lardei *lib.* 4. *tit.* 2. *defin.* 9.

6 Probatur tertiò, ex Treutlero *consil.* 48. vbi agit de legato inductiuo virginitatis seruandæ à tali tempore, & dicit esse legatum purum, &c. & Benedictus Carpzouius *decis. Saxoniæ*, *part.* 2. *decis.* 153. *per totam*, ait legatum ad hæredes legatarij transmitti, quamvis præstatio, & solutio certa conditione sit qualificata, vel in diem certam suspensa, & ita per Senatum Saxoniæ decisum, de anno 1648. & iterum decisum per Scabinos Lypsienses, & per facultatem iuridicam Lipsiensium, & cum fuisset factum legatum à quodam alicui, vt assumeret Religionem Pontificiam, quia hæreticus erat Saxonus, fuit dictum deberi legatum, etiamsi non assumeret talem Religionem, quia erat contra Religionem legatarij, vt decisum refert Carpzouius *decis.* 89. vnde ait legatum deberi etiamsi non adimple-
7 uerit conditionem *dict. decis.* 89. *parte prima*, sic Andreas Raubaclerus *quæst. iuris ciuilis Saxonici*, *quæst.* 38. *per totam*, quærit an legatum filiabus pro dote relictum, transmittatur ante mortem puellarum, &c. conditio in legato apposita in augmentum illarum, faciat actum conditionalem, vel purum, de qua re Dominus Consiliarius Roccus *responso* 26. *tom.* 2. ait, quod si verba importantia conditionem apponuntur substantiæ legati faciunt actum conditionalem, secus si apponantur executioni, ex Hottomano *consilio* 78. Baldo *consil.* 249. *volum.* 4. Grammatico *decis.* 59. *num.* 51. Ratio est, quia vbicunque modus, seu 8
conditio adiecta legato respicit fauorem, seu commodum legatarij, talis dispositio est pura, *l. Titio centum*, *ff. de condit. & demonstrat.* sed legatum pro dote respicit fauorem ipsius legatarij, cui relictum est, cum dicatur causa fauorabilis, & pia, *l. prima*, *ff. soluto matrimonio*, *leg. cum his*, §. *si in ea opinione*, *ff. de condit. indebiti*: ergo non inspecta causa inserta affirmandum legatum esse purum, ex notatis à Riccio *collect.* 1568. & à Consiliario Rocco *notabili* 282. *num.* 2. sequitur Petrus Ostermandus *disputationum iuris*, *tom.* 2. *disputatione* 15. *de legatis*, *à num.* 78. *cum seqq.* Antonellus *de tempore*, *lib.* 4. *cap.* 16. *à num.* 15. *cum sequentibus*, Radenaschus *consil.* 50. Conciolus *allegat.* 25. vbi latè agit an legatum sit conditionale pro dote, & Gratianus *cap.* 275. *à n.* 21. ibi non obstant alia, quæ adducuntur de huius- 9
modi legato pro dote, quod non fuerit transmissum, cum legataria decesserit ante nuptias, quasi illud non esset debitum ante dictum tempus, Romanus *consil.* 134. *colum.* 2. *num.* 2. Cardinalis Mantica *lib.* 11. *de coniecturis*, *tit.* 8. *num.* 21. quia tale legatum factum ab extraneo non esset conditionale, sed purum, & transmittitur, quando dicta verba pro dote non essent adiecta substantiæ legati, sed executioni, & illius præstationi, Baldus *consilio* 286. *lib.* 3. Crauetta *consilio* 102. Gratianus *vbi suprà*, & quòd tale legatum sit purum, & ad hæredes transmittatur mortua legataria ante annum destinatum tradit Regens Cacacius relatus à Regente de Marinis *tom.* 5. *in allegat.* 81. *à n.* 132. *fol.* 701. & *in eadem allegatione*, *à n.* 162.

Probatur quartò, quia post hæreditatem adi- 10
tam, vel datum emolumentum imponitur onus, ergo non est conditionalis talis dispositio, sed cum modo, vel onere, & dispositio sub modo, vel onere, ita se habet, quod licèt modus adiectus legato deficiat per casum fortuitum, tamen legatum debetur, *leg. si fundus per fideicommissum*, §. *primo*, *ff. de leg.* 1. *l. Pater* 38. §. *Tusculanus*, *ff. de leg.* 2. ad Textum *in l. Titio centum*, §. *Titio genero*, *ff. de condit. & demonstrat.* Mantica *lib.* 11. *tit.* 22. *de coniecturis*, *num.* 9. & *sequentibus*, & licèt legatum pro dote puellæ factum sit conditionale, ex *leg. sancimus*, *la prima*, *Cod. de nuptiis*, cum aliis apud de Marinis *tomo primo*, *cap.* 246. *numero quarto*, tamen procedit eo modo, quo *suprà*, vbi scilicet conditio sit apposita substantiæ legati, vel exequutioni, Regens de Marinis *dicto cap.* 246. *num.* 8. & 9. Noalis *casu* 17. *num.* 45. & *seq.* & *dict. casu* 17. *num.* 39. Grammaticus *consil. ciuili* 147. *per totum*; sic legatum relictum alicui Clerico sub 11
conditione, quòd efficiatur Sacerdos, transmittitur ad hæredem Clerici, si impedimento factus non fuerit Sacerdos, putà si mortuus fuerit, vel cæcus factus, &c. vt ad Sacerdotium non ascenderit, Nouarius *libro primo*, *quæst. forens. quæstione* 40. Azeuedus *consilio* 22. cum quo Riccius *decisio* 264. *parte secunda*, vbi ait, quòd legatum transmittitur ad hæredes legatarij, licèt ipse moriatur ante implementum temporis constituti, ad petendum illud, Nouarius *d. lib.* 1. *q.* 40. *per totam.*

Hinc Thesaurus *lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 68. 12
ait quòd si legatum sit relictum sub conditione

non ſemper eſt conditionale, ſed interdum ſub incerto tempore fuit relictum, & quærit an tranſmittatur concludens pro affirmatiua, idem Theſaurus *lib. 1. quæſt. 68. num. 11.* ibi, vel cum ad legitimam ætatem peruenerit, vel cum hæreditatem capiet hæres, & tunc legatum capiet, quia purum, & tranſmittitur ad hæredes; ſic Morotius *conſ. 2. 3. & 6.* loquitur de legato relicto ſub conditione, vel pro nuptiis, &c. & an ad hæredes tranſmittatur latiſſimè.

Legatum verò relictum ſub die incerta, non ſolum in quando, ſed etiam in ſubſtantia ſcilicet *(an)* viuo legatario eſſet euenturus dies, eſt ſanè incertum, ideoque ſi legatarius præmoriatur antequam dies veniat, non tranſmittitur ad hæredem legatarij, vnde ſi certum ſit diem ceſſurum, viuente legatario, licèt incertum ſit, quando ſit ceſſurus, legatum eſt purum, & debet incipere à morte Teſtatoris, *l. hæres meus 79. in principio, ff.*
13 *de condition. & demonſtr.* & ſi incertum ſit non ſolum quando, ſed an viuo legatario dies venturus ſit, tunc dies incertus conditionis loco habetur, vt ſi Teſtator dicat, lego Titio centum (cum morietur hæres meus) quamvis enim hæredem moriturum certum ſit, tamen eſt incertum vter ſit prior moriturus hæres, an Titius: ſi enim prior morietur hæres, verum eſt hæredem hæredis, ſtatim teneri legatario, & ſi prior moriatur legatarius hæres, à quo legatum relictum eſt, non tenetur hæredi legatarij, *d. l. ſi hæres meus 77. §. 1.* vnde Senatus Friſiæ apud Sandè *lib. 4. tit. 4. defin. 13.* ait legatum taliter factum, lego Titiæ poſt mortem Seiæ vſufructuariæ, & ex vſufructu hæredi inſtitutæ quadringentos carolenos, ait eſſe legatum conditionale, & factum inutile, quia Titius ante Seiam è viuis deceſſerit, ergo non tranſmiſſum ad hæredes Titiæ legatariæ.

14 Infertur ex his, quòd ſi Teſtator relinquat ex certo loco fructus annuos, tale legatum non afficit fundum, nec res comitatur poſſeſſorem, ſed oritur ex ea ſimplex obligatio perſonalis ex *l. finali, §. fin. ff. de contrah. empt.* Iacobus Thomingius *deciſ. 17. per totam*, & Vinius *deciſ. 484. lib. 3.*
15 refert, quòd Titius in teſtamento Lucretiæ legauit fundum ad vitam tantum, & quòd poſt eius mortem daretur Syluiæ eiuſdem Lucretiæ filiæ pro ea dotanda, ac matrimonio copulanda, mortua Lucretia, Syluia legatum habuit, & poſſedit dicta bona, ſed poſtea mortua fuit ſine matrimonio, deciſum fuit tranſmitti legatum ad hæredem Syluiæ, quia erat legatum ſub modo; nam verba illa pro maritanda, &c. ſunt appoſita non in ſubſtantia legati, ſed in executione, & ſic dicitur le-
16 gatum purum, & per hoc dicunt DD. an legatum à Patre filiæ factum pro dote ſit conditionale, an purum quidam dicunt in Patre eſſe purum in extraneo conditionale, alij dicunt eſſe purum in eo, quod eſt in legitima, ſecus in eo, quod extra, in extraneo ſemper conditionale, alij dicunt, quòd ſi verba ſint appoſita in diſpoſitione ſit conditionale, ſed in exequutione ſit purum, legatur Gaſpar Theſaurus *lib. 1. quæſt. 43. &c.*

Prout in ſimili in legato dotis per Patrem filiæ factum, ſic dixi *alibi.*

DISCEPT. CCCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Conditio an inducatur per illa verba cum nupſerit.*
3 *Legatum factum à patre filiæ pro dote eſt purum.*
4 *Legitima, ſiue paragium debetur mortuo patre ſtatim.*
5 *Legitimæ exceſſus, etiam debetur ſtatim mortuo patre.*
6 *Solutioni an ſubſtantiæ legati quando dicatur appoſita dies nuptiarum.*
7 *Legatum de quo in præſenti eſt purum.*
8 *Collatio qualiter fiat.*

IN IVRE
PRO
Magdalena Camerlingo.

Act. Mag.

CONDITO teſtamento, per quondam 1
Horatium Camerlingo in quo inſtituit hæredes vniuerſales, Thomam, & Cæſarem Camerlingo eius filios *fol. 9.* & 10. legauit Annæ Camerlingo eius filiæ, ducatos 4000. pro eius dote *fol. 12.* & à terg. & alios ducatos 4000. reliquit Magdalenæ Camerlingo, ſimiliter eius filiæ, pro eius dote, ſoluendos tempore eius maritagij *fol. 13.* à ter. & 14.

Cùm nuptui tradita eſſet dicta Anna Vincentio Borrello à dictis eius fratribus, & hæredibus dicti quond. Horatij, aſſignati fuerunt dictis coniugibus dicti duc. 4000. videlicet, pro ducat. 1804. duæ domus, pro aliis ducat. 200. annui ducat. 14. debiti ab Horatio, & Anello Aruenio, *fol. 34.* & pro aliis duc. 1960. pro complemento dictarum dotium, quædam pars Ruris modiorum 270. remanſi in hæreditate dicti quon. Horatij *fol. 31.*

Mortuo dicto Cæſare abinteſtato, & abſque filiis, ſuperſtite Thoma eius fratre, & hærede, qui cum feciſſet teſtamentum inſtituit hæredes vniuerſales, dictas Magdalenam, & Annam, cui ante partem legauit dotem duc. 4000. quond. Catherinæ Columbæ matris, ipſorum de Camerlingo *fol. 5.* vigore cuius teſtamenti, dicta Magdalena, citra tamen præiudicium, tam dicti legati ducatorum 4000. ei facti à dicto quondam Horatio eius patre, quam legitimæ, ſeu paragij ei debiti, in bonis dictæ quondam Catharinæ eius matris, & medietatis bonorum antiquorum, remanſorum in hæreditate dicti quond. Thomæ eius fratris, vltimi morientis abſque filiis, adiuit hæreditatem dicti quondam Thomæ pro medietate, cum beneficio legis, & inuentarij *fol. 30.* & ...

Cum nuptui tradere vellet dictam Annam, vt virum condignum ſuæ qualitatis inueniat, inſtitit in S. C. non ſolùm de bonis remanſis in hæreditate dicti quondam Horatij eius patris, ei aſſignari ante partem, dictos duc. 4000. pro eius dote, vna cum intereſſe à die mortis patris, verum etiam declarari ſpectauiſſe, & ſpectare ei, in bonis dictæ q. Catherinæ Columbæ eius matris legitimam, ſeu paragium, vnà cum fructibus à die mortis dictæ quond. Catherinæ matris, & medietatem bonorum antiquorum, remanſorum in hæreditate dicti quondam Thomæ, vna ſimiliter cum fructibus, ſeu intereſſe, à die mortis dicti Thomæ, de quibus bonis anti-

quis,

quis, dictus Thomas disposuit in beneficium dictæ Annæ tantum *fol.* 1. & 2.

Dato termino, super prædictis *fol.* 20. quia pro parte dictæ Annæ fuit oppositа exceptio compromissi dicto *fol.* 20. in calce, ideò sub die 22. Ianuarij 1653. fuit dictum, quòd quoad petita per Magdalenam Camerlingo, vigore testamenti quondam Horatij patris, procedatur in Sacr. Consil. non obstante petito compromisso, pro parte Annæ, quò verò ad alia contenta in supplicatione, & comparitione pro parte dictæ Magdalenæ, moneantur partes, ad audiendam relationem, faciendam in S.C. *fol.* 28. intendens dicta Magdalena pro nunc prosequi dictum iudicium, pro recuperatione dicti legati; ducatorum 4000. eius dotis; sub die vltimo Ianuarij 1653. fuit dictum, quòd terminus alias datus currat respectu dicti legati ducatorum 4000. tantum, *fol.* 28. à terg. qui terminus, iam est compilatus, cum procuratore constituto à dictis coniugibus, vt ex *fol.* 29.

His sic positis, certum est, legatum prædictum ducatorum 4000. factum ab Horatio Camerlingo, Magdalenæ eius filiæ pro eius dote soluendum tempore nuptiarum, esse purum, & non conditionale, & proinde deberi dictæ Magdalenæ, vna cum fructibus, seu interesse, à die mortis patris, etiam nuptiis non contractis, ex infrascriptis.

2 Et primò, quod verbum illud, *cum nupserit* (quando importaret conditionem) censetur oppositum fauore Thomæ, & Cæsaris Camerlingo, filiorum, & hæredum dicti quond. Horatij, vt in propriis terminis fundat Io. Baptista Laderchius *in consil.* 27. *sub n.* 8. *versic. tertio respondeo*, ibi, *hanc clausulam hodie nihil operari, vt quæ addita erat in gratiam filiorum masculorum, quos instituit, sperans eos se suscepturos, qui cum nati non sunt, non operatur effectum*, & sic, si dictus Horatius non habuisset dictos filios masculos, aut instituisset hæredes vniuersales ipsas Annam, & Magdalenem, aut vnicuique ipsarum reliquisset dictos ducatos 4000. pro earum dotibus de paragio, absque dicta clausula, seu conditione *cum nupserit*; vndè decedentibus dictis filiis masculis, & hæredibus absque filiis; institutis hæredibus vniuersalibus ipsis Anna, & Magdalena sororibus, clausula illa soluendi dictum legatum *cum nupserit*, aut censetur extincta, & caducata, aut remissa, dum eisdem Thomas, ad beneficium cuius videtur fuisse appositam dictam clausulam, seu conditionem, *instituit eandem Magdalenam hæredem vniuersalem pro medietate.*

3 Secundò, quando prædicta non militarent, dicitur quòd legatum factum à patre filiæ pro eius dote de paragio, dicitur purum, & non conditionale, & statim mortuo patre debetur, Bald. *in l. sancimus, num.* 1. *C. de nuptiis* Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de conditionibus, & demonstration.* Petrus Gregor. *in tract. de dote, & paragio quæst.* 2. *num.* 9. Graff. *in §. legatum quæst.* 48. *num.* 6. Anton. Faber *lib.* 6. *tit. de conditionibus insertis definitione* 9. *in suo Cod.* Anchar. *cons.* 232. & 323. Alexand. *in consil.* 55. *num.* 10. *volum.* 2. Io. Baptista Laderchius *in cons.* 25. *num.* 8. & 9. ratio est, quia legatum prædictum succedit in locum legitimæ, seu paragij, quod de iure communi, & Regni debetur filiæ, Petrus Gregor. *in dict. tract. quæst.* 2. Burs. *in cons.* 32. *n.* 65. Camill. Borell. *in cons.* 22. *n.* 7. Paulus Fusc. *in singul.* 130. *litt. D.* de magis communi opinione Decian. *respons.* 46. *num.* 20. 30. & 40. *volum.* 3. Becc. *cons.* 112. *num.* 9. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 111. *n.* 11. Grammat. *decis.* 57. *num.* 24. Boer. *decision.* 62. *n.* 6. Præs. de Franch. *decis.* 618. *vers. an hoc paragium*, Reg. Sanfel. *dec.* 27. *num.* 11.

Quæ legitima, seu paragium debetur statim 4
mortuo patre, *l.* 1. §. *puberi, ff. de collat. bonorum* Crass. *in §. legitima, quæst.* 12. *num.* 1. absque onere, seu conditione aliqua, *l. quoniam in prioribus, l. scimus, §. cum autem, C. de inofficioso testamento*, & imposita aliqua conditione, ipso iure reiicitur, ita ex iuribus prædictis tenet Io. Andr. *in constit. in aliquibus, num.* 20. Ant. Gomez *de successione contra testamentum, cap.* 11. *num.* 25. *vers. item extendo*, Vrsill. ad Afflictum *in dec.* 161. *in fin.* Boer. *in dec.* 87. *num.* 10. adeò quòd si filia decedit ante nubilem ætatem, paragium ipsius transmittitur ad eius hæredes, Molfes. *ad Consuet. Neapolit. part.* 4. *quæst.* 15. *num.* 6. Mormil. *in Constit. in aliquibus, num.* 21. & 35. & secundum hanc opinionem refert fuisse decisum per S. C. Præs. de Franch. *dec.* 618.

Et hoc procedit, tam in ea quantitate quæ est 5
vsque ad legitimam, quàm in eo quòd excedit legitimam, ne idem legatum dotis diuersimodè debeatur Bart. *in d. l. Titio centum, §. Titio genero, num.* 4. *ff. de condit. & demonstrat. & ibi* Paul. de Castr. per Text. *in l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. & in l. eum quod ædes, ff. de vsucapionibus*, Matheac. *in tract. de legatis, & fideicommissis, lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 24. Lanar. *cons.* 10. *num.* 1. Et licet nonnulli DD. & præcipuè Bald. *in cons.* 286. *num.* 4. *vol.* 3. tenuerunt, hoc procedere in simplici legato dotis, non autem in legato soluendo *cum nupserit*, tamen etiam in legato soluendo cum nupserit, militat doctrina Bart. *in d. §. Titio genero.* quia si in simplici legato dotis, illa clausula, seu conditio *cum nupserit* subintelligitur, *l. stipulationem* 22. *ff. de iur. dotium, l. in rebus* 18. *§. si re eodem titulo*, & sic expressio illius, quòd inest nihil operatur, *l.* 3. *de legat.* 1. ergo eadem est iuris dispositio, *l. illud* 32. *ff. ad leg. Aquil.* & ita ex iuribus prædictis, contra Bald. & alios fundat Soccin. Sen. omnino videndus in *cons.* 92. *num.* 8. *vol.* 1. Soccin. iun. *in cons.* 164. *num.* 19. *vol.* 1. Ruin. *in cons.* 53. *n.* 12. *vol.* 2. Paris. *in cons.* 25. *num.* 58. *lib.* 2. Turret. *in cons.* 75. *num.* 6. *cum seq.* Laurus de Palatiis *in tract. quòd stantibus masculis, part.* 3. *num.* 22. de communi opinione Couar. *de testamentis, cap.* 3. *num.* 11. *vers.* 8. Menoch. *de præsumpt. præsumpt.* 146. *n.* 33. *lib.* 4. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 23. *ex num.* 10. *vsque ad* 17. qui omnes *DD.* hinc inde adducit, & tandem respondendo contrariis, concludit opinionem Bart. esse veram, & ita decisum refert Mastril. *dec.* 78. *part.* 1.

Eò magis, dùm tempus nuptiarum est adie- 6
ctum solutioni, non autem substantiæ legati, ibi, *verum volendo se maritare, in tali casu vole, & lascia, che al tempo del suo maritaggio, se li diano docat.* 4000. *fol.* 14. *litt. A.* in quo casu, verba illa *cum nupserit*, potiùs denotant monitionem, quam conditionem, & sic totum legatum dotis dicitur purum, etiam in eo quòd excedit legitimam, de iure filiæ debitam, hanc opinionem, vltra Socin. & alios supra citatos, tenuerunt eisdem, Bald. *in d. cons.* 286. *sub num.* 4. *vers. secundum autem themata*, ibi, *vestrum tempus fuit insertum solutioni, non autem substantiæ legati*, & ideò fuit facta transmissio, Io. Baptista Laderchius *in d. cons.* 27. *num.* 8. *vers. quintus casus,*

Cauetta,

Crauetta *conſ.* 101. Honded. *in conſ.* 53. *n.* 32. *lib.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 37. *num.* 26. & ſecundum hanc opinionem deciſum refert Viuius *in dec.* 484. *num.* 6. *lib.* 3.

7 Tertiò, dicitur quod legatum prædictum eſt purum, & non conditionale, etiam in eo quòd excedit legitimam, quia teſtator dixit, quòd relinquebat dictos ducatos 4000. dictæ Magdalenæ eius filiæ, pro omni, & toto eo, quod ipſa prætendere poſſit ab eius bonis, & hæreditate, etiam pro dotibus maternis, tunc videtur velle, quòd illa quantitas legata tota habeat naturam legitimæ, & pro legitima habeatur, & in eius locum ſubrogatur, argumento Text. *in l. ſi eum*, §. *qui iniuriam*, *ff. ſi quis cautioni*, ita in propriis terminis conſuluit Anchar. *conſ.* 232. *in principio*, Socin. iun. *in conſ.* 134. *num.* 16. *vol.* 1. Berous *in conſ.* 155. *num.* 44. *vol.* 4. Rimin. iun. *in conſ.* 167. *n.* 14. Grammat. *in conſ.* 67. *num.* 10. & 11. Menoch. *in conſ.* 251. *num.* 39. Morotius *in conſ.* 19. *num.* 13. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 22. & ibi in additionibus, *vbi bis* ſecundum hanc opinionem per Rot. Rom. refert fuiſſe deciſum, & ſic dum dictum legatum eſt purum, & totum in locum legitimæ, ſeu paragij ſuccedit, debetur vna cum fructibus, ſeu intereſſe à die mortis patris, vt deciſum refert per S. C. Præſ. de Franch. *deciſ.* 575. *per totam.*

8 Nec obſtat illud, quòd dicitur per Annam Camerlingo, quòd bona hæreditaria quond. Horatij Camerlingo, deductis ab eis oneribus, non ſufficiunt pro ſolutione dicti legati duc. 4000. & ſic fieri debet diminutio dicti legati; Reſpondetur duobus modis. Primò quòd patrimonium dicti quond. Horatij aſcendit ad ſummam ducat. 14. mil. & plus, vt clarè patet ex relatione, alias ordinata fieri, per Scribam Antonium Figliola *fol.*... Secundò, quando hoc eſſet verum, quod expreſsè negatur, dicitur quòd dum dicta Anna, & Magdalena ſunt hæredes dicti quond. Horatij eorum patris, per intermediam perſonam Thomæ earum fratris, vltimi morientis, debet dicta Anna, quæ iam habuit eius dotem ducat. 4000. vigore legati ei facti dicto quond. Horatio, illam ponere in collationem, *Authentica ex teſtamento*, *C. de collat.* quæ collatio fieri poteſt, etiam conſtante matrimonio, *l. dotis quidam*, *C. eod. titul.* & vnicuique ipſarum medietatem prædictæ hæreditatis, cum rata onerum aſſignare, vt dicit Bart. *in l. illam*, *num.* 5. *C. de collat.* & ita ſperatur eſſe iudicandum per doctiſſimos Senatores, quibus libenter me ſubmitto. Neap. die 28. Menſis Octobris 1653.

DISCEPTAT. CCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur diſputanda.*
2 *Aſſenſus ſuper feudi obligatione non poteſt impetrari poſt mortem obligantis.*
3 *Aſſenſus an retrotrahatur ad tempus obligationis.*
4 *Actus confirmatur à tempore, quo fieri poteſt.*
5 *Aſſenſus in feudis cur non poſſit præſtari poſt mortem obligantis.*
6 *Conſenſus mariti quando requiratur in contractu vxoris, ſtante ſtatuto, vt non valeat mulieris contractus, ſine mariti conſenſu.*
7 *Aſſenſus præſtitus poſt feudatarij mortem, fauore dotis valet.*
8 *Aſſenſus præſtitus fauore dotis, valet in ſubſidium, & quare.*
9 *Deciſio de Franchis* 86. *adducitur ab omnibus Neapolitanis admiſſa, Salgado tamen contradicente.*
10 *Textus* in l. ſi ego 10. §. ſi res, ff. de iure dotium *adducitur, & explicatur.*
11 *Contractus conditionalis an tranſeat in hæredem, & quando.*
12 *Textus* in d. l. ſi ego, §. ſi res, *plures habet reſponſiones, & quales.*
13 *Textus* in d. l. ſi ego, §. ſi res aliter *explicatur.*
14 *Pœnitentia an, & quando locum habeat in contractibus cum beneplacito Apoſtolico, vel Regio.*
15 *Textus* in d. l. ſi ego, §. ſi res *an in ſolo feudo hæreditario procedat, an in omni feudo.*
16 *Rex quando præiudicat, remittendo deuolutionem feudatario.*
17 *Aſſenſus an retrotrahatur ad diem obligationis, & qualiter.*
18 *Aſſenſus an poſſit præcedere, & ſubſequi alienationem.*
19 *Aſſenſus an poſſit impetrari ab emptore feudi, & iuuet ſucceſſoribus.*
20 *Aſſenſus in dote impetrari poteſt poſt mortem viri obligantis feuda vxori.*
21 *Conſenſus præſtitus poſt mortem feudatarij an validet contractum.*
22 *Aſſenſus Baronis an requiratur in feudo per Baronem retento.*
23 *Aſſenſus poſt mortem qualiter noceat tertio.*
24 *Dotis fauore valet aſſenſus impetratus poſt mortem alienantis.*
25 *Bilottæ concluſio* 39. *adducitur ad propoſitum.*
26 *Textus* in l. ſi ego, §. ſi res, ff. de iure dotium *an procedat in antefato.*
27 *Aſſenſus ſuper ceſſione iurium feudalium an poſſit poſt mortem cedentis impetrari.*
28 *Verba Textus* in d. l. ſi ego, §. ſi res, *traduntur, & explicantur.*
29 *Annæ allegatio* 66. *adducitur ad materiam, & ponderatur.*
30 *Textus* in d. l. ſi ego *procedit in ſubſidium.*
31 *Dos, & cauſa pia æquiparantur.*
32 *Generalis diſpoſitio ſtatuti, vel legis, dotem, & cauſam piam an comprehendat.*
33 *Obligatio, & generalis diſpoſitio non continet inueriſimilia.*
34 *Dotis cauſa qualiter ſit pia.*
35 *Mandatum morte mandantis reuocari, an in cauſa pia procedat.*
36 *Textus* in l. cum is 32. §. ſi in ea, ff. de condition. indebiti *explicatur.*
37 *Cauſa pia gaudet priuilegio dotis.*
38 *Cauſa Montis pietatis eſt cauſa pia, pietatis opera, & montis quæ ſint.*
39 *Aſſenſus Capituli qualiter concedatur tum doti temporali, tum ſpirituali, &c.*
40 *Mandatum licèt morte mandantis extinguatur, tamen tollit in mandato dato pro dote, vel pro pia cauſa, quia tunc non extinguitur morte mandantis, & explicatur Text.* in l. ſi ego, §. 1. ff. de iur. dot.
41 *Argumentum valet à ſimili.*
42 *Stipulatio per alterum facta alteri, non valet.*
43 *Stipulatio alteri valet fauore dotis, & cauſæ pia.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Assensum Regium post mortem, non posse impetrari feudatario contrahente, vel obligato, cum cum certum sit, id tamen dotis fauore fallit, & explicatur celebris decisio 86. *de Franchis, & quod de dote dicimus in omni causa pia esset extendendum, quia Textus* in l. si ego, §. si res, ff de iure dotium, *à causa dotis affertur ad causam piam, & sic decisio D. de Franchis* 86. *locum habet in omni alia pia causa.*

IVRIS RESPONSVM,

An assensus impetrandus super feudi alienatione, vel obligatione in vita alienantis, qui alias, non valet, sic vt in fauorem dotis potest impetrari post mortem, sic fauore piæ causæ, vbi examinatur decisio de Franchis 86. &c.

1 EVIT dum essem Gubernator Sacri Montis Pietatis Neapolitani, à pluribus Doctoribus disputatum in quodam Collegio, in causa Ducis Basilici cum D. Sacro Monte, an assensus Regius super obligatione, vel alienatione feudalinm impetrari potuisset post obitum obligantis, vel alienantis feudum, etenim dum viuebat Marchio contraxit pecuniam accipiendo à Sacro Monte, & obligauit bona feudalia, mandauit pro assensu, sed assensus superuenit post mortem obligati, fuit controuersum, an prodesset Sacro Monti, an verò nocuisset illius mors, & assensus postea impetratus, ego requisitus de meo voto, dixi non nocuisse eidem Sacro Monti, ex rationibus, de quibus infra, vnde antequam ad talem conclusionem probandam deueniam, alias conclusiones generales proponam, in quibus nulla adest difficultas. Sit ergo

2 Prima conclusio, non posse assensum impetrari, possessore ipso, qui contraxit, mortuo, & iure quæsito successori, cui bonorum dominium fuit statim quæsitum, in cuius præiudicium facultas assensus impetrari nequit, non consentiente successore, ita docet hanc conclusionem à principio Andræas de Isernia *in cap. Imperialem*, §. *in principio*, *num.* 22. *de prohibita feudi alienatione* per Federicum, qui dicit singulariter, quòd assensus Regius concessus, re non integra, sed mortuo eo, qui contractum fecit super bonis feudalibus, non validat alienationem præcedentem, etiam si Rex sciat tempore quo facultatem concessit, illum esse mortuum per rationem singularem à se traditam.

3 Imò idem Andræas *in cap.* 1. §. *donare qualiter olim feudum amittatur in vsibus feudorum*, cuius resolutionē refert, & sequitur Afflict. *in dec.* 335. *num.* 12. *cum sequentibus*, Rolandus à Valle *cons.* 2. & 145. quos refert, & sequitur Molina *de primo-genit. lib.* 2. *cap.* 7. *à num.* 20. *cum seqq.* Paris de Puteo *de reintegrat. feudorum, cap.* 272. *de assensu, & cap.* 773. *& cap.* 272. *& cap.* 275. Idem Isernia *in cap. Imperialem*, *num.* 15. Franchus *decis.* 86. *num.* 1. *& decis.* 116. *à num.* 7. *& decis.* 280. *n.* 3. Capycius *decis.* 115. *num.* 4. Camerarius *in cap. Imperialem*, *fol.* 8. Marinus Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *cap.* 7. *per totum*, Carleualius *tom.* 2. *tit.* 3. *disput.* 23. *num.* 18. à quo cauendum dicit Salgadus *d. cap.* 33. *num.* 3. quatenus asserit assensum subsequutum super contractu, in quo fuit reseruatus, retrotrahi ad tempus obligationis, cum reuera numquam operetur, nisi à tempore assensus præstiti, & non à tempore contractus, nec retrotrahitur in præiudicium tertij, medio tempore ius acquirentis, vt latissimè tradit idem Carleualius *disp.* 21. *à num.* 35. *cum sequentibus*, & *num.* 55.

Assignat conclusionis rationem Molina *d.* 4
cap. 7. *à num.* 21. nam aut tempore talis contractus confirmatio Regia vult valere, prout nunc, & hoc est impossibile, cum istis qui contraxit non sit in rerum natura, & actus numquam potest confirmari, nisi eo tempore, quo fieri possit, ex Bart. *in l. si is, qui pro emptore*, *num.* 4. *ff. de vsucap. l. bonorum.* vbi Bartolus, *ff. rem ratam haberi*, nec Princeps intendit actum facere, sed iam factum confirmare, prout ex nunc, & ideo actus contra eius intentionem non debet valere ex *l. non omnis, ff. si certum petatur*, & ita explicat post Camerarium Liparulus ad Iserniam Octauianus Corsettus *cons.* 20. *num.* 9. contractum sine assensu, & eius conualescentium spem, morte contrahentis extingui, eo quod iam defecit consensus eius, qui iam tempore Regiæ facultatis, & assensus non reperitur, super quo cadere possit confirmatio, cum solus Dominus non possit consentire, nec contractui celebrato; aut enim subdit Molina *ibidem*, *num.* 22. ille contractus per Regiam confirmationem vult valere, prout ex tunc, & hoc est impossibile de iure, cum retrotractio non operetur in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæsitum, quam rationem tradunt omnes supracitati.

Confirmatur primo ex Petro Corsetto *in ad-* 5
dit. ad Ottauium Patrem cons. 1. *à num.* 1. qui dicit, quòd consensus Regius in alienatione rei feudalis, post mortem alienantis, ideo non valet præstari, quia tunc temporis res non dicitur illius alienantis, sed alterius, quia statim mortuo alienante dominium illud vtile, quod non potuit transferri in alium, stante nullitate alienationis, transit in agnatos, & filios, quorum ius Rex confirmando contractum præcedentem, auferre non potest, quia contractus semper fuit nullus, non sequuta Principis confirmatione, vel subsequuta inualida, puta post mortem alienantis, vt post Andræam, Camerarium, Frecciam, & alios ait Menochius *cons.* 89. *n.* 6. & 75. Surdus *cons.* 526. *num.* 19. Anna *allegat.* 69. *num.* 56. Franciscus de Ponte *de pot. Proregis tit.* 6. §. 1. *num.* 24. Balzaranus *de feudis in d. cap. Imperialem*, *num.* 44. & plures alij ab eo citati, *num.* 2. & 3.

Confirmatur secundò ex notatis à Paulo de 6
Castro (in simili) *cons.* 438. *num.* 1. *vol.* 2. qui ait, quod stante statuto, quòd contractus vxoris non valeat sine consensu, & licentia mariti, si ante adeptum consensum mariti, moriatur vxor contrahens absque illo, non poterit maritus præstare assensum eo tempore, quo mortua est vxor, & idem de consensu Patris requisito in contractu filij, vt non valeat, si præstet post mortem

filij, & Paulum de Caſtro ſequuntur Tiraquellus *de legibus connubialibus, gloſſ.6. num.18.* Menochius *de arbitrariis, libro primo, quæſt.69.num.6.* Ioannes Gutierrez *lib.2.pract. q.23.* Carleualius *tom.2.de iudiciis, tit.3. diſp.23.n.18. per totum.*

7 Secunda concluſio, aſſenſus præſtitus poſt feudatarij mortem fauore dotis valet, etiam poſt mortem illius obligantis, vendentis, &c. poſito, quòd feudum reperiatur penes hæredem, ſecus ſi penes tertium, ita Francus *d.deciſ.86.* idem refert Regens de Marinis *lib.1. variarum, cap.25.* & ad Reuerterium *deciſ.513.* vbi ait, quod hic eſt caſus deciſus, quicquid dicant Anna *alleg.66.* & Regens de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.6.§.1. num.8.* taxantes opinionem iſtam, vti erroneam, ex quo Textus *in dict. leg.ſi ego, §.ſi res, ff.de iure dotium*, non loquitur in feudo, quibus occurrit nouiſſimè Rodoërius *in addit.* ad Regentem de Marinis *dicta reſol.25.* & pro antefato ad fauorem mulierum Ciuitatis Neapolis cenſetur conceſſus aſſenſus ex gratia conceſſa de anno 1539. de Marinis ad Reuerterium *deciſ.229.* Additio ad Francum *deciſ.126.*

8 Dicunt aliqui hoc procedere in ſubſidium, quando aliter mulieri conſuli non poteſt, imò Anna, de Ponte, & alij, de quibus Montanus *in cap.Imperialem, num.206. littera N*, inſuper in feudo ex pacto limitant Salgadus *in labyrintho creditorum, part.1.cap.33. num.27.* & Amicangelus *de feudis, q.19. num.20.* Salgadus *part.1. cap.33.* quando feudatarius, vel maioratus poſſeſſor facit contractum, obligando feudum, vel maioratum, cum reſeruatione facultatis Regiæ, ſiue Regij aſſenſus, & mortuo venditore taliter vendente, poterit aſſenſus impetrari.

9 Itaque limitant Doctores concluſionem primo loco traditam in hac ſecunda concluſione fauore dotis, vt ſcilicet poſſit impetrari aſſenſus mortuo marito ſuper bonis feudalibus obligatis à marito feudi poſſeſſore, pro reſtitutione dotis, ob fauorem ipſius dotis habentis hoc priuilegium, propter quod frangitur rigor, & Regula iuris ſupradicta, vt limitant Loffred. *con.31.* Freccia *de ſubfeudis in Conſtitutione Conſtitutionem Diuæ memoriæ, verſ.Nono non poſſet, fol.111.* & ita Afflictus *deciſ.383. dub.9.* & hoc tenet Iſernia *in dicto cap. Imperialem*, in quadam parua additione, quæ non habetur in aliquibus libris, vt ait Petrus de Puteo *de reintegratione feudi in cap. an conſenſus Regis, fol.146. colum.3.* qui ſubdit ſic etiam obtinuiſſe in S.C.& multa allegat, & hanc limitationem admittunt omnes Periti Regni Neapolitani, vt ait Capycius *in d.cap.Imperialem, notabili 4.in ſecunda limitatione, colum.40.* & Capyc. *in ſua inueſtitura feudali, in verbo, Feudales aſſenſus, colum.2.verſ.Dotium tamen, fol.77.* & in hac opinione concurrunt omnes Neapolitani, vt poſt Camerarium dicit Francus *dict. deciſ.86. num.1. & 126.* & obiter Ricc. *collect.1802.* Anna ſenior *alleg.66.& alleg.115.*

10 Mouentur Doctores ex *leg.ſi ergo 10.§.ſi res, ff.de iure dotium*, cuius verba ſunt: *Si res alicui tradidero, vt nuptiis ſequutis, dotis efficiantur, & ante nuptias deceſſero, an ſequutis nuptiis dotis eſſe incipiant, & vereor ne non poſſit in dominio eius effici, cui datæ ſunt, quia poſt mortem incipit dominium diſcedere, ab eo, qui dedit, quia pendet donatio, in diem nuptiarum, & cum ſequitur conditio nuptiarum, iam hæredis dominium eſt, à quo diſcedere non poſſe rerum dominium, inuito eo fatendum eſt, ſed benignius eſt, fauore dotium, neceſſitatem imponi hæredi conſentire ei, quod defunctus fecerit, aut ſi diſtulerit, vel abſit, etiam nolente, vel abſente eo dominium ad maritum, ipſo iure transferri, ne mulier indotata ſit,* &c.

Qui Textus maximam patitur difficultatem, 11
quatenus aſſerit, quòd ille contractus conditionalis inter tradentem, & ſponſam futuram non tranſit in hæredem, nec hæredem purificata conditione obligari mero iure, ſed ſolùm mero fauore dotis cogi hæredem conſentire, quòd purificata conditione, dominium acquiratur dotis: nam de iure certum eſt, quòd contractus conditionalis, quando conditio non eſt merè poteſtatiua ex voluntate ſolius creditoris, ſed ſit conditio caſualis, ſeu mixta, quæ pendet ex voluntate vtriuſque, vel vnius ſimul cum voluntate alterius tertij in his caſibus ſemper contractus, tam actiuè, quàm paſſiuè ad hæredes contrahentium tranſit, ex Textu expreſſo *in §. ex conditionali, inſtit. de verb. obligat. & ex l.neceſſario, §.quod ſi pendente, ff. de periculo, & commodo rei venditæ*, quam regulam exornat Gomez. *tom.2. cap.11. à num.36.* Tiraquellus *de retract. lignagier, §.1. gloſſa 1.num.17.* Mantica *de contractibus, lib.14. cap.41.à num.10.* Couar. *practic.cap.39.num.3.* Mattienſis *in l.2. tit.11. gloſſ.6. num.39. lib.5. recopilationum*, Hermoſilla *in l.26. tit.5. parte quinta, gloſſa ſecunda, num.4. primo tomo, fol.228.*

Ad Textum verò *in dict. l.ſi ego, §.ſi res, ff.de* 12
iure dotium, Doctores varias tradunt interpretationes: nam communiter dicunt, non loqui de donatione, ac dotis promiſſione, & ſic non in contractu nominato, ſed in contractu innominato, in quo locus eſt pœnitentiæ, ante implementum, ad tradita per Gomezium *tom.1. var. cap.8. per totum*, atque ideo in caſu *d.l.ſi ego, §.ſi res*, non permittitur hæredi pœnitere fauore dotis, ne mulier maneat indotata, prout dotis fauore ceſſante, pœnitere poterat, permittente natura contractus innominati, & ita Textum interpretatur Baldus *in l.ſicut, in fine, C.de act. & obligat.* dicens quod quando traditur res, vt ſequutis nuptiis dotis fiat, videtur reſultare quidam contractus innominatus, do, vt facias, id eſt, vt conuertas in cauſam dotis, tamen ſpeciale eſt, fauore dotis, vt in eo non admittatur pœnitentia, vt dicunt Decius *conſil.35. num.50.* Loffredus *conſil.31.n.4.* Menoch. *conſil.92.num.79. lib.1.* & plures relati à Couar. *lib.1.var.cap.14.num.13.* Tiraquello *de pia cauſa priuilegio 1303.* & talem intellectum latè ſequitur Petrus Barboſa *in rubrica, ff. ſolut. matrim.p.4.à n.27. cum ſeqq.*

Itaque Textus *in d.§.ſi res*, non videtur appli- 13
candus ad quæſtionem, de qua agimus, quia Textus ille procedit, quando promiſſor ſub conditione diſponit ſuper re propria, de qua liberè, & nulla lege prohibente poterat diſponere, & ſe liberè obligare, & ſuum hæredem, in quem contractus, & obligatio actiuè, & paſſiuè, ſiue contractus ſit nominatus, ſiue innominatus, tranſit cum ſua qualitate, & cum ſua cauſa: at nos loquimur in vna obligatione prorſus prohibita poſſeſſori feudi, qui licèt alienet ſub conditione facultatis impetrandæ, eo ipſo, quod decedit, reſolnitur obligatio, & bona feudalia remanent libera, atque ideo aſſenſus Regius non habet contractum, in quo fundetur, ita de Ponte *de poteſt. Proreg.tit.6.§.1.num.8.* Thorus *in compendio deciſionum, in verbo, Aſſenſus ſuper venditione facta*, Riccius ad Francum *deciſ.620.* imò interim non manet obligatus, ſed poteſt pœnitere, & à contractu tanquam nulliter geſto, & celebrato diſcedere,

dere, pendente illa conditione, iuxta veriorem resolutionem, de qua Salgadus *part. 2. cap. 21. à n. 36. cum sequentibus*, Genuensis *in praxi n. 75. num. 16.* & plures Rotæ decisiones refert Mangilius *de euict. quæst. 125. num. 20.* Marescottus *lib. 1. var. quæst. 14. per totam*, Meieres *de maioratu part. 1. quæst. 2. num. 48.* & idem supponit Buratus *decis. 15. num. 6.* vbi refert alias Rotæ decisiones, ad hoc, quòd Beneplacito Sedis Apostolicæ reservato, & obtento, nullus ex contrahentibus potest se pœnitere, ergo ante illius obtentionem poterit pœnitere, Card. Puteus *decis. 353. num. 7. lib. 1.* Achilles de Grassis *decis. 2. de pactis*, Farinac. *decis. 337. part. 1. in nouissimis*, probantes pendente conditione beneplaciti obtinendi, quilibet ex contrahentibus potest se pœnitere, etiam si contractus fuerit iuramento vallatus, quia ante beneplacitum obtentum contractus qui absque eo geri non potest, est nullus, Verallus *decis. 12. num. 3. part. 3.* Farinac. *decis. 755. num. 20. in recentioribus, part. 1.* Idem Farinacius *in posthumis, tom. 2. decis. 189. num. 20.* Garsia *de Beneficiis, 2. part. cap. 1. num. 36.* Ottauius Corsetus *conf. 1. num. 9.* vbi ait, quòd feudatarius sicuti potest contractum à se factum reuocare, & pœnitere, ante beneplacitum obtentum sic & eius hæres, itavt assensus superueniens nihil operetur, quia non inuenit contractum confirmabilem, & quia ille prior consensus possessoris feudi, appositus in illo contractu conditionali imperfecto, extinctus fuit, & resolutus eius morte, ante facultatem obtentam; vt nullum vestigium remaneat confirmabile, cum per mortem, ita ius possessoris feudi sit resolutum, & annihilatum, eo modo ac si numquam defuncto successisset, imò ac si numquam in mundo nasceretur, vt latè Salgadus *in suo laberyntho, part. 3. cap. 15. à n. 33. cum sequentibus, & à num. 15. ibi*, &c. ergo impossibile est, quòd Principis facultas, & eius confirmatio possit aliquid operari, & addit per hoc Salgadus *part. 1. cap. 33. num. 23.* se non videre aliquod iuridicum fundamentum, quo honestari possit doctrina, & resolutio Doctorum Neapolitanorum, vt causa dotis, pro cuius restitutione bona feudalia fuerunt obligata sub conditione impetrandæ facultatis, possessore mortuo, valeat. 14

Subdit Salgadus *num. 24.* cum Camillo de Curtis *in diuersorio feudali, cap. 50. num. 88. fol. 223.* & cum addente ad Molinam *lib. 8. cap. 50. n. 37.* quòd Textus *in d. l. si ego, §. si res*, procedat, quando feudum, quod obligatur pro dote est hæreditarium, & quod iure hæreditario in eo succedatur, secùs quando est familiare, & generationis, quo casu non procedit Textus *in d. §. si res*, & in terminis ait, quòd si bona feudalia obligentur à marito, pro dotis restitutione, cum conditione si Princeps præstet consensum, vt si consensus Principis præstetur post mortem mariti, non noceat successori in feudo, cui per mortem mariti ius fuerit quæsitum, ita tenet Alciatus *conf. 100. in fine*, sequitur Carpanus *ad statuta Mediolanensia, cap. 275. num. 28. tom. 1.* 15

Hinc dixit Nardus Liparulus *in addit. ad Iserniam in d. c. Imperialem*, de prohibita feudi alienatione per Federicum, post Camerarium, vbi Afflictus *fol. 259. in verbo & tunc præiudicet, col. 4. in fine*, qui ait, quòd si maritus pro restitutione dotis obliganit feudum, & antequam impetrauerit assensum, feudum sit apertum Domino, & deuolutum, & vxor petat assensum, si Rex præstet assensum, Domino non præiudicat, si enim Rex ipse, qui confirmat, & approbat obligationem, sibi non præiudicat in feudo iure deuoluto, ergo multominus præiudicabit in iure alieno, & concludit Salgadus contra nostros Neapolitanos, quod si vxor non dicitur creditrix super feudo, quando impetratio assensus fit post eius mortem, quia non erat eius hæredis concedi assensus in præiudicium successoris, cui feudi dominium acquiritur sine ministerio legis. 16

In quo obserue, quòd aliqui putant assensum retrotrahi ad diem obligationis initæ, ita Lanar. *conf. 17. num. 10.* Marcianus *conf. 36. lib. 1.* Carleualius *lib. 1. tit. 3. disput. 23. num. 20.* at contrarium putat Salgadus *part. 2. cap. 2. num. 38. & 57.* & Gratianus *cap. 730. num. 12.* Sed verior est prima opinio, vt anterior in assensu præferatur, quia assensus non retrotrahitur in præiudicium tertij, vt citra difficultatem sua tempestate fuisse receptum, ait Francus *decis. 86. num. 4.* & decisum refert Camillus de la Rata *in suo Thesauro feudali dilucidat. 61. part. 8.* 17

Subdit etiam Paris de Puteo in Impressa Francofurti *de reintegratione feudorum, cap. 771. & 772. vsque ad 776.* quærit an assensus possit præcedere, & subsequi alienationem, & dicit, quòd potest interuenire in actu ante, & post actum in continenti, vel ex interuallo secundùm Andræam *de prohib. feudi alienatione per Federicum*, & probatur ex *l. licèt cum glossa, & in l. fin. C. comm prædiorum*, quia consensus Domini si intercedere debet ad conualidandum contractum factum tantum, & vbi non tractatur de præiudicio tertij, consensus potest in totum venire ante, & post ex interuallo, *l. iubemus, C. de emancipat. liberorum.* Secus verò vbi agitur de præiudicio tertij, quia tunc postea præstitus non nocet tertio, *cap. dilectus de fide instrum.* quia Princeps omnia, quæ agit, facit sine præiudicio tertij, *d. cap. & l. nec auus, C. de emancipat. liberorum*, & ideo in istis assensibus semper intelligitur clausula (iuribus alienis semper saluis) *l. 2. §. meritoff. ne quid in loco publico*, secundùm Andræam *in d. l.* & *in cap. 1.* qui successores teneantur, & idem dicit Baldus de præiudicio tertij, *in l. obseruare, §. & post, ff. de offic. Proconsulis*, quia tertio non obstat negligentia non ratificantis postquam est ius ei quæsitum, ideo non obstat postea facta ratificatio, ita Speculator *de obligationibus, & solutionibus, §. 1. versic. quid si ego*, & idem dicit Andræas *de præiudicio tertij in cap. 1. §. donare in tit. qualiter olim feudum amittatur*, & quòd consensus possit quandocumque accedere, dixit Ioannes Andræas *in tit. de cess. action. §. 1. per l. finalem, ff. ad Macedonianum*, Bald. *in l. mater, ff. de reiuendicat.* per Text. *in l. si fundum, §. 1. ff. de pign.* & Bart. *in l. si mater, §. hoc iure, ff. de except. rei iudicatæ.* Neque obstat, quòd *in constit. Constitutionem diuæ memoriæ*, habeatur (*sine licentia nostræ Maiestatis, &c.*) quia ibi licentia ponitur pro consensu, cautius ergo est, quod ante impetretur, vel in ipso contractu, ne venditorem deindè pœniteat, & reuocet, & impetretur in genere; nam dicit Andræas, quòd iste consensus facit conualescere alienationem, secundùm Glossam *in cap. finali de rebus Ecclesiæ non alienandis, & in dicta Constit. Constitutionem diuæ memoriæ*, vbi Glossa, & de licentia, decreto, authoritate, & consensu, an debeat præcedere, vel sequi, vel in actum interponi, tradit latè Baldus *in l. quicumque, C. de bonis quæ liberis.* 18

Quod si quis emit feudum, & nondum cœpit possessionem ipsius, & mortuus est venditor, an 19

poſſit emptor aſſenſum impetrare, ita quòd talis aſſenſus deinde impetratus præiudicet ſucceſſoribus venditoris, quia ſi eſſet traditum illum perdidiſſet Venditor, *cap. Imperialem, callidis de prohib. feud. alienat.* per Federicum; Reſpondet Baldus *in d. l. obſeruare, §. poſt hæc, ff. de officio Proconſulis*, quod ſi tertio eſt ius quæſitum ante conſenſum præſtitum, & ſequatur, non præiudicat tertio, *ex l. final. ff. rem ratam haberi*, Speculator *in tit. de ſolut. & obligat. §. 1. verſ. quid ſi ego*, & dicit Andreas *in d. cap. Imperialem*, quia ſtatim mortuo alienante feudum aperitur filio, vel agnato, quando non interuenit aſſenſus, & ſic feudum eſt ipſius filij, vel agnati, & ſibi præiudicabit conſenſus, qui deinde fieret in feudo, maximè ex pacto, & prouidentia, & idem ſi eſſet hæreditarium, quia Princeps eo tempore firmat, & conſentit, quo res eſt aliena, & non alienantis, ad quod facit id, quod notat Bartolus *in l. 2. ff. de donationibus*, quia propter mortem illius non eſt habilitas ſubiectorum, ex quo ipſe contrahens non viuit, argumento *l. fin. ff. rem ratam haberi.*

20 In dote autem conſenſus Regis poteſt impetrari, mortuo obligante feudum pro dote, vt ait Andreas *in cap. 1. de prohib. feud. alienat.* per Federicum, in quadam parua additione, quæ in aliquibus locis non habetur, per textum ſingularem *in d. l. ſi ego, §. ſi alicui, ff. de iure dotium*, qui textus allegatur pro ſingulari per Baldum *in l. in re mandata, C. mandati*, qui ait, quòd in cauſa pia, mandatum re integra non finitur morte mandantis, & facit Textus *in l. ſi Pater, ff. de manumiſſ. vindict.* & ait Andreas *in tit. qui ſucceſſores teneantur*, & hoc tenuerant moderni legentes in Regno, *in Rubrica, ff. ſolut. matrim.* inter priuilegia dotis, & fuit pluries obtentum in S. C. in dotis fauorem, Paris de Puteo *de reintegratione feudorum, cap. 273. num. 3.* ſi tamen viueret vnus ex contrahentibus, extra cauſam dotis, & hæres mortui conſentiret, quòd impetraretur aſſenſus, non poterit impetrari, tamen filius, vel agnatus emptoris mortui, poſſet impetrare aſſenſum, & nocebit venditori viuo, quia nunc tractatur non de præiudicio tertij, ſed ſolius conſentientis, qui ante, & poſt poteſt conſentire, *argum. l. 1. §. prodeſt, ff. quorum legatorum, & in l. ſi autem plures, ff. de aqua pluu. arcend.* & habetur *in d. cap. Imperialem.*

21 In Regno verò noſtro, alienatio feudi, ſine Domini conſenſu non valet, non tamen perditur per alienationem, verum ſi antequam Princeps conſentiat, moritur alienans, & deinde ad inſtantiam emptoris, Princeps conſentiat, talis conſenſus non præiudicat filio, vel Agnato venditoris, quia datum non videtur, quod haberi non poteſt, *l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de legat. 3. l. non videtur, ff. de Regul. iuris, cap. ſi eo tempore de reſcriptis in 6.* & talis conſenſus poſt mortem præſtitus non poteſt validare, quod nullus eſt in præiudicium tertij, *argum. l. fin. ff. de pactis*, quòd multo magis procedit, quando filius, vel agnatus ſtatim patre mortuo, reuocauerit alienationem factam per Patrem, ſecundùm Conſtitutionem Regni, quæ incipit Conſtitutionem Diuæ memoriæ, quia tunc qui poſſidet virtute contractus nulli, & inualidi propter defectum aſſenſus Superioris, videtur quodammodo clam poſſidere, quæ poſſeſſio clandeſtina non iuuat poſſeſſorem, *l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſ. cap. licet cauſam de probat.* poſt Andream *in d. cap. Imperialem*, ſic dicit Paris de Puteo *de renouatione feudorum, cap. 274. in fine.* Quòd ſi aſſenſus præſtetur poſt mortem venditoris, putà ſi mortuus eſt venditor feudi ſine filio, vel agnato, & feudum erat nouum, ita quod non ſuccedant agnati, *cap. finali de feudi ſucceſſione*, & emptor feudi impetret à Rege aſſenſum, tunc eſt quæſtio, an talis aſſenſus noceat Fiſco, & Andreas *in d. cap. 1. de prohibita feudi alienatione* per Federicum, tenet, quòd non, quia quando Rex conſenſit, ignorabat feudum ſibi deuolutum, & iniquum eſt, perimi id, quod non docetur cogitatum, *l. qui cum Tutoribus, ff. de tranſact.* Imò etiam ſi Princeps ſciebat feudum deuolutum eſſe ad Fiſcum, & conſenſit, non videtur propterea donare, quia eius intentio fuit confirmare venditionem, & non donare, quia hoc non fuit verbis expreſſum *l. labeo, ff. de ſupell. legata*, quia verba debent eſſe talia, quæ ſignificent titulum, & cauſam aptam Dominij transferendi, *l. numquam, ff. de acquir. rer. domin. l. traditionibus, C. de pactis*, nam ſi Princeps ſcit feudum eſſe ſuum per excadentiam, & conſentiat, non nocet eius fiſco, ſecundùm Andream *in d. cap. 1.* qui dixit *ad cap. 1.* qui ſucceſſ. teneantur, quod ſi conſentiat Rex Titio alienanti feudum Sempronio, & Rex ſciebat, quòd Titius non habeat filios, nec agnatos, & ſic feudum fore, & eſſe ſibi recaſurum, quòd talis conſenſus operetur donationem ſecus ſi feudum erat quæſitum Fiſco, tempore conſenſus, quia facilius remittuntur iura quærenda, quam iura quæſita, *l. final. ff. de acquir. poſſ. l. filius familias, ff. de donat.* & notat Gloſſa *in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* nam etiam Prælatus in quærendis poteſt præiudicare Eccleſiæ, non in quæſitis, ſecundum Federicum de Senis *conſ. 9.* Baldum *in l. bonorum, C. qui admitti, & in cap. 1. §. finali de alienat. feudi paterni.*

Caſu verò quo feudum tenetur à Barone, & 22
requiratur conſenſus Baronis, & Regis, & fuit impetratus aſſenſus Baronis, viuis contrahentibus, & demum mortuo venditore impetrauit emptor aſſenſum Regis, quæſtio eſt, an valeat contractus, videtur dicendum, quod non, quia quando duo requiruntur, & vnum amittitur, nihil agitur, *l. ait Prætor, §. ſi minor, ff. de iure iurand., & l. diuus*, vbi Bartolus, *ff. de re iudic.* tamen dico valere contractum, quia habita cauſa immediata valida, ſcilicet Domini immediati, non requirimus cauſam remotam, & mediatam inualidam, *l. dedi, §. ſubtilius, ff. de condit. ob cauſam*, quem ad hoc allegat Baldus *in l. de quibus in 2. carta, ff. de legibus verſ. quæro an ex actibus ipſo iure nullis*, vnde licet conſenſus Domini mediati, ſic Regis ſit nulliter præſtitus, ſufficit tamen conſenſus Domini immediati præſtitus tempore debito, quia tunc conſenſus Regis poſt mortem præſtitus trahitur ad tempus congruum, ſcilicet conſenſus præſtiti per Baronem, quia Regis conſenſus venit cumulatiuè in conſenſu Baronis, & cumulatum ſapit naturam illius, cui accumulatur, *arg. l. 1. §. ſi quis, ff. vt legatorum nomine caueatur*, Paris de Puteo *de reintegratione feudi, cap. 276. in fine.*

Vnde dicebat Capycius in inueſtitura feuda- 23
li, quod forma aſſenſus Domini poteſt impetrari in alienatione feudi, ſeu hypotheca, etiam poſt contractum, ex Andrea de Iſernia *in cap. Imperialem, col. 14. de prohib. feud. alienat.* per Federicum, per Textum *in l. licet, ff. de iudiciis, & in l. finali, C. comm. prædior.* Intelligendo tamen quoad ſolum præiudicium conſentientis, quia

in

in hoc ſenſu poteſt procedere, & ſubſequi, *l. Iubemus, C. de emancipat. liber. l. in concedendo in fine, ff. de aqua pluu. arcend.* ſecus ſi agatur de præiudicio alterius, *cap. inter dilectos de fide inſtrum.* quia debet hoc fieri ſine iniuria alterius, *l. nec alias, C. de emancipat. liberorum*, Aluarodus *in d. cap. Imperialem in principio, col.* 5. quod primo limitat Capycius *in inueſtitura feudali, in verbo feudales aſſenſus*, quòd ſi ante impetratum aſſenſum, Vaſſallus, qui hypothecauerat, alienaret, valeret alienatio in præiudicium creditoris, quia aſſenſus datus hypothecæ feudi conditionaliter factæ, non tollit quin conditione pendente, feudum alienari valeat, ex notatis per Alexandrum *conſ.* 20. *col.* 4. *vol.* 4. Hoc limitant, dummodò impetretur viuo alienante, vel obligante, ſeu aliter contrahente, nam eo mortuo aſſenſus non valet, ex Andrea *in d. cap. Imperialem, num.* 15. imò ſi hæres vellet conſentire, & ratificare contractum, debet illi contractui, ac ratificationi nouus aſſenſus interuenire, & aſſenſus præſtitus poſt mortem alienantis, non valet, etiam ſi alienans deceſſerit ſine ſucceſſore, Dominus enim taliter conſentiens non præiudicat ſibi in feudo, iam aperto tempore aſſenſus, Andræas *in d. cap. Imperialem col.* 15. at quando feudatarius de feudo teſtatur ſufficit, quòd Dominus conſentiat, etiam eo mortuo, quando tamen ſumus in feudo, quod cum aſſenſu Domini alienari potuiſſet, ſecundùm Andræam *vbi ſupra*, ſequitur Curtius *part.* 4. *de feudis*, Capycius *in ſua inueſtitura in verbo feudales aſſenſus, verſ. limita* 2.

24 Sed fauore dotis, vt dicebamus, valet aſſenſus impetratus etiam poſt mortem viri, *arg. d. l. ſi ego, ff. de iure dotium*; & extat hodie additio Lucæ de Penna poſita *in libro D. Antonij de Alexandro*, & an procedat in Conſtitutione antefati, & quid ſi vxor non impetrauerit, an poſſit impetrare eius filius, ſiue hæres, mortuo iam eius viro, & an hoc ſit verum, ſi per mortem viri, feudum veniret aperiendum Domino, & quid ſi vir adhuc viuus deliquiſſet, adeò quòd feudum Domino aperiendum eſſet, vel agnatis, egit Capycius *fol.* 77. in ſua inueſtitura, & tandem limitat Capycius, niſi vaſſallus ante impetratum aſſenſum reuocaret contractum; nam tunc aſſenſus ſuperueniens nihil operaretur in Regno, in quo authoritate propria licitum eſt reuocare, vt in *Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ*; nam non reperit rem integram, niſi daretur aſſenſus cum clauſula, non obſtante reuocatione, Capyc. *in ſua inueſtitura feudali, in verbo feudales aſſenſus, col.* 2. *fol.* 77.

25 Confirmatur ex Bilotta *concl.* 39. vbi dicit poſt mortem alienantis, ſiue obligantis feudum, ſiue hæreditarium, ſiue ex pacto, & prouidentia, aſſenſus non poteſt expediri, *l. bonorum, ff. rem ratam haberi, l.* 1. *in principio, ff. de appellat. non recipiend.* & dat rationem Iſernia *in d. cap. Imperialem, n.* 15. quia ſtatim mortuo alienante dominium vtile deſcendit ad Agnatos, quorum nouus conſenſus diſpoſitiuus requiritur, vt conualidetur actus, & in hoc erit impetrandus aſſenſus, alias enim impetrari non poteſt, in præiudicium eorum, qui ſucceſſuri ſunt, vt ait Camerarius *in d. cap. Imperialem, fol.* 90. *col.* 3. *litt. M.* Capycius *in d. inueſtitura, in verbo feudales aſſenſus, verſ. limita* 2. *fol.* 77. qui dicit regulam procedere in quolibet contractu dominij tranſlatiui, ſicut etiam ſi agatur de conſtituenda hypotheca, Regens de Ponte *de poteſtate Proregis, tit.* 20. §. 1. *& conſ.* 72. *vol.* 1. *& conſ.* 14. *num.* 48. *vol.* 2. Gizzarellus *deciſ.* 2. *num.* 7. Præſes de Franchis *deciſ.* 86. Afflict. *deciſ.* 286.

Id tamen fallit, & limitatur fauore dotis (non antefati) vt poſſit impetrari aſſenſus poſt mortem alienantis, vel obligantis feudum, *d. l. ſi ego*, §. *ſi res, ff. de iure dotium*, Regens Tappia *dec.* 6. *num.* 30. Regens de Ponte *d.* §. 1. *num.* 6. poſt Camerarium *in d. cap. Imperialem, fol.* 101. *col.* 3. *litt. M*, qui tamen dicit hoc procedere in ſubſidium, dummodò non extent bona burgenſatica, ex ea ratione; nam ſemper quòd fit exequutio ex aliqua cauſa ſine aſſenſu ſuper feudo, fieri poterit in ſubſidium tantum, vt ait Capyc. *loc. cit* & DD. *in l. commodis, ff. de re iudic.* & reſpectu dotis procedit, viuente ipſa muliere tantum, Freccia *de ſubfeudis, lib.* 2. *limit.* 9. *ad Conſtitut. diuæ memoriæ, num.* 22. licèt verò poſt mortem alienantis non poſſit impetrari aſſenſus, tamen poſt mortem eius, in quo fit alienatio, ſiue obligatio feudi, non dubitatur quin poſſit impetrari aſſenſus, vt deciſum refert Gizzarellus *deciſ.* 2. *num.* 14. 26

Poſſet tamen impetrari aſſenſus poſt decoctionem debitoris, licèt talis debitor quodammodo pro mortuo habeatur, nam attenditur habilitas, tempore celebrati contractus, cum verum ſit contractus rei feudalis ſine aſſenſu non eſſe omnino nullum, ſed ſtare in ſuſpenſo, ſub ſpe conualidationis ob ſequutum aſſenſum, Afflictus *in deciſ.* 286. Camerarius *in d. cap. Imperialem, fol.* 27. *litt. S.* Anna *in d. Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, num.* 135.

Verumtamen eſt, quòd in ceſſione iurium, & hypothecæ, poſſet impetrari aſſenſus poſt mortem tam ceſſionarij, quam cedentis, quia prohibitio, de qua Iſernia *in d. cap. Imperialem, n.* 15. procedit tantum in alienatione, & obligatione feudi, propter præiudicium noui ſucceſſoris, & maxima adeſt differentia inter vnum, & alium caſum: nam in alienatione, & obligatione feudi, actus ſtat in ſuſpenſo, ante impetratum aſſenſum, ita vt idem, qui alienauit, vel obligauit, poterit reuocare, & ſic ſequuta morte dominium tranſiuit in hæredem, & contractus eſt reſolutus, & aſſenſus non repetit confirmabile, at verò in ceſſione iurium, & hypothecæ, cum ſit obligatum feudum primo loco mediante aſſenſu, non intereſt feudatarij debitoris, ſi debeat ſoluere cedenti, vel ceſſionario, & ceſſionarius ſubintrat in locum cedentis, à die actionis procedentem quæſitæ, & ſic non agitur de præiudicio tertij, vt deciſum refert Conſiliarius de Georgio in lecturis feudalibus *cap.* 43. in cauſa Baronis Paliſciani, & ſic actio radicata primo loco in perſona cedentis, ſemper contra debitorem ſubſiſtit, ita vt ſi ceſſionarius ob defectum aſſenſus non poſſit agere, tamen poteſt compelli cedens ad agendum, *ex l. cum plures*, §. *in meſſem, ff. locati*, quem Textum ſic expendit Franc. *deciſ.* 41. & 593. & propterea ad euitandum circuitum, poſſet Ceſſionarius ſine aſſenſu agere recta via, neque in hoc caſu competeret reuocatio, quin ſumus in actu reſciſſorio, vt ait Freccia *de ſubfeudis diff.* 5. *inter feuda ex pacto, & prouidentia, & hæreditaria*, & Regens de Ponte *deciſ.* 61. Qui quidem ceſſionarius ſine aſſenſu, ſi concurrat cum Creditore, qui medio tempore contraxit cum aſſenſu, præferendus eſt, etiam in pretio feudi venditi ſub haſta, quo caſu Creditores cum aſſenſu præferuntur creditoribus ſine aſſenſu, Francus *deciſ.* 64. Bilotta *concluſ.* 47. nam in totum repræſentant cedentem, qui contraxit, & in illius locum ſucceſſit, *ex l.* 1. *C. de iis, qui in prio-* 27

rum creditorum locum ſuccedunt, ita Freccia *lib.2. de ſubfeudis,q.32.*qui limitat,quando talis ceſſionarius ſine aſſenſu vellet peruenire ad adiudicationem,& poſſeſſionem feudi, quia tunc tangeret corpus feudi, & obſtaret defectus aſſenſus, Bilotta *concl.40. in fine.*

28 Infertur ex his ad intellectus Textus *in d. l. ſi ego, §.1. ff.de iure dotium*, vbi habetur (quòd ſi aliquid eſt traditum, vt ſecutis nuptiis in dotem fiat,ſi moritur tradens, & res illa efficiatur hæredis fauore dotis, tenetur hæres conſentire ei, quod fecit defunctus, & dominium ipſo iure transferre marito) vbi videtur, quòd hæres debeat conſentire,& ſic interpretantur illum Textum DD.noſtri,ſcilicet Afflictus *deciſ.111.& in Conſtitutione Conſtitutionem Diuæ memoriæ, n.28. & in cap.Imperialem, in 29. quæſt.* & Capycius *col.184.* Loffredus *conſil.1. n.79.* Freccia *de ſubfeudis,lib.2. limit.9.*

29 Sed Anna *alleg.66. n.6.* ait, quòd ille Textus non probat hoc: nam loquitur de illa re,quæ liberè poteſt tradi à tradente, & ſuper qua poteſt contrahi, at nos ſumus in feudo, quod etiamſi hodie tradatur ſine Regio aſſenſu, amittitur, vt ait Andreas *in d.c.Imperialem, in princ. col finali*, vbi dicit in Regno, qui alienat, reuocat, addit etiam Anna, quòd ille Textus non facit ad cauſam, quia ibi extraneus tradiderat, vt in cauſam dotis fieret, & dominium tranſlatum eſt in virum,qui indotatam acceperat, at in præſenti maritus non tradidit,ſed hypothecauerat,& obligat feudum ſuum. Tertiò,ille Textus non poteſt applicari ad caſum noſtrum de iure Conſtitutionum Regni, in quo non fit commutatio de persona ad perſonam ſine Regio aſſenſu, ibi (minuendis, aut commutandis) & tamen de iure illius Textus commutatio dominij illius rei traditæ ipſo iure transfertur in maritum, & ſubdit Anna, quòd magna eſt authoritas Patrum noſtrorum,ſed Textus id clarè non probat, ita Anna *d.alleg.66.n.10. in fine.*

30 Secundo loco reſpondet Anna ad cauſam *in d. alleg.66.num.11.* quòd Textus ille *in d.l ſi ego locum habet in ſubſidium*, quando aliter non poteſt conſuli mulieri petenti dotem, vt ibi dicit Textus,ne remaneat indotata,& ait Anna,quòd remedium dicti Textus ſit ſubſidiarium, & hoc probat tribus rationibus. Prima,quia multiplicarentur ſpecialia. Primum enim ſpeciale eſt,quòd hæres conſentiat, ſecundum quod ex hoc conſenſu non ſolùm mulier conſeruetur indemnis, ſed vteretur arbitrio à rigore iuris tradito, & ſic eſſent duo ſpecialia: nam regula eſt, quod afflictus in vno, debet in alio releuari, *l.iure ſuccurſum.ff.de iure dotium.* Secunda ratio eſt,quia dum Doctores applicant dictum Textum ad feudalia contra veritatem, debent ſaltem applicare iuxta terminos feudales, vt nunquam capiantur bona feudalia, niſi in ſubſidium, videas alia apud Annam *num.18.*quòd noſtri DD.de Regno conſtituerunt Textum *in d.l.ſi ego, §.ſi res*,non eſſe applicandum caſui noſtro, ſequuti tamen fuerunt Bartholomæus de Capua, & alios, & reſtrinxerunt Textum, quantum potuerint, vnde primò, dicunt non procedere in hærede mulieris, quia hæres non vtitur hoc priuilegio. Neque ad antefatum, & *alleg.115.* refert eſſe hoc intelligendum in ſubſidium,tum in aſſenſu impetrato poſt mortem obligari ad dotem, tum in aſſenſu Capituli, quem habent pro dotibus mulieres Neapolitanæ ſuper dotibus.

31 Tertia concluſio eſt, quòd ſicuti fauore dotis poteſt aſſenſus obtineri poſt mortem obligati in feudo,ita fauore piæ cauſæ poterit haberi impetratio aſſenſus,etiam poſt mortem impetrantis,& obligantis. Probatur concluſio, tum quia leges, & ſtatuta facientes mentionem dotis comprehendunt dotem promiſſam, ſeu dotem datam, quia cum dotis cauſa ſit ſemper, & vbique priuilegiata,*ex l. ff.ſolut.matr.* vbi Alciatus *n.16.* Duarenus *col.3.* Iaſon *n.9.* Pontanus *n.28.* Nouellus *de dote priuil.4.n.20 & priuil.47.* & alij apud Nouarium *de elect.fori, ſect.5. q.1.num.10.* Gratianus *tom.4. cap.647. n.22.& 23.* Barboſa *in l.1.part.1.num.20.ff ſol.matrim.*alij dicunt dotem comprehendi ſub generali diſpoſitioxe, niſi ſpecialiter ſit priuilegiata in caſu illo, poſt alios Petrus Barboſa *in l.1.part.7. ff. ſol.matr.* Angel. Boſſius *de dote,cap.8.§.1.à n.13.*

Sic ſub generali diſpoſitione non comprehen- 32
duntur pauperes,quia cum ſint ſpecialiter priuilegiati, non veniunt ſub generalitate, quia ſpeciali nota, & expreſſione digna ſunt, Gratianus *cap.710.n.29.*Leoncillus *de priuilegiis pauperum. in verbo,Generaliter*, & *part.2.priuil.59.* & non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione odioſa,Gratian. *d.cap.710. n.29.* & in ſimili Diana *part.5.tract.2.reſol.16.* Neque ſub generali loquutione,vel diſpoſitione veniunt,vel continentur magnæ perſonæ,Lucas de Penna *in l.in ſatis, in fine, C.de proximis ſacr.ſcrin. lib.12.* Afflictus *deciſ.267.n.15.*Cephalus *conſil.570.n.21.lib.4.*
ſic in generali conceſſione non veniunt ea, quæ 33
quis veriſimiliter in ſpecie, non foret conceſſurus, *l.obligatione generali, ff.de pignor. cap.in Generali 81.de Regul.iur. in 6.* & in ſpecie generalis ſermo non ſufficit ad tollenda priuilegia piis cauſis conceſſa, Felinus *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ,de Conſtit.d.70.*Gratianus *cap.710.n.27. & 29.* ſic generalis diſpoſitio non comprehendit cauſam dotis, vel contrahentis cum Eccleſia, vel cum paupere, Leoncill. *de priuil. pauperum, priuil.59. per totum.*

Quod verò cauſa dotis pia dicatur, dicunt 34
DD.cum Cephalo *conſil.701. lib.5.num.14.* vbi ſimpliciter dicunt, cauſam dotis eſſe cauſam piam,*ex l.cum is 32.§.ſi mulier, ff.de condit. indebiti*,& ob hoc legatum dotis, eſſe propriè pium, quando pauperi eſt relictum,Baldus *nouellus,p.9. priuileg.7. n.3.* & licèt, quod ſi dos relinquitur pauperi, tunc dicitur cauſa pia, ſecus ſi diuiti, Gratianus *cap.666.num.50.* Amatus *deciſ.Ferrariæ 24. n.7.*vbi loquitur in priuilegio, ne man- 35
datum renouetur morte mandantis,Fuſar.*q.545. n.16.*qui dicit,quòd quartam, quam rogatus reſtituere,quod ſupererit,tenetur regulariter reſeruare,& poteſt alienare ex cauſa dotis,ſed non poterit,niſi quando dos datur pauperi. Alij dicunt ſemper cauſam dotis piam videri, ita poſt Cephalum *vbi ſuprà,ex d.l.cum is 32.*ego diſtinguo 36
duos caſus cum Leoncill. *de priuilegiis pauperum, priuil.94.* & cum Mantica *lib.6. tit.3. num.22.* quòd dos ſemper dici poſſit cauſa pia, *dict.l.cum is 32.§.ſi in ea opinione ſit mulier, ff de condit.indebiti*, ita tamen vt non intelligatur de illa pietate, quæ ſpiritu Dei ducitur, vt non ſubiaceat legum ſolennitatibus, niſi dos pauperis, & ſic nota,quod licèt non quælibet dos gaudeat priuilegiis piæ cauſæ, tamen quælibet cauſa pia, vel 37
pauperis gaudet priuilegiis dotis,*cap donare,qualiter feudum alienari poterat*, Euerardus *in loco de dote ad piam cauſam*, Tiraquellus *de pia cauſa, priuilegio 48.* vbi refert Ioannem Baptiſtam à S.Blaſio collegiſſe 354. priuilegia, & alia collegit,

gia, Baldus *nouellus de dote*, alia Campegius, & confert ratio, quoniam fauorabilior est causa pia, quàm dos, Tiraquellus *priuil.126.* & fauorabilior est, aliquando causa pauperis, quàm sint aliæ causæ piæ, Leoncill. *de priuilegiis pauperum, priuil.43.& 94. per totum.*

38 Cum ergo fauore dotis possit assensus impetrari in alienatione, & obligatione feudi, etiam post mortem obligantis, vel vendentis, & certissimum sit, argumentum valere de dote ad piam causam, quàm fauorabiliorem putant quam dotem, vt diximus, per consequens sequitur ad Montem Pietatis priuilegium esse extendendum, vbi maxima pietas exercetur in supplendis indigentiis pauperum oppressorum, quibus succurritur à ducatis decem infra, sine vllo interesse, data cautione pignoratitia, & à decem ducatis vltra cum interesse ad sex pro centerario, & hoc omni tempore, omni die, & hora, quando voluerint miseri pauperes suis occurri necessitatibus, de quo Monte Pietatis plura notant Doctores apud Pasqualigum *in decis. moralib. decis.182. cum seqq.*

39 Confirmatur hoc ipsum, quia assensus Capituli, qui censetur præstitus super feudis fauore dotis mulieris Neapolitanæ, sicuti procedit in dote temporali, & in dote spirituali debita Ecclesiæ, vel Monasterio, quia consideratur, vt causa pia, & habet locum etiam in vitalitio debito Monialibus ex notatis.

Ergo ita assensus non impetratus in vita obligantis feuda, locum habet in omnibus contractibus, excepta dote; ergo etiam locum habebit in contractibus excepta causa pia, siue Ecclesia, vbi non agitur de causa pia, sed de Monte ipso Pietatis.

40 Tandem irrefragabili argumento probo, quod dixi, quia mandatum morte mandantis extinguitur re integra *ex l.2.§.sed & quis*, vbi Bart. *ff. de donat.* & *in l. mandatum, C. mandati*, id tamen fallit ad pias causas, per Textum *in Clem. exiit, §. in eo vero casu, de verb. signif.* quem commendant, vti singularem Baldus, & Romanus apud Tiraquellum *de pia causa priuileg.82. per totum*, & mandatum factum piæ causæ, licèt re integra non finiatur morte mandantis, nec potest illius hæres reuocare per Text. *in d. Clem. exiit*, nec mandatum expirat morte mandantis fauore libertatis, vt notat Tiraquellus *de pia causa, priuil.132.* & DD. dicunt per Textum *in d.l. si ego, §.1. ff. de iure dotium*, vbi mandatum morte mandantis extinguitur, sed fallit in dote, & pia causa, per Textum loquentem in dote *in d.l. si ego, §.1. ff. de iure dotium*, relatum à Tiraquello *priuil.132.*

41 Quod vlterius patet, quia argumentum valet à simili ad simile, Euerardus *in Topica legali loco 10.* Petrus Antonius Gammarus *in dialectica legali, lib.2.* in loco à simili, tum in contractibus, tum in delictis, statutis, & similibus, Card. Tuschus *litt. A, concl.507. num.29.* quia de similibus idem est iudicium, *l. non possunt, cum lege sequenti, ff. de legibus, §. rectè, instit. de mandato.* Farinacius *in fragmentis criminalibus, part.1. litt. E, num.188.* præsertim quando in vtraque simili eadem est ratio, Farinac. *litt. F, n.189.* & quando æqualis iuris dispositio est in vtroque, alias non dicitur simile, Card. Tusch. *d. litt. A, concl.507.* latè Barbosa *in locis communibus loco 101.*

42 Sic videmus, quòd licèt alteri per alterum stipulari vtiliter non possit, *l. stipulatio 8. §. alteri, ff. de verb. §. alteri, instit. de inutilib. stipulation. l. quæcunque 11. ff. de act. & obligat.* quia stipulationes inuentæ sunt, vt vnusquisque sibi acquirat, quod sua interest: nam vt alteri detur nihil interest stipulatoris, Donellus *in l. stipulatio, n.3.* Thesaur. *decis.70.* Gabriel *lib.3. comm. concluf. concl.55. num.13.* Donellus *lib.12. de coniecturis, cap.16. & seq.* Mantica *lib.14. de tacitis, tit.15. & seq.* Caldas *lib.1. for. q.1.* Fachineus *lib.3. controu. cap.19. & lib.8. cap.91.* & *lib.12. c.38.* Sanchez *lib.1. de matrim. disp.7.* Pinell. *lib.2. select. cap.6. n.40. cum seqq.* Arias de Mesa *lib.3. var. cap.50.* Olea *de cess. iur. tit.4. q.9.* Præses Merlinus *contro.61.* Regens Marcianus *disp.51. lib.2.*

Plures tamen habet limitationes Regula, de qua *suprà*, prima est fauore dotis: nam illius gratia vtiliter quis alteri stipulatur, *l. Gaius 15. ff. sol. matrimonio*, vbi Barbosa *num.7.* Nouellus *de dote, part.6. priuil.22.* Cujac. *tract.7. ad Africanum, in l. Pater 23. ff. de pactis dotalibus*, Mantica *de tacitis, tit.21. num.6.* & *tit.29.* Antonius Faber *lib.1. de coniecturis, c.9. in fin.* Reg. Merlin. *lib.1. contr. cap.61. num.2.* Roccus *resp. 43. num.25. lib.2.* Paschalis *de patria potestate, part.1. cap.9. n.80.* Arias de Mesa *lib.3. var. cap.50. n.10.* Sperellus *decis.81. num.25.* & etiam fauore piæ causæ, Iaf. *in § alteri, num.6. instit. de verb.* Thomasius *in tractatibus variis, in tr. de pia causa, tit.2. c.11. n.183.* Nouarius *de priuilegiis miserabilium personarum, priuilegio 25.* Velaschus *de priuilegiis pauperum, part.3. q.8. num.259.* Robles *de repræsentat. cap.18. à num.44. lib.3.* cuius fauore non requiritur in donatione acceptatio, post alios de Xarte *decis.59.* Sperellus *decis.80. num.15.* neque fauore alimentorum, Merlinus *dict. controuers.61. num.3.* Surdus *de alimentis, tit.8. priuileg.37.* &c. 43

DISCEPT. CCCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Monasterij partes quales fuerint.*
3 *Index præfertur, qui procedit præueniendo.*
4 *Iudices delegati de causis summariis solum agunt.*
5 *Officium Monterij maioris quale sit.*
6 *Factum narratur, de quo in præsenti.*
7 *Textus* in l. licet 7. C. qui pot. in pign. hab. *quæ requisita requirantur.*
8 *Ius luendi tollit omnes hypothecas.*
9 *Hæreditates concurrunt pro rata, & quando.*
10 *Venditor cum reseruatione dominij præfertur omnibus creditoribus.*
11 *Pactum reseruationis dominij dat prælationem omnibus creditoribus.*
12 *Venditio, aut retrouenditio, an sit indiuidua.*
13 *Retrouendere cogitur quis soluto pretio.*
14 *Retrouenditio qualiter competat pro rata.*
15 *Testes* in l. licet 8. C. qui pot. in pign. *iterum explicatur.*
16 *Creditor qui dedit partem pretij ad rem emendam, an aliis præferatur.*
17 *Cessio dum non officit cedenti, quid operetur.*
18 *Creditor pro sorte, quando pro vsuris etiam præferatur.*

ARGVMENTVM.

Creditor dans partem pretij Ceſſionario iuris luendi ad rem emendam, an præferatur, vel concurrat cum retrouendente, qui habuit dictam partem pretij, & pro reſtanti parte ſibi cauebit per pactum reſeruationis dominij, & hypothecæ, pendente ſolutione.

IN IVRE

PRO

Venerabili Monaſterio S. Dominici de Suriano, huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis;

CVM

Illuſt. Monte Triginta Familiarum;

Super Articulo,

Si dans Partem pretij, Ceſſionario iuris luendi ad rem emendam: Præferatur, vel concurrat, cum Retrouendente, qui habuit dictam Partem pretij: Et pro reſtanti parte, ſibi cautelauit, per pactum Reſeruationis dominij, & hypothecæ, pendente ſolutione.

1 DE anno 1646. Illuſtr. Princeps S. Agathæ Cæſar Farao legauit duc. 500. Venerabili Monaſterio S. Dominici de Suriano, huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, vt implicarentur in emptionem annuorum introituum, ex quibus tot Miſſæ, ſingulis annis, eſſent celebrandæ. Factis per Monaſterium pluribus interpellationibus Moderno Principi ſucceſſori, 53. illuſtr. Thomæ Farao nepoti, & hæredi vniuerſali: tandem ſententia S. C. fuit condemnatus ad dictos duc. 500. cum intereſſe.

2 Et pro exequutione ſententiæ, ſequeſtrati fuerunt duc. 433. exiſtentes in Banco Montis Pauperum, in faciem D. Fabritij Sanfelicij, debitoris Illuſtr. Principis Macchiæ, qui eſt debitor dicto Principi S. Agathæ: Cúmque Monaſterium obtinuiſſet illorum liberationem; Repertum eſt, eoſdem duc. 433. poſt ſequeſtrum S. C. fuiſſe ſequeſtratos ad inſtantiam Montis Triginta, per D. Conſiliarium Miroballum, vti Delegatum dicti Montis. Comparuit Monaſterium coram dicto Domino Delegato, & petiit. Primò, cauſam remitti, atque vniri cum actis prædictis, priùs factis per S. C. Secundò, quatenus remiſſio, & vnio non procederet, pecuniam ſibi liberari, vti anteriori, & potiori. Et hæc eſt ſumma totius cauſæ; Nunc de ſingulis videamus.

Circa primum. Certum eſt, Iudicem, qui præ- 3
uenit in procedendo, eſſe præferendum Iudici, qui poſteà proceſſit; & proindè acta huius ſecundi Iudicis, ſunt vnienda actis primi Iudicis. In hac verò cauſa, S. C. præuenit de menſe Auguſti 1648. faciendo præcepta D. Fabritio Sanfelicio, quòd faceret depoſitum: Et de menſe Iunij 1649. ordinauit ſequeſtrum dictorum ducat. 433. Et de menſe Iulij eiuſdem anni 1649. fecit liberationem Monaſterio. Sed poſt hæc, cœpit procedere D. Conſ. Miroballus: nam præceptum de depoſitando factum D. Frabritio, eſt de menſe Ianuarij 1649. Et ſequeſtrum dict. ducat. 433. eſt de menſe Iulij 1649. Igitur hæc acta poſteriora, actis S. C. vniri debent, & conſequenter S. C. procedere debet. Sic probatur de iure ex *l. ſi quis poſtea* 7. *& l. vbi cœtum* 30. *ff de iudicis*, Minſyng. *cent.* 1. *obſeru.* 4. Mart. *de iuriſd. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. cum *ſeqq.* & ſpeculatiuus Doctor D. Conſil. Carleu. *tom.* 2. *de ind. diſp.* 2. *num.* 5. 26. *&* 27. Et ex regula, ne continentia cauſæ diuidatur, *l. nulli* 9. *C. de iudiciis*, Giurb. *dec.* 23. Tondutus *in tract. de præuent. iudic. cap.* 1. *num.* 10. *& cap.* 13. *num.* 21.

Secundò, S. C. procedit in hac cauſa, via ordi- 4
naria, & vti Iudex Ordinarius: Domin. verò Conſ. Miroballus procedit extraordinariè, vti Delegatus: ſed Iudices Delegati poſſunt cognoſcere ſolùm de cauſis ſummariis, debitis liquidis, & exactionibus explicitis: igitur non poteſt ſe intromittere in hac cauſa, vbi agitur de concurſu, & prælatione creditoris, qui priùs præuenit, & per S. C. obtinuit ſequeſtrum, & liberationem; ita probatur ex Reg. Pragm. 2. *de delegationibus*, & ex *Regiis literis ſuæ Catholicæ Maieſtatis*, quas refert bonæ memoriæ D. Reg. Sanfel. *in Praxi ſect.* 16. *&* 411. *tom.* 3.

Circa ſecundum. Suppono priùs in facto; de 5
anno 1638. dictum Cæſarem Farao Principem S. Agathæ, emiſſe pro duc. 20. m. cum pacto de retrouendendo à Reg. Cur. Officium Cacciæ, ſiue Monterij Maioris (de quo officio ſcribunt D. Iudex Taſſon. *in Pragm. vnic. de antefato, verſ.* 5. *obſeru.* 3. *num.* 382. & nouiſſimè doctiſſimus Aduocatus noſtri S. C. D. Ioann. Lagan. *in addit. ad* D. Reg Ronit. *in Prag.* 2. *de aucupibus, additione* 2. *num.* 6.) Mortuo Principe Cæſare, Regia Curia voluit reemere dictum Officium; inuenitque Illuſtr. D. Carolum Gambacorta, Principem Macchiæ, qui obtulit duc. 22. m. Cúmque totam pecuniam non haberet, ſumpſit ad intereſſe duc. 10500. à Monte Triginta: Cui Monti ſub die 16. Martij 1647. vendidit annuos duc. 892. ad rationem octo cum dimidio, ſuper diuerſis ſuis bonis, pro dicto capitali ducat. 10500. Sed Mons pro maiori cautela, vinculauit etiam dictos duc. 10500. vt implicarentur in emptionem dicti officij, quòd eſſet ſpecialiter obligatum.

Poſtea, die 22. Martij 1647. Reg. Cur. ceſſit ius 6
luendi, ſiue reemendi dictum officium prædicto Principi Macchiæ, pro duc. 22. m. ſcilicet duobus millibus ſoluendis ipſi Reg. Cur. & vigintimillibus ſoluendis dicto Principi S. Agathæ. Et ſequenti die 23. Martij 1647. Princeps S. Agathæ retrouendidit dictum Officium Principi Macchiæ, vti ceſſionario iuris luendi, ſiue reemendi à Reg. Cur. per duc. 20. m. de quibus declarauit habuiſſe 16500. ſcilicet 10000. de pecunia prædicti Montis Triginta, & ſex mille de pecunia ipſius Principis Macchiæ: Verùm pro reſtanti pretio duc. 3500. ipſe Princeps S. Agathæ, ſibi reſeruauit,

uit, Dominium dicti officij, & specialem hypothecam eiusdem officij, pendente solutione. Quæ fuit promissa per totum mensem Aprilis, eiusdem anni 1647. & interim fuit conuentum de interesse ad decem pro centenario. Dictum officium est affictatum per Principem Macchiæ D. Fabritio Sanfelicio, & de affictu prædicto peruenit dictum depositum duc. 433. Concurrit Princeps S. Agathæ pro dicto residuo pretij, vti Dominus officij, in fructu eiusdem officij retrouenditi Principi Macchiæ, cum reseruatione Dominij, & speciali hypotheca, pendente solutione. Et pro dicto Principe S. Agathæ, Concurrit Monasterium S. Dominici de Suriano; Concurrit etiam Mons Triginta, qui dedit pecuniam, vt supra dicto Principi Macchiæ. Videndum quid iuris.

7 Pro Monte, dicitur. Primò esse præferendum, ex *l. licet 7. C. qui potiores in pignore habeantur*, vbi dans pecuniam ad emendum aliquam rem, & paciscens, quòd res illa emenda sit specialiter obligata, omnibus præfertur: latè exornat Ignatius del Villar *in sylua responsorum lib. 1. responso 10.* Rodriq. *de concursu creditorum, part. 1. art. 7. n. 8. cum seqq.* Flores de Mena *quæst. 6. art. 3. num. 13.* latissimè grauis, & subtilissimus Doctor, ac meritissimus Præses nostri S. C. Ill. Marchio Ramontis D. Franc. Merl. *tom. 1. contro. c. 26. & tom. 2. c. 36.* D. Dexart. *decis. Sardiniæ 78. num. 1.* Gallup. *in 4. p. prax. cap. 3. num. 35.* & nouissimè Mercurialis Merlin. *in tract. de pign. tit. 1. quæst. 23. lib. 3.*

8 Secundò, quia ius luendi, siue reemendi, resolut dominium, & tollit omnes hypothecas, vt ex *l. lex vectigali 31. ff. de pign.* & ex aliis iuribus, subtiliter antè omnes, hanc materiam tractauit Illust. Aduocatus D. Fabritius Brancacius *in alleg.* posita post *dec. 16.* Ill. Marchionis Torelli, Reg. Capyc. Latr. mei Domini, & doctissimi Magistri, qui eandem materiam clarius dilucidauit, in dicta singulari, & famigerata *dec. 16.* D. Cons. Carleu. *to. 2. de iudiciis, disp. 35. n. 36. cum seqq.* D. Cons. Arias de Mesa *lib. 1. var. resol. c. 22.* & Horat. Mont. *contr. 35.*

9 Tertiò, quia saltim ambo concurrere debent, v. 35. Mons pro rata soluta, & Princeps pro rata soluenda, & hoc ratione cessionis, quæ operatur etiam contra cedentem, *l. mulier 20. ff. qui potior. in pign. habeantur*, D. Præs. de Franch. *decis. 260.* Reg. de Pont. *dec. 34. n. 23.* D. Arias de Mesa *d. lib. 1. var. resol. c. 23.* & doctissimus, laboriosissimus, omnique honore dignissimus, D. Thor. *to. 3. compendij, in verb. cedens, vel cessionarius.*

10 Ego tamen constanter teneo, Monasterium esse præferendum, & integraliter satisfaciendum, & non pro rata: Id probo ex inuiolabili Conclusione, per quam habemus, Vendentem, vel retrouendentem cum Reseruatione dominij pendente solutione, totius pretij, vel Partis, esse præferendum omnibus creditoribus emptoris; etiam illis, qui dederunt partem pecuniæ ad emendum: Ratio est, quia de natura contractus venditionis est, quòd integrum pretium soluatur, aliàs pretio non soluto, dominium non transfertur, Text. est in *l quòd vendidi 19. ff. de contr. empt.* ibi: *Quod vendidi, & tradidi, non aliter fit accipientis, quàm aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidē habuerimus emptori, sine vlla satisdatione:* concordat Text. *in §. venditæ, Inst. de rerum diuis.* & alij Text. allegātur in Glos. & plenè discurrit Altograd. doctissimus modernus *cons. 9. n. 2. cū seqq.*

11 Proindè pactum reseruationis dominij valet, & prælationem omnibus creditoribus emptoris præstat, tanquam in re propria vendentis: ita probat Text. *in l. procuratoris 5. §. planè, ff. de tributoria act.* ibi: *sed si dedi mercem meam vendendam, & extat; videamus ne iniquum sit; me in tributum venire, & si quidem in creditum ei abij, tributio locum habebit, Enimverò si non abij, quia res venditæ non aliter desinent esse meæ, quamvis vendidero, nisi are soluto, vel fideiussore dato, vel alias satisfacto, dicendum erit, vendicare me posse.*

Et post antiquos, clarus, & textualis Doctor Ant. Gom. *var. resol. to. 2. c. 2. de empt. & vend. n. 30.* ibi. *Item infertur, quòd licet venditor non præferatur in re vendita aliis creditoribus: tamen illud procedit, quando purè, & simpliciter vendit eam, secus verò si pacto, & conditione appositā, vt non transferatur dominium, donec pretium sibi soluatur, quia tunc præfertur omnibus aliis creditoribus, vt in re propria*; idemque tenet Cuiac. *tom. 2. oper. tract. 8. ad Afric. in l. qui balneum 9. ff. qui potior. in pign. habeantur, fol.* mihi 570. *vers. Hodie est magna quæstio*, Osuald. ad Donell. *l. 12. c. 15. in fin. vers. cæterum venditori*, sic decisum pluries per nostrum. S. C. habemus apud D. Præs. de Franch. *dec. 506.* D. Reg. Rou. *dec. 7.* D. Præs. Merlin. *d. contr. 36. n. 39.* Griuel. *dec. 56. n. 4. & seq.* Io. Sandè *in dec. Frisiæ l. 3. tit. 12. defin. 16. vers. huic alia exceptio*, Reg. de Pont. *de pot. Pror. tit. de refut. feudor. §. 3. à n. 8.* ad *n. 21.* D. Carleu. *to. 2. disput. 8. sect. 5. n. 56. 57. 58. & seqq.* Suarez *in add. ad* Gomez *loc. citat.* & infiniti apud prædictos; quibus addo Mercurial. Merl. *in tract. de pign. l. 4. tit. 1. quæst. 41. à num. 53. cum seqq.*

Nec valet replicare, actum venditionis, vel re- 12
trouenditionis, esse indiuiduum, & ita adesse implicantiam inter vendere Rem, & reseruare dominium eiusdem Rei venditæ: ex quo arguitur, pactum reseruationis dominij, esse nullum, *l. cum manusata 80. in fin. ff. de contrab. empt.* Respondeo enim Primò, tunc adesse implicantiam, seu contradictionem actus in se, quando hæc reseruatio esset perpetua, sed quando est ad tempus, donec pretium soluatur; tunc valet pactum, quia conditionalis venditio est, quæ à lege permittitur, *l. qui absenti 38. §. 1. ff. de acqu. possess.* & ita respondet Gomez *vbi supra*, & latissime Magon. *dec. Florentiæ 61. à n. 9.* ad *n. 11.* & post dictam *decisionem*, in motiuis *Octauij Puri*, à *n. 12.* ad *n. 26.* Altograd. *cons. 9.* à *n. 15.* ad *n. 19.* Secundò respondeo, quòd hæc reseruatio temporalis, donec pretium soluatur, est de natura contractus, vt supra *num. 10.* probauimus, quia dominium transfertur soluto pretio, vel habita fide pretij, & non aliter, & sic, nec proprie conditionalis venditio est, stante hoc pacto, quod de natura contractus ineat; ita probat Couarr. *lib. 3. var. resol. cap. 11. n. 6.* quem sequitur Reg. de Pont. *de pot. Pror. tit. de refutat. feudor. §. 3. n. 15. & seq.* Tertiò respondeo ex doctissimè discussis, & decisis per nostrum S. C. in *d. dec. 7.* Reg. Rou. quòd ex tali reseruatione, resultat specialis hypotheca, omnibus anterior, ac potior: quod etiam ex multis Rot. Rom. *decisionibus*, probat Mercurial. Merlin. *d. quæst. 41. num. 61. cum seqq.*

Et licet D. Carleu. conetur dictæ *decis.* Reg. Rou. contradicere, *tom. 2. disp. 8. sect. 5. n. 56.* cum *seqq.* quia reseruatio dominij, & hypotheca sunt inuicem contraria. Ad saluandum tamen communem stylum Notariorum, qui vtrumque ponunt; dici potest, non esse contraria absolutè, quia quasi hypotheca contrahitur, in dominio reseruato reuocabiliter, ita impropriando verba, ad cautelam contrahentium, probat Text. *in l. Iulianus 14. §. offerri, ff de act. empt.* ibi *venditor enim quasi pignus retinere potest rem, quam vendi-*

dit, donec pretium conſequatur, iungendo hunc *verſiculum*, cum Text. antecedenti: & ita latè diſcurrit Caldas *de empt. & vend.cap.13.num.27.* & melius Altogr. *d. conſ.9. n.61. 62. & 63.*

13 Infertur ex his, primò, non poſſe dubitari, de validitate dicti pacti, etiam ſi ſumus in retrouenditione, facienda, in beneficium eius, cui Reg. Cur. ceſſit ius luendi, ſiue reemendi: Ratio eſt, quia cùm nemo teneatur retrouendere, nec ad retrouendendum cogi poſſit, niſi ſoluto integro pretio, vſque ad minimum quadrantem, *d. l. Iulianus* 14. §. *offerri, ff. de act. empt.* ibi: *Offerri pretium ab emptore debet, cùm ex empto agitur, & ideò etiam ſi partem pretij offerat, non dum ex empto actio eſt, ad rem acquirendum*; *l. acceptam* 19. *C. de vſuris*, Tiraq. *de retractu conuentional.* §.4. *gloſſ.6. num.23. & 24.* cum *ſeqq.* Giurba *dec.98. num.16. & ſeqq.* Proindè ſi non ſoluto integro pretio, retrouendo cùm dicto pacto reſeruationis dominij, pro mei ſecuritate, pendente ſolutione pretij: hæc retrouenditio voluntaria eſt; & propterea poſſum ponere dictum pactum, alias ad retrouendendum, non teneor, nec cogi poſſum. Sed in hac cauſa pactum prædictum, eſt poſitum à Principe S. Agathæ, & acceptatum à Principe Macchiæ: conſequenter ceſſat omne dubium.

14 Infertur ſecundò, eundem effectum, ac potioritatem habere dictum pactum, ſiue pro toto pretio, ſiue pro parte pretij, reſeruatio dominij facta ſit: probat Text. *in d. §. offerri*, ibi, *& ideò ſi partem pretij offerat, non dum ex empto actio eſt ad rem acquirendam*, in terminis tradit D. Gaitus, Aduocatus doctiſſimus, & magni nominis *in tract. de credito, c.14. quæſito 11. n.1223. cum ſeqq.* & fuit deciſum per Senatum Tholoſanum, apud Maynard. *dec.45. lib.2.* Ratio eſt, quia valet argumentum de toto ad Partem, *l. quæ de tota 75. ff. de rei vend.* Euerar. *de locis argumentorum, titulo de toto ad Partem.* & in effectu nulla diuerſitatis ratio aſſignari poteſt.

15 Infertur tertiò non poſſe concurrere dantem pecuniam, ad emendum, & ponens ſpecialem hypothecam rei emendæ, cum vendente pacto prædicto reſeruationis dominij, & hypothecæ. Nam ceſſat ratio *d.l. licet 7. C. qui potior. in pign. habeantur*, quæ eſt fundata in illa ratione, quia dans pecuniam ad emendum, auget Patrimonium communis debitoris, vt præ cæteris ſcribit ſubtiliſſimus Faber *in Cod. lib.8. tit.8. qui potior. in pign. habeantur, definit.* 10. quem ſequitur latè agens de ratione *d.l. licèt*, D. Carleu. *tom. . diſp.28. à n.5. ad num.13.* Sed in hac cauſa, res eſt mei vendentis, in qua antequã liberè de meo Patrimonio exeat, conditionem, & pactum prædictum ponere poſſum: quia non efficitur ementis communis debitoris, niſi ſoluto integro pretio, vt dictum eſt: in terminis, latè examinato articulo, ſic concludit D. Carleu. *tom.2. diſp.28. à num.15. ad num.22.* Rationem aſſignat *num.15. Nam in hoc caſu, non ſolum eadem, ſed maior ratio conſideratur, quam ſit in d.l. licet. Qua qui vendit rem ſuam, appoſito iſto pacto ſpecialis hypothecæ, magis immediatè dicitur rem ſuam proſequi, quam qui petit rem emptam ex ſua pecunia, & ſpecialiter ſibi obligatam: Nulla enim fit iniuria creditoribus anterioribus, ſi iſte præferatur in illa re, à ſe vendita, & ſibi hypothecata, vt quod ipſe attulit, ipſemet auferat*: Et eodem *n.15.* dicit *ſecurior cautela eſt, reſeruatio dominij, per quam tollitur omne dubium.*

16 Infertur quartò, in ſolutione reſtantis Partis pretij non ſoluti, pro qua pactum reſeruationis dominij, & hypothecæ fuit appoſitum, non poſſe concurrere pro rata ſoluta illum, qui dedit Partem pretij ad emendum. Rationes ſunt primò, quia aliàs ſequeretur particularis ſolutio, & mendicata ſatisfactio ipſi reſeruanti, quod eſt omninò contra omnem ſenſum, & mentem vendentis. Et hoc abſurdum eueniret in præſenti cauſa. Secundò, quia hæc reſeruatio dominij pro Parte pretij non ſoluti, reſeruat totum dominium, totius rei, *l. fiſtulas 78. §. qui fundum ff. de contr. empt.* ibi: *nec ſi Partem ſoluit, ex empto cum venditore aget, quoniam ita contractum eſt alienum, diuidi non debet*: Et Bart. qui eſt Magiſter communis, ſuper hoc Text. notat; *Quod licèt ſit ſoluta quantitas pro Parte, non tamen dominium acquiritur pro Parte emptori; non enim alienaſſet venditor, niſi totum alienaſſet*: Bart. ſequuntur ibidem communiter DD. Nec obſtare poteſt, quòd emptor, pro Parte pretij ſoluti, acquirit pro eadem Parte fructus rei emptæ, *l. fin. verſ. ſi per mulierem. ff. de fund. dotali*, Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit. n.71.* Vrſil. ad Affl. *deciſ.188. num.4.* Facilis enim reſponſio eſt, ſi diſtinguamus; ſcil. facere fructus ſuos, pro Parte ſoluta, ne venditor illos lucretur: Non verò poſſe impedire, ſtante hoc pacto, ne venditor illos obtineat, in computum ſui crediti, Partis pretij non ſoluti, vt eſt quæſtio noſtra.

Ad contraria reſpondeo, Ad primum patet reſponſio ex dictis *n.15.* quòd prædicta lex *licèt* non habet locum contra vendentem cum reſeruatione dominij. Ad ſecundũ habetur reſponſio ex dictis *n.13.* quòd ius luendi reſoluit dominium, & tollit hypothecas, quãdo eſt ſolutum integrũ pretium, non quando eſt ſoluta Pars pretij, & pro alia parte non ſoluta, facta eſt reſeruatio dominij, & hypothecæ. Ad tertium colligitur reſponſio ex dictis *n.16.* Non dari concurſum, ſtante reſeruatione dominij. Præterea nego, hic adeſſe ceſſionem factam per Principẽ S. Agathæ Monti Triginta. Et quando ceſſio exhiberetur, quam non video, ſciunt omnes ex communi ſtylo fieri, cũ clauſula, quòd non afficiat cedentem in concurſu, in iudicio, nec extrà, etiam in bonis poſſeſſis per debitores, vel alios, vt aduertit D. Præſ. de Franch. *dec.260.* poſt *n.7.* & D. Arias de Meſa. *d. lib.1. var. reſ. c.23. n.30.* Et effectum huius clauſulæ, immò maiorem, habet dicta reſeruatio dominij, ex prædictis. 17

Sed ampliùs obſeruandum eſt. Etſi concederemus, Montem Triginta, ſubintraſſe in locũ Principis S. Agathæ, ſubintrauit ſolũ pro capitali cum eadem anterioritate, non verò pro Tertiis poſtea conuentis, cum Principe Macchiæ, ex proprio, & nouo contractu poſteriori. Ratio eſt quia creditũ Principis S. Agathæ, erat pretium officij, abſque Tertiis, vel intereſſe conuento: ſic ceſſat difficultas, quòd ceſſionarius iuris luẽdi, eſt anterior pro capitali, & Tertiis conuentis, ex tranſlatione contractus, & iurium cedentis, & retrouendentis in ceſſionarium, iuxtà *deciſ.16.* Domini mei Reg. Capyc. Latr. quem ſequitur doctiſſimus D. Conſ. Staib. *reſol.81.* ex regula *l. Lutius 19. ff. qui potior. in pign. habeantur*: Hic namque tertiæ, vel intereſſe non erat conuentum, nec debitum Principi S. Agathæ, ſic nulla iurium anteriorum tranſlatio facta fuit reſpectu tertiarum: Et proindè hæ Tertiæ ex nouo contractu poſteriori debite, non poſſunt venire in concurſum cum reſtanti Capitali debito Principi S. Agathæ ex contractu anteriori, vt probatur doctiſſimè ſcriptis per D. Carleu. *tom.2. diſp.35. n.48. 49. & 50.* & pluries deciſum per S. C. refert D. Thor. *tom.2. compendij, in verb. ceſſionarius iuris luendi.* Neap. 12. Octob. 1649. 18

DISCEPT.

DISCEPT. CCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Factum narratur, de quo in præsenti.*
2 *Partis aduersæ petitio qualis fuerit.*
3 *Fideicommissi renunciatio in fraudem facta quando dicatur.*
4 *Actus conditionalis quando inducatur per dictionem dum tamen.*
5 *Testamenti apertura coram eisdem Testibus fieri debet.*
6 *Testamentum sustinebitur, vt nuncupatiuum, si vt solemne non possit.*
7 *Facti declaratio affertur.*
8 *Extensio de casu ad casum quando detur.*
9 *Fideicommissum non inducitur ex nuda prohibitione alienandi.*
10 *Testamentum in feudalibus est nullum ob defectum assensus non impetrati.*
11 *Assensus superueniens non confirmat contractum innalidum.*
12 *Assensus, de quo ibi, non inducit fideicommissum.*
13 *Assensus regulatur à petitis, & quare.*
14 *Feudi potestatem habens disponendi, non potest in eo substituere, nec fideicommissum facere.*
15 *Assensus de quo* d.num.15. *non conualidat contractum.*
16 *Assensus de quo* num. 16. *non conualidat fideicommissum.*
17 *Assensus quas clausulas requirat.*
18 *Assensus subreptitius qualiter dare debeat.*
19 *Assensus præstitus per relationem ad aliam scripturam, quæ requirat, vt valeat.*
20 *Assensus præstitus post mortem Testatoris super fideicommisso feudi, non valet, & quare.*
21 *Assensus an retrotrahatur in præiudicium tertij.*
22 *Feudum defertur masculo in eodem gradu existenti cum fœmina, sed cum onere dotandi fœminam.*
23 *Fideicommisso facto in feudis, an, & quando soluantur releuia.*
24 *Fideicommissum in feudo in fauorem masculorum qualiter valeat.*
25 *Descendentia alicuius pro fideicommisso qualiter adducatur.*
26 Auth.res quæ, C.commun.de legatis, *qualiter procedat.*
27 *Fideicommissum an, & quando extendatur vltra quartum gradum.*
28 *Dispositio facta in pœnam an, & qualiter procedat.*
29 *Feudi reuocatio fit pretio refuso, & qualiter.*
30 *Fideicommissum in quo feudo fieri possit, & qualiter.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum in feudo fieri potest, sed cum assensu Regis impetrato tempore dispositionis non prius, nec postea, assensus quando possit dari, vt valeat fideicommissum in feudo, & an si mortuo Barone datus sit, & plura de assensu Regio super feudis, & de fideicommisso facto in feudalibus.

FACTI, ET IVRIS NOTA PRO Illustr. D. Ioanne Baptista de Sangro Vigiani Principe.

Figliola Act. Mag.

VENDITA sub hasta S. C. Terra Vigiani, instantibus creditoribus, ac etiam Doctore Donato Bonello procuratore Domini Placidi Dentice, tunc dictæ Terræ vtilis Domini *fol.* 89. *à terg.* & 91. *à terg.* de cuius mandato constat *fol.* 84. *à terg.* & 85. illáque empta per Illustriss. D. Ioan. Baptistam de Sangro ad præsens præfatæ Terræ Principem pro ducatis sexaginta mille de præsenti pecunia depositatis, ac creditoribus dicti D. Placidi, & eius prædecessorum, præuia graduatione, liberatis cum cautione eiusdem D. Placidi de restituendo nonnullas dicti pretij quantitates *fol.* 114. idem D. Placidus de anno 1636. sub prætextu asserti fideicommissi ordinati per quondam Antonium Dentice in anno 1457. super Terra prædicta in beneficium eius descendentium masculorum tantùm, cum prohibitione alienationis extra suam stirpem masculinam, prætenso assensu Regis Alphonsi de Aragona roborati, instítit in eodem S. C. nullas, & inualidas declarari, nedum alienationem de dicta Terra factam, sed etiam omnes, & quascunque obligationes super eas initas contra formam prohibitionis prædictæ, ipsumque reintegrari in illius possessione, & dominio, possessorémque condemnari ad relaxandum terram prædictam, vnà cum fructibus *fol.* 1. *& à terg.* 1

Cúmque aduersus prædicta institissét dictus D. Princeps, dictum D. Placidum à limine iudicij esse repellendum, ex quo ipsemet de euictione tenetur, nedum ob dictæ Terræ venditionem ad instantiam eius creditorum de ordine S. C. factam, sed etiam ob cautionem per ipsum præstitam de restituendo nonnullas pecuniarum quantitates diuersis personis liberatas ex pretio prædicto, etiam in casu euictionis dictæ Terræ, & quatenus esset procedendum, vnico actu illum cogi, & compelli ad sibi reficiendum omne totum, ad quod ipse veniret condemnandus, & pro eisdem quantitatibus sibi licere terram prædictam retinere, prout ex supplicatione *fol.* 14. & contra supplicata notificata Doctori Petro Antonio Castrouillari *fol.* 29. *à terg.* & 30. vti procuratori dicti D. Placidi *fol.* 6. decreto S. C. fuit ordinatum, quòd terminus datus currat super omnibus hinc inde prætensis *fol.* 38. pro cuius exequutione facta fuit electio examinatoris tam in causa conuentionis, quàm reconuentionis *fol.* 39. 2

Alioque decreto eiusdem S. C. die 20. Aprilis 1644. fuit prouisum, quòd suspensis omnibus actis, terminus aliàs datus currat ab hodie auditis omnibus creditoribus, quibus fuit liberatum pretium Terræ Vigiani *fol.* 115. *à terg.* 3

à quo cùm dictus D. Placidus reclamaſſet *folio* 116. alium porrexit ſupplicem libellum, tam nomine proprio, quam vti pater, & legitimus adminiſtrator D. Aloyſij eius primogeniti pro relaxatione Terræ prædictæ vigore dicti prætenſi fideicommiſſi *fol.* 118. & die 23. Decembris dicti anni 1641. per S. C. fuit declaratum bene prouiſum ſub die 20. Aprilis reſpectu D. Placidi ex propria perſona, & reſpectu filij partes informent *fol.* 128. *à terg.*

Deinde die 20. Februarij 1646. decreto eiuſdem S.C. fuit ordinatum, quòd D. Aloyſius petat Curatorem, vt valeat agere cum poſſeſſore Terræ in actis deductæ *fol.* 130. cuius vigore petitus Curator ſibi datus *fol.* 131. *à terg.* inſtitit declarari Terram prædictam ſpectauiſſe, & ſpectare ad dictum D. Aloyſium ex cauſa dicti fideicommiſſi, vel ſaltim poſt mortem dicti D. Placidi ſui patris *fol.* 134. & hoc medio tempore dictus D. Placidus tollens ſe de medio ceſſit, & renuntiauit dicto prætenſo fideicommiſſo die 14. Martij 1646. *fol.* 133. fuítque compilatus proceſſus, pro cuius expeditione ad præſens inſtat D. Thomas Dentice, vti frater, & hæres in feudalibus dicti D. Aloyſij, ſperando ex productis, teſtamento nempe dicti quondam Antonij, ac prætenſis ſuper eo aſſenſibus, fundatam habere intentionem, & pro eo iudicandum.

At iura dicti Dom. Principis tuendo, vnum circa ordinem, non animo tamen expeditionis differendæ, ſed vt facilior reddatur abſolutio, & alia nonnulla circa iuſtitiam in medium afferemus.

3 Circa ordinem ex deductis in facto dicimus, Dom. Placidum poſt ius quæſitum Dom. Principi per bina decreta S. C. quòd terminus datus currat auditis creditoribus, quibus fuit liberatum pretium Terræ Vigiani *d. fol.* 115. *à terg.* & 128. *à terg.* & poſt litem conteſtatam non potuiſſe ſe de medio tollere, *Auth. qui ſemel, Cod. quomod. & quando iud.* Afflict. *deciſ.* 173. *num.* 5. D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 193. *num.* 13. ac renuntiationem, & ceſſionem per ipſum factam de prætenſo fideicommiſſo in fraudem, cum reuerſurium ipſius Principis, & creditorum eiuſdem D. Placidi nullius eſſe momenti, *l. qui autem, ff. qui in fraud. cred.* ibi, *Pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium ſuum, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur*, Dom. de Franch. *dec.* 101. *ſub num.* 3. cùm certum ſit, renuntiationem prædictam continere diminutionem circa fructus, vita durante ipſius Placidi in præiudicium creditorum, & eiuſdem Principis, tantò magis ſtante reconuentione facta per dictum Principem in dicta ſupplicatione *fol.* 14. in cuius præiudicium non poteſt actor à iudicio deſiſtere, Afflict. *dict. deciſ.* 173. *in fine*, & Dom. Præſ. de Franch. *dict. deciſ.* 193. cuius reconuentionis vigore tenetur dictus D. Placidus de euictione, ac ſi ipſe Terram prædictam vendidiſſet, quia factum iudicis eſt factum partis, *l. ſi ob cauſam* 13. vbi Bald. *Cod. de euict.*

4 Circa iuſtitiam dicimus, teſtamentum quondam Antonij, ſuper quo fundatur aſſertum fideicommiſſum ſuper feudo prædicto, ex eius viſura fuiſſe, & eſſe nullum, ac aſſertum fideicommiſſum ſuper terra prædicta non adeſſe, & quatenus contra, nullum, & inualidum eſſe, nullóſque aſſenſus productos, & quando omnia prædicta corruerent, nullum ius ad dictos de Dentice ſpectare, & quatenus ſpectaret, actorem ad pretij refuſionem teneri.

Nullitas teſtamenti patet vitio viſibili, ex eo quòd in ſcriptis, prout ex illius fide primo loco præſentata *fol.* 9. & ex copia, in qua ſubſcripti apparent teſtes *fol.* 129. in eo deficiunt requiſita, *l. hac conſultiſſima* 21. *C. de teſtam.* in qua duo inter alia ponit Imperator, per dictionem, *dum tamen*, quæ facit actum conditionalem, & exiſtentiam requirit per neceſſitatem, Barboſ. *tractatu de diction. dict.* 96. nempe quòd teſtator teſtibus præſentibus ſuum eſſe teſtamentum dixerit, & quòd coram eiſdem teſtibus ſua manu in reliqua parte teſtamenti ſe ſubſcribat, & hoc idem obſeruant ad ornatum *d. l. hac conſultiſſima*, Specul. *lib. 2. de inſtrum. edit. §. compendiosè, n.* 40. Roland. *in ſumma artis Notariorum, part.* 1. *cap.* 8. *rubr. de teſtam. in ſcript. tit. flos teſt.* Roland. *conſil.* 36. *num.* 2. *lib.* 1. Meyer. *de teſt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 15. recenſetque omnes Borrell. *in ſumma deciſ. vniuerſ. tom.* 3. *tit.* 20. *de teſtam. num.* 155. & alias ſolennitates, quæ in teſtamento in ſcriptis requiruntur, ſcribit Afflict. *deciſ.* 143. *à num.* 1. deficit etiam actus clauſuræ, & licèt à teſtibus ſubſcriptum appareat, non tamen ab eis ſignatum videtur, & ideò pro infecto haberi, ſtatuit Imperator *in dict. l. hac conſultiſſima*, §. *non ſubſcriptum.*

Deficit etiam actus aperturæ coram eiſdem teſtibus, qui teſtamentum ſignarunt, eorum ſigna cum iuramento præcisè recognoſcendo, prout mandant iura *in leg. cum ab initio, cum leg. ſeq. ff. quemadmodum teſtam. aper.* Capyc. *deciſ.* 29. *n.* 5. Vrſill. ad Afflict. *d. deciſ.* 143. *num.* 1. qua ſolennitate deficiente, & ſi à teſtatore remiſſa, nullum eſſe teſtamentum affirmat D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 429. & deficientibus teſtibus prædictis, quomodo ſit aperiendum, docuit idem Dom. Præſ. *deciſ.* 530. quæ apertura, ſiue publicatio teſtamenti adeò eſt neceſſaria, vt & ſi illud ſit ad pias cauſas, vel inter liberos, requiratur Oldrad. *conſil.* 119. Ioan. Andr. ad Specul. *in dict. §. compendiosè*, & Anchar. adducti per Grammat. *deciſ.* 62. *n.* 4. 5

Nec ſuſtineri poteſt dictum teſtamentum vti nuncupatiuum, dum apparet, dictum teſtatorem in ſcriptis voluiſſe teſtari, quod probatur ex titulo in principio dicti teſtamenti, ſic dicente *folio* 9. & ex teſtium ſubſcriptione, Card. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 1. prout deciſum teſtatur Afflict. *d. deciſ.* 143. *num.* 6. & Grammat. *d. deciſ.* 62. *num.* 15. contra eius votum, vt ipſe aſſerit *num.* 32. *in fine*, ea ratione, quia dum non conſtat, teſtatorem coram teſtibus expreſſiſſe nomina hæredum, nec explicitè, nec implicitè per relationem ad aliam ſcripturam, prout requiritur in teſtamento nuncupatiuo, *l. hæredes palam, ff. de teſtam. §. fin. inſtit. eod.* & *dict. l. hac conſultiſſima*, §. *per nuncupationem*, tale teſtamentum tanquam nuncupatiuum ſuſtineri non poteſt, Afflict. *d. num.* 6. & 7. & hoc idem expreſsè firmauit Cardin. Mantica *d. tit.* 7. *num.* 7. *verſ. Sed aduertendum eſt*, ibi, *Sed locum non habet, quando teſtator voluit in ſcriptis facere teſtamentum: nam ſi forma teſtandi in ſcriptis, quæ cœpta eſt, non fuit per omnia ſeruata, non valet etiam, vt teſtamentum nuncupatiuum, vt probatur in l. hac conſultiſſima, in fine, princip. Cod. de teſtam. vbi dicitur, quod forma non obſeruata, teſtamentum pro infecto haberi conuenit, & ſi aliquis dixerit, non valere vt teſtamentum in ſcriptis, ſed tamen valere vt nuncupatiuum, reſpondetur, quòd hoc eſſet legem verbis imponere, & non rebus, contra l.* 2. *in fin. C. commun. de leg.* & ita videtur ſentire Paulus de Caſtro *in d. l. hac conſultiſſima*, §. *per nuncupationem, in fine*, 6

&

& ibi Corneus *num.* 1. Soccin. Sen. *in l. si ita scripsero, num. 3. vers. quando succedit tertius casus, ff. de condit. & demonstrat. & latè hanc sententiam tuetur* Ruin. *cons.* 193. *num.* 10. *lib.* 1. Hæc Mantica. Imò talis articulus non est disceptandus stante defectu aperturæ, cuius vigore nullum redditur testamentum, iuxta Dom. Præs. de Franch. *d. decis.* 429.

7 Et quamvis prædicta tantùm, vt Dominus Princeps absoluatur, sufficiant, attamen non existentia prætensi fideicommissi super Terra prædicta apparet, siquidem instituto per Antonium hærede particulari Aloysio eius filio primogenito in Castris Peschi, & Hischitellæ, ac in Terra Vigiani, & Casale Sancti Iuliani cum onere soluendi ducatos sex mille Carolo, Cæsari, Iacobo, & Ranerio eius fratribus secundogenitis *fol.* 16. Idem Antonius testator suas hæredes particulares instituit Antonellam, & Mariam Dentice eius filias in ducatis trib. mille, & ducentum, de quibus teneretur dictus Aloysius primogenitus soluere ducatos tres mille in pecunia infra menses tres d. *fol.* 16. à terg. litt. A. & si dictus Aloysius non se contentaret de solutione dictorum ducatorum trium mille facienda per eum dictis sororibus suis, & de dictis ducatis sex mille dictis Cæsari, Iacobo, & Ranerio, quòd eo casu dicti Cæsar, Iacobus, & Ranerius teneantur dare dicto Aloysio ducatos quatuor mille, & dictis sororibus eorum ducatos tres mille prædictos, & eo casu Terra Vigiani cum Casali Sancti Iuliani, Vassalli, &c. sint, & esse debeant dictorum Cæsaris, Iacobi, & Ranerij, & eorum hæredum, & successorum ad faciendam eorum liberam voluntatem d. *fol.* 16. à terg. lit. C. & voluit dictus Dom. Antonius testator, quod dicta Terra Vigiani cum dicto Casale Sancti Iuliani, vllo vnquam tempore, possit vendi, alienari, permutari, insolutum dari, in totum, nec in parte, nec contractus distractionis fieri, nisi illis de domo, & cognomine ipsius Domini Antonij, & de eius stirpe, masculis tantùm, exclusis semper fœminis à successione, & contractu dictæ Terræ, & in casu, quo aliter fieret, quòd exiret de manibus ipsorum de domo, & stirpe dicti Domini Antonij, aliquo quocunque tempore, & ex causa, vel contractu quocunque, quòd ipso casu, & facto dicta Terra cum Iuribus suis perueniat ad manus, & potestatem Ecclesiæ, & Hospitalis Sanctæ Mariæ Annunciatæ de Neapoli d. *fol.* 16. *à terg. litt. D.*

8 Ex prædictis enim dispositis, assertum fideicommissum super dicta Terra Vigiani ordinatum legitur in casu, quo Aloysius primogenitus ordinatas quantitates sororibus, & fratribus non soluisset, & ob dictæ solutionis defectum terra prædicta iuxta testatoris ordinem ad dictos fratres peruenisset, nam dictio, *prædicta*, eo casu est restrictiua ad casum expressum, & non potest ad alium extendi, Barbos. *de diction. dict.* 106. *n.* 1. *&* 2. & dùm illicò vnica oratione subsequitur assertum fideicommissum, illis verbis, *& voluit, quòd dicta terra, &c.* dictio illa, *&*, quæ regulariter est coniunctiua, & copulatiua præcedentium cum sequentibus, Barbos. *de diction. dict.* 90. *num.* 3. *&* 7. necessariò dictum fideicommissum est intelligendum in casu prædicto, sed talem casum euenisse non constat, ergò.

9 Sed quatenus prædicta non procederent, quod non credimus, dicimus, dictum assertum fideicommissum fuisse, & esse nullum, tùm quia dicta prohibitio alienationis est nuda, & absque causa, & nudum præceptum reputatur, *l. filiusfamilias* 117. §. *Diui, de legat.* 1. Petr. *de fideicomm. quæst.* 1. *num.* 1. *&* 2. *cum seqq.* Fusar. *de substit. quæst.* 685. *n.* 1. *& seq.* & Peregr. *art.* 14. *n.* 1. tùm etiam tamquam de feudo, *cap.* 1. *de succes. feud.* ibi, *Nulla manente, vel valente dispositione*, Afflict. *decis.* 119. *num.* 1. Dom. Reg. de Ponte *cons.* 33. *num.* 14. *& in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dote*, §. 1. *num.* 25.

Hinc est, testamentum absque assensu non 10
stare in suspenso ob spem reconualidationis ob superuenientem assensum, sed ab initio esse nullum, contra leges feudales, & expressam Regni Constitutionem, quæ in specie testamentum includit, firmauit Anna *in repetit. Constitut. Constitutionem Diuæ Memoriæ, num.* 136. Dom. Reg. Capyc. Galeot. *lib.* 1. *controuers.* 1. *num.* 89. *&* 90. vbi nedùm Regnicolas, sed etiam exteros quamplurimos, quos non transcribo.

Nec validari potest dictum assertum fideicom- 11
missum ex productis assensibus, cùm omnes sint nulli, & inualidi cum reuerentia, & locum sibi vendicat Regula. *Quod nullum est, nullum producit effectum.*

Ad quod demonstrandum dicimus, ex aduer- 12
so quatuor fuisse assensus productos pro validitate dicti prætensi fideicommissi, nempe & primò, assensum obtemptum ab ipsomet Antonio testatore de mense Augusti 1457. duos post menses à die conditi testamenti *fol.* 47. de quo nulla est habenda ratio, cùm non fuerit petitus per dictum Antonium super dicto asserto fideicommisso, nec super eo præstitus à Rege, sed petitus, & præstitus super potestate diuidendi inter filios secundogenitos dictam Terram Vigiani, & Casale Sancti Iuliani, vt ex precibus d. *fol.* 47. & à terg. & ex concessione *fol.* 48. litt. C. & à ter. lit. B. ibi, *Dicta diuisioni, dispositioni, vel distributioni prædictorum bonorum feudalium inter dictos eius filios faciendæ, seu iam factæ, siue testando, vel codicillando, quolibetve modo disponendo, in quantum aliàs ritè, rectèque processura sit, in quo de speciali gratia dispensamus.*

Cùm enim sit petitus assensus super diuisione, 13
& super ea concessus, responsio refertur ad petita, Alex. *cons.* 75. *num.* 12. *lib.* 5. vbi *addit. litt. F.* & debet adaptari ad interrogata, & per interrogationem responsio declaratur, *l. si defensor,* § *qui interrogatus, ff. de interrog. act. cap. inter dilectos,* §. *caterum de fid. instrum.* §. *præterea, &* §. *quoties, Instit. de inutil. stipul.* Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *q.* 4. *num.* 7. vbi, vltra Iura prædicta, adducit Text. *in l.* 1. *C. de diuers. rescript.* Corn. *cons.* 334. *sub num.* 2. *vers. nam responsio*, & in puncto, quòd pro intellectu priuilegij concessi recurrendum sit ad formam supplicationis, dixit Bald. *in d. cap. inter dilectos,* §. *caterum*, teste Ias. *cons.* 173. *num.* 2. *lib.* 4. & dixit Dom. Reg. de Ponte *cons.* 2. *n.* 199. *lib.* 1. *& de potest. Proreg. tit. de assens. Reg.* §. *vlt. num.* 14. quòd in verbo, *peto*, & in conclusione consistit assensus, ideò cùm assensus non extendatur de casu ad casum, quod est commune dictum, Dom. Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dot. num.* 42. *& decis.* 8. *num.* 11. assensus obtentus super diuisione non extenditur ad assertum fideicommissum.

Nec obstat dictio illa *quomodolibet disponendo*; nam licet sit vniuersalis, tamen patitur restrictionem ad modos proportionabiles materiæ idoneæ in qua exprimitur, & secundum subiectam materiam Tass. *concl.* 359. *num.* 18. *litt. D, tom.* 2. Barbos. *de dictionibus dictione* 334. *n.* 18.

Reſtringitur ad cauſam expreſſam *l. ſi de certa*, vbi Bart. *C. de tranſact.* Gratian. *d.* 45. *num.* 25. *&* 27.

14 Tantò magis, quia aſſenſus præſtitus ſuper facultate diſponendi corruit, niſi nominentur perſonæ, & exprimatur modus, & propterea habens poteſtatem diſponendi de feudo non poteſt in eo ſubſtituere, & fideicommiſſum imponere, Loffred. *conſ.* 7. *num.* 56. Maur. Sen. *allegat.* 6. *num.* 8. Minad. *conſ.* 16. 17. *&* 52. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 35. *num.* 1. *&* 2. *& poſt num.* 27. *verſ. pro parte autem contraria, & quæſt.* 37. *à num.* 14. *verſ. verius mihi.* ſicque deciſum teſtatur Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 253. *num.* 27. *&* 28. & ſequuntur Dom. Regens Capyc. Galeota *controuerſ.* 44. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. Dom. Regens Rouit. *in pragm.* 1. *de fid. memorial. num.* 46. Dom. Præſ. Merlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 9. *num.* 25. *&* 26. *tom.* 2. & Dom. Conſ. Staiban. *reſolut. forenſ. reſol.* 61. *num.* 46. *&* 47. & licèt in dicto aſſenſu ſint nominati filij, non tamen ſunt nominati deſcendentes, nec fuit expreſſus modus diſponendi per fideicommiſſum, eoque fortius, quia in dicto aſſenſu adeſt clauſula, *In quantum aliàs ritè, rectéque diſpoſitio proceſſura ſit, fol.* 48 *à terg. litt. B*, quæ confirmationem importat in forma communi, quæ parum, aut nihil iuuat, *cap. penult.* vbi Gloſſ. *in verb. inſertus, de confirm. vtil. vel inutil.* imò per clauſulam prædictam excluditur confirmatio, Reg. Lanar. *conſ.* 15. *num.* 16. *in fin.* 17. *&* 18. *vſque ad* 20. *incluſiuè*, Dom. Reg. Tappia *deciſ.* 2. *Supremi Senat. num.* 329. & dum idem Antonius teſtator, quemadmodum ſupplices porrexit preces pro aſſenſu ſuper diuiſione, poterat etiam eas pro fideicommiſſo porrigere, & non porrexit, vtique eſt affirmandum, noluiſſe tale fideicommiſſum, ſuper dicta Terra imponere, & ſe penituiſſe de tali diſpoſitione ordinata, eoque fortiùs cùm diuiſio repugnet fideicommiſſo, & per illam cenſetur à fideicommiſſo receſſum, ad tradita per DD. in *l. qui Romæ*, §. *duo fratres, ff. de verb. oblig.* & per Menoch. *conſ.* 87. *num.* 29. aliis omiſſis.

15 Secundus aſſenſus adductus fuit de anno 1464. obtentus à Carolo Dentice filio ſecundogenito dicti Antonij ſimpliciter ſuper teſtamento, & codicillis conditis per dictum Antonium eius patrem *fol.* 10. *litt. A*, [*queſti codicilli non appareno*] qui ſimiliter eſt nullus, ex quo non fuit expreſſus tenor teſtamenti, & codicillorum, nec in eo adeſt clauſula, *ex certa noſtra ſcientia*, & dum dicta diſpoſitio fideicommiſſi ſuper feudo eſt contra Ius, non cenſetur confirmata, Panorm. *in cap. examinata, num.* 5. *&* 6. *de confirm. vtil. vel inutil.* Eſt etiam nullus, tantoque magis quod dicti Codicilli non producuntur, cùm non ſit in forma priuilegij, iuxtà *reg. pragm.* 2. *de fid. memorial.* vltra alias nullitates infra dicendas, etiam reſpectu tertij, & quarti aſſenſus.

16 Tertius fuit de anno 1470. obtentus per Iacobum Dentice, alium ſecundogenitum *fol.* 54. & licèt in eo adſit clauſula, *ex certa ſcientia*, & Regia Maieſtas confirmauerit omnia, & ſingula contenta in teſtamento, & codicillis dicti Antonij, attamen prodeſſe nequit. Primò, quia ad certum finem fuit conceſſus, nempè ad ipſius exponentis vberiorem cautelam, adeò quòd idem Iacobus, ſuique hæredes, & ſucceſſores habeant tertiam partem vtilis dominij, & proprietatis dictæ Terræ Vigiani, iuxta teſtatoris voluntatem, non obſtante dicti Antonij, & filiorem rebellione *fol.* 55. & ſic ſuper diuiſione, dum dictio illa, *adeò quod*, eſt illatiua, & declaratiua, Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 103. *num.* 16.

Secundò, quia in dicto aſſenſu deficit clauſu- 17
la, *cuius tenor, &c.* quæ de iure requiritur, Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 1.

Tertiò, quia eſt ſubreptitius ex eo, quòd fuit 18
aſſertum, Antonium habere facultatem diſponendi quouis modo, & faciendi ad ſui libitum, & voluntatem de terra prædicta d. *fol.* 54. quod erat à veritate alienum, ac etiam, quia fuit expoſitum, terram prædictam à dicto Antonio fuiſſe legatam ipſi Iacobo, necnon Carolo, Cæſari, & Ranerio eius fratribus, tempore quo ex dicto teſtamento apparet, in terra prædicta fuiſſe hæredem particularem inſtitutum Aloyſium primogenitum d. *fol.* 9. vndè ſuccedit diſpoſitio Text. *in cap. ſuper literis* 20. *de reſcript.* quòd falſus orator debet carere impetratis, & aſſenſus ſubreptitius eſt nullus, Dom. Reg. Tappia *deciſ. Supremi Senat.* 2. *num.* 326. *& ſeq.* D. Reg. Capyc. Latro *conſult.* 23. *num.* 59. *lib.* 1. cæteris aliis prætermiſſis.

Quartò, quia licèt adſit clauſula, *ex certa ſcientia*, nihilominus actus non dicitur ex certa ſcientia confirmari, niſi Princeps ſit plenè informatus de facto, & omnibus circumſtantiis, vt deliberatè actus nullus confirmaretur, Conſ. Gizzarell. *deciſ. num.* 22. ideò cùm non ſit in ſupplicatione prædicta vlla mentio facta de dicto fideicommiſſo, ſuper quo inſolitum eſt, aſſenſum præſtari, D. Reg. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot.* §. 2. *num.* 9. dicta clauſula non prodeſt ex prædictis; & in puncto, quòd Principis confirmatio facta ex certa ſcientia non operatur in præiudicium tertij, quando tale præiudicium non fuit narratum, Decian. *in cap. tua nobis, num.* 7. *de confirm. vtil. vel inutil.* Sarnenſ. *de iur. quæſit. quæſt.* 1.

Quartus aſſenſus ad petitionem Cæſaris ſimiliter ſecundogeniti de anno 1479. *fol.* 49. *à terg.* eiſdem morbis laborat.

Sed altiùs intuendo, prædictos tres aſſenſus à dictis filiis ſecundogenitis obtentos, ex duabus etiam aliis receptis Concluſionibus nullos, & inualidos eſſe affirmamus.

Quarum prima ſe offert, quòd aſſenſus præ- 19
ſtitus per relationem ad inſtrumentum, ſiue teſtamentum, niſi totus tenor illius inſeratur, non ſuſtinetur, prout ſic deciſum per S. C. teſtatur Seraph. *deciſ.* 981. *in* 1. *&* 2. Rot. *deciſ.* 455. *n.* 6. *part.* 1. *In nouiſſimo*, & D. Capyc. *in pragm.* 16. *de baron. num.* 4. qui alios adducit Dom. Conſ. Staib. *reſol.* 1. *num.* 75. *&* 76. Freccia *d. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 1. *in fine*, & quamplures apud D. Conſ. Marcian. *conſ.* 16. *num.* 7. *lib.* 1. à qua ſententia licèt ipſe Frecc. diſſentiat *num.* 2. etiam vbi ſpecialis requiritur expreſſio, quia expreſſum dicitur illud, quod virtualiter ineſt ex ibidem adductis, ac etiam per Franc. de Petr. *conſil.* 38. *à num.* 21. in hac cauſa edito, & ſic pluries deciſum teſtatur idem Frecc. *d. num.* 2. *ſupra fin.* attamen ibi loquitur Frecc. quando non agitur de præiudicio tertij, ſed tantùm ipſius concedentis, ne vaſſallus remaneat à Domino deceptus, ex Sandæo, Decian. & Loffred. at in caſu noſtro agebatur de præiudicio Aloyſij primogeniti, ergo aſſenſus eo modo ad relationem prodeſſe non poteſt; Quæ concluſio eo facilius procedit, quando in ſcriptura, ad quam fit relatio, qualitates inſolitæ continentur, prout ſunt vinculationes, & ſubſtitutiones feudorum, quæ ſi fuiſſent expreſſæ, Regius aſſenſus denegatus fuiſſet, vt teſtatur

idem

idem Frecc. *ibid. ſupra num.* 30. & tamen licèt concedens fuiſſet conceſſurus, ſi difficiliùs conceſſiſſet, ſubreptitia redditur gratia, Loffred. *conſil.*12. *num.*9. & 10. vbi iunctis duobus numeris ſequentibus ſupradictam fundat concluſionem, quam etiam ſequitur Reg. Lanar. *in conſil.*136. *à num.*112. *inter conſil.* Reg. de Pont. *lib.*2. etiam ſi fuerit dictum, habendo eius tenorem pro expreſſo, & præſertim *num.*115. vbi affirmat, quòd aſſenſus debet pro forma eſſe expreſſus, & ſpecificatus, & ſic quòd requiratur expreſſio, & per relationem non ſufficiat ex Cyn. & Decian. ibi adductis, ſubdens *num.*116. maximè ſi aſſenſus ad partis poſtulationem, & non motu proprio ſit expeditus, ex Ang. Paul. & Dec.

20 Altera eſt Concluſio, quod aſſenſus poſt mortem teſtatoris ſuper fideicommiſſo condito in bonis feudalibus eſt nullus, nedum quia teſtamentum, in quo de feudo fuit diſpoſitum, ab initio eſt nullum, tamquam contra leges feudales, vt ſupra fundauimus, ſed etiam quia ſtatim mortuo teſtatore feudum non eſt amplius ipſius diſponentis, cuius alienatio confirmatur, ſed illius dominium vtile deſcendit ad primogenitum ex lege inueſtituræ, & Rex confirmando teſtatoris diſpoſitionem de feudo, non tollit quod eſt filij, quia Princeps agit, & agere debet ſine cuiuſque iniuria, ſecundum Andr. *in cap. Imperialem, n.*14. & 15. Sequitur Afflict. *in Conſtit. diua memoriæ, num.*50. vbi Lipar. *lit. E.* aſſerit, *Nota ex hac doctrina* Iſern. *quòd in aſſenſu ſubintelligitur clauſula, iuribus alienis ſemper ſaluis*, quod etiam firmauit idem Iſer. *in cap.*1. §. *donare poſt num.*8. & *num.*12. *qual. olim feud. pot. alien.* Baudellon. *Conſil.*93. *num.*83. vbi omnes adducit, & licèt dixerit *in d. c. Imperialem*, *num.*14. quod aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi declarauit, locum habere in vita alienantis, prout dixit etiam Loffred. *conſ.*8. *ſupra*, *num.*23. vel in præiudicium tantùm ipſius concedentis, non autem in præiudicium alterius, ſequitur Camer. *in d. cap. Imperialem fol.*88. *litt. A, & fol.*90. *litt. M*, Grammat. *dec.*103. *num.*184. & *num.*209. Ann. *in repet. Conſt. Conſtitutionem Diu. Mem. num.*114. & *n.*131. & *alleg.*66. *n.*1. *vſque ad num.*5. Cacher. *dec.*119. *num.*26. Capyc. *dec.*115. *n.*2. 3. & 4. dicens, dictum Bald. & Aluar. *in d.* §. *donare* in contrarium procedere in præiudicium Domini approbantis, non autem in præiudicium agnatorum, ſicque D. Conſ. Marcian. *conſ.*36. *num.*10. & *in conſ.*17. *num.*16. *lib.*1. D. Reg. Rouit. *conſ.*83. *num.*4. & 5. *lib.*2. & allegat Camer. *in d. c. Imperialem fol.*90. *col.*4. *lit. I*, qui ampliat etiam in feudo hæreditario, vt non poſſit aſſenſus impetrari poſt mortem feudatarij, ſed quòd requiratur nouus conſenſus hæredis, eamdemque opinionem tenet D. Conſt. Staib. *reſol.*1. *num.*41. *cum ſequentibus*, & conſenſus non ſufficit tacitus ſed requiritur expreſſus *num.*46. & 47. Reg. Rouit. *in pragm.*2. *num.*17. & per totum de fide *memorialium*, & ſignanter, *numero* 42. Dom. Staib. *vbi ſupra*. D. Reg. de Ponte *conſ.*157. *num.*30. *lib.*2. & *de pot. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot.* §. 1. *num.*24. 25. 26. & *ſeq.* nulla exiſtente differentia inter contractum, & vltimam voluntatem, reiecta opinione Ann. *alleg.*69. *num.*56. *vt in d. n.*26. & *ſeqq.* ſequitur etiam D. Reg. Capyc. Galeot. *d. controu.* 1. *num.*71. 74. 86. 87. 88. & 100. *verſ.* & *verè cum ſeq.* reſpondendo *à num.*111. ſigillatim adductis per Ann. *d. num.*56. & *ſeqq.* & *controu.*27. *n.*28. & 29. *lib.*2. & nouiſſimè D. Præſ. Merlin. *controu. for. cent.*2. *c.*81. *num.*14. 15. & 16. & quòd in contractu poſt mortem contrahentis non poſſit aſſenſus expediri, etiam in venditione facta ſub haſta, D. Præſ. de Franch. *dec.*60. & D. Reg. Tapp. etiam in cauſa neceſſaria, *dec. S. C.*12. *n.*18. quæ concluſio fauore dotis tantùm limitatur D. Reg. de Ponte *d.* §. 1. *num.*7.

Si igitur Antonij teſtatoris filius primogenitus erat Aloyſius, vt in dicto teſtamento fuit declaratum, qui poſt dicti Antonij Patris obitum, ſtatim vtile dominium dictæ Terræ Vigiani acquiſiuit, vbi ſupra eſt fundatum, nouumque conſenſum nullatenus præſtitit dictæ fideicommiſſariæ diſpoſitioni paternæ ſuper Terra prædicta, nec ad eius petitionem fuerunt aſſenſus prædicti obtenti, & de ipſius Aloyſij præiudicio agebatur in dictis aſſenſibus, cum etiam hæres dicatur tertius in hac eadem materia, D. Reg. Capyc. Galeot. *d. controu.* 1. *num.* 101. *cum ſeqq. vſque ad num.*108. vbi etiam quòd non datur retrotractio in tertij præiudicium ex Camer. & aliis, & firmat Cacher. *d. deciſ.*119. *num.*28. Dubio procul inconcuſſa remanet concluſio prædicta, & aſſenſu vndique deſtitutum dictum aſſertum fideicommiſſum, cùm aſſenſu carere, vel inualidum exhibere paria ſint, D. Reg. Capyc. Galeot. *contr.*15. *num.*56. *lib.*1. 21

Agebatur etiam de præiudicio fœminarum per illarum excluſionem à ſucceſſione feudi prædicti vigore aſſerti fideicommiſſi in beneficium maſculorum tantùm, tempore quo fœmina in Regno, & deſcendentes ex ea ad feudi ſucceſſionem vocari inſimul cùm maſculo, notiſſ. Iuris eſt, *ex conſtit. Regni, In aliquibus, verſ. hac igitur lege*, licèt præferatur maſculus in eodem tamen gradu exiſtens cum onere dotandi, Andr. & Cannet. adducti per D. Reg. Capyc. Galeot. *controu.*14. *num.*4. *lib.*1. & ex hoc etiam capite procedit ſupradicta firmata concluſio. 22

Accedat prædictis ex abundanti, quòd ex Releuij ſolutionibus ex aduerſo adductis *fol.*44. apparet, inueſtituram dictæ Terræ fuiſſe factam pro ſe, & hæredibus continuatis temporibus, non autem vti reſtitutioni ſubiectæ, vigore dicti aſſerti fideicommiſſi, prout etiam ex præambulis, *fol.*42. & 43. imò ex priuilegio remiſſi releuij de anno 1512. Io. Iacobo Dentici de fructibus dictæ Terræ ob mortem Aloyſij eius Patris per D. Placidum præſentato, *fol.*65. ex qua productione cenſetur approbaſſe omnia contenta in ſcriptura prædicta, Afflict. *deciſion.*14. *numer.*6. vbi Vrſill. *num.*14. & *deciſion.*25. *num.*5. vbi etiam Vrſill. *num.*12. habetur dictum Aloyſium dictam Terram habuiſſe pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, *fol.*66. *à terg. litt. A*, & inueſtituram dicto Io. Iacobo fuiſſe conceſſam ſimiliter pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, *fol.*67. *à terg. litt. B*, & 68. *à terg. litt. C*, cuius originale reſtitutum legitur d. D. Placido, *fol.*69. quæ obſeruata ſuccedendi conſuetudo per primogenitos ſucceſſores plurimùm confert, & nullum adfuiſſe fideicommiſſum, declarat D. Conſil. Marcian. *d. conſ.*17. *num.*17. *col. vltim. d. lib.*1. 23

Præterea, dum aſſertum fideicommiſſum in maſculorum beneficium tantùm, excluſis fœminis à ſucceſſione legitur iniunctum, vtique ſi cùm effectu valido Regio aſſenſu munitum fuiſſet, vnico verbo, Loffred. *conſil.*8. qui pro dictis 24

ſecundo

ſecundogenitis quondam Antonij ſolenniſſimè ſcripſit ad excludendum Andreanam Denticem Neptem dicti Antonij ex Ioan.Berardino Aloyſij illius filij primogeniti, vſus fuiſſet, nempe, quòd ex dicto fideicommiſſo Regio aſſenſu roborato,ſi res,ſic ſe haberet, ipſa Andreana reperiebatur excluſa, ſed quia re vera agnouerat doctiſſ. Loffred.nullum,& inualidum fuiſſe dictum fideicommiſſum, tanquam de re feudali, & obtentos aſſenſus per ſecundogenitos poſt mortem Antonij in præiudicium Aloyſij primogeniti, & fœminarum,quarum intererat, Terram prædictam dicto fideicommiſſo non eſſe ſubiectam, nullius fuiſſe roboris;de tali fideicommiſſo in beneficium maſculorum non oppoſuit, ſed tantùm acerrimè, & diffusè conatus fuit probare, Antonium de dicta Terra in Codicillis diſpoſuiſſe in ſecundogenitos,præuio Regis Alfonſi aſſenſu,vt ex *d conſil.*8.& hoc argumentum,ni fallimur,eſſet de per ſe ſolùm pro victoria cauſæ,ſtante celeberrima Loffredi qualitate,& doctrina.

25 Nec eſt omittendum, quòd de deſcendentia dicti Antonij in perſonam actoris, conſtat tantummodo per declarationem ipſius D. Placidi in compartitione, *fol.*126. quæ de per ſe ſola nullius eſt efficaciæ,& ex hoc etiam ſequitur Domini Principis abſolutio, ex vulgata iuris regula, *quod actore non probante reus abſoluitur, l.qui accuſare, Cod. de edend.* vti de linea maſculina dicti quondam Antonij,cùm ſit fundamentum intentionis ſuæ, illum probare tenebatur, ad tradita per Roland.*conſil.*3.*à num.*45.*cum ſeqq.*Dec.*conſil.*471.*num.*1.Nec obſtant præambula producta quia non præiudicant non citato Ann. *alleg.*19. & ideò dicta deſcendentia in hoc iudicio audito Domino Principe erat probanda Scaglion. *in ritu* 163.*n.*64.

26 Inſuper, nec eſt omittendum, quòd inter creditores, ad quorum inſtantiam dicta Terra ſub haſta S.C. vendita fuit,in pluribus locis fuerunt graduati quamplures ex cauſa dotium mulierum Neapolitanarum Capituli aſſenſum habentium, & illarum reſtitutione, vt legitur in primo loco, *fol.*93.94.& 95. in ſecundo loco *fol.*95. *à terg.* in ſeptimo loco *fol.*98. *à t.* in 11.*fol.*100. in 14. loco *fol.*102.vbi adeſt obligatio D.Placidi in 20. *fol.*106.*à terg.* in 23. loco *fol.*108. in 24.loco *dict.fol.*108.& in 29. loco,& de iure, quatenus adeſſet prætenſum fideicommiſſum ſuper Terra prædicta,quod expreſsè negatur, pro dicta cauſa dotium deſcendentium fideicommittentis poterat Terra prædicta obligari,& alienari, prout ex Bart.Curt.Ruin.Ber.Simon.de Præt.& aliis fundat Peregr.*de fideic.art.*42.*num.*37.vbi,& ſi alios pro contraria adducat ſententia, nihilominus fatetur, in practica ſæpè pro dote iudicatum fuiſſe, prout etiam teſtatur Theſ. *deciſ.*192. diſpoſitionem *Auth.res quæ, C.commun.de legat.* procedere etiam in beneficium filiarum non conceptarum in vita teſtatoris, reiecta Alciati, & ſequacium, opinione, prout etiam in neptibus poſt obitum Aui conceptis,Seraph. *deciſ.*461.*n.*7.*per Rotam,* ſic deciſum affirmat, & eſt *dec.*37.*in nouiſſ. p.*1. *num.*1.*cum ſeq.*& etiam in deſcendentibus *num.*2. vbi *num.*6. dicitur, quòd & ſi adſint contrarij, procedere debet diſpoſitio,*l.in ambiguis,ff.de reg. iur.*quòd in ambiguis quæſtionibus pro dote eſt iudicandum, ſequitur Menoch. *lib.*4.*præſ.*189. *num.*1.2.& 18. ac Fontanell. *de pact.nupt.tom.*2. *clauſula* 5.*gloſſ.*1.*num.*77.& 78. ſubdens *n.*108. quod bonum nuptiarum communius, & præclarius eſt bono fideicommiſſorum, ſic etiam quòd pro reſtitutione dotis procedat diſpoſitio *dictæ Auth. res quæ*, ſimiliter eſt communis concluſio Doctores apud Menoch. *de præſumpt. lib.*4.*præſumpt.*190. *à num.*1. ne illos tranſcribam, vſque ad *num.*16.etiam in feudo ex pacto, communem eſſe opinionem teſtatur Cannet. *in extrauag. volentes, cap.& tum ſuperius, fol.*88.*num.*6.7.& 8. à qua licet ipſe diſſentiat, attamen teſtatur,quòd durum eſt, obtinere contra receptam *num.*19. & in dicto caſu reſtitutionis loquitur *d. deciſio Rotæ* 37. & Seraph. *deciſ.*678. *num.*5. D.Præſ. de Franch.*deciſ.*613.*num.*1.D.Reg.Rouit.*conſ.*61. *num.*2.& 3.*lib.*1. prout etiam pro alimentis neceſſariis deſcendentium teſtatoris, idem Seraph. *deciſ.*925. *num.*2. & quando fundus fideicommiſſarius non poſſet in partem alienari pro conſtitutione, & reſtitutione dotis, in totum alienari poteſt,Riminald.iun. *conſil.*483. & Peregr. *d.art.*42.*n.*67.

Amplius ad excludendum dictum prætenſum 27
fideicommiſſum ſe offert Text. *in* §.*Nos igitur, Auth.de reſtit.fideicommiſſ.* vbi prohibitio alienationis extra familiam à teſtatore ordinata non extenditur vltra quartum gradum, & ibi Iacob. de Belu.Bart. Ang. & alij Soccin. iun. *conſil.*140. *num.*2. etiamſi adſit verbum, *perpetuò*, *ibidem, verſ.Nec videtur*, authoritate Iaſon *in l.voluntas. num.*9. *C. de fideicommiſſ.* & ſunt verba *d.*§.*Nos igitur*, cui concluſioni *num.*10. non impugnauit de iure, ſed in caſu ſuo non eſſe applicabilem, dixit, quia vltimus defunctus dicebatur infra quartum gradum,eandémque ſententiam ſequuti fuerunt Alexand. *conſil.*56. *num.*1.*lib.*1. Soccin. ſen.*conſil.*227.*col.*5. *in princ.* & *conſil.*250.*col.*3. *in fine,lib.*2.Alciat.*conſil.*479. *n.*26. & Cephal. *conſil.*268.*num.*30.& *ſeq.lib.*2. loquens etiam in verbo, *in infinitum*, quod autem non procedere dixit Curt.iun.*conſil.*88.*num.*2.per Bart.& alios, quando teſtator dixit, velle bona ſua ad deſcendentes ſuos perpetuò peruenire: nam tunc in infinitum extenditur, ſed in dicto teſtamento hoc non legitur, & ideò talis prohibitio non extenditur vltra quartum gradum, vt ſupra qui poſt tantum temporis ſpatium in præſenti caſu iam eſt peractus.

Suffragatur etiam ad excluſionem actoris, 28
quòd ſtante alienatione dictæ Terræ iam ſequuta extra familiam,illis de familia nullum ius competere, attenta diſpoſitione teſtatoris, per quam dicto caſu fuit ordinatum, quòd Terra prædicta perueniat ad manus, & poteſtatem Eccleſiæ, & Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Annuntiatæ de Neapoli *d.fol.*16.*à terg.litt.D*, nam per dictam alienationem ipſi de familia ceciderunt in pœnam priuationis, Doctores *in d.l.filiusfamilias,*§.*Diui,* Surd.Petr.Gall.& alij per Fuſar. *q.*618.*num.*1.& in ſimili diſpoſitione ad beneficium dicti Hoſpitalis,D.Præſ.de Franch.*deciſ.*241.

Tandem etiam ſi ſupradicta obiectio eſſet inu- 29
tilis,quod non ſperamus, dum D.Thomas filius D. Placidi viuo patre dictum feudum tanquam aſſerto fideicommiſſo in eius beneficium ſubiectum reuocare intendit,non eſt admittendus,niſi pretio refuſo, prout aperta ſunt iura *in c.*1. §.*Titius,*vbi Iſern. *num.*1.*ſi de feud.defunct.milit.fuer. controu.*& *in cap.*1. §.*ſed & res*, vbi etiam Iſern. *num.*3.*per quos fiat inueſt.* Frecc.*de ſubfeud.lib.*3. *fol.mihi* 452.*in princ.* D.Reg.de Pont. *deciſ.*11. *num.*55.D.Reg.Capyc.Latr. *conſult.*27.*num.*31. & *conſult.*28. *num.*10. *lib.*1. rationem aſſignans *num.*13. nempe, quòd pretium tali caſu ſoluitur pro illo interuſurio medij temporis, & pro illa

intempe

intempestiua auiditate habendi feudum, non expectata morte alienantis, adducítque Isern. *in d.§.Titius,vers.Quod si Titius*, dicentem, *Et ideò cùm viuo alienante grauetur emptor,quia statim feudum restituit,releuetur,vt non careat pretio*,argum. Text.*in l.cum qui,ff.de iur.iur.*& prædicta in feudo ex pacto, & prouidentia procedunt, Isern. *in d.§.sed & res*, D.Capyc.Latr.*d.consult.27.n.31.* & *consult.28. num.38.* cui assimilatur fideicommissum, dum in vtroque concurrit acquirentis voluntas, vt perpetuò feudum in familia permaneat,& in alia non alienetur,vt de dicto feudo ex pacto recensent DD. D.Reg. Capyc. Latr. *consult.23.n.46. d.lib.1.*

Hæc sunt, quæ colligere potuimus ad excludendum dictum assertum fideicommissum, quod etiam in dubio,tanquam odiosum non extare, est iudicandum, Fusar.*de substit. q.290.& 291.* Cætera, quæ forsan deficiunt, à doctissimo Senatu, cuius censuræ omnia prædicta subiicimus, supplenda pro Domino Principe speramus.

DISCEPT. CCCXC.

SVMMARIVM.

1 *Insignia Episcopalia quæ sint.*
2 *Insignia Pontificalia non omnia eo modo se habent.*
3 *Episcopus potest in aliena Diœcesi celebrare Missam cum Pontificalibus insigniis.*
4 *Episcopus potest Missam celebrare in aliena Diœcesi cum Pontificalibus, sine licentia ordinarij loci.*
5 *Pontificalium vsus, & exercitium illorum sunt diuersa.*
6 *Episcopus potest celebrare Missam in aliena Diœcesi.*
7 *Episcopus non potest celebrare cum Baculo in aliena Diœcesi.*
8 *Concilium Tridentinum* sessione 6. cap.50. *explicatur.*
9 *Concilium Tridentinum* d.cap.50. *qualem vsum Pontificalium prohibeat.*
10 *Textus* in Clementina finali, de priuilegiis, *explicatur.*
11 *Pontificalium vsus qualiter prohibeatur.*
12 *Pontificalium vsus qualiter prohibeatur in aliena Diœcesi.*
13 *Praxis in Pontificalibus quid obseruet.*
14 *Pontificalia quando denotent iurisdictionem,& qualiter.*
15 *Mitra non est signum iurisdictionis.*

ARGVMENTVM.

*Episcopum posse exercere Pontificalia Missam celebrando in aliena Diœcesi, dummodò non vtatur Baculo, clarè demonstratur,Trident.*sessione 6. cap.50. *explicatur, & Pontificalium vsus ad quem finem dicatur prohibitus in aliena Diœcesi, & quæ propriè sint insignia Pontificalia*, &c.

IVRIS RESPONSVM, PRO

Episcopo N. celebrante cum Pontificalibus in aliena Diœcesi sine licentia ordinarij loci, &c.

GRAVISSIMA controuersia fuit mihi proposita an Episcopus possit in aliena Diœcesi celebrare Missam cum insigniis Pontificalibus,pro cuius quæstionis intelligentia.

Suppono cum Mosconio de maiestate militantis Ecclesiæ *part.1.lib.1. cap.8.* insignia Episcopalia plura esse S.Mitra, Baculus Pastoralis, Anulus, Sannalia, Chirotecæ,& Crux pastoralis, Tunicella,Dalmatica,quia omnia suas habent mysticas significationes,de quibus latè Durand. *de diu. offic. lib.3. cap.13. & seq.* dubitatur ergo an possit Episcopus vti in aliena Diœcesi dictis Pontificalibus sine licentia Ordinarij quando Missam celebret absque eo tamen quod exerceat aliquem actum Ordinis Pontificalis, quia certum est,quod non potest aliquem actum exercere Pontificalem cum id sit prohibitum per Trid. *sess.6.de reform.c.5.* 1

Suppono secundò,quod insignia Pontificalia, non omnia se habent eodem modo,quædam non solùm ad ornatum conferunt, & quoad mysticam significationem, quia scilicet ordinantur ad ornandum omnem Pontificem in ordine ad suas functiones, & mysticè significant illas qualitates, quæ ordinantur ad specialem ornatum, de quibus mysticis significationibus plura notat Durand.quædam alia Pontificalia vltra ornatum, & significationem mysticam sunt etiam in signum potestatis, & iurisdictionis qualis est baculus : nam est signum potestatis specialis quam habet supra suum populum, & per hoc in ordinatione Episcopi trahitur baculum(& dicit ordinans accipe baculum pastoralis officij) vt sit in corrigendis vitiis piè sæuiens,in tranquillitate seueritatis censuræ non deserens, quibus positis dixi ego à proposita quæstionem duplicem esse sententiam, prima asserit non posse Episcopum vti insignibus Pontificalibus, dum Missam celebrat in aliena Diœcesi, sic Fœlicius Pacian. *de Prælato,lib.2.cap.29. num.46.* Episcopus Campanil.*in diuers.iur.Canonici, rub.6.cap.1.* Gauan. *in man.Episcoporum, in verb.Orationes Episcopales,num.11.*Dian.*part.2.resol.36.tract.6.* & *p.4. resol.183.* Barbos.*de Episcopo, alleg.80.num.14.* Etasin.Kochier *de iurisd.ordin. in exempt.part.2. q.18.* Bellarm. in Trident. *in dicta sess.6. cap.5. de reform.* cuius sententiæ argumenta *infrà* proponam. 2

Secunda sententia,quam satis probabilem existimo dicit posse Episcopum in aliena Diœcesi cum insignibus Pontificalibus celebrare sine licentia ordinarij loci, sic ante Trident. dixerunt Gloss. *in Clem.fin.in verbo,Celebret, de priuil.* vbi Card.Zabarell. *vers.7.quæro*, Card.Host.Panor. & alij, de quibus Sylu. *in verb.Archiep. num.6.* post Conc.Trid.sic dixerunt Grass. *part.1.decis. lib.3.cap.2.num.10.*Couar.*lib.3.var.cap.12.n.9.* Layman.*in Theol.mor.in lib.1.tract.4.c.2.*& *c.5. n.5.*Henric.*in summ.lib.3.c.6.n.6.* Bonac. *disp.3. de sacr.quæst.vnica,punct.2.num.3.*Barbos.*de po-* 3

teſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 30. & part. 3. allegat. 81. num. 14. & tom. 3. in collect. lib. 5. tit. 7. in Clem. 2. num. 7. Thom. Vrtad. *in Theol. moral. part. 1. tract. 2. cap. 6. reſol. 22. num. 239.* vbi latè, & in Trid. *d. ſeſſ. 6. de reform. cap. 1.*

4 Dicendum ergo eſt Epiſcopum poſſe celebrare Miſſam cum ornamentis Pontificalibus ſine licentia Ordinarij loci, quod patet ex generali conſuetudine, quod Epiſcopi celebrent in aliena diœceſi cum Pontificalibus, ſic enim teſtatur Gloſſ. *in Clem. fin. in ver. etiam celebrare circa finem, de priu.* quod etiam poſt Trid. licitum eiſdem erit, quia Tridentini decretum *ſeſſ. 6. cap. 5. de reform.* non loquitur de vſu pontificalium ſed de exercitiis pontificalium, dicit enim nulli Epiſcopo liceat pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas, quibus patet Concilium loqui non de vſu inſignium Pontificalium, ſed de exercitio, & de illo exercitio quod habet actum tranſeuntem in externas perſonas: vnde requirit duas conditiones, vt poſſit exercere ſcilicet licentiam Diœceſani, & quod exerceat in perſonas eidem Diœceſano ſubiectas, loquitur tamē Concilium de exercitio pontificalium, quod exercetur, ſiue quod conſiſtit in ordinatione, vt declarant verba immediatè ſequentia, ibi ſi ſecus fuerit, Epiſcopus ab exercitiis pontificalium, & ſic Ordinatus ab exequutione Ordinis ſit ipſo iure ſuſpenſus, quæ verba (ſic ordinati) manifeſtant quòd Trid. loquitur de exercitio pontificalium in ordinatione.

5 Confirmatur hoc totum, quia vſus pontificalium, & exercitium ſunt quid diuerſum Gloſſ. *in Clem. fin. in ver. etiam celeb. de priu.* vbi ait, quod Archiepiſcopus non committit Epiſcopo vſum pontificalium extra ſuam Diœceſim ſed ſuo iure Epiſcopus celebrans vtitur illo, quod approbat conſuetudo ſed ſi iuriſdictione vel officio vti vellet, putà ordinando degradando chriſmando vel ſimilia faciendo, tunc ſine licentia Epiſcopi id non poterit, ergo vſus pontificalium diuerſus eſt ab exercitio, cum hoc dicat vſum pontificalium informatum aliquo actu iuriſdictionis vel officij ſeu miniſterij Epiſcopalis, & ſic intelligunt etiam exercitium pontificalium de quo Concil. Trid. *vbi ſupra* Quaranta *in ſumm. Bullarij in ver. Archiep.* Coninch. *de ſacram. diſp. 16. dub. 5. num. 35.* Tamb. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 15. num. 5.* Villal. *tom. 2. in ſumm. tract. 18. diff. 9.* qui omnes per exercitium pontificalium, de quo loquitur Trid. intelligunt ordinationem, vnde quando per Trid. prohibetur exercitium, non autem vſus pontificalium, conſequenter fit quod ſi ante Concilium non erat prohibitus vſus, neque nunc ſit prohibitus.

6 Confirmatur quia Epiſcopus in aliena Diœceſi poteſt celebrare abſque vlla licentia: ergo poterit etiam celebrare cum ornamentis pontificalibus. Conſequentia probatur, quia non celebrat tanquam ſimplex Sacerdos, ita vt in celebrando ſuſtineat perſonam priuati Sacerdotis, alioquin non poſſet celebrare ſine licentia, ſicuti non poſſunt ſimplices Sacerdotes, ſed celebrat tanquam Epiſcopus, ergo ei debentur ornamenta Epiſcopalia ex eo quod habet facultatem celebrandi tanquam Epiſcopus, quia ornamenta ſunt connexa cum perſona: quod vlterius patet quia ornamenta pontificalia conſiderantur tanquam acceſſoria celebranti, cui adhærent tanquam ſuo principali, iuxta Text. *in l. ex diuerſo, ff. de rei vend.* ideoque conceſſio celebrationis vt pontificalis, ſe extendit etiam ad ornamenta vt ad acceſſorium iuxta Text. *in l. Aurelium, & in l. fin. § fin. ff. de liber. legat. in l. lecta ff. ſi certum petatur,* vbi DD. communiter *l. Lutius, ff. qui potiores in pign. habeantur,* quod benè ponderat Ancar. *conſ. 291.* Merl. *deciſ. 35. num. 5.*

Puto etiam probabile eſſe, quod Epiſcopus in 7
aliena diœceſi celebrans non poſſit vti baculo paſtorali, cuius ratio eſt, quia licet non ſit exercitium Pontificalium, tamen quia baculus ſignum eſt iuriſdictionis paſtoralis, dum adhibetur erigitur ſignum talis iuriſdictionis, & proinde in actu exercito iuriſdictio extenditur: ſic videmus, quod licet Abbates Canonicorum Lateranenſium poſſunt vti baculo paſtorali in Eccleſiis ſibi ſubiectis, non tamen poterunt vti extra ipſas etiam in actibus pertinentibus ad Monaſteria, quales ſunt proceſſiones, non alia ratione, niſi quia talis baculus iuriſdictionem oſtendit, vndè, vt poſſit vti, opus fuit priuilegio ſpeciali quod fuit conceſſum ab Vrbano III. Præpoſito ſanctæ Agathæ Cremonæ eiuſdem Congregationis Canonicorum Lateranenſium, vt refert Tamb. *tom. 1. de iur. Abb. diſp. 21. quæſt. 3. n. 10.* ergo neque Epiſcopi poterunt vti in aliena diœceſi, cum ibi non habeant iuriſdictionem ergo non poterunt oſtendere iuriſdictionem habere.

Neque dicas Conc. Trid. *d. ſeſſ. 6. cap. 5.* 8
prohibere Epiſcopis vſum Pontificalium in aliena diœceſi, & non intelligitur ſolum, quatenus habent exercitium alicuius actus concernentis ordinem Epiſcopalem, ſed etiam vt habent vſum inſignium Pontificalium, nam vſus, & praxis ita interpretantur vt non celebrent Epiſcopi in aliena diœceſi cum Pontificalibus ſine licentia: nec dici poteſt quod id faciant ob reuerentiam, & decentiam, quia ſi negaretur licentia, de facto celebrarent, quia non eſt credendum, quod vellent amittere iuriſdictionem ſi illam haberent.

Reſpondeo enim conceſſionem prohibere 9
vſum Pontificalium informatum quocumque modo aliquo actu iuriſdictionis aut ordinis, vſus autem Pontificalium cum baculo datur informatus aliquo actu iuriſdictionis non determinato, ſed applicabilis cuicumque actui determinato, nempè iuriſdictionis, & declaratione per ſignum, quæ habebat iuriſdictionem quæ quidem declaratio ſicuti ſupponit iuriſdictionem itaut illam exerceat non circa aliquam materiam determinatam ſed in communi ergo populum, dum ſe exhibet illi tamquam ſuperiori, & populus tamquam tale illam veneratur.

Neque dicas ſecundò obſtare Text. *in Clem.* 10
fin. de priu. vbi conceditur Archiepiſcopo quòd in locis exemptis ſuæ Prouinciæ poſſit in Pontificalibus celebrare diuina officia: quod ibi etiam dicitur de Epiſcopis, vt poſſint in locis exemptis Diœceſis, ergo non poterunt extra Prouinciam vel Diœceſim, quia conceſſio non extenditur extra ipſos, ſed nominatim ſtat pro Prouincia vel Diœceſi pro prima dicebatur *in C. Abb. de priu. in 6.* quod Abbates qui habent facultatem benedicendi ſolemniter in propriis locis, non poſſunt extra ipſa benedicere.

Reſpondeo enim quod aliud eſt vti inſignibus 11
Pontificalibus in celebratione Miſſæ priuatæ, & aliud celebrare diuina Officia in Pontificalibus: nam primum ſolum dicit vſum ornatus Epiſcopalis ſecundum vero dicit illum ſpecialem modum, quo Officia pro Epiſcopos celebrantur, qui modus ita qualificat diuina Officia, vt ratione ipſius fiant propria Epiſcopi, & ratione

ritus

ritus pertinent ad ordinem Episcopalem, vndè celebrare in Pontificalibus dicit vsum ipsi informatum aliquo actu concernente ordinem atque adeò exercitium Pontificalium, quod non competit Episcopo in aliena Diœcesi.

12 Neque dicas tertiò Conc. Trident. *sess. 6. de ref. cap. 5.* prohibere Episcopis in aliena Diœcesi vsum Pontificalium, quod non intelligitur solum quatenus debent exercitium alicuius actus concernentis ordinem Episcopalem, sed etiam, vt débent vsum insignium Pontificalium, nam vsus, & praxis ita interpretantur, cum non celebrent Episcopi in aliena Diœcesi cum Pontificalibus sine licentia. Nec dici potest, quod id faciant ob reuerentiam, & decentiam, quia si negaretur licentia, de facto celebrarent, nam non est credendum quod vellent amittere iurisdictionem si illam haberent.

13 Respondeo enim ad Trid. *vbi supra* quod procedit circa exercitium ordinis vt dicebamus, circa vero praxim dico, quod praxis procedit de celebratione in Pontificalibus diuinorum officiorum quæ continet exercitium Pontificalium, cum sit cum actu concernenti ordinem, non autem de vsu Pontificalium simplici in Missis priuatis, quia si in illis non tamen Pontificalibus cum exercitiis ordinis benè poterunt facere, vndè fit quod propter maiorem commoditatem celebrant sine illis, vel quia non habent secum, dum sunt in aliena diœcesi.

14 Neque dicas vltimo, quod insignia Pontificalia continent signa iurisdictionis ergo cum non possit Episcopus in aliena Diœcesi exercere iurisdictionem nec potest vti insignibus Pontificalibus.

Respondeo enim quod insignia Pontificalia continent signa iurisdictionis si sint cum baculo, secus autem, si sine baculo, imò dico, quod cum baculo sunt signa iurisdictionis in habitu nō autem in actu; igitur sicut Episcopus in aliena Diœcesi retinet iurisdictionem in habitu ita etiam potest habere signa huius iurisdictionis, non potest autem vti baculo, quia in fine Missæ deberet benedicere populum cum baculo, benedicere autem cum baculo est iurisdictionali modo benedicere, quia impeditur benedictio cum ostensione iurisdictionis, & ideo est vti Pontificalibus informatis actu aliquo iurisdictionali, nec est benedictio simplex sacerdotalis, sed eleuata ratione modi, & ritus ad ordinem Episcopalem sicut etiam est benedicere populo, vndè *in Clem. fin. de priu.* non conuenit Archiepiscopo nisi in Prouincia neque Episcopo nisi in Diœcesi.

Vndè colligitur quod Mitra non est signum iurisdictionis sed tamen dignitatis & spectat ad decorem, & ornatum, vt benè Duran. *lib. 2. de rit. Ecclesiæ, cap. 9. num. 15.* quod patet ex eo, quia Episcopi vtuntur Mitra coram summo Pontifice, in cuius præsentia deponunt signa iurisdictionis vndè etiam Cardinales deferunt rochetum coopertum, quod tectum gestant seditione vacante, vt *in C. vnde Apostolicæ de priu. in 6.* ibi, & ex maioritate ac dicere maiori ornatu maioritas apparet dignitatis, postea subsequitur dispositio de qualitate Mitræ, ita vt dignioribus decernatur magis ornata, minùs ornata, vt appareat dignitatis discrimen, quando simul conueniunt per quem Textum colligitur quod Mitra est ad decorem & in signum dignitatis baculus vero in signum iurisdictionis.

DISCEPT. CCCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Calamitas nostri temporis circa duella deploratur.*
2 *Duellum quid sit, & quando Græcè appellatum.*
3 *Duellum dupliciter sumitur, & qualiter.*
4 *Duellum quando dicatur committi.*
5 *Pugna in rixa facta non est duellum, & quare.*
6 *Duella non sunt concertationes factæ inter mulieres, & quando.*
7 *Pugna inter milites exercitus non est duellum, & quando.*
8 *Duellum antiquis temporibus erat permissum.*
9 *Duellum punitur duplici pœna, & quali.*
10 *Principes permittentes duella in suis locis quam pœnam incurrant.*
11 *Duellum non est intrinsecè malum.*
12 *Intrinsecè malum quando aliquid dicatur, & quando non.*
13 *Duellum an sit licitum pro defensione honoris in viro nobili.*
14 *Duellum est licitum posito iusto bello inter Principes.*
15 *Clericus duellum committens priuatur Beneficiis, & quid de pensionibus.*
16 *Duellum an licitum pro defensione belli.*
17 *Duellum occultum, an excommunicatio absoluatur ab Episcopo.*
18 *Duellum si publicum sit, potest Episcopus absoluere interdum duellantes.*
19 *Absolutio in duello quando ab Episcopo dari possit.*
20 *Regulares an possint hodie absoluere ab excommunicatione ob duellum.*

ARGVMENTVM.

Duellum quid, & quotuplex sit, & an sit intrinsecè malum, & quid sit esse tale, & à quo absolui possit excommunicatio ob duellum contracta, & an in aliquibus casibus sit licitum, & ad quem effectum. Absolutio ab excommunicatione ob duellum interdum potest fieri ab Episcopo interdum à Regularibus ob eorum priuilegia, &c.

MALA nostra tempora solent permittere vt quotidie in magnis liuitatibus committantur duella, præsertim inter Proceres, & magnates, & quantò magis ciuiles sanctiones tum iure communi, tum iure municipali Principum Christianorum, tum etiam sacrorum Canonum constitutionibus Conciliis, & summarum Pontificum sanctionibus cum taliter duellantes, acriter, imò atrocissimis pœnis procedatur in tantam ignauiam humana prouenit malitia, vt pro rebus verè aëreis pro occasionibus, & causis nullius momenti videamus gentem contra gen- 1

tem nullo habito reſpectu, nec ad Deum omnipotentem, nec ad Principes Eccleſiaſticos vel temporales, vt in duellum veniant homines, nulla cogitatione habita rei, quam gerunt, nec cauſæ, quæ eos ad hoc faciendum impellat, quod totum cruciat tum Principes ſæculares tum Eccleſiaſticos, tum miſeros Confeſſarios tum DD. tam Theologos, quam Iuriſtas, & Moraliſtas, qui in talibus ciuitatibus reperiuntur vt de tali peſte tam execranda remedia quærant opportuna. Contingit mihi in partem aliquoties de ſimilibus ex poſt facto conſilium prohibere quod conſului hanc exponam in præſenti diſceptatione colligendo breuiſſima quædam notabilia per modum concluſionum remittendus me in aliis ad moderniores DD. de quibus *infrà*, qui ex profeſſo totam materiam deguſtarunt inter quos noniſſimè Theatinæ Religionis Illuſtr. Alumnus nunc Archiepiſcopus Salernitanus D. Gregorius Carafao *in ſuo integro volumine de duello omittendo*, Patrem Peregrinum Capuanum de duello agentem eiuſdem Theatinæ Religionis omittendo etiam ingenioſiſſimum Marcum Vidal. *eiuſdem Religionis in ſua arca vitali in tract. de duello*, ſit ergo

2 Prima concluſio duellum idem eſſe ac duorum bellum, id eſt ſingularem pugnam Græcè vocatam monomachiam, ita Pater Lezzan. *in ſumm. quæſt. regularium, tom. 2. part. 3. in ver. duellum*, cum Syl. *in ſumm. in eod. ver. num. 3.* cum Calepin. in Paſſeratio *in ver. duell.* cum Elig. Baſſeo *in ver. duell. tom. 1.* cum Ioanne Caramuel. *in ſua Theologia fundamental. num. 412.* cum Io. Bapt. Scor. *in ſelect. Summ. Pontif. theor. 390.* cum Mar. Vidal. *in arca vital. de duello, num. 2.* cum Anton. de Eſcobar *in Theol. moral. exam. 7. controuerſia 2. §. 7. num. 22.* cum Auſon. Natt. *Noct. in comp.* Dian. *in ver. duell.* cum Mart. Becc. *de virt. Theolog. cap. 26. de duell.* cum Franciſco Pelliz. *in man. regularium, tom. 1. tract. 6. cap. 2. num. 36.* cum Bipheldio *part. 3. in Enchirid. cap. 12. de 5. præcepto, §. 5.* cum Ermando Bushemb. *in medul. Theol. mor. lib. 3. tract. 4. cap. 1. dub. 5. art. 1. in princ.* poſt Gloſſ. *in c. monomach. 2. quæſt. 3.*

3 Quod duellum ſecundò accipi poteſt primò propriè. Secundò impropriè: propriè autem ſic definitur, vt ſit certamen, bellum, ſeu pugna inter duos vel plures in pari numero, priuata authoritate deliberata ab vtraque parte ſponte, & ex condicto. i. pacto inuicem inita ſtatuto loco, & tempore cum periculo occiſionis, mutilationis, vel vulneris. Duellum impropriè ſumitur pro quocumque certamine inter duos ſiue licitè, ſiue illicitè illud fiat poſt alios Ludou. Caſpen. *in curſu theol. tom. 2. tract. 17. diſput. 7. ſect. 2. num. 23.* Bonac. *de cenſ. diſp. 2. quæſt. 6. part. 2.* qui omnes DD. pro eſſentialibus conſtitutiuis duelli propriè, & formaliter locum determinatum, & tempus ſtatutum vtrumque ſponte, & ex communi conſenſu aſſignatur vnde ſic loquitur bulla Clementis VIII. ideoque ſi nullo ſtatuto tempore & determinato loco fiat, non eſt duellum, nec incurritur in pœnas, de quibus *infrà*, vt benè ponderat Vidal. *vbi ſupra.*

4 Vnde infertur primò duellum committi quando cauſa pugnandi vnus dicit (veni ad talem locum, ibi te expecto, quia concurrit factum cum loco, & tempore determinato ſi tamen acceptetur ab audiente ita DD. cit. Barboſ. in Trident. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 19. num. 10. & in cap. 1. de purgat vulgari* ſic ſi quis dicat alteri cauenti enſe, vel aliis armis ad pugnandum aptis eas ad capiendum enſem hic, vel in tali loco te expecto) ſi acceptatur cum periculo mortis, mutilationis vel vulneris, fit pugna, dicta pugna ſi fiat ſtatuto loco, & tempore dicitur duellum, vt Bon. Dian. & alij *ſupra cit.* Non tamen eſſet duellum, ſi conueniant de pugnando in rixa, & incontinenti ob calorem iracundiæ ad aliquem locum accedentes ibique pugnent poſt alios Dia. *part. 3. tr. 6. reſol. 1. & part. 6. tr. 6. reſol. 21.* Baſſeus *tom. 1. in ver. duel. num. 9.* Quod ſi duo contendant inuicem, quorum vnus quia enſem non habet in domum ſe confert, vt eo accepto cum altero iam armato pugnet, dato quod incontinenti ſe pugnaturos conueniant, & vt armatus ſe expectet, & poſtea pugnent non committitur formaliter duellum, quia non tam ex condicto, quam ex rixa fit pugna Dian. *vbi ſupra.*

Secundò infertur, quod ſi pugna fiat eadem 5
die, & in contentione & rixa facta fuit pugnandi conuentio non eſt duellum, quia præſumitur calore iracundiæ facta, & eſt vna moralis actio, & rixa præcedens nec eſt duellum quando Petrus v. g. pugnam offert Ioanni, illumque eodem tempore, quo duellum offertur gladio aggreditur, & Ioannes cogitur ibi ſtatim pugnare, quia ex parte Petri dicitur aggreſſio, & ex parte Ioannis dicitur defenſio, quam non ſponte, ſed coactè ſuſcipit ſine aſſignatione loci, & temporis Barboſ. *in loc. cit.* Dian. *part. 6. tract. 6. reſol. 21.* quia ſemper propter iracundiæ calorem excuſatur quis à duello. Qui verò propter inimicitias quas inter ſe habent, cum ſibi obuiant ſe inuitant ad pugnandum, & eo loco pugnant, non committunt duellum, quia non fit conuentio mutua circa locum, & tempus DD. cit.

Illæ verò concertationes, quæ fiunt inter mu- 6
lieres, vel inter viros euulſione capillorum, vel pugnis, vel alio inſtrumento non periculoſo duella non ſunt, quia non exercentur cum periculo mortis vel mutilationis Marcus Vidal. *de duell. num. 37.* nec illa pugna, quæ fit propter defenſionem neceſſariam ſui ipſius duellum eſt, quia non eſt deliberata, nec exercetur ex pacto mutuo, Vidal. *num. 52.* nec duellum committit Proditor qui conſultò aliquem inuadit ex inſidiis, quia non interuenit mutua conuentio deliberata ab vtraque parte ſponte ſtatuto loco, & tempore Baſſeus *in verb. duell. num. 1.* Nec eſt duellum, quando Dux vnius exercitus mittit aliquos milites decem, v.g. ad pugnandum cum aliis decem exercitus contrarij, quia talis pugna non eſt priuata, ſed publica authoritate fit, vt bene Lezzana *in verb. duell.* nec bellum duellum eſt, quia infertur authoritate Principis, & non ex priuata pugnantium authoritate Caramuel. *vbi ſupra, num. 412.* tandem ludicra, quia ſcrima dicitur non eſt duellum, vt notat Baſſeus *vbi ſupra.*

Secunda concluſio, duellum priſcis tempori- 7
bus fuiſſe licitum: nam ſolebant frequenter litigia ſingulari certamine dirimi, quaſi quod iuſto Dei iudicio gladius futurus fuiſſet Iudex teſtis cauſæ, & iuſtitiæ eiúſque propugnator, & vindex, vnde pluribus in caſibus licitum, vel laudabile eſſe videbatur Gloſſ. *in cap. 1. in verb. duell. verſ. Sunt autem de pace temp. in vſibus feud.* Bald. *in num. 20.* Soccinus iun. *conſil. 123. num. 14.* & *conſil. ſeqq. num. 16. lib. 2.* hinc Galli conſuetudine certandi habent, vnde Philippus Valerius eorum

olim

olim Rex in anno 1506. peculiari rescripto extinxit duellandi vsum à Lodou.9. introductum, curauit tamen certis in casibus cuius constitutionis tenorem refert Guid. Papa *decis.*617. Vngaros etiam duellandi vsum frequentissimum habuisse, refert Signorolus *consil.*96. in hoc Regno Neapolitano permissum erat duellum in duobus casibus quorum primus erat in homicidio occulto cum alicui imponebatur vel veneficium: secundus casus erat si quis de læsæ maiestatis crimine fuisset accusatus; tunc enim poterat accusatorem prouocare ad duellum, vt in Constitutione Regni incipiente Monomach. vbi Afflict. *num.*2. tradit Capycius *decis.*130. *num.*74. & habebatur duellum pro subsidiario experimento innocentiæ, & veritatis, vt ex Host. & Bald. probat Decius *consil.*487. *num.*7. & 8. & *cons.*686. *n.*18. *cum seqq.* Soccin. iun. *consil.*123. *num.*16. *lib.*2. pro quo facit Niger *de laudemio, tom.*1. *q.*29. *à num.*47. *vt cum pluribus seqq.* propterea Bald. *in d. cap.* 1. *de pace tenenda*, definiendo duellum dixit quod illud est singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis. Nunc verò prohibitum, & damnatum esse reperitur pluribus iuribus primo ex Text. *ciu. à Constantino Imperatore, l. vnica, C. de gladiatoribus*, cuius constitutionis meminit Iulius Papa II. in sua Constitutione incipiente Regis Pacifici Gloss. *in Can. Monom.2. quæst.*5. Scorzia *theoremate* 391. *num.*3. Text. est *in cap.*1. *de purgat. vulg.* & *in cap.*2. *de Cleric. pugnantibus*, post alios Viuius *part.*1. *communium opinionum, p.*90. & Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.*11. vnde Constitutio Regni, quæ incipit *Monem.* de qua *suprà*, permittens in certis casibus singulare certamen correcta est per Constitutiones Papæ Honorij, & Regis Caroli II. de qua Lucas de Penna *in d. l.*1. *C. de gladiatoribus*, *lib.*11. sic à Ludouico XIII. duellandi consuetudines fuerunt correctæ, & reuocatæ sub pœna confiscationis bonorum, & amissionis dignitatis, ac nobilitatis, vt refert Niger, *vbi supra*, *num.*54. fuit etiam à Cœlestino III. vsus duelli prohibitus *in cap.*1. *de purgat. vulgari*, & *cap. fin. de pugnantibus in duello*, & ab Alexand. III. *in cap.*1. *de Clericis pugnantibus*, *in duello*, & Iulius II. pro statu Ecclesiæ prohibuit *in const.*19. apud Cherubinum *tom.*1. & Leo Papa X. in Bulla, qui incipit, *quam Deo* 31. & Clemens VII. & Trident. *sessione* 23. *cap.*19. *de reform.* & Gregor. XIII. *in Bull. in anno* 1582. 72. *tom.*2. prohibuit etiam, ex quibus prohibetur duellum priuatum, & publicum ex quacunque causa susceptum, Lezzan. *in verb. Duell. num.*8. Tamburin. *de iur. Abb. tom.*2. *disp.*13. *q.*13. 11. 83. Aug. Barbos. *in sum. decis. Apostolicarum*, *in verb. Duell. collect.*269. Ioannes Sanc. *in select. disp.*36. *num.*5. & 6. consonet Textus *in extrauag.*1. *de torneam.*

9 Punitur verò duplici pœna. Vna spirituali, & altera temporali. Spiritualis est, qui ad singulare certamen, deueniũt, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt, vt Trident. *d. sess.*25. *cap.*19. & *in d. extrauag.*1. *de torneam.* vbi duellum acceptans, ipso facto est excommunicatus licet pugna non sequatur. Secundò, quod scribens prouocatorios libellos, emendans, dictans, mittens, scienter asportans, consulens, & similes incurrunt eandem excommunicationem, quod etiam in Bulla Clem. VIII. habetur teste Bord. vt eam refert Bord. *mor. controu. cap.*25. *num.*46. & hoc siue pugna sequatur siue non, vt ibi disponit, sic quoque duello assistentes, & spectatores (quos Patrinos appellant (easdem pœnas censurarum incurrunt, vt in Bull. Greg. XIII. quæ incipit ad soluendum Bord. *loc. cit. num.*47. Ricc. *in prax. Ecclesiastica, part.*2. *resol.*179. vbi ait, huiusmodi spectatores infamia quoque notari, quod intelligunt de illis, qui ex proposito, ad has damnatas pugnas assistendi, spectandique causa accedunt, & qui in publico spectaculo sunt: nam si aliquis casu fortuito, vel ex occulto prospiceret, talem excommunicationem non incurreret, neque mortaliter peccaret, vt bene Less. *de iustit. & iur. lib.*4. *cap.*4. & *de virt. temperan. cap.*11. *n.*83. Imò Reges Principes, Duces, Marchiones, 10
Comites, &c. promittentes duella fieri in eorum territoriis, neque prohibentes cum commodè possint excommunicationem incurrunt, vt in iuribus citatis, notat Viuius *decis.*76. *num.*5. & hoc non obstante consuetudine permittente in aliquo loco duella exerceri, quia talis consuetudo, tanquam peccati nutritiua seruanda non est *c. ex parte, cap. fin. de consuet. in* 6. imò esse abolendam, dicit Textus *in d. Can. Monom.*2. *q.*4. additio ad Guid. Papam *d. decis.*617. nec duellantes (præterquam in articulo mortis) absolui possunt excommunicationis censura ab alio, quam à Summo Pontifice, vel eius Delegato per Textum *in d. extrau.*1. *de torneam.* Bord. *vbi suprà, n.*48. vigore tamen Concilij possunt Episcopi absoluere duellantes à tali censura Bonac. *disp.*2. *de censur. q.*6. *p.*2. *num.*15. Tamb. *de iur. Abb. tom.*2. *disp.*15. *q.*13. *n.*8. quod intelligit *num.*83. respectu principalium duellantium non verò de aliis de quibus *suprà*, quia cæteri alij possunt absolui à Confessariis Regularibus ad notata per Lezzan. *in verb. Duell. n.*13.

Tertia conclusio duellum de suo intrinsecè 11
constitutiuo non esse malum, & peccaminosum, ita Tolet. *lib.*5. *in summ. c.*6. Nauar. *in man. c.*11. *n.*39. & *cap.*15. *n.*9. Lanfranc. *tom.*2. *opusc.*5. *de duell. c.*1. *n.*3. Sanch. *tom.*1. *in summ. lib.*2. *c.*39. Marc. Vidal. *tit. de duell. inquis.*1. Ioan. Caramuel. *in Theol. fundament. fundamento* 10. *q. de honore, concl.*3. *n.*412. Barbos. *in d. c.*1. *de purgatione vulgari*, & in Trid. *d. sess.*25. *c.*19. *num.*5. Ermandus Busembau *lib.*3. *Theol. mor. tract.*4. *c.*1. *dub.*5. quia quidquid intrinsecè malum est, & peccaminosum nunquam est legitimum, quacunque causa interueniente, sed duellum in aliquibus casibus est licitum; ergo non est intrinsecè malum, & peccaminosum, & licet dici soleat, quod duellum est contra naturam; ergo intrinsecè malum, tamen respondet Vidal. *inquisit.*1. *num.*5. non esse contra naturam, quia natura absolutè prohibeatur. Sed ideò dici contra naturam, quia vtpote generi humano pernicioſum prohibetur à natura, sicut in simili dicitur contra naturam, quia illud abhorret, nihilominus tamen sæpissimè licitum est, & à Ministris iustitiæ fit.

Neque dicas quod legi diuinæ, & humanæ 12
contrarium est, igitur intrinsecè est malum. Respondeo enim quod illud quod est ex diametro contra ius diuinum, & humanum absque legitima causa, est intrinsecè malum, quod verò contrariatur existente iusta causa, non ita est, vt bene Doctores *vbi suprà*. Quia verò duellum duplex est, scil. sumitur primò, propriè. Secundò, impropriè. Propriè sumitur pro pugna, & conflictu inter duos, & plures in plurimum in pari numero priuata authoritate deliberata, & sponte statuto loco, & tempore cum periculo occisionis, mutilationis vel vulneris; impropriè verò sumitur pro conflictu simpliciter. Duellum proprium, & verum duplex est. Decretorium, & propugnato-

rium,& aliud ſatisfactorium. Aliud verò purgatorium criminis obiecti. Aliud probatorium alicuius occultæ veritatis. Aliud deciſiuum alicuius litis: per conſequens dico, quod nunquam eſt licitum duellum proprium, & formale initum ad purgationem delicti obiecti, vel ad indagandam veritatem aliquam occultam, aut ad litem, ſeu cauſam terminandam, ſed tale duellum eſſe letaliter peccaminoſum, priuatiuum ſepulturæ Eccleſiaſticæ, prohibitum ex iure de quibus *ſuprà*, ſic etiam eſt illicitum, & mortaliter peccaminoſum duellum ad vindictam iniuriæ ſibi illatæ, quia nullus priuatus ſibi licitè ius dicere poteſt, ſed illud à iuſtitiæ Miniſtris publicis expectare debet. Scio tamen Caramuelem *in Theol. fundam. n.*412.& *n.*1581. quod omnes leges ordinantur à Republica pro hominibus ſubleuandis; ergo in caſibus quod Reſpublica iuuare auctoritate publica poterit vnuſquiſque ſua propria auctoritate defendere. Illicitum tamen ſemper fuit,& peccaminoſum duellum proprium, & formale ad purgationem delicti obiecti, vel ad indagandam veritatem aliquam, vel ad litem terminandam, vt tradunt communiter Doctores cum Aug. Barboſ. *in c.* 1. *de torneamentis*, & *in c. ſignificantibus, de purgatione vulgari*, quia duellum eſt fallax, & ſuperſtitioſum remedium ad fines illos intentos, cum innocens ita in duello mortē pati poſſit, ſicut alter congrediens, conſonat Trid. *dict. ſeſſ.*25. *de reform. c.*19. ſic eſt illicitum, & mortaliter criminoſum duellum ad vindictam iniuriæ iam acceptæ initum, vt latè Vidal. *de duell. inquiſ.*2. *n.*51. quia nullus priuatus ſibi licitè ius dicere poteſt, vt *ſuprà* dicebamus, ſic illicitum eſt, & peccaminoſum duellum ſumptum ad oſtentationem virium, aut ad delectationem vel ſpectaculum, vt late Sanch. *tom.*1. *in ſumm. lib.*2. *c.*39. *n.*12. nec licitum erit pro honore defendendo vel pro tuendo Sanch.& Vidal. *vbi ſuprà*, ſcio aliquos dixiſſe cum Epiſcopo Salernitano *tract.* 4. *reſponſ.*6. *n.*16. cum Caramuel. *vbi ſuprà, num.*1593. cum Dian. *p.*5. *tract.*13. *reſ.*27. licitum eſſe Viro nobili militi, vel ſimilibus pro honore defendendo duellum aggredi. Vnde dicebant addentes de
13 Marin. *cap.*110. *tom.*1. Duellum eſſe licitum duobus in caſibus, primus quorum eſt, ſi illud fieret ad neceſſarium vitæ tutamen, putà ſi Titius cum inermis eſſet à Sempronio eius inimico armis decorato aggreſſus, roget eum, vt ipſum quoque arma ſuſcipere ſinat, & iſto modo militaliter pugna ſequatur, ſecundus caſus in exiſtente iuſto
14 prælio inter duos Principes, alter eorum vellet bellum in duellum reſoluere, alterum ad ſingulare certamen prouocando, quia hoc poteſt licitè fieri, quia euitaretur maius malum ſanguinolentis pugnæ, vt ex Leſſio, Caietan. Sayr. & aliis dicit Niger *de laudem. tom. q.*19. *n.*57. qui refert de anno 1528. hoc contigiſſe inter Franciſcum I. Regem Gallorum, qui libellum duelli miſit Carolo V. Imperatori, quod idem docet contigiſſe Duci Vrbini Guicciardinus in hiſtoria Italiæ *lib.*13. vltra hos duos caſus, nunquam hodie licitum eſt ad duellum peruenire, niſi in illis duo-
15 bus caſibus ſupra numeratis adeoque Clericus beneficiatus duellans præter cenſuras quas ipſe pariter incurrit amittit beneficium illúdque tanquam vacans impetrari poteſt,& fit inhabilis ad alia beneficia impoſterum obtinenda iuxta Text. *in c.*1. *de Cler. pugn. in duell.* vbi communiter Canoniſtæ, & habetur *in Bull. Pij V.* quæ incipit, *contra quæ*, §.4. Sayr. *de cenſ. lib.*3. *cap.*31. *num.*21. Bonac. *de cenſ. in particul. extra Bullam Cœnæ, diſp.*1. *q.*3. *punct.*4. *propoſ.*3. *n.*21. quinimmò penſionarius etiam, qui ad ſingulare certamen peruenire non recuſauit, penſionem, quam in titulum habet amittit, ſecus verò habens penſionem in mercedem, vt latiſſimè probat Ioannes Baptiſta Ciarlin. *contr. iur. lib.*1. *c.*115. *per totum.*
Hinc duellum initum ad totius exercitus æſtima- 16
tionem, vel ad conſulendum honori, & famæ militum, & ad auertendam communem ignominiam, vel ad vires hoſtium debilitandas, & ſuorum militum animos corroborandos, vt bene dicunt Doctores Marcus Vidal. *de duell. inquiſ.*1. *n.*12. cum Lezzan. *tom.*2. *p.*3. *in verb. Duell. n.*16. Buſſembau. *in medul. Theol. lib.*3. *tr.*4. *de* 5. *&* 6. *Decal. præcept. c.*1. *dub.*5. *art.*1. *reſol.*4. ſicut etiam cruentum periculoſum, ac iuſtum bellum reſoluitur in duellum, ne totus pereat exercitus Barboſ. in Trid. *ſeſſ.*25. *de reform. c.*19. *n.*7. *&* 16. & *in c.*1. *n.*5. *de purgat. vulg.*

Quarta concluſio, ſi crimen duelli eſt occul- 17
tum, & non deductum ad forum contentioſum, poteſt Diœceſanus reos ab excommunicatione illius cauſæ contracta abſoluere, ita Lezzan. *in verb. Duell. n.*3. Marcus Vidal. *inq.*6. *n.*5. Ioannes de la Val. *in comp.* Bonac. *in verb. Duell. n.*5. Dian. *p.*7. *tract.*2. *reſol.*21. & *p.*5. *tract.*14. *reſol.*105. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, p.*3. *alleg.*50. *n.*120. & *in c. Porrò, de Cler. pugn. in duell.* patet ex Trid. *ſeſſ.*24. *c.*6. *de reform.* vbi habetur licere Epiſcopis in omnibus irregularitatibus,& ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta tamen irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario,& exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, quæ facultas non eſt abrogata per Greg. XIII. nec per Clem. VIII. in ſuis Bullis circa duella, quia nullum reperitur verbum mentionem faciens de tali reuocatione, vt omnibus notum eſt. Concilio enim generali ob eius grauitatem non intelligitur derogatum, niſi de eo ſpecialis mentio interrogatione fiat, imò putant
aliqui poſſe Epiſcopos, publicos duellantes, 18
quando per ſe ipſos Sedem Apoſtolicam adire non valent ab excommunicatione contracta ob duellum abſoluere, & quod de Sede Apoſtolica dicunt, intelligo etiam de eius legato à latere Doctores *ſuprà cit.* Confeſſarij verò Regulares ab Ordinario per ſæcularium Confeſſionibus accipiendis approbati bene poſſunt abſoluere à cenſuris duelli, dummodo illud occultum ſit, & ad forum contentioſum non deductum. Duo tamen referunt primum quod non ſit ſequutus effectus
pugnæ. Secundò, quod non ſit publicum, niſi ta- 19
men ab Epiſcopo fuerit caſus reſeruatus, vt latè Dian. *part.*5. *tract.*14. *reſ.*58. Buſſenbaus *in ſua Theol. mor. lib.*6. *tract.*4. *cap.*2. *dub.*4. dicunt alij, 20
quod poſſunt hodie Regulares Confeſſarij ab Ordinario approbati in vim ſuorum priuilegiorum vbique abſoluere pœnitentes ab excommunicatione in cauſa duelli contracta, ſi actu ipſi non decertarunt pœnitentes, etiamſi crimen eorum ſit publicum, ita Bon. *de cenſ. diſp.*2. *quæſt.*6. *punct.*2. *n.*13. Laur. de Peyrin. *tom.*1. *de priuil. in conſt. Iulij* 2. §.32. *num.*64. & *in tract. de ſubdito, tom.*1. *q.*4. *c.*10. §. *vnico.*

DISCEPT. CCCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur ad ius cognoſcendum.*

2 *Percuſſio*

2 *Percussio Clerici, quando à Papa absoluatur, quando ab alio.*
3 *Excommunicatio ob manus violentas, quæ requirat.*
4 *Excommunicatio non incurritur ob percussionem Clerici facta causa honoris.*
5 *Iniuria verbalis qualiter sit repellenda.*
6 *Percutiens Clericum tentantem pudicitiam, an sit excommunicatus.*
7 *Defensio cum moderatione inculpatæ tutelæ non est excommunicanda.*
8 *Excommunicatio ob quas circumstantias non incurratur.*
9 *Percussio quando dicatur grauis, quando leuis.*
10 *Percussio animo se defendendi, quando dicatur.*
11 *Percussio quando sit leuis secundum Nouarium, & alios.*
12 *Percussio, de qua hic qualis dicatur.*
13 *Percussio non est causa excommunicationis si sequatur à percusso.*
14 *Percussio non granis, de qua in præsenti.*
15 *Percussio mediocris quæ dicatur.*
16 *Percussio leuis qualis sit.*

ARGVMENTVM.

Percussio Clerici triplex esse potest, grauis, leuis, & mediocris, & quando sit Papalis, quando Episcopalis, latè demonstratur, &c.

IN IVRE
PRO
ANDRÆA GAGLIARDO,
Super percussione facta in personam Reuerendi D. Lucæ Perrillo.

Nastarus Scriba.

1 QVIDAM Laicus egrediens è domo sua cum phiala ad emendum vinum circa mediam horam noctis circiter supponitur dixisse cuidam Sacerdoti in Platea prope dictam domum existenti, *Vieni quà, quelle parole, che hai detto contro di me, mel' hai da far bone*, propter quæ orta fuit rixa inter eos, & quod primò dictus Sacerdos verberauit cum alapis in faciem dictum Laicum, qui repercussit Sacerdotem præbendo in fronte illi dictam phialam cum magna effusione sanguinis, qui nullam maculam, seu suggillationem carnis ex dicto ictu reportat.

Quæritur an possit absolui ab Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano eius ordinario?

Sed antequam deueniatur ad decisionem casus supponenda sunt aliqua,&

2 Primò quod Regula pro Arbitrando, quando percussio Clerici sit iudicanda enormis, mediocris, vel leuis, desumenda est à grauitate, mediocritate, aut leuitate iniuriæ, quæ infertur per talem percussionem, si enim infertur iniuria grauis, erit existimanda enormis, si mediocris iudicanda est percussio mediocris, si leuis iniuria, leuis etiam arbitrari debet ipsa percussio.

Fundatur regula prædicta, quia ad incurrendam hanc excommunicationem non sufficit actio violenta facta in personam Clerici, nisi dicta actio simul sit iniuriosa, quod est idem quam, quod violenta manus tunc non subiiciatur excommunicationi, quando non etiam est iniuriosa. E.G. de iniuriosè spuente in Clericum, vel in illum aquam turbidam infundente, vel puluerem; aut aliquo modo illum deturpante. Ita Auila *de censuris disp.* 3. *dub.* 12. *concl.* 2. Caiet. *excommunic. cap.* 10. *num.* 3. Suarez, & alij. 3

Secundò ex dicta Regula colligitur, quod ex notorietate, & scandalo resultat maior iniuria. 4

Tertiò quod manus violentas iniiciens in Clericum ob iustam defensionem siue personæ, siue honoris, siue bonorum suorum non incurrit excommunicationem canonis *si quis suadente*, habetur expressè *in c. si vero el* 1. *& c. ex tenore de sent. excomm.* est communis, vt testatur Chattarius *decis.* 3. Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis *num.* 7. Ratio est, quia iniectio manuum prædicta debet esse suadente diabolo, & cum dolo, qualis non est, quæ fit se defendendo, seu vim repellendo, cum id sit cuique licitum de iure diuino, naturali, ciuili, & canonico, vt etiam colligitur ex Bonacina *tom.* 3. *disput.* 2. *quæst.* 3. *part.* 6. *sect.* 4. *num.* 1.

Quartò quod verbales iniuriæ verbis repelli debent, est legitima vindicta, quia sic repelli solent etiam apud viros honoratos, & si factis repellerentur esset excessus in defensione, cum aliter, & possint, & soleant repelli, ita Lessius *l.* 2. *cap.* 9. *dub.* 12. *num.* 78. Fillutius *tom.* 2. *tract.* 2 9. *cap.* 3. *n.* 49. Azor. *tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 17. Molfes. *in summa, tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 19. *n.* 74. Nauar. *cap.* 27. *num.* 85. 5

Imo Molina *disp.* 55. *num.* 41. Auila, Suarez, & alij non excusant ab excommunicatione mulierem, vel masculum percutientes Clericum tentantem eorum pudicitiam solis verbis, nisi taliter molestus sit, vt aliter ab eo liberari mulier, vel puer non possit quàm fuste, aut verbere. 6

Quintò ad defensionem, vt adsit moderamen inculpatæ tutelæ tria debent concurrere, quæ allegantur per Gloss. magistralem *in l.* 1. *verbo moderat. C. vnde vi.* 7

Primò fiat incontinenti. Secundò paribus armis. Tertiò animo defendendi, non autem offendendi, quod tertium requisitum coincidit cum primo, quia eo ipso quod sequitur percussio incontinenti, postquam quis fuit aggressus in foro fori semper percussio præsumitur facta ad defensionem, & non ad vindictam, per allegata ab Andrea Gaillo *lib.* 2. *pract. obseru. obseru.* 110. *n.* 11. *& lib.* 1. *de pace pub. cap.* 16.

Sextò quod circumstantiæ, quæ afferuntur à DD. in casibus dubiis deseruiunt ad augendam, vel minuendam iniuriam, & non solum sunt in percussione, vel læsione, vt ait Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. *ad finem*, sed personarum percutientis, ac percussi, loci, temporis, ac sequuti scandali. 8

Quæ circumstantiæ sunt coniecturæ, quibus indigemus in dubiis, & ideo quales esse debeant illæ remittantur arbitrio iudicis, secundùm Menoch. *de præsumptionibus, lib.* 3. *præsumpt.* 122.

His suppositis,

Respondetur talem percussionem factam à Laico dicto Sacerdoti, & si non excuset ab excommunicatione excusat tamen à grauitate percussionis, & quod non reputetur dicta percussio grauis, ex quo fuit facta incontinenti post prouocatio 9

uocationem alaparum, quia in delictis, & si Prouocatio non excusset, tamen semper prouocatus mitius punitur.

10 Præsumitur enim, quod talis percutiat potius animo se defendendi ab iniuria, quam animo iniuriandi. ita Bossius *de iniuriis, n.6.* Clarus *lib.5. §. iniuria, num.14.* vbi Baiard. *num.64.*

Imo modicus excessus inculpatæ tutelæ excusat ab excommunicatione notat Chartarius *in d. decis.3. num.8.*

11 Procedit dicta opinio etiam secundum mentem Nauarri *in manuali, cap.27.n.92.* vbi dicit, quod percussio dicitur leuis, etiam si sit facta in publico, nisi in se fuerit notabilis, & generet aliquod magnum scandalum.

12 Et quod percussio (de qua in casu nostro) non fuerit neque notabilis, scandalosa, seu notoria.

Patet ex dicendis, & ex facto, quia noctis tempore in præsentia duorum, aut trium testium tamen vicinorum, & potius ad defensionem sui honoris, pro quo licet hominem interficere.

Imo si aliquis à Presbytero prouocatus illum repercutiat leuiter nullum scandalum oriri dixit Genuensis in praxi Archiepiscopali Neapolitana *cap.80. num.3.*

13 Confirmatur per eandem Curiam A. Neapolitanam, in qua fuit resolutum nullam excommunicationem contraxisse quemdam Laicum, qui ob prouocationem sibi factam à Clerico, eumdem Clericum percussit teste Riccio *in 2. parte decisionum, decis.16. num.15.*

Neque dicitur notabilis, ex quo fuerit magna effusio sanguinis, prout deposuit vnus tamen testis, quia ad constituendam grauem, vel mediocrem percussionem non est necessaria multa effusio sanguinis, quod patet non solum ex extrauaganti perlectis citata per Nauarrum vbi supra. Sed etiam ex eo, quod potest interuenire homicidium absque aliqua effusione sanguinis, puta per Venenum, vel strangulationem. Reginald. *lib.1. num.240.*

14 Sanguis enim aliquando peruenit per accidens, quia fit in loco vbi facile fluit, hoc est in naso, vel in Venula aliqua (prout fuit in casu mortuo)

Nam lex respicit id, quod pro se, non quod per accidens, ergo non obstat effusio prædicta.

Igitur cum percussio casus propositi non sit grauis ex graui iniuria, vel cicatricis, vel maculæ in personam Sacerdotis.

15 Neque mediocris, quam Bonacina *tom.3. disp.2. quæst.3. part.6. sect.5. num.8. vers. mediocris*, Asserit esse illam, qua dens extrahitur, vel capillorum copia esset annulsa, vel suggillatio ex percussione essent relicta.

16 Ergo iudicanda est leuis; attenta maxime causa prouocationis, aut saltem honoris, cum Laicus receperit plures alapas, cum verberationibus, & effusione sanguinis, ob quod ad sui defensionem potius præsumatur percussionem prædictam fuisse, quod ad iniuriam.

Et attentis etiam aliis circumstantiis, quas considerare debet Prudens Iudex, qualis est Dominus meus Generalis Vicarius Neapolitanus, cuius iudicio me remitto, &c.

DISCEPTAT. CCCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur disputanda.*

2 *Aduocatus consulens clientulo, vt non acquirat in præiudicium creditorum peccat mortaliter.*

3 *Aduocatus consulens proponi actionem tenetur ad restitutionem.*

4 *Debitor in satisfactione facienda debet sequi opinionem Theologorum non Iuristarum.*

5 *Mulier contrahens contra formam statuti, peccat mortaliter, & quando.*

6 *Macedoniani exceptio an, & quando possit opponi in conscientia.*

7 *Ædificium in præiudicium vicini qualiter possit fieri, & quando.*

8 *Debitor in foro externo potest nolle acquirere in præiudicium creditorum.*

9 *Debitor nolens acquirere in præiudicium creditorum peccat mortaliter.*

10 *Peccato mortali implicatus stare dicitur in dedecore.*

11 *Possessio cum dolo qualiter noceat.*

12 *Dolus arguitur ex qualitate temporis.*

13 *Debitor repudians hæreditatem post decoctionem non valet repudiatio.*

14 *Repudiatio quando dicatur facta cum dolo.*

15 *Dolus arguitur ex qualitate personæ.*

16 *Repudiatio, vel declaratio nolle acquirere post graduationem facta, dicitur in fraudem.*

17 *Fraus qualiter probetur in alienatione.*

18 *Dolus arguitur etiam ex malo affectu.*

19 *Dolus arguitur ex nimia liberalitate.*

20 *Periurium contrahit, qui reddit se inhabilem ad satisfaciendum creditoribus.*

21 *Repudiationem debitoris acceptans quando peccet, & teneatur restituere.*

22 *Iudices non tenentur iudicare secundùm Textum* in l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. creditorum.

23 *Interpretatio legum fieri debet secundùm intellectum animæ fauorabilem.*

24 *Lex iniusta non est, nec legis nomen habere dicitur.*

25 *Textus* in l. qui autem 6. ff. de his quæ in fraud. creditor. *est correctus secundùm Canones.*

26 *Æquitas quem effectum producat.*

27 *Æquitas dicitur ius humanum, & quid operetur.*

28 *Sacrum Consilium Neapolitanum, & supremum Præfectum Prætorij, quam habeat auctoritatem.*

29 *Sacrum Consilium, & alia Tribunalia suprema possunt iudicare in conscientia.*

30 *Rota Romana iudicauit contra Francum* decis. 101.

31 *Ius adeundi an possit præscribi.*

32 *Textus* in l. qui autem non procedit contra creditores ex causa onerosa.

33 *Textus* in l. qui autem, *non procedit quando fieret declaratio in fauorem coniunctæ personæ.*

34 *Textus* in d. l. qui autem, *non procedit quando debitor ius acquisitum habuit ex conditione,* & numero sequenti.

35 *Hæreditas quid contineat, & quæ iura.*

36 *Consuetudines Ciuitatis Neapolis sunt pacta Ciuium.*

37 *Debitor repudiat in præiudicium creditorum, si non adierit.*

38 *Debitor an possit repudiare in præiudicium Fisci creditoris.*

39 *Hæres debitoris an possit repudiare in præiudicium creditoris.*

40 *Textus* in l.liberto, ff. de bonis libertorum, *explicatur.*
41 *Repudiatio post aditam hæreditatem non valet, quia præiudicat iuri quæsito.*
42 *Dotis constitutio potest fieri cum pacto reuersiuo.*
43 *Prohibitio alienandi potest à Patre fieri in legitima filij vsque ad certum tempus.*
44 *Legitimæ onus quando valeat, & quando reijciatur.*
45 *Filius approbando onus in legitima præiudicat creditoribus.*
46 *Approbatio oneris in legitima quibus modis fieri possit.*
47 *Approbatio oneris in legitima, an residuum debeatur sine onere.*
48 *Legitima quando possit à filio repudiari in præiudicium creditorum.*
49 *Dispositio de nouem partibus prohibita Neapoli, an se habeat sicut in legitima.*
50 *Filius acceptando onus in legitima Patris sibi debita, an præiudicet matri suæ quoad legitimam eidem debitam.*
51 *Legitimæ onus an possit transmitti ad hæredes quoad ius reijciendi.*
52 *Legitimæ onus à quibus possit impugnari.*
53 *Legitimæ onus reijci potest à solo filio.*
54 *Legitimæ onus qualiter detrahatur ipso iure.*
55 *Regens Rouitus* consi. 95. tom. 1. *adducitur, & explicatur.*
56 *Fructus percepti an imputentur in bonis antiquis, si testator id dicat.*
57 *Fructus sine voluntate testatoris non imputantur in medietatem aliorum bonorum,* &c.
58 *Fructus percepti non imputantur in sortem in filiis primi gradus.*
59 *Decisio S.C. apud Giptium* decis. 34. num. 16. *adducitur, & explicatur.*
60 *Creditores non possunt obligare debitorem ad acquirendum.*
61 *Renunciatio in fraudem facta rescinditur in casu adducto.*
62 *Debitor ex lege Iustitiæ tenetur adhibere media pro solutione facienda.*
63 *Decisio punctualis affertur pro repudiationis validitate, & quando.*
64 *Textus* in l. cum Patronus, C. de iur. delib. *explicatur.*
65 *Textus* in l. finali, §. 1. C. de bonis quæ liberis, *explicatur.*
66 *Debitor obligatus ad finem, tenetur in foro conscientiæ ad media.*
67 *Libertus, vel eius hæres quando teneatur ad lucrum acquirendum,* &c.
68 *Debitorem etiam in conscientia posse inquirere in præiudicium creditorum, quis dicatur.*
69 *Casus singularis adducitur à Caramuele ad præsentem materiam.*
70 *Literæ Regiæ pro repudiatione in præiudicium creditorum, quomodò in Gallia exprimuntur.*
71 *Debitorem cooperantes alij ad præiudicium creditores peccant, & tenentur ad restitutionem.*
72 *Debitor decoctus an possit renunciare hæreditatem,* &c.
73 *Filius debitor an possit repudiare in præiudicium Fisci.*
74 *Debitor non potest cogi ad acquirendum fauore piæ causæ.*
75 *Repudiatio simulata non est admittenda, & qualiter dicatur simulata.*
76 *Repudiatio in præiudicium creditorum valet interdum in conscientia.*
77 *Frater an, & quando possit admittere sororem ad successionem, paraginm,* &c.
78 *Debitor an possit pacisci cum creditore, vt præferatur in quærendis aliis creditoribus anterioribus.*
79 *Renunciatio hæreditatis dupliciter fieri potest, & quando in præiudicium dicatur.*
80 *Maritus an possit repudiare lucrum dotis mariti in præiudicium creditorum.*
81 *Donatarius, vel renunciatarius conditionalis, an possit remittere in præiudicium creditorum.*
82 *Repudiatio, vel renunciatio in præiudicium creditorum, quando possit fieri.*
83 *Repudiatio iuris quæsiti, & incorporati non valet.*
84 *Actus quando occultatur in alium actum.*
85 *Renunciatio quando possit fieri proximo successori.*
86 *Hæreditas, quæ stat sub iudice, an possit renunciari, & quando.*
87 *Debitor potest pacisci cum creditoribus, vt præferatur creditor in quærendis in præiudicium creditoris anterioris.*
88 *Hæres grauatus an possit ante tempus restituere in præiudicium creditorum suorum.*
89 *Repudiatio, & ante tempus restitutio si fiat ab hærede, qualiter creditoribus fieri possit præiudicium.*
90 *Renunciatio maioratui quando possit fieri in præiudicium creditorum.*
91 *Pater si onus apponat in legitima filij an creditores præiudicentur, & quando possit tale onus apponi.*
92 *Pater si filio concedat licentiam disponendi, an intelligatur sibi præiudicasse in legitimam.*

ARGVMENTVM.

Textus in l.qui autem 6. ff.de his quæ in fraud.creditor. *an iure canonico, & in foro conscientiæ locum habeat, & Aduocati consulentes secundum ea, an peccent mortaliter, & an sequi debemus opinionem Theologorum, an Ciuilistarum in materia restitutionis, & an mulier contrahens contra formam statuti peccet, & Macedoniani exceptio in foro conscientiæ procedat, & quando. Debitorem in fraudem creditorum renunciantem, probari multipliciter posse, at dolum, & fraudem argui multipliciter. Iudices non tenentur iudicare secundum* l. qui autem, *sed secundùm æquitatem, præsertim si iudicentur ex æquitate, & in foro magni Præfecti Prætorij. Decisio de Franchis* 101. *reprobatur à S. Rota Romana : Neque textus* in d l.qui autem, *procedit quando fit renunciatio in fauorem coniunctæ personæ Fisci, vel creditorum ex causa*

oneroſa, legitima, vel onus ipſius an poſſit admitti in præiudicium creditoris, & quid in nouem partibus vigore conſuetudinis Neapolitanæ debitis. Legitimæ onus an poſſit à quo peti, vt reiiciatur, & quid à creditoribus filij fructus qualiter in legitimam imputentur, & Rouiti conſilium 95. tom. 1. *adducitur, & explicatur. Repudiatio ſimulata non valet in præiudicium creditorum, & an maritus poſſit repudiare lucrum dotis mariti in præiudicium creditorum, & ante tempus hæres an poſſit reſtituere hæreditatem, legatum, vel donationem. in præiudicium creditorum, quoad intereſſe, & fructus, quos poſſent conſequi.*

IVRIS RESPONSVM, PRO

Intelligentia Textus *in l. qui autem 6. ff. quæ in fraudem credit.* cum concordantibus, & ad facta ſingularia refertur ad intelligentiam Domini de Franchis *deciſion.* 101.

1 SVPPONITVR in facto, quòd hæredes quondam Antonij Senſalis creditores quondam Iulij Baronis Patris, & Aloyſij filij, in maxima pecuniarum quantitate, cauſa tum capitalis, tum etiam tertiarum, & intereſſe ipſarum, vigore publicorum inſtrumentorum, Regiis aſſenſibus roboratorum, petierunt in S. C. ſibi ipſis ſatisfieri de dictis quantitatibus ſuper bonis feudalibus, & burgenſaticis dictorum Patris, & filij, & inuenerunt dictum Aloyſium repudiaſſe hæreditatem ſibi delatam eius Matris, mediante Procuratore ipſius ad hoc in ſpecie conſtituto, ac etiam declaraſſe ſe nolle acquirere dotes quondam violantis Baronis eius Sororis vtrinque coniunctæ dotatæ à dicto quondam Iulio Patre, nec etiam vti agnatum voluiſſe acquirere portionem ſibi tangentem, vigore conſuetudinis huius ciuitatis, prout publico inſtrumento declarauit ſub die 1. Februarij 1651. vt in proceſſu paruo inter Beatricem, & Eleonoram Baronem cum Alphonſo Filomarino Iuniore, & totum id egit dictus Antonius animo fraudandi ſuos creditores, cum eius Patrimonium non ſufficeret ad illis ſatisfaciendum, quòd minimè per ipſum Antonium potuiſſe fieri, clariſſimè demonſtrabo.

2 Primò enim firmiter aſſero, aduocatos conſulentes debitoribus, vt repudient, & faciant ſimiles declarationes nolle acquirere, teneri creditoribus reſtituere ea debita, quoniam iniuſtum fuit eorum conſilium, & ſic in conſulendo peccant mortaliter, vt aduertit Gratianus *diſceptat. forenſ. tom. 2. cap. 271. num. 26.* nam ex eorum conſilio debitores efficiuntur impotentes ad ſoluendum, quod ante eum conſiderauit Sanchez *lib. 6. de matrim. diſput. 4. de donat. inter Coniuges, num. 9.* ſequitur Franciſcus de Petris *conſ. 59. num. 15.* & refert D. Regens Capyc. Latro *deciſ. 8. n. 13. & 14. lib. 1.* & ratio eſt, quia malè, & iniquè conſulens tenetur ad quantum intereſt, vt probat Speculator *de requiſitis Conſilij, num. 50.* & ſic conſulens efficaciter, ita quòd ex tali conſilio quis ad perpetrandam actionem iniuſtam moueatur, & effectualiter ſequatur (vt in caſu propoſito) tenetur ad reſtitutionem, ſecùs ſi non ſequatur effectus, licet mortaliter 3
peccauerit, vt teſtatur, & affirmat ſumma Armilla *in verbo reſtitutio, num. 50.* & propterea D. Capycius Latro *d. dec. 8. num. 13.* admonet iudices, ne ſint procliues ad admittendas tales repudiationes in damnum creditorum, nam licet id liceat in foro exteriori, vt *infrà* dicemus, tamen in foro conſcientiæ lethaliter peccat, repudians hæreditatem, & ſimilia lucra, vt ex Sanchez, Molina, & Gratiano probat Capycius Latro, & aduertit ne Cauſidici, & Aduocati conſulant debitoribus, vt repudient hæreditatem, quia peccarent, quòd etiam voluit Franciſcus de Petris *conſ. 59. n. 15.* quem ſequitur D. Carleualius Iuriſconſultus clariſſimus, ac Theologus doctiſſimus *in tract. de Iudiciis, lib. 1. tit. 3. diſput. 25. num. 16. & 19. tom. 2.* quem tamen impugnat D. Pratus *centuria 1. obſerv. 16. per totam*, vbi confirmando quæ dixerat *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 34. n. 39. & 40.* ſatis inuehit contra Molinam, & Sanchez, & tamen Theologis magis credendum eſt in materia 4
peccati, quam Doctoribus Cæſareis, propterea dixit Ala *in tract. de Aduocato, & cauſidico Chriſtiano part. 1. quæſt. 51.* quando debitor non poteſt omnibus creditoribus ſatisfacere, non exquirat opiniones legiſtarum, ſed Theologorum, vt etiam in ſimili dicit Capyc. Latro *dec. 7. num. 29. in fine*, & ſic opinio D. Prati tuta non videtur, tum quia ſi mulier contrahat ſine ſolennitatibus ſtatutis de Iure ciuili nulliter contrahit, 5
tamen in foro conſcientiæ non attenditur lex poſitiua, & ſic quando mulier non læditur ex dicto contractu, tenetur illum obſeruare, & Aduocatus aliter conſulens peccat, vt optimè probat Ala *dicto tract. quæſt. 67. part. 1.* tum quia filiusfamilias, quando accipit pecuniam mutuò, poteſt ſe tueri exceptione S.C. Macedoniani, à Iure ciuili introducta, *l. 1. & toto titulo, ff. & C. ad Macedon.* ſed ſi pecunia mutuata re vera ſit conuerſa 6
in vtilitatem filij familias, non poteſt ſine peccato proponere dictam exceptionem, Guttierrez *de iuram. confirmat. cap. 44. n. 6.* Antonius Gomeſius *in l. 3. Tauri, num. 124.* Azorius *part. 3. lib. 7. cap. 3.* & per hoc Aduocatus conſulens, vt illam proponat, peccat, ſicuti Procurator, qui illam proponit, Ala *d. tract. part. 2. quæſt. 26.* vbi communiter DD. tum quia poteſt in ſuo ſolo quis ædificare, & in altum extollere vſque ad cœlum, *l. altius, C. de ſeruit. & aqua*, etiam ſi lumen vicini officiatur, *l. Proculus, ff. de damno infecto*, Capyc. Latro *deciſ. 50.* tamen peccaret Aduoca- 7
tus, ſi patrocinium præſtat, ædificare volenti, vt vicino noceat, vt benè probat Ala *d. part. 2. q. 73.* & ſic quamvis lege ciuili permittente prædicta facere poſſit, non tamen in foro conſcientiæ poterit conſulere, quia in materia conſcientiæ magis certa, & tutior via eſt eligenda, *cap. iuuenis 3. de ſponſalibus*, Surdus *de alimentis tit. 8. priuileg. 88. num. 3.*

Probatur ſecundò, quia firmiter dicendum eſt 8
D. Antonium in foro externo potuiſſe repudiare,

renun

renunciare, ac non acquirere per Textum *in l. qui autem, C. de his quæ in fraud. creditorum, & l. non fraudantur* 177. *ff. de regul. iuris, l.* 1. *§. vtrum, ff. si quis in fraudem patroni, l. cum quidam, ff. de Iure Fisci, & facit regul.* Textus *in l. alienationis, ff. de verb. signif. l. cum alienat. ff. de regul. iuris l. item, §. potest, ff. de aliena iudicij mut. causa facta, l. profectitia, §. si Pater, ff. de iur. dotium, l. nemo, §.* 1. *ff. pro socio, l.* 1. *§. si quis* 51. *ff. de collat. bonorum, l. sponsus, §. si maritus, ff. de donat. inter virum, & vxorem*, ideoque cessat edictum Prætoris de reuocandis his, quæ in fraudem creditorum facta sunt, de quo *in l.* 1. *ff. eodem titulo*, & propterea Præses de Franchis, quem appellat I.C. eruditum Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 50. *num.* 18. & eruditissimum vocat *præsumpt.* 10. *n.* 24. *& præs.* 121. *num.* 15. *in fine, & præsumpt.* 139. *num.* 15. *lib.* 3. *& præsumpt.* 9. *num.* 2. *in fine lib.* 4. latè tractantem *decis.* 101. hunc articulum *sub num.* 32. decisum refert per S. C. potuisse debitorem repudiare hæreditatem non aditam in præiudicium eius creditorum hypothecariorum, qui agebant iure assistendi, de qua decisione meminit Capycius Latro *decis.* 8. *num.* 1. *& decis.* 34. *num.* 11. *& decis.* 117. *num.* 7. & Thorus *in compendio part.* 1. *in verbo debitor an possit*, & lato calamo id prosequitur Dominus Pratus *obseruat.* 15. *centuria* 1. *pract. obseruat.* ac decisum pariter refert Vessembechius *cons.* 17. *lib.* 2. sequitur Galleratus *tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 51. *lib.* 1. Marta *de succeff. legal. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 1. *num.* 50. & Larrea *decis. Granatens.* 10. *num.* 46. Giurba *ad consuetudines Messanæ cap.* 50. *glossa* 8. *part.* 1. *num.* 5. & latissimè Castillus *lib.* 5 o. Castros *part.* 2. *cap.* 112. *num.* 31. *cum sequentibus*, & Textus *in d. l. qui autem*, non procedit in legitima, sed etiam in portione debita vigore consuetudinis Neapolitanæ, vt ait D. Pratus *ibi num.* 7. 8. *&* 9. & ante ipsum D. Consiliarius Arias de Mesa *var. cap.* 42. *num.* 22. vbi etiam decisum refert per S. C. & in causa creditorum Vincentij Bombini refert D. Prouenzalis *obseru.* 26. *num.* 7. *de succeff. ab intestato.*

9 Hoc tamen in foro conscientiæ repudians, ac renuncians, & nolens acquirere peccat mortaliter, vt ait Molina *de iustitia, tract.* 1. *disput.* 436. & latè Sanchez, *vbi supra, num.* 9. & post ipsum Gratianus *vbi supra*, & Capyc. Latro *d. decis.* 8. *num.* 13. & cum aliis apud Carleualium citatis, & qui est in peccato mortali absque dedecore non existit *cap. faciat* 23. *quæst.* 2. & optimè considerat Marta *in summa succeffionis legalis, part.* 3. *quæst.* 13. *art.* 20. *num.* 13. *&* 14. D. Pratus *obseruat.* 1. *num.* 41. nam debitor non acquirendo fraudem facit suis creditoribus per Textum *in l. in fraudem* 45. *in principio, ff. de Iure Fisci*, vbi in fraudem Fisci, non solum per donationem, sed quocumque modo res alienatæ reuocantur, idemque iuris etsi non quæratur, æque enim in omnibus fraus punitur, & confirmat Vlpianus *in l. sed & si lege* 28. *§. perinde, ff. de petit. hæredit.* vbi is, qui dolo fecit, quominus possideret, vti possessor condemnatur accipiens, siue dolo desierit possidere, siue dolo possessionem noluerit admittere, & *in l.* 2. *§. sed & si quid, ff. de hæreditate, vel actione vendita. l.* 1. *§. sanè, & §. vltimo, l. si quis* 14. *ff. si quis omissa causa testamenti*, cum aliis adductis per Carleualium *disp.* 25. *n.* 4.

12 Arguitur autem dolus ex qualitate temporis, *l. si mandauero* 22. *in fine, ff. mandati, l. si quis insticiatur* 13. *ff. depositi*, ergo quia in præsenti Aloysius longo tempore post contracta debita fecit talem declarationem se nolle acquirere quamvis mole grauatus creditorum, datisque contractibus pro rescissis, conditionem mutauerit, ergo non poterit repudiare hæreditatem, nec declarare potuit, nolle acquirere, cum quo mortuo censeatur, & non habeat, nec nolle, nec velle, vt benè Salgadus *in laberynto creditorum, part.* 1. *cap.* 28. *num.* 2. *&* 3.

Neque esset ponere os in Cœlum asserere 13
Textum *in d. l. qui autem* 6. *cum similibus* non procedere, quando quis post decoctionem repudiat hæreditatem, & declarat nolle acquirere, quia hoc casu euidenter adest animus fraudandi creditores, nam fraudatores sunt vasa pessima, Esdræ *cap.* 32. & quodcumque fraudis causa gestum est, reuocari debet, *lib.* 1. *vers. hæc verba, ff. quæ in fraudem creditorum*, & sic detegitur talis malus animus, quod à lege permitti non debet, quæ est sanctio sancta, Glos. *in §. lex est, Instit. de iure naturali gentium, & ciuili*, tanto magis quia fuit datus Curator Patrimonio Aloysij, & ordinata graduatio, ac omnium eius bonorum venditio, & sic omnia eius bona, iura, & actiones peruenerunt in posse iudicis, ergo dum repudiauit, liquidò constat id fecisse in fraudem creditorum, ergo actus, qui sine fraude fieri non potest, non subsistit in fraudem alicuius, *l. Titius* 54. *ff. ad Senat. Consult. Trebell. cap. Beneficium si de feudo fuerit controuersia*, ergo talis repudiatio, & declaratio ipsius Aloysij debet æquè reuocari, sicuti si reuocaretur ipsa donatio, *lib.* 1. *§. vlt. ff. quæ in fraudem creditorum, l.* 1. *& tot. tit. C. de reuoc. his*, &c. quod considerat Salgadus *vbi suprà part.* 2. *cap.* 24. *num.* 69. & licèt idem Salgadus *sub num.* 118. conetur probare, id procedere 14
quando debitor alienat bona sua quæsita, & in suo patrimonio radicata, non autem quando non vult acquirere ex *d. l. qui autem*, tamen Salgadi responsio non eneruat fraudem, & malum animum fraudandi creditores, *vt suprà* probauimus, & infrà probabimus hæreditatem Aloysij, & dotes maternas fuisse ab eodem acquisitas, cum bona fides hoc non patiatur, quod ipsum dicimus in instrumento facto per decoctum, quod creditoribus non præiudicat, nec aliquid damnum eis infert, quia censetur factum in fraudem ipsorum, vt latè exornat Barzius *in cons.* 119. *n.* 27. *&* 28. cum aliis allegatis per Salgadum *part.* 3. *cap.* 13. *num.* 20.

Arguitur etiam dolus ex qualitate personæ, 15
l. vidua 18. *C. de nuptiis, l.* 1. vbi Pupillus educari debet, & *in Auth. quibuscumque, C. de sacros. Eccles.* Baldus *in l. cum allegas oppos.* 3. *C. de vsuris*, & declarat Decius *in cap. si autem, n.* 13. *&* 14. *de Rescriptis*, sed considerata persona ipsius Aloysij est decocta, & desperatæ fortunæ, à quo omne malum potest expectari, vt creditores frustrentur, quæ decoctio non processit ex aliquo infortunio, sed ex malo habitu ipsius Aloysij, & propterea potest dici famosus latro secundùm Ioseph Sesse *decis.* 102. & propter talem fraudulentum habitum ipso iure est priuatus administratione suorum bonorum, & est inhabilis ad velle, & nolle, vt notat Soccinus *consil.* 78. *num.* 2. *vol.* 4. Additio ad Gizzatellum *decis.* 80. *num.* 8. si verò respiciamus personas, quibus bona repudiata, & renunciata acquirentur, sunt eius sorores, quibus ex aliqua vtilitate se benevolum præbere voluit, in tam grande præiudicium creditorum; nam fraus, & dolus per præsumptiones probatur, & prospicuis coniecturis arguitur, *l. dolum, C de dolo, l. dolum, ff. eodem*, secundùm Glossam *in cap. finali in verbo coniecturas de renunciat.*

in 6. Corneus *conſil.166. num.3. & conſil.221. num.18. volum.2.* cum aliis adductis per Straccam
16 *in deciſ. Rotæ Genuæ 3. num.27.* & eo magis dolus præſumitur, quia huiuſmodi repudiatio, & declaratio noluiſſe acquirere, fuit interpoſita poſt effectam graduationem, & ordinatam venditionem omnium bonorum, vt in ſimili dicit Bart. *de alienatione facta poſt motam litem*, vt præſumatur dolo facta *in l. qui periurio 37. ff. de rei vendicat.* & refert Cephalus *conſil.64. num.19. lib.1.* & dolus, vt *ſuprà* diximus, coniecturis, & præſumptionibus probatur, *dict. l. dolum 6. l. non omnes 5. §. à Barbatis, ff. de re militari*, Paulus de Caſtro *in l. quod Nerua 32. ff. depoſiti*, Alexander *conſil.190. num.8. lib.7.* Maſcardus *de probat. concluſ.530.* Menochius *lib.5. præſumpt.3. n.41.*
17 ſicut etiam coniecturis probatur fraus, Ancharanus *conſil.388. num.3.* Cranetta *conſil.100. num.3.* & ibidem Menochius *num.43.* inter quas coniecturas eſt illa, quando quis operatur, & facit id, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet, *leg.2. §. item Varus, ff. de aqua pluuiali arcenda*, Menochius *conſil.62. num.16. volum.1.* Carleualius *vbi ſuprà, num.12. in fine*, & plures refert D. Franciſcus Salgadus *part.2. cap.50. num.10.* & ratio eſt, nam alteri nocendo abſque ſuo commodo, & vtilitate, legem offendit naturalem, vt teſtatur Menochius *vbi ſuprà, num.97.* quod poteſt in caſu noſtro conſiderari, dum Aloyſius ſic repudians, & nolens acquirere, nullum ſibi commodum affert, & nocet ſuis creditoribus.

18 Arguitur etiam dolus ex malo effectu, qui ſubſequitur, vt docuit Baldus *in l.1. ad finem, C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*, & ſequitur Crauetta *conſil.282. num.8. verſ.3.* Menochius *vbi ſuprà, num.99.* at in caſu noſtro malus ſubſequitur effectus: nam per talem repudiationem, & non acquiſitionem quamplures creditores fraudantur, & non poſſunt eorum credita aſſequi.

Alia eſt coniectura doli, quia talis Aloyſius non facit ea, ad quæ ſcit ſe teneri, *leg. dolus 44. ff. mandati*, Romanus *conſil.19. num.3.* Merlinus *controu. forenſ. tom.1. cap.57. num.14.* Aloyſius enim ſciebat ſe teneri ſuis creditoribus, & tamen non vult acquirere, ſed repudiauit hæreditatem ſibi obuentam, ac dotes eius ſororis; ergo arguitur dolus, qui multo magis arguitur ex nimio exceſſu, ad notata per Bartolum *in leg. omnes 17. §. Lucius, num.2. ff. de his, qua in fraudem credit.* quia nimius ſequitur exceſſus ex talibus repudiationibus, & renuntiationibus factis per Aloyſium, quia ſi non repudiaſſet, neque declaraſſet ſe noluiſſe acquirere augeretur eius patrimonium, vltra quindecim mille ducatos, ex ni-
19 mia enim liberalitate fraus præſumitur, Baldus *in l. eam quam, col.15. C. de fideicommiſſ.* imò præſumitur colluſio cum dictis eius ſororibus: nam qui non habet, de facili colludit, *l.3. in principio, ff. de teſtibus*; ergo ſi Doctores communiter concludunt duas ſufficere coniecturas, ad probandum dolum, & fraudem, vt latè probat Menochius *dict. præſumpt.5. num.44.* quanto magis in caſu noſtro, vbi tot adſunt coniecturæ, ſi adeſt in eo dolus, & fraus; ergo deliquit, cum dolus contineat in ſe delictum, *l.1. §. nunc tractemus, verſ. planè, ff. de tutelis*, Rebuffus *de reſtit.* Rebuffus *tom.1. art.1. gloſſ.7. & 8.* Philippus Teſtus *alleg.14. n.188.*

20 Probatur tertiò, quia iſte Aloyſius ſic repudians, & declarans nolle acquirere efficitur inhabilis ad ſatisfaciendum creditoribus, fit periurus: nam in inſtrumentis factis in beneficium ſuorum creditorum, iurauit ſe ſoluturum eis; ergo ſi fiat impotens ſua culpa, & voluntariè, non ſoluit eiſdem, ergo eſt periurus, iuxta Textum *in cap. querelam 10. de iureiurando*, & periurium eſt maius delictum homicidio, & adulterio, *cap. ille 22. q.5.* Abbas *in cap. finali, num.6. de tempor. ordinat.* & periurus peccat mortaliter, ex eo quia Deo iniuriam facit, & non obſeruat præceptum datum ab ipſomet Deo, Leuitic.19. *ibi* (non periurabis in nomine meo) & notat Armilla *in princip. de iuramento, num.14.* & facit etiam iſte Aloyſius contra illud præceptum naturale: Quod tibi non vis, alteri ne feceris *cap.1. 1. diſtinct.* & tandem non obſeruat præceptum diuinum, quo præcipit, dicens, Declina à malo, & fac bonum, *Pſalmo 33.* ibi: Benedicam Domino in omni tempore, & declinat ipſe à bono, & facit malum non ſoluendo debita iurata, quod malum eſt; ergo non potuit in foro Poli, & conſcientiæ repudiare hæreditatem Matris, & non acquirere dotes eius ſororis, & portionem ſibi tangentem de iure conſuetudinario.

Probatur quartò, quia tales ſorores Aloyſij 21
adeuntes hæreditatem Matris, ſtante repudiatione Aloyſij fratris, & acquirentes dotes violantis earum ſororis mortuæ abſque filiis ob declarationem ab eo factam nunquam voluiſſe acquirere, ac portionem debitam ex conſuetudine, peccant etiam mortaliter, tum quia agunt contra naturale præceptum, quod nemo debet locupletari cum aliena iactura, *l. nam hoc natura 14. ff. de condit. indebiti*, vt eſſet in caſu noſtro, vbi creditores amitterent eorum credita, & ſorores illa acquirerent confiſæ auctoritate Textus *in d.l. qui autem 6.* nec eſt tantum tribuendum ipſi legi, & cum damno ipſorum creditorum: nam ſorores illæ locupletarentur, etenim ſummum ius, eſt *ſuprà* iniuria, ac nonnunquam ſub nimia iurium ſubtilitate perniciosè erratur, *l. ſi ſernum 91. §. ſequitur, ff. de verb. obligat.* vt in ſimili dixit Theſaurus *deciſ.226. num.4.* tum quia agere dicuntur contra illud naturale præceptum *ſuprà* conſideratum, poſitum *in dict. cap.1. 1. diſtinct.* ibi: Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli, ſi petes in terris viuere iure Poli, Gloſſa *in cap.1. de ſumma Trinitate, & fide Cathol.* & tandem non patitur æquitas, quod iura alterius lædantur, vt notabiliter dixit Bart. *in extrauaganti ad reprimendum, in verbo, Videbitur circa finem*, adductus ab Afflicto *deciſ.361. num.37.* læderentur enim iura creditorum, quia amitterent eorum credita, quòd nullo pacto eſt dicendum.

Probatur quintò, quia Domini iudicantes 22
non tenentur obſeruare Textum *in dict. l. qui autem 6.* & iura *ſuprà* adducta, ac relata per Carleualium *diſp.25. num.2.* per Arias de Meſa *lib.2. variar. cap.41. num.1. & 2.* & per Capyc. Latro *deciſ. 34. num.1.* nam ſi iudicarent ſecundùm illa iura, præberent anſam delinquendi, aperirent viam periuriis, & damnum afferrent ipſius creditoribus, & quamvis idem Arias de Meſa *vbi ſuprà, num.27.* dicat eundem Carleualium non potuiſſe aliis Dominis Regiis Conſiliariis Collegis hanc veritatem perſuadere, tamen Regens Capyc. Latro *deciſ.8. num.12. lib.1. verſ. Et ego*, admonet Iudices ne ſint procliues ad admittendas huiuſmodi repudiationes, & declarationes in damnum creditorum, quia & ſi locus ſit repudiationi in foro exteriori, tamen in foro conſcientiæ peccat taliter repudians, vt *ſuprà* probatum eſt, vnde per ſententias approbantes tales repudiationes maximum detrimentum affertur

animæ,

animæ, quæ cunctis rebus est præferenda *cap. cum infirmitas* 13. *de pœnit. & remission. l. sancimus* 17. *Cod. de sacris Ecclesiis*, Rolandus à Valle *consil.* 69. *num.* 29. *consil.* 98. *num.* 33. *volum.* 1.
23 & *consil.* 70. *num.* 35. *colum.* 2. cum in legum interpretationibus potius debet capi intellectus peior si sit, quam anima securior, *cap. inuenis, de sponsalibus*, & meminit Decius *in cap.* 1. *de officio delegati, num.* 29. *cap. Pastoralis*, §. *verum de appellat. num.* 13. vbi ait, quòd quando vertitur animæ periculum, tutior via eligi debet, & Textus *in d. l. qui autem*, sapit manifestam iniquitatem, cum sit nutritiua peccati, vt *suprà* probauimus, & lex, quæ inducit peccatum est abolenda, & cassanda, & est ipso iure nulla, quia de legis substantia est, vt sit iusta, & honesta, vt dicit Textus
24 *in cap. erit autem lex*, 4. *distinct.* lex namque iniusta, & iniqua lex non est, nec fuit, nec legis nomen, ac vim habere debet, imò absque temporum mutatione tollenda venit, vt docet Couar. *in cap. Alma mater, in principio, de sentent. excommun. vers. secundo*, ibidem obiicitur, vbi refert primos legum latores quandoque imprudentes extitisse, & propterea experientia docet, plurimas antiquas leges horrendas mutatas fuisse, cum maxima Reipublicæ vtilitate, vt latiùs notat Aristoteles *lib.* 1. *Polit. cap.* 6. citatus à Couar. *vbi suprà*, & lex etiam iusta potest per tempora iustè mutari, vt iustè regatur populus, & testatur Diuus Augustinus *lib.* 1. *de libero arbitrio, cap.* 6. & Vlpianus, qui *d. l. qui autem promulgauit*, conuincitur errasse potiùs, quàm legem condidisse, per Textum *in cap. sunt quidam* 25. *q.* 1. nec tali legi debent subditi parere, quod procedit etiam totalis lex continet peccatum veniale, argumento Textus *in cap.* 2. *de pactis, in* 6. cum sua Glossa, vt bene Abbas *in cap. finali, de præscript.* ideò dicit in simili, idem Abbas *in cap. filius noster, n.* 3. *de testam.* quod lex Ciuilis, quæ non est fundata super æquitate naturali, & fouet rigorem quendam non sit seruanda licèt expresse non reprobetur à iure Canonico.

25 Et posset dici Textum *in d. l. qui autem*, correctum esse per ius Canonicum, scilicet auctoritate Concilij Magni Lateranensis, ibi cum generaliter sit omni Constitutioni, atque consuetudini derogatum, quæ absque peccato mortali, non possunt obseruari, & facit Textus *in cap. dilecti, de iudic.* quod latiùs probari potest ex dictis per Imperatorem Iustinianum *in l.* 1. § *cum itaque, Cod. de veteri iure enucleando*, vbi loquendo de legum auctoritate ait, quod nihil tam studiosum in omnibus rebus inueniatur, quàm legum authoritas, quæ & diuinas, & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit, iudices namque semper præ oculis æquitatem habere debent, *vulgata l. quod si Ephesi* 3. *ff. de eo, quod certo loco, cap.* 1. 4. *q.* 4. *cap. omnis qui* 45. *distinct.* cum aliis adductis per Marsilium *singulari* 660.
26 hoc enim facit æquitas, vt ne cui plus, ne cui minus, sed suum cuique tribuatur pro nostra, personarúmque ratione, & dignitate secundùm Comanum *lib.* 5. *comment. in tit. de æquitate, num.* 1. cum nihil aliud sit, quàm naturalis ratio, *l. scire oportet* 13. §. *sufficit, ff. de excusat. tutor.* & illam sequi tenentur, & obseruare iurant, §. 1.
27 *Auth. iusiurandum, quod præstatur ab his*, & hæc æquitas ius humanum appellatur, vt affirmant Doctores *in l. Placuit, Cod. de iudiciis*, & refert Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 76. *num.* 16. cum sit thiriaca contra venenum, scilicet nimium rigorem iuris, idem Menochius *de arbitrariis, lib.* 1. *q.* 13. *num.* 16. & 17. & notanter in eundem sensum dicit Afflict. *decis.* 80. *in fine*, quod propter vnum iniustum euitandum, prohibetur vnum iustum, *cap. habebat* 12. *quæst.* 1. *cap. denique*, 12. *distinct. l. si finita* 15. §. *ex hoc edicto, ff. de damno infecto*, & notat Paponius *consil.* 6. *num.* 8. imò idem Iustinianus Imperator *in d. l.* 1. § *sed neque, præcipit iudicibus*, quod non ex multitudine auctorum, sed quod melius, & æquius iudicat, quod eo magis procedit in Sacro Regio Consilio, quod Præfecto Prætorio assimilatur, iuxtà notata per Thesaurum *decis.* 2. *num.* 1. habet enim supre- 28
mam iurisdictionem, & eius sententiæ tam diffinitiuæ, quàm interloquutoriæ sub nomine Regiæ Maiestatis proferuntur, & vim generalis legis in Regno obtinent, vt testatur Afflictus *decis.* 383. *num.* 8. & vtitur æquitate contra ius scriptum, licèt hæc æquitas non reperiatur scripta, vt affirmat D. de Franchis *decis.* 5. *sub num.* 2. & potest secundùm conscientiam iudicare per Grammat. *decis.* 62. *in fine*, relatum per Riccium *in collect.* 1129. *in* 4. *limitatione*, & refert Rolandus à Valle *in consil.* 68. *num.* 19. Hinc Guid. Pap. *decis.* 29. quem adducit ibidem Rolandus inquit, quòd Domini de Parlamento Delphinali, qui vicem Præfecti Prætorij obtinent, possunt iudicare secundùm conscientiam, & si aliter face- 29
rent, peccarent secundùm Theologos, ex doctina Bartoli post Cynum *in l. vnica, C. vt quæ desunt Aduocatis*, & refert Franciscus Marcus *pract. obseruat.* 67. *num.* 38. & sic cum S. R. C. habeat ampliam potestatem, eò magis in ipso debet inspici æquitas, etiam non scripta, quàm decisio legis scriptæ per doctrinam Bartoli *in l.* 1. *Cod. de legibus*, post Innocentium *in cap.* 1. *de constit.* & refert Iacobus Mandellus *consil.* 318. *num.* 13. & postremo si hæc omnia, quæ hactenus retulimus considerassent Dom. de Franchis *decis.* 101. & Arias de Mesa *dicto cap.* 41. & alij, tam antiqui, quàm moderniores scriptores admittendo tales repudiationes, & declarationes nolentium acquirere, imò contra dictam de- 30
cisionem de Franchis fuisse post maturam causæ discussionem iudicatum in nonissimis decisionibus Rotæ de anno 1622. coram Coccino apud Rubeum *decis.* 54. *tom.* 2. *part.* 4. & post Rotam legatus Andreolus *tom.* 3. *controu.* 208. vbi notat eum hac opinione, Textum *in dict. l. qui autem*, procedere in creditoribus personalibus, quia firmiter asserit debitorem cum hypotheca non posse repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum, impugnans Giurbam Castillum, & alios de quibus *suprà*, & dicit, quòd cum creditor habeat obligata bona omnia, & iura præsentia, & futura sub nomine iurium, venit etiam illa potentia adeundi, quæ appellatur ius, & non potentia, per Textum expressum *in l.* 3. ibi (modo patria potestate liberati, ius adeundi hæreditatis cum sua causa quæsitis, *C. de instit. & substit.*) & ibi Paulus de Castro *num.* 4. & Baldus *in Rubrica, C. de condit. ex lege, num.* 2. ibi (aut non est exercitium iuris quæsiti, sed tendit ad aliquid quærendum de nouo, vt ius adeundi.) Et istud 31
propriè dicitur ius, quia est inpræscriptibile, id est, contra eum non potest præscribi, *l. licet* 6. *C. de iur. delib.* Neque obstat Textus per eundem Præsidem de Franchis citatum *in l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* vbi hæreditas, vel bonorum possessio, antequam adeatur, vel agnoscatur, non est in bonis hæredis, nec in dominium eius, neque actualiter ei quæsita: nam nos sumus in iure adeundi, quod delata hæreditate est quæsitum,

vt benè Rota *vbi ſuprà num.*8.& Gomeſius *lib.*1. *var.cap.*9. *num.*1. vbi concludit hoc ius adeundi eſſe formatum,& ineſſe productum de præſenti, quo caſu tranſmittitur ad hæredem, ſicuti tranſmittuntur omnia alia iura,tam perſonalia, quàm realia : imò per talem repudiationem, vel declarationem non voluiſſe acquirere factam per debitorem,infertur damnum creditoribus,non autem vtile ipſi debitori obuenit, quo caſu non procedit Textus *in d. l. qui autem* 6. iuxta diſtinctionem Bartoli communiter receptam, *in l. ſimili* 12. *ff.de leg*,1. & refert Rubeus *vbi ſupra n.*25. *cum ſequentibus.*

32 Regula verò *d.l.qui autem* 6. recepta *vt ſuprà* diximus, limitari ſolet multipliciter.

Primò vt non procedat,quando declaratio nolle acquirere, & repudiatio fieret à debitore in præiudicium creditorum ex cauſa oneroſa, quia tunc ius naturale, & bona fides id minimè patitur, at verò poſſet fieri in præiudicium creditorum,ex cauſa lucratiua,ſic dicunt Molina *de iuſtitia, diſput.*435. *num.*10. *in fine*, quam opinionem ſequitur Carleualius *d.diſp.*25. *num.*16. ibi (ſi verò creditores ſint ex cauſa oneroſa) & ſic poſt longam diſputationem ad partes concludit *num.*15.& 17. Textum *in d l.qui autem*, procedere contra omnes creditores ex cauſa lucratiua, Textum verò *in d. l. in fraudem*, quoad omnes creditores ex cauſa oneroſa,ſed hæc omnia reſpiciunt ſubtilitatem iuris,& ingenij,tum D.Prati, tum Carleualis, cum ex deciſionibus Tribunalium non habemus talem Iurium concordiam, nec conſiderarunt DD. quid in Regno Neapolitano per capitulum Caroli III. incipiens (Emergentium) *ſub tit.de toll.caut.* de bonis datis pro honore introducendo, vbi pactiones de conſeruanda ſucceſſione in Fiſci præiudicium damnantur, ſine Regis aſſenſu, ſicut nec etiam contra dotem, vt probat Gozadinus *conſ.* 97. *à num.*6.& 12. & tenet Anna *conſ.*76. *num.*6. & ſic D.Carleualius nihil agit de iure Regni, nec D. Pratus conſiderauit articulum de iure Regni ex *d.cap.Emergentium*,& dictum capitulum Regni non adduxerunt D. Pratus, nec D. Carleualius.

Secundò limitant DD. Textum *in d.l.qui autem*, vt non poſſit, nec valeat repudiatio, declaratio, vel renunciatio, quando debitor illam faceret in beneficium coniunctæ perſonæ; nam tunc ſumitur fortis præſumptio fraudandi creditores,ſic fuit in præſéti,quia Aloyſius declarauit nolle acquirere hæreditatem maternam, in beneficium ſororum vtrinque coniunctarum ipſi repudianti,& ex hac ſanguinis coniunctione inducitur fraus,prout ſic limitant Salgadus *part.*1.*laberynthi*, *cap.* 14. *num.*130. quia tunc videtur ſimulata, ficta, & non vera, quo caſu non poteſt creditoribus præiudicare, vt latè Caſtillus *lib.*5. *controu.cap.*112. quem citat Salgadus *vbi ſuprà num.* 123. ad quam probandam idem Salgadus adducit Textum *in l. data* 27. *C. de donat.* vbi etiam Gloſſa ibi (& maximè inter coniunctas perſonas, ne fraus aliqua propter familiaritatem domeſticam committi poſſit) & Textus *in l.nihil intereſt* 50. *ff. de bonis libertorum*, & facit Baldus *conſ.*70.*vol.*1. vbi ait,quòd ex coniuncta perſona arguitur coniectura ſimulationis,Decius *conſil.*587. *num.*9. & plures alios adducit Salgadus *part.*1. *cap.*7. *num.*99. & magis coniunctus videtur magis dilectus,vt ad hæreditatem vocetur, vt ex pluribus iuribus probat Alexander *conſil.*158. *lib.*6. *num.*12.

Limitatur tertiò, Regula ſuprapoſita, vt non 33
habeat locum, quando debitor ius acquiſitum ſibi ex aliquo pacto, vel contractu conditionali, in præiudicium creditorum, declararet nolle acquirere, vt notabiliter decidit Bart. *in l.*1.§. *non quærimus*, *ff. ſi quis*, omiſſa cauſa teſtamenti, & tradit D. de Franchis *deciſ.*101. *num.*12. adducens Textum *in l.*2. §. *non tantum*, *ff. de hæred. vel action.vendita*, Peregrin. *de Iure Fiſci*,*lib.*6. *tit.*7. *num.*40. & refert idem D.Regens Capyc. Latro *d.deciſ.* 34. *num.*12. ex eo quia vt dicunt DD. citati ex tali pacto, vel contractu conditionali,acquiritur ius efficax, §.*ex conditionali*,*inſtit. de verb. obligat.* Imò tale ius dicitur eſſe in patrimonio debitoris declarantis nolle acquirere, vt affirmat Decius *in conſ.*260. *ex gloſſa*, *in l.ſi donaturus* 9. §.1.*ff.de condit. cauſa data & c.* quam intelligunt procedere in lucro proueniente ex pacto, & dicit etiam idem eſſe iudicandum de tali iure quæſito, ſicut de diminutione patrimonij, etenim ipſum ſic acquiſitum remittere pro damno reputatur,vt per Gloſſam *in l.*1.§. ſi quis propter in verbo reſtitutionem *ff. de itin.* actuque priuato, & notat Baldus poſt Cynum *in l.cum te in principio*,*C.de donat.ante nuptias*, *dicens*, quòd vbi lucrum eſt radicatum, priuatio illius lucri eſt damnum, & faciunt tradita per Alexandrum *in l.*1. *ff. de damno infecto*, qui enim ius aliquod acquiſitum, vti in patrimonio incorporatum renunciat,damnum patitur,facit etiam Textus *in l. non amplius* 26. §.1. *ff.de legat.*1. ibi (deterior fit legatarij conditio) ergo cum in caſu noſtro tale ius ex contractu conditionali proueniens conſideretur, quia in capitulis matrimonialibus celebratis per dictum Iulium fuerit appoſitum pa- 34
ctum reuerſiuum dotis ad ipſum Iulium Patrem, & ad illius hæredes,& ſucceſſores,quod eſt communiter receptum poſſe fieri ex gloſſa Martini antiqui gloſſatoris,de qua Theſaurus *deciſ.*190. *num.*3. Vrſillus ad Afflictum *deciſ.* 236. *num.*7. Maceratenſ. *var.reſol.lib.*1.*cap.*41.& ſic ſeruatur non ſolum in tota Italia, ſed etiam in toto orbe, cum ſit generalis,& notoria, vt teſtatur Bart. *in l. poſt dotem*, *num.* 46. *ff. ſolut. matrim.* Coſta *de remediis ſubſidiariis remedio* 66. *num.*10. Viuius *opinione* 342. *num.* 6. quod refert, & ſequitur Regens Capyc.Latro *deciſ.*34. *num.*50. *cum ſequenti*, ex ea ratione, quia dos à Patre profecta ad Patrem, vel eius hæredes reuerti debet, per Textum *in l. dos à Patre* 46. *C. ſolut. matrim.* cum aliis iuribus ibi adductis per Gloſſam, latè Theſaur. *deciſ.*190. & Theſaurus filius *part.*3. *quæſt.*58. *num.*50. Mantica *de tacitis lib.*12.*tit.*8. *in principio*, Capyc. Latro *ibi num.*3. ergo dum Iulius adiuit hæreditatem ſui Patris, in conſequentiam ius illud, quod Pater habebat ſuper dotem filiæ ipſe fuit conſequutus, cum hæres ſuccedat in omnia iura defuncti, *l. hæres in omne* 39. *ff. de acqu. hæred. & l. nihil aliud* 24. *ff. de* 35
verb. ſignificat. & continet iura actiua,& paſſiua, *l. ſi quis ſeruum* 8. §. *finali*, *ff. de leg.* 2. & defuncti perſonam repræſentat *l.cum à matre* 14. *C. de rei vendicat.* & Textus *in principio in Auth. de iureiurando à moriente præſtito*, vnde Aloyſius declarando nunquam voluiſſe acquirere dotem dictæ eius ſororis mortuæ abſque filiis,dicitur renunciare illud, quod eſt in ſuo patrimonio, ergo diminuit dictum eius patrimonium, quod fieri nequit in præiudicium ſuorum creditorum,vt dicunt Textus *in d. l. qui autem* 6. ibi (pertinet enim hoc edictum ad diminutionem patrimonij) & hoc modo magis probatur,quia non ſolum ius

quæſitum,

quæsitum, sed etiam spes iuris futuri renuntiati nequit: nam quando ex aliqua causa præcedente, oritur spes firma, de certo effectu consequente ad ipsam causam, habetur perinde ac si tempore causæ effectus ipse fuisset productus, cum spes originem habens ex causa de præterito, sit adeo considerabilis, sicuti considerabile est ius quæsitum re ipsa, teste Aretino *consil.7. col.vltim.n.4.* Ferrettus *consil.112.n.8.lib.1.* Gratian. *cap.123. num.14.* cum istud ius in specie quæsitum sit in patrimonio, & illud dimittere est perdere, ac illud diminuere, *dict.§.ex conditionali*, Regens Capyc. Latro *decis.34.num.15.* & eo fortiùs quando illa spes est iam nata, vt testatur idem Gratianus *sub num.23.* & sic in casu nostro, quia Aloysius fecit declarationem, postquam illa spes erat nata cum longo tempore post sororis obitum ille declarauerit nolle acquirere, nec nunquam animum acquirendi habuit, & illa erat spes futura, quia iam soror eius mortua erat absque filia, & videtur esse ius quæsitum re ipsa; ergo non potuit fieri dicta declaratio in præiudicium creditorum, vt fuisse decisum per S.C. dicit Regens Capyc. Latr. *dicta decis.8. vers. Cæteri verò omnes*, nam in præsenti constat Aloysium adiuisse hæreditatem Iulij Patris, & facit idem Capyc. Latro *d.dec.34. num.18.*

36 Ex quibus infertur primò, quòd cum consuetudines nostræ Ciuitatis sint pacta, & conuentiones Ciuium, vt per Napodanum in proœmio consuetudinum, *in verbo, Liber iste, num.22.* ibi: Talis enim consuetudo expressi consensus est quædam pactio Ciuium, & ibi Capycius, *in vers. Sunt igitur, littera E*, ideò Napodanus *in consuetudine si quis habens Curtim, in tit. de apertura facienda sub num.1.* & *in proœmio consuetudinum, §.præfatis autem*, quem refert, & sequitur Capyc. Latro *decis.63. num.10.* ait, quòd sunt quædam pacta, & quòd sit quodammodo contractus firmat Additio *in proœmio in eodem verbo, in vers. Liber iste, in littera A*, ibi: Adde, quòd istæ consuetudines, & à consuetudine ad pactum, valet argumentum, cum quicquid potest fieri, vel acquiri consuetudine, possit etiam per pactum fieri, & acquiri, vt est Textus singularis *in l.finali*, vbi Bart. Bald. Salycet. & alij scribentes, *C.de fideiuss.* & est Glossa ordinaria *in l.non solum 8.§.finali super verbo hæredis, in principio, ff.de noui operis nuntiat.* plenior Glossa *in Rubrica, C.de decretis Decurionum, lib.10.* & bona Glossa *in cap.2.in verb.Official.in fine, de consuet.in 6.* Euerardus *in Topica legali, in loco 89.* cum aliis adductis per Salgadum *in labyrinth.creditorum, part.2.cap.29. n.28.& 29.* concludi poterit, quòd dictus Aloysius successerit tam ad dotes eius Matris pro nouem partibus, ex quo decessit relictis filiis, quo casu non potuit disponere, nisi de decima, vt in Constitutione si quæ moriens de muliere habente filios, quæ consuetudo habet locum non solùm in muliere nupta, quæ testatur, quo casu est propriè dos, sed etiam in vidua, vt per Baldum, Paulum de Castro, & alios Doctores *in l.1. C.vnde vir, & vxor*, cum aliis etiam per Antonium de Alexandro *in addit. ad consuetudinem si quis moriens*, & per Marinum Frecciam *ibidem, in verbo, An ista consuetudo*, quàm etiam ad omnia alia iura obuenientia ipsis filiis ex consuetudinibus, & licèt Præses de Franchis *in decis.89. num.20.* dicat ex Napodano, quòd bona, quæ reseruantur filiis ex dispositione cõsuetudinis, debeantur iure successionis, tamen dicta ipsius intelliguntur, quando non est deductum in pactum, secus verò quando consuetudo fuit in pactum deducta, vt in nostra quæstione, quod aduertit idem Regens Capyc. Latr. *decis.8.n.11.*

Infertur secundò, in foro externo permissum 37
esse deberi repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum, dummodo ab illo non sit adita, & sic si creditores hypothecarij agant contra debitorem iure assistendi, poterit creditor talem hæreditatem sibi delatam repudiare, Francus *dict.decis.101.* Capyc. Latro *decis.8.* & *decis.34.* & *decis.117.* Thorus *in compendio, part.1. in verb.Debitor an possit*, Pratus *obseru.15. pract.obseruat.* & Textus *in d.l.qui autem*, procedit non solùm in legitima, sed etiam in portione debita vigore consuetudinis, & aliis relatis, sic dicit Pratus *vbi suprà, num.7.8.& 9.* & ante ipsum Arias de Mesa *lib.2.variar.cap.42. num.22.* vbi sic decisum refert per S.C. & etiam fuit habitum pro absoluto in S.C. in causa creditorum Vincentij Bombini, vt refert Prouenzalis *in consuet.1. obseru.26.n.7. de succeff.ab inteftato*, sed melius ex his D. Carleualius *disp.25. num.18.& 19. tom.2.* tenet filium non posse in præiudicium eius creditorum, tam ex causa lucratiua, quàm onerosa acceptare onus, siue substitutionẽ imposita super legitima ei debita, sicuti neque poterit in præiudicium suæ Matris, cui legitima debetur super bonis filij, ita vt illo mortuo possit Mater legitimam petere, non obstante substitutione, siue fideicommisso per Patrem imposito super dicta legitima filio debita, ac etiam non obstante acceptatione talis oneris per ipsum facta, vt latè Carleualius *ibidem, num.20. per totum 28.* vbi ait sic fuisse decisum per S.C. iunctis tribus Aulis, in causa illorum de Valignano cum Maria Strina scilicet deberi Matri legitimam in bonis filiæ, non obstante grauamine fideicommissi imposito à Patre in omni sua hæreditate, & prætensa fideicommissi acceptatione, quam decisionem limitant, vbi matrimonium esset contractum secundùm consuetudinem Nidi, & Capuani Ciuitatis Neapolis, per quam Mater excluditur etiam à legitima; tunc enim Mater nullatenus poterit petere legitimam in bonis filij, vt fuisse determinatum in eadem causa, refert Carleualius, *vbi suprà, n.21.*

Infertur tertiò, an debitor possit repudiare, seu 38
nolle acquirere hæreditatem, legitimam, vel legatum, aut simile, in præiudicium fisci creditoris, & dicunt communiter, quòd non possit facere, per Textum *in l.fraudem 45.ff.de iure fisci*, Prouenzalis *obseruat.26.num.7.de succeff.ab inteftato*, ex Peregrino, & Medices, qui *num.11.* dicit esse absolutum in Regno per Capitulum Regis Caroli III. incip. *Emergentium, sub titulo de tollenda cautione*, &c. vbi damnantur pactiones, de conseruanda successione in fisci præiudicium, sine assensu Regio, & ampliant nec posse fieri contra dotem, ex Gozadino *consil.97. num.7.& 10. in fine*, & Anna *consil.76.num.6.* Contrarium verò, tam in fisco, quàm in dote per quatuor columnas fundat Pratus *obseruat.15. à num.13. vsque ad num.43.* vbi valdè miratur de Anna, quòd sententiam prædictam substituisset pro fisco, & dote satis ieiunè, re minimè discussa, ac articulo non degustato, & adducit Textum pro eius opinione *in l.cum quidam 20.ff.de iur.fisci*, vbi non videtur in fraudem fisci factum, quod acquisitum non est, pluréque intellectus adducit *à num.17. cum pluribus seqq.* sed caueas, quia Carleualius *vbi suprà*, post longam disputationem ad partes concludit *num.15. & 17.* Textum *in d.l.qui autem*, procedere contra omnes creditores ex causa

lucra

lucratiua, Textum verò *in d.l.in fraudem*, quoad omnes creditores ex cauſa oneroſa, ſed vt benè obſeruat Giptius ad Capyc. Latr. *dicta deciſ.8. num.16.* tam D. Pratus, quàm Carleualius loquuntur de proprio ingenio, quia non conſiderant articulum de iure Regni nullam habere difficultatem ex *d.cap. Emergentium.*

39 Infertur quartò ad quæſtionem an hæres debitoris poſſit in præiudicium creditorum ſui principalis, cuius eſt hæres, non acquirere hæreditatem, vel legatum relictum, dicunt aliqui, quod ſic ex Textu *in l. ſi mihi, & tibi, ff. de legat.1.* & licèt Bart. ibi faciat diſtinctionem, vt Textus *in d.l. ſi mihi, & tibi locum habeat*, vbi hæres nullum ſentit commodum, & alij damnum patiuntur, etenim Textus, qui in contrarium adduci poteſt *in l. liberto, ff. de bonis libertorum*, verificatur, vbi hæres ſentit commodum, licèt alij ſentiant incommodum, cum qua diſtinctione ſentiunt Dynus *in d.l. qui autem*, & Iaſon *in §. item ſi quis, num.122. inſtit. de act.* tamen Bartoli diſtinctio non placet aliis, quia talis repudiatio videtur facta in præſumpta fraude, quæ ceſſat *in caſu d.l. liberto*, dum ex dicta repudiatione hæres ſentit commodum, & videtur adeſſe in caſu *d.l. ſi mihi, & tibi*; nam ſi verum eſſet, procederet, tam in caſu principalis debitoris, quàm ſui hæredis, cum non adſit ratio diuerſitatis, & ceſſaret regula *d.l. qui autem cum concordantibus*, in quibus & ſi nullum debitor ſentiat commodum, ex repudiatione, poteſt liberè eam facere, & de ea non poſſunt conqueri creditores, adde quòd Bartolus *in d.l. liberto*, ideo dicit hæredem non poſſe repudiare, quia hæres ex tali repudiatione non ſentiret commodum, quod eſt falſum; nam de iure ffff. Patronus habebat in bonis liberti morientis abſque filiis, dimidiam bonorum partem, vt *in l.2. ff. de bonis libertorum*, & hoc ſi habebat in bonis vltra centum, alioquin nihil habebat, ex regula *l. libertus, ff. de iure patron.* ergo cum *in d.l. liberto fingatur caſus*, quòd liberto habenti octoginta, fuerunt legati alij quadraginta, & ſic erant in totum ſcut. 120. dum ipſe agnoſcebat legatum, efficiebatur maior centenario, & proinde deducta medietate, hoc eſt ducatis 60. ad beneficium Patroni, remanebant ad beneficium hæredis alij ſcut. 60. pro alia medietate, quòd ſi repudiaſſet legatum, ipſe hæres habuiſſet ducatos 80. & ſic ſecundùm deciſionem illius Textus, hæres ſentiiſſet commodum, quare ceſſat Bartoli diſtinctio, & ſociorum Luca ad Francum *deciſ.101. à num.22.*

40 Vnde alij dicunt, quòd Textus *in d.l. liberto eſt ſpecialis fauore Patroni*, vt ait Bald. *in l. vnica, num.9. C. de his, qui ante apertas Tabulas*, quam opinionem ſequitur Raphaël Cumanus *in d.l. qui autem, num.2. & in d.l. ſimili*, & tibi, *num.1.* quia *in d.l. ſi liberto*, habetur valere legati renunciationem, ſed tale legatum, quamvis renunciatum, imputabitur quoad computationem patrimonij in beneficium Patroni, vt colligitur ex *d. l. & in l. ſi Patronum 44. circa finem, ff. eodem titulo*, vbi Patronus debet habere portionem ex his bonis, quæ fuerunt tempore mortis liberti, & dum *in d.l. liberto*, aſſignat rationem ſui dicti, per hæc verba videlicèt (nam videri defunctum mortis tempore ampliorem habuiſſe rem centum, cum hæreditas eius propter computationem legati pluris venire poſſit) quia legata dicuntur eſſe in bonis legatarij à die mortis teſtatoris ex *l. à Titio, ff. de furtis*, Capyc. Latro *deciſ.107. num.1. in fine*, & licèt per repudiationem fingatur numquam fuiſſe rem legatarij, *l.1. §. vtrum, ff. ſi quid in fraudem Patroni*, tamen hoc non poteſt fieri in præiudicium tertij, & ſic Patroni, cui eſt ius quæſitum ex regula *l. qui balneum, & l. potior, ff. qui pot. in pignor. hab.* & ita hunc Textum *in d.l. liberto*, explicat Soccinus *in d.l. ſi mihi, & Titio num.3.* vbi Ruinus *num.8.* & Iaſon *n.22.* qui addit alium intellectum, ad illum Textum, vt ſcilicet loquatur in repudiatione, quæ fit in fraudem legis, & proinde eſt ipſo iure nulla, ſecùs de illa, quæ fit in fraudem hominis, iuxta Textum *in l. libertus, ff. de iure patronatus*, legas de Luca ad Francum *deciſ.101. à num.23.*

Infertur quintò, non ſubſtineri repudiationem poſt aditam hæreditatem, vel acceptationem legati, in præiudicium creditorum, D. Capyc. Latro *deciſ.8. num.1.* ex *l. ſicut maior, C. de repud. hæred.* & deciſum refert Capyc. Latro *d. deciſ.8. num.12.* & ſimilem deciſionem refert de Franchis *deciſ.101. in finem*, nam repudiatio admittitur in quærendis, non in quæſitis, Larrea *deciſ. Granatens 10. num.46.* Merlinus *de pignoribus, lib.4. tit.50. quæſt.134.* qui ſic iudicatum refert, & adducit Rotam *num.50.* ergo in quærendis valebit repudiatio Capyc. Latro *d.dec.34. num.12. & deciſ.8. num.8.* ſed non in quæſitis, & hoc multò magis ſi proueniat ex pacto aliquod lucrum, quia non poterit in præiudicium creditoris debitor tale lucrum refutare, propterea cum in caſu Capycij Latro *deciſ.34.* Pater dotando filiam appoſuerit pactum, vt illa decedente ſine filiis, dos peruenire deberet ad dotantem (de quo pacto non poteſt dubitare an valeat, quia eſt validiſſimum; nam in bonis propriis poteſt Pater apponere pactum, vt illa decedente ſine filiis dos perueniat ad dotantem, *l. quoties 40. ff. ſolut. matrim. l. finali*, §. *filiæ, ff. de legat.2. l. vnica*, §. *accedit, C. de rei vxor. act.* Amatus *reſol.64.* imò etiam abſque pacto dos prædicta ad Patrem reuertitur per viam ſucceſſionis, tam de Iure Digeſtorum, vt *in l. nam & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam. & l. iure ſuccurſum, ff. de iure dotium*, quàm iure Codicis, *l. ſancimus, C. comm. de ſucceſſ. & de iure Auth.* §. *ſi igitur, Auth. de hæred. ab inteſtato, Auth. defuncto, C. ad Tertullianum*, Francus *deciſ.619.* Capyc. Latro *deciſ.34. num.4.*) ergo poſito tali pacto, erat Patri ius irreuocabile quæſitum, §. *ex conditionali, Inſtit. de verb. obligat.* De Xarte *deciſ.20.* Capycius Latro *deciſ.2. à num.6.* & ſi erat in patrimonium Patris debitoris non potuit repudiari in præiudicium ſuorum creditorum, Gizzarell. *deciſ.1. num.32.* vbi ait, quòd res debitoris acquiſita poſt generalem obligationem dicitur propria, & venit à principio ſub dicta obligatione; ergo erat ius quæſitum, & hoc dixit in ſimili Regens Galeota *controu.12. n.22. tom.1.* vbi probat Patrem poſt dotem datam filiæ non poſſe in præiudicium filiorum ſuorum ex interuallo, licentiam dare, vt ipſa poſſit alienare quoad nouem partes, vel agnatorum quoad medietatem, quia pactum conuentum in capitulis matrimonialibus de dote reſtituenda certis perſonis, non poteſt mutari, ad quod plures allegat Galeota, & eſt notandus Andriolus *controu.208. lib.3.* vbi propoſita quæſtione noſtra reſpondet & pro negatiua adducitur Rot. Rom. coram Coccino apud Rubeum *part.4. tom.2. d. deciſ.341.* de qua *ſupra.* 41

Infertur ſextò, cum Capycio Latro *d.dec.34. num.17.* quòd prohibitio alienationis bonorum per Patrem filio facta vſque ad annum 25. continet etiam legitimam: nam tale onus cenſetur 42 43

oppoſitum

appositum in fauorem filij, eiúsque commodum respicit, propterea non reiicitur, ex traditis à Barbosa *in l. cum ex filio, in principio, ff. de vulgari, & pupillari*, potest enim Pater legitimæ alienationem vsque ad certum tempus prohibere, Boërius *decis.* 87. *num.* 4. & propterea in casu alienationis, & cæteris bonis priuatur, ad tradita per Ciarlinum *lib.* 1. *controu. cap.* 43. *num.* 14. quod intellige quando bona tantùm prohibita sunt alienari, secus verò si in casu alienationis, alij per testatorem sunt vocati: nam tunc onus reiicitur secundùm Alciatum *in l. filiusfam. §. Diui, ff. de*
44 *leg.* 1. & propterea talis prohibitio legitimam non comprehendit, vt fuit per S. C. iudicatum sub die 14. Iulij 1561. in causa Alphonsi Coppulæ, cum creditoribus, de qua re Giptius ad Capyc. Latro *decis.* 8. *num.* 14. *in fine*, quod idem dicendum est, vt grauamen appositum, siue substitutio facta per Patrem filio instituto, comprehendit legitimam, si testamentum fuerit per filium expresse quoad grauamen, vel substitutionem approbatum, cum specialis requiratur approbatio, ex *l. penultim. §. & generaliter, Cod. de inoffic. testam.* Regens Rouitus *consil.* 95. *lib.* 1. Crassus *in §. legitima, q.* 3. *num.* 9. & *q.* 38. *num.* 21. Peregrinus *de fideicommiss. artic.* 36. *num.* 84. & 87. Fusarius *de substitut. q.* 296. *num.* 93. Francus *decis.* 20. *num.* 6. Castillus *lib.* 5. *controu. cap.* 107. *num.* 54. *lib.* 5. Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 9. *num.* 30. Rocchus *responso* 29. *num.* 4. & *seq. lib.* 2. Capyc. Latro *consult.* 111. *n.* 12. 27. & 29. *lib.* 2. Hodierna ad Surdum *decis.* 132. *num.* 9. Giptius ad Capyc. Latro *decis.* 34. *num.* 15. & *seq.* vbi decisum refert per S. C. D. Marcianus *consult.* 25. *num.* 2. *lib.* 1. Reg. de Marinis *lib.* 1. *resol.* 252. *num.* 2. Censalius ad Peregrinum *art.* 36. Verde *instit. lib.* 2. *de inoffic. testam. num.* 1905. etiam sine inuentario, Donnadeus *de renuntiat. cap.* 3. *num.* 48. de Marinis ad Reuerterium *decis.* 355. *num.* 4. Vrceolus *consult.* 19. *num.* 20. idem Hodierna ad Surdum *decis.* 316. *num.* 50. maximè si adsit scientia certa, & indiuidualis prædictæ prohibitionis, & reliquorum in testamento contentorum, Doctores *l. de his, ff. de transact.* nam præiudicialium requiritur specifica scientia iuris, & facti, Castill. *d. c.* 107. *à n.* 53. *vsque ad* 70. Giurba *dec.* 105. *n.* 12. P. Merlin. *contr.* 48. *n.* 14.
45 & 15. *lib.* 2. & dicitur indiuidualis scientia, & approbatio, quando onus est in legitima, & filius approbat testamentum in illo Capitulo, vbi onus adest, quia tunc sibi præiudicat in legitima, Peregrinus *art.* 36. *num.* 88. Surdus *consil.* 215. *n.* 32. *volum.* 2. Consiliarius Marcianus *consil.* 25. *num.* 3. *lib.* 1. vel si grauamen sit in legitima, & filius sciéter acceptet dispositionem, Rocchus, & Marcianus *vbi suprà*, vel si approbauerit dispositionẽ paternam verbis generalibus, veluti si filius approbauerit testamẽtum, & onus in ea contentum, Marcianus *consil.* 25. Thomasius *de renuntiat. legitimæ, cap.* 16. *num.* 89. Præses Merlinus *c.* 48. *num.* 18. *lib.* 2. vel si filius approbauerit testamentum in omnibus, & per omnia, Marcia-
46 nus, & Hodierna *vbi suprà*, vel quando approbatio filij non potest ad aliud referri, quàm ad testamentum, quia tunc renuntiatio quantumvis generalis habet vim specialis, & indiuiduæ, Morotius *consil.* 9. Cancer. *variar. tom.* 2. *tit. de pactis, cap.* 7. *num.* 97. Fontanella *tom.* 1. *claus.* 4. *glossa* 24. *num.* 41. & 42. Rouitus *decis.* 56. *n.* 10. & 11. Merlinus *d. controu.* 48. *num.* 19. *lib.* 2. vel si Pater filium instituat, & faciens fideicommissum in omnibus, dicat, quòd in casu, in quo nollet parere, intelligatur tantùm institutus in legitima: nam tunc adeundo videtur acceptare 47
onus in legitima, Merlinus *d. controu.* 48. *num.* 24. Regens de Marinis *lib.* 2. *cap.* 252. *num.* 13. vbi Rodoërius *num.* 13. & 14. Andreolus *contr.* 250. Spada *consil.* 267. *num.* 3. Quod si filius declarauerit velle legitimam immunem ab onere, est quæstio an habeat residuum cum tali onere, & non habere dicit Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 8. contrarium scilicet illum habere residuum dicit Castillus *lib.* 5. *controu. cap.* 64. *n.* 18. *cum seqq.* & *cap.* 79. Censalius ad Peregrinum *artic.* 36. *colum.* 2. *fol.* 234. Quòd si filius viuente Patre renuntiauerit hæreditati paternæ, tunc excluditur à petitione legitimæ, Regens Galeota *controu.* 26 *lib.* 1.

Posito ergo quòd filius non approbauit onus 48
in testamento Patris super suam legitimam, non poterit illam refutare in præiudicium suorum creditorum, quia esset iuri quæsito renuntiare in damnum, & præiudicium creditorum, quod, vt *suprà* diximus, non potest fieri.

Magna tamen est controuersia in nouem partibus ex decem spectantibus filiis super dote matris vigore consuetudinis Ciuitatis Neapolis, quæ nouem partes spectant eisdem, tanquam bonorum subsidium, Napodanus *in consuet. si aliquis moriens, in verbo, Subsidium, fol.* 165. *num.* 9. Francus *decis.* 396. *num.* 3. Molfes. *part.* 4. *q.* 60. *n.* 11. & est debitum iure naturæ, Napodanus *in consuet. si moriatur, in verbo moriatur, num.* 9. *fol.* 77. & successisse loco legitimæ dicunt Molfesius, *vbi suprà, num.* 18. Amatus *cons.* 56. *num.* 8. & 13. Rocchus *responso* 73. *n.* 50. si super illis nouem partibus mater faciat fideicommissum (quod facere non potest, quia habet mater arbitrium refrænatum, Francus *decis.* 486. Rouit. *decis.* 100. *num.* 23.) si filij approbant tale onus an valeat, tanquam à principio voluerit dispositio, in qua quæstione putant aliqui cum Patre Afflicto nunc Episcopo Cauensi *controu.* 32. *num.* 22. non reconualescere, & per consequens si disponat, nulliter disponere, sequitur Roccus *responso* 73. *num.* 2. *lib.* 1. ergo non potest reconualescere ex superueniente filiorum consensu, ita Napodanus *in consuet. si quis moriens, in verbo, Tantum, à n.* 18. Ioan. Baptista melior apud Rouit. *cons.* 28. *n.* 10. *lib.* 20. idem Rouitus *decis.* 100. *n.* 16. & *seq.* qui 49
dicunt inhabilitatem disponendi strictius esse in nouem partibus, quàm in legitima est inducta prohibitio fauore filiorum, sed in nouem partibus est inducta, tum fauore filiorum, tum mulieris disponentis ad eiusdem frænum, ob fragilitatem fœminei sexus, & sic inhabilitas est ratione personæ, non rei; ergo licèt sufficiat consensus filij in grauamine appositio in legitima, tamen non sufficit in grauamine appositio super nouem partibus: at probabilius dicunt alij fauore filiorum esse prohibitum onus, tum in legitima, tum in nouem partibus; ergo sufficit ad validandam dispositionem simplex filiorum consensus, Surdus *decis.* 53. *num.* 23. sicut in simili videmus testamentum esse nullum filio præterito, & tamen si ipse consentiat, testamentum valebit, *leg. filio præterito, ff. de iniusto rupto, l. Posthumo, ff. de bonorum possess.* contra tabulas, neque est verum esse ob imbecillitatem mulieris inductam inhabilitatem disponendi de nouem partibus, quia si hoc esset, neque posset disponere de bonis acquisitis, & de decima; ergo solus fauor filiorum est causa prohibitionis disponendi; ergo ita in legitima, sicut in nouem partibus per approba-

tionem valebit diſpoſitio, vt bene aduertit Modernus ad Rouitum *conſ.* 95. *n.* 12.

50 Difficultas etiam eſt, quid ſi filius acceptet onus in legitima, an non ſolùm præiudicet ſibi, ſed etiam Matri, v. g. cui competit legitima in bonis filij, quæ valeat dicere volo legitimam in bonis filij mei, non obſtante approbatione oneris à ſe facti, & dico Matri præiudicaſſe acceptationem oneris factam à filio, quia cum ei debebatur legitima in morte filij, *l.* 1. §. *ſi impuberi, ff. de collat. bonorum*, Præſes Merlinus *controu.* 10. *lib.* 1. ergo poterit filius bona ſua expendere, & legitimam in bonis filij debitam alienare; ergo potuit onus acceptare in præiudicium, quod non eſt contra Matrem, quia nullum ius habet Mater tunc in legitima, quæ non adhuc ei competit, & licèt Carleualius *vbi ſuprà, diſp.* 25. *num.* 23. dicat quemcunque debitorem legitimæ, non poſſe dilapidare bona in fraudem legitimè ſucceſſorum, tamen verum dicit data fraude, ſed in præſenti non poteſt conſiderari fraus, quando nullum ius habeat mater, vt bene contra Carleualium aduertit Modernus *in addit. ad Rouitum d. conſ.* 95. *à n.* 15.

51 Alia difficultas eſt, an ius remouendi onus de legitima filiis competente, tranſmittatur ad hæredes, putat Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 17. *num.* 8. tranſmitti ad hæredes, Facchineus *lib.* 12. *contron. cap.* 10. reſoluit hoc ius competere non ſolùm filiis, ſed etiam hæredibus ſuis, ſequuntur Suarez *in l. quoniam, in prioribus, Cod. de inoffic. teſtamento, ampliat.* 10. *cum ſeq.* Rodoërius ad de Marinis *cap.* 252. *num.* 10. & aſſignat rationem, quia detractio illa oneris impoſiti in legitima fit ipſo iure, & legis miniſterio, *l. finali, C. de liberis præteritis, l. finali, Cod. de repud. hæred.* ergo cum legitima tranſeat ad filios abſque onere, quaſi illud appoſitum non fuiſſet, ita debet ad hæredes ipſos peruenire, Noalis *de tranſmiſſ. cap.* 10. & alij, de quibus Bottiglierius *de ſucceſſ. ab inteſtato, theoremate* 24. *num.* 21. qui dicit, quòd ſicuti hoc procedit in onere legitimæ, ſic procedit in onere paragij, vt quamvis non fuerit conqueſta filia in vita, tranſeat ius illud ad hæredes.

52 Alij dicunt hoc ius impugnandi grauamen tranſire ſolùm ad filios, non ad extraneos hæredes, ita Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 42. *n.* 44. Theſaurus *lib.* 4. *q.* 4. *num.* 19. & 20. Ramonius *conſ.* 4. *num.* 58. Cutellus *de donat. tract.* 1. *diſcurſu* 2. *particula* 14. *num.* 41. & 42.

53 Alij putant, quòd priuilegium reiiciendi onus à legitima pertineat ad ſolum filium, probatur ex *l. cum Patronus* 28. *ff. de leg.* 2. vbi habetur, quòd Patronus fuit hæres inſtitutus à liberto ſuo cum onere fideicommiſſi, in portione ſibi debita, dixit Textus teneri reſtituere, vigore fideicommiſſi, quia priuilegium reiiciendi onus à legitima, eſt perſonale eius, cui portio ipſa debetur, quòd ad aliam perſonam pertinere non debet, quæ diſpoſitio non tam in Patrono procedit, quàm in filio ex rationis identitate, imò maioritate, vt poſt Baldum, Paulum, & alios antiquiores dicit Peralta *in dict. l. cum Patronus, num.* 17. Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 20. *num.* 423. per Textum *in l. finali, Cod. de legatis*, Suarez *in dicta l. quoniam, in prioribus, limit.* 1. *num.* 19. & *limit.* 4. Surdus *conſil.* 412. *num.* 47. & 48. *volum.* 3. & *conſil.* 458. *num.* 27. *volum.* 4. Gratianus *cap.* 983. *num.* 24. *vol.* 5. Marta *de ſucceſſ. legali, tom.* 2. *p.* 4. *q.* 21. *art.* 11. *num.* 10. Cancer. *tom.* 1. *variar. cap.* 2. *de inuentario, num.* 103. & *ſeq.* Caſtillus *controuerſ.* 107. *num.* 72. quia mutata perſona, mutatur etiam nomen legitimæ, & onus illud impoſitum habetur pro non ſcripto quoad eum tantùm, cui de iure debetur legitima abſque onere, non autem reſpectu eius, qui ſuccedit filio, cui debetur legitima, vt poſt alios ita dicunt Maſtrillus *deciſ.* 181. vbi deciſum refert Arias de Meſa *lib.* 3. *var. c.* 42. *n.* 21. Cenſalius ad Peregrin. *artic.* 36. Regens Capyc. Latro *conſult.* 121. *n.* 55. & *ſeq.* Gratianus *deciſ.* 4. Mangil. *de imputat. q.* 48. *n.* 17. aliíque relati à Bottiglierio *theoremate* 24. *n.* 20. Merlin. *contr.* 48. *n.* 27. & *ſeq. lib.* 2. Rocchus *reſponſo* 41. *n.* 18. *lib.* 2. Thorus *p.* 3. *in verbo, Donatio*, Cutellus *deciſ.* 30. *n.* 42. & *de donat. tract.* 1. *diſcurſu* 1. *ſpeciali* 2. *n.* 33. ſibi contrarius ab eo, quod dixerat *tract.* 1. *diſcurſu* 2. *p.* 14. *n.* 33. & *ſeq.* Fuſarius *q.* 296. *num.* 6. Noguerol. *alleg.* 31. *n.* 116. Cancer. *tom.* 1. *c.* 3. *de legatis, n.* 41. & 42.

Neque dicas detractionem oneris à legitima 54
fieri iſto iure. Reſpondeo enim verum non eſſe, ſed requiri actum poſitiuum ipſius filij, cui debetur, ſcilicet, vt legitimam agnoſcat, & grauamen reſpuat, & donec filius id non declaret, ſuſtinebitur onus in effectu, vt bene Peralta *in dict. l. cum Patronus, num.* 7. & 13. Surdus *conſil.* 458. *num.* 27. Caldas Pereyra *ad titulum, inſtit. de inoffic. teſtam.* §. *ſed hæc, num.* 89. Merlinus *controu.* 482. *num.* 30. & *ſeq. lib.* 2. quod multò magis procedit, quando filius acceptat onus prædictum in legitima, Facchineus *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 10. Criuella *deciſ.* 61. *num.* 15. ſicuti videmus, quòd onus impoſitum ſuper paragio, ſi ſoror non ſit conqueſta in vita, non poſſunt eius hæredes conqueri in vita, vt bene dicunt Francus *deciſ.* 491. Amendola ad Francum *deciſ.* 196. Caſtillus *deciſ.* 25. *n.* 11. Thorus *in verbo, Pater*, Giurba *ad conſuetudines Meſſanæ, cap.* 3. *gloſſ.* 7. *part.* 1. *num.* 78. Amatus *reſol.* 64. *num.* 11. & *ſeq.* Quòd ſi ſequaris primam opinionem, vt ius, & priuilegium reiiciendi onus pertinent ad hæredes filij, ſcias, quòd illa non procederet, ſi hæres tacuerit ſpatio triginta annorum, & intra dictum temporis ſpatium non petierit onus à legitima reiiciendum, Baldus, Salycetus, & alij *in l. ſi quis filium, Cod. de inoffic. teſtam.* & poſt alios Regens Galeota *controu.* 26. *n.* 4. *lib.* 1.

Quia verò Regens Rouitus *conſil.* 95. *to-* 55
mo primo, pertractauit aliam quæſtionem neceſſariam in præſenti, ideò eius deciſionem affero, quæſtio inquam eſt, an fructus percepti per hæredem agnatum, inſtitutum, & grauatum de reſtituendo (ſuppoſito quòd non potuiſſet grauari, niſi in medietate, cum ſint bona antiqua ſubiecta conſuetudini Neapolitanæ) in aliquo euentu, facto caſu reſtitutionis imputentur in illam medietatem, in qua non poterat grauari, & dico eſſe diſtinguendos duos caſus.

Primus eſt, quòd expreſsè conſtat, vel per ne- 56
ceſſariam conſequentiam de iudicio, & voluntate teſtatoris, quòd voluerit fructus computari in medietatem liberam; & tunc dico, quòd fructus percepti ex medietate, de qua poteſt teſtator diſponere, computantur in illa medietate, de qua diſponere non poterat, ſi tanto tempore fructus illius medietatis receperit, vt alteri medietati æquipolleant, per Textum *in l. ſi debitor, ff. ad leg. falcid.* vbi habetur, quòd tunc hæres in ſuum creditum imputat fructus perceptos ex hæreditate, quando expreſsè id teſtator iuſſerit, & ſic procedunt Textus *in l. cum Pater*, §. *Titio, ff. de legat.* 2. & *in l. mulier*, §. *cum proponeretur, ff. ad Trebell.* & ſic procedit deciſio facta in cauſa Berardæ Cochæ, cuius meminit Regens Rouitus

conſil.

conſil.93.num.4.tom.1. & ſic tenet Salernitanus *in conſuetudine ſi aliquis moriens, in apoſtilla incipiente (Nota quod ſic)* ſic etiam iudicauit S.C. in cauſa, quam refert Francus *deciſ.93. num.10. in fine*, quam dicit Rocchus *reſponſo 61.num.18. lib.1.* obſtare dictis per Rouitum *d. conſ.95.* ſed non benè.

57 Secundus caſus eſt, ſi Teſtator non dixerit, nec expreſsè, nec in conſequentiam, & tunc fructus non compenſabit cum medietate, quia requiritur expreſſa Teſtatoris voluntas, Molfeſ. *part.3.quæſt.6.num.17.& tom.2.part.2.quæſt.20. num.4.* & nota, quòd quæſtio procedit, quando fructus extant tempore reſtitutionis, ſecus ſi ſint ab hærede conſumpti, Rouitus *conſ.95.num.7.* Molfeſius *d.quæſt.6.num.18.* diceretur verò grauatus in conſequentiam, quando grauatus eſt reſtituere omnia bona ſua ſine diminutione, quia tunc veniunt fructus ſi extant, ſed ſi eſſet grauatus reſtituere hæreditatem tunc in reſtitutione non veniunt fructus ex ea ratione, quia fructus non ſpectant ad hæreditatem, ſed ad hæredem, Rouitus *d.conſ.95. num.6.* Molfeſius *d.quæſt.6. n.19.& 20.* Bottiglierius *theoremate 21. n.12.*

58 Hoc autem non procedit in filiis primi gradus, in quibus fructus percepti iudicio Teſtatoris non computantur in ſortem, nec quoad legitimam, neque quoad Trebellianicam, & de Trebellianica eſt Textus *in l.iubemus, C. ad Trebell.* & poſt alios Vrceolus *conſult.6. num.43.* Thorus *in ſupplemento in verbo fructus*, Viſconte *in verbo fructus percepti*, Molfeſius *part.2. in tit.de perſonis, quæſt.10.num.63.& part.3. quæſt.6. num.21.* nec in legitimam, vt ex *d.l.iubemus* dicit Francus *deciſ.521.* Cenſalius ad Peregrinum *art.39. verſ. ſed an*, Fuſarius *quæſt.660. num.10.* Merlinus *de legitima, lib.2.tit.2. quæſt.32.* & etiam in dote de paragio debita filiæ, quod ſucceſſit in locum legitimæ, Bottiglierius *theorem.22.*

59 Infertur ſeptimò, iuridicam ex dictis fuiſſe deciſionem S.C. apud Giptium *in addit.ad* Capyc. Latr. *deciſ.34. num.16.* vbi Ioannes Gadaleus teſtamentum fecit, & grauauit filium in legitima, etiam qui approbauit teſtamentum paternum, comparuerunt creditores filij, qui contraxerunt poſt approbationem teſtamenti, petentes ſatisfieri ſuper dicta legitima in bonis Patris, & fuerunt excluſi, ſecus ſi contraxiſſent ante approbationem teſtamenti, quia tunc eſſent in quæſitis præiudicati, non in quærendis, vt bene Giptius *vbi ſuprà num.15.& 18.*

60 Infertur octauò cum Arias de Meſa *lib.2.var. cap.41. num.22.* Prato *lib.1. diſcept.34.* Schiphordegero ad Fabium *lib.1. tract.9. quæſt.1.* Larrea *deciſ. Granatenſi 55. num.3.& 8.* quòd cum creditores non poſſint obligare debitorem ad acquirendum, nec impedire repudiationem lucri delati, ſed ſolùm habeant illum obligatum pro bonis quæſitis, & radicatis in ſuo Patrimonio, vt ex *d.l.qui autem, ff. qua in fraudem creditorum, & l. non fraudantur, ff. de regul. iuris*, vbi dicitur, quòd non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur, per conſequens poterit debitor in quærendis præiudicare creditoribus, ad quod facit Textus *in l.1. §.vtrum, ff. ſi quid in fraudem patroni*, vbi Fauiana non competit patrono, ſi libertas fraudandi patroni cauſa hæreditatem non adiuit, vt latè Olea de *ceſſ.iur.tit.2. quæſt.3.n.50.* & ius adeundi ad creditores non tranſit, quia non eſt ius, ſed mera facultas, quæ non venit in generali hypotheca, Capyc. Latro *d.deciſ.8.* Salgadus *in ſuo laberyntho, part.2. cap.14. à num.8.* Maſſinus *de confiſcatione bonorum, quæſt.36.* Maranta *in l.is poteſt num.26. ff. de acquir.hæred.* Tiraquellus *de retractu ligniag. §.25. gloſſa 1.n.29.* quod comprobat Dominus de Franchis, quia ſeruus cogi non poteſt à Domino ad adeundam hæreditatem *ex l.3. C. de hæred.inſtit.* vbi Paulus de Caſtro, nam poteſt ſeruus etiam iubente Domino nolle adire hæreditatem, Bart. *in l.is poteſt, num.13.* vbi Iaſon *ff. de acquir. hæred.* quia actus aditionis debet expediri animo, qui nulla vi cogi poteſt, *l.pro hærede, ff. de acquir. hæred.* & poteſt ſeruus in ſua remanere pertinacia, & pati potiùs mortem, quàm aditionis actum explicare, Bart. *in l. ſi quis mihi bona, §.iuſſum, ff.de acquir.hæred.* Bellonus *de iure accreſcendi, cap. .quæſt.43.* ergo ſi ſeruus compelli non poteſt adiri, multo magis compelli non poterit debitor, vt benè arguit P.D. Gaetanus de Afflict. hodiè Epiſcopus Cauenſis *contr.18. num.1.*

Dices cum Camillo de Medices *conſ.98.* & 61
cum Gregorio Lopez *in l.22. Tauri tit.10. part.5.* contrarium ſentientibus, & Francum *d.deciſ.101.* impugnantibus, refert Gregorius, quod quidam manum alterius abſcindit, & fuit condemnatus, vt certam pecuniæ ſummam ſolueret, & cum ille non haberet vnde ſatisfaceret, fuit eidem delata hæreditas matris, renunciauit ille talem hæreditatem, fuit dictum renunciationem non valuiſſe, vt cum Ancharano, Mantica, & aliis refert Carleualius *tom.2. de iudiciis, lib.1.tit.3.diſp.25.n.17.* qui mordicus defendit creditores ex cauſa onerosa, idem dicit Rota Romana *part.4.* apud Rubeum *deciſ.341. tom.2.* & Redenaſcus *conſ.46. n.31.* & poſt alios Andreolus *controu.208.* poteſt ſeruus à Domino cogi adire hæreditatem, vel poteſtate Dominica, vel officio Iudicis, *l.cum proponas,* & ibi Baldus, *C. de iur. delib.* ergo etiam debitor cogi poterit à creditoribus ad adeundam hæreditatem, tum quia filius repudiando hæreditatem aduentitiam ſibi delatam, in qua Pater habet vſumfructum, non præiudicat Patri, *l.finali, §.1. C. de bonis quæ liberis*, Bellonus *vbi ſupra cap.7. quæſt.42. num.369.* ergo neque debitor poterit repudiare in præiudicium creditoris.

Confirmatur ex Carleualio, *vbi ſuprà*, quia 62
ſicut debitor tenetur ex lege Iuſtitiæ ſoluere debita, ſic pariter tenetur adhibere media ad finem ſoluendi, quando media non ſunt difficilia, provt eſt medium acceptandi hæreditatem, vel legatum, vt probat Rota ex Bart. *in l.ſimili, ff.de leg.1.* vbi hæres liberti, non poteſt repudiare legatum in præiudicium Patroni, ergo neque debitor poterit renunciare in præiudicium creditorum, ad notata per Giurb. *in conſuet. Meſſanæ, l.1.gloſſa 8. num.13.* qui ait, quòd ſi verè conſtet de fraude, repudiatio debitoris non nocet creditoribus, nec Fiſco.

Reſpondeo ad argumentum cum iuribus ſu- 63
pra citatis, & exemplis rerum iudicatarum, de quibus Giptius ad Capyc. Latr. *deciſ.8.* Merlinus *lib.4. de pignorib.quæſt.134. num.1.& 9.* & fuit pro abſoluto habitum in S.C. in cauſa creditorum Vincentij Bombini, teſte Prouenzali ad Conſuetudines, *obſeruat.26.num.20.* & illam deciſionem adductam per Gregorium Lopez impugnat Suarez *in tract.de teſtam.cap.9.dub.6.* & Alphonſus Azeuedus *ad l.3.tit.41.lib.52.num.9.* Caſtillus *tom.5.controu. cap.112. num.41.* & Rota in Firmana fideicommiſſi de anno 1634. coram Cardinale Panzirolo, vbi dicitur non eſſe attendendas rationes *d.deciſ.342.* ſed pertranſeundum

cum deciſione de Franchis 101. vt *in deciſ.* 208. poſt Zacchiam *de oblig. Cameralibus*, Maſſinus *de confiſcatione bonorum d. quæſt.* 36. *n.* 90. *& ſeq.*

64 Ad Textum *in d. l. cum Patronus*, dico quòd licèt verum ſit, quòd ſeruus cogi poſſit, poteſtate dominica, vel officio Iudicis adire, tamen non compellitur eo modo, quo hæres ad poſtulationem fideicommiſſarij, quia ſi hæres nolit acceptare, hæreditas habebitur pro adita in contumaciam hæredis, & fideicommiſſarius capiet hæreditatem, *l. non iuſtum*, vbi Bart. *ff. ad Trebell.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 20. *num.* 76. P. Afflictus *vbi ſuprà num.* 15. nam aliter eſt in ſeruo, qui licèt poſſit cogi per vincula, & carceres ad adeundam hæreditatem, tamen adhuc iubente Domino, & excoriante poterit non adire, Afflictus *vbi ſupra num.* 1. & ſic cauſatiuè ad euitandos cruciatus dicitur ſeruum cogi, ſed non poteſt præcisè; nam ille poterit remanere in ſua pertinacia, & nocere Domino, ita Bartolus *in d.* §. *inſſum num.* 20. Bellonus *cap.* 93. *à num.* 29. & ſic conciliantur iura per foſſam *in d. l.* 3. vt benè Andreolus, *vbi ſuprà*, vbi ait, à ſeruis non poſſe argui ad debitores; nam illi ſunt in bonis noſtris, ſecùs debitores.

65 Ad Textum verò *in l. finali*, §. 1. vbi filius repudiando hæreditatem ſibi delatam, non præiudicat Patri in vſufructu legali, dico quod verum eſt, quod Pater quamvis iubeat filio, vt adeat hæreditatem, ille poterit non adire, & aditionem differre poſt emancipationem, vel mortem patris, ex *l. ſi is, qui hæres*, §. *finali, ff. de acquirend. hæred.* & ibi Bart. & Bald. Iaſon *in l.* 1. *C. qui admitti*, Bellonus *d. cap.* 42. *num.* 169. ſi tamen filius repudiet hæreditatem, poterit pater adire, & eam ſibi pleno iure acquirere, quod ſpecialiter inductum eſt, non ad compenſandum damnum illatum ex repudiatione filij ſui, ſed ex connexione, & identitate perſonarum patris, & filij, vt *in d. l. finali*, §. 1. probat Bellonus *vbi ſuprà num.* 369. & ad hoc, vt pater ſolus adeat, neceſſe eſt, quòd filius expreſsè repudiet; ſecùs ſi permittat labi tempus, ad adeundum, niſi malitiosè hoc fecerit; nam tunc ſatis expreſsè diceretur filius renunciare, Baldus *in l. ſi is, qui hæres*, §. *denique ff. de acquir. hæred.* Alex. *conſ.* 27. *vol.* 6. Marta *de ſucceſſ. legali par.* 4. *quæſt.* 14. *num.* 6.

66 Ad confirmationem reſpondeo, quòd ille, qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad media, loquendo de foro conſcientiæ concedo, loquendo de foro externo negatur, vt benè Arias de Meſa *num.* 29. vbi dicit, quòd Carleualius non potuit ſuam opinionem perſuadere Senatui Neapolitano, cum in foro externo iura non tribuunt actionem ad compellendum debitorem, vt acquirat, ſed non per hoc approbant actum repudiationis, ſicuti neque Iudex poteſt compellere debitorem ad exercendam artem, vt ſatisfaciat creditoribus, licèt debitor teneatur artem exercere, quando poteſt illam ſine dedecore exercere, ita Leſſinus *lib.* 2. *de Iuſtitia*, *cap.* 16. *num.* 67. Rocchus *de priuilegio Scholarium Neapolitanorum*, §. 50. *Rubrica* (quo finito,) *num* 25. qui refert caſum de quodam Doctore de Collegio, qui cum eſſet magno ære alieno grauatus, volebat ſe concordare cum creditoribus, & eis aliquid de munuſculis dare, relictis pro ſe alimentis, & quia creditores erant pertinaces, recuſantes concordiam, debitor factus pertinaciſſimus, ad Collegium ire, & perſonaliter intereſſe noluit, ne creditoribus obolum aliquid acquireret, & ait Rocchus non potuiſſe per iudicem cogi, vt intereſſet, & acquireret, ſed lethaliter peccare.

Ad Bartoli doctrinam de hærede liberti; reſpondeo quòd procedit in hærede, non autem in liberto, qui poſſet lucrum repudiare, vt benè Marta *vbi ſuprà num.* 32. & loquendo de foro interno, dico quòd peccat debitor contra iuſtitiam, hæreditatem repudiando, ita dicunt Molina *de iuſtitia, tom.* 2. *diſput.* 135. Nauarrus *lib.* 3. *de reſtitut. cap.* 1. *num.* 112. Regens Capyc. Latro *deciſ.* 8. *num.* 13. vbi Giptius, Cardinalis Lugo *de iuſtitia, diſp.* 20. *num.* 137. Bonacina *de reſtitut. diſput.* 1. *quæſt.* 8. *puncto* 2. *num.* 30. qui ex Filluccio refert ita deciſum per Sacram Congregationem, ſequitur Layman *lib.* 3. *de iuſtitia, tract.* 50. *cap.* 6. *num.* 6, Homobonus *in ſuis conſult. part.* 6. *reſponſo* 229. de Caſtill. *lib.* 2. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 21. *dub.* 8. *num.* 91. Meſa *d. num.* 17. Rocchus *reſponſo* 83. Epiſcopus Cauenſis *contr.* 18. *n.* 50. & hoc probatur; nam debitor non ſolum tenetur ſoluere creditoribus de bonis, quæ habet, ſed etiam debet aſſumere media conſueta, & facilia, quibus poſſit ſoluere, ſicuti qui tenetur audire Miſſam, tenetur etiam ire ad Eccleſiam, & ſi careat veſtibus, & oblatas ſibi ab alio reſpueret, peccaret mortaliter Miſſam non audiendo, ſic qui caret Breuiario, peccaret contra Officium recitandi, ſi commodatum ab aliquo renuerit, & qui habet artem, ſeu Officium tenetur in conſcientia illam exercere, quando poteſt ſine indecentia, & tenetur de officij emolumentis ſatisfacere creditoribus, Nauarrus *in cap. non dicatis* 12. *quæſt.* 1. *num.* 9. & per hoc Franciſcus de Petris *conſ.* 49. *num.* 11. appellat duras, & exorbitantes, Text. *in l. qui autem*, *& text. in l. in fraudem*, *ff. de Iure Fiſci.* 67

Vnde non benè dicunt Gomeſius *var. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 74. Tellius Fernandez *in l.* 4. *Tauri, num.* 2. Pratus *obſeru.* 36. & alij ſupra citati, qui dicunt licere etiam in foro conſcientiæ debitor non acquirere, quia leges non adſcribunt fraudi actum repudiationis, aliàs lex eſſet nutritiua peccati, vt benè Pater Stephanus à S. Gregorio *de iuſtitia*, *tom.* 2. *de donationibus*, *tit.* 13. *num.* 12. vbi probabiliter hanc tenet ſententiam, & ducitur ex eo, quod debitor tenetur de ſuis bonis ſatisfacere creditori, & hoc medium eſſentialiter requiritur ad ſoluenda debita, medium autem acceptandi hæreditatem, & cum ipſa ſoluendi creditoribus eſt medium accidentale, vnde debitor non acceptando hæreditatem, non dicitur obligatus ex delicto, neque ex contractu, quo tenetur ad debita, neque ex officio vti eſt tutor, tum quia leges excludunt fraudem in nolente acquirere, quæ opinio ex ſupradictis apparet falſa, quantùm ad peccatum mortale. 68

Infertur nonò ad celebrem caſum propoſitum ab ingenioſiſſimo Caramuele in Theologia fundamentali ſuper regula non fraudantur *numero* 1252. de Andræa Cantelmo fortiſſimo milite in Bello Belgico, & Gubernatore vrbis Burgenſis, qui omnia quæ ex ſuis ſtipendiis habebat, dabat militibus, vt Deo, & Regi ſuo ſeruiret, vnde premebatur ære alieno, cui Flandria obtulit maximam pecuniarum quantitatem exigendam ſuper datiis, noluit acceptare Cantelmus, & quia dubitabant Theologi in Belgico, an peccaſſet mortaliter Cantelmus, in deciſum articulum reliquit Caramuel inclinat tamen quod peccauerit, vt in ſimili filia, quæ matrimonium contrahit cum indigno, validè contrahit, ſed peccat, vt probat Paſchalis *de patria poteſt. part.* 1. *cap.* 50. *num.* 25. de Marinis *lib.* 2. *reſolut.* 133. *num.* 8. 69

ſic

sic quando læsio est in contractu citra dimidiam iusti pretij, valet contractus, sed peccant contrahentes cum tali læsione, Cardin. Lugo *dict. disp.* 27. *num.* 10. sic tenetur debitor artem exercere, vt satisfaciat creditoribus, sed non potest cogi per Iudicem, sic potest creditor vrgere debitorem, veniente die pro solutione debiti in foro externo, sed quando non potest debitor soluere, nisi cum magno damno, non tenetur, sed potest differre, Card. Lugo, *vbi suprà, disp.* 21. *num.* 10. sic peccat seruus non obediens Domino in aditione hæreditatis, & de facto resistit, Bellonus *d. cap.* 43. *n.* 21.

70 Infertur decimò, bene agi in Gallia, in qua impetrantur litteræ Regiæ, in quibus exprimitur obuentam esse hæreditatem Titio debitori, ac illum nolle acquirere, ne suis soluat creditoribus, & res concedit curatorem dari, qui hæreditatem adeat, & creditoribus soluat, quas litteras tanquam æquas comprobandas, dicit Rebuffus *in l. alienationis verbum, ff. de verbor. significat.* quòd in omnibus Curiis esse practicandum, dicit Gratianus *cap.* 132. *num.* 44. per Textum *in l. 1. ff. de Curatore bonis dando*, sicut in simili Princeps concedit inducias debitori impotenti ad solnendum *ex l. vniuersa, C. de precib. Imper. offerendis*, Capyc. Latro *decis.* 14.

71 Infertur vndecimò, quòd debitor repudiando, dum hæreditas transit ad alium successorem, vel substitutum, si is induxit debitorem ad renuntiandum Consilio, vel precibus, erit particeps iniustæ actionis, & tenebitur ad restitutionem, sicut alij cooperantes, & hoc idem in Aduocato, vel amico, qui tale consilium dedit, Gratianus *cap.* 271. *num.* 24. Lugo *disp.* 20. *num.* 139. latè Montanus *controu.* 10. *num.* 10. Hodierna *controu.* 7. *n.* 42. Episcopus Cauensis *controu.* 16. *num.* 43. & 18. *per totam*, qui etiam notant, quòd virtute donationis hæreditatum deuoluendarum, facto casu successionis non potest supponi hæreditas adita, eo modo, quo supponitur adita, si fiat cessio post delationem hæreditatis, quia aditio fieri debet post delatam hæreditatem, & si fiat ante delationem non valet, neque conualidabitur postea, *ex l. quod ab initio, ff. de regul. iuris*, Episcopus Cauensis *d. controu.* 17. per Textum *in leg. is potest, ff. de acquir. hæredit.* Surdus *consil.* 463. *num.* 9. Episcopus Cauensis *controu.* 18. *num.* 22.

72 Infertur duodecimò, an debitor decoctus possit repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum post formatum iudicium concursus inter suos creditores, affirmant Salgadus *vbi suprà, num.* 80. & *seq.* Straccha *de mercatura, part.* 3. *de decoct. num.* 39. contrarium tenent alij cum Rocco *in notab. de mercatore decocto, notab.* 84. & 85. non possit repudiare hæreditatem, quia bona administrantur per iudicem, & decoctus priuatus fuit aditione; ergo non potuit decoctus repudiare, neque poterit repudiare, vel nolle acquirere decoctus legitimam sibi debitam à suis parentibus, Baldus *in l. vnica, Cod. de his, qui ante apertas tabulas*, Fontanella *clauf.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *num.* 123. Marescottus *lib.* 1. *variar. cap.* 19. *n.* 4. & decisum per S. C. dicit Rocchus *resp.* 83. *num.* 13. & *notabili* 84. sed si non adsit concursus, poterit decoctus repudiare legitimam sibi debitam, Merlinus *lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 29. *num.* 20. & iudicatum refert Arias de Mesa *cap.* 41. *num.* 25. Thorus *in verbo, Renuntiatio, part.* 3. quicquid in acceptatione oneris legitimæ in præiudicium creditorum, vt non possit fieri dicat Carleualius *num.* 28. dummodò creditores contraxerint ante approbationem testamenti, Giptius *obseruat.* 14. *num.* 17.

Infertur decimotertiò, an possit filius repu- 73
diare in præiudicium fisci, affirmant enim plures, quos refert, & sequitur Gratianus *vbi suprà, num.* 12. Pratus *obseruat.* 15. *à num.* 15. per Textum *in l. cum quidam, ff. de iure fisci*, vbi cum quidam reus capitis emancipasset filium, vt hæreditatem adiret, dictum fuit non videri factum in fraudem fisci, Salgadus *vbi suprà, num.* 8. Guazzinus *de confiscat. bonorum, concluf.* 13. *limit.* 25. *num.* 8. Carena *resolut.* 202. Massinus *de confiscat. bonorum, q.* 36. *num.* 14. alij negant posse fieri ex priuilegio speciali, vt si solùm debitor fisci non acquirat, adhuc fisco fieret fraus, *ex l. in fraudem, ff. de iure fisci*, Cujacius *lib.* 1. *obseruat.* 8. Anneus Robertus *lib.* 3. *rerum iudicatarum, c.* 12. Anna *consil.* 76. *num.* 6. Larrea *decis. Granatensi* 55. *à num.* 4. qui *num.* 29. respondet ad Textum *in d. l. cum quidam*, quòd ibi hæreditas fuit relicta filio, qui si nollet adire, nullum ius considerabatur in Patre, secus si hæreditas fuisset relicta Patri, & licèt Salgadus *part.* 2. *cap.* 14. *num.* 125. improbet Larream, tamen in Regno nostro verior videtur opinio pro fisco, Giptius *in obseruat.* 8. ad Capyc. Latro, vbi id pro absoluto refert per Textum *in cap. emergentium*, & ita refert seruari, addo Farinacium *de falsitate, q.* 124. *n.* 87. Rocchus *resp.* 83. *Prouenzalis, num.* 10. & quando ius adeundi transeat ad fiscum, tractat Arias de Mesa *vbi suprà, cap.* 42. Bellonus *cap.* 7. *q.* 46. *num.* 52. Noalis *de transmiss. cap.* 7. *nu.* 152. & ius deliberandi transit per mortem naturalem, & non ciuilem, sed quando Bannitus potest impunè occidi, tunc transit ius deliberandi, Guazzinus *de confiscat. concluf.* 13. *limit.* 25. *num.* 38. quem impugnat Massinus *vbi suprà, num.* 22. siue agatur de successione ex testamento, siue ab intestato, ex Farinacio *consil.* 128. & arguendo à fisco ad dotem dicunt non posse fieri repudiationem, vt ait Anna, & alij apud Giurbam *ad consuet.* 5 *gloss.* 7. *part.* 1. *n.* 15. Peregrinus *de iure fisci, lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 10. Andreolus *controu.* 175. *num.* 7. & pro dote iudicandum dicit Textus *in l. Quoties, ff. de iure dotium.*

Infertur quartò, cum Rocco *vbi suprà, n.* 30. 74
non posse cogi aliquem ad acquirendum fauore piæ causæ ex Abbate *in cap. ex transmissa, de Decimis*, qui ait non teneri aliquem acquirere, vt soluat decimam, sed hæc ratio non concludit: nàm Deus mandat decimam solui de quæsitis, & valere argumentum de fisco ad Ecclesiam, vt *in l. finali, Cod. de sacros. Eccles.* firmat Glossa *in cap.* 20. *de iure iurando*, Gennensis *in pract. quæst.* 174. Gratianus *cap.* 377. & validior existit fauor Ecclesiæ, quàm fisci, dum contra fiscum in dubio est iudicandum, *l. non puto, ff. de iure fisci*, pro Ecclesia autem secus est, *l. sunt personæ, ff. de Relig. & sumptib. funerum*, & an valeat in omnibus argumentum tradit Gratianus *c.* 601.

Infertur decimoquintò, debitoris repudiatio- 75
nem simulatam non esse admittendam, vt si esset in possessione post renuntiationem, & concurrat sanguinis coniunctio inter renuntiantem, & renuntiatarium, vt si hæreditas perueniat ad parentem, vel ad vxorem, *l. lata alias data, C. de donat. inter virum*, & existentia causæ simulandi ad vitandum executiones creditorum, vt post alios Salgadus *num.* 131. Larrea *num.* 10. qui allegat Textum *in l. filiæ meæ, ff. soluto matrimonio*, vbi

Pater dederat dotem filiæ emancipatæ ea lege, vt ſi durante matrimonio exoneretur, ad ſe reuerteretur, contingit, quòd filia diuortium fecerat à marito, ne contingeret mori durante matrimonio, dicit I.C. Patrem dotem habiturum, quia diuortium, quod alias facilè non præſumitur in matrimonio, factum videtur in fraudem Patris, probabilius tamen eſt, requiri adſimulationem probandam, poſſeſſionem eſſe in renunciante poſt renunciationem, alias ſecùs per Textum *in l. ſi ſponſus, §. maritus hæres, ff. de donat. inter virum*, vbi valet repudiatio quando vxor acquirit id, quod repudiatum eſt à viro, vt quia fuit ſubſtituta, & per Textum *in l. patrem, ff. ad Trebell.*

76 Infertur decimoſextò debitorem poſſe etiam in conſcientia repudiare hæreditatem, ſi fiat impotens ad ſoluendum creditoribus, vt illa acquiratur ab hæredibus ab inteſtato, cum quibus paciſcitur de aliquo recipiendo pro ſua familia ſuſtentanda, vt in deciſionibus conſcientiæ Bononiæ *caſu 1. deciſ. 1.* quia licèt debitor in conſcientia teneatur aſſumere media ad ſatisfaciendum creditoribus, non tamẽ tenetur illa aſſumere, quæ ſunt difficilia, quibus captis vitam cum difficultatibus ſuſtentabit, Nauarrus *in ſumma cap. 19. n. 26.* propterea non tenetur debitor ſe vendere in neceſſitatibus, Leſſius *vbi ſuprà num. 25.* quia ergo hæreditatis aditio eſſet tunc medium valdè graue; nam creditores ſtatim eum ſpoliabunt, & conſequenter ipſe non eſſet nec ſe, nec familiam ſuam ſuſtentaturus; ergo non tenetur tunc ad talia media, & ſic non adeundo non peccabit, quod etiam dicit Filluccius *tract. 32. cap. 50. quæſt. 3. num. 134.* vbi quamvis debitor ad finem ſatisfaciendi creditoribus, teneatur adire hæreditatem, tamen limitatur, ſi adeundo præiudicat filiis, vel parentibus, qui ob id non habeant congruentia ſtatui ſuo, & ſi creditor eſſet in æquali neceſſitate, ſtrictius obligaret præceptum pietatis, vti antiquius, & naturale, quàm iuſtitiæ, quod eſt morale, vt poſt alios Diana *part. 11. tract. 2. reſol. 32.* & propterea Rocchus *vbi ſuprà* damnat pertinaciam Doctoris, in non accedendo ad Collegium, & de amiſſione munuſculorum, ne ſolueret creditoribus, quando illi denegantur alimenta, quæ poterat Doctor retinere.

77 Infertur decimoſeptimò. An frater poſſit ad virilem vocare ſororem in fraudem creditorum, affirmant communiter cum de Ponte *conſ. 74. num. 10.* Prouenzal. *obſerv. 26. num. 8.* Hodierna ad Surdum *deciſ. 140. num. 10.* contrarium putat Bottiglierius *Theoremate 4. num. 10.* quia frater adit hæreditatem, ergo eam non poteſt repudiare in præiudicium creditorum admittendo ſororem, quia eſſet in quæſitis præiudicare, non in quærendis, alij diſtinguunt duos caſus, primus eſt quando frater permitteret ſororem maſculiari, vt quia requiſitus nollet dare dotem, & hoc caſu frater non poteſt amplius dimittere; nam non agitur de iure quærendo, ſed quæſito; ſecundus caſus eſt, quando frater nollet in beneficio ſtatuti, quod eſt in Regno ad beneficium maſculorum excludentium fœminas eſt probabilior, quia poteſt frater renunciare beneficio ſtatuti in præiudicium creditorum.

78 Infertur decimooctauò, quòd cum in foro externo poſſit debitor præiudicare creditoribus in quærendis ex *d. l. qui autem*, benè ego collegi *in tract. de pactis, quæſt. 6. num 54.* quòd poſſit debitor habens creditorem anteriorem paciſci cum poſteriore creditore, vt præferatur in acquirendis ipſe poſterior creditor, quod corollarium conatur impugnare Modernus de Luca ad Francum *deciſ. 101. num. 55.* prætextu ſingularis opinionis, quando dependet à præiudicio, quod poteſt fieri creditoribus in quærendis, ſicuti poteſt aliquis mutuari debitori, cum pacto, vt præferatur creditoribus anterioribus in re emenda de pecunia ab ipſo mutuata, Francus, *deciſ. 97.* ergo poterit etiam creditor cum debitore paciſci, vt in re acquirenda præferatur creditoribus anterioribus; Neque dicas quòd illud futurum, quod acquiritur erat obligatum primo creditori, quia erat obligatum, vt acquirendum, non vt quæſitum, at in quærendis debitor poteſt præiudicare creditoribus in foro externo, ergo non benè dicit de Luca meam opinionem ſingularem; cum enim me ſingularem appellaſſet, ſi vidiſſet Neguſantium *de pignoribus, part. 4. principali in principio, verſ. quarto quæro, num. 33. & 34.* vbi erudite reſoluit, & ad alia vtiliſſima infert, & Card. Tuſcum *tom. 4. litt. H, concluſ. 128.* Parladorum *in ſeu qui centuria differ. 57. num. 9.* Pacificum *de ſaluiano interdicto, inſpect. 3. cap. 2. num. 510. & 512.* Fontanella *tom. 2. clauſ. 7. gloſſa 2. part. 8. n. 78. & 79.* qui alios plures DD. referunt, Noguerola *allegat. 19. num. 39.* vbi & numeris ſequentibus latè proſequitur, quòd pater in quærendis, poteſt præiudicare filiis, vt *ex num. 44.* vbi de patre bona acquirente, eo pacto, & qualitate, vt de eis ad libitum poſſet diſponere, quæ poterit alteri dare, nihil filiis relinquendo, pluribus comprobat, & debebat videre de Luca Salgadum *part. 2. c. 14. à num. 108.* quem vidit, dum fecit additionem ad Francum *d. deciſ. 101.* quia ſi vidiſſet Salgadum, quem ibi citat, non vocaſſet me ſingularem in dicta opinione, credo, quòd paucos habuit libros, & non vidit, per hoc me vocauit ſingularem, ſicuti Carolus de Baucio vocauit ſuum librum de caſibus, in quibus nulla reperitur punctualitas, ex eo quòd habebat decem libros tantum, ſic Luca parum vidit, & ideo vocauit me ſingularem, quod non dixiſſet, ſi Salgadum vidiſſet, quem ibi dicit ſe vidiſſe, ex quo illum allegat ad materiam *d. deciſionis 101.* de Franchis.

Infertur decimononò, quòd cum renunciatio 79
hæreditatis poſſit dupliciter fieri, primò abſolutè; ſecundò in gratiam alterius, quæſtio eſt an ſi fiat poſteriori modo, ſcilicet in gratiam alterius præiudicet creditoribus, vel potius competat hypotheca contra ceſſionarium hæreditatis, & putant aliqui ceſſionem præiudicare, quia licèt hæres cedendo hæreditatem cenſeatur prius adire, & acquirere, tamen illà acquiſitio eſt momentanea, & nullius conſiderationis, nec fit ad acquirendum, ſed ad renunciandum, itavt nec teneatur creditoribus, vt poſt Paulum de Caſtro, & Crauettam *conſ. 200.* dicit Marta *d. quæſt. 14. num. 30. & 33.* Scaccia *de iudiciis, lib. 2. cap. 2. num. 296.* Maſſinus *vbi ſuprà num. 146.* alij dicunt, quòd talis renunciatio in gratiam alterius, qui non eſt ſucceſſurus, non valeat in præiudicium creditorum, quia renuncians tunc aliquid transfert, & non eſt mera repudiatio, vt ait Francus *deciſ. 101. in fine, & in deciſ. 32. num. 10.* Epiſcopus Cauenſis *controu. 17. num. 7.* qui ampliat etiam ſi cedens proteſtetur nolle hæreditatem adire, quare in hoc caſu iura, & bona hæreditatis tranſeunt in ceſſionarium hæreditatis, affecta creditoribus cedentis, Epiſcopus Cauenſis *controu. 18. num. 26. ex l. alienatio, ff. de contrab. empt.* Anna *conſ. 43. n. 38.* & renunciatio abſoluta valet in præiudicium creditorum, & dicitur etiam abſoluta quando fit ei qui proximè ſucceſſurus eſt etiam aliquo habito,

bito, & retento, quo caſu creditores habebunt ius in partem habitam, & non in reliquam partem repudiatam, pro quo conferunt, quæ tradit Francus *deciſ.* 14. vbi de Luca *in obſeruationibus.*

80 Infertur vigeſimò, ad quæſtionem, an maritus poſſit repudiare lucrum dotis ex ſtatuto delato in ſuorum creditorum præiudicium, affirmant communiter poſſe, ex Decio *conſil.* 260. Pariſio *conſil.* 127. Giurba *vbi ſuprà*, §. 1. *num.* 15. Gratiano *deciſ.* 132. *num.* 1. Maſſino *num.* 72. qui ampliant etiamſi repudiatio facta eſſet poſt mortem vxoris, & Maſſinus extendit etiamſi maritus poſſediſſet poſt mortem vxoris bona dotalia, ſed hoc caſu videretur, quòd ſit mutata cauſa poſſeſſionis, cum ſit vtilius poſſidere ex titulo dicti lucri dotalis, & vtilis ſit mutatio cauſæ poſſeſſionis, ex Gratiano *diſcept. forenſ. cap.* 754. & videas Hodiernam *in l. hoc edictali, q.* 35. *num.* 30. *& ſeq.* Gratianus *dicta deciſ.* 17. Pacificus *de Saluiano interdicto, inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 35. Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 2. *num.* 11. Velaſch. *conſult.* 114. Giurba *vbi ſuprà, num.* 145. Surdus *conſult.* 407. *num.* 44. Maſſinus *num.* 126. Molina *de ritu nuptiarum, lib.* 3. *cap.* 99. Crauetta *reſol.* 202. Marta *de iuriſdict. p.* 4. *q.* 4. *art.* 1. *n.* 50.

81 Infertur vigeſimoprimò, an donatarius, ſeu renuntiatarius hæreditatum deuoluendarum, poſſit conditione pendente dimittere illud ius conditionale ipſimet cedenti in præiudicium creditorum, & reſpondeo, quòd non, quia hoc ius comperit ex contractu, & ideò dicitur eſſe in bonis, & patrimonio eius ad quem ſpectat; ergo in præiudicium creditorum dimitti nequit, per Textum *in* §. *ex conditionali, inſtit. de verb.* Peregrin. *de iure fiſci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 40. Gratianus *cap.* 132. *num.* 17. Hodierna *in l. hac edictali, q.* 35. *num.* 3. Capyc. Latro *deciſ.* 34. vbi ait ſic fuiſſe deciſum Epiſcopus Cauenſis *contro.* 18. *num.* 23. *&* 25. tum quia eſt ius agnitum, & acceptatum, maximè ex contractu; ergo non poteſt amplius tractari de terminis *l. qui autem*, cum concordantibus agentibus de iure ex lege delato ſub conditione tacita ſi acceptetur, & de iure quærendo, & licèt D. Blaſius Altomare *in obſeruat.* 85. ad Regentem Rouitum contrarium tenet, ex eo quòd licèt conſuetudines Neapolitanæ loquentes de ſucceſſionibus comprehendant iura, & actiones, tamen non comprehendunt iura conditionalia, vt Rouitus refert deciſum *d. deciſ.* 85. cum tale ius non ſit ius perfectum deductum in exercitium, tamen reſpondet P. Afflictus Epiſcopus Cauenſis, quòd conſuetudo eſt ius vniuerſalis loquens de ſucceſſione generali, & comprehendente iura omnia, & actiones, & tale ius conditionale ex contractu quæſitum tranſit ad hæredes, tanquam non ſit mera facultas, nec poterit in præiudicium creditorum repudiari, vt diximus, vnde Altomare defendendo Rouitum, & confutando opinionem Afflicti dubitat de deciſione Capycij Latro 34. quia dictum ius conditionale eſt ius incertum, & non perfectè quæſitum ex Rouito, & non ſubiacet conſuetudinibus Neapolitanis ſecundùm Rouitum, reſpondet tamen de Luca negando, quòd ratione incertitudinis, & ex eo quòd ius non poſſit deduci in exercitium, ideò poſſit illud dimitti in damnum creditorum, vel non ſubiaceat conſuetudinibus Neapolis, quia ſufficit, quòd ſit ius in ſpe quæſitum ex contractu agnitum, & acceptatum, prout eſt ius conditionale ex contractu, de quo loquitur Textus *in dicto* §. *ex conditionali*, vbi non eſt ius certum, nec in exercitium deductum, & tamen eſt in bonis noſtris, & tranſit ad hæredes cum ſucceſſione ad differentiam iuris, quod oritur ex vltima voluntate; ergo bene deciſum per Regentem Capycium Latro *dicta deciſ.* & opinio Afflicti de qua *ſuprà*, relinquit opinionem Rouiti dubitabilem.

Infertur vigeſimoſecundò, cuilibet debitori 82
permiſſum eſſe repudiare ius ſibi delatum in præiudicium creditorum ſuorum, qui de hoc conqueri nequeunt, cum nihil de ſuo proprio patrimonio dimittat, non enim alienat qui acquirere non vult, & hoc ex *dict. l. qui autem* 6. *ff. quæ in fraudem creditorum, l.* 1. § *finali, ff. de collat. bonorum, l.* 1. §. *vtrum, ff. ſi quid in fraudem patroni, l. cum quidam, ff. de iure fiſci*, & de donatione eſt Textus *in l. ſi ſponſus*, §. *ſi maritus, de donat. inter virum, l. finali*, § *licentia, ff. de iure deliber.* ita Peralta, Tellius, Fernandez, Meieres, Palatius, Rubeus, Antonius Padilla, Gutierrez, Francus *d. deciſ.* 101. vbi noniſſimi addentes Gomezius, Magonius, Surdus, Rolandus, & alij apud Fabium de Anna *conſ.* 113. Gratian. *c.* 17. & *c.* 132. Ceuallos *q.* 811. Cancer. *tom.* 1. *var. c.* 2. *de legitima, à n.* 41. *cum ſeqq.* Fontanella, Peregrin. & alij, quos ſequitur Salgadus *p.* 2. *labyrinthi, cap.* 14. *à num.* 8. itaque debitor non acquirendo, vel repudiando ius ſibi delatum non dicitur creditoribus præiudicare, tam ſi ſint creditores hypothecarij, quam chirographarij ius adeundi, acceptandi legatum, hæreditatem, vel donationem, & ſimilia non ſint in bonis, & dominio debitoris repudiantis, & contra Abbatem contrarium dicentem, dicunt DD. *vbi ſuprà*, citati à Salgado *n.* 11. hoc ipſum de maioratu dicunt, vt poſſit debitor, cui maioratus delatum eſt, & qui vita durante poſſet de fructibus ſatisfacere creditoribus illud repudiare, nec poſſunt conqueri creditores, quia non repudiat ius quæſitum, & radicatum apud ſe, ſed ius tantùm delatum, vt ex *d. l. qui autem*, notant DD. quos ſequitur Salgadus *d. cap.* 14. *à num.* 17. & licèt legatum recta via tranſeat in dominium legatarij, *l. ſi tibi homo*, §. *cum ſeruus, ff. de leg.* 1. *l. à Titio, ff. de furtis*, etiam in legatario ignorante legatum ſibi factũ fuiſſe, *l. cum Pater*, §. Surdus, *ff de leg.* 1. *d. l. à Titio*, & *l. ſi tibi homo*, Afflict. *deciſ.* 299. *num.* 3. Anna *conſil.* 113. *n.* 1. tamen cum legatum poſſit repudiari, non dicitur ius quæſitum, ſed ius quærendum, quia videtur quæſitum ſub conditione, niſi repudietur, & ſequuta repudiatione videtur nihil acquiſiuiſſe legatarium, iuxta Textum ſingularem *in l.* 1. §. *vtrum, ff. ſi quid in fraudem Patroni*, Oſualdus ad Donellum *lib.* 23. *cap. vlt. in principio*, Sanchez *lib.* 6. *de matrim. diſp.* 4. *num.* 8. & *in ſumma, lib.* 2. *cap.* 14. *à num.* 59. Anna *dict. conſil.* 113. *num.* 8. *& ſeqq.* Francus *dict. deciſ.* 101. *num.* 17. Surdus *conſil.* 300. *num.* 8. 16. *&* 17. Gratianus *cap.* 132. *num.* 4. & *cap.* 271. *num.* 10. 11. *&* 37. Caſtillus *dicto cap.* 112. *num.* 35. *& ſeq.* Salgadus *d. cap.* 14. *num.* 25. At ſi ſit renuntiatio facta in præiudi- 83
cium creditorum non valet, puta ſi ſit ius quæſitum, incorporatum, & radicatum, & debitor illud renuntiet (nam renuntiatio cadit in iure quæſito, repudiatio verò in iure quærendo) non valet renuntiatio, ſed reſcinditur, *ex tit. ff. & Cod. quæ in fraud. creditorum*, quia talis ceſſio, & renuntiatio eſt vera donatio, & alienatio proprij patrimonij ipſius debitoris, quia ſupponit aditionem, & acceptationem debitoris renuntiantis, & ſic acquiſitionem rei renuntiatæ, & hoc probatur *ex l. ſi Auia, Cod. de iure delib.* vbi dicitur

quod

quod ille qui de hæreditatis bonis ſibi relictis, ante aditionem teſtatur eo ipſo videtur adire, *l. Pantonius, §. vlt.* & ibi Bart. *ff. de acquir. hæred.* Mantica *lib.* 12. *de coniect. tit.* 12. *num.* 12. Fontanell. *deciſ.* 87. 88. *&* 89. Caſtillus *tom.* 5. *c.* 108. quia in tali renunciatione hæreditatis, aut donationis delatæ occultatur vnus actus, ſcilicèt acceptatio, quæ præcedere ſupponitur, tamquam neceſſaria, iuxta Textum ſingularem *in l.* 3. *§. finali, ff. de donat. inter virum, & in l. Galliæ, C. ſi certum petatur, l. licet, §. quoties, ff. de iure dotium*, vndè Salgadus *num.* 36. ait, quòd aliud eſt abſolutè abſtinere, & repudiare, aliud verò cedere ius ſuum in alium, quia cedens tacitè ſe gerit pro hærede ſic cedendo, ſiue ceſſio ſit tacita, ſiue expreſſa, & proinde cedens habetur, ac ſi expreſsè adiret, & poſtea cederet; nam prior natura eſt aditio, Caſanate *conſ.* 10. *num.* 186. *& ſeq.* Cancer. *cap.* 15. *de renunciat. num.* 160. *cum ſequenti*, Larrea *deciſ.* 55. *num.* 15. *tom.* 2. Marta *conſ.* 28. *à num.* 23. Salgadus *num.* 37.

84 Quod probatur *ex l. hæc ratio in fine, ff. de donat. inter virum, l. idemque* 4. *ff. eodem, l. ſed ſi vir, §. ſi vir, ff. de donat. inter virum*, vbi vnus actus ſcilicet acceptatio occultatur, Gonnanus *lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 7. qui dicit, quòd aliud eſt repudiare legatum, aut donationem ſibi delatam, aliud iubere donationem ei paratam, & oblatam vxori fieri, quo caſu illam non repudiat, ſed recipit, ac demum vxori fieri iubet, vt eleganter explicat', & concordat Salgadus *d. cap.* 14. *à num.* 40. *cum ſequentibus.*

85 Cum verò dicimus renunciationem hæreditatis, quæ ſupponit aditionem, non poſſe fieri in præiudicium creditorum, intelligi debet, quando fieret ei, qui ſucceſſurus non eſt, ſecus ſi fiat proximè ſucceſſuro, quia diceretur quædam refutatio, & repudiatio, non alienatio, vt latè Antoninus de Amato *reſol.* 84. *num.* 14. *&* 39. *&* 45. *&* 52. *lib.* 2. Salgadus *d. cap.* 14. *num.* 47. *& ſeq.* qui dicunt, quòd aliud eſt cedere, & renunciare hæreditatem alteri per viam donationis, aut venditionis; nam tunc inducitur aditio, & acquiſitio, aliud eſt ſi fiat renunciatio hæreditatis etiam per donationem, vt ad ſequentem in gradu ſucceſſio diuidatur, & tunc intelligitur ſimplex repudiatio, Card. Mantic, *d. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 17. Salgadus *n.* 49. *&* 50. Surdus *deciſ.* 70. Pereyra *deciſ.* 145. Gratianus *deciſ.* 17. *à num.* 27. Fontanella *de pactis nuptialibus, tom.* 4. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 5. *à num.* 125. *cum ſeqq.* Cancer. *part.* 3. *var. tit.* 15. *de renunciat. à num.* 160. *cum ſequentibus*, dum dicunt renunciationem hæreditatis delatæ habere vim repudiationis, & repudiationem in hoc caſu factam intelligi per ipſam renunciationem hæreditatis; nam ordine intellectus, primò ſupponitur adiiſſe, deinde repudiaſſe, ſed talis aditio cum non ſit facta, nec talis cenſeatur ad acquirendum, ſed ad repudiandum, ideo non habetur in conſideratione ad effectum, vt aliquod ius acquiratur, & ſic erit in quærendis præiudicare, non in quæſitis, vt benè Salgadus *num.* 52. intelligendo tamen de renunciatione facta extraneo, & non immediatè ſucceſſuro, Salgadus *à num.* 53. *cum ſeqq.*

86 Infertur vigeſimotertiò. An debitor, cuius bona ſunt ſub iudice, vel qui ceſſit bonis, poſſit hæreditatem repudiare, legatum, vel donationem non acquirere in præiudicium ſuorum creditorum, & dicunt, quòd poſſit communiter DD. apud Salgadum *part.* 2. *cap.* 14. *à num.* 80. *ex regula d. l. qui autem* 6. *ff. de his, qui in fraudem creditorum, & d. l. non fraudantur, ff. de regul. Iuris*, Caſtill. *tom.* 5. *cap.* 112. *à num.* 42. & loquendo de decottis, & fallitis, vt valeat repudiatio legati, & iuris quærendi per eaſdem facta in præiudicium creditorum ſuorum, tenet Strocca *part.* 3. *de decottoribus à num.* 37. *&* 38. nam licèt talibus perſonis prohibeatur contrahere, & alienare non tamen coguntur acquirere, ſicuti Prælatus Monaſterij abſque conſenſu ſui Capituli, non poteſt alienare bona ſui Monaſterij, tamen ipſe ſolus poteſt repudiare hæreditatem delatam Monaſterio, legatum, & donationem, quia in quærendis eidem poteſt præiudicare, non in quæſitis, & radicatis iuribus Monaſterij, Nogueroll. *allegat.* 6. *à num.* 23. *cum ſeqq.* Salgad. *d. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 101. ſic ait Noguerollus, quòd ſolus conſenſus Abbatiſſæ ſufficit in renunciatione monialis, ad præiudicandum Monaſterium, cum cadat ſuper iure quærendo, & nondum quæſito, Nogueroll. *vbi ſuprà.*

Infertur vigeſimoquartò cum Card. Mantica 87
lib. 11. *tit.* 22. *num.* 30. *&* 31. Salgado *d. cap.* 24. *num.* 110. quòd ſi debitor emat rem à tertio, poteſt paciſci, vt ſit ſpecialiter obligata pro aliquo debito emptoris, putà pro dote vxoris, vt præferatur aliis creditoribus etiam anterioribus ipſius emptoris: qui in bonis ſui debitoris generalem habet hypothecam, quod pactum valet in præiudicium creditorum anteriorum, ſi factum ſit ante traditionem rei, vel in ipſa traditione, & antequam emptor rei emptæ dominium quæſierit, quoniam Dominus in traditione rei ſuæ quamlibet legem, pactum, & conditionem imponere poteſt, *l. in traditionibus, ff. de pactis, l. legem, C. eodem, l. quia abſenti, §.* 1. *ff. de acquir. poſſ.* Neque dicas, quòd omnia bona emptoris debitoris præſentia, & futura, fuerunt aliis prioribus creditoribus obligata, quibus per nouam acquiſitionem ius fuit quæſitum, ergo non valet pactum in præiudicium creditorum anteriorum, ex *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis.* Reſpondeo enim, quòd licèt in quæſitis debitor non poſſit præiudicare ſuis creditoribus, tamen poteſt in acquirendis, vt latè Neguſantius *vbi ſuprà*, & diximus *num.* 78. *in fine*, & ſic errauit de Luca ad Francum *d. deciſ.* 101. vbi allegando me ipſum dicit eſſe meam ſingularem opinionem, & etiam patet in mutuante pecuniam ad rem emendam, vel etiam venditor pro ipſius rei pretio, poſſunt de ſpeciali hypotheca ſibi cauere ſuper eadem re, vt in ea anterioribus creditoribus præferatur, quando pactum ſpecialis hypothecæ fuerit appoſitum in ipſo initio contractus, vel in ipſa emptione in continenti, & ante rei traditionem, vt per Text. *in l.* 6. *C. qui pot. in pign. hab.* Valenzuela *conſ.* 56. *num.* 36. *& ſeq.* Rodriquez *lib.* 2. *de annuis reditibus, q.* 20. *num.* 6. Seſſe *deciſ.* 42. *num.* 8. Gratianus *cap.* 670. *tom.* 4. Surdus *deciſ.* 157. Fontanella *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 8. *num.* 73. *vol* 2. Antonin. de Amato *reſol.* 3. 49. *&* 50. qui alios allegant, Salgad. *d. cap.* 24. *num.* 112. & quòd in ipſo actu, & initio acquiſitionis poſſit opponi conditio, & pactum, quod poſt acquiſitionem non admitteretur abſque Iuris ſolennitate (omiſſa tamquam exorbitante *l.* 1. *§. fin. cum l. ſequenti, ff. de rebus eorum*) tradunt communiter DD. ab Hermoſilla *in in l.* 4. *gloſſ.* 2. *num.* 25. *&* 26. *tit.* 5. *partita* 8. *tom.* 1. *fol.* 21. vbi omnes dicunt vltra caſum *d. l.* 1. *§. ſi minor*, pactum ab initio contractus validum eſſe, Guttierrez *de tutelis* 2. *part. cap.* 50. *à num.* 36. *cum ſequenti*, & plures intellectus ad textum illum allegat Gaitus *cap.* 4. *de credito*

à num.441. vsque ad num.509. Salgad. *d.part.2. cap.14. num.114.* & facit Mangil. *de emict. q.4. num.6.*

88 Infertur vigesimoquintò, an possint creditores hæredis grauati, vel donatarij, si restituant hæreditatem, vel bona donata ante tempus, possint prætendere aliquid super fructibus illorum bonorum restitutorum ante tempus, quasi quòd illa restitutio ante tempus sit facta in præiudicium creditorum, & videtur dicendum, quòd non: Primò, per Textum *in l.Patrem, ff.de his, quæ in fraudem credit.* vbi vxor instituit maritum hæredem, quem grauauit, vt post mortem restitueret hæreditatem communi filio, si Pater ante mortem restituat, licitè fieri potest, ita vt Patris creditores non possint conqueri, nec restitutione impedire, postulantes, vt ex interusurio durante vita Patris, & fructibus illorum bonorum satisfiat debitum, vt facit Textus *in l.debitorem 29. ff. eodem tit.* & facit Textus *in l.post mortem, Cod. de fideicommiss.* & ita docent Iason *in dict. l. post mortem, num.2. Cod.de fideicommiss.* & *in §.item si quis in fraudem, num.127. instit. de act.* Padilla *in d.l.post mortem, num.3.& 4.* latè Aluarodus *de coniecturata mente defuncti, lib.2.cap.3.§.1.q.12.* Peregrinus *de fideicommiss.art.2.num.51.*& latiùs *art.3. num.125.* Cancer. *part.3. variar. cap.15. à num.170. cum seqq.* Fontanella *clauf.4.gloss.9. part.5.à num.74.* Castillus *tom.5.cap.112.à n.42. cum seqq.* Molina *de ritu nupt. lib.3. quæst.49.à num.53. cum seqq.* Antonius Bellonus *consil.33.* qui omnes exornant Textum *in d.l. Patrem*, & *d. l. debitorem*, dicentes præmaturam restitutionem posse fieri, etiam reclamantibus creditoribus hæredis debitoris pro fructibus debitoris hæreditatis, vel pro interesse illius, quod competebat hæredi debitori, & patet in simili de patre habente vsumfructum in bonis filij, quia potest illum restituere filio ante tempus, & filio remittere, quæ remissio dicitur potiùs refutatio, quàm donatio, & videtur nolle acquirere vsumfructum, qui cum habeat tractum successiuum, semper talis renuntiatio respicit ius quærendum in futurum, & non ius quæsitum, quasi videatur Pater nolle acquirere vsumfructum, non autem velle donare, & talis vsusfructus repudiatus erit aduentitius filij, non autem profectitius à Patre, Surdus *de alimentis, tit.9.q.20.num.22.* & *tit.4. q.26.num.16.* & *consil.159. num.16. volum.2.* Gratianus *cap.713. à num.34.* Salgadus *part.2. cap.15.num.16.* sicuti debitor in diem, si præueniat in solutione, & ante diem soluat, non potest rem solutam repetere *l. in diem, vbi DD. ff. de conditione indebiti*; ergo non possunt creditores conqueri de tali præmatura restitutione facta per debitorem, cum in fructibus consideretur solùm ius quærendum, non quæsitum à creditoribus.

89 Alij tamen distinguunt duos casus, Primus est in creditoribus personalibus, & tunc dico, quod respectu illorum renuntiatio, seu anticipata restitutio teneat, non probata fraude, & animo illos fraudandi, *ex l.Patrem*, & *l.debitorem, ff.de his, quæ in fraudem creditorum*, quæ in his terminis loquuntur.

Secundus casus est, in creditoribus hypothecam in bonis debitoris præmaturè restituentis, & in hoc casu fit distinctio inter ius perfectè quæsitum possessori, & ius quærendum, vel nondum perfectè quæsitum, sed reuocabiliter, vel conditionaliter, & resolutioni subiectum, quoad effectum inducendi fraudem hæredis repudiantis, vel renuntiantis hæreditati delatæ in præiudicium creditorum suorum, & ita distinguunt Doctores apud Salgadum *p.2. cap.14.* & *dicta part.2.cap.15.num.19.* & sic est sensus iurium citatorum, vbi agitur non de remissione iuris quæsiti, & radicati in persona hæredis præmaturè restituentis, non detracta falcidia, nec Trebellianica eidem à lege permissa, sed potiùs de iure quærendo licèt iam delato, non tamen acceptato, nec in patrimonium debitoris incorporato, & sic admittitur præmatura restitutio fideicommissi, ante eiusdem acceptationem, & additionem, secus est, quando hæres restituit post acceptationem, quia tunc non præiudicat creditoribus, scilicet hypothecariis respectu interusurij, ita probant Iacobus Menochius *in addit. ad præs.30. n.57. lib.3.* Marius Giurba *ad consuetud. Messanæ, c.1. gloss.12.num.18.* Marius Cutellus *de donat. inter Patrem, & filium, tract.1.discurs.2.part.10.n.55.* Fontanella *decis.40. num.14. & 15.* & referunt ad iura citata varios intellectus, teste Fontanella *de pactis, tom.1.clauf.4. gloss.9. part.5.à num.88. cum seqq.* & ad hoc facit Textus *in l.3. §.gesta*, & *§.fortè, ff.quæ in fraudem credit.* & Textus *in l.omnes, §.si vir vxori, ff.de his, quæ in fraud. credit.* & *l.3.§.Iulianus, ff. de leg.3.* vbi legatarius purè grauari non potest, quando commodum ex legato non capit, secus si sub die, vel conditione grauetur, quia tunc propter commodum medij temporis à legatario perceptum proportionabiliter grauari poterit, & facit Cancer. *part.3.c.15. num.172.* Fontanella *decis.39. à n.16.* Salgadus *num.42.*

Et hoc est, quod dixit Meieres *de maioratu, part.4. quæst.25. num.124. cum seq.* dum dicit, quòd possit successor renuntiare maioratui delato ante acceptationem in præiudicium creditorum, & Hieronymus Ceuallos *q.811. num.14. & 21.* dicens quòd primogenitus potest renuntiare primogenituram in præiudicium creditorum, vbi nondum à principio fuit acceptata primogenitura, ex Afflicto *decis.129.* sequitur Flores de Mena *in addit.* ad Gamam *decis.92.* Castill. *tom.3.cap.12.num.115.* & *tom.5. cap.112. num.44.* vbi successor maioratus quærendi, potest repudiare, non tamen iam quæsitum, & acceptatum, sic Pater post acquisitum vsumfructum in bonis filij non potest illum filiis remittere in præiudicium suorum creditorum, sed si talis vsusfructus, non adhuc sit quæsitus à Patre, & incorporatus eidem, sed sit solùm delatus, poterit ante tempus remitti in præiudicium creditorum, vt super fructibus in primo casu satisfiat creditoribus, *ex leg. cum oportet, §.sin autem, Cod. de bonis quæ liberis*, vbi si Pater ante acquisitionem vsusfructus remittit filio vsumfructum, non dicitur donare, secus si remisit post acquisitionem, Flores de Mena ad Gamam *decis.118.* Castill. *tom.5. cap.112.num.21.* Salgadus *parte secundâ, cap.15. num.53. & 54.* Fontanella *tomo primo, clauf.4. gloss.9.part.5. num.77.* & *num.120.* & licèt Gratianus videatur aliter dixisse, tamen *tomo secundo, cap.271. num.37. & 38.* apertè se declarat, itaque nullo casu, quo præiudicantur creditores, admittitur restitutio ante tempus ex *l.vxorem, §.Seio, ff. de leg.3.* Fontanella *decis.39. & 40. ex l. post mortem, Cod. de fideicommiss.* Fusarius *de substitutione, quæst.597.* & *quæst.602.* Peregrinus *artic.2. num.50.* & *artic.4. num.3.* Bellonus *num.33.*

Infertur vigesimosextò, quòd si Pater appo- 91

nat onus in legitima filij, & filius conſentiat oneri, poſſunt creditores filij prætendere contra conſenſum oneris pro ſuo intereſſe, quando filius conſentit poſt aditam hæreditatem Patris, quia eſſet poſt acquiſitum ius præiudicare creditoribus, aut verò conſentit grauamini, ante aditionem, & immiſſionem in hæreditatem, & legitimam, & tunc poterit filius in præiudicium ſuorum creditorum, quia tunc non repudiat, nec diminuit ius quæſitum, ſed quærendum, & ſicuti tunc poſſet filius totam legitimam repudiare, ita poterit oneri conſentire, quia licèt filio acquiratur poſt mortem Patris ipſo iure legitima, *l. quoniam in prioribus, & l. ſancimus, C. de inofficioſ. teſtam.* tamen ius illud eſt imperfectum, & variabile, & conditionale, ſi illud filius acceptauerit, itavt ſi ſequatur repudiatio, ius ipſum reſoluatur, vt ſi à principio delatum non fuerit, & interim conſideratur ius quærendum, non verò ius quæſitum, vt illud poſſit debitor liberè repudiare, in præiudicium creditorum, prout in legato diximus *ſuprà* cum Salgado *d. cap. 14. & cap. 16. num. 78.* Gratian. *cap. 271.* & contra Menochium probat Caſtillus *tom. 6. cap. 112. à num. 50. cum ſequentibus*, qui omnes dicunt totam legitimam ante eius aditionem poſſe filium debitorem repudiare in præiudicium ſuorum creditorum, eiſque inuitis, & repugnantibus, ergo multò magis poterit filius præſtare conſenſum grauamini, & limitatè acquirere, quia cui licet quod eſt plus, multò magis licebit, quod eſt minus, Salgadus
92 *d. cap. 16. num. 82.* Sic quando Pater dat licentiam ſuo filio emancipato diſponendi liberè de bonis eiuſdem Patris, cenſetur dare licentiam filio grauandi legitimam eiuſdem Patris, in præiudicium creditorum Patris; Guttierrez *in cap. quamvis pactum, num. 19. de pactis in 6.* vbi ex *n. 20.* tripliciter ponderat Text. *in d. l. qui autem, ff.* quæ in fraudem creditorum, & an facto teſtamento per filium emancipatum de Patris licentia, quia diſponit de rebus Patris, poſſit Pater prædictam licentiam reuocare, de qua re Guttierrez *lib. 3. pract. quæſt. 84. num. 11. & lib. 3. quæſt. 75.* Parladorus, & alij apud Salgadum *cap. 16. num. 93. part. 2.* Nogueroll. *allegat. 19. num. 43.* &c.

DISCEPTAT. CCCXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur diſputanda.*
2 *Articuli diſputandi qui fuerint in hoc facto.*
3 *Societas vniuerſalis omnium bonorum an, & quando dicatur inducta.*
4 *Societas tacita quando dicatur inducta.*
5 *Societas quomodo, & qualiter contrahatur.*
6 *Societas inter fratres facilius inducitur, & qualiter.*
7 *Societas inter fratres an dicatur contracta in feudalibus.*
8 *Textus* in cap. 1. §. ſi duo fratres, *de fratribus de nouo beneficio inueſtitis declaratur.*
9 *Societas tam ſuper feudo nouo, quàm paterno cenſetur inducta inter fratres contra Cardinalem Manticam.*
10 *Feudi diuiſio eſt prohibita in Regno, & quare.*
11 *Societatem in fructibus feudi contrahi poſſe probatur.*
12 *Societas extinguitur morte.*
13 *Societas non tranſit ad hæredes.*
14 *Societas neque ex pacto tranſit ad hæredes.*
15 *Societas perpetua non eſt, & ad hæredes tranſitoria.*
16 *Societas non renouatur cum hærede pupillo, niſi cum auctoritate tutoris.*
17 *Societas in pupillum non renouatur cum conſenſu tutoris, ſi agatur de vtilitate tutoris.*
18 *Pupillus ſine tutore meliorare poteſt ſuam conditionem.*
19 *Societas contracta inter duos fratres, continuatur inter filium fratris, & Patruum etiam ſi nepos ſit minor.*
20 *Pupillus maior factus an teneatur ratificare ſocietatem cum Patre factam.*
21 *Pupillus tenetur ratificare ſocietatem, ſi eius nomine aliquid geſtum eſt.*
22 *Pupillus factus maior, qualiter tenetur ratificare ſocietatem fructuum perceptorum communiter.*
23 *Minor, maior factus, qualiter teneatur ratificare ſocietatem initam cum Patre, licèt nulliter fuiſſet inita.*
24 *Minor tantum eſt, qui poteſt dicere de nullitate ſui contractus, non illius, qui contraxit cum minore.*
25 *Societas quomodo dicatur ratificata, & quibus actibus.*
26 *Societas ſicuti non præſumitur, ita neque diuiſio bonorum.*
27 *Societati imputantur onera debita ſuper bonis, durante ſocietate debita non ſocio.*
28 *Societati imputantur expenſæ, licèt vnus ſocius plus faciat quàm alius expenſas licitas.*
29 *Societas cenſetur renouata cum eiſdem pactis, & conditionibus, quibus fuit inita in principio, & cum eiſdem oneribus ſoluendis.*
30 *Societas contracta cum defuncto, an, & quando continuetur cum hærede.*
31 *Fructus dicuntur deductis expenſis.*
32 *Fructus feudi communiter empti inter fratres, communicantur inter eoſdem.*
33 *Fructus feudi à ſolo ſeparati communicantur inter ſocios.*
34 *Feudatarius qualiter teneatur Domino ſeruire, & quomodo.*
35 *Adoha quid ſit in Regno, & quomodo debeatur.*
36 *Feudatarius an poſſit cogi in Regno Neapolitano ad præſtandum ſeruitium perſonale, ſi velit ſoluere adoham.*
37 *Feudi onus ſoluitur ex communi, ſi feudum ſit commune quoad fructus.*
38 *Adoha in Regno qualiter ſoluatur in feudis.*
39 *Releuium qualiter ſoluatur ex feudo empto de pecunia communi inter fratres.*
40 *Releuium quale onus ſit in feudis in Regno.*
41 *Releuium qua actione petatur, & contra quem.*
42 *Releuium non eſt onus perſonæ, ſed rei.*
43 *Releuium eſt onus intrinſecum feudi.*
44 *Releuium eſt onus perſonale ſecundùm aliquos, præſertim ſecundùm Andræam de Pernia, qui declaratur.*
45 *Fidelitas qualiter ſit onus intrinſecum feudi.*
46 *Releuium ſoluit primogenitus, & adoham, nec contribuunt alij fratres.*
47 *Releuium cedit in damnum hæredis, & non creditorum.*
48 *Adoha, & alia onera feudi non præiudicant creditoribus feudi.*
49 *Releuium in feudo communi ſoluitur à communitate.*
50 *Feudi augumentum, cuius ſit, finita ſocietate, ſi erat inter ſocios commune.*

51 *Emptum ex aliena pecunia cui acquiratur.*
52 *Textus* in dicto cap. 1. §. ſi duo fratres, *ponderatur.*
53 *Afflictus ponderatur* in d. §. ſi duo fratres.
54 *Feudi noui à Patre quæſiti, medietas pretij debetur ſecundogenito, & quodnam tempus attendatur.*
55 *Socius feudi empti pretio communi, eſt creditor pretij empti, & non valoris, ſine æſtimationis.*
56 *Intereſſe medietatis pretij quo emptum eſt feudum, ad quam rationem debeatur fratri, vel ſocio, ſi erat commune.*
57 *Factum, de quo diſputatur clarius elucidatur.*
58 *Societas pro certis bonis, non extenditur ad alia bona.*
59 *Feudum emptum fuiſſe communi pecunia inter fratres qualiter probetur.*

ARGVMENTVM.

Textus in cap. 1 §. ſi duo fratres, *de fratribus de nouo beneficio inueſtitis explicatur, & qualiter celebretur ſocietas in feudo, vel fructibus feudi in pecunia expenſa pro feudo à fratribus, & quid debeatur alteri fratri, & an debeatur deductis oneribus intrinſecis feudi, & quæ ſint onera intrinſeca, & quid de Adoha, & Releuio, & ſocietas qualiter dicatur verificata, & quomodo, & an contracta cum defuncto, renouetur in hærede, & an cum eiſdem pactis, & oneribus, & quid debeatur alteri fratri, & ſocio pro parte pretij, &c.*

IVRA
PRO
Ioan. Antonio Cæſarano,
CVM
Ioan. Vincentio Cæſarano.

1 COLLEGIVM maximi negotij habui cum docto Viro Franciſco de Martino de Baronibus Faijcchi, olim pluribus in Prouinciis Auditore, nunc celeberrimo in Sacro Conſilio Aduocato, pro illis de Cæſarano, in quo plura ponderata fuerunt, & fuimus in aliquibus arbitri, quia verò quæ ibi ponderabantur ſunt digna, vt ad poſteros tranſeant, operæpretium duxi, omnia cumulare.

Pro facti ſerie ſuppono quondam V. I. D. Ioan. Andream Cæſaranum primogenitum fratrem vtrinque coniunctum V.I.D. Ioannis Vincentij communi pecunia anno 1615. feuda Terræ Pratæ Caſtrimutij, & Bottatij pretio ſcutorum 42000. à Domino N. Gargano, atque etiam nullas annuorum introituum emptiones, communi etiam pecunia à diuerſis perſonis Neapoli emiſſe; ſicut è contra dictum Ioannem Vincentium communi quoque pecunia nonnullas emptiones animalium, & ſtabilium in Terra Pratæ, & alibi acquiſiſſe ſocio; namque iure viuentes ad vnam menſam, pro communi, & indiuiſo poſſidentes hæreditatem paternam, atque maternam, & lucra ad inuicem communicantes, nulla reddenda inter eos ratione, & introitus omnium bonorum, etiam feudalium deductis oneribus promiſcuè, vnuſquiſque in proprios vertit vſus; hinc fato priùs cedens dictus Ioan. Andreas in eius vltimo elogio condito in die 23. menſis Maij 1639. inſtituto hærede vniuerſali in feudalibus Ioan. Antonio eius filio primogenito, & cohærede in bonis burgenſaticis cum Franciſco Dominico eius filio ſecundogenito, tutore, ac Balio ipſi relicto dicto Ioan. Vincentio fratre cum omnimoda poteſtate, tandem declarauit ipſo fratre præſente, & acceptante feudum fuiſſe emptum de communi pecunia, & fructus feudi à die emptionis fuiſſe communiter perceptos, & erogatos, atque etiam emptiones annuorum introituum Neapoli exiſtentes fuiſſe quoque de communi pecunia paratas, & ſi ſolum in beneficium ipſius Ioan. Andreæ acquiſitæ apparerent, prout eſt contra emptiones animalium ſtabilium, & quorumcunque aliorum bonorum exiſtentium in Terra Pratæ Caſtrimutij, & vbique in beneficium ipſius Ioan. Vincentij eſſe de communi quoque pecunia acquiſitas, non obſtante quod apparerent ſolùm in beneficium ipſius Ioan. Vincentij, cuius depoſitioni ſe ſubſcripſit, eámque approbauit Dominus Ioan. Vincentius, qui ſequuto fratris obitu declarare fecit eius filios hæredes, ſéque ipſum tutorem, & Balium ſeruata forma teſtamenti, quam tutelam, ac baliatum dicti Ioan. Antonij exercuit vſque ad annum 1645. in quo factus maior dictus Ioan. Antonius, & nolens amplius continuare communionem, & ſocietatem bonorum cum eius Patruo, de communi eorum conſenſu diuiſerunt bona burgenſatica, feudalia verò vt indiuiſibilia vendidit ipſe Ioan. Antonius dicto Ioan. Vincentio patruo pro pretio ſcutorum 48000. quarum medietatem retinuit Ioan. Vincentius pro eius portione (quam tamen quantitatem ſibi iure ſpectaſſe autumabat Ioan. Antonius) pro reliquis verò ſcutis 24000. quotannis ſoluere promiſit pro eorum interuſurio annuos ſcutos 1440. dicto Ioan. Antonio ad rationem ſcutorum ſex pro centenario, nunc petita rationum redditione per dictum Ioan. Antonium nepotem à dicto Ioan. Vincentio eius Patruo, olim tutore, & Balio in ipſa reuidenda, quatuor inſurrexere dubia, quæ ſingulis recenſebo Capitibus.

Primum an ab anno 1639. obitus dicti Ioan. 2
Andreæ vſque ad annum 1645. diuiſionis bonorum burgenſaticorum ac pretij feudi inter dictos Ioan. Vincentium patruum, & Ioan. Antonium nepotem, fuerit renouata ſocietas, & communio fructuum omnium bonorum, vti olim inita inter quondam Ioan. Andream, & Ioan. Vincentium fratres, nouo tamen accedente conſenſu tacito, vel expreſſo dicti Ioan. Antonij hæredis, ac proinde onera feudalia ſint præcipuè deducenda ex fructibus feudi, quibus deductis fructus poſtmodum diuidi æqualiter

quotannis debeant inter dictos patruum, & nepotem.

Secundùm extincta Societate morte Io. Andreæ, nec renouato conſenſu Io. Antonij eius filij, & hæredis vt ſupponitur, erit diſcutiendum, an dictus Io. Vincentius ſit creditor medietatis prætij erogati in emptione feudi, an vero æſtimationis ipſius inſpecto mortis tempore dicti Io. Andreæ fratris, & ſucceſſiuè quæritur ſi augmentum feudi æqualiter beneficio vtriuſque cedat partiendum, an verò ſit præcipuum dicti Io. Antonij.

Tertiò conſequutiuè videndum erit an dictus Io. Vincentius creditor prætij dicti feudi valeat ipſius intereſſe petere, & à quo tempore, & qua ratione, an verò ſolum petere medietatem fructuum ex feudo recollectorum à die obitus fratris vſque ad annum venditionis feudi, & diuiſionis prætij dicti feudi.

Tandem quartò controuertitur an bona ſtabilia poſt emptionem feudi à dicto Io. Andræa proprio nomine acquiſita in terris Pratæ, & Caſtri Mutij ſint communicanda, vel pretium diuidendum, vti de communi pecunia parata, an verò ſint propria dicti Io. Antonij eius filij.

3 Quoad primum, antequam illud reſoluatur, firmiter habendum, inter quondam Io. Andræam, & Io. Vincentium fratres tacitè, ſi non expreſsè omnium bonorum Societatem fuiſſe irritam ex reiteratis ſociorum actibus, nam pro communi, & indiuiſo hæreditatem paternam, & maternam poſſederunt, ſimul cohabitarunt, & in communi vixerunt, quæcumque lucra, & emolumenta ſibi ad inuicem communicarunt abſque vlla rationum redditione, quæ pro tacita coeunda ſocietate requiri ſcripſerunt, poſt Riccar. 4 Mal. Oldrad. & Iacob de Arena, Bart. *in l. Titium, & Manium* 48. §. *n.* 5. *ff. de adminiſtrat. tutor. & in l. ſi patruus, num.* 9. *C. communia vtriuſque iudicij* vbi Bal. *num.* 16. idem Bal. *in conſ.* 120. *num.* 3. *lib.* 1. Angel. *conſ.* 112. *col.* 1. Rol. à Valle *conſ.* 91. *num.* 28. *& 29. lib.* 1. Riminal. iun. *conſ.* 280. *num.* 18. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 56. *num.* 37. Maſcard. *de probat. concl.* 1315. *num.* 23. Cardin. Mantica *de Tacitis, lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 2. vbi pluries per Rotam deciſum refert Rot. *deciſ.* 169. *num.* 10. *part.* 2. in nouiſ. & apud Coccin. *deciſ.* 421. *num.* 3. Felic. *de ſociet. cap.* 10. *num.* 29. Andriol. *lib.* 1. *controu.* 34. *num.* 14. Ciarlin. *controu. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 16. Maſcabr. *conſ.* 5. *n.* 24. Facchin. *conſ.* 45. *n.* 6. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. for. c.* 547. *num.* 1. 725. *num.* 8. *&* 993. *num.* 1. *&* 2. Molina *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *comparat.* 5. *num.* 3. Dominus Hodierna *lib.* 1. *controu. cap.* 22. *n.* 1. 5 *& cap.* 49. *num.* 14. nam ſicuti ſocietas expreſſo conſenſu contrahitur *l. conſenſu* 2. *ff. de actionib. & oblig. l. coiri* 7. *l. qui admittitur* 19. *l. planè* 23. *l. duo ſocietatem* 72. *ff. pro ſocio*, ita quoque tacitè coiri non prohibetur ſocietas omnium bonorum, vt probat Textus *in l. ſocietatem* 4. *cum l. ſeq. ff. pro ſocio*, vbi reſponſo modeſtini, quod ſocietas tacitè, & expreſsè contrahi poſſit, ſubſequitur Vlpiani reſponſum, quod ſocietas contrahitur ſiue vniuerſorum bonorum, ſiue particularis rei inferendo, quod etiam ſocietas omnium bonorum tacitè contrahi poteſt, & in dubium videtur, quia ſocietas connumeratur inter contractus, qui conſenſu contrahuntur; quapropter non intereſt ſi ex verbis, aut factis conſenſus detegatur *l. Paulus, ff. rem ratam haberi*, & reprobata Gl. ſententia *in d. l. coiri*, & ſequacium latè probant Card. Mantica *d. l.* 6. *de tacitis, tit.* 9. *à n.* 6. Menoch. *citat. præſ.* 56. *num.* 37. *&* 38. Maſcard. *d. concluſ.* 1315. *n.* 20. Gratian. optime *d. cap.* 643. *n.* 10. 11. *&* 12. Andriol. *controu.* 34. *num.* 12. Ciarlin. *d. cap.* 16. *n.* 3. & Coccin. *d. deciſ.* 421. *num.* 2. maximè 6 quia verſamur inter fratres, inter quos faciliùs ſocietas inita cenſetur, quam inter extraneos, accedente ſanguinis conuinctione, & amore fraterno, cum ſocietas inquit Vlpianus ius quodammodo fraternitatis in ſe habeat *in l. verùm* 63. *ff. pro ſocio*, Mantica *d. lib.* 10. *n.* 3. Imò ex communicatione lucri vnius negotij ſocietatem omnium bonorum inter eos coitam cenſuere, poſt alios Maſcard. *citat. concl.* 1315. *num.* 46. Grat. *cap.* 547. *n.* 2. Ciarlin. *citat. cap.* 16. *n.* 4. Quinimò ſubiiceret ſi diù cohabitarent & reditus communicarent: nam ob temporis diuturnitatem, & communem victum iuncta ſanguinis coniunctione præſumitur ſocietas contracta, nec requiritur negotiatio, maximè quando forent nobiles, vt in re noſtra Iaſ. *conſ.* 2. *col.* 6. *verſ.* 2. *lib.* 3. Socc. Senior. *conſ.* 162. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 247. *n.* 4. Menoch. *citat. præſ.* 56. *n.* 22. *& ſub num.* 37. Ciarlin. *d. controu.* 16. *n.* 5. *& n.* 24. Nector Felicius *alleg.* 41. *n.* 13. *part.* 3. *& de ſocietate, cap.* 10. *num.* 29.

Sed an coita ſocietas, ſuper feudo inter dictos 7 fratres iure ſubſiſtat, dubium eſt, & non valere ſuper corpore feudi, certum eſt, ne inuitus Dominus alium ſibi acquirat, quam inueſtitutu vaſſallum, ſuper fructibus vero feudi coitio valet, vt diſputatur *in cap.* 1. §. *ſi duo fratres*, de fra- 8 tribus de nouo beneficio inueſtitutis, vbi feudum à fratre conſocio, communi pecunia acquiſitum; ignorante Domino, alteri fratri conſocio non quæritur, ſed ſolùm fructus erunt communes, donec ſimul habitauerint, ne inuitus Dominus alium habeat vaſſallum, quam inueſtitum, vbi notant Gl. Andr. Afflict. Aluar. & cæteri, ſed clariùs ſcripſere Mart. Laudenſ. *in d.* §. *ſi duos fratres, num.* 7. Bal. Zaran. *num.* 17. Bald. *in l. cum oportet, col.* 1. *C. de bonis*, quæ libens Alex. omninò videndus *conſ.* 48. *num.* 3. *& ſeq. lib.* 2. Decius *conſ.* 435. *num.* 7. vbi idem concludit in emphyteuſi ducto argumento à feudo ad emphyteuſim Capyc. *in inueſtit. feud. in verbo feuda bonorum appellat. ver. ſocietas omnium bonorum, fol. mihi* 90. Camer. *in C. Imperialem, fol.* 17. *à terg. litt. V, de prohib. feud. alien.* per Feder. Boër. *deciſ.* 199. *ſub num.* 5. optimè Cannet. *in cap. volentes*, §. *explicitis, fol. mihi* 33. quem ſequitur Intrigl. *de feud. cent.* 2. *art.* 5. *num.*.... Card. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 16. Reg. de Ponte *de feudis, lect.* 9. *num.* 48. Conſil. de Georgio *in repetit. d. cap. Imperialem, cap.* 9. *à num.* 5. *vſque ad* 9. *& cap.* 10. *num.* 8. 9. *&* 10.

Neque iuridicam puto diſtinctionem Card. 9 Manticæ *loc. cit.* traditam inter feudum nouum, & antiquum, ſiue paternum, vt ſuper nouo ſocietas coiri prohibeatur, ſecus ſuper paterno, quod inter fratres contracta ſocietate comprehendi cenſet, ceſſante ratione contrariæ voluntatis Domini ad omnes fratres in inueſtitura ſint comprehenſi: Quoniam & ſi vera foret, ſequeretur diuiſio, & alienatio feudi in partes inuito Domino quod iure feudorum inhibitum fuit *cap. Imperialem de prohib. feud. alienat.* per Federic. *cap.* 1. *de prohib. alien. feud.* Lotharium, quia communio eſt alienatio; nam ſtatim inita ſocietate fit tranſlatio dominij, & poſſeſſionis feudi in cæteros ſocios *l.* 1. *&* 2. *ff. pro ſocio.* latè Cannent.

in

in d. §. explicitis, num. 11. & ponderauit quoque
10 Alex. *in d. conſ.* 48. *num.* 8. *lib.* 2. eoque magis quia in noſtro Regno eſt prohibita feudi diuiſio, & diſmembratio per conſtitutionem diuæ memoriæ, & nequeat ſuper ea Prorex aſſentiri *pragm.* 4. §. 5. & 7. *de feudis*, & attento iure Francorum quo viuitur, feudum eſt indiuiſibile, & deciſum in Collaterali Conſilio abſque controuerſia teſtatur Reg. Conſtant. *in l.* 1. *num.* 39. *C. de Conſulib. lib.* 10. quem ſequitur Dominus de Marinis *cap.* 250. *num.* 2. *lib.* 1. Nec officit quod cæteri fratres in inueſtituria comprehenſi, quia non exinde ſequitur poſſe feudum inter eos diuidi, & communicari inuito Domino, ſed ſolùm vt frater fratri decedenti abſque hærede ſuccedat in feudo antiquo ſiue paterno *c.* 1. §. *& quia vidimus de his qui feud. dare poſſ. cap.* 1. *de ſucceſſ. fratrum*, quod ſecus eſſet in nouo *cap.* 1. *de beneficio fratris, cap.* 1. *de fratribus de nouo benef. inueſt.* niſi Manticam fuiſſe loquuntur dicemus de iure Longobardorum, quo feuda ſunt diuiſibilia *cap.* 1. §. *& quia vidimus de his, qui feud. dare poſſ.* latè Andræas *in C. Imperialem* §. *præterea ducatus, num.* 35. *de prohib. feud. alien.* per Federic. quod tamen verius eſt ſeruari in ſucceſſione feudi, nec porrigi ad ſocietatem, vel niſi fratres ad inuicem feudum communicarent Domino conſentiente, quia tunc communicatio vim pacti habet *l. Paulus ff. rem ratam haberi*, quo caſu frater fratri in feudo quoque nouo ſuccederet, vt in facto diſceptatum aduocato ipſo exiſtente teſtatur Zazius *de feud. part.* 8. *num.* 24. *verſ. idem dicendum puto*, & latius quando opus fuerit dispungam.

11 Hinc, vt ad rem reuertamur Io. Andræam, vti de iure feudali optimè meritum in teſtamento declaraſſe agnoſcimus, ſocietatem ſuper fructibus feudi communiter empti cum Io. Vincentio contraxiſſe, nec ſuper feudo, quos communiter viuentes conſumpſere, atque etiam ſuper bonis allodialibus coitam, quam fatetur cum ipſo initam Io. Vincentius ſed eius tamen morte extinctam, nec cum Io. Antonio nepote renouatam ingenuè profitetur, morte enim diſſociamur inquit
12 Modeſtin. *in l. ſocietatem* 4. §. *diſſociamur* Pompon. *in l. hæres ſocij* 40. Vlpian. *in l. verùm* 64. §. *fin. ff pro ſocio*, §. *ſoluitur inſtit. eodem*, & nemo poteſt ſocietatem hæredi ſuo parare, vt ipſe hæres ſit, inquit Vlpian. *in l. nemo* 35. *ff. eodem*, nam adeo morte ſocij ſoluitur ſocietas, vt nec ab initio paciſci valeat, vt hæres ſuccedat in priuatis ſocietatibus, cenſuit Pompon. *in l. adeò* 60. *eodem*
13 *tit.* & idem reſpondit Papin. ſocietatem non poſſe vltra mortem porrigi, ne libera teſtandi coaretetur facultas *in l. ſi fratres* 55. §. *idem reſpondit ff.*
14 *eodem tit.* & morte vnius ſocij ſoluitur ſocietas, etiam quoad alios ſuperſtites niſi aliter fuit conuentum Paul. *in l. actione* 66. §. *morte ff. pro ſocio*
15 §. *ſoluitur inſtit. eodem titulo*; nulla enim ſocietatis in æternum coitio eſt, inquit, idem Paulus *in l. nulla* 71. *ff. eodem*, vt neque iuratio ad hæredes ſit tranſitoria, latè Card. Mantica *lib.* 6. *de tacit. tit.* 24. *per tot.* Grat. *cap.* 276. *à num.* 1. *vſque ad quæſt.* 547. *à num.* 36. *vſque ad* 42. Reg. Capyc. Latr. *deciſ.* 26. *num.* 13. *& à num.* 20. *vſque ad* 23. Reg. de Ponte *conſ.* 10. *vol.* 2 Doctiſſimus Dominus Iudex Hodierna *lib.* 1. *controu. cap.* 22. *ex num.* 10.

16 Quod ſi ſocietas iure prohibente in hæredes continuari non poſſit, eodemque iure vetante ab ipſo hærede minore renouari nequit, abſque tutoris authoritate Vlpian. *in l. vt in conductioni-*
bus 33. *ff. pro ſocio*, quia ſocietatis contractus eſt vltrò, citroque obligatorius *l. ſocietas contrahitur* 5. §. *fin. ff. pro ſocio*, & pupillus tutore authore obligatur *l. obligari* 9. *ff. de auth. & conſenſu tutorum*, nec ipſemet Ioannes Vincentius patruus, vti tutor authorare in re propria poterat *l.* 1, 3. *& 7. ff. de auth. tutor.* & ſicut ipſe tutor emptoris, & venditoris officio fungi non poteſt, ſed perſonæ debent eſſe diſtincte Vlpian. *in l. pupillus*, §. *item eſſe tutor, ff de author. tutor.* ita quoque in ſocietate inter dantem, & accipientem debet interuenire diſtinctio perſonarum ob reciprocam lucrorum communicationem, etenim patruus tutor bona pupilli adminiſtraus reciperet, & daret vti ſocius, & contocius quod maxim abſurdum, quapropter ſocietas inter patruumè & nepotem, vel fratrem maiorem, & minorem contracta non dicitur, & ſi patruus nepotis, vel frater maior minoris forent tutores, ſed requiritur quod adſit alter contutor pro auctore pupilli, in coeunda inter eos ſocietate, ita Bart. *in l. Titium, & Mæuium*, §. *altero, num.* 5. *verſ. in duobus fratribus, ff. de adminiſtratione tutorum, & in l. ſi patruus, num.* 9. vbi Bald. *num.* 5. *communi vtriuſque iudicij*, Dec. *conſ.* 21. *col.* 1. *verſ.* 2. *in caſu noſtro, & conſ.* 213. *col. penult. ſub num.* 7. *verſ. nam licet*, Afflict. *in cap.* 1. §. *ſi duo fratres, num.* 3. *in fin. de duobus fratribus de nouo benef. inueſtitis* Pariſ. *conſ.* 84. *num.* 8. *&* 53. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 154. *num.* 7. *lib.* 2. poſt alios Menoch. *præſumpt.* 56. *num.* 6. *& ſeq.* Maſcard. *concl.* 31. *n.* 11. Card. Mantica *d. lib.* 6. *de tac. tit.* 13. *num.* 9. *& ſeqq.* Surdus *conſ.* 9. *num.* 36. *&* 38. Felic. *de ſociet. cap.* 4. *num.* 1. *&* 2. Dominus Hodierna *d. cap.* 22. *num.* 41. *&* 42. neque minus inita cum patre cenſebitur renouata cum eius filio minore, ſine tutoris authoritate, poſt alios idem Card. Mant. *dict. lib.* 6. *tom.* 26. *numero quoque* 26. Surd. *conſ.* 9. *à num.* 21. *vſque ad finem.*

Et quamvis vera ſint prædicta, veriſſima quo- 18
que erunt quod hæres ſocij ſocietatem renouare poteſt *l. planè* 57. *ff. pro ſocio*, ſicuti quoque renouari ſocietas contracta cum defuncto inter patruum tutorem & Nepotem minorem poterit ſine interuentu alterius contutoris, quia pupillis non obligari, ſed acquirere ſine tutore poteſt: nam meliorem ſuam conditionem facere poteſt ſine tutore, licet deteriorem ſine eo nequeat, *l. obligari* 2. *in principio, ff. de author. tutor.* §. 1. *inſtit. de author. tutor.* §. *ex contrario inſtit. quibus alienare non licet*, & quamvis contractus ſocietatis ſit vltro, citroque obligatorius, tamen valet ſi pupillo expedit, cuius fauore promittitur contractum claudicare, Vlpian. *in l. Iulian.* 14. §. *ſi quis à pupillo, ff. de actionibus empti*, ità in terminis renouationis ſocietatis inter patruum tutorem, & minorem nepotem, ſcripſit Paul. de Caſtro *conſ.* 366. *col.* 2. *verſ. & licet morte, vol.* 2. & ſic conſuluiſſe Florentiæ, ac vidiſſe conſultum per doctiſſimos viros ſcripſit Socc. Sen. *conſ.* 160. *n.* 14. *vol.* 2. Corneus *conſ.* 18. *vol.* 3. *col.* 2. *verſ. non obſtat* Surd. *conſ.* 9. *n.* 2. *vſque ad*
16. maximè ſi patruus tutor palam, & bona fide 19
negotiaſſet, vt in re noſtra Surd. *d. conſ.* 9. *ex n.* 38. *vſque ad* 44. Grat. *cap.* 360. *n.* 17. *&* 18. Hodier. *d. cap.* 22. *num.* 44. quod ſecus eſſet quando nepos fuiſſet infans, quia non habet, nec velle, nec nolle, idem Surdus *d. conſ.* 9. *ex n.* 46. *cum ſeq.* Dominus Hodierna *d. cap.* 22. *ex n.* 36. *& ex num.* 46. *cum ſeq.* & poteſt tacitè ſocietas coiri inter patruum, & nepotem, qui pupillarem ætatem exceſſit vt in caſu noſtro etiam ſine

curatore, quia ad hoc habetur vti maior viginti quinque annis, ex quò fructus in ſocietate comprehenſi cenſentur de rebus, quæ ſeruando, ſeruari non poſſunt, vltrà triennium iuris præſumptione, de quibus minor ſine ſolennitate diſponere poteſt, ita optimè probat Alex. Vid. *conſil.49.ſub num.2. 3. & 4. lib.1.* quem ſequitur Menoch. *citata præſ.56. num.18.* eóque magis, quia agitur de renouanda ſocietate ſuper dictis fructibus bonorum communium, prout erat inita cum ipſius patre defuncto; quapropter facilius inter eos renouata cenſet poſt alios Menoch.
20 *dicta præſ. 56. num.19.* Grat. *993. n. 6.* Quin immò pupillus, vel minor, factus maior ſocietatem nulliter initam ratificare poteſt, quidquid aliàs nec tacitè, nec expreſsè illam contrahere potuiſſet ſine tutore, vel Curatore, ita ſenſere communiter DD. relati per Menoch. *d. præſ. 56.n.17.* Cephal. *conſ. 248. n. 7.* Mantica *d. tit.13. n.18. & 19.* Grat. *d. C. 547. num.4.*
21 Maximè quando aliquod fuiſſet geſtum nomine pupilli, vel de communi pecunia, aut patrimonio negotium proſequutum Surd. *conſ.9. n.17. & 52.* & deciſum per Rotam teſtatur. Gratian. *cap.714. ex num. 2.* Coccin. *deciſ.421.* Anton. Fabr. *in ſuo Cod. lib.4. ff. tit.26. pro ſocio definit. 4.* & in ratificatione ſocietatis fructuum commnniter perceptorum inter patruum, & nepotem, ſcribit videndus Alex. *d. conſ. 49. ſub*
22 *num.2. lib.1.* dictus Hodier. *d. cap.22. num.57. & 58.* qui ex *num.60.* non procedere in infante facto maiore, latè probat.

23 Nec obiici iuuat quod reſultaret maxima iniquitas, ſi minor factus maior ſocietatem nulliter initam poſſet ratificare, quia ſolùm ratificaret illam quando lucrum certò reportaret, ſecus ſi damnum ſibi allaturum agnoſceret, quod ſocietas abhorret, & potius eſſet ſocietas Leonina, vt inquit Text. *in l. ſi non fuerint 29. §. ariſto, ff. pro ſocio*, quia reſpondetur patruo imputandum, dum animum ſuum non declarauit, ſciens cum pupillo contrahere *l. qui cum alio, ff. de regul. iuris*, maximè quia poterat agere contra nepotem, licet nondum maiorem, vt declararet, an vellet ſtare, vel à ſocietate recedere, qui modus fuit inuentus quando contractus claudicat ad fauorem minoris, vt agatur, an velit ſtare contractui, vel recedere, Vlpian. *in l. Iulianus 14. §. ſi quis colludente, ff. de actionibus empti*, vbi Caſtr. & Fulgoſ. notant non eſſe alibi ſimilem modum agendi Bal. & Salic. *in l. dolum. C. de peric. & commod. rei venditæ*, Gratian. *cap.27. num.42.* Cancer. *lib.1.variar. cap.13. num.46.* poſt alios Regens Capyc. Latro *deciſ.19.num.15.* & ita in terminis reſpondent Surd. *d.conſ.9.n.18. & 19.* Gratian. *cap.547. num.7. & 714. num.13.14. & 15.*

4 Præterea defectus minoris ætatis in contrahenda ſocietate tacita, vel expreſſa, ſolùm poteſt allegari per ipſum minorem, nec per alium, cum in facultate ipſius minoris ſit dicere velle contractum valere, licèt nulliter geſtum ad ſui fauorem quamvis claudicet *l. Iulianus 14. §. ſi quis à pupillo, ff. de action. empti §.1. inſtit. de author. tutor.* ita in ſpecie firmat poſt Grauet. Socc. & Surd. Gratian. *d. cap. 714. num.12.* nam regulare eſt quod nullitas inducta fauore alicuius ipſo volente habeat locum *l. ſi Iudex circumuento 42. ff. de minoribus* Bart. *in l. eleganter ff. de dolo malo*, idem Gratian. *cap.27. num.59.* Et nulliter geſtum ad fauorem minoris valet ipſo volente, & declarante, ac ratum habente poſt alios Surd. *d. conſ.9. num.56.* poſt innumeros Reg Capyc. Latr. *d.19. ex num.10. cum ſeqq.* vbi ſic deciſum reſtatur.

Hinc factus maior Io. Antonius ratificauit ſo- 25
cietatem renouatam cum dicto Io. Vincentio patruo poſt obitum ſui patris; nam ſimul poſſideri bona pro communi, & indiuiſo vſque ad annum 1645. in quo illa diuiſerunt, & ſimul cohabitauerunt, ac in communi vixerunt, fructus bonorum communicando, abſque rationum redditione continuando ſocietatem, & communionem bonorum, vti initam cum Io. Andræa patre, Alex. *conſ.49. ſub num.2. lib.1.* Gratian. poſt alios *dict. cap.547. num.5. & 8. & cap.714. num.11.* Rot. apud Coccin. *deciſ.421. num.1.* & expreſſiùs ratificatio dictæ ſocietatis detegitur in diuiſione bonorum allodialium, in qua patruus, & nepos aſſeruerunt vſque ad illum diem bona poſſediſſe pro communi, & indiuiſo, ac proinde illa diuidere, vt vnuſquiſque ſuam recipiat portionem, vt ex inſtrumento diuiſionis, quapropter neceſſariò ſequitur, ante diuiſionem fuiſſe inter eos renouatam ſocietatem; nam fruſtra fieret diuiſio bonorum, ſi communio, & ſocietas non præceſſiſſet, diuiſio enim ſupponit vnionem, ſicuti priuatio habitum *l. decem ff. de verborum oblig.* & vbi non eſt communio non cadit diuiſio *l. familiæ 9.* vbi Bald. & Salicet. *C. comm. diuidendo*, ita Decius *conſ.68. ſub num.1.* Cephal. *in ſpecie conſ.248. num.14. & 15.* Marcab. *conſ.5. num.9.* Hector Felic. *de ſocict. cap.11. num.13.* & ſicuti diuiſio 26
non præſumitur, niſi probetur, Menoch. *lib.3. præſ.60. num.1.* ita communio non tollitur, niſi per diuiſionem, Gratian. *cap.555. num.2.* Ciarl. *cap.16.num.2.* eóque magis quia in dicta diuiſione bonorum non fuit habita ratio fructuum perceptorum, quapropter veram ſocietatem præceſſiſſe arguitur, in qua ratio non redditur, & non præſumitur reddita, niſi probetur quia facti eſt, & facta non præſumuntur, niſi probentur *l. in bello §. facta de captiuis, & poſt lim. reuerſis*, maximè, quia redditio rationum requirit ſcripturam latè Ciarl. *d.cap.16.num.20. & ſeqq.*

Renouata igitur ſocietate omnium bonorum 27
inter dictos Io. Vincentium patruum, & Io. Antonium nepotem poſt obitum Ioannis Andreæ, vt ſatis ex his probatum dignoſcitur; concludendum ſequitur omnia onera quot annis pro feudo ſoluta ſocietati eidem nec portioni dicti Io. Antonij nepotis imputanda, ratione enim æqualitatis ſeruandæ lucrum, & damnum inter ſocios commune eſſe oportet, dummodò culpa ſocij damnum non contingat, Paulus *in l. omne eſſe alienum 27.* Vlpian. *in l. cum duobus 52. §. quidam Sagariam, & §. Papinianus* alias *l. ſi fratres 53. §. ſocium vniuerſa, ver. per contrarium*, idem Paulus *in l. 54.* Pomponius *in l. 55. & in l. ſocium 61. §. fin.* iuncto Vlpiani reſponſo *in l. ſeq. 62.* ſecundum Iulianum. Idem Vlpianus *in l. ſi ſocietatem vniuerſarum 74. ff. pro ſocio.* Sceuola *in l. ex parte 40. §. filius, ff. familiæ erciſcundæ*, nec in ſocietate inſpicitur, ſi alter ſocius 28
plus impendit, vel lucretur, vel maiorem habeat familiam alterius conſocij, dum ſocij omnes expenſas ex communi ſine diſtinctione deducunt, atque etiam, quæ in honorem alterius ſocij liberorum erogata ſunt vtrique imputanda ſenſit Vlpian. *in l. ſi ſocietatem 74. ff. pro ſocio*, Alex. *in l. vt nemini 21. num.3. de collat.* latiſſimè Grat. *cap.643. per totum*, Cardin. Mantica *lib.6. de tacitis, tit. 19. 21. & 22.* Et ipſum ſocietatis nomen lucrum, & damnum æqualiter repartiendum denotat, quoniam cum ſocietas contrahen-

tur,

tur,tam lucri , quam damni , communio initur, Paulus *in l. si vnus ex sociis 6. ff. pro socio :* nam si alter lucrum tantùm , alter damnum sentiret, esset societas Leonina *l. si non fuerint 29. § fin. ff. pro socio.* Hinc deducitur, euulgatum, & vetus prouerbium *(di star al bene, & al male)* quod societatem inducit Felic.*de societ.cap. 6.n.33.34. & 35.*Gratian.*cap 547.num.15.& 16.* Ciarlin. *cap.16. num.28.39.& 41.* Quinimmò si solùm super fructibus feudi fuisset inita societas, onera quoque propter illud quotannis soluta sunt ex communi persoluenda , vt decidit Text. apertus *in l.2.C.pro socio,* vbi optimè Bal.Paul.de Castro, & Salyc. notant, ibi solennibus pensitationibus, cuius dispositio apprimè ad rem nostram confert: nam ibi habetur,quod pretium fundi communiter empti , ac onera propter illum exsoluta ab altero ex sociis iudicio societatis sunt repetenda , quia societas inita censetur , tam fundi, quam onerum propter illum supportandorum,
29 vt notauit ibi Bal. quapropter societas renouata inter dictos patruum , & nepotem super fructibus feudi Terræ Pratæ, ac Castri Mutij censetur quoque inita ad sufferenda omnia onera propter feudum persoluenda , quæ ab eis præuisa magis in societate includuntur, quæ renouata diu dicatur , sub eisdem modis conditionibus, & pactis, eoque modo,& forma, prout cum defuncto fratre inita erat , nisi fuisset aliter conuentum , cum quo certissimum est onera feudi ex cõmuni soluta fuisse , sicuti quoque idem inter eos erit constituendum, renouatio enim est consequentia, siue sequela prioris societatis, & à primordio tituli posterior formatur euentus *l. 1. C. impon. lucrat. descript.lib.16.*ducto argum.ex Text.*in l.itẽ quæritur 14. §.qui impleto, ff.locati,* ita Bal. *in l.si patruus , num.8. C. com. vtriusque iudic. & in consil.448.num.2.lib.4.* Cardin.Mantic.*citat.sæpiùs, lib.6.tit.26.num.24.*Dominus de Marinis *c.207.*
30 *num.6.lib.2.* Hinc nonnulli Doctores societatem cœptam cum defuncto continuari cum eius hærede scripserunt, quasi eandem durare societatem licèt veriùs renouari , ob hæredis consensum, dum per mortem extincta sit,aduertit Fab. *in suo Codice,lib.4.tit.26.defin.4.circa princ.* Sed agè,inquiramus onera propter feudum soluta?quæ certè reducuntur ad expensas quotannis erogatas pro fructibus à feudo habendis,& recolligendis. Secundò , ad Adoham quotannis Regiæ Curiæ solutam , etiam tertiò , ad releuium Regiæ quoque Curiæ persolutum ob mortem dicti quondam Ioannis Andreæ , & sanè de iis non foret agendum,dum recensita iura,onera,& damna ex communi persoluenda mandant. Sed ne videar vnico generali verbo esse immunis , exactiùs de vno quoque verba faciam,iuribus societatis alias subnectendo rationes.

31 Quoad primum, concors est prudentum sententia fructus intelligi deductis sumptibus Vlpian. *in l.fructus 7. Papin. in l. diuortio 8. §.impendia,ff.soluto matrimonio,*& sunt expensæ quæ quærendorum,colligendorum,conseruandorúmque eorum gratia fiunt Paul. *in l. si à patre 39. §.fructus,ff.de petit.hæreditat.* & nullus casus inquit Iulian. interuenire potest , qui hoc genus deductionis expensarum impediat *in l.fundus 52. ff.fam. erciscun.* nam fructuum nomine continetur , quod sumptibus deductis supereſt Cæsares *in l.vnica, Cod.de fructibus,& litium expens.*Cardin.Mantica *lib.4.de tacitis,tit.24.num.9.* Hinc vt intensiùs veritatem perscrutemur , inquiramus,an Text.*in dicto c.1.§.si duo fratres,*de duobus fratribus *de nouo benefi. inuest.* dum fructus feudi communiter empti , vel aliter acquisiti à fratre consocio communicari inter alterum fratrem simul habitantem statuit , de fructibus ex 32
feudo collectis,& à solo separatis,vel recolligendis,& à solo separandis sensit. Non equidem de colligendis , & separandis , quia pars feudi sunt *l.fructus pendentes 45. ff. de rei vendicat.* & sicut totum corpus feudi,ita quoque ipsius partem communicari vetuit ; dum eadem viget ratio voluntatis totius ad partem, tum quia sicut feudum acquiritur inuestito fratri, ita quoque dominium fructuum recolligendorum , & à feudo separandorum , & solùm alter frater consocius contra fratrem dominum feudi , iudicio societatis , & actione personali ad communicandum fructus, vel ipsorum emolumentum agere potest, nec ratione Dominij, quia si haberet dominium super fructibus non ageret ad communicandum , sed rei vendicaret , idcircò Text.ait (fructus erunt communes donec simul habitauerint) quia ratione communis habitationis , & mensæ fructus communicantur , vti à feudo separati , & recollecti, qui sunt allodiales , nec feudales. Secundùm receptissimam Andreæ Theoricam *in c.1. §.si vero , sub num.5. vers. & si essent fructus de pac. tenen.* & alibi sæpiùs probauit Andr. Bal. *in cap.1.num.8.in fine,de succeſſ. feud.* Consiliar. Anna *consil.49.num.10.lib.1.* Ideoque fructus collectos , & à solo separatos inter fratres socios communicandos statuit Text. quos potest Vassallus, vti allodiales communicare , ac de iis disponere , sicut in terminis nostris scripsere Cannet.*in cap Regni volentes* , §. *explicitis , num.13. fol.mihi,* Camerar.*in c.Imperialem, fol.17. à terg. littera Q,* & *littera V,* optimè Reg. Consiliar. de Georg. legendus *in eodem cap. Imperialem, cap.10.num.8.9.& 10.de prohib. feud. alien.* per Federic. *in eius opere posthumo.* Quare si fructus 33
feudi recollecti , & à solo separati inter fratres socios communicantur necessariò subducendæ erunt expensæ pro illis quærendis,& colligendis erogatæ,vti prudentes sensere,& Cæsares statuere , arque firmarunt in specie , post hæc visi Capyc.*in inuestitura feud.in verb.Feudorum expensæ, vers. & quando fol.mihi 197.* Balzar. *in dicto §.si duo fratres,sub n.19. vers.Aduertè tamen.*

De onere Adohæ quotannis Regiæ Curiæ soluto ex communi deducendo ambigendum non erit ? quod iure firmum,vt ostendamus breuiter ipsius Adohæ originem indagandam fore oportet;iure enim feudali tenetur Vassallus per- 34
sonaliter Domino seruire cum hoste præliaturo, ex quo feudum conceditur , vt militet , & si ad seruiendum non accedebat per Capitula Corradi Imperatoris tenebatur in Lombardia soluere de quolibet modio Terræ feudalis 12.denarios ; in Theutonia verò tertiam partem fructuum eius anni,in quo præliabatur *l. 1. §.similiter, de Capitulis Corradi,*per legem Federici Imperatoris,vbique tam in Italia,quam in Alemania,si Vassallus submonitus non ibat ad bellandum , vel mittebat substitutum domino acceptabilem, vel dimidium fructuum vnius anni non subministrabat, feudo priuabatur *c.Imperialem, §.firmiter,de prohib.feud.alien.*per Federic.in Regno verò nostro tenebatur Vassallus quando erat bellum in Regno seruire personaliter propriis sumptibus pro tribus mensibus , & vltra tres menses Curia tenebatur subministrare Gagia, vt *in c.109.* incipiente,*Item statuimus, quod Comites, Barones, & alij feudatarij de priuileg. & immunitat. Comit.* &

cum

cum tribus equis, ſecundùm Andream *in cap. 1. num. 14. de capit. qui cur. vendidit,* & *in locis infe-*
35 *riùs citandis*, pro quo tamen ſeruitio militari nunc ſoluitur Adoha in pecunia, & vocatur adohametum, ſiue adoha, quia conſueuerunt feudatarij non habentes feudum integrum, vel plures hæredes illud poſſidentes diuiſum combinare ſe, & facere vnum militem quilibet pro rata conferens pro paga militis, & pecunia ſoluta per combinatos, & adunatos, ſiue coniunctos, & aſſociatos dicitur adoha, vel adohametum ab alluſione vocabuli Andreas *in c. 1. num. 4. verſ. Et ſecundum vſum, quis dicatur dux,* & *in cap. 1. n. 42. in fine*, quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, clariùs *in cap. 1. §. ſimiliter in oſtenditus, num. 13. de capit. Corradi in cap. 1. num. 14. de capit.* qui Curiam vendidit *in c. Imperialem, § firmiter, num. 30.* verò quid in Regno *de prohib. feud. alien.* per Federic. *in c. 1. num. 9. de controu. feudi apud partes termin.* Camer. *in c. Imperialem, § firmiter, col. 5. littera B, & ſeq. fol. mihi 93.* Capyc. *in inueſt. feud. in verb. Feuda adohan.* Conſiliar. Anna *conſil. 3.* Agello *de iure Adohæ, num. 52.* Lanar. *conſil. 57. ex num. 4.* Gallup. *in ſuo method. feud. part. 4. cap. 2. ex num. 17.* Laratta *in Theatro feudali, part. 12.*
36 *dilucid. 21.* Capan. *de iure Adohæ, q. 1.* & Rex poteſt in Regno cogere Vaſſallum ad ſeruitium perſonale, licèt offerret ſoluere adoham in pecunia, quia aliud pro alio inuito credibile ſolui non poteſt *l. 2. §. 1. ff. ſi certum petatur*, idem Andreas *in cap. 1. §. fin. num. 14. de capit. qui Curiam vend.* & *in cap. 1. in fine, verſ. Et ſecundum vſum Regni quis dicitur dux in dicto c. Imperialem, §. firmiter, num. 32.* Anna *in dicto conſ. 3. num. 15.* & Doctores citati, quare cum ſeruitium ſit onus feudi Andr. *in cap. 1. ſub num. 3. an agnat.* & *in cap. 1. §. quid ergo, num. 6. de inueſt. de re aliena facta,* optimè Cannet. *in extrauag. ſi aliquem, fol. 254. num. 1.* Conſil. Anna *conſ. 3. num. 20.* & adoha ſit ſubrogata in locum dicti ſeruitij, cuius naturam aſſumit Camerar. *in c. Imperialem, fol. mihi 92. littera H.* Nil mirum, quia vti onus feudi paratur actio realis contra poſſeſſorem pro conſequendis adohis præteritis, Reg. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. 4. de regalibus impoſit. num. 10.* Capan. *de iure Releuij, q. 7. num. 20.* & *de iure*
37 *adohæ, q....* Gallup. *verſ. 5. num. 31.* Ideoque vti onus feudi ex communi ſoluendum erit, tum quia inita ſocietas ſuper feudo cenſetur quoque inita ad omnia onera perſoluenda propter illud *l. 2. C. pro ſocio*, tum quia fructus feudi communiter empti ſunt communes inter fratres, donec ſimul habitent *cap. 1. §. ſi duo fratres, de duobus*
38 *fratribus, de nouo benef. inueſt.* & pecunia, quæ hodie pro adoha in Regno præſtatur ſucceſſit in locum medietatis fructuum feudi illius anni, in quo præliabatur pro ſeruitio militari domino præſtando, quare ſequitur ſolutionem adohæ ex fructibus feudi percipiendam, & quod ex fructibus ipſa ſoluta ſupereſt inter fratres communicandum, quia ſubrogatum aſſumit naturam qualitatis, & priuilegia, in cuius locum ſubrogatur *l. ſi num. 10. §. qui iniuriarum*, vbi Doctores *ff. ſi quis caution. l. ſi donatæ 37. §. ſi ſponſus, ff. de donat. inter virum, & vxorem, cum ſimil.* nam ſi præſtaretur hodie ſeruitium pro medietate fructuum, vt erat iure feudorum cautum, & feudum fuiſſet communi pecunia à fratre emptum, nonne deducta medietate fructuum pro ſeruitio militari, altera remanens medietas fructuum foret inter fratres communicanda certè? ita quoque ſoluta pecunia pro fructibus iure adohæ, idem erit obſeruandum, ſicuti quoque primogenitus in feudo nouo præcaperet quantitatem pro adoha debita ex integro feudi valore, & de eo quod ſupereſt præſtabit pretij partem ſecundogenito ratione æqualitatis ſeruandæ, vti ex pluribus probat rationibus Amicangel. *quæſt. feud. 17. per tot.*

Supereſt tandem de releuio Curiæ ſoluto ob 39
mortem dicti Ioan. Andreæ inquirere, an ex communi deducendum, & ſatis controuerſum fateor, an releuium ſit onus reale feudi, vel potiùs perſonale feudatarij, quam quæſtionem nouiſſimè lato, doctóque exarauit calamo Dom. Præſ. Ganauerra *in deciſ. 4. Regiæ Cameræ, per totam*, vbi vtriuſque partis rationes, & iura expendit, vt ſcribendi, nec tranſcribendi deſit locus, ex quo diu animo perpendi ad illum cautiùs me remittendum, ſed ne ab incœpto deficiſſe videar, cóque magis, quia principalis, quæſtio in præſenti de ipſo agitatur coactus quoad potero breuitati ſtudens de ipſo agam.

Et quod releuium ſit onus reale feudo intrin- 40
ſecum, nec perſonale feudatarij veriùs videtur, nam & ſi more fuit in Regno introductum ab hærede ſoluendum pro confirmatione, ſeu renouatione inueſtituræ, ac pro obtinenda feudi poſſeſſione, idem quoque mos, fuit lege Regni approbatus, & ſolui cautum in Conſtitutione Regni poſt mortem in fine de morte Baronis nuntianda, quæ & ſi loquatur de ſubfeudi releuio de illo quoque ſoluendo pro feudo ſuppoſuit; præſuppoſitiuè etenim approbauit generalem morem ſoluendi releuium feudi, dum ampliatiuè, & extenſiuè diſpoſuit de releuio ſubfeudi; qua de re ex dicta conſtitutione prodita 41
eſt actio realis, ſiue in rem ſcripta pro illo conſequendo à poſſeſſione, dum affecit rem, vti onus reale feudi; hinc quando vigebat ſimplex mos illud ſoluendi conſuetudine inductus, antequam in dictam legem Regni redigeretur, actio ſolùm perſonalis iure pro illo dabatur contra feudatarium, licèt inoleuit de facto ſtylus illud quoque exigendi à poſſeſſione, ſed redacto more in legem, eóque ſanciente fore releuium ſoluendum, actionem realem, quoque ſiue in rem ſcriptam parauit afficiendo rem, ac perſonam grauando propter rem, vti onus feudi, quocirca iure, nec de facto paratur hodie actio realis, & hypothecaria pro illo exigendo à poſſeſſore, vt inueteratus ſtylus Regiæ Cameræ ſeruat; Reg. de Ponte *de poteſtate Proregis, tit. 4. de regalibus impoſit. in principio, num. 13.* Capan. *de iure releuij, q. 7. num. 11. & 12. & 20.* Camillus de la Ratta *in Theatro feudali, part. 12. dilucidat. 39. num. 10. & 11.* Præſ. de Canauer. *dicta deciſ. 4. num. 62.* & non ſolùm pro ſimplo, ſed etiam pro duplo Reg. Moles *tit. de iure releuij, deciſ. 125.* Reg. Capyc. Latro *deciſ. 92. num. 4. & 5.* Ideoque de primæuo, & ſimplici more, non adhuc in legem redacto loquutos Andream, & Frecciam, notauit Bambacar. relatus per Capan. *dicta q. 7. ex num. 13. cum ſeq.* & *num. 24. & 25.* Præſ. de Canauer. *vbi ſupr. ex n. 23. & 32. & 33.* tum quia Vaſſallus obligatur in inueſtitura præſtare ſeruitia, & iura Curiæ, inter quæ proculdubio recenſetur releuium, Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. q. 34. n. 1.* & *auth. 3. num. 35.* Petrus de Gregorio *de ſucceſſ. feudi, part. 8. q. 16. num. 1.* Maſtrill. *deciſ. 112. num. 24.* Capan. *de iure releuij, q. 7. num. 18.* de Canauer. *dicta deciſ. 4. num. 28. & 29.* & comprehenditur ſub clauſula ſaluis iuribus noſtris, & Curiæ aliiſque ſimilibus, idem Capan. *part. 3.*

quæſt. 20.

quæst. 20. pro quo, vti fisco debito tacita contrahitur hypotheca *l.* 1. *&* 2. *C. in quibus causis pignus, & hypotheca tacitè contrahatur, l. aufertur* §. *fiscus ff. de iure fisci*, quæ sequitur rem penes quoscumque reperitur *l. Imp.* 2. *ff. de publican.*

42 & dicitur seruitium non personæ, sed rei adscriptum dum propter feudum præstatur, & releuium laudemio quoque assimilatur origine, causa, & pœna caduci atqui valet de laudemio ad releuium arguere, vt latissimè percurrit Præp. de Canauer, *vbi suprà ex num.* 34. & sicuti laudemium est onus reale, & intrinsecum ad emphythensim, sic quoque releuium ad feudum, quapropter illud esse onus intrinsecum feudi sense-

43 re Camillus de Medicis *cons.* 18. *ex num.* 13. & esse hodie indubitatum dicit Capan. *part.* 1. *de iure releuij, quæst.* 6. *num.* 17. *&* 18. *& quæst.* 7. *ex num.* 21. *cum sequentibus*, & probauit D. Garzia de Barrio nouo relatus per Capanum *quæst.* 13. *in fine* §. 2. & ex multis latissimè Præp. de Canauer. *d. decis.* 4. *ex num.* 20. vsque ad finem quod respondet rationibus in contrarium adductis, & in paritate diuisos iudicantes testatur *num.* 63. sed pro fisco pronunciatum, secundùm dispositionem Text. *in l. inter pares, ff. de re iudicata*, vt nil vlterius addi possit Gallup. *in methodo feud. p.* 4. *cap.* 4. *num.* 17.

44 Nec officit, quod releuium sit quædam præstatio extrinseca à feudo per mortem inducta in successione, & hærede secundùm Andræam *in cap.* 1. §. *sed, & plures, num.* 11. per quos fiat inuestitura, vbi Liparulus *litt. B.* Loffred. *in* §. *sed & res eod. tit. vers. non obstat.* Tertia ratio, Camillus de Medicis *cons.* 55. *n.* 1. & proinde esse onus personale, nec reale scripsere Frecc. *de subfeudis, lib.* 2. *Author.* 3. *num.* 2. *&* 4. Afflict. *d. Const. Regni post mortem, num.* 19. Præs. de Franch. *decis.* 121. *num.* 6. Gizzarel. *dec.* 8. *n.* 3. Reg. Rouit. *in pragm.* 2. *de offic. procur. Cæsaris, num.* 25. Reg. Capyc. Latro *decis.* 92. *num.* 1. D. de Marinis *lib.* 2. *resol. cap.* 183. *num.* 4. & debetur in signum deuotionis, & reuerentiæ, Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *ff. de rer. diuis.* & in recompensam laboris propter inuestituram, nec illud soluere tenetur Vassallus ante quam Dominus eum inuestiat, seù inuestituram confirmet Præs. de Marin. *vbi suprà, num.* 5. Idcirco hæres minor illud non soluit tempore mortis, & recollectionis fructuum, sed quando factus puber, & doli capax iuramentum præstat, ac inuestituram obtinet Andræas *cap.* 1. §. *similiter in hostenditiis, num.* 14. *in fine de Capitulis Corradi*, & disponitur *in pragm.* 1. §. 6. Idem volumus *de off. Proc. Cæsaris*, Gizzarel. *dicta decis.* 8. *num* 4. Capan. *d. quæst.* 7. *num.* 9. & alij superius relati.

Nam respondetur Andræam nunquam sensisse quod releuium esset onus personale feudatarij, sed quia *in d.* §. *sed, & plures, num.* 7. duas proposuit quæstiones, prima an hæredes, & emptores qui tenentur inuestituram petere, ac fidelitatem iurare teneantur quoque soluere releuium, secunda si non petunt inuestituram, & iurant fidelitatem, an feudum amittant, & primæ quondam respondendo firmauit, releuium ab hærede, nec ab emptore soluendum, quia sic se habet consuetudo, mos, & forma Curiæ, quæ illud introduxit, sicut quoque probauit *in cap.* 1. §. *similiter, num.* 14. *de Capit. Corradi.* Secundæ verò quæstioni respondet *num.* 70. emptorem, pariter, ac hæredem inuestituram petere, & iuramentum præstare negligentes feudo priuari, sed quia poterat obiici quod dum releuium ab hærede tantùm, & non ab emptore præstatur cur ergo, tam hæres, quam emptor si fidelitatem non iurant, feudum amittant. Idcirco *num.* 11. huic tacitæ præsentiens obiectioni respondit, quod diuersa viget ratio inter releuium, & iuramentum fidelitatis, quia releuium origine non est onus intrinsecum feudi, nec iure feudorum inductum, sed improbo more, & consuetudine introductum ab hærede, & successore soluendum, fidelitas verò feudo inest, dum à fide dici- 45
tur, & præstatur quando petitur inuestitura tam ab hærede, quam ab emptore, qui fidem Domino gerere habent, quod secus in releuio, & hanc esse veram, & genuinam Andrææ, sententiam, probauit Camillus de Medicis *in d. cons.* 18. *ex num.* 10. quem sequitur D. Garzia de Barrio nouo relatus per Capanum *in d. part.* 1. *quæst.* 13. *in fine fol. mihi* 41. cum quibus remissiuè sensit de Ganauer. *d. decis.* 4. *num.* 45. & ita sunt intelligendi superius relati DD. Andræam *in seq.* Et hodie minor hæres releuium soluere tenetur tempore mortis feudatarij, prout maiores soluunt, sicuti decisum pluries in R. Cam. & per R. Coll. Consilium cum voto eiusdem Reg. Cam. per viam legis generalis testantur R. Rouitus *in Pragm.* 2. *num* 4. *de off. Proc. Cæsaris*, Præp. Mormilis *in d. Const. post mortem, num.* 8. Capanus de iure Releuij *part.* 1. *quæst.* 7. *n.* 10. *part.* 3. *quæst.* 2. *num.* 11. *&* *part.* 5. *quæst.* 21. *num.* 15.

Nec refragatur quod illud solum primogeni- 46
tus soluere tenetur, nec in eo contribuere cæteri fratres, vti proprium ipsiusmet feudatarij onus Afflict. *decis.* 252. Mastrill. *decis.* 112. *num.* 13. *cap. cit. quæst.* 6. *num.* 70. *& quæst.* 7. *num.* 4. Sicuti quoque adoham soluere tenetur primogenitus, quæ nec vitam, & militiam, aut paragium minuit Præs. de Franch. *dec.* 20. *num.* 19. Anel. de Amato *cons.* 11. Thorus *part.* 1. *in verbo adhoarum onus*, la Ratta Theatrofeud. *part.* 12. *dilu.* 30.

Namque respondetur quod solùm primogenitus est inuestitus hæres & successor de iure Francorum iurisdictionem, parad. atque cætera feudi commoda reportat propter inuestituram, nec cæteri fratres; idcirco nil mirum si releuium soluere teneatur *cap. part.* 1. *quæst.* 1. *num* 21. *de iure Releuij*, nec inde sequitur quod sit onus personale, Præs. de Ganauer. *vbi suprà num.* 73. sed quando feudum esset de iure Longobardorum omnes successores inuestiendi releuium soluerent Capan. *part.* 5. *quæst.* 12.

Nec tandem obest quod illud cedere habet 47
in damnum hæredis inuestiti, vti onus personale, nec creditur dum non est onus reale, vt decisum refert Gizzar. *decis.* 8. & iunctis aulis quoque decisum ann. 1626. in causa Marchionissæ Chisani testantur Capan. *cit. sæpius q.* 13. *in fin.* Thor. *part.* 2. *compendij ver. releuium.* Didac. de Mari *in addit. ad citatam decis.* Gizzarell. *num.* 18. Gallup. *in method. part* 4. *cap.* 4. *num.* 14. R. Latro *dec.* 92. *n.* 5. Quoniam præter allegata circà decisionem Gizzarell. per Ganauer. *cit. decis.* 4. & per D. Garziam de Barrio nouo relatum per Capanum, *vbi suprà* respondetur iure fuisse pronunciatum releuium damno hæredis, nec creditorum cedere prætermissa quæstione si illud sit onus personale, vel Reale, cum vtroque casu illud non afficiat creditores: nam si ad illud soluendum adstringerentur, forent quoque in fendo inuestiendi, vti cohæredes defuncti feudatarij, quod est absurdum, vel illud

ſoluerent, dum hypothecam ſuper feudo obtinent, quod neque minus eſſet aſſecurandum, dum ſolum ab hærede, & ſucceſſore more fuit inductum ſolui propter inueſtituram obtinendam, ne ab aliis, & quia inueſtitus commodum iuriſdictionis paradogium, Vaſſallorum, obſequia, cæteraque feudi vtilia reportat, proinde ſoluere illud debet, alioquin ſufferrent creditores onus feudatarij, ſiue perſonale, ſiue reale, & proinde æquum quoque foret illos allicere ad cætera feudi commoda, dum incommodum ſolutionis releuij ſuſtinerent, atque ſingulis annis cum feudatario fructus feudi diuidere, in vno enim grauati, in alio forent ſubleuandi, tum quia adoha
48 eſt onus feudi intrinſecum, vt diximus, & tamen, neque illa, nec cætera onera feudi realia, ſiue perſonalia creditorum iura diminuunt Gaillus *lib. 1. obſeru. 117. num. 6.* Gallup. poſt alios *in Method. feud. part. 4. cap. 2. num. 24.* dum ſolum ius pignoris, nec Dominium ſuper toto, vel feudi parte obtinent, & dum inueſtitura inueſtito ſuffragatur, nec creditoribus plus iuris affert, quam habebant, idcirco releuium ipſius, nec creditorum damno cedit, vt latè probat idem Gizzarel. *d. dec. 8. num. 9. & 10.* & ex hac potiſſimùm ratione motum ſacrum cenſeo Conſilium.

49 Sed hæc abunde recenſita, dum minimè ad rem noſtram conferunt; nam ſiue releuium ſit onus reale feudo inſitum, ſiue perſonale feudatarij, vtroque caſu, certum erit ex communi perſoluendum, dum ſuper fructibus feudi fuit coïta ſocietas, atque releuium propter feudum ſoluitur ab inueſtito, & iura ſocietatis ſtatuunt vtrique imputandum, vt expreſsè decidit Text. *in l. 2. C. pro ſocio*, & renouata ſocietate ſuper feudi fructibus, patruus conſocius, legum peritus, nec inſcius releuium à nepote conſocio feudatario curiæ perſoluendum propter feudi inueſtituram, idcirco ad illum quoque ſufferendum tacito conſenſu ſubieciſſe cenſendum, aliter enim maximum ſequeretur abſurdum, quod anno mortis patris feudatarij filius conſocius ſolueret curiæ medietatem fructuum pro releuio, & reliquam medietatem fructuum eius patruo conſocio, & ipſe foret nudus pærequator, & fructuum recollectorum, & vera eſſet ſocietas leonina contra Text. *in l. ſi non fuerint 29. §. Ariſto ff. pro ſocio*, & contra ſuperiùs recenſita iura, qnæ onera ſicut lucra æqualia inter ſocios ſtatuere.

50 Verùm extincta ſocietate morte Io. Andreæ, nec habito renouationis iudicio atque ſuperius tradita pro non ſcriptis, non tamen iure firmis ſuppoſita diſcutiendum. Secundò erit ſi dictus Io. Vincentius patruus medietatem pretij erogati pro feudo acquirendo, vel eius valorem, & æſtimationem petere inſpecto obitu dicti Ioannis Andreæ, & ſucceſſiuè inueſtigandum, ſi augmentum feudi æqualiter beneficio vtriuſque cedat, vel ſit præcipuum dicti Ioannis Antonij feudatarij hæredis.

51 Regulariter enim ex aliena pecunia emptum fit acquirentis, nec origo pecuniæ, ſed perſona acquirens cuius nomine fuit comparatum, ſpectatur, *l. ſi ex ea pecunia 6. C. de rei vendic. l. ſi patruus 4. C. comm. vtriuſque iudic. l. .C pro ſocio, l. 1. l. multùm intereſt 6. l. qui aliena 8. C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & vltra DD. in citatis iuribus, cómunis DD. Schola profitetur apud Præſ. Merlin. *lib. 2. cap. 67. & num. 19.* & feudum quoque communi, vel ex aliena pecunia emptum acquiri inueſtito, ignorante Domino iure cautum, ne fortè inuitus Dominus alium quam, quem voluerit ſibi acquirat vaſſallum, ſecus ſi ſciret *cap. 1.* vbi Gloſſ. *in verbo Domino ſciente*, & Andræas *num. 3. de benef. fratr. cap. 1. §. ſi duo fratres*, vbi Gloſſ. *in verbo acquiſierit de fratribus de nouo beneficio inueſt.* vbi Hern. & Bald. *num. 1.* Afflict. Aluarot. Præpoſit. Balzar & cæteri notarunt interpretes poſt alios Roſenth. *de feud. tom. 1. cap. 7. concl. 59. in ſcholiis, litt. T*, & licet ſocius vtilis poſſit agere ad communicandum rem emptam per conſocium *l. ſi patruus 4.* vbi Gloſſ. *in verbo non omnium bonorum, C. comm. vtriuſque iudic. l. ſi quis ſocietatem 75. ff. pro ſocio*, non tamen in feudis locum ſibi vindicant dicta iura rationis contrariæ Domini voluntatis inueſtientis Io. Andræas de Georg. *in cap. Imperialem, cap. 9. num. 7. & cap. 10. num. 10. de probib. feudi alien.* per Federic. Laudens *in d. cap. duo fratres, num. 7.* Sed dum ſimul habitant fratres iure ſocio viuentes, fructus ex feudo recollectos ratione communis menſæ, communiter lucrantur *d. §. ſi duo fratres*, & ſuperius adnotauimus, diſſoluta iura ſocietate, ſupereſt fratri conſocio actio aduerſus fratrem feudatarium, & vaſſallum, cui feudum fuit communi pecunia quæſitum ad dimidium pretij communis erogati petendum, vt diſponitur *in d. §. ſi* 52
duo fratres ibi) dum tamen meminerimus id quod de communi expenſum eſt alteri pro parte competenti eſſe reſtituendum) vbi Iſernia *num. 2. in fin.* Bald. *ante num. 1.* Afflict. *num. 7.* Laudens *num. 6.* Præpoſitus *in ſummario, & ſub num. 2.* & Balzar. *num. 15.* Reg. de Ponte *lect. feud. 9. n. 48.* & pronunciaſſe S.C. refert D. Gizzius *in addit. deciſ.* Reg. Capyc. Latro *26. num. 14. & 15.* & illud conſequitur actione communi diuidendo, vel famil. erciſcundæ *l. ſi patruus 4. C. comm. vtriuſque iudicij*, Gloſſ. *in d. §. ſi duo fratres in verb. reſtituendum*; quapropter ſolum dimidium pecuniæ erogatæ pro feudo acquirendo petere poteſt, nec æſtimationem, vel valorem feudi inſpecto tempore diſſolutæ ſocietatis morte dicti Io. Andreæ, dum ſolus dictus Ioannes Vincentius eſt creditor medietatis communis pecuniæ erogatæ, & ſic certæ quantitatis, quæ ſemper eadem, nec augmentum, nec diminutionem patitur, neque creditor dimidij feudi, cui augmentum accedit, incrementum etenim non accedit certo pretio ſoluto, quod eſt communiter partiendum, ſed corpori feudi, & proinde ſortitur feudi naturam, quod integrum etiam inueſtiti, provt in puncto decidit Afflict. *in d. cap. ſi duo fratres, num. 5.* cuius 53
verba, vti aurea recenſenda autumani, & ſunt ſequentia, (Quintò, & vltimò noto Text. *in fine ibi*, quod de communi expenſum eſt, quod quando frater acquiſiuit feudum pro ſe de bonis communibus, alter frater poteſt petere medietatem illius pecuniæ, quæ fuit expenſa pro habendo feudo, & ſic non petit medietatem æſtimationis feudi; nam ſi feudum fuiſſet emptum quinquaginta de bonis communibus, & tempore diuiſionis, feudum valeret mille, ſolum ille frater viginti quinque poteſt petere per iſtum Text. quod tene menti, quia quotidie poteſt in facto contingere) Hæc ille, quem ſequitur ibi Balzaran. *ſub num. 17. verſ. vltimo* habet, vbi ita practicari firmat.

Prout in ſimili ſcribunt DD. de medietate 54
prætij debita ſecundogenito in feudo nouo à Patre quæſito, de quà poſt omnes, D. de Marinis *cap. 45. num. 18. & ſequent. lib. 2.* ſine iure collaterationis, vt firmauit Andræas *in cap. Imper. §. præterea Ducatus, in addit. num. 39.* vbi Camerar.

merar. in Dialogo *fol. mihi* 107. *de prohibita feudi alienat.* per Federic. ſiue petitione hæreditatis, vt probauit Reg. Rouit. *in Pragm.* 24. *de feud. ex num.* 16. *cum ſeq. & deciſ.* 38. *num.* 2. quem ſequitur de Marin. *vbi ſuprà nu/n.* 24. *& ſeq.* Sed Rouitum impugnat, defendendo Andræam, nouiſſimè Amichangelus *quæſt.* 14. *ex num.* 9. quod tamen prætij dimidium deberi ſecundogenito inſpecto tempore emptionis feudi, nec ipſius valorem morte patris, quia ſolum illud abſceſſit ab hæreditate paterna, quod eſt inter filios repartiendum, vti ſacrum noſtrum Conſ. plures pronunciaſſe teſtantur Franciſcus de Amicis *in titulo de his quæ feudum dare poſſunt*, §. *ex his cauſari poteſt in fin. fol.* 96. Minadous *in rubr. Conſt. Regni in aliquibus in verbo de ſucceſſ. n.* 32. Anna pater *ſing.* 100. Anna filius *conſ.* 26. Reg. de Ponte *lect. feud.* 7. *num.* 46. *& ſeq.* D. Præſ. de Marin. *lib.* 1. *reſol. cap.* 128. *num.* 1. & ita indiſtinctè ſeruari affirmat Reg. de Curtis *p.* 3. *de feudis, num.* 106. Reg. Rouit. *vbi ſuprà, n.* 51. quidquid in contrarium conetur defendere Amichangel. *quæſt.* 15. & ex quo debetur dimidium pretij erogati, & augmentum, ſiue incrementum feudi non accedit pretio ſoluto certæ quantitatis pro qua datur actio ſecundogenitò, ſed corpori feudi, & naturam ſortitur feudalem, & proinde primogeniti, nec ſecundogeniti commodo cedit, dum ipſius eſt integrum feudum, vt probat legendus, R. Rouit. *cit. pragmatica* 24. *n.* 53.

55 Hinc dum iure certum eſt quod dictus Io. Vincentius ſit creditor dimidij pretij communis pro Feudo erogati, & non valoris, ſiue æſtimationis ipſius conſequutiuè agendum ſequitur ſi ipſius pretij intereſſe petere valeat, & qua ratione & à quo tempore, an verum ſolum medietatem fructuum ex feudo perceptorum à die obitus dicti Ioannis Andreæ, vſque ad annum 1645. venditionis feudi, & illius prætij diuiſionis.

56 Et in dubium eſt intereſſe dimidij prætij fore præſtandum dicto Ioanni Vincentio à die obitus Ioannis Andreæ fratris, & diſſolutæ ſocietatis, ſicuti in ſimili tenetur illud partis prætij feudi noui præſtare primogenitus, ſecundogenito à die obitus patris, vel ex æquitate *l. curabit quinta, Cod. de action. empt.* dum fructus feudi percipit, & lucratur, vel ex mora ſi interpellatus illam diſtulit præſtare, vt ex immemorabili, atque inueterata iudicandi conſuetudine S. R. C. ſcripſere Anna *ſing.* 566. R. Rouit. *in d. prag.* 24. *num.* 48. latè D. de Marinis *lib.* 1. *cap.* 128. *n.* 1. *& num.* 13. *&* 14. *& cap.* 246. *num.* 5. *&* 9. *lib.* 2. ſed ad quam rationem ſit illud præſtandum variè cenſuit idem S. C. quinque etenim ad

57 rationem ſeptem, & octo pro centenario à die perceptionis fructuum in cauſa fratrum de Cecere, & ad rationem ſex pro centenario à die obitus in cauſam ſororum de Coppola; & nouiſſimè iunctis aulis ad rationem quatuor pro centenario à die quoque mortis in cauſam fratrũ de Tarao pro qua ratione fructus feudi communiter in Regno percipiuntur, Thorus *part.* 3. *Compendij in verb. intereſſe.* D. de Marinis *in d. cap.* 128. *n.* 15. & pro quantitate, & tata fructuum, illud deberi à die mortis cenſuit Reg. Rouit. *d. n.* 48. *verſ. imò in hoc caſu*, aliter enim iniquum foret, vt primogenitus ſolueret intereſſe ad maiorem rationem, quam ex feudi fructibus percepit, quando nulla interceſſit mora, ſecus ſi fuiſſet in mora, atque litem pro illa ſoluenda diſtulerat, quia intereſſe eſſet taxandum à die interpellationis, vel ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis ad illam rationem, ad quam communiter in Regno annuorum intr. emptiones parantur, D. de Marinis *vbi ſuprà numero* 16. quia emptiones in Regno ſunt ſemper promptæ & paratæ; & vnuſquiſque præſumitur induſtrioſus, vt nequeat pecuniam in arca otioſam ſeruare, quapropter de ſtylo S. C. illud præſtatur abſque probatione damni paſſi, aut lucri ceſſantis Reg. de Ponte *de poteſtate Proregis, tit.* 4. *de regal. impoſit. num.* 77. *in fine*, Conſil. Theodorus *allegat.* 40. *num.* 30. optimè Præp. Merl. *cap.* 42. *num.* 28. *&* 29. *& cap.* 50. *num.* 27. *&* 28. *tom.* 2. licet hodierno tempore tutas non reperiri cenſuit Reg. Latro *d.* 97. *num.* 14. vbi Addit. quapropter dum nulla interceſſit mora dicti Ioannis Antonij in ſoluenda dicta medietate pretij, ex quo ipſe patruus tutor feudum adminiſtranit, & fructus percepit, imò factus maior illam exſoluit, intereſſe quatuor in ſingula centena provt feudi fructus percipiuntur erit præſtandum ex æquitate legis curabit *C. de action. empt.* quo iure illud petere poteſt in recompenſationem fructuum perceptorum, quos tranſcendere nequit, quia debetur ex mora irregulari, quæ re ipſa contrahitur abſque interpellatione, & temporis præfinitione ob fructuum perceptionem, ex æquitate dictæ legis poſt alios Lupus *in d. l. curabit comment. part.* §. 7. *num.* 138. Reg. de Ponte *vt ſuprà num.* 63. Præp. Merlin. *cit. cap.* 50. *n.* 28. Cardinal. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 10. *&* 11. Io. Baptiſta Staiban. *de intereſſe, lib.* 2. *tit.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 93. *& num.* 135. in quo ratio quoque expenſarum habenda erit pro ipſorum perceptione erogatorum, dum fructus deductis ſumptibus dicuntur Cardin. Mant. & Staib. V. S. ille *num.* 8. *&* 9 *hic num.* 91. *&* 92.

Sed hæc iuri non tamen facto conſona, dum 58 res aliter ſe habet, nam dictus Ioannes Vincentius defuncto dicto Io. Andræa fratre die 27. menſis Maij 1639. inſtitit die 4. Iulij eiuſdem anni in M. C. ſibi licitum fore exigere medietatem fructuum tam bonorum burgenſaticorum, quam feudalium ſibi ſpectantem aſſerens dicta bona inter ipſos fratres fuiſſe pro communi, & indiuiſo poſſeſſa ſicut ad præſens poſſidebantur, & ſuper reliqua fructuum medietate dicti Ioannis Andreæ alimenta ipſius filij, atque familiæ, ac ſibi Tutori Salarium taxari, vt in actis præambuli, *fol.* 57. & taxatis alimentis, & Salario per dictam M. C. nec ſuper fructuum medietate dicto Io. Vincentio debita inter loquutum conſulto forſan quia inane putabat, dum iure proprio illam exigere poterat, & vti Tutor in redditore computorum ipſam percipere, iterum inſtitit per viam Capycij omiſſi declarandum ſibi licere medietatem fructuum, etiam feudalium exigere, atque in proprios vertere vſus *fol.* 81. *litt. A*, quæ inſtantiæ fuere per ipſum præſentatæ; quapropter fruſtra à iure petimus quod ex ipſius enixa deducimus volúntate, cui innitens in diuiſione prætij feudi intereſſe non petiit, dum fructuum medietatem exegerat; hinc tam enixæ voluntati geminatis, inueſtita actibus refragandum non iure videtur.

Vltimum controuerſiæ caput probatione in- 59 diget, ſi communi pecunia fuere nempe quæſita bona ſtabilia in terris Pratæ, & Caſtri Mutij à Io. Andræa poſt emptum feudum, dum inter dictos fratres non fuit omnium bonorum coita ſocietas, ſed ſolum fructuum, certorum bonorum, quapropter bona ab altero conſocio proprio quæſita nomine non communicantur Salic. *in l. ſi patruus col. vlt. C. comm. vtriuſque iudic.* Alex.

in conf.24. in fin. lib.1. optimè *in conf.78. per tot. lib.2.* quia potius propria, quam communi pecunia, dum proprio acquisiuit nomine comparata censentur *lib.2.* vbi Bar. Bald. Angel. Paul. & cæteri, *C. pro socio, l. si defunctus 10. C. arbitr. tutelæ*; idem Bar. *in l. si Patruus, C. comm. vtriusque iudic.* Bal. & Salic. *in l. penult. C. si quis alteri, vel sibi* Alex. *d. conf.78. num.4. vol.2.* Rom. *conf.3. & 274.* Natta *conf. 358. num.2.* optimè Rot. Rom. *dec.169. num.8. & 9. part.2. in nouissim.* Mascard. *de probat. conclus.612. num.19.* post alios Dominus Hodierna *lib.1. controuers. cap.22. num.29. & seq.* maximè quia dictus Io. Andræas erat prouidus, & industrioſus, & ex dotis fructibus illa acquirere poterat DD. V. S. & Io. minor agens ad rem communicandam à fratre maiore communi pecunia quæsita probare tenetur, & frater maior propria pecunia quando præcipuam habere intendit. Abb. *conf.36. col.1. vers. aliam solutionem, lib.2.* quem sequitur Hodierna *vbi suprà, num.32.* quapropter dictus Io. Vincentius, tam vti frater minor, quam vti actor probationis onere adstringitur Alex. *cit. conf.78.*
60 *in fine,* neque sufficit quod nonnulla bona in patria originis communi fuere pecunia quæsita ad tacitam coëundam omnium bonorum societatem, vt bona aliundè quæsita per consocium proprio nomine in externis locis, sua industria, & labore sit communicanda, tanquam communi parata pecunia Cardin. Mant. *lib.6. de tacit. tit.10. num.10.* Grat. *cap. 993. n.5.* & quid vlterius indaganda Doctorum placita? si expressè ipsimet fratres declararunt feudum, atque emptiones annuorum introituum Neapol. existentes à Io. Andræa fuisse communi acquisitas pecunia, sicuti contra, emptiones animalium, stabilium, & quorumcumque aliorum bonorum existentium in dictis terris, & vbique erogatas per dictum Io. Vincentium fuisse quoque communi pecunia comparatas, quapropter inuitus ipsemet Io. Vincentius fateri debet dicta bona in dictis terris per Io. Andræam post feudum emptum, quæsita sibi ipsi tanquam propria spectare, aliter enim expressissent sicuti in cæteris expressere bonis, neque solùm dixissent emptiones Neapol. quæsitas per Ioan. Andræam esse de communi pecunia erogatas, sed generaliter tam Neapol. quam in dictis terris, & vbique sicuti generalis fuit declaratio respectu bonorum per dictum Ioannem Vincentium acquisitorum in dictis terris, & vbique, & nulla maior probatio, quam declaratio ipsorum agentium.

Aut ergo societas morte Io. Andrææ dissoluta tacitè renouata fuit inter dictos patruum, & nepotem, & onera propter feudum soluta ex communi deducenda, aut non renouata, & dimidium prætij pro acquisito feudo erogati cum fructibus deductis sumptibus, vel eum interusurio recompensatiuo feudi fructuum ad rationem quatuor pro centenario à die obitus dicti Io. Andrææ vsque ad annum 1645. diuisionis prætij dicto Io. Vincentio spectabit; & bona proprio quæsita nomine, atque pecunia per Io. Andræam in dictis terris præcipuè eius hæredis, vt satis ex his probatum reor sub censura rectius sentientis, dum ab anniculo paratus sum edoceri.

DISCEPT. CCCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Iudex delinquens in officio qualiter puniatur.*
3 *Officialis pecuniarius, & iurisdictionis qualiter puniatur, si malè se gesserit.*
4 *Officialis deputatus pro salute, an priuetur pretio officij, si delinquat.*
5 *Officialis per extorsionem qualiter puniatur in Regno.*
6 *Officialis in Regno quando puniatur pœna quadrupli per extorsionem.*
7 *Officialem commisisse extorsionem qualiter probetur.*
8 *Officialis in Regno qualiter puniatur per extorsionem.*
9 *Officialis deputatus pro salute qualiter puniatur per extorsionem.*
10 *Extorsionis delictum qualiter probetur.*
11 *Extorsionis delictum purgatur facta restitutione.*
12 *Extorsionis delictum an probetur ex dicto socij.*
13 *Testis diminutus fide nihil probat,* & n.14.
15 *Extorsio qualibus probetur depositionibus.*
16 *Extorsionis delictum ad finem priuandi officio, qualiter probatur.*
17 *Custodes portarum qualiter puniantur, si delinquant,* & num.18.
19 *Officialis non punitur pœna ordinaria, nec punitur officij priuatione.*
20 *Beneficiatus condemnatus pro delicto, an priuetur beneficio, & quando,* & n.21.22. & 23.
24 *Officij priuatio quando inducatur per illa verba sententiæ* amplius non exerceat.
25 *Officialis declaratus inhabilis ad exercendum officium, an si à Principe reintegretur, ad idem officium censeatur restitutus.*
26 *Principis restitutio non continet ius alteri quæsitum.*
27 *Restitutio, quæ fit per viam Gratiæ, cui applicet bona.*
28 *Restitutus ex iustitia an recuperet bona alteri quæsita.*
29 *Restitutus ex iustitia ad idem officium, an recuperet salarium, & quando.*
30 *Officialis suspensus ad tempus, an admittatur, & reintegretur ad tempus.*
31 *Officialis suspensus pro certo tempore, an admittatur sine Principis licentia.*

ARGVMENTVM.

Officialis condemnatus nè amplius exerceat, an priuetur pretio, si illud emisset. Extorsionis delictum qualiter probetur, & officium deputati salutis huius Ciuitatis Neapolis quale sit, & quando suspensus ad tempus, admittatur item, & quid de salario, & quid si restituatur ex iustitia, an ex gratia, vbi latè Regentis Rouiti decisio 37. *ex-*

pen-

penditur, & Domini Marcelli de Graſſis erudita allegatio adducitur, ac D. Blaſij Altomaris obſeruatio ponderatur, &c.

IVRIS ALLEGATIONES, *PRO* IOSEPH VALIERO, *CVM* Fideliſſima Platea Populari Neapoli, & Io. Baptiſta Mezzomonaco.

1 NEscio quo Iure fretus Doctiſſimus Aduerſarius intendat fundare fuiſſe pretio Officij Deputationis Salutis, priuatum mediante ſententia Ioſephum Valierum; cum verba ſententiæ latæ contra eum cantent, vt ſequitur.

Per M. C. V. delegatum fuit prouiſum, & Decretum, quod ſupradicti Pompeus Strambone, & Ioſeph Valiero, vt ſuprà, inquiſiti pro cauſa prædicta condemnentur ad quadruplum ducatorum quinquaginta in beneficium Regij Fiſci, & amplius non exerceant.

Quæ verba ſententiæ nec expreſsè, nec virtualiter continent contra Valierum priuationem pretij dicti Officij, ſtante quod illud à Valiero fuit emptum à Fideliſſima Platea Populari, pro pretio duc. biſmille, & biſcentum.

Sententia non continet id expreſsè; quia verba ſententiæ id non proferunt, & ſententia eſt ſtricti Iuris, & non patitur ſubauditum intellectum, & tantum cantat, quantum ſonat, *l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſententia.*

Non continet id virtualiter, vt probatur ſequentibus argumentis. Ergo, &c.

2 Primò, quia licèt de Iure communi aduersùs Iudicem delinquentem in Officio pœna ſtatuta ſit arbitraria ſecundùm qualitatem facti, corporalis ſcilicet, & pecuniaria, relegationis, exilij, priuationis, & ſuſpenſionis Officij; ad Text. *in l. ſi aliquid, C. de ſuſceptoribus, & Arcariis, lib. 10. l. 2. C. de palatinis ſacrarum largitionum, lib. 12. l. Iudices, C. de dignitatibus, lib. 12. cum concordantibus*, Imò de Iure authenticorum addebatur priuatio tertiæ partis bonorum, ad tradita per Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſ. 342.*

3 Prædicta procedunt, vel in Officiali pecuniario tantùm, qui cum publica pecunia aufugit, & foro ceſſit, & ſic ipſo iure ipſoque facto Officium, & adminiſtrationem amiſit, in quibus terminis loquitur Text. *in l. 2. C. de palatinis ſacrarum largitionum lib. 12.* vel in Iudicibus, qui propriè ſunt ij, qui ius populo dicunt; & in his terminis loquitur Text. *in l. Iudices, C. de dignitatibus, lib. 12.*

4 Hinc arguere ex prædictis legibus ad priuationem pretij Officij, contra Officialem Deputationis Salutis Ciuitatis, non permittitur, ad tradita per Reg. Rouitum *ſuper pragm. 3. de militib. num. 22. 23. & 24.* eò magis quia ſi ſententia voluiſſet Valierum priuare pretio, non ſolùm dixiſſet, ſed illud applicauiſſet eadem ſententia Fiſco, ad quem pœnæ delictorum ſpectant, ſicut applicauit Fiſco quadruplum.

Secundò, quatenus pars dicat in præſenti cauſa non eſſe applicandos terminos diſpoſitionis Iuris communis, ſed municipalis huius Regni, adhuc eſt aduertendum de Iure Regni adeſſe infraſcriptas ſanctiones *Conſtitutio Regni eos tantùm*, quæ ponit caſum quando per iniuriam Iudex, ſeu Officialis vltrà debitum aliquid habuit, ita quod non fuit datum à ſpontè ſoluente, tunc imponitur pœna quadrupli in beneficium dantis, & pœna priuationis Officij in beneficium Fiſci, ſi verò accepit à ſponte ſoluente, imponitur eadem pœna omnis applicanda in beneficium Fiſci, vt per aliam *Conſtitutionem incipientem, apud Iuſtitiarios Regionum.* 5

Habemus etiam diſpoſitionem *Capituli vulgaris famæ proloquium*, in quo ponitur pœna quadrupli fiſci emolumentis applicanda, ſi adeſt concuſſio, tripli, quando non adeſt, ſiue pro faciendo, vel non faciendo negotio datum fuerit parti ſimplici reſtitutione negata, & hæc quando à priuatis, in Fiſco verò ponit pœnam nonupli, & ſubdit Text. *hæc pecuniaria coercitio quæ ex facilieri exactione plus exemplum timoris adducit ex certa noſtra ſcientia loco extraordinariæ coercitionis accedat.* 6

Subdit dictum *Capitulum, & quia probationum non eſt augenda facultas, &c.* Circa indagationem exceſſuum infraſcriptam formam eſſe obſeruandam, quod ſi fuerit Officialis malæ famæ, & adſit probatio duorum, vel trium teſtium probatæ vitæ condemnetur, abſque copia inquiſitionis, ſi bonæ famæ fuerit, detur Copia nominum teſtium tantùm, & contra eum procedatur. 7

Si verò vnus tantùm adſit teſtis bonæ conditionis, & deferens ſuo iuramento affirmauerit pecuniam dediſſe, maximè ſi non ſit magnæ quantitatis, & dans honeſta perſona ſit, ſequatur condemnatio.

Si non adſint teſtes contra Officialem malæ famæ, ſed indicia, ſeu coniecturæ, quæ animum Iudicis mouere poſſunt, maximè vbi perſona eius qui dediſſe dicit, eſt bonæ famæ, & res, vel quantitas non eſt magna per ſacramentum dantis, poterit Iudex condemnare, ſed ſi Officialis ſit bonæ famæ, tunc ea præſumptione ſacramenti deferentis, non poteſt ſequi condemnatio, ſi deferens ſit leuis opinionis, ſecus ſi deferens, & inquiſitionem inſtruens ſit honeſta, & approbata perſona.

Habemus etiam *pragm. de trigeſimis*, quæ ponunt pœnam arbitrio Proregis vltra alias à *Iure Conſtitutionum Regni, & Capitulorum* Statutas. 8

Adeſt ſimiliter *pragm. 2. ſub. tit. de muneribus* quæ diſponit, quod per tres teſtes ſingulares indicatur perfecta probatio contra officiales in dicto crimine, & ponit pœnam tripli cum ſuſpenſione officij pro prima vice, pro ſecunda verò pœnam priuationis, & deindè per aliam *pragm. 4. de munerib.* fuit diſpoſitum, quod requirantur quinque teſtes ſingulares, bonæ famæ, & opinionis.

His poſitis quatenus pars velit applicare terminos dictarum ſanctionum municipalium præſenti facto, & illarum diſpoſitionem extendere ad Deputatos Ciuitatis, applicando fortè, tradita per Regentem Capyc. Latro *conſult. 62. num. 17.* & Reg. Rouit. *deciſ. 37. in princ.* adhuc eſt aduertendum, quod *Capitulum vulgaris famæ, & dicta pragm. de munerib.* iuxta tradita per Reg. de Ponte 9

deciſ.16. procedunt tantùm circa pecuniariam condemnationem, ſed ſi Iudex velit ad corporalem pœnam, & ad alia procedere, *Capitulum, & pragm.* hoc non vetant, nec circa hoc aliquid ſtatuunt, ſed tunc recurrendum ad probationes, quæ aliàs à iure communi proditæ ſunt in hoc delicto, quæ licet iudici ſint arbitrariæ, ad tradita per Reg. de Ponte *deciſ.16. num.7.* & per Reg. Merlinum *cap.29. num.8.* tamen tale iudicis arbitrium eſt ſecundùm ius regulandum, nempe quod officialis, qui venit officio priuandus, debeat eo probationum genere conuinci, quas ponit Lucas de Penna *in l.ſi ille, num.5. Cod. de decurionibus, lib.10.* ſcilicet teſtibus, propria confeſſione, inſtrumentis, rei euidentia, & violenta præſumptione iuncta mala fama, quæ omnia cum deficiant in præſenti facto, non poteſt dici dictum Valierum, pretio officij fuiſſe eadem ſententia virtualiter priuatum: nam vt reus officio priuetur ob delictum in officio commiſſum (admiſſa pro nunc opinione, quod ſententia delicti condemnatoria ſufficiat, licet ſententia non loquatur de priuatione officij) hoc ſanè intelligendum eſt, prout ius intelligit, hoc eſt, vt reus ſit condemnatus per confeſſionem ipſius, vel per conuictionem ad Textum *in l.2. C. quorum appellationes*, Caſtill. *deciſ. Sicil.160. n.51.* Bertazzol. *conſil. crim.59. num.181. conſil.61. num.184. conſil.65. num.1 conſil.140. num.1. tom.1.* & *conſil.299. num.1. conſil.241. num.16. tom.2.* Cæterùm nemo ex indiciis, & præſumptionibus quantumvis violentis condemnari poteſt ad pœnam ordinariam delicti, Farinac. *conſ.82. num.1. vol.1.* Bertazzol. *d. conſ.341. num.22.* Thorus *in compendio, part.3. lib.2. in verbo, Officialis in officio delinquens*, qui omnes allegat Sarmientus *ſelectarum quæſtionum, c.1.*

Vt autem oſtendatur dictum Valierum de delictis, de quibus inquirebatur, non eſſe conuictum, referre neceſſe eſt delicta, quæ ei obiiciebantur, & probationes quæ circa delicta erant contra Valierum *in proœm. crim.*

Delicta, quæ ei obiiciebantur, ſunt.

Primum, aſſerta extorſio facta in perſonam Petri Iacobi de Amore ſub prætextu quod dictus Valierus petiiſſet duc. quinquaginta ad hoc, vt dictus Valierus reſtitueret ei Bollectinum Salutis pro tollendo mandato Ioan. Baptiſtæ eius filio, quod illi factum erat à Deputatione detenendo domum loco carceris ſub pœna duc. triginta mille.

10 De hoc aſſerto delicto, non ſolùm Valierus non eſt conuictus, ſed teſtes eiuſdem Regij fiſci probant eius innocentiam.

Primò, quia ex depoſitione Franciſci Corriglij vnus ex teſtibus Regij fiſci apparet prædictos duc. quinquaginta fuiſſe petitos à ſeruo Pompei Strambone ex cauſa muneris, quia inuenerat dictum Bollectinum, cuius non erat onus dicti Valieri, vel Stramboni illud conſeruare, vel regiſtrare, & Valierus in hoc non fuit, niſi mediator ad finem, vt dictus ſeruus reſtitueret Bollectinum prædictum dicto Ioan. Baptiſtæ, & pro eo d. Corriglio, vt deponunt infraſcripti teſtes eiuſdem fiſci.

Primus teſtis, Petrus Peralda *proceſſ. crim.*

Secundus teſtis, Franciſco Corrig.

Tertius teſtis, Iacobus Ruf. Hinc non meretur dicta inquiſitio titulum recattus, neque extorſionis, quia extorſio; tunc verè dicitur, & tranſit in propriam ſpeciem delicti, quando officialis per indebitam carcerationem, vel aliud genus grauaminis contra ius extorquet à ſubdito pecuniam, Reg. Rouit. *pragm.5. de militibus, n.39.*

Secundò, quatenus factum prædictum eſſet verum, quod negatur, facta reſtitutione à dicto Valiero, dicto Franciſco Corriglio re integra d. duc. quinquaginta, dictum aſſertum, crimen reſtitutione facta re integra, purgatum erat Boër. *deciſ.155. n.36.* Romanus *ſingul.332.* Menoch. *de arbitrar. caſu 342. num.32.* quia hoc crimen, & ſi pœnitentiam non admittat, Paris de Puteo *de Syndicatu, in princ. num.3. fol. mihi 72.* Baiard. *ad Clarum, §. fin. q.73. n.22.* ſi tamen pœnitentiæ addantur recepti reſtitutio, tunc ſecus eſt Boër. & Menoch. *vbi ſuprà*, Schenardus *conſ.1. n.55. p.2.* Giurba *conſ.72. n.41.* 11

Nec obſtat dictum eiuſdem Corriglij in eius depoſitione dicentis, ſe reſtituiſſe cuidam Clerico eoſdem duc. quinquaginta, poſtquam Petrus Iacobus de Amore noluit recipere duc. 50. quia deponit in hoc de facto proprio ad ſui exonerationem, ob quod ei credendum non eſt, non probata noua conſignatione facta à dicto Clerico.

Tertiò, quatenus fuiſſet vera extorſio, quod negatur; deficiunt probationes, quia Franciſco Corriglio non eſt danda fides tanquam deponenti ad ſe exonerandum, ſtante quod ipſe debet reddere computum pecuniæ, vt ex depoſitione, fol.8. *l. deferre, §. idem dicerem, ff. de iure fiſci*, amplius vt teſtium mediatori fides detur in prædicto delicto, ſecundùm opinionem magis veram eſt neceſſarium, quod concurrant bona fama mediatoris, mala fama inquiſiti in eodem genere mali, Reg. Merlin. *tom.1. cap.29. num.15.* Larrea *alleg.48. tom.1.* 12

Alius teſtis, Petrus Peralda, *fol.4.* vltra quod eſt de domo accuſatoris, qui licet non faciat querelam, eſt nihilominus principalis qui ſupponitur extortus, & ad minus erit denuntians qui ſtat loco accuſatoris.

Prætereà Franciſcus Corrig. & Petrus Peralda ſunt contrarij, quia Franciſcus dicit *fol.11. litt. B*, conſignauiſſe pecuniam in dublis Valieliero, & Petrus Peralda, *fol.6. littera C*, dicit, quod ipſe Petrus conſignauit dicto Valiero d. duc. quinquaginta.

Accedat quod Corrigliu dicit, ſibi Valierum conſignauiſſe bollectinum tempore quo Petrus inerat ad cambiandum zechinos *d. fol.11. à terg. littera F*, & Petrus dicit, quod ipſe fuit præſens quando Valierus conſignauit bollectinum dicto Franciſco, *d. fol.6.* Peralda dicit, quod ipſe Valierus noluit zechinos, quia erant diminuti ponderis, & petiit dublas, *d. fol.6. littera D*, Corriglius verò dicit, quod ipſe cambiare fecit zechinos, quia ei videbantur ponderis diminuti, *dict. fol.11. litt. M.* 13

Additur ad exuberantiam, quod Capitaneus Gaſparrinus examinatus, *fol.6.* pro fiſco deponit ipſum miſiſſe bollectinum primum Deputatis, vt teſtatur dictus Franciſcus pro exonerando Capitaneo Gaſparrino eius conſanguineo, cuius erat conſeruare bollectinum prædictum, procurans onerare Deputatos, cum alioquin ſupponendum ſit, quod pecuniæ pro inueniendo dicto bollectino peruenerint ad manus eius, qui bollectinum habebat; & quod hoc verum ſit clarè probatur ex depoſitione eiuſdem Franciſci Corriglij, qui deponit quod poſtquam duc. quinquaginta ſoluti fuerunt, recuperatum fuit bollectinum à manibus Valieri, cuius contrarium ex depoſitione Petri Iacobi de Amore deducitur, quia dicit, quod in eodem tempore quo Franciſcus 14

ciscus Corriglia dixit, finem posuisse negotio pro duc. 50. ostendit bollectinum dicto Petro Iacobo, ergo priusquam Franciscus recepisset ducatos quinquaginta à Petro Iacobo de Amore, bollectinum erat in posse dicti Franciscí Corriglio.

15 Præterea considerandum est, quod probationes huius asserti criminis, licèt sint priuilegiatæ, ex dispositione Cap. Reg. *vulgaris famæ proloquium, pragm.4. de muneribus officialium*, non tamen per hoc sunt priuilegiatæ de Iure communi, cui Iuri standum est in hoc facto, in quo non agitur ciuiliter, sed criminaliter, sunt igitur necessariæ plenæ probationes ad Text. *in l. Iudices, C. de dignitatib. lib.12.* ibi, *Iudices qui se furtis, & sceleribus fuerint maculasse conuicti (in Auth. nouo Iure, C. de pœna Iudicis qui malè iudicauit)* ibi, *(Et hoc probauerint) in l. fin. ad leg. Iuliam repetundarum*, ibi, *Qui conuictus fuerit in Constitutione Regni corruptelæ crimen*, ibi, *Legitima probatio in Constitutione Regni apud iustitiarios*, ibi, *Contra præsentem Constitutionem aliquod recepisse fuerint dilucida probatione conuicti*, & in puncto docuerit Reg. Rouit. *d. pragm.3. de militibus n.30.* Regens de Ponte *decis.7. & in tract. de potestate Proreg. tit. de elect. officialium* §.7. *num.12.* Capiblancus *de Baron. tom.1. pragm.4. num.31.* & ante eos docuit Capycius *decis.121.*

16 Nec est prætereundum, quod idem Reg. de Ponte docuit *d. decis.7.* dicens, quod requiritur conuictio saltem ad finem priuandi officialem officio, allegat Ioannem de Platea *in l. Iudices, C. de dignitatibus, lib.12.* qui se remisit ad Text. *in l. si aliquid, C. de susceptor. lib.10.*

Quæ omnia dicta sunt ex abundanti, cum vt suprà dictum est, non posset dici quod Valierus deliquerit in officio prædicto, provt est casus relatus à Reg. Capyc. Latr. *consult.62. p. tom.* & Reg. Rouit. *decis.37.*

Secundò. inquiritur idem Valierus de alia asserta extorsione, & concussione in personam Io. Baptistæ Mezzomonaco de magnis pecuniarum quantitatibus, ne mergeret in mare quantitatem piperis asportatam in purgaturo publico, vbi merces expurgantur.

Hæc inquisitio non meruit allegari, dum ex fide Magnifici Cancellarij Pandolphi Actuarij Deputationis, constat pro accessu dictorum Deputatorum extra Portum huius Ciuitatis, solui cuilibet Deputato carolenos viginti pro qualibet cymba, pro Deputatorum accessu, & prædictos carolenos viginti, esse solitos solui pro vnoquoque accessu, itavt si bis contigerit Deputatos accedere pro eodem negotio eadem die, quia fortè factum illud, pro quo accederent non potuerit tam citò expediri, debeant solui denuo alij caroleni viginti per quamlibet cymbam, provt ex fide Magnifici Pandolphi, *fol.82.* & mercatorum, *fol.83.* in proc. S.C. propterea non potest vocari extorsio id, quod de Iure, & consuetudine permittente exigitur, ideò si eodem die quo vacauerunt dicti Deputati à primis horis diei, vsque ad noctem, soluti fuerunt prædicti duc. 8. prædicto Valiero, sicut aliis Deputatis pro duobus accessibus duarum, scilicet cymbarum, hoc non est delictum, quod adeò verum est, vt idem Mezzomonacus oblitus de Regula, quod quisque Iuris in alium statuit, eodem Iure ipse vtatur, ipsemet hodie exercendo officium prædictum, exigat eosdem dirictus, provt prius similiter idem exegit, vt ex fide plurium mercatorum, & Consulis Nationis Belgicæ apparet, *fol.83.*

Tertia inquisitio contra Valierum est, quod introduxerit contra formam Bannorum, absque licentia Deputationis Franciscum Longum, sub prætextu quod ille habuisset ordinem à Domino Prorege ingrediendi in ciuitatem.

Hæc inquisitio similiter vana est, quia Franciscus Longus intrauit ante promulgationem bannorum, vt videre est ex promulgatione dictorum bannorum facta sub die 7. Augusti 1656. *fol.84.* & ex depositione dicti Franciscí, *fol.70. à ter.* qui dicit introiuisse Neapolim sub die 6. mensis Iulij, & sic multò ante promulgationem bannorum.

Prætereà idem Franciscus non intrauit in Porta Portus Salui, in quo loco assistebat dict. Valierus cum Reg. Consiliariis ad id Deputatis per S. E. sed intrauit, vt ex eadem depositione videre est in Burgo Plaggæ propè Ecclesiam sancti Leonardi, & bona prædicti Franciscí fuerunt exonerata in Molo magno, de quo facto dictus Valierus non potest teneri qui custodiebat introitum Portæ Portus Salui, & non in aliis locis etiam si dictus Franciscus Longus introiisset post promulgationem bannorum per dicta loca, quorum custodia non erat commissa d. Valiero, sed aliis. 17

Et propterea cum prætensa delicta in officio, quibus pars nititur contra Valierum, vera non sint, vel saltem circa primum caput inquisitionis dictus Valierus non sit conuictus, nec condemnatus pœna ordinaria non est locus amissionis pretij officij, Reg. de Ponte *d. dec.7.* cessante enim plena, & dilucida probatione cessat pœna ordinaria, & cessante pœna ordinaria cessat pœna priuationis officij, nam pœna priuationis officij non potest imponi ad simplex arbitrium Iudicis, sed de iure regulatum, qui Iudex, ob id non potest arbitrari contra non conuictum pœna ordinaria, & cum pœna priuationis officij irroget infamiam cumulari nequit, cum pœna extraordinaria quæ non irrogat infamiam, *l.3. Cod. ex quibus causis infamia irrogetur*, vbi Bart. *in l. lectura, vers. circa quod dicas*, ergo, &c. 18

Tertiò, Valierus non fuit in sententia condemnatus pœna ordinaria, quæ respectu extorsionis erat relegatio, vt docet Regens Rouitus *pragm.3. de militibus, num.34.* & fuit practicatum contra Deputatum Salutis Marcum Antonium Gallum, tempore Comitis Lemensis, de quo Reg. Capyc. Latr. *consult.62.* Reg. Rouit. *dec.37.* Hinc licet sententia sit condemnatoria delicti contra Valierum circa pœnam pecuniariam, quia tamen de pœna ordinaria exilij non loquitur, non potest prætendi ex aduerso, quod Valierus amiserit pretium officij, quo illud ab eo emptum fuerat à Platea Populari, & Regia, quod sufficit sententia condemnatoria delicti, licèt non sit priuatoria officij, procedit quando sententia pro delicto in officio condemnat ad pœnam ordinariam, secus si ad pœnam extraordinariam, Sarmientus, *lib.1. cap.13. selectarum quæstionum post num.3.* 19

Quartò, maxima fuit disceptatio inter DD. an beneficiatus condemnatus pro delicto, pro quo esset priuandus beneficio, sit beneficio priuatus, licèt in sententia nihil dicatur de priuatione beneficij, & in hac quæstione duæ fuerunt opiniones, altera Innocen. *in cap. qualiter lo secondo, num.10. de accusat.* qui docuit quod beneficiatus condemnatus pro delicto, pro quo esset priuandus beneficio, non sit beneficio priuatus, nisi expressè dicatur in sententia, & cum Innoc. concordat 20

Garz. *de benef. part.* 11 *cap.* 3. §. 1. *num.* 98. quem refert, & ſequitur Regens Rou. *pragm.* 3. *de militib. num.* 44. 45. & 46. & vltrà Doctores à Garzia, & Rou. relatos hanc opinionem tenuerunt Felin. *in c. Sciſcitatus, num.* 2. *de reſcript.* Hyppolitus *ſingul.* 200. Rebuff. qui omnes refert *de pacifica poſſeſſ. num.* 315. *aliàs num.* 262. & iterum *in tit. de modis amittendi beneficia, num.* 64. Simonectus *de reſeruatione*, *q.* 24. & ibi *Granitas litt. B*, Lambertin. *de iur. patronat.* 1. *part.* 2. *lib. quæſt.* 6. *art.* 9. *num.* 1. Bern. Diaz *in pract. crim. Canon. c.* 133. *num.* 3. Mandoſius *de Signatura, tit. de priuatione, verſ. Condemnatus de homic.* Petrus Gregor. *Syntagmatum Iuris, cap.* 26. *num.* 9. & iterum *cap.* 33. *num.* 3. Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 29. & *ſeq.* Io. Gutier. *Canon. quæſt. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 7. Puteus *deciſ.* 233. *lib.* 3. Zerola *in praxi epiſcopor.* 1. *part.* §. 1. Salgad. *de Regia Protectione, part.* 4. *cap.* 9. *num.* 69. & 70. 71. *vſque ad* 75.

Alia opinio fuit præcedenti contraria tenens, quod quando ſententia lata eſt ſuper delicto, etiamſi id in ſententia de beneficio priuationis non exprimatur, tacitè tamen priuatio inducta intelligitur à Iure, quàm opinionem ex multis defendit Salgad. *de Reg. Protect. loc. cit.* omnibus citatis, præſertim *cit. deciſ. nouiſſima* 769. *per tot.* 1. *par. diuerſ. n.* 8. *verſ. his tamen non obſtantibus*, quæ eſt *deciſ.* relata ab aduerſario contra nos, de qua Farinac. *conſ.* 5.

21 In hac diuerſitate opinionum Doctiſſ. Sarmientus *lib.* 1. *ſelectarum cap.* 13. *num.* 3. diſtinxit quod ſecunda opinio procedat quando à Iure pœna eſt certa, & illi delicto, de quo Clericus eſt declaratus, non eſt arbitraria, ſed à Iure determinata, quia tunc cum de Iure pro facto delictum inducat pœnam priuationis beneficij, ideò ſufficit delicti declaratio, vt priuatio etiam non expreſſa in ſententia intelligatur; tamen ſub ea virtualiter, ſecus quando pœna delicti etiam condigni priuatione officij non incurritur ipſo facto, ſed demum ſpectata ſententia, & pœna non ſit certa, ſed arbitraria Iudici, nam tunc per ſententiam declaratoriam delicti non inducitur priuatio beneficij, hanc diſtinctionem ſequuti fuerunt Nicolaus Garzia *de beneficiis* 11. *part. cap.* 3. *de renunc. num.* 105. & *ſuprà*, *num.* 97. Bernard. Diaz. *d. cap.* 133. *à num.* 3. quàm diſtinctionem comprobat idem Salgad. *d. part.* 4. *cap* 9. *n.* 71. qui dicit dictam ſententiam Rotæ, allegatam in contrarium confirmare hanc diſtinctionem, & *num.* 73. dicit, quod ſi pœna priuationis officij incurreretur ipſo iure, non requireretur ſententia condemnatoria, ſed declaratoria dumtaxat.

22 Sed in caſu noſtro, Fiſcus fecit inſtantiam pro Exilio, quæ erat pœna ordinaria dicti delicti, ſi de eo conuictus fuiſſet dictus Valierus, prout practicatum fuit cum Marco Antonio Gallo, de qua practica adeſt *deciſ.* Reg. Rouit. 37. & docuit Reg. Capyc. Lat. *conſult.* 62. 1. *tom.* & quia inquiſitus non erat conuictus, ideò non fuit ei inſtaſcripta pœna ordinaria Exilij, provt Fiſcus inſtabat, ſed ſolùm fortè exurgentibus inditiis condemnatus pœna extraordinaria, iuxta *Capitulum Regni fama proloquium*, ibi: *In quadruplum in beneficium Fiſci, quæ pœna pecuniaria, eſt extraordinaria d. delicti, & non ordinaria, ad text. in d. Capitulo vulgaris famæ proloquium*, ibi: *Hæc pecuniaria coercitio, quæ ex facilioni exactione plus exemplum timoris adducit ex certa noſtra ſcientia loco extraordinariæ coercitionis accedat.*

23 Quintò, per *pragm.* 2. *de muneribus*, licet delicta in officio fuerint priuilegiata circa probationem delictorum extorſionis, nihilominus circa pœnas ſubdit *pragm.* ibi: *Atque ſuſpenſionis officij prima vice, quod contrafecerit, ſecunda verò totalis priuationis ipſius, in quas pœnas ex nunc pro tunc, & è contra officiales qui ſecus fecerint ipſo iure incidiſſe declaramus*; Ergo non poteſt prætendi priuatio officij, & pretij ipſius contra Valierum, qui aliàs non reperitur inquiſitus, dum *pragm.* in ſecunda vice extorſione ponit priuationem totalem officij, non in prima vice.

Sextò, & vltimò, verba decreta amplius non 24
exerceat, non important priuationem pretij dicti officij, quo illud fuit emptum, differunt enim ſatis officia gratis fuiſſe conceſſa, vel empta, provt diſtinxit Crauett. *conſil.* 6. & poſt eum Reg. Capyc. Latr. *conſult.* 33. & 34. 1. *tom.* & licet Reg. Merlin. *controu.* 30. dicat officialem per ſententiam officio priuatum cenſeri, nedum exercitio officij priuatum, ſed etiam proprietatem ipſius amiſiſſe, & pretium quod illud emptum fuit; loquitur tamen dictus Dominus auctor in caſu quando quis fuit condemnatus ad officij priuationem, ſecus quando ſententia de exercitio expreſsè loquitur, quæ ad proprietatis amiſſionem non poteſt extendi, argum. text. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.* provt idem auctor ſe declarat *d. cap.* 3. *num.* 9. *in fin.* & diſtinctio quam pars facit, quod aliud ſit exercitium officij prohiberi ad tempus, aliud indefinitè, & in perpetuum, de iure non procedit in ſuſpenſo ab exercitio officij, qui non intelligitur priuatus officio, quia officium non eſt acceſſorium ad exercitium ſicut è conuerſo, ſed in ſuſpenſo ab officio eſt ſuſpenſus ab exercitio, vt acceſſorio, quod ſublato principali ſtare non poteſt, & facit quod in ſimili tradidit idem Salgad. *de Reg. Protectione, cap.* 9. *num.* 67. dicens ſuſpenſum à beneficio non intelligi ſuſpenſum ab officio, quia officium non eſt acceſſorium ad beneficium, ſicut è conuerſo beneficium eſt acceſſorium ad officium; quo ſublato, & illud tolli neceſſe eſt, ſecundùm ea, quæ de ſententia ad acceſſoria trahenda, idem author dicit *cap.* 10. *d. tract. à num.* 89. & diſtinctio temporis, vel perpetuitatis fit ſuſpenſio ab officio, quo in caſu diſtinguitur, an ſuſpenſio ab officio perpetua ſit, vel ad tempus ſecundùm dictum authorem, ſed non in ſuſpenſo ab exercitio officij, quod non poteſt inducere priuationem officij, ſeu pretij illius, quoad exemptum fuit Salgad. *vbi ſup. num.* 104. quia ſententia de exercitio expreſsè loquens ad proprietatis amiſſionem extendi non poteſt, vt idem Dom. Merl. aduertit *d. cap.* 30. *num.* 9. *in fin.* 2. *tom.*

Et ſic nota, quòd ſi quis declaretur inhabilis 25
per ſententiam, ad exercendum officium, in quo deliquit, & poſtea factus habilis per gratiam à Principe ſimpliciter conceſſam, tunc non cenſetur reintegratus, & reſtitutus ad idem officium, licèt alteri non conceſſum, vt deciſum per collaterale Conſilium refert Regens Rouitus *deciſ.* 37. Capyc. Latro *deciſ.* 62. *lib.* 2. qui ſcripſit in eadem cauſa, de qua Rouitus, Regens de Marinis *lib.* 1. *reſol.* 68. Ramonius *conſ.* 6. & multò magis ſi eſſet alteri quæſitum officium, quia Principis reſtitutio, non comprehendit ius tertiò quæſitum, Staibanus *reſol.* 105. *à num.* 4. 26
vſque ad 15. Franc. *deciſ.* 213. *num.* 3. Larrea *alleg. fiſcali* 43. vbi *num.* 10. ait, id procedere, quamvis bona ad tertium peruenerint titulo lucratiuo, Galluppus *in methodo feudali, part.* 4. *c.* 6. *num.* 28.

*num.*28. *&* 29. Ciarlinus *controu.* 161. *num.* 19. quia dominium alicuius rei cum sit iuris gentium non potest à Principe auferri ab aliquo sine causa, Bart. & DD. *in l. finali, C. si contra ius, vel vtilitatem publicam*, de Marinis *d. cap.* 46. *num.* 19.

27 In illa verò restitutione, quæ fit per viam gratiæ, bona confiscata restitui debent hæredibus, & successoribus defuncti condemnati, si ille, qui à Principe obtinuit gratiam confiscationis, nondum illa alienauerit, vendiderit, vel titulo oneroso transtulerit ante gratiæ interpretationem, si enim alienata sunt titulo oneroso, non possunt cogi emptores ad bonorum illorum sic acquisitorum restitutionem, & quoad illos gratia Regis nihil operatur, Racquerius *in tract. de derictis iustitiæ, cap.* 16. *num.*6. Tondutus *quæstionum ciuilium, quæst.* 42. *num.* 12.

28 Qui verò fuit restitutus ex iustitia, putà quia per sententiam fuit ab inculpatione absolutus, tunc recuperat bona medio tempore alteri concessa, quia per restitutionem actus causa acquisitionis pænes tertium reddit ad non causam, ergo cessante causa, cessat effectus, Staibanus *ressol.* 105. *num.* 16. *& seq.* quod fallit, si agatur de lucro, putà si aliquis eum fecisset hæredem, Peregrinus *de iure Fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *num.*47. De Marinis *lib.* 1. *cap.*310. *num.*7. Galluppus *vbi suprà, num.* 29. *&* 30. & hoc procedit, licèt non sit expressè restitutus ad bona, quia sufficit, si expressè restituatur ad bona, quia sufficit, si dicatur ex iustitia, Bottiglierius *de succeff. ab inteftato, cap.* 110. *num.* 23. Tondutus *cap.* 42. *num.* 12. Fontanella *decis.* 215. *num.* 10. & etiam recuperat fructus receptos ex bonis, Peregrin. *lib.* 5. *tit.* 2. *num.*62. & quando tractatur de tali sententia restitutoria, seu reintegrationis, debent citari possessores bonorum, quæ restitui debent in casu restitutionis iuridicè faciendæ, Tondutus *vbi suprà, num.* 13.

29 Quòd si officialis per viam iustitiæ fuerit restitutus ad officium, quod prius exercebat, & priuatus fuit pro tempore, quo non inseruiuit, quæstio est, an recuperet Salarium, si per viam iustitiæ fuerit restitutus, & respondeo, quòd Regens Moles *decis.* 7. *manuscripta, sub titulo de pœnis*, & Regens de Marinis *lib.* 1. *cap.* 310. distinguit duos casus, primus est, quando sumus in administrante aliquod officium, quod pendente suspensione non potest esse sine Rectore, vt est officium iustitiæ, in cuius locum fuit suffectus alter, & tunc restitutus non recuperat Salarium, nam illud debetur propter laborem, & ei, qui laborat tantum. Secundus casus est de administrante aliquod officium, non continente iurisdictionem, prout est officium Actuariatus emptum à Regia Curia, & tunc restitutus recuperat emolumenta medio tempore recepta, de Marinis *num.* 8. *in fine*, Regens de Ponte *decis* 35. Capyc. Latro *decis.* 36. D. Prat. *obseru. pract* 62. *&* 95. Galluppus, *vbi suprà, num.* 30. Bottiglierius *cap.*74. *num.*4. *& cap.* 110. *num.*24. & post alios Nogueroll. *alleg.* 80.

30 Ille verò officialis, qui fuit suspensus ab officio iurisdictionis, quod exercebat propter accusationem indebitam, si fuerit restitutus ex iustitia, non poterit exercere illud officium, pro tempore, quo abstinuit, Rouitus *in pragm.* 5. *num.* 50. *de officio Iudicum*, Capiblancus *de Baronibus pragm.* 5. *num.* 87. Francus *decis.* 419. *&* 451. Fontanella *de pactis nuptialibus, claus.* 4. *gloss.* 10. *num.* 101. *& decis.* 99. *num.* 10. *& decis.* 137. *n.* 17. *tom.* 1. Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 1. *cap.* 21. *& cap.* 23. *num.* 56. Gabedus *decis.* 84. *lib.* 2. Petra in Ritu M. C. V. 20. *num.* 55. qui adducit Textum, quem dicit Peregrini *in l. si vsusfructus, ff. de vsufr. legat.* quicquid dicat Regens Valenz. *cons.* 45.

Iandem dico, quòd officialis suspensus per annum V. E. illo completo non poterit ad idem officium redire absque licentia Principis, vt decisum refert de Marinis *cap.* 310. *num.* 11. Neque officialis priuatus dignitate, & postea restitutus recuperat eundem locum ab alio præteritum, Fontanella *tom.* 1. *d. decis.* 215. Barbosa *de Canonicis, cap.* 18. *num.* 15. Rocc. *de priuil. Collegij Neapolit.* §. *finali à num.* 123. nisi fuerit ad idem officium restitutus ex Iustitia, vel nisi Princeps expressè contrarium determinauerit, Fontanella, *vbi suprà*, D. Blasius Altomare ad Rouitum *d. decis.* 37. qui refert allegationem Domini mei Marcelli de Grassis, in causa, de qua hic, & impressa est in fine decisionum dicti Domini Regentis Rouiti, at quia in ea causa contingit mihi votum dare in Collegio, placuit ad publicam vtilitatem apponere, &c. 31

DISCEPTAT. CCCXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species narratur, de qua in præsenti.*
2 *Administratores bonorum Ecclesiæ coram quo Iudice conueniantur, si sint laici.*
3 *Textus* in l. omnes 31. C. de Episcopis, & Clericis *adducitur.*
4 *Textus* in §. œconomos Auth. de sanctissimis Episcopis *adducitur.*
5 *Administratores omni Iure tenentur reddere rationem administrationis.*
6 *Trid. dispositio* sess. 22. de reformat. cap. 9. *adducitur.*
7 *Salgadi authoritas spectare ad Episcopos videre computa Ecclesiarum adducitur.*
8 *Ansaldi authoritas adducitur pro Episcopo.*
9 *Pereyra de manu Regia adducitur pro Episcopo.*
10 *Portugalliæ decisio adducitur pro Episcopo.*
11 *Fagnani authoritas pro Episcopo adducitur.*
12 *Pignatelli consultatio, & decisio adducitur pro Episcopo.*
13 *Episcopi Iustitia est pro redditione rationum.*
14 *Impius Reiger stat pro Episcopo.*
15 *Impius Carpzouius stat pro Episcopo.*
16 *Regens de Marinis est pro Episcopo.*
17 *Regens Valenz. stat pro Episcopo.*
18 *Exemplum adducitur pro Iurisdictione Episcopi, in redditione computorum.*
19 *Impius Gaspar Klok est pro Episcopo.*
20 *Laici administratores, de quibus in præsenti, administrant ex ordine Episcopi.*
21 *Administratio demandatur laicis ab Episcopo.*
22 *Constantinus Cafarus adducitur in contrarium.*
23 *Constantini Cafari authoritas non facit contra Episcopum.*
24 *Cafarus reprobatur in eo quod dicit.*
25 *Cafarus* num. 22. *reprobatur.*
26 *Cafari dictum est contra Genuensem in sua praxi.*
27 *Laici Magistri coram quo Iudice conueniuntur ad mercedem Prædicatoris.*
28 *Episcopus punit transgressores Sacrorum Canonum.*

29 *Cæſari inuectiua ad propoſitum.*
30 *Viſitatio Epiſcopi ordinatur ad correctionem.*
31 *Litterarum copia S. C. M.*
32 *Regis epiſtola pro obſeruantia* ſeſſione 22. cap. 9.
33 *Trident.* ſeſſione 22. cap. 9. *Mediolani obſeruatur.*
34 *Eccleſia extra Griptim qualiter fundata.*
35 *Conſtantini Cæſari allegatio reprobatur, & quare.*
36 *Laicus de Collegio in Eccleſia erecto qualiter conueniatur.*
37 *Confraternitas laicorum, vbi conuenitur ratione bonorum.*
38 *Confraternitas ad vſus pios deſtinata, coram quo conuenitur.*
39 *Confratres laici coram quo tenentur reddere rationem.*
40 *Confraternitas laicorum an poſſit viſitari ab Epiſcopo.*
41 *Confraternitas Eccleſiaſtica an poſſit viſitari ab Epiſcopo, quoad bona.*
42 *Epiſcopus Puteolanus poteſt viſitare ſuas Eccleſias, & debitores.*
43 *Epiſcopus an vi coactiua poſſit cognoſcere laicos debitores Eccleſiarum.*
44 *Eccleſia quam prætendit viſitare Epiſcopus in præſenti, nullam habet confraternitatem laicalem.*
45 *Locus Eccleſiæ pro Confraternitate laicali non eſt ſacer, ſed profanus.*
46 *Epiſcopus ſine vlla differentia poteſt viſitari ab Epiſcopo.*
47 *Eccleſia ſancti Vitalis extra Griptim poſſit ab Epiſcopo viſitari quoad redditus, & oblationes.*
48 *Eccleſia Parœcialis etiam vnita Regularibus ſubiecta eſt Epiſcopo.*
49 *Epiſcopus poteſt viſitare oblationes collectas à laicis in ſuis Eccleſiis.*
50 *Eleemoſynæ non poſſunt exigi, nec expendi ſine Epiſcopi authoritate.*
51 *Oblationes in Eccleſiis factæ non poſſunt alienari ſine licentia Epiſcopi.*
52 *Loca pia dicuntur etiam erecta ſine authoritate Epiſcopi.*
53 *Eccleſia ſancti Vitalis extra Griptim qualis ſit.*
54 *Epiſcopus an poſſit cogere laicos ad reddenda computa adminiſtrationis oblationum, &c.*
55 *Epiſcopus an poſſit viſitare confraternitates laicorum, ſi in fundatione aliter dictum ſit.*
56 *Epiſcopus poteſt petere computa adminiſtrationis tam in viſitatione, quàm extra.*
57 *Computorum redditio qualiter Neapoli practicetur.*
58 *Hoſpitalia an poſſint ab Epiſcopo viſitari.*
59 *Computorum redditio laico, & Eccleſiaſtico poteſt dari ſtante conſuetudine.*
60 *Conſtantinus Cæſarus reprobatur in hac cauſa, & bene.*

ARGVMENTVM.

Tridentini decretum ſeſſ. 22. cap. 9. *diſponens Epiſcopos poſſe viſitare Eccleſias ſuæ Diœceſis, & ab adminiſtratoribus etiam laicis, computa exigere de oblationibus, & eleemoſynis, an ſcilicet ad vſus pios conuerterint, eſſe omninò ſeruandum ex litteris ſuæ Catholicæ Majeſtatis, iura ciuilia, & Canonica id diſponere cum Doctoribus tam Eccleſiaſticis, quàm ab Eccleſia prohibitis, imò & cum impiis ſcriptoribus hoc idem ad fauorem Eccleſiæ affirmantibus. Modernus reprobatur in facto, de quo agimus, & quæ differentia ſit inter Eccleſiam habentem annexam Confraternitatem laicalem, & nullam habentem Confraternitatem, ſed ſimpliciter quoſdam paucos laicos, eleemoſynas, & oblationes Eccleſiæ occupantes.*

PVTEOLANA

Redditionis computorum,

PRO

Epiſcopo Puteolano;

CVM

Laicis Magiſtris Parœciæ S. Vitalis extra Griptim.

CVM Eccleſia ſancti Vitalis foris Griptim, Puteolanæ Diœceſis non dubitetur, quin ſit ſubiecta Epiſcopo Puteolano, poſſit ſua authoritate ipſam viſitare, corrigere, & emendare defectus ibi commiſſos, tum authoritate & diſpoſitione iuris Ciuilis, tum etiam Sacrorum Canonum, tum S. Conc. Trid. diſpoſitione. Propterea circa Oeconomos laicos, qui recipiũt in eadem Eccleſia oblationes, fructus, & introitus ipſius Eccleſiæ quod ab eodem Domino Epiſcopo poſſint computa videre, vtrum ad opera pia deſtinati ſint, illi redditus expenſæ, probare debeo in præſenti, vt ſit viſa huius negotij iuſtitia, per Dominum Commiſſarium delegatum realis iuriſdictionis, Potentiſſimi Domini noſtri Regis, vt videat iuſtitiæ cauſam, non ad ſe ſpectare, & ſic nulla habita ratione litterarum Hortatorialium deſinat Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus ſua authoritate vti contra dictos laicos, ſeu Magiſtros Oeconomos dictæ Eccleſiæ ſancti Vitalis, quod quidem, vt probem, duplici medio vtar in præſenti. 1

Primò quidem, quia Capſerius dictæ adminiſtrationis oblat. & reddit. ſancti Vitalis, ſcilicet Ioan. Baptiſta Cacciutulus, vna cum ſuis ſociis, ad quorum inſtantiam fuerunt expeditæ prætenſæ litteræ hortatoriales, renuntianerunt Gubernatorem prædictæ Eccleſiæ, vt patet ex litteris tranſmiſſis eidem Domino Epiſcopo, vnde cum in præſenti nullum habeant intereſſe dicti ſæculares in adminiſtratione Parœcialis Eccleſiæ, de qua *ſuprà*, corruere debet eorundem 2

inſtantia

instantia facta coram Commissario Delegato realis iurisdictionis.

3 Secundo loco pro iustitia Domini Episcopi Puteolani plura considerantur primò quidem Textus *l. omnes* 31. §. *hoc nihilominus, sub tit. Cod. de Episcopis, & Clericis*, vbi Imperator dicit, quod Oeconomus in causa Ecclesiæ conuenire debet coram Episcopo, in quo Textu post Gregorium Lopez dicit Augustinus Barbosa, quod Oeconomi coram Episcopo rationem Oeconomiæ reddere debent, qui quidem Oeconomi administrationem habent solùm bonorum temporalium, potest constitui laicus, vt ibi dicitur, vnde per hunc Text. *iure communi attento*, resoluitur controuersia pro Domino Episcopo.

4 Tertio loco per Text. *in Auth. de Sanctissimis Episcopis*, §. *Oeconomos, col.* 9. ibi: Oeconomus autem Xinodochis, & aliorum Venerabilium locorum, cum Gubernatores, & alios omnes Clericos iubemus coram Episcopo conueniri ad tales rationes reddendas, quod si putauerint se grauatos post repetitionem, Metropolitanus causam examinat, ibi Gloss. *in verbo repet.* exponit, id est redditionē, quia antequam appelletur, mandatur in exequutionem prima sententia, & facit pro Gloss. Text. *in dicto* §. *Oeconomus, in fine*, vt bene Marant. *part. 6. in tit. de app. rum.* 187. vbi ait, quod si administrator loci fuerit condemnatus ad reddendam rationem, & appellauerit, possit interim Iudex constringere ad reddendas rationes, Vantius *de attentatis, lib. 2. pract. concluſ.* 112. Lancell. *de atten. cap.* 12. *in conc.* 19. Scaccia *de appell. q.* 17. *limit.* 29.

5 Quartò facit, quia quilibet administrator iure diuino, & humano tenetur reddere rationem ei à quo recipit administrationem, iuxta illud *Lucæ cap.* 6. redde rationem villicationis tuæ, huius meminit Summus Pontifex *in cap. qualiter & quando de accusationibus*, & patet ex *cap.* 1. *de obligatis ad ratiocinia*, Menoch. *centuria* 2. *casu* 109. ex quo Escob. *de ratiociniis, cap.* 3. & dicunt nostri, quod etiamsi Summus Pontifex fuerit administrator, eodem iure tenetur, Boëtius *q. fam.* 15. Ioseph Ludouicus *decis.* 4. *num.* 4. Romanus *consil.* 414. Decis. *consil.* 90. & hæc est ratio cur non detur appellatio à sententia lata pro obseruantia, & conformitate iurium non datur appellatio, quia esset appellare potiùs à legis dispositione, quàm à sententia iudicis, quod fieri inquit *l. fin.* vbi Bart. & alij *ff. de appellat.* & hoc quod dici solet, durum est contra stimulum calcitrare, vt ait Christus Dominus *in Actis Apostolorum, cap.* 9.

6 Quintò, facit Trid. dispositio *sess.* 22. *de reform. cap.* 9. vbi habetur administratores tam Ecclesiast. quàm laic. fabricæ Ecclesiæ cuiusque etiam Cathedralis, & Hospitalis Confraternitatis eleemosynæ Montis Pietatis, & quorumcunque locorum Piorum teneri reddere rationem singulis annis administrationis suis Ordinariis consuetudinibus quibuscunque in contrarium sublatis, nisi contrarium fuisset dispositum in fundatione dicti loci Pij, quòd si ex consuetudine, aut priuilegio aliis reddendam esse rationem; tunc cum illis debet adhiberi Ordinarius, aliàs factæ liberationes dictis administratoribus, minimè suffragentur, quem Text. Trident. plures illustrant de quibus Barbos. *de potestate Episcopi, part.* 3. *à legatione* 75. *n.* 57. *cum seq.* & in Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 8. & 9.

7 Sextò, facit quod post Ceual. *pract. q.* 282. *n.* 19. dicit insignis Salgad. *de potestate Regia, tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. dicit administratores locorum piorum ab Ordinariis locorum cogi posse, rationes reddere.

Septimò, facit Anton. Asaldus *p.* 2. *de iurisd.* 8
tit. 11. *c.* 14. qui disputat articulū vtrū Confraternitates laicorum artium, scilicet si habeant Ecclesias, subiiciuntur foro Episcopi, dicit quod non, sed quod cognosci debeant coram Iudice sæculari, quia vxores habeant, artes exercent, & possunt recedere quando voluerint. Limitat tamen *n.* 35. dicendo, quod Episcopus possit inquirere, & cognoscere, an Confratres istorum locorum exerceant pietatis, & charitatis opera, & an relicta eis distribuant, & adducit Text. *in d.* §. *œconomos, in auth. de Sanctissimis Episcopis*, & Text. *in cap.* 1. *de censibus, in* 6. & fuit etiam dictum Bald. *in l. sine quis*, §. *in omnibus, num.* 19. *Cod. de Episcopis, & Clericis*, ne scilicet testatores in eorum relictis decipiantur. Dicit etiam idem *n.* 42. quod in causis merè spiritualibus subiiciuntur Episcopo, putà si agatur de præcedentia inter ipsos, vel in aliis actis Eccles. quia in ipsis subiiciuntur Episcopo, vt latè *d. cap.* 14. qualis auctor est liber prohibitus ab Ecclesiis, & tamen tenet pro Episcopis.

Octauò, facit Pereira de manu Regia *p.* 1. *de* 9
visit. Hospitalium, & Capellarum, c. 17. *fol.* 172. *à terg. num.* 17. *cum seq.* qui proponit dubium agitatum in Senatu Lusitaniæ, an scilicet Monachi, quibus concessum erat administrare bona Monasterij Monialium, cogi possent reddere rationem ab Ordinario loci, an à Gubernatore, seu Procuratore laici Monasterij, & esset apud nos Delegatus, & respondit fuisse decisum ab Ordinario loci, quia quando administratio datur ad laicum, spectat ad Iudicem laicum cogere ad reddendas rationes; ergo quando institutio administratorum spectat ad Episcopum, vt ibi spectabat, quia Moniales erant subiectæ Ordinario loci, ad eundem spectabat redditio, & coactio ad reddendas rationes vna cum reliquorum restitutione. Subdit etiam Pereira *num.* 18. quod si Capella, vel Ecclesia sit constructa authoritate Episcopi, tunc priuatiuè pertinet ad eum redditionem rationum exigere, sed quando instituta est Ecclesia à sæculari facultate, tunc priuatiuè ad Iudicem secularem pertinet exigere rationes.

Nonò, facit decisio Episcopalis Vlyssiponen- 10
sis, seu Portugalliæ de qua Femudo 1. *tom. decis.* 18. vbi ait, Confraternitates institutas, & erectas per laicos, confirmatas verò licet per aliquos annos per Ordinarium loci esse Ecclesias, & visitationes, ac redditionem computorum pertinere ad Episcopos locorum, quia consensus Episcop. potest procedere, & subsequi.

Decimò, facit insignis Fagnanus *in* 2. *part.* 11
tertij decretalium, in cap. ad hæc de Religiosis domibus, vbi per Text. illud determinat loca pia Ecclesiastica, & similia subiici Episcopo quoad administrationem, & visitationem, & *num.* 31. dicit quod ad redditionem computorum, quam conclusionem ampliat per quindecim ampliationes, & limitat per tres limitationes, idem *num.* 23. loquens de Hospitali Neapolitani Plateæ Nidi cùm Rectores Hospitalis prætenderent ab Ordinario visitare non posse exemptum esse à iurisdictione illius, sacra Congregatio censuit causam committendam in Rota cùm clausula sine retardatione visitationis Ordinarij, de qua materia plures casus refert in toto orbe decisos.

Vndecimò, facit consultatio 113. Domini Ia- 12
cobi Pignatelli, qui disputat articulum an Patres

viſitatores vrbis Romæ potniſſent viſitare venerabile Hoſpitale, & Eccleſiam ſanctorum Iacobi, & Alphonſi incliti nationis Hiſpanorum de vrbe facultate ſibi commiſſa per Vicarium Papæ, dicit potuiſſe viſitari. Quia licet tale Hoſpitale ſit fundatum ſub immediata protectione potentiſſimi noſtri Regis, ſubdit dictus Pignatellus *num.* 27. fuiſſe deciſum per Sacram Congregationem adminiſtratores teneri libros rationum exhibere extra Eccleſiam coram ordinario. Dicit etiã anno 1624. Sacram Congregationem cenſuiſſe redditionem rationum fieri deberi in domo Epiſcopi viſitantis, non in loco dictæ fraternitatis, imò id notat, *num.* 46. ampliorem facultatem tribuiſſe Concilium Epiſcopis in rationibus exigendis, quam in viſitationem locorum Piorum, quia ad viſitationem Concilium *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 8. eximit loca ſub Regum protectione ſiſtentia, ſecus verò quod ad reddenda computa, quia Trid. *cap.* 9. nullum locum eximit, videatur idem auctor *ſuprà*.

13 Iuſtitia ergo Epiſcopi clara eſt, non ſolùm iure communi, ciuili, & Canonico, cùm Sacrorum Canonum antiquorum, de quibus Fagnanus *in d. cap. ad hæc* de Religioſis domibus notiſſima dicta Trid. *de reform. ſeſſ.* 22. *cap.* 8. & 9. quem ſequuntur DD. omnes Eccleſiaſtici à Barb. relati, imò etiam à DD. ſecularibus reprobatis ab Eccleſiaſticis vt Salgad. Peguera, Ceuallos, Anſaltus, Marta, & alij.

14 Sed quid dico de Eccleſiaſticis, & ſecularibus Doctoribus defendentibus Iuſtitiam Domini Epiſcopi, quando ipſimet impij hæretici pro Epiſcopo ſcripſerunt primò Theod. Reyger Iuriſconſultus, & Comes Palatinus Cæſareus Aſiæ Superioris Cancellarius de regimine ſeculari, & Eccleſiaſtico *lib.* 3. *claſſ.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. poſtquam loquutus fuiſſet de bonis Eccleſiæ ad quem finem ſint deſtinati *num.* 21. ait, quod regulariter ad Epiſcopum ſeu Ordinarium loci vel ad eum qui ius Epiſcopale habet, & ſpectat reuidere computa, & ad eum pertinet exigere rationes eorumdem debit. Idem dicit impius Matthæus Stephanus *lib.* 3. *de iuriſdict. part.* 1. *c.* 14. *num.* 28. Nicolaus Prugart. *conſ.* 1. *num.* 277.

15 Secundo loco impius Carpzouius in ſua Iuriſprudentia *cap.* 2. *tit.* 19. *defin.* 6. *lib.* 1. *tit.* 1. *de iuribus Epiſcopalibus*, *num.* 7. dicit quod magna requiritur ſapientia ad diſpenſandum bona, & redditus Eccleſiaſticos, ſi nolimus peccare provt dicit Origenes in Matthæum allegatus à Chriſtophoro, Beſold. *de Iure Maieſtatis*, *ſeſſ.* 2. *cap.* 7. *circa finem*, præſertim ſi vſus ad quem bona ſint deſtinata in vſus pios, vel impios, vel ſuperſtitioſos exponantur, quo caſu ſuper inſtitutione reiecta in alium vſum pium conuerti debet, ex hoc dicit Capſodius, quod eſt quædam Regaliorum, ſeu legem Diœceſanam pertinens ad Epiſcopum per Text. *in cap. ſiquidem cap. quæ nouerint cap. de his*, 10. *quæſt.* 1. *cap. præcipimus* 12. *quæſt.* 1.

16 Decimoſecundò, facit quod dicit Regens de Marinis *tom.* 1. *cap.* 339. Vbi ait quod Epiſcopo competit ius viſitandi, & habendi redditionem rationum, quod idem dicit *cap.* 224. *num.* 8. niſi contrarium diſpoſuiſſet teſtator in ſuo teſtamento, vt non ſe intromitteret ordinarius, quod ita per Sacram Congregationem dicit fuiſſe deciſum *num.* 7. & 8. Vnde concludit, quod vigore prædicti decreti Tridentini poteſt Epiſcopus viſitare talia loca, etiam extra viſitationem, vt decreuit Sacra Congregatio apud eumdem.

17 Decimotertiò, facit doctrina Regentis Valenz. *tom.* 2. *conſ.* 122. *num.* 38. dicentis, munus Epiſcopi eſt rationes exigere ab adminiſtratoribus laïcis, & fabricæ Eccleſiæ quamvis ſit Cathedralis, qui ſingulis annis ordinario rationem reddere tenentur conſuetudinibus, & priuilegiis, quibuſcumque in contrarium ſublatis, niſi contrarium dictum ſit in inſtitutione, & Ordinatione talis Eccleſiæ ſeu fabricæ vel ex conſuetudine, aut priuilegio, ſeu conſtitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis, ratio reddenda eſt, ſed cum illis Ordinarius etiam debet adhiberi, ex Decreto Concilij *ſeſſ.* 22. *cap.* 9. & dicta poſt Leonem *prax.* 2. *cap.* 14. *num.* 24. ibi dicit Valenz. & *num.* 39. *cum ſeq.*

Quod autem ſuprà probauimus pluribus exemplis, tum alibi, cùm etiam Neapoli contingentibus, corróborauimus. 18

Primo numero adminiſtratores hoſpitalis Dapiæ exempti per priuilegium Nicolai V. à viſitatione ordinarij prætenderent ab eo poſt Concilium viſitari non poſſe, neque coram eo teneri reddere adminiſtrationis ſuæ rationem: Sacra Congregatio ab adminiſtratoribus prædictis conſultare cenſuit non obſtantibus allegatis pro adminiſtrationibus hoſpitalis ius viſitandi dictum hoſpitale, & exigendi redditionem rationum ab eis adminiſtratoribus competere Epiſcopo tamquam delegato Sedis Apoſtolicæ Vig. Conc. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. & 9. & ratio eſt quia Text. *in d. cap.* 9. tollit priuilegium Nicolai V. quod ad viſitationem, & licet dicat in cauſis à iure conceſſis, hoc tamen non impedit, cum de iure communi poſſit Epiſcopus viſitare hoſpitalia ſublato priuilegio capitolo de Xenodoch. de Religioſis domibus, quod verò attinet ad redditionem rationum, de qua *in d. cap.* 9. exceptus eſt ſolus caſus quando in fundatione captum eſt, vt non redderetur ordinario, ſed in Bulla Nicolai V. nulla mentio habetur, cui ſit reddenda ratio igitur & cauſa, & plura alia ampla refert Fagnanus *vbi ſuprà in* 1605. *cum pluribus numeris ſequentibus.*

Vltimo loco facit impius hæreticus Gaſparus Holoc *cap.* 10. *de contributionibus*, *ſeſſ.* 1. *num.* 100. quæcumque adminiſtratio, & procuratio bonorum Eccleſiaſticorum merè profana, & plebeia eſſe prohibetur; vnde Epiſcopalis eſt iuriſdictionis, idem dicunt Marſilius Patauinus, in defenſione Patris *parte* 1. *cap.* 15. & *part.* 2. *c.* 17. *n.* 20. Coppinus *lib.* 2. *de ſacra Politia*, *cap.* 2. quia hoc colligunt per Concilium Calcedonenſe *cap.* 26. 19

Quod ſuprà diſputatum eſt firmum remanet ex facto, quæ inter alia capita & mandata Domini Epiſcopi Puteolani Leonardi Vairo pro bona gubernatione, & adminiſtratione bonorum Eccleſiæ dictæ Parrochialis Eccleſiæ ſancti Vitalis ita ordinat. 20

Item *che li Maſtri Vecchi ſiano tenuti ogn'anno dar conto della loro adminiſtratione alli Maſtri nuoui, & al Reuer. Sign. Veſcouo, o, perſona deputata d'eſſo, & queſto s'habbia da fare al tempo, che s'eliggono li Maſtri nuoui*, hoc dicit *num.* 10. dat formam electionis Magiſtrorum in quolibet anno cum interuentu, authoritate, & confirmatione Epiſcopi, & condemnat nouum electum remitentem adminiſtrationem in *Ducatiſei*, quæ conſuetudo ſeruatur, igitur cum dictæ capitulationes ſint factæ ab antiquo tempore, & acceptatæ per dictos Magiſtros ſeculares Eccleſiæ Parrochialis ſancti Vitalis cum aſſiſtentia Concilij Trid. *d. cap.* 9. & cum meus Epiſcopus, ſit in quaſi poſſeſſione viſitandi & computa recipiendi ab eiſdem Magiſtris ſecundùm conſuetudinem 21

Eccleſia

Ecclesiarum in Regno nostri Catholici Regis non solùm in Hispania, sed in tota Italia, durum est contra stimulum calcitrare, quod in sola Parœciali Ecclesia sancti Vitalis Puteolanæ Diœcesis oppositum debeat introduci, & seruari.

22 Nec obstat contra supradicta, quod scripsit Modernus Constantinus Cafarus *lib. 1. in speculo peregrinarum quæstionum, q. 18. per totam*, vbi decisum refert, Confraternitatem laicorum fundatam in Ciuitate Cauæ in Ecclesia Regularium Minimorum sancti Francisci conueniendum esse, prout conuenta fuit coram iudice seculari; igitur arguendo possit aliquis dicere pro Oratoria defendenda, quod sicuti illi Confratres Ciuitatis Cauæ Conuenti fuerunt coram iudice laico, ita Magistri Ecclesiæ Parœcialis sub titulo sancti Vitalis Puteolanæ Diœcesis conuenire debent pro redditione rationum coram iudice laico.

23 Respondeo enim quod decisio de qua Cafarus, *vt suprà*, nil contra nos facit, quia vltra concedimus, quod laici Magistri Ecclesiæ sancti Vitalis conueniendi sunt coram iudice laico, si quæ, quod ad forum procedit allegata decisio Cafari, nusquam verò *in dicto lib.* reperitur prohibitum, quin non possit Episcopum à laicis, Magistris Ecclesiæ petere computa rationum pro Clementinis quæstuatis ab eisdem, quod patet euidenter.

24 Primò, quidem, quia *sub num. 9. fol. 123. versiculus* 4. est dicit quod Episcopus potest dictas Ecclesias visitare. Secundò, agit quod quidem idem Cafarus *num. 17.* post Barbos. quem allegat, dicit quod Episcopo subiiciuntur dictæ Confraternitates, vt videlicet possint compelli rationem & reddere, vel per eum cogi ad recipiendum, vel reiiciendum aliquem Cetto in reliquis verò quantumque sint affixæ Ecclesiis, & sint institutæ authoritate Episcopi non habent priuilegium fori, igitur quia nos sumus redditione rationum, nil contra nos dicunt Cafarus, & Barbosa.

25 Nec facit contra nos factum, de quo idem Cafarus *num. 22.* scilicet Episcopus Baianens. qui cum sententiam protulisset excommunicationis contra Magistros laicos Ecclesiæ Parœcialis, eo quod charitatem Sacerdotibus, qui Missas celebrabant, non persoluissent propter quam excommunicationem fuerunt Episcopo rescriptæ litteræ hortatoriales contra quas respondit Episcopus, vt videre est *ibi*.

26 Sed hoc nihil facit contra nos, quia si Episcopus se defendisset allegando Marcum Antonium Genuensem in praxi Archiepiscopali Neapolitana impressa Neapoli in anno 1602. *cap. 40. n. 24.* vbi refert, per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam fuisse excommunicatos laicos Magistros Ecclesiæ Spiritus Sancti huius Ciuitatis Neapolitanæ, quia non soluerant mercedem Prædicatori propter rationes, de quibus *ibi*, & tamen nulla hortatoria fuit facta Vicario Neapolitano, vnde dicendum est, quod sicuti Episcopus potest excommunicare laicos Magistros Ecclesiæ per hoc quod non mercedem Prædi-

27 catori soluere voluerunt, multò magis potuit Episcopus Boianens. excommunicare laicos Magistros Parœcialis Ecclesiæ, de qua *ibi*, per hoc quod non solucrent eleemosynas Sacerdotibus, qui Missas celebrauerant, vnde non habuit Episcopus Boianen. defensorem, quia si allegaret Genuens. impressum Neapoli cum Regis approbatione cessaret hortatoria, immò quod dicit Genuens. *in d. cap. 40.* Neapoli impressum dicit etiam ipse *cap. 33. num. 29.* impresso Romæ anno 1330. vbi dicit *num. 32.* quod Episcopus est executor Concil. Trident. sicuti & aliorum Canonum, & potest transgressores punire per iura 28
apud eum citata idem dicit Genuens. in praxi Roma impressa, in anno 1615. *num. 24.* & in illa impressa Venetiis de anno 1667. *cap. 41. n. 24.* vbi semper refert eandem decisionem factam à Curia Archiepiscopali Neapolitana, vbi fuerunt excommunicati Magistri Ecclesiæ Spiritus Sancti, per hoc quod nolebant soluere mercedem Prædicatori; ergo Episcopus Boianens. poterat excommunicare laicos Magistros Ecclesiæ nolentes soluere mercedem Sacerdotibus, qui Missas celebrabant; ergo non habuit Episcopus Boianen. defensorem, vt repræsentaret quod per Genuens. refertur decisum in Curia Neapolitana, & in simili Episcopus Maranta 1. *de suorum responsorum responso, l. 2. cum seq.* præterquã quòd 29
licet Episcopo transmissæ fuerunt hortatoriales litteræ quod inde sequutum fuerit contra Episcopum non habemus, quis scit si Collaterale Consilium, negotio bene penetrato, se abstinuerit à compulsoriis? quis reuelauit Cafaro, quod Episcopus se abstinuit, non propter iniustitiam, quam exerceret, sed propter alia? poteritne ergo Episcopo meo Puteolano præiudicare factum Episcopi Boianens. vt non petat redditionem rationum à Magistris Ecclesiæ Parœcialis sancti Vitalis, in cuius quasi possessione à fundatione dictæ Ecclesiæ reperitur, imò non est applicabile factum, de quo Cafarus *vbi suprà*, præcipuè si vidisset praxim Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ Genuens. præcipuè doctrinam quam tradit *cap. 16.* & *cap. 33.* de potestate Magistrorum laicorum, & Ricci: nam exempla, non sunt ad rem, & contra obseruantiam Curiæ Neapolitanæ videndi computa Ecclesiarum huius Ciuitatis, quæ gubernantur à Magistris laicis vt est notorium, & ratio postulat: nam si ad Episcopum spectat, vt cum omnibus Cafarus *n. 9.* Ecclesias Parœciales, & cætera loca pia, & Pa- 30
rœcialem sancti Vitali foris Griptim visitare; ergo reformare, corrigere, & emendare, quod est finis, & scopus visitationis; ergo videre & petere computa, alioquin inanis esset visitatio, quia concessum censeri debet illud, sine quo concessio, & potestas non haberent effectum. Accessorium sequitur principale, in qua materia cautè & magna cum deliberatione debet procedi, nec de facili practicari, aut executioni mandari, sed tunc demum cum qualitas magna Ecclesiastici iudicis contumacia, & inobedientia reiterata, publicæque honestatis, & auctoritate Regalis iurisdictionis causa id requirat, & postulet, vt aduertit Sapientissimus Bobadilla *in sua politica & doctrina*, Concil. Trident. *cap. 9. sess. 22.* firmatur ex litteris suæ Catholicæ Majestatis Religiosissimi Regis Philippi II. in quibus pro Rege huius Regni commendatur integra obseruantia decretorum S. Congreg. vt ex eis patet.

Copia de Carta que el Rey D. Phelippe II. en 28. 31
de Deciembre de 1571. escriue al Cardenal Granbela Virrey de Nap. en respueta de consulta del Papa Pio V. prospuesta à su Mag. del Cardenal Alexandrino Legado Apostolico en España, sobre la excommunicacion de los decretos del S. C. de Trenta en diuersas SS. y en particular sobre la excommunicacion del cap. 9. sess. 22. y respuesta à la consulta del Signor Duque de Alcala, hizo à su Magestad sobre la contenido en materia de reformation

matione perjudicial à la iuriſdiçion Regia de eſte Reyno, que S. E. encargo al Regente Villano le hizieſſe relacion.

D. Phelippe por la graçia de Dios Rey de las Eſpañas de las dos Sicilias de Ieruſalem, &c. Muy Reuerendo en Chriſto P. Cardenal Granuela nueſtro muy Caro y amado amigo, de nueſtro Conſejo de eſtado y nueſtro Lugar teniente el Cardenal Alexandrino Legado de ſu Santidad, que como teneis entendido, vino a nos de ſu parte nos ha hablado aſſi ſobre los agrauios, que el Cardenal Iuſtiniano, que aqui eſtuuò nos repreſentò, de los miſmos, y otros que diçe ſe haçen en eſſe Reyno a ſus Prelados en diminuçion de la iuriſdiçion Eccleſiaſtica, y aunque hauiendoſe eſcrito ſobre loque trajò el dicho Cardenal Iuſtiniano al Duque de Alcala, Virrey que fue de eſſe Reyno lo que allà haureis entendido de que bà con eſta Copia, es de creer, que en conformidad dello, ſe haurà procurado dar a S. Santidad toda ſatisfaçion, toda via deſeando, que la reciua en todo loque fuere poſſible, nos ha parecido eſcriuiros ſobre los vnos y los otros, loque abajo vereis, loqual ſeran ſeruidos, ſe efectue, y cumpla ſin que en ello haya falta.

Eſta Carta es reſpueſtas a 19. Cauos conſultados por el Duque de Alcala ſobre lo contenido con el S. C de Tren perjudicial a la iuriſdiçion Regia Cuya decogniçion y fatiga encargò al Regente Villano, que el Duque remitio a ſu Mageſtad reſponde el Cardenal Granbela ſobre loque deue obſeruar, y guardar en lo iuriſdiçional de dicha conſulta, inter alia reſponde videlicet.

32 *Quanto a lo contenido en el cap. 9. de la ſeſſ 22. ſe agrauia no ſe permita à la Obiſpos Ordinarios pidan quenta, a los adminiſtradores, y Mayordomos ſeglares de las Yglesias, y lugares pios, aunque ſean miembros de Yglesia Cathedral, no les puedan compeller, ſino Iueçes ſeculares; y aunque es de creer en llegando à voſtra notiçia lo haureis remediado, come ſe encargò al Duque de Alcala, toda via nos ha pareçido aduertiros por eſta, paraque proueais no ſe les ponga en ello algun impedimiento, ſino que ſe les permita a los Prelados que puedan pedir ſiempre que quiſieren las quentas, que les pareçiere a los dichos Maiordomos ſeculares de Yglesias, y otros lugares pios.*

Concluye la Carta con eſtas formales palabras. Y porque el legado nos ha pedido, que entre tanto, que llega la reſpueſta, y informaçion, que pido mandaremos nueſtros Miniſtros Oficiales no perturben la juriſdiçion Eccleſiaſtica en lo Eſpiritual, ſeran ſeruidos, que tengais en eſta parte la mano dando el orden que conuenga pues conoçeis la razon, que hay para que el eſtado Eccleſiaſtico, ſea reſpetado, y tenido en la veneraçion, que ſe deue mayormente en eſtos tiempos. Secretario Bargas.

Quid clarius poterat commendari pro execu- 33
tione decretorum S. C. præcipuè contemptorum *in dicto cap. 9. ſeſſ. 22.* & obſeruatur in ſtatu Mediolan. vt patet euidenter ex illis, quæ *ſuprà* notauimus cum Fagnano, & abſurdum videtur dicere Mediolano ſeruare Tridentinum ad litteram, & integrè Neapoli diminutim, nec obſtat, quod iſti Magiſtri Eccleſiæ foris Griptim recipiunt eleemoſynas à laicis; ergo iudici laico ſunt reddendæ rationes: nam ſi argumentum aliquid probaret, tota iuriſdictio Eccleſiaſtica in interitum iret, quia Epiſcopatus & beneficia omnia ex piorum Chriſtianorum eleemoſynis laicorum ſunt fundata; ergo ad iudicem laicum eſſe recurrendum ſi Epiſcopus, Beneficiatus, Abbas, Regularis, vel ſecularis ſuæ rationis adminiſtrationem reddere tenentur, quod defendere eſt abſurdiſſimum.

Ex facto habemus Eccleſiam ſancti Vitalis 34
eſſe Parœcialem, eleemoſynas & præſtationes, non Confraternitati laicorum, ſed ipſimet Eccleſiæ dare dum adſunt ſolùm quatuor laici deputati materialiter ad exigendum & adminiſtrandum eleemoſynas in pios vſus, immò ad propriæ ipſiuſmet Eccleſiæ ſuſtentationem, nempe pro manutentione ſacri Cultus, in his quæ ſunt ad id neceſſaria pro Cereis & ſimilibus, & quod plus eſt, pro manutentione viuorum lapidum, ſuſtentatione eiuſdem Parœciæ, qui ſunt Sac. Miniſtri, hoc eſt Parœcus, Sacriſta, cum aliis Sacerdotibus celebrantibus ſacrum Miſſæ ſacrificium, quis ergo poterit dubitare an Parœcia ſubſit Epiſcopo, & eiuſdem ſit authoritate vel ſaltem comprobatione erecta? quis eleemoſynam pro neceſſaria manutentione Eccleſiæ non eſſe ipſius Eccleſiæ vel ſaltem pietate fidelium ad pium vſum ſuæ ſuſtentationis ordinata non ſit ſub eadem directione, quæ eſt ipſa Eccleſia, dum hæc ſine eis ſtare non poteſt, quis illos laicos ſimplices œconomos nullum ius habere in eis Deo datis, qui quando recipiunt adminiſtrationem prouidentialem, ſeu ſollicitudinis, quæ competere poteſt laicis non ſubiiciantur Epiſcopo Ordinario in reddenda ratione computorum in omnibus aliis monentes merè laici, quis ergo ex his tam claris principiis non contremiſcet audiendo talem nunc prætentionem Epiſcopum non poſſe ſicut Parœciam, ita & libros viſitare, ne diſſipentur vel ad vſum conuertantur, ſi non profanum, ſaltim non ita neceſſarium, maximè quando ſic Epiſcopus, & eius prædeceſſores poſſidere comperiuntur vltra decennium, & nunc quaſi contra violentos turbatos Regium additur auxilium, ſub velamine turbatæ iuriſdictionis. Hoc audito non eſt hæſitandum omnino hortatoriales litteras ſubreptitiè obtentas eſſe proculdubio reuocandas, vt ſpero per Dominum Delegatum realis iuriſdictionis.

DE EADEM RE.

NOn meretur contra hæc allegari Caſar. 35
quæſt. 18. vbi ex doctrina Bald. *in l. ſi quis ad declinandum, §. in omnibus, num. 19. C. de Epiſc. & Cler.* concludit confraternitates laicorum licet ſiſtentes in loco ſacro, & religioſo, licèt bona eorum ſint ad vſum pium, & licet ſta-

tutis

tutis regulentur Pontificiis, esse non subiectas Ecclesiasticas personas, nec locum esse sacrum, ea ratione Baldi, quam sequuntur DD. à Cafar. citati, licèt diuersimodè eam accipientes, quia confraternitas, siue collegium est persona de per se ficta, & constituta per indiuiduos laicos, vndè, & ipsa persona resultans ex illo Collegio laica erit, ita trahentes Text. *in l. mortuo, ff. de fideiussor.* quo posito progreditur vltrà Bal. tale Collegium laicum licèt materialiter locetur, in loco sacro, & in Ecclesia, potest tamen considerari de per se, non communicatum loco sacro, & ab eo abstractum, & separatum, & sic laicum remanet, vndè ex his concludunt DD. subsequentes Bal. quod in confraternitatibus laicorum, neque personæ sunt religiosæ, aut sacræ, neque locus dictæ confraternitatis nil operare finem vsus pij suorum bonorum, & regulari quibus regitur ab Episcopo, vt bona confraternitatum dici possint merè laicalia, & profana, quia hæc accidentaliter se habent ad principale, quod est ipsa persona resultante ex Collegio laicorum, ita philosophatur Bal. & sequaces tantò periculo maiori, quantum est in materia sic periculosa ad subtiles, ita deuenire conceptus, vt nec ipse Bal. confidat facilè suam doctrinam capiendam vt in *vers. dices tu*, ista verba sunt difficilia ad intelligendum, quomodo enim cognoscam istam inseparabilitatem personæ à loco, vel inseparabilitatem personæ, voluit forsan dicere subiungere, resultatis ab indiuiduis nil diuersæ ab ipsis propter formam diuersam in genere pietatis, & regularum, quæ non est in singulis.

36 Hæc autem doctrina quatenus concludit personas laicorum remanere laicas etiam sub collegio addicto pietatis operibus, & in loco sacro materialiter posito defendi potest aliqualiter, nec Bal. Theorica, licet enixè eam impugnet, Pet. de Vbal. *in tract. de Canon. Episcop. quæst.* 14. *à num.* 18. & eius rationibus respondet, ac reliqui DD. per Tiraquell. *infrà* citandum vbi verò vel ipse Bald. vel alij cum insequentes extenderent conclusionem ad rem nempè casum relictum, vel datum confraternitati, quæ non ad alium vsum declinata est nisi pium, vt relictum, & datum non sit pium, sed profanum sumens suum esse à persona laicorum constituentium confraternitatem, & non potius à fine, & sic formali causalitate considerata dantis, & relinquentis, qui est omni iure in pios vsus conuertendi relictum, & datum hoc equidem esset contra omnes iuris ciuilis, & Canonici communes regulas, & DD. in hoc pari sensu concordantes, licet discordent quando relictum confraternitati est, quæ non ex instituto, sed aliquando ad libitum exercet pietatis opera, insimul tamen, & profana, & in his terminis diuisa sunt calcula inter DD. vt per Tiraquel. *in præm. tract. de priuil. piæ causæ vers. item relictum fraternitatibus, & vers. contrarium tamen*, qui omnes adducit non sic in primo casu scilicet si confraternitatis instinctum totale est vel saltim principale erogandi, & distribuendi quæ colligit in pios vsus, quia vt sic relictum, & datum censetur non laïcis, nec eorum personæ, vel Collegio aliquid quæsitum, sed causæ ipsi piæ, & instincto illic sic firmo ad pietatem distribuendi vt distinctè, & non in confusione posuit vtrumque casum Alex. *in cons.* 102. *vol.* 7. & sunt iura manifesta *in l. omnia priuilegia cum sui ratione, C. de Episc. & Cler.* vbi Bar. *& in C. requisisti* vbi Felin. & Canonistæ *de testam.* & ratio est ineuitabilis legantem, vel aliter dantem considerasse principaliter vsum confraternitatis pro eo datum dicatur, itaque mens dantis est interpretanda *l. si seruus plur. §. fin. de l.* 1. & posita causa hac finali, confratres non ipsi accipiunt, nisi vt instrumenta pro fine, provt ex his verè à DD. appellantur merè distributores, & administratores *l. pero, §. mater de leg.* 2. *l. fideicomm. §. pen. ver. interdum de leg.* 3. ibi: multum autem interesse arbitror cui voluerit prospectum cuiuscumque contemplatione testator fecerit, nec dubium est datum semper, & relictum intuitu piorum operum iudicari principaliter datum pro anima propria vt ex Gl. *in l. si quis titio de l.* 2. colligit Corn. & dicit communen. *cons.* 18. *num.* 15. *vol.* 4. & procedunt propria verba Text. *l. si quis titio* ibi: nisi titium dumtaxat vt Ministrum eligit ad idem; reuidendi DD. omnes per Molses. *in sum. Theolog. part.* 2. *tract.* 13. *cap.* 5. *num.* 171. Menoch. *in tract. de recuper. poss. remed.* 15. *quæst.* 5. *& de præsumpt. cap.* 115. *num.* 5. *lib.* 4. Gabr. *commun. concluf. lib.* 6. *de Pia causa concluf.* 1. *num.* 17. *&* 22. Imo nec negare ad ipsum allegatur Bald. *in d. l. si quis ad declinandam, num.* 19. *in fine vers.* Nec tamen negandum est dato rationem, quia 37
hac intentione relinquitur eis, & allegat iura ad propositum ad idem Petr. de Vbal. *loc. desuper. cit. num.* 19. *&* 24. Paris. *cons.* 34. *col.* 2. *in fine, vol.* 4. Capra *cons.* 54. alij per Philipp. *port. concluf.* 6. *lib.* 5. *vers. licet inaduertenter, & vers.* 1. *limita*, & mirandum est de Decian. *tract. crim. lib.* 4. *c.* 9. *num.* 38. solo quem viderim confundente etiam respectu causæ piæ bonorum, & pro se adducit Bart. Soccin. *cons.* 63. *num.* 33. *in col. pènult. ver. sed difficultas vol.* 4. hic enim prop. plus omnium concordat cum communi, vt respectu bonorum, quæ dantur, siue relinquuntur fraternitati (quicquid sit respectu personæ aut loci) non sit dubium datum dici omni iure ad pias causas, & habere priuilegia piæ causæ argum. *l. cum dotem, ad l. falcid.* & dat rationem. Non acquiri confraternitati pœnas, quam non sunt permansura sed adducit Abb. *cons.* 32. Ludouic. Rom. *in auth. similiter C. ad l. falcid.* Castr. *cons.* 295. vbi quod priuilegium datur causæ non loco, nec personæ, ita etiam concludunt Corn. vt *suprà* notauimus Alexand. *cit. cons.* 102. Bart. Felin. & alij per nos adducti, quos tamen Decian. citat pro se, sed eos forsan non vidit, & ad idem Castill. *controu. lib.* 1 *cap.* 54. *n.* 24. Camill. Borrell. *in sum. decis. part.* 1. *tit.* 15. *de reb. Eccl. non alienan. num.* 41. Fabian. de Monte *de empt. & vend. part.* 3. *num.* 35. Ricc. & alij per Hermosill. ad Greg. Lop. *gl.* 1. *l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. *num.* 81. *&* 82. Ioseph Ludouic. *decis. Perus* 93. Valasc. *concl.* 105. *num.* 34.

Hac stante distinctione bona confraternitatis 38
destinata ad vsus pios ratione causæ quod iudicentur pia concordant posita per Bobadill. *polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 228. ibi: *quando alas mandas qua se le hazen*, & *cap.* 17. *num.* 141. ibi, *En caso que en ella haia hospitalitad*, Lambertin. *de iure patron.* Afflict. Magon. Gratian. Bergnin. Reg. de Ponte, Fusc. Zerola, & alij per eumdem Cafar. *d. quæst.* 18. *num.* 1. vltrà eos Sfor. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 43. *art.* 6. *num.* 45. *vers. item confraternitatibus relictum, & art.* 5. *vers. ampliatur sec.* Rodoan. *de reb. Eccl. non alien. quæst.* 28. 49. *&* 51. Guttierr. *canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 35. *n.* 26. & multi per eos citati, quorum non est omnium facere catalogum.

Inde ex hoc indubitato principio sequitur, 39
quod

quod confratres vti ſimplices adminiſtratores datorum pro cauſa pia, & ſic Deo non ipſi niſi vt diſtributoribus, ſubiectos eſſe viſitationi Epiſcopi, non ratione perſonarum, aut loci, ſed cauſæ, & adminiſtrationis rerum Deo datarum, tam ex diſpoſitione communi Iuris Canonici *in c. ſiquis Epiſcoporum 16. quæſt. 7. & C. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. & C. ad hæc de religioſ. dom.* quam S. Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 9.* ita Curt. *in diuerſor. feud. part. 2. cap. 2. num. 96.* Carol. de Graſſ. *d. effect. 1. num. 606. cum ſeq.* Guttierr. *loc. cit. num. 77.* & omnes per eos relati, & per Gratian. *diſcept. 481. num. 19. & ſeq.* Imo, & hoc neque negat Cafar. *num. 9. verſ.* quartus licèt ſe reſtringat ſolùm in ſubiectione reſpectu viſitationis, quam & ipſe concedit Epiſcopo de qua loquitur Barboſ. *in allegat. 75. ſub tract. de poteſt. Epiſcop. à n. 23.* poſt Azeued. & alios, & ita declarauit, non autem correxit ſuum lapſum, quod, & vocat Cafar. præcipitium, *in addit. ad eund. tract. num. 31.* vt nimis acutè provt loquebatur ita ſcribit hic author contra tam dignum Doctorem, *loc. cit. num. 16.* nam Barboſ. *in alleg. 75. num. 30. in fine*, etiam tenuit nec eſſe profana collegia auctoritate Epiſcoporum fundata ad pia opera, & hoc indubitatum ſuppoſuit Merlin. *contr. 65. num. 11.* poſt Garz. *de benef. part. 5. cap. 1. num. 602. in fine*, & plures adducunt Rotæ deciſiones.

40 Dicere autem, quod poſſint viſitari ab Epiſcopo, & deinde quod per Epiſcopum depoſita in viſitatione non poſſint exequi contra laicos, eſſet, non dicam contradictio, ſed puerilis ſcurrilitas ideò de ſucceſſu, quem exarauit Cafar. in Collaterali Conſ. cum Epiſcopo Boianen. vt *num. 22. verſ. cui demum*, licet nobis, & omni prudenti viro magnopere dubitare niſi eſſent intelligenda de locis ſub protectione Regis, & exemptis à principio, vel de locis, & montibus merè profanis, quæ ab Epiſcopo non viſitantur vt per Ceuall. *de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 32.*

41 Et non ſolùm bona data ad pios vſus confraternitatibus cognoſci poſſunt, & debent ab Epiſcopo per viſitationem, vt hic, & in altero folio fundauimus, ſed quoad forum quoque ſubiiciuntur hæc bona prædicta eidem Epiſcopo, licèt non priuatiuè, ſed cumulatiuè cum iudice laïco reſpectu iuriſdictionis coactiuæ vt eſſet de omnibus piis diſpoſitis ex Text. *expreſſo in l. null. in fine, & l. hæreditas, ff. de petit. hæred. l. 3. §. 1. de aliment. & cibar. leg. §. cum vnum auth & cum de appell. cogn.* expreſſiſſimè *in auth. de Eccleſ. titul. §. ſi quis ædificationem, c. relatum il primo.* vbi Canoniſtæ de Teſtam. Bart. Bald. Angel. & alij per Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 9. num. 7.* Martha *de iuriſ. part. 1. cap. 2. num. 2.* poſt Couarr. & alios Barboſ. *d. alleg. 75. num. 15.* vbi in puncto de his relictis confraternitati ad pium vſum quod ſubiiciantur iuriſdictioni Epiſcopi, non autem priuatiuè, & proindè dari locum præuentioni circa eius coactiuum ex *d. §. ſi quis ædificationem*, dummodo non fiat loca exempta per legem expreſſam in actu erectionis vt *in d. fol.* notauimus, & de his loquitur Cafar. *in alia ſua quæſt. 50.*

42 Quod tamen diximus de iuriſdictione coactiua, vt ſit mixti fori, & ita Epiſcopi cumulatiuè cum ſeculari iudice intelligendam volumus cum Gaſpar. Theſaur. *quæſt. iur. lib. 2. 8. 15. n. 19.* & Ciarlino *controu. part. 3. cap. 227. num. 26.* vt ſit legibus inductum, & à Canoniſtis admiſſum, maiori Eccleſiæ fauere, cui pia diſpoſita queruntur, non ipſis diſtributoribus laïcis.

43 His præhabitis cum diſtinctione, & non hinc, & hinc obſcura confuſione coaceruatis, in tuto erit cauſa Illuſtriſſimi Epiſcopi Puteolani, ipſe enim, vel aliud non agit quam viſitationis actum, nempè vigilanti oculo procurando, vt in deſtinatos vſus peruenta deputatis laïcis à pietate fidelium erogarentur, vel iuriſdictionis vbi eſſet actus coactiuus ad id ſic percomplendum adſtringens adminiſtratores, hoc ſaltim præueniendo, non eſt, nec reperietur qui negauerit ſuæ Paſtorali dignitati, quid ergo conſequerentur diſſipatores laïci, ſub velamine turbatæ iuriſdictionis Regis, niſi quia ſub tali Clypeo in priuatum commodum rapere volunt Deo, & Eccleſiæ eleemoſinas pro eorum anima datas à fidelibus.

Vſque huc tamen conceſſimus adeſſe Collegium, & confraternitatem Gubernatam per laïcos, ſed hoc in facto, & eſt falſum, non enim reperitur in Eccleſia Parochiali S. Vitalis hoc Oratorium, Congregatio, & confraternitas, & ſolùm in veritate eſt Capſa quædam in ipſa Eccleſia, ſiue Gazophilacium, vbique mittuntur à toto fidelium cœtu pro ſuſtentatione ipſius Eccleſiæ immediatè conſeruantur, & hæc datur adminiſtranda per quatuor laïcos, qui ex hoc nõ poſſunt ſomniari, quod ſint Rectores alicuius Collegij, & confraternitatis, quæ faciat corpus de per ſe diuerſum, ſed ipſi ſunt in Eccleſia, & hæc ſuas eleemoſynas dat eiſdem diſtribuendas ad vſus deſtinatos propriè, & immediatè ſuſtentationis. Vnde ex hoc ſolo facto ceſſat omnis diſputatio etiam ſupputata hypotheſi cum doctrinæ applicatione totali, Bald. & alior. per Cafar. *loc. cit.* 44

Et quando adeſſet in facto tale corpus ſeparatum, vel ſeparabile confraternitatis in Eccleſia S. Vitalis, quod eſt vanum ſupponere, adhuc deficeret aliud requiſitum ad hoc ratione loci materialiter tantum in Eccleſia diceretur locus Collegij non ſacrum, ſed profanum, & hoc requiſitum eſſet reperiri confraternitatem non in ipſa Eccleſia, ſed in loco ſeparato ab Eccleſia publica, licet intra clauſtra, & ſepta ipſius, quod ſi non ſolùm eſſet poſita in ipſa Eccleſia publica, & ad vſum publicum deſtinata ab Epiſcopo vt eſt Eccleſia iam dicta Parochialis S. Vitalis, imò, & ſeparatum Oratorium haberet ianuam ad viam publicam, aut campanile, & campanas, aut ſepulturas, & Miſſæ ibi celebrarentur quotidie ad publicum vſum fidelium, omnino eſſet etiam locus ille confraternitatis ſacer, & ſic Epiſcopo in omnibus indubitatè ſubiectus, vt ex Roman. *conſ. 477. à num. 23.* Felin. *in C. de quarta de præſcript.* Lambertin. *plenè loc. cit.* Dec. Graſſ. Merlin. & alij per eos admiſit idem Cafar. *num. 18. verſ. vltrà quod.* Quantò igitur magis erit indubitatus noſter caſus, vbi data confraternitate ea eſſet in eodem vaſe ipſius Eccleſiæ Parochialis non in loco vlla ſeparatione diſtincto, & in Parochiæ loco vbi non eſt quærere ſi omnia requiſita per Felin. & alios nuper adductos. 45

Et omnino ita concludendum ex præmiſſa ſpecialitate huius cauſæ, quod hic non agitur de monte laicorum neque de Collegio de per ſe, neque de relictis ad pios vſus indefinitè, ſed veritas eſt Eccleſiam Parochialem ſine vllo alio reditu, dum conſiſtere euidenter non poſſet, neque Parochus, ſacriſta, & inſeruientes Eccleſiæ manutenere, & viuere de Altari ſine ipſorum cooperatione fidelium hi præſtant immediatè hoc auxilium, & neceſſaria ad victum Miniſtrantium Sacerdotis, & Clericorum, ac pro aliis ad proprium cultum Dei, & Eccleſiæ, cum quotidianis ad libitum eleemoſynis, quæ ſi non ſunt ex his totaliter 46

ſacra,

sacra, & patrimonium dictæ Ecclesiæ, itaque sacrosancta res, nescimus quæ alia possit adinueniri talis, inde ex eodem Bald. Theor. eleemosynæ iam dictæ, quæ ad hoc semper missæ sunt negari non potest, quod insunt Ecclesiæ, & vnum constituunt indiuiduum, & inseparabile ab ipsa Ecclesia, si verum est nullam esse maiorem vnionem ea quæ vna parte sublata totum destruitur, provt esset in puncto hic, vbi sine talibus fidelium obuentionibus nec esset Parochia, nec Ecclesia S. Vitalis vnica, in qua sacramenta in illa Regione ministrantur.

Ex quo speciali in facto sine alia ex præmissis iurium disputationibus aperte replicamus esse Hortatorias reuocandas, & vlteriùs non procedendum.

DE EADEM RE.

PRIMVS PVNCTVS.

47 ECclesiam S. Vitalis Putheolanæ Diœcesis non dubitatur esse sacram, & Religiosam, atque ex eo subiectam suo Ordinario Episcopo, vti erectam sua authoritate, non solùm quia sic omnes Ecclesiæ præsumuntur, si ibi sint sepulturæ, & Cimiterium, vel ibi administretur baptismus, vel saltim habeat campanile erectum cum Campana ad publicè vocandum populum, & diuina celebranda, Mascard. *de probat. tom. 2. conclus. 869. num. 1.* communis omnium DD. etiam in Hospitali, & Xenodochio, quod in dubio non est locus sacer; ad idem Ricc. *decis. 40.* Rot. *diuers. 1. p. decis. 725.* Quaranta, Filiuc. & alij per Thomam Delbene *de immun. Eccles. part. 1. c. 4. dubit. 20. num. 7.*

48 Sed extra omnem præsumptionem dum sumus in Ecclesia Parochiali etiam si vnita Regularibus, vel aliis exemptis, subiecta est Episcopo in omnibus eidem attinentibus, vt ex S. C. T. *sess. 7. cap. 7. de reformat.* vbi plenè Barbosa *in collect.* Cochier. *de Iurisd. ordin. in exempt. part. 2. quæst. 45. num. 11.* & alij, sine dubio, quod solùm excitari posset quando Ecclesia ipsa doceret de priuilegio exemptionis ab Ordinario per legem fundationis authoritate secunda, & sub conditione, quod immediatè subiecta esset sedi Apostolicæ, à qua fundator haberet ius præsentationis, vel etiam collationis, vt in Ecclesiis Altamuræ, & Bari scripsit Reg. de Ponte *inter tract. Iurisdict.* Et in similibus dato tali priuilegio practicatur in Regno pro immediata subiectione S. Pontifici, D. Reg. de Marin. *resolut. 339. num. 3. tom. 1.* vbi affert ad id determinationem Congregationis S. R. E. Cardinalium, sed isto casu, licet Ecclesia, vel Hospitale ex lege fundationis sit exemptum, potest quoque Episcopus eum visitare, corrigere, & reformare saltim in his quæ ad fundatorum voluntatem seruandam pertinent, ait idem D. de Marinis *num. 6. in fine* ex declaratione eiusdem S. Congregationis.

SECVNDVS ARTICVLVS.

49 ELeemosynæ, & quæcumque obuentiones etiam quæ colliguntur, & administrantur per Laïcos in aliqua Ecclesia vel Cappella, aut confraternitate erecta cum authoritate Episcopi, sunt immediatè ipsius Ecclesiæ, nec disponi possunt in alium vsum, quam pium. Et proindè visitationi subiacent administratores eiusdem Episcopi, ita ex dispositione expressa S. C. T. *sess. 22. c. 8. & 9. de reform.* Carolus de Grass. *de effect. Cleric. effect. 1. num. 609.* Azeued. *ad l. 3. tit. 14. lib. 8. ordin. num. 9.* etiamsi Cappellæ darentur eleemosynæ, & in ea colligerentur à laïcis, quæ esset intra Ecclesiam exemptam vt pluribus fundat Barbosa *de pot. Episcopi, tom. 2. alleg. 75. num. 28. & 29.* & decisionem affert S. Congregationis in puncto ad idem D. Reg. de Marin, *loc. cit. num. 7.* Imò & quod hoc possit, Episcopus etiam extra visitationem, & exigere rationem ab administratoribus locorum merè laïcorum, & priuatorum sine vlla distinctione generaliter etiam quando ex priuilegio, vel consuetudine, vel aliqua alia constitutione alij esset reddenda ratio, sunt verba dec. S. Congregationis per eundem de Marinis *num. 8.*

Et ratio est quia omnis fidelium præstatio, 50
vel eleemosynam vti ad pium vsum destinata nec potest exigi, nec expendi absque authoritate Episcopi, & si adesset indultus Apostolicus, vt ex eodem Conc. Trid. *sess. 21. cap. 9.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat. 109. & de officio de potest. Paroch. cap. 16. num. 25.* & quando S. Pont. dat licentiam eleemosynas colligendi quibuscumque scribit Episcopo illius diœcesis, cui remanet authoritas cognoscendi de eis, & eorum vsu, iuxta piam largientium mentem, & maiorem Dei cultum, cuius formæ indultus est exemplar pœnès eundem Barbos. *in collect. ad S. C. T. d. cap. 9. sess. 21. num. 2.*

Inde sit quæcumque bona quæsita per tales 51
oblationes etiam à confraternitatibus laïcorum in Ecclesia, vt supponitur subiecta, & erecta authoritate Episcopi dicuntur Ecclesiastica, & alienari non possunt absque solennitatibus Extrauag. ambitiosæ, vt plenè Azeued. *loc. cit. num. 27.* alij per Guttierr. *Can. quæst. lib. 1. cap. 55. n. 23.* Renat. Kopin. *de sac. Polit. lib. 3. cap. 6. num. 6.* Marta *de iurisd. part. 4. cas. 113. num. 7. & seq.* Bobadill. *polit. lib. 2. cap. 18. à num. 228.*

Dubium fuisset si in Ecclesia colligerentur à 52
laïcis, & à confraternitate laïcorum erecta sine vlla authoritate, vel approbatione Episcopi, & tamen si eleemosynæ, & obuentiones sunt non solùm destinatæ ad immediatam manutentionem eiusdē Ecclesiæ, & eius Parochi, & ministrātium, sed ad quemcumque pium vsum, putà ad alendos pauperes, curandos infirmos, redimendos captiuos, & matrimonio collocandas puellas, tunc ex exercitio ipso talium operum licet non cum authoritate Episcopi erecta sint, verè loca pia dici possunt, non quidem ratione loci, sed ratione causæ, & sic Episcopo, non autem magistratui sæculari subiecta: sunt verba eiusdem Thomæ Delbene *cit. dub. 20. in fine*, qui ad hæc allegat Ricc. *in praxi, tom. 3. resol. 142.* vbi si non ratione subiectionis Ecclesiæ, vel Xenodochij absque authoritate Episcopi, at ratione causæ piæ, quod data, & relicta (si non adest speciale priuilegium exemptionis in fundatione) dum sunt in causam piam, ideo & pro anima data Deo, sunt de Ecclesia, & sub directione Ordinarij, qui & visitare tenetur, Feder. de Sen. *conf. 111. post Speculat.* Io. Andr. Abb. Cardin. & cæteros Canonistas, Bar. Bald. Alex. Dec. Lop. & alios iuristas, quos allegat Ricc. *loc. cit.* ad idem Peregr. *de Immunit. cap. 4. num. 64.* Nouar. *de elect. for. sect. 2. quæst. 56. à num. 8. & cap. 54.*

Ex facto habemus Ecclesiam esse Parœcia- 53
lem, eleemosynas, & præstationes non Confraternitati laicorum, sed ipsimet Ecclesiæ dari, non adsunt solùm laici quatuor deputati materialiter

ad exigendum,& adminiſtrandum eleemoſynas, ſed in piiſſimos vſus, imò ad propriæ ipſiuſmet Eccleſiæ ſuſtentationem; nempe pro manutentione ſacri Cultus in eis,quæ ſunt ad id neceſſaria pro Cereis, & ſimilibus,& quod eſt plus,pro manutentione viuorum lapidum eiuſdem Parœciæ, qui ſunt ſacri Miniſtri, hoc eſt Parœcus cum aliis Sacerdotibus celebrantibus ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium, & pro Sacriſta. Quis ergo dubitabit an Parœcia ſubſit Epiſcopo, & eiuſdem ſit authoritate, vel ſaltim comprobatione erecta? Quis eleemoſynam pro neceſſaria manutentione talis Eccleſiæ non eſſe ipſius Eccleſiæ,vel ſaltim pietate fidelium ad pium vſum ſuæ ſuſtentationis ordinatam non ſit ſub eadem directione, qua eſt ipſa Eccleſia, dum hæc ſine eis ſtare non poteſt? Quis illos laicos ſimplices Oeconomos nullum ius habere in his Deo datis, dum pro ſuſtentatione Eccleſiæ, & ſufficeret ſi pro pia quacunque cauſa, & pro anima,vt Deo quærerentur non ipſis laicis deputatis? Quis ergo ex his tam claris principiis non contremiſcet audiendo talem nunc prætentionem:Epiſcopum non poſſe,ſicut Parœciam,ita & hoc eius reditus viſitare ne diſſipentur,vel ad vſum conuertantur, ſi non profanum, ſaltim non ita neceſſarium? maximè quando ſic Epiſcopus, & eius prædeceſſores poſſidere comperiuntur vltra decennium, & nunc quaſi contra violentos turbatores Regium aditur auxilium ſub velamine turbatæ iuriſdictionis. Hoc audito non eſt hæſitandum omnino hortatoriales litteras ſubreptitiè obtentas, eſſe procul omni dubio reuocandas,& ſic cenſeo, &c.

54 Poteſt Epiſcopus cogere adminiſtratores laicos Confraternitatis, & quorumcunque piorum locorum ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis quibuſcunque conſuetudinibus, & priuilegiis in contrarium non obſtantibus, vt definiuit S. Conc. Trid. *ſeſſ. 22. de reformat. cap. 9.* & ibi Barboſa *in collect. num. 6. cum ſeqq.* idem Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 75. num. 57. & ſeqq.* Genuenſ. *in praxi Cur. Archiepiſc. Neap. cap. 21. num. 1. cap. 3. in noua impreſſ. tit. de viſit. & cap. 17. num. 3.* vbi aſſerit poſſe Epiſcopum priuare laicos Magiſtros Eccleſiarum officio ſuo ſi malè adminiſtrant,Riccius *in collect. deciſ. p. 3. collect. 714.* Marta *de iuriſdict. part. 2. cap. 18. num. 6. 9. & 10.* Zerol. *in prax. Archiepiſc. verbo, Hoſpitale, num. 3. part. 1. in Theſaur. forenſ. Eccleſ. part. 2. cap. 14. num. 24.* & alios Doctores fusè adductos more ſuo per Barboſ. *locis mox citatis.*

55 Si verò in fundatione Confraternitatum cautum ſit,quod adminiſtratores huiuſmodi non teneantur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo, non poteſt Epiſcopus exigere rationem adminiſtrationis, vt expreſsè caſum hunc excepit Sac. Concil. *dicta ſeſſ. 22. de reformatione, cap. 9.* Barboſ. *in collect. ad Concil. num. 10. in fine, & 27.*

56 Quam rationem adminiſtrationis petere poteſt Epiſcopus, tam in viſitatione, quàm extra, Barboſ. in collect. Conc. allegati *ſeſſ. 22. de reform. cap. 9. n. 28.*

57 Et ita pluries obſeruatum fuit in Curia Archiepiſcopali Neapolitana tempore claræ memoriæ Cardinalis Philamarini, vbi præſentatis à Magiſtris Confraternitatis libris ſuæ adminiſtrationis Vicarius generalis committebat reuiſionem computorum Procuratori fiſcali,iuxta cuius relationem Vicarius prouidebat. Et prædicta habent locum in Confraternitatibus fundatis authoritate Ordinarij.

Et Zerol. *in praxi Archiep. in verbo, Hoſpitale,* 58
num. 3. circa finem, verſ. extant, aſſerit fœl. rec. Sixtum V. præcepiſſe per ſuas litteras directas Epiſcopo Fulignano tunc in Regno Sedis Apoſtolicæ Nuntio, & omnibus Epiſcopis eiuſdem Regni Neapolitani ſub anno 1588. 2. Nouembris, vt viſitent omnia hoſpitalia iuxta prædictum decretum S. Conc. Trid.

Si verò adſit conſuetudo, quòd ratio admini- 59
ſtrationis reddatur Magiſtro, vnà cum Epiſcopo ſeruandum eſt, Barboſ. ad Concil. *dicta ſeſſ. & cap. 24.*

Cafarus Doctor Neapolitanus in ſuis diſce- 60
ptationibus recenter impreſſis acriter tuetur; quòd Epiſcopus nullo modo poteſt ſe immiſcere in videndis computis,& in reddenda ratione adminiſtrationis,de qua *ſuprà*, qua opinione Preti Regij mordicùs defendunt laicos adminiſtrationes à reddenda ratione ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo, &c.

In hac cauſa dicit ventilata coram Domino meo Marchione Califi Regente delegato iuriſdictionis laicalis,& pluries audito Epiſcopo,ſupplicaui Dom. meum Regentem, vt redderentur computa coram ſeculari perſona, cum interuentu Vicarij,& in hoc venit D. Regens, dummodo certificatione ſignificatoriæ per miniſtrorum laicos, ſi apparuerit tales laicos debitores, nec aliter poteſt eſſe,vt Epiſcopus carceret laicos, & licèt Epiſcopus nollet acquieſcere, tamen ita fuit factum, quia nec aliter poteſte eſſe. Et quia in ſimili cauſa fuit diſputatum, an Clericus habens officium exequutoris à iudice laico cum obligatione computorum, cogi poſſit ad computa reddenda per iudicem laicum, an verò per Eccleſiaſticum, ideò illam proponam controuerſiam; in qua quæſtione ſcripſit olim diſcipulus meus, nunc eruditiſſimus vir Ioſephus Romanus, qui à me multa habuit manuſcripta,pro intelligentia materiæ, placuit ad futuram rei memoriam hoc afferre.

DISCEPT. CCCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in aliqua arte,vel ſeculari adminiſtratione delinquens recognoſcendus eſt à iudice laico.*

2 *Eccleſiaſtica perſonæ prohibentur publica officia exercere,etiam attento iure Regni noſtri Neapolitani.*

3 *Clerici negotiatores, vt propter delictum in huiuſmodi negotiationibus patratum puniri valeant, ter prius monendi ſunt vel vnica ſaltem ſynodali monitione.*

4 *Clericus vt fori priuilegium amittat, non ſemper indiget monitione.*

5 *Monitio requiritur tantùm, cum exercentur illicita.*

6 *Monitio operatur vt Clericus in perſona puniri poſſit.*

7 *Monitio non requiritur,cum Clericus non exercet illicita, licet abſque monitione fori priuilegium perdat.*

8 *Clericus quamvis volens,non poteſt foro renuntiare.*

9 *Clericus aſſaſſinus punitur à iudice laico.*

10 *Apoſta*

10 *Apostata dimisso habitu in crimine deprehensus, vel arma militaria deferens, à iudice seculari punitur.*

11 *Clericus diu saua exercens vel ioculator, vel golialdus aut actualiter degradatus, à laico recognoscitur, quod idem dicitur de incorrigibili, vel comugato habitum & tonsuram non deferente, vel Clerico macellario, carnifice & tabernario, vel bigamo, vel tandem de eo qui in carcere fecit se clericari.*

12 *Clericus, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter, in casibus non exceptis conueniendus est coram Ecclesiastico iudice.*

13 *Principes à Deo Ecclesiam tuendam suscipiunt.*

14 *Iudex secularis poterit punirè Clericum ex facultate illi à Summo Pontifice concessa, vel si Ecclesiasticus se negligentem ostenderet in illo puniendo.*

15 *Iudex laicus potest punire Clericum asportantem arma.*

16 *Iudex laicus potest punire etiam Clericum propter offẽsam Regiis Officialibus factam.*

17 *Clericus poterit conuenire coram iudice laico, causa depositi facti coram illo.*

18 *Clericus potest fori priuilegium perdere ex quadam necessaria consequentia, ex aliquo antecedenti deducta.*

19 *Locus non dicitur Ecclesiasticus ni constructus sit authoritate Episcopi.*

20 *Locus licet extructus à Clerico, si absque authoritate Episcopi, profanus est.*

21 *Locus absque Episcopi authoritate constructus, ne pius quidem dici potest nisi quatenus opponatur impio.*

22 *Beneficium neque Ecclesiasticum dici potest, nisi authoritate Episcopi constitutum sit.*

23 *Mons fundatus absque Episcopi authoritate, & bonis secularium, proculdubio Ecclesiasticus dici nequit.*

24 *Episcopus quamvis exequutor legatorum piorum tenetur inuentarium facere coram iudice seculari.*

25 *Episcopus executor coram iudice laico tenetur reddere rationem.*

26 *Monitio non est conditio sine qua fori priuilegium non perditur.*

27 *Leges de iure iurando in litem an habeant locum contra Ecclesiasticos.*

28 *Clericus administrator potest considerari sub duplici formalitate, scilicet tanquam Clericus & tanquam administrator.*

29 *Ecclesia tanquam iustitiæ cultrix suum vnicuique tribuit.*

30 *Clericus tutor tutelam à manu iudicis laici recipiens tenetur reddere computa coram iudice laico.*

31 *Clericus quoad forum diuerso modo iudicandus est, si tutelam legitimam exercuit quam si non legitimam, siue aliam quamcunque animo lucrifaciendi, & ratio.*

32 *Iudex competens tutoris qualis sit.*

33 *Pupillus an debeat esse de iurisdictione illius, quæ tutorem dat.*

34 *Forum pupilli debemus attendere, non tutoris.*

35 *Tutor non habet fori declinatoriam.*

36 *Clericus nequit esse tutor datiuus.*

37 *Exemptus suscipiens administrationem in aliquo loco, tacitè renuntiat exemptioni.*

38 *Clericus occasione feudi conuenitur coram iudice laico.*

39 *Argumentum à feudo ad officium valet.*

40 *Homo potest diuersis respectibus diuerso iure & qualitate censeri.*

41 *Clericum volentem posse beneficio immunitatis renuntiare probatur nouis argumentis contra aliorum placita.*

42 *Pacto nequit Clericus fori priuilegio renuntiare, secus absque pacto.*

43 *Episcopus potest suos Officiales quamvis laicos ratione officij cognoscere.*

44 *Officiales fortiuntur forum ratione officij.*

45 *Officij qualitas specificat forum.*

46 *Clericus quid positum recepit à iudice laico, potest ab eodem cogi ad aliud restituendum.*

47 *Causa realis inter clericum & laicum tractari debet coram iudice laico ratione rei sitæ.*

48 *Loca erecta per laicos in eorum causis dignoscunt iudices laicos, ni authoritate Episcopi erecta sint.*

49 *Loca erecta per laicos etiam authoritate Episcopi agnoscunt laicos tanquam eorum iudices in temporalibus, sicque decisum.*

50 *Loca erecta authoritate Episcopi possunt ab eodem visitari.*

51 *Visitatio locorum piorum facienda ab Episcopo non trahit secum redditionem computorum.*

52 *Episcopus visitando loca, quænam debeat inspicere.*

53 *Laicorum cura potest stare cum visitatione Episcoporum.*

54 *Cura loci erecti absque Pontificali authoritate spectat ad laicos.*

55 *Ambigua decidenda sunt secundùm verborum significationem.*

56 *Vox quælibet in iure vniuersalis recipit restrictionem.*

57 *Dictiones recipiunt interpretationem secundùm subiectam materiam.*

58 *Rectores hospitalium, non erectorum authoritate Episcopi tanquam purè laici sunt coram laico conueniendi.*

59 *Concilium Tridentinum an secundùm omnia capita in re non receptum sit, vbi varia exempla.*

60 *Aduocatus licet Clericus delinquens in defensione litis coram iudice laico ab eodem plectitur pœna pecuniaria.*

61 *Potestas œconomica Principis est, & talis censetur ea quæ versatur circa redditionem computorum alicuius administrationis.*

62 *Clerico administratori Montis Maritagij petenti se remitti ad iudicem Ecclesiasticum, fuit denegata remissio à S.R.C.*

CÆSAR VINDICATVS,

SIVE

BREVIS DEMONSTRATIO

DE

IVRISDICTIONE REGIA,

In Clericos Locorum Piorum Gubernatores;

PRO

Domino Scipione Coppola.

CAPVT PRIMVM.

Quo demonſtratur pluribus argumentis, Clericum adminiſtratorem Montis eſſe conueniendum coram Iudice ſeculari, variaque ad id probandum de foro Clericali vtiliter propalantur.

CLERICVM igitur adminiſtratorem Fori priuilegium deperdere, vt præfationum officio probationes ipſæ fungantur,

Primo probatur *ex capitulo Sacerdotibus: ne Clerici, vel Monaci,* vbi hæc. *SACERDOTIBVS, & CLERICIS TVIS denuncies publicè, ne Miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. Quod ſi poſtmodum facere præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraude, indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari.* Ex qua diſpoſitione deducunt DD. omnes, clericum in aliqua arte, ſeu ſeculari adminiſtratione delinquentem recognoſcendum fore à Iudice ſeculari, provt videndi ſunt Bald. *in addit. ad ſpecul. tit. de reo: in princip. verſic. Scholaris.* Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. num.* 68. Marſil. *Sing.* 694. Aufrer. *tract. de poteſt. ſecul. in Eccleſiaſtic. reg.* 1. *num.* 24. 25. Petr. Creſpetius *in ſumma Eccleſ. diſcipl. verbo*; *Cleric. verſ. Clerici Secularia negotia non exercecant.* Aluarez. *inſpec. iuris Pontificij, c.* 56. *verſ. Item vbi Clerici.* Bobadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 90. Vbi plures refert. *litt. F.* Azeued. *l.* 14. *tit.* 5. *lib.* 3. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *n.* 43. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 143. Farinac. *in praxi part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 98. Fragoſ. *de regim. Reipub. Chriſti, part.* 1. *lib.* 2. *de oblig. moder. Reipub. diſput.* 4. *de leg. ſecul.* §. 4. *mem.* 15. *num.* 376. *& mem.* 1. *num.* 350. Reg. Capyc. Lat. *deciſ.* 173. *num.* 41. *vſque ad* 44. *tom.* 2. Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 6 *ſect.* 3. *n.* 453. Guttierrez *de Gabell. lib.* 7. *quæſt.* 94. Vbi refert decretum Supremi Senatus Regis noſtri, quod adducitur etiam à Ceuall. *de cognitione per viam violentiæ, part.* 2. *quæſt.* 64. *num.* 9. cum variis caſibus, inter quos hic. *El ſegundo caſo es, quando algun Eccleſiaſtico delinquiere en el officio, que tomò, como ſi es Medigo, Botegaro, ò Abocado, ò tutor. ò curador de algun minor, ò tiene officio de Su Mageſtad, Preſidente de Azienda, ò Conſejero, y delinque en el, &c. Porque entonces ratione officij poteſt puniri in bonis, & Iudex Secularis eſt competens.* Hæc ille, aitque eſſe bonum Text. *in l. in Criminali, C. de Iuriſdictione omnium Iudicum.* Sic puriter ſentit Benedictus *in cap. Raynutius verbo, & vxorem, deciſ.* 1. *num.* 155. vbi ait ita ſeruari in Regno Franciæ, hancque ſententiam veram eſſe concludit Ceuall. *loc. cit. quæſt.* 64. *num.* 13. Sicque iudicatum, & practicari apud Hiſpanos. Ita quoque ſeruari inquit Caſſaneus *in conſuetud. Burgundiæ rubr.* 5. §. 1. *n.* 79. & iudicatum in Curia Pariſienſi refert Tiraquell. *de retr. lign.* §. 32. *gloſſ.* 1. *num.* 81. Aliique apud citatos videndi.

2 Et quamvis *in Pragmatica prima: de Eccleſiaſticis perſonis,* prohibeantur Clerici officia publica exercere ex eo, quia delinquentes non poſſent à Iudice ſeculari puniri, nec cognoſci; hæc ratio tamen non contradicit diſpoſitioni *dicti Capituli, Sacerdotibus,* cum intelligenda ſit, dummodò trina non præceſſerit monitio; Nam certum eſt, ad hoc, vt Clerici negotiatores, vel artem, aut publicum officium ſæculare gerentes puniri deindè poſſint ex aliquo delicto à Iudice ſeculari, ter prius eſſe admonendos. *capitulo: in Audientia, de Sententia Excommunicationis: & capitulo: ex literis: de vita, & honeſtate Clericorum:* Sic in puncto Marta *de iuriſdictione: Centuria* 2. *part.* 4. *caſu* 127. vel ſaltem vnica Synodali prohibitione, ex Hoſtienſe *in ſumma.* §. 11. *verſic. Ego Intelligo.* Caſſaneus *eod.* §. 5. *num.* 71. *contra Abbatem in d. cap. Sacerdotibus, num.* 7. *in fine,* licet Ceuall. *in d. quæſt.* 64. *num.* 15. *in fine* nullam requirat monitionem; & Pereira *de Manu Regia, part.* 2. *cap.* 26. *num.* 15. *verſic. nec apud nos:* dicat huiuſmodi monitiones apud illos non eſſe in vſu.

Si igitur Procurator rerum ſecularium ter monitus perdit fori priuilegium, cur noſtro in caſu non illud amittet adminiſtrator, dùm bona ſunt à ſeculari relicta?

Nec dici poteſt, diſparem eſſe rationem inter caſum *dicti Capituli Sacerdotibus,* & noſtrum, cum ibi agatur de rebus illicitis, hîc vero de licitis, qualis eſt mons pro paupercularum collocatione; in quo exercitio non ſolùm adminiſtrator ter monendus non eſt, ſed compellendus ad opus tam licitum: Nam in promptu eſt reſponſio, quia Clericus duplici ex capite fori priuilegium amittit, hac differentia, vt modò opus ſit monitione, modò ſecus. Primus caſus eſt, cùm illicita exercet, tunc namque monitio requiritur, & meritò, dum illicita, & incompatibilia cum Clericatu Clerico non conueniunt; quare hoc in caſu monitio operabitur, vt non ſolùm Clericus delinquens fori priuilegium perdat quoad bona, quæ aliundè, vt in ſecundo caſu dicemus, abſque monitione perdi poterunt, ſed quoad mulctam; cum poſſit tunc caſtigari & puniri in perſona. Alter caſus eſt, cùm Clericus non exercet illicita, & incompatibilia cum Clericatu, provt eſt materia, in qua verſamur, & tunc quis dixerit requiri monitionem, cum ad opus bonum quemlibet hortari debeamus, non monere, vt ab illo deſiſtat? Verùm non inde fit, vt pro redditione computorum non conueniendus ſit coram Iudice ſeculari ratione adminiſtrationis rei ſecularis, ex qua forum ſortitur tamquam per contractum.

Quòd ſi Vrgebis, Clericum quamvis volentem non poſſe foro renunciare, cum huiuſmodi priuilegium perſonale non ſit, cui renunciari valeat, ſed potius toti Collegio Eccleſiaſtico publicè ſit indultum, cui priuatorum pacto derogari non poteſt ex *cap. Si diligenti: de foro competenti.* Reſpondetur dupliciter. Primò, quia aliundè habemus *in cap.* 1. *de homicid. in* 6. Clericum puniendum à Iudice laïco, ſi agatur de aſſaſſinio, ſic pariter *in cap. in Audientia de Sent. Excommunicationis.* ſi quis, relicto habitu, Apoſtaſiam amplexetur, & in crimine deprehendatur, vel ſi deferat arma militaria *cap. in Audientia, de Sent. Excommunicationis:* Siuè, dimiſſo habitu, diù ſæua exerceat: *cap. ex parte: de Priuilegiis: cap. perpendimus, de Sententia Excommunicationis,* aut ioculator, & goliardus ſit *cap.* 1. *de vita, & honeſtate Clericorum in* 6. vel actualiter degradatus, *cap. nouimus: de verbor. ſignif. cap.* 11. *de pœnis in* 6. Quod idem dicendum de Clerico verbaliter depoſito, qui poſtmodum tamquam incorrigibilis excommunicatur *cap. cum non ab homine: extra de Iudiciis,* vel de coniugato veſtem, & tonſuram

tonsuram Clericalem non deferente *cap. 1. de Cler. coniug. in 6.* vel de Clerico carnificum, macellariorum, tabernariorumque officium publicè exercente. *Clement. 1. de vita & honestate Clericorum*; aut de eo, qui in minoribus constitutus duas habuit vxores, siue cum vidua, vel corrupta contraxit, *cap. 1. de bigamis in 6.* vel qui, postquam à Iudice seculari captus est, se in carcere clericari fecit, vt concludit Io. Andr. *in cap. vnico: de oblig. ad rat.*

Igitur omnibus his casibus Clericus delinquens fori priuilegium amittet, & punietur in persona à Iudice laïco, & tamen neque volens poterit foro Ecclesiastico renunciare. Cur hoc accidit? si quia sic in Canonibus habemus dispositum, eadem ratio militabit in casu nostro, quem putamus expressum *in d. cap. Sacerdotibus*, si quia Clericus patrans illicita recognoscendus est à Iudice seculari; hoc falsum est: cum in plurimis delictis Clericus non perdat fori priui-
12 legium; dum statim vrget dictum illud. *Nolite tangere Christos meos.* Vndè siue agatur ciuiliter, siue Criminaliter, ad Iudicem Ecclesiasticum remittendi sunt. *cap. vt si Clerici: de Iudic. cap. nullus Iudicum: de foro competenti*; nec aliter sensit *in Auth. statuimus, C. de Episcop. & Cler. Federicus Imperator*, qui *ex Canone: omnes Prin-*
13 *cipes 23. quæst. 1.* tamquam Princeps à Christo Ecclesiam tuendam suscepit, & tamen delicta sunt illicita.

14 Præterea poterit secularis Iudex Clericos punire, si ex causa Pontifex Principi seculari potestatem præberet, vt ait Zabarel. *in repet. Clement. perpendimus: de Sent. Excomm.* vel si Iudex Ecclesiasticus iustitiam non exercendo negligentiam ostenderet: *ex cap. Principes seculi 23. q. 5.* & tamen Priuilegium personale non est, sed potius tori Collegio Ecclesiastico publicè indultum, cui priuatorum pacto derogari non potest.

15 Tandem vt ad pœnam pecuniariam, siue rei amissionem deueniamus, poterit Iudex laïcus Clericum punire si arma asportauerit per Text. secundùm Io. Fabr. *in l. addictos, C. de Episcop. Audientia, & ibi gl. Super verbo: Vindicetur.* Redin. *de Maiestate Principis versic. Imperatoriam Maiestatem, num. 163. & seq.* Bobadill. *in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 66. cum seq.* Sicque absque Excommunicationis scrupulo illum armis spoliabit, cum huiusmodi cognitio ad secularem Iudicem, & Reipublicæ rectorem pertineat ex Couarr. *pract. quæst. cap. 33. num. 7. in fine*, quem sequuti sunt innumeri recentiores relati à Marta *de Iurisdictione, part. 4. cent. 1. casu 7.* qui, licèt *num. 20. & 21.* suadere studeat, tunc tantùm Clericum deperdere arma, cùm nudum ministerium sine vlla facti cognitione adhibetur, fallitur, dum quæcumque armorum amissio, ni fortuita, actum cognitionis requirit, sicque attenta ratione per ipsum adducta, si benè introspiciatur, vel Clericus numquam arma deper-
16 deret, vel semper, quod verius est. Poterit quoque Iudex laïcus Clericum punire ex offensa Regiis officialibus facta, ad Text. *in l. vnica, ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit:* adducta à Cassaneo *in Consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. n. 83.* vel ex falsa depositione coram eo facta. Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 82. tom. 1.* Anzald. *de Iurisdict. part. 2. tit. 10. cap. 25. num. 1. cum seqq.* Vel ex vsurpatione Regiæ Iurisdictionis, & faciunt notata per *Innocentium in cap. olim. de*
17 *restit. Spoliatorum, & cap. dilectus de pœnis.* Vel ob depositum receptum à Iudice Laïco. Capell. Tholosan. *dec. 62.* Afflict. *dec. 24.* Olan. *in antinomia iuris, litt. C, ex num. 23.* Caroc. *in tract. de deposito, tit. de caus. num. 40.* Surd. *cons. 280. num. 11.* Reg. Capyc. Latr. *dec. 123. num. 10. tom. 2.* aliisque casibus, quos recensent dictus Cassaneus *in d. §. 5.* Decian. *loc. cit. num. 142.* & Bobadill. *in sua politica, lib. 2. cap. 18. n. 60.* Et tamen Priuilegio Fori neque ex pacto renunciari potest. Quare videmus, regulam illam infinitas propè modum pati exceptiones.

Secundò respondemus, Clericum non perde- 18
re in nostro casu fori Priuilegium volentem, sed nolentem, & ex quadam necessaria consequentia ex aliquo antecedenti deducta, quatenus scilicet is administrator est rei secularis. Nam volens res secular. administrauit, sed ex administratione vel inuitus trahitur ad Forum seculare, sicuti diximus de eo, qui volens patrat homicidium, & inuitus postea subit pœnam; provt sic respondet de Grassis *de effect. Clericat. effect. 1. num. 985.* qui etiam respondet, regulam illam militare, cùm Clericus se tamquam reum principaliter submitteret Iudici laico, non quando contingenter, quia tunc ius constituit sui Iudicem, licet originem trahat ex facto ipsius Clerici, quia multa fieri permittuntur incidenter, & in consequentiam, quæ principaliter fieri prohibentur *l. 1. de authorit. tutor.* (Sunt eius verba) pro qua re vide Ludou. Romanum *in l. cui Iurisd. 2. ff. de Iurisdict. omnium Iudicum. num. 8.* & alios citatos ab Anzald. *de Iurisdictione, part. 2. tit. 10. cap. 25. num. 8. 9. & 10.*

Nec denique dicas, Præpositum esse administratorem non bonorum Secularium, sed Montis erecti pro collocatione pauperculorum, sicque rei
Ecclesiasticæ; Nam respondeo, locum non dici 19
Ecclesiasticum, ni authoritate Episcopi constructus sit, vt probant Gloss. *in Clement. 2. de præbend. in verbo Ecclesia.* Bald. *in auth. hoc Ius porrectum, num. 2. C. de Episcop. & Cleric. Idem consil. 465. lib. 1.* Paul. de Castr. *in l. Orphanotrophos in princ. C. de Episc. & Cleric.* Capra *consil. 97.* Castill. *decis. 2. num. 12. 13. tom. 1.* Menoch. *de recuper. remed. 15. num. 22. & 31.* Guttierrez *Canonic. lib. 1. cap. 35. num. 29.* Mascard. *concl. 869.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 6. num. 169.* Ceuall. *tom. 4. quæst. 896. num. 982.* Ægid. *in repetitione leg. 1. n. 5. C. de Sacrosanctis Eccl.* Flores *variar. lib. 2. quæst. 21. num. 179.* Barbos. *ad Concil. sess. 22. de reformat. cap. 8. num. 7. & de Iure Ecclesiastico, cap. 39. num. 51.* alios refert, & sequitur Gipt. *obseruat. ad lib. 1. decis. 95.* Capyc. Latr. *num. 16.* Mastrill. *decis. 110. num. 9. & 10.* Reg. Merlin. *controuers. forens. tom. 1. cap. 65. n. 7.* Chokier *de Iurisdictione ordinaria in exempt. part. 14. quæst. 57. & part. 1. quæst. 31.* Romanus *consil. 877. num. 13. circa finem.* Vndè, licèt lo- 20
cus extruatur à Clerico, adhuc illum remanere profanum sustinent Federic. de Senis *cons. 130.* *Abb. in cap. inter dilectos de donationib.* ex ratione, quam reddit *cap. ad hæc: de Religiosis domibus*; Sicque sentit Pereira *tit. de visitatione Hospitalium*, & Cappellan. *lib. 1. tit. 62. §. 39. cap. 17.* *in fine*, qui *num. 11.* ex eo, quòd locus authori- 21
tate Episcopi constructus non sit, ne pium quidem esse ait reddens rationem datam à Gabriel. *lib. communium, tit. de pia causa, conclus. 2.* quia nemo priuatus locum religiosum facit, quicquid sit, si secundùm Valasc. *consult. 105.* dicatur pius 22
lato modo, quatenus scilicet opponatur impio; provt idem dicimus de beneficio, quod non vocamus Ecclesiasticum, ni authoritate Ecclesiastica

conſtitutum ſit, ex Gloſſ. *verſic. ſi beneficiorum clemen. 2. de eder do*, de Graſſis *deciſ. 12. num. 9. de prabend.* Guid. Pap. *deciſ. 187 num. 1.* Bertrand. *conſ. 379. num. 1. lib. 6.* Silua, *de Beneficiis part. 1. quæſt. 5. num. 29.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ, Gloſſ. 5. num. 7.* Merchior. Lother. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 5. num. 40.* Caualer. *deciſ. 639. num. 8.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 3. alleg. 10. poſt num. 35. verſic. illud*; igitur ſi mons iſte non eſt erectus authoritate Epiſcopi, dubium non eſt, quin adinſtar loci nec Eccleſiaſticus ſit, nec pius,
23 ni largo modo, pro vt ſcripſit Capra *conſ. 97. n. 4.* Quapropter remanet ſecularis, potiſſimùm, quia bonis ſecularium fundatus eſt.

Secundò probatur noſtra aſſertio argumento
24 adducto ab Anſaldo, *de Iuriſdictione Eccleſiaſtica, cap. 29. part. 2. tit. 11.* Nam Epiſcopus eſt à lege Cæſarea, & Pontificia creatus exequutor in relictis ad pias cauſas *l. nulli licere 28. §. ſin autem perſona non deſignata, C. de Epiſc. & cleric. cap. nos quidem 3. de Teſtament.* Et tamen tenetur facere Inuentarium coram Iudice ſeculari. Eſt Stephani Aufrer. *in tract. diuerſorum, tom. 5. de poteſt. ſeculari ſuper eccleſiaſticas perſonas, reg. 2. num. 12. in fin.* Phanucius *in tract. diuerſ. de Inuentario, & eius confect. quæſtione 240. num. 25. ad finem*, alios plurimos allegante Carolo de Graſſis *de effectibus Clericatus, effect. 1. num. 1100.* Marcus
25 Ant. Thomaſ. *deciſ. 89. num. 14.* Adeóque tam Clericus, quàm Epiſcopus exequutor coram ſecuiarl Iudice tenetur reddere rationem, provt docuit Speculator *in tit. de Inſtrumen. edit. §. nunc verò aliqua, num. 45. verſic. ſed verò quod prætori*, idque *ex d. l. nulli licere*; Sic pariter ſenſit Archidiaconus *in cap. Epiſcopus. 5. diſtinct. 88. num. 1.* Innocentius *in cap. ſignificantibus 38. de offic. deleg.* Io. Andr. *in cap. Ioannes 19. de Teſtament.* Paul. de Caſtr. *conſ. 332. vol. 1.* Salicet. *in cap. nulli C. de Epiſcop. & Cleric.* Bald. *in l. penultima, C. de donat.* Bertachin. *in tract. de Epiſcop. part. 6. lib. 4. num. 29* redditque rationem Marian. Soccin. Son. *in cap. 1. de For. compet. num. 52. verſic. vigeſimo octauo fallit.* Quia nempè non conuenitur, & agit vt Epiſcopus, ſed vt exequutor, & vt pater, & legitimus adminiſtrator pauperum, provt antea dixerat Io. Franciſcus à Ripa *in cap. decernimus 2. de Iudic. num. 23.* & tenet poſt relatos Anſald. *loc. cit. in fin.* Igitur, ſi Clericus, vel Epiſcopus exequutor legatorum piorum conueniri poteſt coram Iudice laïco, an non idem dicendum de adminiſtratore?

Nec obſtat quod ait Abb. *in clement. vnica, de teſtam.* ex Text. *in cap. Ioannes 19. de Teſtament. Et d. Clement. vnica.* eſſe hos conueniendos coram Iudice Eccleſiaſtico, qui illius ſubditi ſunt, quem nonnulli ſequuti ſunt relati ab eod. Anſaldo, nam, licet Epiſcopus, & clericus quà tales ſubditi ſint Iudici Eccleſiaſtico, quà adminiſtratotes verò ſubditi erunt eius, cuius bona adminiſtrat. Reliquum eſt, vt pro noſtræ ſecundæ probationis firmitate ſoluamus obiectionem Martæ ſuſtinentis *part. 4. caſ. 148. num. 7.* Clericum exequutorem non poſſe coram Iudice laïco conueniri.

Primum eius fundamentum deſumpſit ex iis, quæ ſcripſit *in caſu 127. vbi num. 5. & ſeqq.* voluit Clericum delinquentem in aliquo artificio laïcorum, quod exercet; ſiue in quocumque officio laïcali non poſſe à principe ſeculari, aut à Iudicibus laïcis artis illius recognoſci, niſi ter monitum. Vnde videtur meo iudicio ſentire Marta, clericum exequutorem non conueniri poſſe coram laïco Iudice, dum trina monitio non requiritur in exequutione rerum piarum.

Sed error huius primi fundamenti in hoc ſtat, 26
quod ſupponitur, trinam monitionem eſſe illam, quæ efficit, vt fori priuilegium amittatur, quod falſum eſſe ſuperiùs oſtendimus, dum illa requiritur tantùm in rerum illicitarum adminiſtratione; in noſtro autem caſu alio capite fori declinatoria non ſibi vindicat locum, provt hucuſque probauimus, & probabimus.

Alterum eius fundamentum, quod adducit *d. caſu 148.* eſt, quia quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem cum exhibitione librorum, ſecundùm Bartol. & alios *in l. 1. §. officio, ff. de tutel. & ration. diſtrah.* & confiecere inuentarium, ex citato Bertacchin. *in tract. de Epiſcop. part. 6. lib. 4. num. 32.* aliàs aduersùs adminiſtratorem iuratur in litem, vt probat Riminald. Iun. *conſ. 53. vol. 1.* Sed leges, de Iure Iurando in li- 27
tem, non habent locum contra Eccleſiaſticos, alioquin ſi leges ciuiles contra clericos obſeruarentur, læderetur Eccleſiaſtica libertas: ad notata *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitutionibus*: Quinimo hoc Iuramentum irrogat pœnam reo ex voluntate iurantis; Sicque ſubintrat regula, *quod leges pœnales non habent locum in clericis*; igitur clerici exequutores nullo modo conueniendi ſunt coram laïcis Iudicibus.

Sed hoc ſecundum fundamentum pari facilitate ſoluitur; ſiquidem non dubitamus, quin Iura Cæſarea non ligent clericos, quia pœnæ 28
per illa ſtatutæ eos non ligant; Aſt Marta debuiſſet aduertere, huiuſmodi Iura ligare adminiſtratores, ni clericos; adeóque clericos ordinario remittimus; adminiſtratores Cæſari: Quare, ſicuti clericus duplicem poteſt perſonam repræſentare, & ſub duplici formalitate, cum vnicus, idemque homo obſeparatas, quas in ſe continet rationes, poſſit plurium perſonarum vicem gerere. Triphoninus *in l. tutorem 12. de his, quibus vt indign.* Celſus *in l. & proculo 20. ff. de leg. 2.* Non eſt ratio, cur ſub diuerſa formalitate vnicum ſemper ſortiatur forum, & non diuerſum, Sicque par eſt, vt, ſi dum conuenitur tamquam clericus, ſortitur forum Eccleſiaſticum, dum conuenitur, vt adminiſtrator, ſortiatur forum eius, cuius ſunt bona, quæ adminiſtrat, adeóque ex dictis forum ſeculare; Quod ſi dixeris ſemper conſiderandam fore qualitatem eccleſiaſticam, dicam ego ſemper conſiderandam fore qualitatem ſecularem, cum nulla maior reddi poſſit ratio pro qualitate Eccleſiaſtica; neque recurrendum eſt ad fa-
uorem Eccleſiæ, quia illa tanquam cultrix Iuſti- 29
tiæ ſuum vnicuique tribuit, quare, ſi clericus tanquam adminiſtrator erit de foro ſeculari, ſibi non tribuet, quod alienum eſt.

Tertiò probatur noſtra aſſertio paritate tuto- 30
ris; Nam clericus tutor tutelam à manu Iudicis laïci recipiens tenetur reddere computa coram Iudice laïco, vt teſtantur Carolus de Graſſis, *de effectib. clericatus, eff. 1. num. 984.* Fragoſ. *de Regimin. Reipubl. Chriſt. part. 1. lib. 2. de oblig. moder. Reipubl. diſput. 4. de legib. ſecular. §. 4. mem. 15. num. 375.* & alij, quos refert Eſcobar. *de ratiocin. cap. 7.* qui opiniones diuerſas ſtudet conciliare; de qua re conſulendus eſt de Marin. *lib. 1. reſolut. cap. 53. & 2. cap. 177.* Ergo etiam noſtro in caſu Præpoſitus, qui adminiſtrationem à manu Magnæ Curiæ Vicariæ recepit, ſicque à Iudice laïco, non poterit quoad redditionem computorum eundem effugere.

Iam ſcio Sacrum Conſilium iunctis aulis aliter

ſenſiſſe

sensisse de tutore apud Rouit. *decis.*20. Sed nec ignoro contra huiusmodi decisionem optimè,& fusissimè scripsisse Capyc. Latr. qui *lib.*2. *consult.*102.varia argumenta,& Doctorum responsa explanat,& in calce consultationis hæc ponit, *Ex quibus quamvis maxima sit authoritas rerum iudicatarum, & semper sit veneranda à me illa Sacri Consilij, in quo per tot annos tanquam vnus ex Regiis Consiliariis elaborani; tamen, quia videtur, quod contraria opinio sit magis communiter à DD. recepta, adhuc quæstio prædicta dubia apud me remanet, & ideo, cùm casus acciderit, erit cogitandum.* Hæc ille,sed ne ab authoritate S. C. discedamus, ibi, vt aduertit idem Reg. post *num.*18. agebatur de tutela legitima, quo casu, cum iura ipsa huiusmodi tutelæ exercitium permittant,
31 *vt in can.peruenit* 87.*distinct.can.*1.& 2.88.*dist. l.Orphanotrophos, C.de Episcop. & Cleric.* §.*Deo autem amabiles, authent. de Sanctiss.Episcop.auth. Presbyteros, C. de Episcop. & Cleric.* Cafarus *in spec.peregrinar.qu.lib.*1.*q.*19.§.2.*num.*14.Mirum ergo non est,si Clerici fori priuilegium non perdant, nec teneantur reddere rationem alicuius rei, quam legitimè, & misericordia moti administrandam susceperunt.Sicque optimo iure Sac. Consilium Clericum ad iudicem Ecclesiasticum etiam quoad bona remisit, Reg. de Marin. *resol. quotid. lib.*2. *cap.*177. *num.*8. & 9. at non idem dicendum est de Clerico, qui vel tutelam non legitimam suscepit,vel quamcunque tutelam animo lucri faciendi; tunc namque par est,vt,dum è manu iudicis laici lucrum recepit, coram ipso computa reddat.

Quam distinctionem admittit Escobar eámque non bene impugnat Rouit. *d.decis.* dum ait, non posse assignari rationem cur Clericus non teneatur reddere computa coram iudice laico propter tutelam,quæ illi permissa est, verùm teneatur propter tutelam, quæ licèt positiuè permissa non sit; tamen non reperitur prohibita, qualis est affectata tutela animo lucri faciendi; siquidem ratio potest esse multiplex;iuuabit verò, ne nimis diuertamur, duplicem assignare. Prima sit,quam *suprà* retulimus,quia scilicet debet reddere computa Clericus coram illo iudice è cuius manu lucrum capit, cum hæc videatur quædam species reconuentionis. Altera, quia dum iura Canonica permittunt tutelam legitimam, omnémque aliam, quæ non administretur spe lucri, illam exercentes videntur exercere positiui iuris permissione; meritò igitur forum non perdunt. Secus verò est, cùm exercent tutelam non positiuè permissam; tunc namque Clerici non possunt excipere, se exercuisse opus permissum positiuè, sed solùm non vetitum, quatenus scilicet non possent per Ecclesiasticos ob huius operis exercitium puniri. Quare subintrat regula,quod dum ratione lucri, non autem iuris permissione opus illud exercuerunt, computa reddant coram eo, à cuius manu tutelam non permissam per Canones susceperunt. Hoc posito, certum est, administrationem per Præpositum susceptam non esse legitimam, sed potius lucro obnoxiam, dum ex tali administratione aureos centum singulis annis recipit;igitur subintrat regula tradita per Escorbar loquentem de tutore, tanquam ab omnibus ferè communiter recepta.

Reliquum est, vt soluamus quandam Martæ oppositionem sustinentis, tutorem Clericum, licèt à manu iudicis laici tutelam recipientem, esse conueniendum coram iudice Ecclesiastico.

Hoc ipse *part.*4. *cas.*148. probat duplici medio. Primum est, quia Clericus quamvis volens nequit clericali priuilegio renuntiare.Sed ad hoc *suprà* respondimus.

Alterum est,quia semper DD. considerarunt, 32
illum esse iudicem competentem tutoris, cui subest persona tutoris, quamvis bona in aliena iurisdictione sint, sicque in danda tutela attenditur iudex personæ tutoris, cum iurisdictio respectu bonorum tutelæ dependeat principaliter à persona,quæ illam exercet;si igitur in danda tutela attenditur Iudex personæ tutoris, tutor Clericus semper coram Ecclesiastico iudice conueniendus erit.

Sed hoc argumentum in eo deficit,quòd supponit in datione tutoris attendendam esse personam tutoris: nam non negatur, cùm agitur de iurisdictione iudicis in dando tutore attendendum fore iudicem personæ *per l.*1. *in fine*, & *l.Pupillo, ff.de Tutor. & Curat. datis*, ad differentiam curatoris, cui datur à iudice bonorum *ex leg.*1. *in versic. vbi eorum sunt facultates, Cod.vbi tutor. vel curat.* ea ratione, quia tutor datur personæ,curator rebus;verùm sicuti tutor datur personæ pupilli, & Curator bonis eiusdem, ita debet dari tutor à iudice personæ Pupilli, non tutoris, & curator à iudice bonorum eiusdem, non autem curatoris; quandoquidem,vt datio tutoris valeat, oportet, vt pupillus sit de iurisdictione illius, qui tutorem dat, sicque loquuti sunt Vl- 33
pian.*in l.*1. *in fine, ff.de tutor. & curator. datis ab his*, vbi Bartol. *num.*5. & Martian. *in l.propter litem,* §.*licet, ff.de excusat. tutor.* Sicque scripserunt,Alexand. *consil.*44.*num.*17.*vol.*5.cæterique DD. ab re citati pro se à Marta.

Quinimò adeò verum est, non attendendum 34
forum tutoris, sed pupilli, vt tutor ipse non habeat fori declinatoriam tam de iure Canonico,*ex* 35
Clement. vnica, de testam. quàm de iure Ciuili *ex auth. de Collatorib.* §.*super*, & §.*si quis autem, collat.*9. & *in l,*1. & 2. *Cod.vbi de raciocinijs agi oporteat*; quod in specie casus,de quo loquimur, videtur considerasse Scaccia *de indic. caus. ciuil. crimin.& haretical. lib.*1. *num.*94. vbi hæc *sexto limitatur, vt non habeat locum, quando Clericus conuenitretur ratione officij alieno nomine tanquam tutor, seu curator, quia non attenditur persona Clerici, sed eorum, ex quorum persona conuenitur.* Hic autem ad maiorem nostræ probationis confirmationem omittendum non est, si fides præstanda Aufrerio, *de potest. secul. in Ecclesiasticos reg.*2. *fallent.*28.& *seq.* & *regul.*4. *num.*28. qui multos allegat Borgn. *de tut. & curat. cap.*1. *num.*288. *vers.Et quod à iudice laico*, & Bald. *in l.Generaliter, C.de Episc. & Cleric.* Iudicem competentem in dando tutore Clerico Pupillo, esse secularem, nec absque ratione, cum,vt diximus, tutor datiuus nequeat esse Clericus, sicque secularis dan- 36
dus esset à seculari iudice. Quare,cum nostro in casu agatur de administratione, quæ non dicitur legitima,sicuti data fuit à iudice seculari,sic esset exercenda per secularem, igitur, quamvis exerceatur à Clerico, attenditur Iudex secularis, qui fuit competens in dando. Hoc assumptum probatur, quia Iudex competens in dando, est etiam competens in exercendo, cum nulla sit maior ratio; igitur si secularis fuit competens in dando, qui de facto declarauit, administratorem reum conuentum,idem erit competens in exercitio,ac proinde in redditione computorum.

Et quamvis videatur obstare *Capitulum irreligiosum prorsùs, dist.*87. illud tamen ad rem non facit,

facit;dum in eo habemus, Olimpium Diaconum ſuſcepiſſe duorum ſuorum nepotum curam, ſed cum debuiſſet eorum res fideliter adminiſtrare, partem rerum vendidit, partem retinuit; quare Pontifex præcepit Epiſcopo Fortunato, vt eos defenderet, & omnia eis reſtitui faceret. Hinc quærerem ego, eratne ibi quæſtio de fori declinatoria? non vtique; quid mirum ergo, ſi Pontifex ſumma ductus pietate iuſſit, vt pupillis iuſtitiam adminiſtraret? Præterea nonne poterant Pupilli eſſe Clerici? & tandem non negamus nos, non poſſe Epiſcopum cognoſcere computa Clericorum adminiſtrantium, ſed non inde nequibit, parte inſtante, Iudex ſecularis procedere.

Quartò, probatur noſtra aſſertio ex iis, quæ docuit Pereira *de manu regia, part.1. tit.62.§.3. de viſitatione Hoſp. & Capell. cap.17. num.17.* Hic namque inquit in caſu,quem proponit,prouiſorem Regium, re maturiùs penſata, potuiſſe ingeri in aſſumendis rationibus,& adminiſtrationis ratione factæ in Capella per Monialas, vel Monachos, quibus conceſſa erat adminiſtratio, non autem per ordinarios viſitatores Epiſcopi
37 ex Text. *in Clement. vnic. de teſtam.* Redditque rationem, quia exemptus ſuſcipiens adminiſtrationem in aliquo loco tacitè exemptioni renuntiat, & ſe ordinario loci ſubmittit, *cap.1. de priuileg. in 6.* Sed opinio contraria fundabatur in hoc, quia ſicuti, quando adminiſtratio eſt à laico inſtituta, cognitio in totum ſpectat ad ſeculares, ſic pariter quando eſt inſtituta à Clerico, ſpectabit ad Prælatum; quare ex opinione contraria etiam intentum referimus, cum in noſtro caſu adminiſtrator ſit inſtitutus à laicis;vnde,quamvis opinio contraria Pereiræ eſſet verior, illa adhuc nobis eſſet fauorabilis; pro qua re vide eundem *deciſ.58.n.28.*

38 Sextò,probatur noſtra aſſertio, nam, ſi quæſtio ſit de feudo, quamvis infeudatus ſit Clericus,& dominus feudi ſecularis ſit,lis terminabitur coram ipſo Domino, adeóque ratione feudi poterit Clericus coram iudice laico conueniri *cap.ex tranſmiſſa, cap.verùm, de foro competenti,* Farinac. *in pract. crim tit.de Inquiſit.q.8.num.22.* Bobadill. *in ſua Politic. lib.2. cap.8. num.155.* Thomas Delbene *de immunit. & iuriſdict.Eccleſ. cap.8. dubit.47.ſect.1.num.3. tom.1.* Et tamen neque volens poteſt Clericus beneficio fori renuntiare. Igitur, cum ſecundùm Andr. *in cap.1.*
39 *quis dicatur dux*, valeat argumentum è feudo ad officium, idem dicendum erit in re noſtra,vt ſcilicet licèt Præpoſitus, quamvis velit, nequeat fori Priuilegio renuntiare, debeat tamen ratione officij, ſiue adminiſtrationis coram iudice laico conueniri; & ratio fundamentalis, ni fallor, ea videtur eſſe,vt in ſimili conſiderauit idem Thomas Delbene *loc. cit. in cap.9. ſect.8. dub.35.*
40 *num.6.* Quia ſcilicet poteſt homo diuerſis reſpectibus, diuerſo iure, & qualitate cenſeri, teſte Vlpian. *in l.5.& 7.de ſtipulatione ſeruorum:* vnde, licèt Clericus reperiatur,non inde tamen ſequitur, non poſſe conſiderari laicum ratione officij. Hinc patet, vt aliquid tandem noui ſuper foro competenti dicamus,falſum eſſe, quod Doctores ferè omnes ſcripſerunt *ſuper cap. ſi diligenti, de*
41 *foro competenti*, cùm dixere, Clericum quamvis volentem non poſſe fori priuilegio renuntiare, cum ex tot ſuprà enarratis caſibus videatur tacita renuntiatio fori, ſiue orta ſit ex contractu, ſiue ex delicto, ſiue ex aliqua adminiſtratione:
42 Id verò,quod Clericis prohibetur,eſt, vt expreſsè nequeant renuntiare fori priuilegio, & ſic per pactum,non autem abſque pacto,& tacitè,prout ex Gloſſ. *in cap.tuæ, extra de Apoſtat.* nobiſcum ſentit Farinac. *in pract.crim. tit.de Inquiſit.* quod idem etiam ſcripſit Seraph. *de iuram. priuil.91. num.6.* Legatur,quæſo,tota Capituli diſpoſitio, & ad oculum videbitur, rem ſic ſe habere. Nos verò eius loca cæſim reſcribamus, ibi: *Immemor conſtitutionis, qua cauetur, pacto priuatorum iuri publico minimè derogari.* Deinde *Manifestè patet, quod non ſolùm inuiti, ſed etiam voluntarij paciſci non poſſunt.* Poſtmodum. *Cum non ſit beneficium hoc perſonale, cui renuntiari valeat, ſed potius toti Collegio Eccleſiaſtico publicè ſit indultum, cui priuatorum pacto derogari non poteſt.* Tandem. *Nec iuramentum licitè ſeruari potuit, quod contra Canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur.* Quod igitur improbatur,eſt expreſſa per pactum renuntiatio; vnde quod voluit, expreſſit, quod noluit, tacuit, *cap. nonne. ſ. de præſumpt. l. cum prætor 12.ff de iudic. & in l.vnica. §.ſin autem ad deficientis, C. de Cad. toll.* ſicque improbata expreſſa renuntiatione per pactum, non intelligetur improbata tacita. Nec mirum,dum quandoque non prohibetur fieri aliquod abſque pacto, quod eſſet improbatum per pactum. Patet hoc in ſucceſſione, quæ abſque pacto debetur, ſeruata forma teſtamenti, ſecus verò ſi pactum ſuper ea interceſſerit, ſic noſtro in caſu valebit tacita renuntiatio,ſecus expreſſa per pactum. Vnde non contemnendi ſunt DD. qui volentes adminiſtratores poſſe conueniri coram iudice ſeculari, dixere, id euenire ex eo, quia per talem adminiſtrationem videbantur tacitè fori priuilegio renuntiare;cùm ſecundùm Canonum diſpoſitionem verè diſcurrant.

Septimò probatur,quia poteſt Epiſcopus ſuos 43
Officiales quamvis laicos cognoſcere ratione officij ex Tiberio Deciano *in tract. crim. 1. tom. lib.4.cap.10.num.3.verſ.7.* poteſt Macerat. *var. reſol. lib.3. reſol.14. num.2. & 3.* & adeſt Text. *in l.2. C.de offic. magiſtr. militum*; ergo è contra poterit Iudex laicus ratione officij,& adminiſtrationis Clericos cognoſcere, cum vtrobique par ſit ratio, & eadem ratio formalis militet in vtroque caſu. Quæ ratio adducitur à Ceuall. *dict. quæſt.64. num.17.* Quare colligamus oportet, 44
Officiales ſortiri forum ratione officij, ſicque in his nec qualitatem laicalem, nec Eccleſiaſticam attendendam, ſed hanc conſiderandam potiùs in 45
officio, cuius ſcilicet qualitatis ſit officium, quod exercent, Eccleſiaſticumne, an ſeculare? vt perbellè explicuit Gaill. *lib.1. obſerv.37. num.7. circa finem.*

Octauò probatur paritate Clerici depoſitarij, 46
qui ſi ordinatione iudicis ſecularis depoſitum aliquod habeat, poteſt cogi ad reſtitutionem coram eodem iudice ex Bald. *in l.acceptam. num.6. C.de vſuris,* Aufrer. *in addit.ad Capell.Tholoſ.dec.168. & in tract. de poteſt. ſecul. regul.2. fallent.14. num.14.* Benedictus *in cap. Raynutius, in verbo, Et vxorem, num.419.* Afflict. *deciſ.24. num.3.* vbi Vrſill. Marant. *de ord. iudicior. part.4. diſt.4. num.92.* Farinac. *in pract. crim. tit. de Inquiſit. quæſt.8. num.123. in vndecima limitat.* Bobadill. *in politica, lib.2. cap.8. num.130.* Fab. *in Cod. tit.de Epiſcop.& Cleric.defin.55.num.13.* Quidquid ſit ſi deinde exequutio fieri debeat per iudicem Eccleſiaſticum, vt tenet Marta *de iuriſdictione,part.4.centur.2.caſ.104.num.9.* quem ſequutus eſt Anſald. *de iuriſdict. Eccleſ. part.2. num.11.cap.26.num.7.* Igitur,ſi à manu iudicis laici

laïci clericus administrationem susceperit, poterit etiam coram eodem conueniri.

47 Nonò probatur, quia, quando causa est realis inter clericum, & laïcum, ea tractari debet coram Iudice laïco, sub quo res sita est, vt probat Gaill. *pract. obseru. d. lib. 1. obseru. 37. n. 4.* ex Text. *in l. fin. C. vbi in rem actio, & cap. fin. de foro compet.* ex pluribus DD. quos refert. Ergo, cum nostro in casu Præpositus conueniatur ex causa reali, scilicet administratione rerum, quæ stant sub Iudice laïco, & fuerunt personæ laïci, debebit conueniri coram laïco, & non Ecclesiastico.

48 Decimò probatur; nam loca erecta per laïcos, per eosdemque gubernata, provt esse assolent nonnullæ confraternitates, & collegia; si authoritate Episcopi erecta non sunt, tam actiuè, quàm passiuè in eorum causis Iudicem laïcum dignoscunt, vt fusissimè probat Reg. de Ponte *tom. 1. conf. 18.* Thomas Delbene, *de immunit. & iurisdict. Eccles. cap. 4. dub. 20. part. 1.* Ergo à fortiori administratores huiusmodi locorum poterunt conueniri coram Iudice sæculari, quandoquidem non debent maius priuilegium, quàm ipsa loca, retinere, potissimùm in casu nostro, quo videmus montem erectum per sæcularem, & per sæcularem gubernari, quicquid sit, si associatus sit alio congubernatore Ecclesiastico; hoc enim non operatur, quin locus non gubernetur per sæcularem.

49 Imò similia loca, etiam si authoritate Episcopi instituta sint, subiacent tamen Iudici laïco quoad temporalia, non verò Iudici Ecclesiastico, cui tantùm subsunt quoad spiritualia, vt iudicauit S. R. C. in quadam confraternitate, auctoritate Episcopi fundata, & Ecclesiæ affixa, teste Constantino Cafaro *in speculum peregrinar. quæstionum, quæst. 18.*

50 Nec refert, multos DD. inter quos Bobadilla *lib. 2. cap. 17. num. 139.* velle, Episcopum posse huiusmodi loca singulis annis visitare ex Gloss. *in cap. 1. §. 1. de censibus in 6. versic. pia loca,* ex Concilio Tridentino *sessione 22. cap. 8.* de qua re consulendus est Alber. *in cap. sopite, num. 5. eod. tit.* varios casus, cùm Federico de Senis

51 *cons. 111.* distinguens, cùm visitatio non trahat secum redditionem computorum, sed possit hæc ab illa commode segregari.

Nam Episcopus visitando, inspicit tantùm an in illo loco Dei cultus præsit, animarum salus præhabeatur; pauperes sustententur, qui visitationis actus dicuntur. Federicus de Senis con-

52 *sil. 145. num. 3.* Redditio autem computorum, an scilicet mens statuentium seruata sit, an omnes redditus bene sint consumpti, cæteraque huiscemodi ad laicalem curam pertinent. Quod, ni fallor, Concilium ipsum hoc annuit ibi. *habeant Ius visitandi hospitalia, collegia quæcumque, ac confraternitates laicorum, &c. etiamsi prædictorum locorum cura ad laïcos pertineat,* & deinde, *ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio exequantur.*

53 Potest ergo benè stare laïcorum cura cum Episcoporum visitatione. Sicque, sicuti Episcopi erit indagare an illo in loco opera pia exerceantur, ita laïcorum erit videre, an redditus benè consumantur.

Maior verò difficultas stat in explicando *cap. sequenti eiusdem Concilij*, quod vult, vt administratores reddant computa ordinario, ibi. *Administratores tam Ecclesiastici, quàm laïci Fabricæ cuiusuis Ecclesiæ etiam Cathedralis, hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ, Montis Pietatis, ac quorumcunque Piorum locorum singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, consuetudinibus, & priuilegiis quibuscunque in contrarium sublatis.*

Verùm, vt clarior appareat responsio, recolenda est distinctio relata in calce primæ nostræ probationis, in qua vidimus, locum authoritate Pontificis erectum, Religiosum, piumque stricto modo dici, secùs verò illum, qui sine Pontificali authoritate erectus sit, dum illius cura ad laïcos pertinet.

Hoc posito, dicimus Sacrum Concilium, cum 54
de locis piis loquatur; de locis propriè piis, ideoque Pontificali Authoritate erectis, intelligendum esse: nec enim in ambiguis à proprio verbo- 55
rum significatu recedi oportet *l. non aliter de legatis 3.*

Nec obstant dictiones illæ vniuersales, atque præcisæ, quibus S. C. vtitur inquiens, *Administratores quorumcunque piorum locorum.* Quando- 56
quidem nulla in iure vox tam vniuersalis, atque tam præcisa est, quin restrictionem recipiat, vel ex mente loquentis, vel ex materia subiecta, vt late probat Iason *in l. stipulatus sum Damam 105. à num. 2. ibique* Massuerus *addens litera A, ff. de ver. oblig.* Idque nominatim agnoscit Barbosa in vocula ista *quodcunque de dictionibus, cap. 279.* Id ipsum obtinet in dictionibus, *omni modo*, seu, *quocunque modo*, quæ, licèt regulariter præcisam habeant significationem *ex l. omni modo 30. C. de* 57
inoff. testamento; interpretationem nihilominus accipiunt subiectæ materiæ consentaneam; vt proindè à suo proprio rigoroso significatu transferantur ad alienum, vt subiectæ materiæ respondeant iuxtà *l. si vno, ff. locati ex eod.* Iasone *in l. liber homo, num. 2. alleg. tit de ver. oblig. gloss. in Clem. 1. ver. omnimodam ad finem de foro comp & in cap. cum non deceat ver. effectus de elect. in 6.* cumque Imperator *in l. penult. C. qui testam.* dicat, se nullo modo permittere filiofam. ius testandi; subiicit tamen in certis casibus à se permitti, nempè in re castrensi, vel quasi iuxtà *l. vlt. C. alleg. tit.*

Quòd autem Concilij mens fuerit de locis piis strictè sumptis disponendi, sicque de iis, quæ Pontificis authoritate erecta sunt, patet ex eo, quòd in Capitulo antecedenti, volens quæcumque loca posse visitari ab ordinario, siue erecta authoritate Episcopi, siue non, id expressit, per ea verba, *& pia loca omnia quomodocumque* (notate) *nuncupentur, etiam si prædictorum cura ad laïcos pertineat*, in capitulo autem sequenti, loquens de redditione administrationis, id tacuit, & tamen sermo erat de administratoribus tam Ecclesiasticis, quàm laïcis; Igitur subintrat regula, vbi voluit expressit, vbi noluit, tacuit *cap. 5. de præsumpt.*

Præterea, (& est vera explicatio) ibi non erat quæstio, an ratio administrationis reddenda esset Iudici Seculari, an Ecclesiastico; nam Concilium frustra dixisset *Administratores tam Ecclesiastici, quàm laïci Fabricæ cuiusuis Ecclesiæ etiam Cathedralis, &c. singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario*; siquidem verba illa, *etiam Cathedralis*, frustratoria essent, cum à fortiori, Cathedralis Ecclesiæ ratio reddi debuisset Iudici Ecclesiastico, dum Cathedralis Ecclesia Iudici laïco subesse non potest; sed quæstio erat, an administrationis ratio reddenda esset Ordinario, an autem immediatè Sedi Apostolicæ? Et id-

circò dicit Concilium, *etiam Cathedralis Eccleſiæ*, quæ tanquam ſuperior ſoli Sedi Apoſtolicæ ſubeſſe videbatur, hæcque explicatio euidentiùs ſuadetur ex eiuſdem Capituli diſpoſitione, quod arctat tam Eccleſiaſticos, quam laïcos, dum laïci, quamvis adminiſtrarent bona Eccleſiæ, videbantur ratione adminiſtrationis ſubditi Sedi Apoſtolicæ, non autem Ordinario, cui ſubſunt Clerici ab Ordinario ordinati, & Sacrum Concilium diſpoſuit, vt laïci etiam redderent computa Ordinario; Stante igitur hac veriſſima explicatione, Concilium loquitur de redditione adminiſtrationis eorum locorum, quæ ſubſunt Ordinario, & ſic non eorum locorum, quæ Ordinarij, vel Epiſcopi authoritate erecta non ſunt; vndè dicti Capituli diſpoſitio noſtro caſui applicanda prorsùs non eſt; Quare firma & inconcuſſa vndique remanet noſtra probatio. Imò Barboſ. *de Iur. Eccleſiaſtico, lib. 2. tit. de Hoſpitalib. & confrater. cap. 11. num. 49. in fine* poſt varia, quæ de viſitatione, & redditione computorum dixerat, impugnans opinionem dicentium, Hoſpitalia non erecta authoritate Epiſcopi, non poſſe ab Epiſcopo viſitari, hæc ſubdit. *Verùm, licèt huiuſmodi conſiderationem libenter agnoſcamus, quod loca hæc priuata viſitari non poſſunt ſimpliciter, & abſolutè, neque quoad Iura Epiſcopalia Epiſcopo ſubiciantur, non indè ſequitur, viſitari non poſſe ſaltem quoad eum finem, ne indecenter tractentur, & vt voluntas defuncti adimpleatur, vt ſatis probat auth. de Eccleſiaſt §. ſi quis ædificationem, collat. 9.* Sed aduertendum eſt, Valaſcum, quem non impugnat Barboſ. hic, ſed ſequitur, velle, tunc poſſe Epiſcopum viſitare hoſpitalia ad finem, vt adimpleatur defuncti voluntas, cùm deputati ſunt negligentes; quod in noſtro caſu conſiderare non eſt, dum Scipio Coppola iam in Sacro Conſilio computorum rationem expoſtulat.

Præterquamquod, vt diximus, dato hoc, nil commune habet viſitatio hoſpitalium pro decentia, & mente defuncti, ſeruanda, cum redditione computorum.

Et quamvis Barboſa videatur, licèt non tutè eodem modo diſcurrere *ſuper cap. 8. & 9. Sacri Concilij Tridentini*, eaque confundere; tamen diuerſo modo diſcurrendum eſſe, ſatis, ſuperque demonſtrauimus, cum primum caput loquatur de viſitatione, quæ reſpicit loca quæcunque, etiam non erecta authoritate Epiſcopi, & ſuper illo benè diſcurrat Barboſa; alterum verò loquatur de redditione computorum; ſuper quo alio modo, vt vidimus, diſcurrendum eſt; quinimò Barboſ. *ipſe de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 51.* hæc ait notanda *de Rectoribus Hoſpitalium, ſiue Hoſpitalariis; ſi Prælati authoritate perpetuò deputati ſint, ad ſeruitium alicuius Hoſpitalis, authoritate Epiſcopi erecti, quòd gaudeant fori priuilegio reſoluunt* Velaſc. *conſ. 105. n. 32.* Duard. *d. can. 15. quæſt. 7. num. 3. cum ſeqq.* Ego ipſe *d. allegat. 12. num. 40. me citato* Squillante *d. cap. 7. num. 45.* Vinian. *d. lib. 6. cap. 1. num. 114. aliàs ſecùs*, & reddit rationem; *cum enim purè laïci ſint, nulla eſt*
58 *ratio, ob quam à poteſtate ſeculari exempti cenſeri debeant.*

Hæcque dicta ſint, vt, quoad poſſumus, Concilium Tridentinum vndéquaque admittamus; cæterum, an ſuper dictis capitibus receptum ſit in
59 Regno, conſulamus Gizzarellum *in manuſcripto de Iuriſdictione Regia*, vbi hæc.

Indice del tomo 17. intitolato Variorum primo, de Concilio Tridentino, & in quibus caſibus non fuerit receptum, nec exequutum in Regno.

ORdine Generale della Maeſtà del Rè Filippo II. ſotto la data delli 17. di Luglio 1564. nel quale dice, che hauea accettato li decreti del Concilio Tridentino, che il Papa hauea mandati, perciò vole, che nel Regno di Napoli ſi publichino, oſſeruino, & eſequano.

Lettera à parte di detto Rè ſotto l'iſteſſa data 17. di Luglio 1564. ſcritta al Duca d'Alcalà Vicerè nel Regno, dicendoli, che hauea per ſua carta ordinato, che ſi oſſeruaſſero, & eſequeſſero li decreti del Concilio Tridentino in detto Regno, così, come in tutti gl' altri ſuoi Regni, e Stati hauea ordinato; vuole però, che per queſto non ſi deroghi à quel che tocca à ſua preeminentia, & autorità Reale nelle coſe, che li poſſano apportare pregiudicio alli Iuſpatronati Regij, & exequatur delle Bulle, che vengono da Roma, e che ſopra di ciò ſtia auuertito, che non ſi facci nouità alcuna, e che ne li mandi nota, e che non faccia ſapere, che tenga tal ordine dalla Maeſtà Sua, ſe non che habbia hauuto ordine, che ſi li oſſeruino detti decreti.

Fra Vincenzo Giuſtiniano Generale dell' Ordine de Predicatori, che fu poi Cardinale. & il Cardinale Aleſandrino Legato di Sua Santità nell' anno 1570. & 1571. dicdero in nome di Sua Beatitudine molti capi à Sua Maeſtà, nelli quali diceuano, che la giuriſdittione Eccleſiaſtica era grauata nelli Regni di Napoli, Sicilia, e Stato di Milano, tra li quali ſi dice, che dopò eſſerſi riceuuto il Concilio Tridentino per Sua Maeſtà, e publicato nelli Regni di Spagna, ſi tardò molti meſi à publicarſi in queſto Regno di Napoli, e conceſſeſi poi, che ſi publicaſſe in detto Regno di Napoli, non ſi è conceſſo à Prelati, che per eſecutione delli decreti del detto Concilio poteſſero caſtigare, e premiare li laici in quello, che pregiudicaua alla Reale Giuriſdittione, e dichiarando li capi di detti Decreti del Concilio, che non ſi oſſeruano, dicono eſſer queſti vij.

Nella ſeſſ. 18. cap. 9.
Seſſ. 21. cap. 4. 7. 13.
Seſſ. 22. cap. 8. 9. 10. 11.
Seſſ. 23. cap. 6. 11. 14. 15. 17.
Seſſ. 24. cap. 1. 3. 4. 8. 9. 11. 16. 20.
Seſſ. 25. cap. 2. 3. 8. 12. 17. 20.

Quod ſi exempla ſtudemus perſequi, eundem quoque conſulamus, neceſſe eſt in Titulo

De Eſtauritis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, aliiſque piis, & Religioſis locis, quæ à laïcis reguntur, quando, & in quibus caſibus ſubſint Prælatis, & Eccleſiaſticis Perſonis, & de eorum viſitatione.

RElatione fatta al Vicerè dall' Arciueſcouo di Nazzaret Regio Cappellano maggiore à 13. di Nouembre 1559. ad iſtanza dell' Eſtauritarij, e maeſtri dell' Eſtaurita di S. Arpino di queſta Citta di Napoli, ſopra la riuocatione del Regio exequatur conceſſo ad vn breue del Papa, he diſpone à beneficio di certe donne delli denari laſciati dal quondam Pietro Summonce per certi maritaggi da diſtribuirſi per li Maeſtri di detta Chieſa, atteſo non ſono beni di Chieſa, ma di Laici, e che ſi deue hauer ricorſo alli Regij Tribunali Giudici competenti di dette parti.

Scrittura

Scritturamandata in Roma per la quale appare, che li amministratori delli beni di luoghi pij gouernati da Laici, danno li conti auanti li Ministri Regij, ch' è vn ordine del Regio Consigliere e Presidente della Camera Ferrante Fornaro Commissario delegato del Vicerè, à vedere li conti da dieci anni in qua di tutte quelle persone laiche, che hannò amministrato l'entrate, e beni dell' Estaurite, e Confraternità di questa Città di Napoli, e suoi distretti alli Maestri della Cappella di S. Maria della Gratia della Pietra del Pesce delli 20. di Luglio 1586. che diano conto della loro amministratione.

Editto fatto per detto Scauro Guglielmaccio Visitatore della Diocese di Napoli à 24. di Luglio 1600. nel quale dice, che voleua visitare la Chiesa, Hospitale, e Monasterio delle Monache Conuertite del luogo, e casa di S. Maria del Popolo, alias dell' Incurabili di questa Città di Napoli, perciò ordina tanto alli Protettori, Maestri, e Gouernatori di detto luogo, & altri, à chi spetta, quanto al Correttore, Sacristano, Cappellani, e qualsiuoglia Clerici deputati al culto diuino in detta Ecclesia, Hospitale, e Monasterio, che comparono, & assistano in detta visita incorrano nella Scommunica maggiore ipso facto.

Vn altro consimile editto del detto Visitatore, delli 31. di Luglio 1600. con prorogare il termine dato à comparire, & assistere in detta visita.

Viglietto del Conseglio Collaterale diretto al Regio Consegliere D. Pietro de Vera d' Aragonia Protettore della Casa, & Hospitale dell' Incurabili, all'vltimo di Luglio 1600. nel quale si dice essersi inteso, che il Visitatore dell' Arciuescouo vuole visitare le Conuertite dell' Incurabili contro lo solito, & il detto Collaterale hà risoluto, che non s habbia da permettere innouatione alcuna, e che perciò ponga l'ordine, che conuiene, con ponere Capitanij di guardia, acciò non entri alcuno nel Monasterio delle Conuertite, e se il detto Visitatore pretenda alcuna cosa, potrà accodire al Vicerè.

Lettera della Maesta del Ré Filippo III. al Viceré Conte di Lemos D. Fernando, del primo di Decembre 1600. ordinandoli, che si facci risentimento contro il Cardinal Gesualdo delle nouità, che tenta fare, circa il voler visitare l'estaurite, e Confraterie, e circa il voler vedere della casa, & Hospitale della Nunciata li conti, e che tenta anche fare nouità nel dì del Santissimo Corpo di Christo nella Chiesa di S. Chiara, ordinando, che si li parli da sua parte, che li da disgusto con poca ragione, ordinando anche al detto Vicerè, che non faccia visitare dette Estaurite, e Confraterie, e non faccia fare nouità all' Annunciata, per veder li conti predetti.

Relatione fatta dal Regio Cappellano Maggiore al Viceré, à 2. di Maggio 161[illegible]. per la quale appare, che domandando li Maestri, e Gouernatori della Chiesa del Carmine della Piazza di Nocera delli Pagani, il Regio exequatur, ad vn breue, che haueano ottenuto da sua Santità, che li fusse lecito di continuare l'antichissima possessione di amministrar detta Chiesa, e suoi beni, e che persona alcuna non potesse aspirare ad ottenere, & impetrare detta Chiesa ad titulum beneficij, ma che per sempre stasse sotto il gouerno, & amministratione d essi Maestri, con che hauessero à dare conto della loro amministratione all' ordinario del luogo, conforme ordina il Sacro Concilio di Trento. E per detto Regio Cappellano si riferisce douersi dare il detto Regio exequatur, in quanto à quel che spetta alle cose diuine tantùm, verùm hauendo detti Maestri à dar conto dell'amministratione di detta Chiesa, quello habbiano da dare à Giudici Laici deputandi dal Viceré.

60 Vndecimò probatur paritate Aduocati, qui licèt Clericus, delinquens in defensione litis coram Iudice laico, ab eodem pœna pecuniaria plectitur, ex Bobadill. *in politica, lib. 2. c. 18. n. 229.* Perez *in lib. 1. tit. 6. lib. 8. ordinationum, fol. 189.* Quare eodem modo administrator rei Secularis delinquens in administratione poterit à Iudice Laïco pecuniaria plecti pœna.

Decimosecundò probatur, quia redditio administrationis Montis, de quo loquimur, est 61
œconomica, vnde cum potestas œconomica Principis sit, poterit Sacrum Consilium in huiusmodi redditione procedere nomine Regiæ Maiestatis; sic in simil. Pereyra, *de manu Regia part. 2. cap. 48. num. 4.* inquit, Clericum delinquentem in officio puniri à Principe, si non tanquam Iudice, tanquam Rege, & Domino, cum potestas hæc sit 62
œconomica, pro qua re vide Ambrosinum *de immunit. Ecclesia, cap. 21. num. 6.* Molin *de Iust. & Iur. disput. 11. concl. 6.* Thomam Delbene *de immunit. & Iurisd. Ecclesiast. c. 1. dub. 13. n. 9 tom. 1.*

Decimotertiò probatur, *Decis. Parisiens.* relata per Paponium *lib 1. tit. 5. arrest. 52.* vbi hæc. *Rector, seu œconomus hospitalis Presbyter coram Iudice Laïco rationes reddere debet, & ita iudicatum fuit arresto Parisiens. aduersùs Rectorem quendam, seu œconomum Hospitalis, Vxellodunensis, qui remitti se se ad officialem suum postulabat.*

Decimoquartò probatur decisione S. C. relata à Thoro *in compend. decis. part. 3. sect. 3. verbo, remissio,* quo loci in puncto refert, Clerico administratori Montis Maritaggij, petenti le remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, fuisse denegatam remissionem; quam pariter negandam Reuerendo Præposito, ex his, quæ diximus, non iniuria speramus. Reliquum est, vt ad alterum caput breuissimè accedamus examinandum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici de iure communi debent ab officio sæcularium desistere.*
2 *Clerici propter sæcularia munera ab altaris obsequio abstrahuntur.*
3 *Exercitia sæcularia sunt contra perfectionem Ecclesiasticæ dignitatis.*
4 *Clerici etiam de iure Regni prohibentur officia sæcularia exercere.*
5 *Pragmatica nostra loquitur de omnibus officiis, siue iurisdictionalibus, siue non iurisdictionalibus.*
6 *Pragmatica disponit ne Clerici exerceant sæcularia officia ad hoc ne delinquentes petant se remitti.*
7 *Ratio quæ militat in officiis iurisdictionalibus, est applicanda iis qua annexam non habent iurisdictionem, idque ex mente pragmaticæ.*
8 *Ratio generalis non coarctatur ab vno tantùm casu.*

CAPVT II.

Quo demonstratur, Gubernatores Montium, qui per Seculares exercentur, si quandoque Clerici reperiantur, debere à tali munere desistere.

AD hoc capite facilè nos expediemus, si ea, quæ in primo diximus, obseruabimus; ibi namque vidimus, montes, qui absque Episcopi authoritate erecti sunt, non

modò fori priuilegio non gaudere, nec eſſe Eccleſiaſticos, ſed ne pios quidem fore appellandos, in largo modo, vndè eorum gubernatores, adminiſtratoreſque coram ſæculari Iudice conueniendos, ſatis probauimus.

Quæ ſi vera ſunt, ſequitur euidenter, huiuſmodi officium eſſe ſæcularium, eóque fortiùs in noſtro caſu, quo inſpicimus, montem erectum gubernari per ſecularem, qualis eſt V. I. D. Franciſcus Ronza. Vndè negari non poteſt, quin Reu. Præpoſitus debeat à tali munere deſiſtere, attento tam iure communi, quam noſtri Regni Neapolitani.

1 Et vt à Iure communi incipiamus, res clara eſt, *in cap.* 1. 2. *& tot. tit. ne Clerici, vel Monaci, in l. repetita*, §. *abſurdum, C. de Epiſc. & Cleric. l. Conſulta Diualia, C. de Teſtamentis.* Rationes autem cumulat Plutarchus *in problemate* 108. quem ſequitur Petr. Gregor. Tholoſan. *ſyntagmatum Iuris, lib.* 47. *cap.* 10. *num.* 18.

Nos verò pro re, de qua agimus, duas proponemus, quarum prima eſt, nam Clerici propter
2 talia ſæcularia munera ab altaris obſequio, cui dicati ſunt, abſtraherentur, quod permiſſum non eſt; hæcque ratio traditur *in cap. Cyprianus, & cap. hi qui* 21. *quæſt.* 3. Et quidem quis negabit, rationem hanc fortiùs vrgere in Reuer. Præpoſito, qui tamquam Sacerdos debet abſtinere à tot curis, quot Montis adminiſtratio requirit, *& nefas eſt*, vt verbis Plutarchi vtar, *Deo rem diuinam facere, & primitias inter ciuium cruciatus quotidie verſari.*

Altera ratio eſt, quia ſi gubernatores Clerici deliquerint, nequirent à Iudice laïco puniri, ſecundùm Gloſſ. & DD. *in cap. Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monachi*, hancque rationem tradunt Couarr. *pract. quæſt. cap.* 33. *num.* 6. Aufrer. *de poteſt. ſæcul. in Eccleſ. reg.* 1. *Fallent.* 17. Capyblanc. *de Baronibus, pragm.* 5. *n.* 119. *tom.* 1. aliique, quos citat, & ſequitur Maſtrill. *lib.* 1. *de eiſ.* 49. *& de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 6. qui noſtram hanc, & communem opinionem ampliat *num.* 28. in Monacho, inquiens, huiuſmodi exercitia eſſe contra ſuæ profeſſionis perfectionem
3 Reg. Tapia *in conſtit. Regn. tit. de Epiſcop. & Cleric. num.* 3. Iulius Cæſar Imbrian. *de Iudic. Regn. part.* 1. *num.* 34.

De Iure verò Regni noſtri res clarior eſt *in conſtitutione Clerici quoque*, vbi hæc. *Clerici quoque, quos à Forenſibus negotiis ipſe ordo Clericalis excludit, ad adminiſtrationes Baiulorum, vel ipſorum officia nullatenus admittantur; in cap. & cum nihil*, ibi, *& cum nihil habeant commune clerici cum publicis actibus, &c. decernimus præponi officio non debere, ſeu Iuriſdictioni, aut exercitio cuilibet, &c.* & tandem *in Pragm.* 1. *de Eccleſiaſticis perſonis.*
4 Vbi inter cætera hæc, *ordiniamo, che tutte le Città del Regno non poſſano, ne debbiano eliggere, nominare, ò deputare nelle coſe concernenti l'amministratione del publico, perſona alcuna della qualità vt ſuprà*, vide de Franch. *dec.* 479. *vbi Amend. num.* 13. quas diſpoſitiones omnes variis rerum iudicatarum authoritatibus firmat Dominus Hieronymus de Philippis, qui prius Fiſci Patronus, deindè Sanctæ Claræ Conſiliarius, nunc Regiæ Cameræ Præſes digniſſimè electus tripliciter irradiatus ſe perfectiſſimum culmen aſſequutum nobis oſtendit *in ſuo manuſcripto pro Iuribus vniuerſitatis S. Seuerini, cum Reu. Fratre Franciſco Cerino*, vbi breuiſſima, ſed docta methodo articulum hunc perſtringit.

5 Nec vrgeas, noſtram *Pragmaticam* loqui de officiis Iuriſdictionalibus, nam reſpondemus primò ex eius verbis apparere, illam loqui etiam de officiis, quæ nullam habent annexam Iuriſdictionem, vt patet ex caſibus relatis per Vinc. de Franch. *in dicta dec.* 479.

Secundò dicimus, rationem allegatam à *Pragmatica* eam eſſe, ne delinquentes in huiuſmodi officiis petant ſe remitti ad Iudices Eccleſiaſticos. Quare ſi ratio hæc militat tam in officiis Iuriſ- 7
dictionalibus, quàm in iis, quæ Iuriſdictionem annexam non habent, quod in vno dicitur, in altero dicendum; Nam quoties ratio generalis eſt, non coarctatur ab vno tantùm caſu. Igitur, vt tandem concludamus, debet Reu. Præpoſitus 8
à tali munere deſiſtere, reddita prius præteritæ adminiſtrationis ratione. Quæ omnia S. R. E. cenſuræ ſupponimus.

SVMMARIVM.

1 *Continentia cauſæ in ratione computorum facienda per laïcum, & Eccleſiaſticum non conſiderari poteſt, præcipuè in noſtro caſu.*
2 *Adminiſtratores relicti à teſtatore abſque enuntiatione diuiſionis tenentur in ſolidum.*
3 *Adminiſtratores poſſunt in ſolidũ adminiſtrare.*
4 *Correus an, & quando poteſt in ſolidũ conueniri.*
5 *Diſpoſitio Authenticæ hoc ita* C. de duobus reis, *locum habet, cum omnes rei debendi ſunt præſentes.*
6 *Abſens quod dicatur in materia Authenticæ præſente C. de fideiuſſ.*
7 *Beneficium Authenticæ præſente C. de fideiuſſ. eſt ſimile beneficio Auth. hoc ita* C. de duobus reis.
8 *Abſens dicitur, qui non eſt ſub iuriſdictione iudicis, coram quo facta eſt obligatio.*
9 *Actor nondum conteſtata lite poteſt contra quem vult ex in ſolidum obligatis procedere.*
10 *Iudice recuſato ab alterutro ex correis poteſt contra alterum iudicari.*
11 *Iudex nequit falcẽ immittere in meſſem alienam.*
12 *Cauſa redditionis computorum eſt indiuidua.*
13 *Cauſæ indiuiduæ vnum requirunt Iudicem.*
14 *Obligati in ſolidum ex cauſa adminiſtrationis poſſunt ſeparatim conueniri.*
15 *Cauſa redditionis computorum dicitur indiuidua, & quare.*
16 *Stipulatio diuidua, quæ dicatur?*
17 *Legatum factum ſub conditione pluribus, an ab vnoquoque poterit pro parte adimpleri conditio, ad conſequendum legatum.*
18 *Actio hypothecaria licet in rigore indiuidua, quandoque fit diuidua.*
19 *Iudex Eccleſiaſticus, eſt competens pro executione legatorum piorum.*
20 *Continentia cauſæ non conſideratur inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam & laïcalem.*
21 *Cauſæ connexio non operatur, vt coram vno eodemque iudice conueniantur plures rei, qui diuerſo foro ſubijciuntur.*
22 *Futurus euentus in dubio non præſumitur euenturus.*
23 *Iuſtus in dubio quilibet æſtimatur.*
24 *Sententiæ mutuò repugnantes circa vnum, idemque ſubiectum ſunt euitandæ.*
25 *Iudex Eccleſiaſticus, an quia dignior ſæculari, trahat ad ſe ſæcularem.*
26 *Eccleſiaſtica poteſtas eſt ſæculari præſtantior.*
27 *Iudex Eccleſiaſticus quà Iudex, an ſit inferior iudice ſæculari.*

CAPVT

CAPVT III.

Quo demonstratur, in iudicio redditionis computorum, remisso Clerico ex hypothesi ad iudicem Ecclesiasticum, laicum coadministratorem posse coram iudice seculari conueniri.

EXplicito vtroque capite, superest, vt hoc tertium etiam absoluamus; non quòd victoriam ex antecedentibus desperemus, sed vt ex hypothesi discurrendo, videamus, an remisso Reuerendo Præposito ad suum, quem putat iudicem, debeat alter coadministrator ad eundem remitti.

Qua in re putat aduersarius, remisso iam Ecclesiastico ad suum iudicem, fore quoque remittendum secularem ad eundem, ne causæ continentia diuidatur ex *l. nulli, C. de iudiciis*, vbi Gloss. 1 *cum concordant:* Sed, salua eius pace, in nostro casu nulla potest considerari causæ continentia; siquidem illa tunc esset consideranda; quando ambo conuenirentur; nos autem, etsi Ecclesiasticus esset remittendus, secularem nihilominus tantùm conuenimus tanquam in solidum obligatum cum illo: nam ij ratione administrationis 2 eis à testatore mandatæ absque vlla diuisionis enuntiatione ambo tenentur in solidum ex *l. creditor 60. §. duobus, ff. mandati, l. 2. C. de diuid. tutela*, & *l. 1. C. de transact.* vbi Gloss. & DD. dat rationem Cujac. *in tit. C. de muner. magistr. lib. 11.* 3 quia sicuti quilibet eorum habet in solidum administrationem *l. 1. C. si ex plur. tutor.* sic etiam in rationum redditione quilibet in solidum conueniri potest, cum eadem ratio debeat esse in contractu, atque in distractu *l. nil tam naturale, ff. de reg. iur.*

Quæ vero contra nos obiiciuntur, duo sunt. Alterum est, quod licèt de iure antiquo, quilibet 4 correus in solidum conueniri potuisset; secùs tamen est, attento nouissimo *in Auth. hoc ita, C. de duobus reis*, quo cauetur, vt si duo rei sint soluendo, & præsentes, teneantur coniunctim, nec sit electio creditorum, quem velit, conueniendi; & ne onus commune vnius proprium sit.

Ad hoc autem respondetur ex singulari doctrina Hyppoliti de Marsil. *in tract. de fideiussor. in rubr. num. 14.* dispositionem *dictæ Auth.* ita demum vigere, si vniuersi correi debendi fuerint præsentes, atque soluendo; aliud autem esse, si 5 quis ex correis fuerit absens, vel inops, vt verba Text. clarè sonant; atqui in nostra specie R. Præpositus absens esse intelligitur iuxta tradita ab 6 eodem Hyppol. *loc. cit.* in declaranda absentia, quantùm ad materiam *Authent. præsente, Cod. de* 7 *fideiuss.* cuius beneficium simile est beneficio *dict. Auth. hoc ita*, vt sentit Bart. *in eadem Auth. hoc ita*, relatus à Ronchegal. *de duobus reis, in §. vbi duo, l. 3. num. 151. & 179.* absens, inquit Hyppol. 8 is dicitur, qui non est sub iurisdictione iudicis, coram quo facta est obligatio, ex Text. *in dict. Auth. præsente*, vbi Doctores, id ipsum antea dixerat Alexand. *consil. 100. col. penult. vol. 5.* Vnde (vt in procœmio diximus) cum hæc administratio recepta fuerit à manu iudicis laici, coram quo ratione administrationis contracta fuit obligatio; hinc sequitur, quod R. Præpositus in re nostra censeatur absens, quippe qui non est sub iurisdictione iudicis laici, coram quo orta est obligatio; & sic, deficiente requisito *Authent.* poterit secularis administrator in solidum conueniri.

Alterum aduersæ partis obiectum est, quod in nostro casu nequeunt amplius administratores in solidum conueniri; cum iam ambo coniunctim conuenti sint; quare videtur actor iuri suo conueniendi alterutrum in solidum renuntiasse; vnde si coniunctim conueniendi sunt (ne causæ continentia diuidatur) eorum Iudex vnus erit, sicque Ecclesiasticus tanquam dignior, ad quem propterea remittendus quoque sit alter coadministrator laicus.

Ad hoc autem pari facilitate respondemus 9 primò litem non esse contestatam; ideoque posse actorem, contra quem velit, iudicium persequi, ad notata *in §. si minus, instit. de act.*

Secundò, quod quotiescunque vnus ex duo- 10 bus correis iudicem recusauit, poterit contra alterum iudicari, & quantum ad correum recusantem supersederi, non obstante libello, quo ambo conuenti sunt, neque causæ continentia; ita in puncto Alex. *consil. 64. lib. 7. post num. 7.* ex Text. quem ipse adducit, *in l. non idcirco, ff. de iudic.* & *in l. de vnoquoque, in princ.* & ibi notata *ff. de re iudic.* Igitur dum R. Præpositus iudicem secularem recusauit; poterit actor contra laicum dumtaxat experiri, omisso reo Ecclesiastico, non obstante libello, quo vterque conuentus fuit, neque causæ continentia; & re vera, dum Ecclesiasticus reus vult ab hoc iudicio abesse, nulla culpa actoris considerari potest, cum ille rationabiliter vtrumque, nempe administratorem Ecclesiasticum, & laicum coram iudice laico conuenerit, vt affatim superiùs probaui. Vnde rationabile quoque est, vt volente illo abesse, aliúdque ad forum trahi, non inde desistat iudicium, sed coram eo, coram quo cœptum est, continuetur *l. vbi acceptum 30. ff. de iudici.* Siquidem nulla ratio suadet, vt cœptum iudicium coram seculari contra secularem trahatur ad Ecclesiasticum ratione petitæ remissionis per Ecclesiasticum; dum commodè potest contra vnum iudicari absque discontinuatione iudicij, & diminutione Ecclesiasticæ immunitatis; poterit igitur, optimè contra Ecclesiasticum supersederi, & contra laicum procedi, non obstante libello, qui ex facto rei conuenti debet contra secularem accommodari.

Sed demus quidem gratis, ambos administratores esse simul conueniendos, siue ex eo, quòd actor velit aduersùs vtrumque simul experiri, siue quòd vterque velit rationes coniunctæ administrationis coniunctim reddere; non tamen hinc esset secularis ad iudicem Ecclesiasticum remittendus, sed quilibet erit conueniendus coram suo iudice; ne alioquin alteruter Iudex fal- 11 cem immitteret in messem alienam, ex communi Doctorum opinione adducta à Cou. *pract. quæst. cap. 34.* Gutierrez *pract. quæst. lib. 1. q. 6.* Anton. Gomez *tit. de delict. num. 88. vers. Item principaliter quæro*, Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 17. n. 91.* Fragos. *de regim. Reip. Christian. part. 1. lib. 2. de oblig. moderat. Reip. secularis, disputatione 4. §. 4. memb. 6.*

Plura tamen communi huic sententiæ obsistere videntur. Primò quidem, quia causa red- 12 ditionis computorum est indiuidua, prout tenuerunt Gratian. *discept. forens. cap. 641. num. 8. tom. 4.* Menoch. *de arbitr. iudic. casu 209. num. 31.* ex doctrina Baldi *in l. si plures, n. 17. C. de condit. infer.* In causis autem indiuiduis vnus debet esse 13

Iudex ; quare noſtro in caſu erit Eccleſiaſticus, tanquam dignior.

Hæc ratio indiget examine non exiguo. Et profectò nos putamus, cauſam hanc redditionis computorum eſſe diuiduam, quod ſatis nobis oſtendit Capyc. *deciſ.* 8. *num.* 1. aſſignans inter cauſas diuiduas illam, quam conſiderauit Papin. *l. non idcircò* 44. *in princ. ff. de iudic.* vbi, cum alter ex duobus tutoribus conuentis iudicium effugiſſet, potuit contra præſentem procedi, ſuſpenſo contra abſentem iudicio. Et quidem procedi poteſt pro parte præſentis tutoris tantùm (licèt adminiſtratio non fuerit diuiſa) quando actio aduersùs vtrumque inſtituta ſit pro virili, Gloſſ. *ibi verſ. diſcerni.* Conſtat autem, & tutores inter adminiſtratores recenſeri *tit. ff. de adminiſtr. tutor.*

14 Hinc optimè dicit Crauetta *conſil.* 232. *n.* 3. ſi plures obligati ſint pro eadem cauſa adminiſtrationis, poſſe eos ſeparatim conueniri, & ſeparatim condemnari ; & ſi vnus appellet, cæteris huiuſmodi appellationem non prodeſſe.

15 Ratio, cur cauſam redditionis rationum diuiduam eſſe arbitremur, illa ſanè eſt, quia nimirum cauſa verſatur circa adminiſtrationem quantitatum, aliarumve rerum, quæ ſuaptè natura diuiſionem in ſe recipiunt 16 *l.* 2. §. 1. *ff. de verb. obligat.* quemadmodum enim ſtipulatio diuidua dicitur, ſi circa rem diuiduam concipiatur ; indiuidua autem, ſi circa rem indiuiduam verſetur *d. l.* 2. §. 1. & *l. ſtipulationes non diuiduntur* 72. *alleg. tit.* ita pariter & iudicium diuiduum exiſtimari debet, ſi rem diuiduam contineat. Indiuiduum verò ſi rem indiuiduam : cum rectè à iudiciis ad contractus arguatur Ripa *in l.* 4. §. *ſi ex conuentione, ff. de re iudic. ex l. omnem* 20. *ff. de iudic.*

Nec obiiciat quiſquam ex eo, quod nos ipſi ſuperiùs attulimus, nempe vnumquemque adminiſtratorem conueniri poſſe in ſolidum ad rationes reddendas, quaſi hinc arguat, cauſam redditionis rationum eſſe indiuiduam. Quippe rectè quis hunc in modum argumentabitur : ſunt plures ad rem indiuiduam obligati ; ergo vnuſquiſque conueniri poterit in ſolidum Pomp. *l. via de ſeruitutibus*, Paulus *l. vltima de ſeruitute legata*, Vlpian *l.* 11. §. *ſi inopere de legatis* 3. At non vtique rectè quis arguet è contrario tali pacto; plures obligati tenentur in ſolidum, ergo res in obligationem deducta eſt indiuidua. Quandoquidem apertiſſimè conſtat obligationem dandi quantitatem eſſe omni reſpectu diuiduam *dict. l.* 2. §. 1. *ibique vniuerſi*, & *in l.* 4. §. *cato, ff. de verborum obligationibus :* attamen complures correi quantitatis debitæ, (quorum inſtar ſunt adminiſtratores, vt ſuperiùs oſtendi) in ſolidum adſtringuntur, ne dum collectiuè, verùm & diſtributiuè, ita vt ſinguli in ſolidum conueniri queant Iabol. *l.* 2. Vlpian. *l.* 3. §. *vbi duo Papin. l. reos* 11. §. *cum tabulis de duobus reis.*

Fateor quidem, quod Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 641. *num.* 8. *t.* 4. & Menochius *de arb. iud. caſu* 209. *num.* 31. muniti auctoritate Bald. *in l. ſi plures, num.* 17. *Cod. de condit. inſertis*, affirmant cauſam redditionis rationum indiuiduam eſſe. Sed & illud quoque ſubiicio, nempe duo iura ad hoc probandum à Bald. allegari. Alterum eſt Scæuolæ *l. creditor* 60. §. 1. *mandati*, vbi nil prorſus de hac re agitur : Alterum eſt Pomp. *l. qui ſub conditione* 110. *de conditionibus, & demonſtr.* ſtatuentis, vt conditio rationum reddendarum, ſub qua libertas fuerit ſeruo data, plenè impleri debeat ; ideóque ſi duobus contutoribus centum legata fuerint ſub conditione, ſi rationes reddiderint, atque alteruter plenè reddiderit : is dumtaxat legatum conſequetur : non etiam alter, qui conditionem implere detractauerit. Ad hoc Bal. affert Vlp. *l. ſi ita* 13. *de manumiſſis teſt.*

Sed (pace tanti viri, quem noſtrates aiunt omnia ſciuiſſe, & nihil ignoraſſe) neque Pomp. *dict. l. qui ſub conditione*, neque Vlpianus *dict. l. ſi ita*, id probant. Non certè Pomp. quippequi de vnico tantummodo eodémque ſeruo loquitur, cui libertas data fuerat ſub conditione, ſi rationes reddiderit. Conſtat autem, conditionem tametſi vndequaque diuiduam (vtpote in quantitate danda conſiſtentem,) ſi vni eidémque legatario adiiciatur, totaliter implendam eſſe ; nec poſſe in partes ſcindi Iul. *l. qui duobus* 23. Iabol. *l. qui fundus* 55. *de condit. & demonſtrat.* Id verò non pendet ex eo, quòd conditio dandi quantitatem indiuidua ſit, contra Paulum *dict. l.* 2. §. 1. *de verborum obligat.* ſed aliunde progreditur, nempe, quod alioquin ſi legatarius poſſet conditioni huiuſmodi pro parte parere, vtique pro parte legatum agnoſcere poſſet, & pro parte reſpuere; quod ſanè abſurdum foret Paul. *l.* 4. *de legatis* 2. Atque hanc adamuſſim rationem præſtant Iul. & Iab. *locis citatis*, cur conditio dandæ quantitatis vni eidémque legatario adſcripta (licèt ſuaptè natura diuidua) nequeat pro parte expleri. Cæterum, ſi quantitatis dandæ conditio non vni, ſed duobus imponatur legatariis; profectò diuiſa in ſingulas perſonas eſſe videtur ; vt proinde alterutri legatario pro parte implenti, pars legati debeatur : quanquam pars altera deficiens cum ſua conditione legatario agnoſcenti accreſcat, idem Iab. *l. ſi quis legata* 73. § *vltimo*, & *d. l. cui fundus* 55. *de condit. & demonſtr.* idémque eſt, cum vnus legatarius vice fungitur duarum perſonarum, vt eſt communis duorum ſeruus, Iul. *l.* 1. §. *communis de ſtip. ſeruorum.* Quandoquidem 17 ſi communi *duorum ſeruo legatum ſit ſub conditione dandi, poteſt conditioni pro parte pareri*, vt pars legati acquiratur Paulus *l. qui hæredi* 44. § *ſi duorum*, vbi Gloſſ. *verſiculo contra, eodem tit. de conditionibus, & demonſtr.* Imò verò hæc dandi conditio vel vni, eidémque legatario adiecta, interdum ſcinditur ; veluti cùm ſolùm pro parte impleri poteſt : tunc enim legatarius & pro parte legatum adipiſcetur, idem Paulus *l. Plautius* 43. *verſ. Item ſcinditur*, & Scæuola *l. tales* 111. *eodem tit. de condit. & demonſtr.*

Minus rectè igitur Baldus ex Pompon. *dict. l. qui ſub conditione arguit*, redditionem rationum indiuiduam eſſe ex eo, quod qui ſub conditione rationum reddendarum liber eſſe iuſſus eſt, integram debeat conditionem implere, vt libertate donetur. Minus, inquam, rectè Baldus arguit; cum inibi Iuriſconſ. agat de conditione, vni tantùm legatario adſcripta, quæ ſiue diuidua, ſiue indiuidua ſit, ſemper, & indiſtinctè ſolida implenda eſt, ne alioquin abſurdum illud contingat, vt legatarius pro parte impl. pro parte poſſit legatum agnoſcere.

Quod autem attinet ad Vlpian. *d. l. ſi ita* 13. *de manum. teſtam.* quem Bald. itidem producit, ad probandum, quod rationum redditio ſit indiuidua, nil pariter vrget : nam Iuriſconſ. loquitur ibi de conditione Inſulæ ædificandæ, vel ſtatuæ ponendæ. Huiuſmodi autem conditiones longè diſtant à conditione rationum reddendarum, quippéque, cum circa adminiſtrationem pecuniarum, aliarumve diuiſibilium rerum verſetur, proculdubio diuidua & ipſa eſt, vt ſuperiùs diximus

mus ex Paulo *l.* 2. §. 1. *de verb.obligat.* Aliud eſt in conditione Inſulæ conſtruendæ, ſiue ſtatuæ erigendæ: hæc enim circa rem ſuapte natura indiuiduam vertitur Vlpian. *l. ſtipulationes non diuiduntur* 72. *alleg.tit.* Ideóque indiuidua eſt, proindéque ab omnibus impleri debet Pomp. *d. l. tales.*

Sed eſto millies cauſa redditionis rationum indiuidua: adhuc non foret laïcus conuentus ſimul cum clerico adminiſtratore, remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum. Quippè non foret res indiuidua ſecundùm naturam, vt patet (verſaretur enim circa adminiſtrationes pecuniarum, aliarumve rerum, quæ ſuapte natura diuiſionem recipiunt,) ſed indiuidua dumtaxat foret ſecundùm ius, qua in ſpecie abſolutum eſt, (præſertim in Regno) laïcum reum non eſſe ſimul cum reo cle-
18 rico ad Eccleſiaſticum forum remittendum. Quapropter ſi actio hypothecaria (quæ prædiis, aliiſve rebus diuiduis plerunque inhæret, ideóque naturaliter & ipſa diuidua eſt; licèt iuxta iuris cenſuram, indiuidua habeatur *l.* 1. *&* 2. *C. ſi vnus ex plur.hæredib. l.* 1. *C. de luit.pignor.* Pompon. *l.* 8. §. *ſi vnus de pignorat.act.*) aduersùs duos, rem indiuiſam communiter poſſidentes, quorum alter ſit laïcus, alter clericus, in foro laïco proponatur: ſolus clericus poſſeſſor ad forum Eccleſiaſticum remittitur: neque illuc laïcus reus trahetur, nil refragante illa iuris indiuiduitate, quæ actioni hypothecariæ ineſt; neque vlla cauſæ continentia, ſiue connexione obſiſtente, atque ita pluries in S.C. diffinitum teſtatur Capyc. Lat. *conſult.* 55. eoque prius Capyc. *deciſ.* 173. ibique Petra addens, conſonat Gram. *dec.* 21. de Franch. *dec.* 426. Andreol. *contr.* 206. *part.* 3. Reg. Conſ. D. Io. Baptiſta Hodierna ad Surd. *deciſ.* 110. *num.* 11. Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 2. *num.* 19. Thor. *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *ver. remiſſio cauſæ petita per clericum, fol.* 64. qui, & ita in cauſa indiuidua pronunciatum teſtatur, *&* tomo 1. *verſ. clericus litigans ſimul cum laïcis.* Idemque alibi quoque ſeruari fatentur Clar. *ſentent.crim.* §. *fin. quæſt.* 36. *intra num.* 46. & Alex. Ambroſ. tametſi Iudex Eccleſiaſticus *in tract. de immun. & libert. Eccleſiaſt. cap.* 20. *num.* 10. ex Igneo *l.* 1. §. *ſi quis in villa, num.* 17. *ff. ad Syllan.*

Neque contrarium eſt, quod Pontifex ſtatuit *in cap. Ioannes de teſtamentis*, nempè Clericum, atque laïcum, executores teſtamenti relictos eſſe ambos coram Iudice Eccleſiaſtico conueniendos, vt defuncti voluntatem adimpleant. Non, inquam, contrarium eſt; cum textus ille loquatur de legatis piis, per vtrunque executorem præ-
19 ſtandis: Qua in cauſa proculdubio Eccleſiaſticus Iudex competens eſt *cap. tua nobis* 17. *vbi gloſſ. verſic. piis eodem tit. de teſt. l. nulli* 28. *C. de Epiſcopis, & Clericis.*

Minùs obſtant Pap. *l. vltima de quibus rebus ad eundem Iudicem eatur*, & Gord. *l.* 5. *C. arbitrium tutelæ*, aliique illuc ab Accurſio congeſti *gloſſ. vltima*, ſtatuentes, adminiſtratores omnes coram vno, eodemque Iudice conueniendos eſſe. Quandoquidem ex eodem Accurſio inibi, ea ratione id ſancitur, ne ſcilicet continentia cauſæ diuidatur. Atqui vbi verſamur in conflictu Iuriſdictionis laïcæ, & Eccleſiaſticæ, indubitatum
20 in Regno eſt, nullam continentiæ cauſæ rationem haberi; Ob idque reum laïcum coram laïco, reum verò Eccleſiaſticum coràm Eccleſiaſt. Iudice conueniri: quanquam connexio cauſæ intercedat, vt ex Foll. teſtatur Capyc. Latro *d. conſul.* 55. *num.* 20.

Quin id ipſum obtinet quoque Iure communi, quo receptum eſt, vt cauſæ connexio non operetur, vt coram vno, eodemque iudice con- 21
ueniantur plures rei, qui foro diuerſo ſubiiciuntur; ne alioquin iuriſdictiones inuicem perturbentur *cap. vltimo* vbi Gloſſ. *verbo ſuper proprietate de Iudiciis* Cancer. *Variarum, cap.* 10. *de content. iuriſdictionis, num.* 100. *& cap.* 16. *de litis conteſtat. num.* 135. Dominus Hodierna *loco citato, num.* 14. Cafarus *in ſpeculo peregrinarum quæſtionum, lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 15. Iiſque omnibus prius Bartolus *in l. in commodato* 13. §. *duobus, ff. commodati* Iaſ. *in l. nulli, C. de Iudiciis, num.* 6. Ioannes de Imola *conſ.* 139. *num.* 7. *& conſ. ſequenti, num.* 2. 4. *&* 5. *& conſ. ſubſequenti, num.* 1. Sed præ cæteris huc confert Carleual. *lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 2. *num.* 13. *&* 19. qui exemplificans ſpecies, vbi continentiæ cauſæ ratio non ſit habenda, hæc ait: *Poteſt autem proponi commodiſſimum exemplum in Iudicio facto aduersùs plures reos ob delictum commiſſum, in quo ſint complices, vnus laïcus, alter clericus: Vel in negotio tangente Clericum, & laïcum; Nam Iudicium diuidendum eſt, tametſi ſit eiuſdem continentiæ, & qua ex parte tangit laïcum, tractandum coram ſeculari, qua ex parte Clericum, coram Eccleſ.* Ibidemque innumeros citat DD. conſentientes.

Præterea aliud afferri poſſet argumentum, cur in noſtra ſpecie laïcus adminiſtrator coram Iudice laïco; adminiſtrator vero Eccl. coram Eccl. non ſint conueniendi: ſed ambo trahi debeant ad vnum, eundemque Iudicem, ideóque ad Eccl. vtpote ad digniorem. Argumentum ex eo deducitur, quod ſi laïcus adminiſtrator coram Iudice laïco, Eccl. coram Eccleſiaſtico conuenirentur; illud contingere poſſet abſurdum, vt ſcil. laïcus reus abſolueretur; Eccl. autem damnaretur: vel è contrario.

Reſpondemus primò abſurdam hanc ſequelam non eſſe in dubio præſumendam; tùm quia futurus euentus in dubio non præſumitur euen- 22
turus *l. ſufficit* 56. *ff. de conditione in debiti.* tùm etiam, quia vterque Iudex nempè laïcus, & Eccl. vir bonus in ambiguo præſumitur *l. continuus* 37. §. *cum ita, ff. de verborum obligationibus*, cum cæteris conſociis; ob idque præſumendum eſt, ſententias inuicem conformes, iuribuſque conſonantes, ab vtroque iudice prolatum iri; eóque fortius, quòd nedum iudices, (qui ſpeciatim viri boni paſſim in iure nuncupantur) verùm, & reliqui homines vniuerſi in ambiguis 23
iuſti exiſtimentur *l. merito, ff. pro ſocio.*

Reſpondemus ſecundò huiuſmodi abſurdum ita demum vigere, ſi vnus idemque reus à iudicibus diuerſis, & condemnandus, & abſoluendus foret: tunc ſanè ſententiæ, veluti mutuò repugnantes, circa vnum idemque ſubiectum erunt 24
euitandæ iuxta *l. vbi repugnantia* 14. *de regulis iuris*; Secùs eſt, vbi ſententiæ inuicem diuerſæ, diuerſas quoque reſpiciunt perſonas, Crauetta *conſ.* 232. *num.* 3. Fachineus *contr. lib.* 9. *cap.* 31. cuius verba, tamquam huc apprimè pertinentia, libuit afferre: *Abſurdum verò*, inquit Fachin. *nullum eſt diuerſas proferri ſententias, cum de cauſa agatur diuerſarum perſonarum, vt patet ex cap. interrogatum* 2. *quæſt.* 5. *ex l. ſi quis vxori in principio, ff. de furtis, ex l. probius, ff. de incendio.*

Neque nos quicquam turbat vulgaris illa noſtratum Maxima, quod ſcilicet minùs dignus trahatur à digniori, ideóque iudex tantùm Eccl. veluti laïco longè dignior, procedere debeat in 25
cauſa adminiſtrationis, per Eccl. perſonam, atque

ſæcularem iam geſtæ. Quandoquidem *conſequentia illa*, inquit Fach. idem *loco cit. bona non eſt Dignior eſt Iudex Eccl. Ergo tantùm ipſe cognoſcere debet. Bona eſſet collectio, ſi vnus tantùm Iudex hac in re conſtituendus eſſet, vel Eccl. vel ſæcularis, tunc potius Eccl. tanquam dignior, eligendus foret: ſed non verſamur in his terminis: Nihil enim prohibet, quominus vterque Iudex cognoſcat: Eccl. quantùm ad perſonam clerici: ſæcularis quantùm ad perſonam laïci.*

Non vtique inficior, ſed conſtanter aſſeuero, Eccleſiaſticam poteſtatem nimis eſſe ſæculari præſtantiorem, ex traditis ad Can. *duo ſunt* 10.
26 *& can. ſequenti diſtinct.* 96. alibique frequenter; Quod, & affatim proſequuntur Philippus Mainardus *de priuilegiis Eccl. art. 6. num.* 1. Cypr. Beneti *in opuſculo de auctoritate Romanæ Eccl.* & Alex. *de S. Lepidio de Eccl. poteſt. part.* 2. *c.* 4. *&* 6. non, inquam, id inficior. Verùm & illud ſubiicio, nempè à Domino ipſo, à quo & ſacerdotium, & Imperium promanauit, vt in principio Autenthicorum quomodo oporteat, Gl. ad Nicolaum Pont. *can. cum ad verum* 6. *ver. diſcreuit diſt. eadem* 96. diſcretas inuicem fuiſſe iuriſdictionem Eccl. atque ſæcularem; adeò vt neutri liceat proprios limites tranſcendere, nec altera alterius munera explere queat *d. can. cum ad verum:* Quod, & ſtatuerat Text. *Can. quoniam* 8. *diſtin.* 10. idque ipſum admonuit Gelaſius Papa *d. Can. duo ſunt eadem diſt.* 96. inquiens, *duo ſunt quippe Imper. Auguſt. quibus principaliter hic Mundus regitur: auctoritas Sacra Pontificum, & Regalis poteſtas*, concinit, Leo Pontifex *Can. nos ſi incompetenter*, §. *item cum Dauid.* 2. *quæſt.* 7. Ludouico Auguſto hunc in modum reſcribens: *Duæ ſunt perſonæ, quibus Mundus iſte regitur: Regalis videlicet, & Sacerdotalis. Sicut Reges præſunt in cauſis ſæculi, ita Sacerdotes in cauſis Dei.* Præ omnibus id probat Chriſtus Dominus Matthæi 22. Marci 12. & Lucæ 20. inquiens: *reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Qua de re Cacheranus *dec.* 160. *num.* 5. *& ſequenti.* Hinc Abbas *ad cap.* 1. *num.* 11. *verbo ſed poſtea de officio Iudicis ordinarij*, hæc verba refert ab Innocentio prolata: iudex ſæcularis non
27 eſt inferior, ſed par iudici Eccl. quod, & tradit Redin. *de Maieſtate Principis, verbo non armis ſolum decoratam, part.* 2. *num.* 146. *&* 168. Id verò intelligi oportet proportionabiliter, atque reſpectiuè, vt ſcilicet quemadmodum Eccleſiaſtica Iuriſdictio ſeſe habet erga ſubditos Eccl. ita, & ſæcularis erga ſubditos ſæculares: ob idque altera non ſubordinetur alteri. Quapropter appellatio interpoſita à iudice ſæculari ad ipſum Pontificem in iis, quæ ad temporalem iuriſdictionem Pontificiam non pertinent, minimè conſiſtit, vel eodem Pontifice ſic ſtatuente *cap. ſi duobus* 7. §. *denique de appellationib.* ibique Gloſſa *verbo credimus*, hæc verba pronunciat; *& ita patet, quod Iuriſdictio temporalis non pertinet ad Eccleſiam, nec de ea debet ſe intromittere in præiudicium Iudicis ſæcularis*; idque confirmatur *ex cap. nouit.* 13. *de Iudiciis*, vbi Innocentius III. hæc verba edit. *Non putet aliquis, quod Iuriſdictionem Illuſtris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipſe iuriſdictionem noſtram nec velit, nec debeat impedire*, quod, & inibi notat Decius *num.* 12. idemque habetur *cap.* 5. *&* 7. *qui filij ſint legitimi, & cap.* 2. *de priuilegiis.*

Maneat igitur, in re noſtra, adminiſtratorem laïcum eſſe coram laico iudice conueniendum, Eccleſiaſticum vero coram Eccl. neque priorem iuriſdictionem eſſe à poſteriori turbandam, ne alioquin inter vtramque inſtituatur actio finium regendorum.

Sed autem quandò fines regendos memorauì, meos quoque me ipſum regere fines, reminiſcar oportet, ne ſcilicet prolixiori ſermone, atque longiori tædio purgatiſſimas offendam aures iudicantium. A quibus, vtpote Diuino, Cæſareoque Iure præditiſſimis, firmiter ſpero, pronunciatum iri, vt quod eſt Dei, detur quidem Deo: ſed quod eſt Cæſaris, non auferatur Cæſari.

DISCEPTAT. CCCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Textus* in l. ſi quis decurio la 2. C. de decurion. lib. 10. *explicatur.*
2 *Infans in vtero an proſit patri ad immunitatem conſequendam.*
3 *Filius Monachus prodeſt patri ad immunitatem.*
4 *Filius naturalis legitimatus, tamen patri prodeſt ad immunitatem, & nepotes, in capita non in ſtirpes.*
5 *Matri datur immunitas cum filiis viuens poſt mortem patris.*
6 *Cuiacij emendatio* d. l. ſi quis decurio, *reijcitur, & communis opinio commendatur.*
7 *Immunitas à quibus oneribus excuſet.*

ARGVMENTVM.

Textus in l. ſi quis decurio, C. de decurionibus, lib. 10. *ampliatur, & explicatur, tam reſpectu filiorum, & nepotum, quàm reſpectu onerum ordinariorum, & extraordinariorum, & qualiter nepotes conſiderentur, an in ſtirpes, an in capita, & an procedat in impoſitionibus ratione belli, vbi Regens Conſtantius, Sanfelicius, Andriolus, Ganauerra cum Præſide de Franchis, Theſauro, & aliis explicantur.*

DE PATRIBVS ONVSTIS, AD

Intellectum Textus *in l. ſi quis decurio la 2. C. de decurionibus, lib.* 10.

VERISSIMA eſt concluſio, patrem 1
habentem duodecim liberos gaudere immunitate ex *l. ſi quis decurio la* 2. *C. de decurionibus, lib.* 10. quem Textum putat Gloſſa *in l.* 1. *in verbo ab oneribus, C. de his, qui numero liberorum ſe excuſant, lib.* 10. ſolùm procedere in decurionibus, in aliis verò qui non ſunt decuriones requiri ſexdecim filios, quam Gloſſam ſequitur Baldus *in d. l. ſi quis decurio*, vbi etiam

etiam Rebuffus, Albericus *in l. 2. §. sextum decimum, ff. de vacatione munerum*, Alexand. *conſ. 125. num. 4. lib. 5.* Ferdinandus Pax *de excuſationibus parentum, num. 15.* Franciſcus Amaia, Perez, & Brendekmam *in d. l. ſi quis decurio cum Regente Conſtantio*, ibi Facchineus *lib. 3. controu. cap. 49.* tamen verior eſt opinio, quòd tam in decurionibus, quàm non decurionibus ad immunitatem conſequendam ſufficiat numerus duodecim filiorum, Gloſſa *in l. ſemper, §. demonſtratur*, vbi etiam Bartolus, *ff. de Iure immunitatis*, Aretinus *in §. 1. num. 10. inſtit. de excuſat. Tutor.* Ioannes de Platea *in d. l. ſi quis decurio*, Surdus *conſ. 146. num. 16.* Menochius *conſ. 486. num. 2.* Burſatus *conſ. 161.* Theſaur. *deciſ. 267. num. 4.* Trentacinquius *var. lib. 1. tit. de Iure immunitatis, num. 2.*

2 Non tamen ſufficit, patrem relinquere vltra vndecim filios, vxorem pregnantem, ex qua poſt patris obitum natus ſit filius; nam infans in vtero exiſtens non videtur patri prodeſſe ex illa vulgata iuris regula, quod in vtero exiſtens, non habetur pro nato in illis, quæ reſpiciunt commodum alienum, *l. qui in vtero*, vbi Fulgoſius *num. 50. ff. de ſtatu hominum*, Aretinus *in §. cum autem n. 3. inſtit. de tutelis*, vbi etiam Ioannes de Platea *num. 10.* & in materia noſtra non prodeſſe infantem in vtero ad obtinendam immunitatem, dicit Textus *in l. 2. §. 1. ff. de excuſat. tutor.* ibi: (Qui autem in ventre eſt, & ſi in multis partibus iuris comparatur iam natis, tamen neque in præſenti quæſtione, neque in ciuilibus muneribus prodeſt patri) per quem textum cum ſimilibus omnes concludunt, quòd pro acquirenda immunitate, eſt neceſſe, quòd omnes filij ſint nati, nec ſufficit, quòd ſit in vtero conceptus, Gloſſa *in §. 1. in verbo defuncti*, vbi Aretinus, & alij *de excuſat. tutor.* Azo *in ſumma Codicis de his, qui numer. liber. ſe excuſant, lib. 10.* Theſaurus *deciſ. 267. num. 8.* Trentacinquius *d. lib. 1. de iure immunitatis, reſolut. 1.* Regens Conſtantius *in d. l. ſi quis, num. 26.* D. Hodierna ad Surdum *deciſ. 123. num. 8.* Cauagnolus ad decreta Montis Ferrari *decreto 72. quæſt. 12. num. 19.* Garronius ad Conſtitutiones Mediolanenſes, *tit. 13. de iure immunit. lib. 4.*

3 Concluſio tamen ſuprà poſita procedit etiam ſi aliquis ex duodecim filiis ſit in Religione, quia prodeſt Patri ad immunitatem acquirendam, & retinendam, vt poſt Aretinum, & Ioannem de Platea, vbi ſuprà tenent Regens de Ponte *conſ. 6. num. 21.* Raudentis *de Analogis, cap. 22. num. 148.* Rolandus *conſ. 52. num. 6. lib. 2.* & alij, quos ſequitur Regens Conſtantius *vbi ſuprà*, Ganauerr. *dec. 40. num. 46.* de Luca ad Francum *deciſ. 259. in fine*, & etiam procedit ſi aliqua filia nupſerit, Theſaur. *d. deciſ. 267. num. 50.* & etiam ſi duodecimus filius ſit natus in octauo menſe, Conſtantius *vbi ſuprà*, Thorus *in tom. 1. Compendij in verbo Pater*, quicquid contrarium putet Guttierrez *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 100. num. 7.*

4 Procedit etiam concluſio ſuprà poſita, ſi aliquis filius ſit naturalis legitimatus tamen, Theſaurus *d. deciſ. 267. num. 7.* Conſtantius *vbi ſuprà*, & locum habet etiam in nepotibus, qui proſunt ad immunitatem obtinendam, quòd ſi plures nepotes ſint, eſt quæſtio, an enumerentur pro vna perſona, & ſic in ſtirpes conſiderentur, an verò in capita pro pluribus perſonis, putant aliqui numerati pro vna perſona, ſi illi nepotes patre careant, ita Theſaurus *deciſ. 267. num. 6.* Præſes de Franchis *deciſ. 259. num. 14.* Regens Conſtantius *in d. l. ſi quis decurio*, Andriolus *part. 4. controu. 283. num. 8.* ſed reprobatur talis opinio; nam verius eſt, quòd ſi auus habeat vnum filium, & vndecim nepotes ex filio, eoſque ſub alimentis tenet, immunitatem conſequitur, vt fuiſſe deciſum refert Thorus *part. 3. in verbo immunitas*, Regens Moles *de iure dohanæ, quæſt. 13. col. 11.* ſequitur Regens Sanfelicius *deciſ. 391. num. 25. & ſeq.* & plura refert Dominus Pratus ad Paſchalem *part. 4. de patria poteſt. cap. 4. verſ. ſed in contrarium*, vbi refert DD. tenentes contra Francum, & ait, quòd ſinguli nepotes ad augendum numerum connumerari debent, ſiue filius ſit mortuus, ſiue viuat, & legatur Marotta *diſcept. forenſ. diſcept. 21.* Regens de Marinis ad Reuerterium *deciſ. 261.* vbi refert iudicatum, & *obſeruat. 65. num. 10.* & ſic non eſt vera opinio contraria, de qua poſt Trentacinquium, Gaſparem Theſaurum, Borrellum, & alios, quæ dicit, quòd Patre mortuo ceſſat immunitas, & ad hæredes non tranſeat, vt benè Surdus *dec. 123.* & Menoch. *conſ. 486.* & extenditur immunitas ad Matrem, Francus *deciſ. 259.* Riccius *collect. 1724.* Regens Sanfelicius *vbi ſuprà, num. 23.* ergo immunitas prodeſt Auo non ſolùm habenti vndecim filios, & nepotem, ſed etiam vndecim nepotes, & filium, ſed etiam plures filios, & nepotes ex filio prædefuncto, vel viuo, quicquid dicat Francus *vbi ſuprà*, quia militat ratio educationis faciendæ per Auum, vt benè fuiſſe deciſum refert Thorus *part. 3. in verbo immunitas*, & plures refert Sanfelicius *dicta deciſ. 391. num. 14.* ac iudicatum refert Ganauerr. *dec. 41. per totam*, præſertim *num. 43.* & ſi filius aliquis moriatur viuente Patre ex illis duodecim, immunitas eiuſdem Patris non expirat, ſed adhuc durat, Anna *ſingul. 241.* Marta *de ſucceſſ. legali, part. 3. quæſt. 1. art. 4. num. 15.* Paſchalis *part. 4. cap. 4. num. 18.* dummodò tamen ſit immunitas petita à Patre ante mortem filij, nam priuilegium competit à die petitionis, Gloſſ. *in l. finali, C. de his, qui numer. liber.*

Quòd ſi Patre mortuo filij maneant in communione cum Matre viuentes, immunitate gaudent, Didacus de Mari ad Grammaticum *dec. 18. num. 30.* Paſchalis *part. 4. de patria poteſt. cap. 4. num. 21.* & matri etiam conceditur immunitas 5 patri conceſſa ob numerum duodecim filiorum, Francus *d. deciſ. 259.* Riccius *collect. 1707.* Sanfelicius *deciſ. 391.* Ganauarrus *d. deciſ. 41.* Andriolus *d. tom. 4. controu. 283. in fine.*

Ex quibus infertur in toto orbe in viridi ob- 6 ſeruantia eſſe diſpoſitionem *d. l. ſi quis decurio*, vt ob numerum duodecim filiorum immunitas concedatur, & etiam in Regno Neapolitano (de ciuitate verò eſt quæſtio, poſt nouas gabellas ſedatis reuolutionibus, de qua re infrà) & licet aliqui dixerint, vt dicebamus, numerum 12. liberorum non excuſare, ſed debere eſſe ſexdecim filios, & litteram Textus *in d. l. ſi quis decurio* emendandam eſſe, & in locum 12. ponendum eſſe ſexdecim, & textum prædictum procedere ſolùm in decurione, dixit Cuiacius *in §. 1. inſtit. de excuſ. tutor.* tamen opinio communis eſt contraria, vt benè Reg. Sanfelic. *d. dec. 391. n. 6.* reiectis pluribus diſtinctionibus, & antea dixerat Regens Conſtantius vbi extendit ad omnia munera, ſiue ordinaria, ſiue extraordinaria, vt ſequitur Ganauer. *d. dec. 41. per totam*, præſertim *à num. 15.* & hoc iure vtitur Regia Camera ſummariæ, teſtatur idem Ganauerta *n. 29. & 43.* qui tanquā inutilem, & illegitimam probat reiiciendam eſſe Cuiacij emendationem.

Infertur ſecundò, non bene dixiſſe eos, qui putant immunitatem non excuſare ab oneribus ordinariis, quia veritas eſt, ab omnibus excuſare, Paſchalis *dict. part. 4. cap. 4. num. 26.* & etiam à muneribus patrimonialibus, & mixtis excuſat Paſchalis *loco citato*, quicquid contrarium dicat Facchineus *lib. 3. cap. 49.* & non ſolùm excuſat pro bonis priùs quæſitis, ſed etiam pro bonis poſteà quæſitis, & in futurum acquirendis, Riccius ad Francum *d. deciſ. 259.* Andriolus *c. 283. num. 12.* qui ait hoc procedere, etiamſi bona reperiantur deſcripta in Cataſtum communitatis, & licèt Sanfelicius *vbi ſuprà, num. 11.* & de Luca *in addit. ad Francum d. deciſ. 259. in fine*, dicant immunitatem non prodeſſe quoad onera impoſita ratione belli, tamen puto extendi etiam ad expenſas belli, reparationem murorum, & aliarum publicarum vtilitatum, ex Theſauro ad Patrem *deciſ. 267. litt. H*, & *lib. 1. quæſt. forenſ. q. 93. num. 20.* & poſt alios ita docet Andriolus *dicto cap. 283. num. 13.* & licèt putet *num. 14.* non eximere ab oneribus iam impoſitis, tamen eſt ſibi parum conſtans, quia etiam ab oneribus iam impoſitis eximit, vt practicatur, non tamen eximit ab oneribus merè realibus, vt ſunt onera pro rebus, putà laudemia, Canones emphyteutici, decimæ, & ſimilia, vt poſt alios Tondutus *reſolut. ciuilium, cap. 26. per totum*, &c.

Quia verò quod de iure eſt in præſenti probatum, & in Regno Neapolitano non dubitans, tenet maximam difficultatem in hac noſtra Neapolitana Ciuitate, propterea ſubueniens de eadem re ſolenne reſponſum eruditiſſimi D. mei Dominici Petronij, olim Aduocati primarij, poſtmodum Regis Conſiliarij, & nunc fiſci Aduocati meritiſſimi, placuit adducere.

SVMMARIVM.

1 *Patres onuſti gaudent de iure priuilegiis gabellarum.*
2 *Patres onuſti non gaudent Neapoli poſt annum 1649.*
3 *Gabellæ fuerunt ſublatæ, & abolitæ per reuolutiones Neapolitanas.*
4 *Populus rogauit Principem pro repoſitione gabellarum.*
5 *Gabellæ nouæ, nouam formam conſtituunt.*
6 *Principis priuilegia qualiter ſint irreuocabilia.*
7 *Obſeruantia qualiter priuilegia, & leges interpretetur.*
8 *Obſeruantia qualiter vocetur conſuetudo.*
9 *Obſeruantia, & conſuetudo per plures annos obſeruata quid operetur.*
10 *Priuilegium Patris onuſti, qualiter derogetur pacto Ciuium.*
11 *Priuilegium in corpore iuris, an derogetur, & quando.*
12 *Princeps voluiſſe derogare priuilegio, qualiter probetur.*
13 *Derogatio per vim legis vniuerſalis an derogetur, & quando.*
14 *Principis derogatio priuilegij quando cenſeatur facta.*
15 Pragmatica 22. de vectigalibus, *explicatur.*
16 Pragmatica 22. de vectigalibus, *tollit omnem immunitatem.*
17 *Verba (non obſtante aliqua lege) an requirantur in derogatione legis.*
18 *Priuilegium quando eſt neceſſe, vt expreſsè derogetur.*
19 *Couarruuij* deciſio 41. *adducitur, & explicatur.*
20 *Gabellæ quando, & qualiter fuerunt datæ conſignatariis.*
21 *Gabellæ cur aſſignatæ conſignatarſis.*
22 *Gabellarum exemptio non iuuat in caſu neceſſitatis, & quando.*
23 *Reſcripta adducuntur à potentiſſimo Rege noſtro ad hanc materiam.*
24 *Collateralis Conſilij præcepta, & ordinationes adducuntur.*

ARGVMENTVM.

Pragmatic. 22. ſub tit. de vectigalibus, *explicatur. Impoſitio nouarum gabellarum facta ad Populi petitionem in Ciuitate Neapolitana poſt ſedata reuolutiones in anno 1649. cum expreſſa excluſione cuiuſcunque immunitatis, an comprehendat illam, quæ iure Ciuili debetur Patribus onuſtis: Gabellarum aſſignatio facta conſignatariis quid operetur, & immunitas conceſſa an proſit in tempore alterius neceſſitatis.*

IVRA
PRO
Conſignatariis Gabellæ farinæ,
CVM
Patribus onuſtis 12. filiorum.

Mag. Albanus Actuar.

DE EADEM RE.

PRÆTENDVNT nuper Patres, qui vocantur onuſti habentes duodecim filios virtute Priuilegij, quo potiuntur in corpore iuris clauſi, *ex l. ſi quis decurio, la 2. C. de decur. lib. 10.* & *in l. ſemper, §. demonſtratur, ff. de iur. immunit.* & *in l. 2. §. 1. ff. de excuſat. tutor.* ſeipſos non teneri ad ſolutionem Gabellæ granorum 35. pro quolibet modio farinæ, ſiue tritici, ordinatæ in anno 1649. in hac fideliſſima Ciuitate Neapolis. 1

Nos in contrarium dicimus, veram fuiſſe regulam pro dictis Priuilegiatis, at veriſſimas nunc eſſe limitationes pro conſignatariis dictæ Gabellæ, vt & Patres onuſti continuare debeant ſolutionem cum cæteris ciuibus, prout eandem ſoluerunt Gabellam ſpatio annorum quatuordecim; ea ratione, quia ſic expreſsè fuit ordinatum, & diſpoſitum in dicto anno 1649. quando Gabella prædicta fuit de noue impoſita. 2

Et

3 Et vt iure conuincatur aſſumptum, præmittatur ex facto ſublatas, & abolitas fuiſſe omnes Gabellas Graſſiæ in hac fideliſſima Ciuitate ſub die 11. Aprilis anni 1648. & in ſpecie dictam farinæ, vt *in pragm. 5. de abolit.* & in fauorem fideliſſimi Populi Neapolitani promiſſum ſub verbo Domini noſtri Regis, & ab ipſa Catholica Majeſtate confirmatum eaſdem Gabellas vnquam de cætero impoſituras. Inde certum remanet non ſine eiuſdem Populi conſenſu, ius illud ei quæſitum ex lege tam generali, & propter cauſam ita neceſſariam, & fauorabilem, vt erat ſtatus totius Regni, & bonum quietis, & pacis, ad verba *pragm. 22. tit. de vectigal.* vllo modo abrogari in aliquo licuiſſet, & ſine eius facto, cuius gratia erat abolitio ordinata, præiudicari eidem non poterat, vt Gabr. *commun. opin. in tit. de iur. quæſ. non toll. & in reg. id quod noſtrum cum aliis communibus.*

4 Fuit deinde cognitum conuenire, vt Gabellæ in partem de nouo ordinarentur, & quia pro abſoluto habitum, quamcunque conuenientiam non operari, vt abſque eorundem ciuium concluſione, ius eorum læderetur. Ideò ſic factum eſt, vt ipſo cœtu ſupplicante Princeps mandaret Gabellas pro medietate exigi in futurum. Si ergo aliter fieri non poterat repoſitio aduersùs legem abolitionis, niſi accedente voluntate ciuium, pro quibus abolitio erat ordinata. Igitur actus repoſitionis dependentiam habuit ab ipſo conſenſu explicato in ſupplicatione prædicta, & conſenſus ille fuit de ſubſtantia, & pro formalitate actus, ad not. per Baldum *in l. vltim. §. neceſſitate, ff. de boniſque, lib. num. 16.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. cap. 34. à num. 12.* Inde non caſu, & oſcitanter ante *pragmat. 22.* in qua actum eſt de repoſitione, & in ſolutum datione Gabellarum, poſita fuit per extenſum ſupplicatio populi, & numerata, atque compilata illa concluſio inter pragmaticas. Quaſi indubitatum relinquendo, hanc legem ab illa dependentiam habere, vel ſaltim concurrere omnia ad eam integrandam. Quod & Princeps declarauit in præmiſſis *dict. pragm. 22.* vbi loquens de Gabellis ablatis, & non abolitis in ſolutum dandis, proteſtatur id agi, *In conformità di quello che la Piazza di queſto fideliſſimo Popolo ſupplicò, e concluſe li meſi paſſati per beneficio vniuerſale de tutti l'intereſſati, al che Noi ſiamo condiſceſi in nome di Sua Maeſtà, &c.* & idem colligitur ex omni actu deinde ſequuto, vt *in pragm. ſubſeq. 23. in princ.* ibi: *Hauiendo la Plaza del fideliſſimo Pueblo deſta Ciudad en la Concluſion, que hizo los meſes paſſados para la repoſiçion de la metad de las Gauelas impoſiçiones, y derechos, que antes de las reuolunçiones ſe cobrauan, &c.* & deinde reaſſumpto tenore concluſionis, & ſupplicationis prædictæ ſubiungitur, *ſegun, y como mas largamente ſe contiene en la dicha concluſion, y en el memorial impreſſo de la dicha fideliſſima Plaça.* Imò quod ſuper ſupplicatione, & concluſione prædicta interpoſitum fuerit decretum aſſenſus per Collaterale Conſilium, vt in concluſione *d. pragm. 21. in fine*, fuerat petitum; colligitur *in d. pragm. 22. in verſ. 9.* Inſtructionum pro delegatis erga finem, ibi, *oſſeruando nel reſto il contenuto nell'aſſenſo dato da Noi à 22. Giugno proſſimo paſſato*, quod ſi confirmauit Princeps ſupplicata, & concluſa per populum, certè concluſio à confirmatione legis nomen, & vim accepiſſe, non abſonum eſt dicere, vt inter pragmaticas non inſulsè, imò nimis conſideratè ſit poſita, vt eſt *d. pragm. 21. de vectigal.*

5 Hæc ſi vera ſunt, ſequitur nos legem habere nouam ab anno 1649. in antea, per quam in his nouis Gabellis, noua forma reordinatis, vlla valeat prætentio immunitatis, vt enixè, & prægnantibus clauſulis legitur *in dict. pragm. 21. verſ. 11.* ibi: *Et coſſi anche ſe ſupplica V. E. che ſe leui l'vſo à tutte le perſone di qualſiuoglia ſtato, grado, & conditione ſe ſiano, anche priuilegiate, & non ſuddite alla Real Giuriſdittione, &c.* & additur cauſalitas, *poiche non ſolo è poco l'vtile giuſto à chi lo gode; ma ſotto tal preteſto ſono grandi le fraudi, che ſi commetteuano, & poſſono commettere.* Quod autem Patres onuſti priùs habebant immunitatis priuilegium in Gabella farinæ reimpoſita, pro vſu tantùm, & non aliter; hoc dubitari non poteſt ex eiſdem prouiſionibus Regiæ Cameræ ex aduerſo præſentatis *fol....*

6 Et additur tollendam immunitatem priuilegiatis in caſu maximo etiam *non ſubditis*, quorum priuilegia ſemper ſunt irreuocabilia, vt, poſt Peregrin. & alios Dominus meus Reg. Capycius Galeot. *reſponſ. fiſcal. 23. num. 16. in fine*, adſunt quoque dictiones, & clauſulæ, *di qualſiuoglia ſtato, grado, & conditione*, tam vniuerſales comprehenſiuæ, vt non recipiant vllam excogitabilem reſtrictionem, Bald. *in cap. Imperialem, in princ. de prohib. alien. &c.* Roland. *in conſ. 76. lib. 3. num. 41.* Ruin. *conſ. 76. num. 4.* Corn. *conſil. 123. num. 4.* & *conſ. 323. num. 7. lib. 3.* Barboſ. *de dict. dict. 320. n. 9.*

7 Et ita obſeruantia continuata, ſi de diſpoſito poſſet hæſitari, ſufficienter iam declarauit: ſemper enim ab illa die pragmaticæ, & huius nouæ repoſitionis Patres onuſti negare, nec auſi ſunt, ſoluiſſe Gabellam, vt cæteri ciues, & ſic ſola hæc obſeruantia reſponderet cuicunque nunc excitari, quæ poſſet rationi dubitandi, *cap. cum dilectus*, vbi Felin. *& alij de reſcript. cap. 1.* vbi Bald. *de feud. cognit.* Ioſeph Ludou. *com. concluſ. de conſuetud. concluſ. vnic. num. 10.* Cephal. *conſil. 272. num. 144. tom. 2.* & omninò quod ea ſit attendenda ad exiſtentiam quorumcunque priuilegiorum, Cæſar de Graſſ. *deciſ. 13. num. 3.* & *deciſ. 121. num. 7.* & *deciſ. 185. num. 6.* & *deciſ. 189. num. 5.* Ludou. Morot. *reſp. 14. num. 8.* Gutier. *lib. 3. pract. quæſt. 14. num. 76.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancellar. gloſſ. 9. §. 2. num. 63.* Rota *diuerſ. part. 1. deciſ. 503. num. 2.* & *part. 2. deciſ. 124. n. 16.*

8 Imò hanc obſeruantiam, rectiſſimè vocabimus conſuetudinem, atque Titulatam, adſunt enim requiſita omnia per Napodan. *in prooem. conſuet. à num. 69* nempe conſenſus populi: authoritas Domini, frequentia ordinationum, & actuum, qui melius dicuntur non frequentes, ſed continuati: & ſic ſtante conſuetudine, Bald. *in conſil. 312. volum. 3.* per eundem Text. *in dict. l. ſemper, §. quoque, ff. de iur. immun.* concludit indiuidualiter hoc priuilegium Patris onuſti derogatum remanere, & ex hoc inducit, ſi conſuetudine, ergo & decreto, ſiue conſtitutione Domini, *l. 2. Cod. de adopt. l. Barbarius, in fine, ff. de offic. Proconſ.* & omnino quando conſtitutio eſt ad tutelam omnium ciuium, ad Textum *in leg. nauis onuſta, ff. ad legem Rhod.* priùs enim Ciuitati, & bono eius, naſcuntur liberi, quam ſibimetipſis, & Patri, vt arguit Bald. *loc. cit. num. 4.*

9 Quæ quidem obſeruantia, imò conſuetudo continuata per annos quatuordecim, non eſt conſideranda, ac ſi fuiſſet per ſolùm non vſum, &

per actus merè negatiuos, putà ſi eſſent denegatæ immunitates, quod & ſufficeret, cum tempore decem annorum, & aliis requiſitis, per Text. cum ibi communiter notatis *in l.* 1. *C. de nundin.* vbi quod per non vſum tanti temporis inductam iudicari priuilegij renunciationem, notat Bart. *ibi, & in l. fin. verſ. quanto tempore, ff. de conſt. Princ.* Gaill. *obſerv.* 60. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *cap.* 41. *erga finem.* Sed conſideranda eſt conſuetudo prædicta cum actibus continuis poſitiuis Gabellæ ſolutæ per dictos olim priuilegiatos: Quo caſu omnino inducta quod ſit renunciatio Priuilegij, & acceptilatio diſpoſiti contra immunitatem, in vim veræ, & realis ratihabitionis, fundat plenè Paul. Gallerat. *de renunciat. lib.* 5. *cap.* 12. vbi *&* *num.* 4. quod actus poſitiui ſecundùm formam diſpoſiti ab alio, etiamſi non meo nomine, & conſenſu, attamen quoad meum præiudicium inducunt ratihabitionem, ac ſi concurriſſent priuilegiati in illa concluſione, & diſpoſitione, Bald. *conſ.* 322. Oldrad. *conſ.* 328. *num.* 19. *verſ. item non obſtat*, Bald. idem *in l.* 1. *C. ſi commun. eademque cauſ.* Surd. *conſ.* 43. *num.* 14. & alij per Gallerat. ibi.

10 His iactis principiis, non obſtat ſi dicatur nec pacto ciuium, nec in conſtitutione Principis adfuiſſe veram, ſpecialem, & expreſſam derogationem huius priuilegij Patrum onuſtorum, quodque ex quo eſt in corpore Iuris clauſum, non equidem eſſet intelligendum derogatum ex quibuſcunque generalibus clauſulis derogatoriis, notauit Felin. *in c. nonnulli, num.* 26. *de reſcript.* Bart. *in l.* 2. §. *legatus, ff. de iudic. & in extrauag. ad reprimendum, in verſ. non obſtante*, Rom. *conſ.* 498. & alij in vnum recollecti per Barboſ. *in clauſul.* 83.

11 At in occurſum huius motiui, ad quod credimus reduci totam dubitandi rationem, rogamus præmitti certum ſuppoſitum, quod ratio quare per clauſulas derogatorias eſt dicendum non comprehendi priuilegia in corpore Iuris clauſa, non fundatur in defectu poteſtatis, quaſi non poſſit priuilegium derogari, datum iure communi licet poſitiuo, nec à Principe tolli. Quia hoc ita indiſtinctè acceptum, eſſet falſum; poteſt enim Princeps & maximè ob quamcunque iuſtam cauſam ius ciuile poſitiuum abrogare, quidquid ſit de iure gentium primario, vel ſecundario, vt plenè D. Galeot. *d. reſp.* 23. *per tot.* & Præſ. Vrſin. *de ſucceſſ. feud. part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 4. Gabr. *de iur. quæſit. non toll.* & alij per D. Reg. Latro *in deciſ.* 188. *vol.* 2. quæ fuit compilata in propriis terminis reordinationis Gabellarum in dicto anno 1648. Eſt ergo fundamentalis ratio, ne derogata cenſeantur priuilegia in corpore iuris clauſa per generalem diſpoſitionem Principis, non quia Princeps derogare non potuit; ſed quia præſumitur eum noluiſſe, ſed ea priuilegia tamen extra corpus iuris reuocare, ita propriiſſimè idem Barboſ. *loc. cit. de clauſul. cap.* 83. *num.* 2. *&* 3. vbi innumeri ad propoſitum. Igitur ſi conſtat quocumque modo de voluntate derogandi, etiam per coniecturas, vt ipſe Menoch. fatetur *de præſumpt. cap.* 40. *num.* 25. *lib.* 6. tunc non eſt neceſſaria ſpecialis expreſſio, vt comprehenſa remaneant ſub generali derogatione, etiam priuilegia in corpore iuris clauſa, vt poſt D. Reg. Tap. *in rubr. de conſtit. Princip. cap.* 4. *num.* 107. & ex doctrina magiſtrali Salicet. *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* idem Barboſa *ibid. num.* 4.

12 In caſu autem noſtro, quod fuerit de voluntate Principis confirmantis illam derogationem immunitatum, comprehendere priuilegia etiam in corpore iuris clauſa; probatur in iſto caſu, de quo agitur, multipliciter.

Et primò, quia derogatio illa fuit per viam 13
legis vniuerſalis, dum generaliter omnia priuilegia certam immunitatem pro vſu deleuit, abſque reſtrictione certi loci, vel certarum perſonarum, vt ſunt propria verba Domini Regentis Galeot. *d. reſp.* 23. *num.* 76. poſt Ruin. & Menoch. quos adducit. Et ſi fuit in vim legis generalis, omnino abſurdum erit præſumi, quod voluit leges præcedentes non derogatas remanere; ſi illamet lex vniuerſalis, non eſt dubium, quod in pluribus abſtulit iura quæſita per contractus priuatorum. Et Princeps regulariter pari modo, imò fortius non præiudicat iuri quæſito per contractum, provt quæſito per diſpoſitionem legis antiquæ; Imò minùs dicta poteſtas extenditur ad contractus, qui ſunt extra omnem ordinariam diſpoſitionem Regis, quam ad leges quaſcumque poſitiuas; Et tamen in iſtis ordinationibus anni 1649. vtens Princeps de poteſtate abſoluta pro bono Pacis, & Quietis publicæ, præiudicauit, imò derogauit iuribus omnibus intereſſatorum, quæſitis per contractus oneroſos, ex rationibus cognitis, vt plenè per D. Latro *d. deciſ.* 188. & in omnibus legitur pro cauſa deductum in antecitatis Pragmaticis, & vt ſentiretur leuius derogatio iurium ex contractibus, ſi gabella è pluribus pro pauco quod remanebat portaretur, vt eſt ratio Bald. *cit. conſ.* 312. quam deſumpſit ex Text. *in l. actores, C. de exact. tribut. l. per victimam, C. de immun. nem. conced. & in Auth. de natural. in Curia deput.* Nec eſt diſparitatis ratio, quare præſumendum dicatur ex defectu voluntatis in derogatione immunitatum non incluſa voluiſſe priuilegia, etiam quæ eſſent in corpore iuris clauſa: fruſtra enim pro bono Pacis, & Quietis, & ſtatus Regni confirmaſſe dixiſſet Princeps ſupplicata, & concluſa per Populum, in quibus aderat vniuerſalis derogatio priuilegiorum. ſi derogare voluiſſet ea ſolùm priuilegia, quæ de poteſtate ordinaria, & abſque cauſa, quamvis non in vim legis generalis eidem lieuiſſet. Princeps enim quondam eſt certum operaſſe de plenitudine poteſtatis, & per legem generalem; tunc diſpoſitio ſemper habet derogatoriam ſpecialem, imò derogatoriam derogatoriæ, poſt Bald. *in proh. decr. col.* 4. Felin. *in d. c. nonnulli, de reſcript. num.* 15. Fran. Curt. Alex. Alber. 14
Brun. & alios, Pariſ. *conſ.* 46. *num.* 43. *verſ.* 3. imò Felin. *d. num.* 15. ait, reſcriptum tale ex cauſa prædicta valere contra ius, licet non adſit clauſula, *non obſtante*, per Text. *in l. quidam conſulebant, de re iud.* & Bar. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. non obſtantibus*; & Alb. *in d. c. nonnulli, & num. ſeq. verſ. probatur ſic.* Vnde ponit Felin. differentiam inter diſpoſitionem contra certum ius ſcriptum, & contra priuatum ius tertiò quæſitum ex contractu, vel alio modo de iure gentium, & iſto ſecundo caſu dicit eſſe neceſſariam vtramque qualitatem, nempè clauſulam, *non obſtante*, & bonum publicum, & in verſ. *ad euitandos*, dat regulam id. Felin. ex præſumpta voluntate Principis propter materiam, de qua egit, nempè ad publicam vtilitatem, corrigi tunc omnia iura: & vtitur ea ratione, & argumento; ſicut enim priuilegium generaliter indultum non includit caſum publicæ vtilitati contrarium, vt eſt Text. *in l. iubemus in* 1. vbi Bald. *in 2. not. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alex. *in l. ſi ex toto*

in

in fin. ff. de leg. 1. Florian. Rom. & alij; Ita è contra derogatio etiam generalis pro bono publico, corrigit ius particulare, quod requirebat aliàs specialem derogationem adducens verba Text. *in l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. Aquil.* ibi, *Multa in iure ciuili, contra rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari posse*, & alia Iura ad propositum *num.* 16. *erga finem.*

15 Vndè voluntas etiam explicata in illa vniuoca confirmatione, & determinatione Conclusionis, & supplicationis Populi, per quam pro bono Pacis, & Status dictum fuit præiudicari pro medietate interessatis, & in multis etiam Regali Patrimonio, vt expressè legitur *in d. Pragm.* 22. *de vectigal. post princip.* ibi, *Non ostante il pregiuditio, che quindi ne possa nascere al Regal Patrimonio*, non potest difformiter iudicari circa æqualiter determinabilia contenta in vna determinatione Conclusionis prædictæ, vulg. *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* imò voluntas in vna parte iam clara, declarat eamdem fuisse in aliis, ex eadem ratione, ad Text. *in l. qui filiabus, & l. si seruus plurium*, §. *vlt. de legat.* 1. & si declarata voluntas fuit in casu fortiori, quod vellet Princeps derogare iuri tertij, etiam quæsito per contractum ex causa Boni publici, ergo & concludendum voluisse Principem non excludi Priuilegia etsi in corpore iuris clausa, nam causa Boni publici præponderat præsumptioni noluisse Principem derogare iuri quæsito quocumque modo, vnde si eadem causa, idem omnino concedendus effectus, Et si causa Boni publici produxit effectum reordinationis Gabellarum, & hæc reordinatio fieri non poterat absque consensu Populi, stante Gratia abolitionis per suam Catholicam Maiestatem; ergo consensus ille, vt causa causæ fuit causa causati, taliter vt sicut pro Bono publico generalis lex præiudicauit contractibus, & omni iuri quæsito priuatorum, ita & consensus ille conditionatus, & limitatus, dum sic assensit, & non alio modo, vt omnes soluant, ad ea, quæ dixit Bald. *cons.* 84. *lib.* 4. & 150. *lib.* 5. Farinac. *in decis. recent. part.* 1. *decis.* 287. Tusch. *concl.* 138. *litt. C &* 787. *num.* 33. *lit. S.* & consensus qui fuit in causa, certum est, quod etiam fuit limitatus, & forsan dicere possumus quoque limitatus manu Superiori, vnde non potuit operari simpliciter, ad Text. *in l. cancellauerat, ff. de his, quæ in testam. delent. l. ex facto*, §. *item quæro. ff. de vulg. & pupill. l. cum pater*, §. *dulcissimis, de leg.* 2. Cæsar de Argel. *de legit. contradictor. quæst.* 10. *num.* 168. & 244. & *q.* 4. *num.* 52. & *quæst.* 8. *num.* 11. Rota per Farinac. *in decis. recentior. decis.* 690. *num.* 9.

16 Secundò, idem comprobatur, si supponamus reordinationes Gabellarum fuisse à Principe, licet de consensu Ciuium nihil reformato de pactis, & capitulis in illa voluntate supplicantis: Ideo per extensum impressa est vti pars integralis ante Pragmaticam ordinationis Gabellarum: Ergo verba Conclusionis transfusa in ordinatione Principis, rectè dicuntur verba ipsius Principis ordinantis, ad Text. *in l. lege obuenire de verb. signific. & l. lecta, ff. si cert. petat.* quod si Princeps dixit ab omnibus esse soluendam Gabellam, sublata quacunque immunitate, & vsu; & quocunque Priuilegio. Sequitur illam fuisse non generalem, sed specialem derogationem talis, ac talis Priuilegij, etiam tali, ac tali lege inducti, provt si dixisset, *non obstante aliqua lege in contrarium*, certè fuissent derogatæ specialissimè omnes leges; Ita & priuilegia ex legibus inducta, quia Princeps dum omnia Iura tenet in scrinio pectoris, *l. omnium, C. de testam. cap.* 1. *de Constit. in* 6. & sciebat Priuilegia immunitatis regulariter multis Iuribus inducta, his derogasse dicendum specialiter, vt ex Gloss. *in l.* 1. *C. de natur. lib. verb. rescripti*, vbi Bald. & Angel. & Bart. *in l. vlt. num.* 4. *C. si contra ius, vel vtil. publ.* vbi Alberic. *num.* 2. & *in l. si quis in princ. num.* 5. *de leg.* 3. Andr. de Isern. Anchar. & alij per D. Præs. Vrsin. *de succ. feud. part.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *à num.* 22. *vers. contrariam tamen sententiam*, vbi quod non est necessaria derogatio magis specialis, siue individualis, ad not. per Afflict. *decis.* 195. Boër. *decis.* 123. *num.* 6. Sed sufficit dixisse, legibus non obstantibus, vel Priuilegiis etiam non subditis, dùm hæc priuilegia nesciri non poterant, esse ex lege in corpore Iuris. Et illa verè generalis derogatio fuisset, si dictum *omnes soluturos Gabellam, non obstante pretensione aliqua*, vt post Alex. *cons.* 187. *lib.* 5. *num.* 22. idem Vrsin. *num.* 33. *in fine*, non sic si ordinatio fuit *non obstantibus quibuscunque Priuilegiis*, provt *quibuscunque legibus.*

Nec dicatur doctrinam communem per Vrsin. 17
loc. cit. loqui, si Princeps dixisset, *non obstante aliqua lege*, vt ipso casu intelligatur talem legem expressissimè derogasse alias omnes etiam in corpore Iuris clausas: sed in casu nostro fuisse dictum solummodò tolli quæcunque priuilegia pro vsu; & sic videtur adhuc remanere dubium, an cogitasset Princeps de priuilegiis ex iure aliquo in corpore iuris clauso. Nam futilis est ratio ponderata hæc diuersitatis, quando verum est priuilegia adhuc pro vsu deberi ex lege in corpore iuris clausa, ad Text. *in l. vniuersi, C. de vectigal.* ergo derogauit Pragmatica pro Bono publico expressè iuri certo in corpore compilato; & sic non est considerare diuersitatis rationem ab ista circumstantia, quod priuilegium sit, non autem lex, dum concedimus esse in corpore, vel extra corpus iuris. Et quod est plus, fuit dictum vnica loquutione, *anche priuilegiate, & non subdite alla Regia Giurisdittione*; hæc autem secunda pars periodi, quæ regitur ab vno verbo *soluant*, non est dubium, quod expressè derogauit priuilegia in corpore iuris, scilicet leges priuilegia continentes, imò totum ius commune mandans non subditos ad Gabellam Ciuitatis vnquam teneri, per illam notam regulam *l. cunctos populos*, vbi Bart. & alij, *C. de sacros. Eccles.* alia per Ias. *in l. reconiuncti, num.* 215. *de leg.* 3. Gratian. *discept.* 431. *à num.* 21. & nos ipsi testes sumus voluntatem fuisse comprehendendi etiam eos omnino exemptos, pro quibus Romam tunc petiit Regius deindè Consiliarius Aloysius Capaccius.

Tertiò, & subiungimus Priuilegia Patrum 18
onustorum in casu, de quo agimus, vllo modo dici posse, quod vti in corpore iuris clausa, fuissent specialiter exprimenda in illa dispositione anni 1649. Nam si, vt præmisimus, fuerunt nouæ reordinationes post sedatos tumultus, ad statum Regni firmitatem; pro Pace confirmanda; & pro bono publico in excessu, & casu inopinatissimo, qui maior considerari non poterit. Sequitur & alia lege similiter in corpore iuris, ex his circumstantiis temporum, & ordinationum, nihil operari quodcunque priuilegium, & in specie hoc ex numero liberorum, & secundùm hunc intellectum, est clara dispositio Text. *in l. sunt munera, ff. de vacat. muner.* ibi, *Sunt munera, quæ rei propriæ cohærent, de quibus neque liberi, neque ætas, neque merita militiæ; neque vllum aliud*

Priuilegium iure tribuit excuſationem, & quod ille Textus loquatur de Priuilegio duodecim liberorum, voluit Bald. *in d.l.ſi quis decurio, C. de decurion. lib.* 10. quem ſequutus eſt Alex. *conſ.* 123. *num.*4. *vol.* 5. *verſ. quidam enim*, poſt Io.Andr. *in reg.decet* 16. *in Mercurial.de reg.iur.in* 6.Couarr. *de ſponſal.in epitome,part.*2.*cap.*8.*num.*1. Rebuff. & alij per Facchin. *infrà citandum*, Ferrer. ad Guid.Pap. *deciſ.*401.& ratio deſumitur ex Textu *in l.*2.*ff.d.tit de vacat.& excuſ.mnner.*quia *quæ Patrimoniorum onera ſunt, numero liberorum non excuſantur*, ad idem Text. *in l.reſcripto, § quæ munera, ff. de muner. & honor.* quæ & alia adducit idem Facchin. *controu.lib.*3.*cap.*49. & Patrimoniorum propria ſunt onera ſingulorum, quæ neceſſaria indicuntur propter incogitatam, & maximam neceſſitatem à Principe per legem generalem in ordine ad bonum publicum; hoc enim caſu de priuatorum patrimoniis, ita Rex diſponit, provt de ſuo proprio, vt in puncto fuit pro abſoluto habitum per Collaterale Conſilium in iſta propria materia nouarum ordinationum anni 1649. teſtis eſt idem D.Larro *cit. deciſ.*188. *à num.*69. & fuit celebris doctrina Luc.de Penna *in l. originarios, C. de agric. & cenſit. lib.*11. quam communiſſimo Canoniſtarum, & aliorum Doctorum calculo firmatum reliquit d. D. Latro reuidendus *loc.cit. & num.*70. *&* 71.

19 Et ex hoc ſequitur, quod licet Ganauerr. *deciſ.*41.adducat Patres onuſtos duodecim filiorum, eſſe immunes etiam ab oneribus Patrimonialibus, ex quo à cæteris merè perſonalibus immunitatem dat numerus quinque ſolùm filiorum; attamen loquitur de oneribus propter cenſitas res, quæ vocauit Patrimonialia,Bart. *in d.l.ſi quis decurio.* Nos autem vocamus Patrimonialia,ea quæ ſunt debita ab ipſo proprio Patrimonio Patris onuſti, vt eſſe fundauimus, quæ indicuntur in caſu maximæ, & ſummæ neceſſitatis publicæ, & in vim legis generalis: tunc enim ſi Princeps diſponit de re priuatorum, provt de re propria, ſequitur onus impoſitum,eſſe onus rei cuiuſcumque priuati,& pro eo affectum quodcumque eorum proprium Patrimonium. Vltrà quod idem Ganauerr. *in ead. deciſ.*41. *num.*30. admiſit in caſu neceſſitatis pro bono publico onera eſſe de natura ſingularum rerum, & ſic Patrimonialia non in genere, ſed quaſi à quolibet Patrimonio contracta, per Text. quem adducit *in l.reſcripto, §. ſunt munera, ff.de mun.& honor.* qui Text. optimè declarat analogiam hanc onerum Patrimonialium,vt nos diſtinguebamus,ad idem Text. *in l.fin.§.Patrimoniorum, ff.d.tit.* alia adducit Ganauerr. *num.*31. 32. *&* 33.

20 Ex alio etiam id confirmamus fuiſſe ſingulorum patrimonialium onera illa impoſita in anno 1649.& in ſpecie pro illis non iuuare immunitatem ex cauſa 12.liberorum. Quia inclyta hæc noſtra Ciuitas vendiderat ante annum 1636. annuos introitus Conſignatariis pro capitalibus acceptis,licet ſuper hac, vel illa Gabella aſſignatis, non tamen in ſolutum datis Gabellis ante reuolutiones; Inde ſublatis Gabellis,remanebat obligatio Ciuitatis ad beneficium creditorum pro debitis dictæ Ciuitatis iam contractis per tot annos ante expeditionem priuilegiorum, quæ ad præſens allegantur pro parte quorumcunque viuentium,nunc Patrum onuſtorum; Quare accedit in terminis diſpoſitum *in l. ſemper,§.hoc circa, ff. de iur. immun.* & *deciſio* punctualiter per Reuerter. *in compilatione Domini mei Reg. de Marin.* 428. vt priuilegium Patris onuſti non tribuat immunitatem à contributione pro ſatisfaciendis debitis contractis ante expeditionem priuilegij, & plura comprobando,adducit D.de Marin. *in annot.* ibi, & refert decretum Reg. Cam. *in arreſto* 384.

Nec dubitatur arbitrium deſumptum in illa 21
concluſione fideliſſimi populi, fuiſſe pro dimittendis creditoribus pro effectiuo,quod ſoluerant Ciuitati, & Curiæ, vt in *d.pragm.*21. *in princ.* data ei in ſolutum medietate Gabellæ reimpoſitæ,ſed cum dictis pactis, & conditionibus.

Quartò, quæcunque nunc allegata ſunt pro 22
caſu iſto fortiori, reperiuntur in minùs conſiderabili, diſcuſſa, & iudicata in anno 1643. quando ab impoſitione donatiui, propter ſimplices tunc belli neceſſitates extra Regnum,prætendentes Patres onuſti immunitatem, fuerunt excluſi, ea ſolùm ratione, quia onus erat impoſitum propter bellum non ordinarium, & ex cauſa nimis vrgenti, ita teſtis eſt D.Reg.Sanfelic. *deciſ.*391. *à num.*11. poſt notata per D. Reg. Conſtant. *in eadem l. ſi quis decurio, num.*44. & Franc. Marc. *deciſ.*542. *num.*6.Theſaur. *deciſ.* 267. *num.*15. qui cæteros adducunt concludentes, immunitatem nec ex beneficio,vel quocunque priuilegio, etiam in corpore iuris non iuuare in caſu non ſuetæ neceſſitatis, ad idem Ozaſch. *deciſ.*38. *num.*14.*&* 20. & ſunt regulæ *in cap. quod non eſt licitum de reg.iur.cap.quanto de conſuet. l.aliquando, ff. de offic. Proconſ.* alij per Barboſ. *in axiom. Neceſſitas non habet legem.*

Quintò,& hæc omnia ſunt iam extra dubium, 23
itaque etiam practicata in caſu proprio, ſi conſideramus Regalem Cedulam ſub die 7. Iulij anni 1659.ad inſtantiam Ill.Marchionis de Bayona Capitanei Generalis Triremium in Regno, quo ſupplicante reſcripſit Sua Catholica Majeſtas, poſt enarratas quamplures magni ponderis peculiares circumſtantias, ex quibus petita immunitas Gabellæ Farinæ in hac eadem Ciuitate videbatur debita dicto Domino Marchioni;tandem concluſit, pro tanto Milite, & Militum ſupremo Duce, & ſic Spectabili, & Clariſſimo de Domo Regis, vt Garauita de quolibet Milite ſentit *in ritu* 46. *num.*26. non decernendo eidem deberi Immunitatem, provt equidem ante nouas leges anni 1649. data ſemper ipſi fuit; ſed piiſſimè ſuam Regalem explicauit mentem D. Rex noſter, iubendo excellentiſſimo noſtro Moderatori, *Que con la mano, y prudencia que de vueſtro Zelo,y atençion confio,diſpongais la materia de manera, que la cantidad, que os conſultar an los Miniſtros, que refiere eſte memorial, ſe CONTENTEN LOS INTERESSADOS, de que ſe le dè al Marques ſatisfacçion: excuſando ſe reduzga à iudiçio, que aſſi conuiene à mi ſeruiçio, y procede de mi voluntad, &c.* Regis verba ſunt hæc. Aduertamus eorum ſenſum, & conſequentias: ergo Rex non abſque contentamento intereſſatorum iubet aliquid innouari poſt nouas immunitatum abolitiones in caſu tantò fortiori, vt ex lectura totius iam dictæ Regalis Cedulæ eſt videre; nec in iudicium conuenire, quod deduceretur controuerſia aduersùs abolitionem immunitatum, quam firmauerant ordinationes anni 1649.& patres onuſti,nec auditis intereſſatis prætendunt nunc poſt annos quatuordecim de iuſtitia obtinere talem immunitatem, quando maximè Dominus Regens Delegatus, & idem Collaterale Conſilium viſa littera prædicta ſuæ Catholicæ Maieſtatis,audita renitentia intereſſatorum decreto declarauit, *Non eſſe locum petitis per dictum Dominum Marchionem de Bayona*, vt fol...

Hoc

Hoc idem alio decreto Collateralis fuit prouisum pro prætensis immunitatibus in platea maiori huius quoque fideliſſimæ Ciuitatis, referente Domino Conſiliario D. Thoma Carauita *fol...* & ita exequutum. Et quamvis pendeat reclamatio, attamen obſeruatur interim primum decretum, quo de nouo fuit inducta praxis non concedendi immunitatem in d. platea maiori. Et in gabella farinæ, qua de cauſa neſcimus, praxim nouam, & contrariam inducere prætendant Patres onuſti.

Hoc idem pluries reſcripſerunt Excellentiſſ. pro tempore Proreges, vt ſeruaretur in Reg. Dohana Neap. vbi ſic practicatur, omni abolita immunitate pro vſu.

Et hoc idem eſſe mandandum reſponſo generali petentibus talem immunitatem ſperamus omninò.

Si cætera ſuppleant Supremi Ordinis Domini Senatores. Neap. die 29. Iunij 1663.

Adeſt lex derogatoria immunitatum pro vſu cum clauſulis, &c.

Comprehendit derogatoria Generalis priuilegia in corpore iuris clauſa, vbi ordinatur pro bono publico.

Primò, quia lex quæcunque non comprehendit fauorem publicum felic. &c.

Secundò, quia hæc ratio ſi limitaret illam legem, tota eſſet inutilis.

DISCEPT. CCCXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Debitorum ingratidunes, & fallacia contra creditores.*
2 *Intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis deberi tam priuatis perſonis, quàm ſolitis negotiari, omni iure probatur.*
3 *Iure Ciuili probatur.*
4 *Iure Canonico.*
5 *Idque in omnibus contractibus.*
6 *Idque etiam generali conſuetudine totius orbis.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis paciſci poteſt à principio in ſolito negotiari.*
8 *Quod ampliatur etiam ſecundùm Theologos.*
9 *Æquitate ſuadente id ampliatur.*
10 *Intereſſe prædictum poſſe paciſci iudicant Tribunalia.*
11 *Intereſſe hoc paciſci poſſe à principio DD. de Regn. tradiderunt.*
12 *Contractus geſtus ſecundùm loci conſuetudinem non eſt illicitus.*
13 *Intereſſe non poſſe paciſci à principio qui dixerint DD.*
14 *Incereſſe incertum qualiter dici poſſit.*
15 *Intereſſe probatio qualis eſſe debeat.*
16 *Intereſſe veroſimile quale ſit, & quomodo probetur.*
17 *Intereſſe alterius intereſſe, an & quando debeatur.*
18 *Intereſſe à principio taxatum in Regno vltimis ſententiis fuit practicatum.*
19 *Dominus Conſiliarius Hodierna* lib. 1. contron. 17. *explicatur.*
20 *Intereſſe ſemper debetur mercatoribus.*
21 *Mercator, & negotiator qualiter differant inter ſe.*
22 *Barenſis Ciuitatis encomia narrantur.*
23 *Intereſſe non eget alia probatione in Ciuitatibus inſignioribus, & hoc etiam ex Rota Romana habetur.*
24 *Intereſſe exceſſiuum inter Mercatores, quando dicatur.*
25 *Vſurariæ prauitatis ſuſpiciones quales.*
26 *Damnum emergens qualiter debeatur.*

ARGVMENTVM.

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis qualiter à principio in mutuo, cæteriſque contractibus taxari poſſit, præſertim in ſolitis negotiari, vel in Mercatoribus, imò in locis inſignioribus etiam Sacra Rota permittit taxari poſſe à principio. Quod ex conſuetudine permittente, & loci obſeruantia, multò magis debetur. Exceſſiuum verò quale dicatur intereſſe inter Mercatores, & intereſſe alterius intereſſe an debeatur, &c.

An in mutui contractu ab initio ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis de certo intereſſe paciſci poſſit, & à quibus perſonis.

Act. Mag. de Litto.

MArchionissa Lauelli, quæ vt terræ Triggiani farinæ vectigal emere potuiſſet anno 1647. à Syluestro Palmerio publico Barenſi mercatore ducatos *bis mille centum triginta* mutuos accepit, biennij ſpatio, reſtitutioni adiecto. Ille enim, qui magno cum quæſtu cuiuſcunque mercium generis, publicam negotiationem, ſuámque pecuniam ſæpè numero in anno, collybo exercebat, ratione illius *lucri ceſſantis* ob promptas, & paratas negotiationes, quæ in promptu tunc temporis ſeſe offerebant. Et ratione *damni emergentis*, ob dicti lucri amiſſionem, vt gratiam dictæ Marchioniſſæ iniret; decem tantummodò in fine anni pro quolibet centenario ab initio pactus fuit. Solutioni quorum publico mediante inſtrumento omni ſolennitate roborato, prædicta Marchioniſſa ſeipſam deuinxit, pactúmque exequutiuum adiunctum eſt, vt magis expeditè ſatisfactio præſtò eſſet.

Sed, ô inanem futuræ ſolutionis ſpem, inanem tot ſolennitatibus geſtam ſtipulationem. Etenim, defuncto Syluestro, illius filij, & hæredes pro crediti conſequutione in S. C. vigore pacti contra debitricem inſtantes, *poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum*, obtentis iam literis exequutorialibus pro ſumma ducatorum 3760. exequutis, & ſequeſtratis nonnullarum pecuniarum quantitatibus, cum pro liberatione inſtitiſſent, tanquam vſurarij *ex officio* redarguuntur. Iactantes, qui iura Marchioniſſæ tuebantur, improbum, illicitum, & vſurarium eſſe mutui contractum,

tractum, in quo aliquod intereſſe etiam *ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis*, à principio fuerit taxatum. Illúmque, neque exequutioni demandari poſſe, etiam ex conuentione, ſeu in vim confeſſionis, prout in allegationibus probare conantur, nedum ex Theologorum, & Politicorum opinione, ſed ex diuino illo præcepto *mutuum date nihil exinde ſperantes*. Ideoque vt quis ex mutuo, intereſſe conſequi valeat, probatione indigere, & quod ſua interſit, & de damno paſſo, & lucro omiſſo plenè iudici conſtare debere contendunt ex traditis per D. Hodierna *in lib. controuerſ. cap.* 17. imò quod eo tempore, quo mutuam pecuniam dederat, mercaturam aliquam promptam habuerit, nec ſufficere, ſolitum eſſe negotiari, & ex mercaturis lucrari, vt lucrum certum dici poſſit, & de eo à principio paciſci, cum multa contingere poſſint, quominus capiat, ne lucrum ſentiat, & mercator iacturam patiatur, ſecundùm D. Merlin. 1. *controu. cap.* 75. Neque intereſſe lucri iuſtificari ex paratis annuorum reddituum introitibus, frequentiſſimíſque implicandi pecuniam ad lucrum occaſionibus, cum taxationem, de qua agimus, exceſſiuam dici arbitrentur, tam de iure ſecundùm Gratian. Tuſchum, & alios; quàm etiam, inſpecto noſtro æuo, in quo experientia docet, non ſic de facili tutas reperiri emptiones, ad notata per præſtantiſſimum Conſil. Carleual. *tom.* 2. *de iud. diſp.* 8. *ſect.* 6. *num.* 79. authoritatem cuius animaduertere aduerſarij, magnæ efficaciæ, & roboris eſſe apud aliquos iudices, qui in ea valdè nituntur, contractum hunc, de quo exequutio petitur, omninò, vel vſurarium nullúmque declarari, aut ad minus, ſuſpenſis litteris exequutorialibus, ordinarium terminum impartiri.

1 Sed quis his calidis ſubtilitatibus, & variis petitionibus vnquam indulſerit? Ipſe certè veritatis ſemper adamator, pupillorum, hæredúmque creditoris defenſor pro contractus, ac pacti validitate properanter ſcribens, oſtendam intereſſe illud, *lucri ceſſantis, & damni emergentis*, cum in mutuo omni iure debeatur, & ſit permiſſum, bene, & validè, licitè, ac honeſtè, à principio in pactum deduci poſſe; eo præſertim in caſu, de quo in præſenti agimus, cum in mercatore verſemur; ex cuius perſona bene iuſtificatur, non exceſſiuum eſſe intereſſe illud, à principio taxatum ad rationem decem pro centenario, ſed tam veroſimile, moderatum, & conſuetum, vt nulla alia probatione expectata, conuentio ſuper illo exequutioni ſit demandanda.

Et vt clariùs creditorum iuſtitia eluceſcat, in quatuor concluſiones, quod pro eorum tuitione ſum ſcripturus, diuidam.

2 Sit igitur prima, intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis omni iure permitti, & deberi tam priuatis perſonis, quàm ſolitis negotiari, præcipuè publicis Mercatoribus, inter quas perſonas non minimam adeſſe differentiam latè inferiùs demonſtrabimus.

3 Ciuili enim ſanctione ſtatutum habemus per Scæuolam *in l.* 3. *§. vltim. ff. de eo, quod certo loco*; vbi interrogatus, *quid ſi merces quis ſolebat comparare an, & lucri ratio habeatur, non ſolius damni, ſed & lucri rationem habendam*, reſpondit: *Socium autem, qui in eo, quod ex ſocietate lucrifecerit, reddendo moram adhibuit, cum ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuras quoque eum præſtare debere*, Pompon. *ex Labeone*, ait, *in l. ſocium* 60. *ff. pro ſocio, non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit*. Vnde Paulus *in lib.* 2. *ad Nerat. in l. at qui natura, §. non tantùm, ff. de neg. geſt. non tantùm ſortem, verùm etiam vſuras ex pecunia aliena perceptas, & quas percipere potuimus præſtari* iubet, quod idem reſcripſit *lib.* 76. *ad edictum in l. ſi commiſſa, ff. rem ratam haberi (in quantum mea intereſt, id eſt, quantum mihi abeſt, quantúmque lucrari potui*. Hinc Iuſtinianus, vt antiquæ prolixitati de eo, quod intereſt, finem imponeret, nouam conſtitutionem recitauit, in qua *tam lucri, quàm damni*, omnibus in contractibus rationem habendam ſanciuit, vt *in l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, §. fin. & hoc non ſolùm in damno, ſed etiam in lucro noſtra complectitur conſtitutio*.

Apertas etiam habemus Pontificales conſti- 4
tutiones, in quibus, *& lucra, & damna*, conſiderata fuiſſe legimus, vt *in Can. conqueſtus*, & *cap. ſalubriter, de vſur. cap. peruenit, de fideiuſſoribus, cap. dilecti, de foro competenti*, latè *in Can. ſi læſerit, de iniur. & damno, &c.* in quo, diuino etiam iure, intereſſe permiſſum, colligimus (*ſi læſerit quiſpiam agrum alterius, vel vineam, & dimiſerit iumentum, vt depaſcatur aliena, quidquid optimum habuerit in agro ſuo, vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet*) Ex Exod. 22.

Hinc omnes iuriſtam Pontificij, quàm Cæſarei interpretes, imò & Theologi vnanimi conſenſu tradidere indubitabilem eſſe regulam illam, intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis omni iure deberi, rectè à creditore peti, & abſque vſurarum labe, & periculo exigi, vt poſt Bart. Bald. Caſtrenſ. & alios ſcribentes *in l.* 3. *ff. de eo, quod cert. loc.* & *in d. l. vnica*, & *in l. curabit, C. de actionibus empti*, voluit Cagnol. *in dict. l. vnica, num.* 35. Gloſſ. ſingulari Rebuffi *in rubr. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt*, Grauetta *conſ.* 912. *num.* 11. Roland. *conſ.* 35. *lib.* 3. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 45. *num.* 48. Menoch. *in conſ.* 7. *lib.* 1. *num.* 7. Burſatus *conſ.* 10. *lib.* 1. Oſaſchus *deciſ.* 143. *num.* 4. Gama *in deciſ.* 110. *num.* 3. quos omnes recenſet Ruginellus *practic. quæſt. cap.* 13. Ad hoc idem alluſerunt Ioan. *in cap. ſacro, n.* 10. *de ſent. excomm.* Felin. poſt Abbatem *in d. cap. cum venerabilis, num.* 7. Gutierrez *de iuram. confirm.* 1. *part, cap.* 2. *n.* 3. Gloſſ. ſingularis *in d. cap. conqueſtus*, quam refert Gail. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 5. *num.* 15. vbi tam damna, & intereſſe etiam ſecundùm Canones peti, & exigi poſſunt, quia non vt vſura, ſed vt intereſſe petuntur. Longè enim differunt vſuræ ab intereſſe lucri ceſſantis; illæ enim, vt notauit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſ.* 119. *num.* 22. reſpiciunt ſolùm lucrum creditoris, abſque eius induſtria ex pecunia debitori, mutuò data. Hoc verò ipſius creditoris reſpicit emolumentum, quod prouenire poterat ex ipſa pecunia, mediante tamen ipſius creditoris opera, & induſtria. Hinc vſuræ odioſæ, intereſſe fauorabile dicuntur. Vnde Panormit. *in d. cap. conqueſtus, n.* 6. ait, *Perpetuò menti tenendum hoc, quod etiam de iure Canonico peti poſſit aliquid vltra ſortem ratione intereſſe, non ſolum damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis*. Ad hoc idem aſſentitur Lup. *in tract. de vſur.* §. 6. *num.* 108. *in fine*. (*Hoc igitur retento, quod intereſſe lucri per ſolitum negotiari poſſit de omni iure diuino, & humano peti indiſtinctè.*) Couar. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 1. plenè fundat hanc fuiſſe Theologorum omnium ſententiam, vt ex Nauar. *in manual. cap.* 17. *n.* 211. Tolet. *in Summa, lib.* 5. *cap.* 33. *num.* 1. Cord. *in Summa de caſos de conçientia, q.* 105. Molin. *de iuſt. & iure, tom.* 2. *diſp.* 314. *in princ.* D. Thomas *q.* 78. vbi Pater Petr. de Aragon. *num.* 11. quos omnes refert Caſtill. 2. *controu. cap.* 1. *n.* 14. *&* 16.

vbi

vbi nullum scribentium dissentire *testatur*, & nouissimè post eum Hermosilla, omnino videndus *in addit.* Gregor. Lopez *gloss. 4. tit. 1. l. 10. part. 5.* qui latè discutiendo materiam, multas constituit conclusiones, multasque tradit damni, & lucri interesse diuisiones, tam in commune, singulare, & conuentum, quàm in intrinsecum, & extrinsecum, in re, & extra rem consistentes. Ille multas constituit regulas, quas omnes limitat in mercatore, *vt in num. 119. cum seq.* Cui nedum damnum, & intrinsecum interesse, verùm etiam extrinsecum illud extra rem lucri cessantis proueniens deberi testatur infinitos allegando authores, communem omnium Theologorum, Ciuilistarum, & Canonistarum appellando sententiam, provt in *Rota Genuensi* etiam habemus in *dec. 1.* illam tam de Iure humano, quam Diuino, tam in Scholis, quam in Palatiis esse canonizatam.

5 Quod lucri interesse mercaturam gerentibus, nedum in contractu mutui, sed in omnibus aliis deberi, siue bonæ fidei, siue stricti iuris sint. Fundat præcit. Hermosill. *in ampl. d. lim. ex* Sigism. Magon. *decis. 32. num. 5.* Anchar. *& aliis* allatis etiam per præcit. Cast. *num. 44.* (ibi) *nunc etiam extenditur superior resolutio, interesse, inquam, lucri cessantis solito negotiari deberi, non solùm in contractibus mutui, sed etiam in omnibus aliis, in quibus à fortiori debebit haberi ratio lucri.*) Imò & interesse alterius interesse, vt voluit Bolognet. *in consil. 13. num. 55. & 88.* tradit etiam Escobar *de ratioc. cap. 15. num. 27.* adeò, vt mutuatarius in conscientia teneatur ad tale interesse, vt ex Theologis per præcit. *Hermosill. congestis* habetur.

Nimium enim grauarentur pauperes creditores mutuò dantes pecuniam, si nec vsuras, nec interesse consequi valerent, ad tradita per Lupum *in l. curabit §. 6. num. 105.* Imò ipsi naturæ contrarium videretur, hoc permitti, scilicet *aliquem illorum iactura locupletari*; Etenim ex Pomponio *in l. hac ratione, ff. de condit. indebiti, &* ex Vlp. *regula 207.* edocemur; *Hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento locupletari.*

Quinimò si benè proquiramus; pecunias suas sine lucro, & sine fœnore mutuas dare, non priuatorum; sed Regalis munificentiæ esse reperiemus. Sic Augustus quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, vsum illius gratuitum iis, qui cauere in duplum possent ad certum tempus indulsit. Teste Sueton. *in August. cap. 41.* Sic etiam de Imperatore Seuero, qui plerisque pauperibus pecunias sine vsuris dabat ad agros emendos, reddendos de fructibus, refert Lamprid. *in Seuer.* & de Sophia Imperatrice ex *Cedreno, pag. 320.* habemus, quæ eorum, qui ære alieno erant obstricti, debita creditoribus persoluit, & pignora debitoris restituit. Quæ exempla non priuatas liberalitates, sed regias largitiones, & munificentias esse referunt; at ij, qui negotiationes aliquas, & publicas mercaturas exercere noscuntur, per quàm iniquum, & temerarium esset lucro priuari, ex quo viuere, & pasci dicuntur, *ad notata* per Honoratum Leotardum *de vsur. quæst. 64. num. 36.* ex Text. *in l. 6. C. de dignit. & l. 1. C. de commer.* rectè *aiebat* Annæus Robert. *rer. iud. 2. cap. 7.* nullus enim sine spe lucri pecuniam suam crediti fidem numerat, præcipuè mercatores publicas negotiationes, & commercia exercentes in quibus lucrum magis damno emergenti vicinum, quàm lucro cessanti dicitur, *ad tradita* per Osaschum *in decis. 143.* quod eis naturale, & tanquam rei cohærens appellauit Castill. *2. contr. cap. 1. num. 16.*

Ex hoc inoleuit consuetudo in toto Orbe terrarum apud omnes, & quoscumque Senatus sic iudicandi, scilicet semper deberi Mercatori, & solito negotiatori lucri cessantis interesse. Illud (*cum non fuerit inter partes conuentum*) taxantes vel secundùm regionis vsum; moniti ex II. CC. responsis *in l. quid ergo, §. consequitur, ff. de contrar. & vtile act. tutel.* ibi (*cum vsuris trientibus, vel his, quæ in regione obseruantur*) *in l. 1. ff. de vsuris,* ibi (*vsurarum modus ex more regionis*) & *in tit. ff. de administrat. tutor. l. tutor. qui repertorium, §. sed & si contigerit.* ibi (*secundùm morem prouinciæ præstabit vsuras.*) Lucrum cessans deberi solito negotiari, post Bartolum dicit Afflictus *dec. 20. tom. 1.* vbi Vrsillus, *num. 2.* Osaschus *d. 2. Consilianus Arias de Mesa. lib. 1. var. cap. 21. num. 21.* D. Pratus *tom. 2. discept. forens. cap. 46. à n. 23.* Vel secundùm ea, quæ quis similis conditionis verosimiliter lucratus fuisset. Quod lucrum minus decem centenis, mercatoribus taxatum, non reperimus apud Carthar. *decis. 38. num. 1.* Rotam Genuens. *in decis. 1. num. 43. decis. 19. num. 10. decis. 30. num. 6. & decis. 194. num. 5. cum seq.* Cacheran. *decis. 143. num. 2.* Alexandrum Raudens. *in decis. Pisa decis. 17. n. 4.* Neuizan. *cons. 27. num. 24.* Ruginel. *pract. quæst. cap. 13. num. 1.* qui Cremonæ, & Mediolani statuta refert similem taxam duc. decem mercatori statuentia, quam non maiorem sex in aliis personis concedunt. Ad hoc etiam allusit Bald. *in l. fin. in principio, C. de iur. dot.* Simile statutum vigere in eorum patriis tradunt Veronens. *in cons. 15. num. 5.* allegans aliud Bononiæ *num. 6.* & Cæsar. Manent. *in cons. 148. num. 27.* Eandem taxam de iure Regio admitti testatur Naruon. *l. 15. tit. 18. gloss. 4. lib. 5. recomp. num. 19.* quem allegat *præcit.* Hermosilla *n. 306. in fine.* De qua minimè hæsitandum in hoc nostro Regno inueterata consuetudo, & frequens stylus sic iudicandi in S. C. nos monet, dum quotidie videmus Supremum hunc Senatum, mercatoribus decem centenis semper deberi, decernere, testibus Reg. Merl. *primo contr. cap. 75. num. 22.* & Reg. Capyc. Latr. *in decis. 153. num. 2.*

6 Quis igitur sanæ mentis dixerit, vsuram esse, & de illius pranitate redarguet quemquam petentem id, *quod Deus, quod leges, iusque, pudorque iubent, & admittunt.* Diuinum enim illud præceptum, *mutuum gratis, date* in simplici tantùm mutuo præcisè spectato locum obtinere; at vbi, & damni timor, & spes lucri viget, licitum est vltra sortem aliquid accipere, ita aduertit Lessius *lib. 2. cap. 20. dubit. 11. num. 82.*

7 Hoc igitur periacto fundamento, secundæ conclusionis Thesis se offert, qua asserimus absque vlla vsurarum labe posse tale lucri cessantis, damnique emergentis interesse à mercatoribus in pactum deduci; illudque ad certam, & verosimilem quantitatem inter contrahentes taxatam, à principio in mutui stipulatum redigi. Huius enim conclusionis ratio non paruæ efficaciæ ex suprà consideratis traditur.

Quis in dubium reuocare præsumet, an permissum à iure pactis conuentisne, etiam concedi possit? cum vulgatum sit illud axioma apud omnes iuris interpretes traditum ex Text. *in l. muto, §. sub conditione, ff. de tutel.* quod debetur, & est permissum à lege, benè potest deduci in pactum, Vlpiana sententia est illa. Quod fit per legem, potest fieri per pactum; (*sicuti enim serui corrupti actio locum habet, ita poterit hæc pactio locum habere, quæ ad non corrumpendos seruos pertinet l. non impossibile 51. ff. de pactis.* vbi Gl. Bart.

& DD. omnes. Iaſ. *in §. fuerat inſtit. de action.* permittitur enim,& debetur omni iure lucri ceſſantis intereſſe,ergo & in pactum deduci poteſt. Argumentum eſt Ancharani loquentis in noſtra materia *in reg. peccati ven. in* 14. *col. de reg. iur. in* 6. quem ſequuti fuere Cald. *in cap. nauiganti, num.* 5. *quæſt. de vſur.* Dec. *in conſ.* 119. *n.* 3. Bartholom. Soccin. *lib.* 2. *conſ.* 117. *num.* 4. *in fine*, quos refert, & ſequitur Lupus *in d. l. curabit*, §. 6. *num.* 123. ſic etiam Rota Romana poſt conſilia Farin. *dec.* 372. *num.* 3. vndè Veronenſis *loco quo ſupra*, loquens in ſimili ait, *poteſt fieri ſtatutum, & valet taxans à principio decem centenis, quamdiù ſors ſit ſoluta, provt viget in hac Vrbe; ergo etiam & pactum*; licitum eſt arguere de vno ad alterum, Gl. Bart. & alij ſcribentes *in rubr. C. de decur. lib.* 10. *& in d. l. non impoſſibile*: ſingularis Text. *in l. generaliter*, §. *fin. C. de fideiuſſor.* nam, ſi de vſuraria pranitate paciſcens redargueretur, taxatio ab initio in ſtatuto non valeret, ita conſuluit Grauetta *conſ.* 189. *num.* 5.

8 Confirmantur hæc dicta ex illa magis recepta, & communi DD. omnium opinione tam Theologorum, quàm etiam vtriuſque iuris, & Cæſarei, & Pontificij interpretum, vnanimi conſenſu affirmantium poſſe abſque vllo vſuræ ſcrupulo ab initio paciſci de certo intereſſe in contractu mutui: ità Hoſtienſ. *in cap. ſalubriter, num.* 4. *verſ. ideo puto*, ex mente Contrad. *de contract. tract.* 2. *q.* 5. Sylueſter in verbo *vſura quæſt.* 19. Caetan. *in ſumma* verbo *lucrum vſurarij, &* 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 4. Diuus Antoninus *in d. cap. ſalubriter, &* 2. *part. tit.* 1. *cap.* 7. §. 15. Io. de Lignano, & Laurent. de Rodulfis *in d. cap. ſalubriter.* Nauar. qui de communi teſtatur *in ſumma de* 5. *præcepto Decalogi, cap.* 17. *num.* 211. *verſ. & quod inter omnes conuenit.* Idem *de Vſur. num.* 15. *& num.* 42. tredecim rationibus confirmat hanc ſententiam, omnibus reſpondendo argumentis noſtræ ſententiæ aduerſantibus, & *conſ.* 7. *&* 10. *num.* 2. *de vſur. conſ.* 1. *de offic. iud.* Lopez *de contract. & negotiat. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 3. Molin. *de contract. diſp.* 315. *num.* 5. Alphonſ. Villagut. Adrianus, Toletus, Michael Salon *relati* per Gratianum *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 387. *num.* 4. *&* 5. Laurentius Reginal. Lexius, Azouius, Emanuel Sà, *quos citat, & ſequitur* Bonacina *tom.* 2. *moral. Theol. de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 3. *puncto* 4. *propoſ.* 2.

9 [Hoc enim maxima æquitate, & frequentiori calculo receptum eſt; ſcilicet etiam ex cauſa mutui poſſe creditorem ab initio contractus pactum inire cum debitore de certo intereſſe, ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis] Verba ſunt Conar. 3. *var. cap.* 4. *num.* 5. *verſ. item, & illud.* Quod etiam intelligendum, pendente dilatione data ad ſoluendum ante moram, *vt ipſe* notauit, quem ſequitur Guttierrez, *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. eo præſertim in mercatore, infinitos allegando authores, communem, veriorem, & magis receptam, tam in iudicando, quàm in conſulendo efferentes; dummodò tamen illud fuerit veroſimile, & conueniens, & abſit omnis dolus, & fraus palliandi vſuras, vt inter conſulentes voluerunt Bertazol. *lib.* 2. *in crim. conſ.* 262. Ancharan. *conſ.* 276. Aym. *conſ.* 189. Grat. *conſ.* 49. Ruin. *conſ.* 104. *lib.* 4. *num.* 10. Natta *in conſ.* 477. *num.* 3. Rubeus *in conſ.* 88. Alex. *in conſ.* 141. *n.* 2. Bimius *conſ.* 127. *vol.* 2. Burg. de Pax. *conſ.* 4. *num.* 15. Rol. *conſ.* 34. Decius *conſ.* 111. Berous *conſ.* 193. *vol.* 1. Neuizan. *conſ.* 75. *num.* 5. Honodeus *conſ.* 41. *num.* 8. *lib.* 3. Corneus *in conſ.* 166. *vol.* 4. & alij, quos congerit in ſuo ſingulari conſilio Doctiſſimus Burſatus *conſ.* 68. *vol.* 1.

In iudicando teſtantur, & ſequuti fuere Surd. 10
in deciſ. 259. *num.* 16. *&* 17. *& tract. de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 76. *&* 77. de Graſſis *deciſ.* 187. *num.* 3. *&* 5. *& tit. de vſur. & deciſ.* 188. *num.* 1. Pereyra *in notabili deciſione* 84. *n.* 1. Rota Rom. apud Farinac. *dec.* 892. *part.* 2. vbi non ſemel ita fuiſſe iudicatum teſtatur, & in *dec.* 331. *in recollect. &* *dec.* 372. Raphael de Turri in *dec.* 13. *&* 14. *&* 15. & in *tract. de Cambiis, diſp.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 43. *cum ſeq.* vſque ad 60. Gama *in dec.* 110. vbi Diez de Mena. Puteus *in deciſ.* 239. *lib.* 1. Moëdan. *deciſ.* 72. *&* 73. Maſtrill. *deciſ.* 245. ſic etiam deciſum reliquit Fontanella *deciſ.* 91. *num.* 7. vbi hæc ſubnectit; (*admittitur in mutuo fauore mercatoris pactio certi, & indubitati intereſſe à principio taxati, quæ aliàs eſt omnino prohibita, provt ego pluries probaui, & deciſionibus noſtri, & aliquorum aliorum ſenatuum ornaui in* 2. *de pactis nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 9. *part.* 15. *num.* 19. *&* 20.) in qua deciſione ipſe concordat illas binas deciſiones relatas in *d. tit. de pactis*, quæ prima fronte inter ſe pugnantes apparent. Sic quoque pluries ſuam protulit ſententiam Rota Genuenſis, hoc pactum approbans, vt habemus in *dec.* 1. *num.* 44 *&* 49. *dec.* 97. *&* 99. *num.* 3. & *dec.* 139. *num.* 8. & in multis aliis, quas enumerat præcit. Hermoſilla *num.* 119. qui latè *num.* 302. diſcutit hanc materiam, & latiùs 306. illam tuetur. Hanc eandem ſententiam ſequuti fuere ſenatus *Florenſiæ, Lucenſ. Pedemont. & Bononiæ*, Teſtantur Magon. in *dec.* 32. Oſaſchus *dec.* 143. Barzius *dec.*.... (licebit enim creditori ratione lucri ceſſantis ante moram mutuatarij paciſci de tali intereſſe ſibi ſoluendo, abſque eo, quod contractus vſurarius, aut palliatus videatur, nec etiam quod mora præceſſerit.) *ita loquitur poſt omnes præcitatos authores* Caſtil. *d. cap.* 1. *num.* 67. noſtram confirmando concluſionem innumeris DD. authoritatibus. Prætermitto Menochium, Maſcardum, Cuiacium, Fachineum, Gabrielium, Menchacam, Vincentium Garrorium, Parladorum, Eſcobar, & alios, qui veritatem amplectentes noſtram ſequuti fuere ſententiam. Hos autem pleniſſima, ac diſtincta manu habebis apud Barboſam in *l.* 2. 1. *part. ex num.* 44. *vſque ad* 53. *ff. ſolut. matrim.* & in *l. de diuiſ. num.* 25. *eod. tit.* & apud Tuſchum in verbo *intereſſe concl.* 108.

Vlteriùs, ſi noſtrates perlegimus, indubitabi- 11
lis redditur hæc noſtra ſecunda concluſio; etenim ex eorum dictis; ne dum inueteratam conſuetudinem ſic contrahendi, inter partes colligimus, ſemper taxantes à principio certum intereſſe ratione *lucri, & damni* etiam pendente dilatione data; Verum etiam immemorabilem huius ſupremi ſenatus ſtylum ſic indicandi comperiemur; illud ſeruata forma conuentionis deberi, vt apertis verbis oſtendit Doctiſſimus Regens de Ponte in *tract. de poteſt. Proregis, tit.* 4. *de regal. impoſit.* §. 6. *in fine*; qui, vt omnem abſolueret difficultatem, ad perpetuam rei memoriam propter calamitates, in quibus pauperes Creditores in hac temporum tempeſtate verſantur, hæc protulit. (*Dixi tandem in principio quod in regno quæſtio eſt de indubitabili, quia conſuetudo eſt vniuerſalis in toto Regno, à tempore immemorabili ſic contrahendi, ſecundùm quam ſemper eſt Iudicatum, validam eſſe conventionem*;) ad quod etiam

alluſit

allusit Regens Ronitus in *comment. ad pragm. 1. de vsurariis, num. 45.* & ita fuisse Iudicatum; ipso relatore, tradit in causa hæredum qu. Hectoris Capycila cum V. I. D. Camillo della Ratta. Integerrimus Consiliarius Marcianus Senior in *cons. 50. lib. 1. num. 6. Quid vltrà moram facimus in hoc articulo?* (inquit,) *postquam fortior opinio frequentiori calculo recepta est posse scilicet creditorem etiam ex causa mutui ab initio pacisci de certo consequendo interesse, siue in damno, siue in lucro consistat, pendente dilatione data ante moram*, & ita in fauorem Centurionis creditoris, per S. C. pronunciatum refert *num.* 8.

Hoc idem assueranter affirmat D. Regens Capyc. Galeot. vir omni probitate, doctrina & splendore ornatus *1. controuers. cap. 56. n. 26. & cap. 61. num. 45.* à qua neque recessit Cons. Theodorus in *allegat. 40. num. 30. cum seq.* Eruditissimus Regens Merlinus *2. controuers. cap. 50. num. 12. Crebrius, & verius* (ait) *in eam itum est sententiam tota die praxi receptam, & à supremis tribunalibus passim approbatam, valere huiusmodi taxationem ab initio.* Quodque clarioribus verbis expressit in *num. 20. & 27.* allegans doctissimum Hispanum Noguerol. *allegat. 18. num. 106. & in 1. controu. cap. 31. & cap. 75. in fine.*

Vnde elaboriosissimus Io. Dominicus Gaitus *in suo tract. de credito, cap. 2. tit. 7. quæst. 2.* disputato ad partes articulo, congestis per eum sex DD. opinionibus nostram sequutus fuit conclusionem, quam adeò verissimam appellauit, vt absque vllo scrupulo valere prædictam conuentionem asserat, dum *ipse* semper vidit obseruatum in Regno fieri mutua, & alios contractus, cum promissione certi interesse, ratione lucri, pendente solutione facienda in termino præfixo etiam ad consilium doctissimorum Iesuuitarum, *vt in num. 1762.*

12 Ex qua immemorabili consuetudine sic contrahendi, & inueterato stylo sic iudicandi deducimus, quod licèt contractus de quo in præsenti agimus, secundùm chimæram aduersarij aliquo vsurariæ prauitatis vitio laboraret (*quod pœnitus dicendum, vt suprà probatum, & inferiùs clarius demonstrabo.*) adhuc etiam licitus, & honestus diiudicari debeat; etenim vulgata est regula illa apud DD. tradita ex singulari doctrina Bartoli in *l. si quis sit fugitiuus § apud Labeonem, ff. de edil. edicto*, scilicet quod actus factus, qui communiter æstimatur licitus, licèt in veritate non sit, per hoc non dicitur illicitus. (*Puto enim non esse eum fugitiuum, qui id facit, quod publicè facere arbitratur*, Vlp. *ait in d. §. apud Labeonem.*) Hi autem contractus, qui palam & publicè frequentantur, nec de simulatione, & fraude, neque de vsuraria prauitate redargui possunt, imò semper validi, & legitimi dicuntur. Communis DD. Schola nos docet, ita Oltrad. *cons. 207. in fine* Calderin. *in cons. 4. tit. de vsur.* Cepolla *in tract. de simulat. contract. num. 4.* Tiraq. *in tract. conuent. in fine n. 129.* Cephal. *cons. 237. lib. 2.* Natta *cons. 498. vol. 3.* Roland. *cons. 96. num. 26. vol. 2.* quos omnes, & innumeros alios colligit Menoch. *lib. 4. cons. 343. num. 4.* Sanè omnes (admonuit Decian. *in cons. 2. num. 8.*) ad excusandum contractum, ne dici possit fœneratitius affirmant vsum, & consuetudinem sic contrahendi spectandum esse. Cuius vis talis est, vt quod aliàs illicitum, licitum quoad forum fori faciat, ad notata per Surdum omninò videndum loquentem in nostra materia *in cons. 327. vol. 3. num. 51.* Rectè Ouid. *art. lib. 2. Nil consuetudine maius* (aiebat) vnde tunc pacta, contra, vel præter formam contractus arguunt fraudem, & non subsistinentur, quando sunt insolita Gloss. sing. *in l. sub condit. ff. de condit. Instit.* at quando consueta, & communiter frequentantur, quis de eorum validitate dubitare poterit? *Si tempore contractus* (dicebat Alciat. *cons. 45.*) *annui redditus emebantur vulgò & communiter, ad rationem decem pro centenario, quis fœneratitiam appellauerit pactionem illam de simili reddita?* fœnoris autem suspicio (inquit Cardinalis Mantica *de tacit. & ambiguis lib. 8. tit. 25. num. 110.*) principaliter excluditur: ex consuetudine regionis; nam contractus, qui in prouincia apud honestos, & graues mercatores est in vsu, & communiter censetur licitus, non est vsurarius, quod locum habet non solùm ad excusandum contrahentes à pœna, quæ imposita est vsurariis, provt intellexerunt DD. apud Grassum *de exception. cap. 28. num. 42.* Sed etiam ad validitatem contractus, vt ipse Cardinalis animaduertit, & pro more Couar. expendit. *in repetit. lib. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 3. num. 5.* latè Pater Megal. *in 2. 2. lib. 2. cap. 7. q. 2. num. 68. & variar. resolut. 121. num. 14.* plenissimè Ciarlinus *1. controuers. cap. 29. n. 38. & 39.*

Ex hoc omnes vtriusque Iuris interpretes loquentes in hoc articulo; an in mutui contractu de certo interesse à principio pacisci possit: vnanimi consensu decreuere, validè subsistineri taxationem, imò verosimilem, iustam, & moderatam censeri, si secundùm vsum Regionis, & secundùm ea, quæ in Ciuitate frequentantur fuisse factam appareat; ita Hermosilla, post multos DD. omnes nominatim enarrans *in loco sup. cit. n. 306.*

Accedat prædictis omnibus consuetudo Ciuitatis Bari, in qua præsens Iustrumentum fuit confectum. Illic enim nedum à publicis mercatoribus, verùm etiam ab omnibus, & quibuscumque personis etiam priuatis mutuò dantibus pecuniam frequentatur semper à principio etiam dilatione pendente hoc interesse decem pro centenario in pactum deduci, de quo publica conficientes instrumenta semper absque vlla hæsitatione exequutioni demandentur, pro vt de his nedum Vniuersa Ciuitas, cum fide authentica *fol...* testimonium perhibet; imo, & notarij omnes qui instrumenta conficiunt, & Curiæ actuarij, qui obligationes penès acta recipiunt similem pactionem continentes, illas in casu deficientis solutionis incusantes, vt ex pluribus fid. authenticis *fol....* qua de re ab omni periculo vsuræ valdè alienum instrumentum, de quo agimus, esse concludo.

Sed vt hæc nostra secunda conclusio inconcussa remaneat, & veritatem articuli magis indagemus (*veritas enim disputando magis inuenitur*) expendamus quæso DD. authoritates contrariam amplectentium opinionem, & videamus, quibus in casibus loquuti fuere, qua ratione ad eorum sententiam firmandam quove medio vtuntur, vt, reiectis aduersariorum argumentis, nostram noua ratione confirmemus.

DD. enim, qui pactionem à principio improbarunt; multi fuere, inter quos Innocent. *in cap. vlt.* verbo *periculum de Vsur.* Io. And. *in cap. salubriter in principio eod. tit.* Bald. *in l. rogasti §. si tibi num. 6. 7. ff. separatum petatur* Abb. *in cons. 64. num. 5.* Anchar. *cons. 150.* Alex. Dec. *aliique, quos ad nouem, & quinquaquinta enumerat* Doctissimus Consiliar. Carleual. *lib. 1. tit. 3. disp. 2. sect. 7. num. 79.* Cuius authoritas, & ingenij acumen iterum iudices ad perquirendam huius articuli veritatem, & ad hæc me scribendum excitauit. 13

Nituntur enim ratione, quoniam de futuro intereſſe nulla poteſt haberi certitudo, cum à futuro euentu dependeat, & multis ex cauſis lucrum impediri poſſit, præſertim cum negotiationes in damno eſſe ſæpè ſæpius experientia oſtendat. Illud enim cum in facto conſtat, vt ex Pauli *regula* 25. habetur (*quatenus cuiuſcunque interſit, in facto autem, non in iure conſiſtit*) minimè ſine probatione dandum, cum facta, niſi probentur, non præſumantur, argumento *l. ſi emancipati, C. de collat.* ſicque à principio neque taxandum, alias ſolo nomine differret ab vſura. Ita præcit. DD. ratiocinantur.

14 Sed quid incertum, cuius natura talis ſit, vt vllam certitudinem, & aliqualem æſtimationem recipere non poſſit? Nihil enim tam incertum eſt (ſingulariter inquit Honor. Leotard. *tract. de vſur. q. 62. num. 21.*) quod vir prudens, perpenſis omnibus circunſtantiis, æſtimare non poſſit: licet fructus agri, & vineæ incerti ſint, *propter incertũ euentum*, vt ait I.C. *in l. 17. & l. Oleo, C. de vſuris*; tamen vendi, & certo pretio æſtimari poſſe ex labeone edocemur *in l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contr. emptione*, qui conſonat Pomponij reſponſum *in l. 8. tit. eod.* ibi, (*tamen fructus futuri rectè emuntur.*) Quodque etiam habemus ex Scæuola *in l. periculi pretium, ff. de naut. fœnor. in aſſecurationibus mercatorum pretium periculi, quod incertiſſimum eſt, æſtimari poteſt.* Incertus eſt etiam dubiæ litis euentus, quandoquidem ij, qui litigant, experiri iurgandi fortunam dicuntur *l. vnica, C. quando Imperator inter. pup. & vid. & l. 13. ff. de ſtat. hominum.* Nihilominus etiam æſtimari poteſt, vt poſt Bart. Cagnol. & alios tradit Mantica de Tacit. *lib. 26. tit. 9. num. 4.* adeò, vt communis Doctorũ Schola validiſſimam etiam concludat tranſactionem inhibitam ſuper tali re dubia, quam nullo læſionis prætextu impugnari poſſe *arbitrantur.* Quid denique incertius hominis vita? non malè Terentius in *Adelphis*, illam aleæ ludo comparat (*ita eſt hominum vita quaſi cum ludas teſſeris*, & tamen æſtimari poſſe conſtat, ex *l. hæreditatum, ff. ad l. Falcidiam*; igitur ſic etiam poterit vir bonus, & prudens æſtimare lucrum ceſſans ab initio, quamvis incertum ſit, inſpectis, & perpenſis circunſtantiis rerum, & perſonarum: ita concludit Leotardus *n. 22.* ideoque à principio taxari autumat.

Quamobrem bene cum præcit. DD. concludam, conuentionem iſtam de certo intereſſe, tanquam in vim tranſactionis, & probationis valere, cum illa taxatio à principio, quæ inſpecto futuro euentu, ſicuti poſſet ſe habere ad minorem quantitatem, ita quoque ad maiorem; vice tranſactionis inter partes commenſuretur: ita *ſingul.* Dec. *in cap. venerabilis, num. 15. de except.* Couar. *lib. 3. var. cap. 4.* Gutierrez *de iuramento confirm. 1. p. cap. 2. n. 5.* latè Pereyra *in deciſ. 84. num. 1. in fine*, & alij, quos omnes ſuprà congeſſi. Imò valdè vtilius, & commodius eſt illud incertum intereſſe ad certam quantitatem à principio reduci propter probationum difficultates, vt I.C. Venuleius monet *lib. 8. quæſt. in l. vlt. ff. de prator. ſtipulat.* (*In eiuſmodi ſtipulationibus, quæ quanti ea res eſt promiſſionem habent commodius eſt quanti cuiuſque interſit, & ad exiguam ſummam reducitur.*) Hoc enim lucrum ceſſans cum ſit non ens, cui nullæ poſſunt conſtitui cauſæ *l. actori, C. de probationibus*; per ſenſum probari nequit, ad notata per Ruginel. *pract. quæſt. cap. 13.* quem allegat Matcard. *de probat concl. 930.* Menoch. *de arbitr. caſu 119. lib. 2. n. 8.*

Hæc autem intereſſe probandi difficultas iuris interpretes permouit, vt vnanimes ſentirent, probationem hanc per coniecturas, & veroſimiles præſumptiones fieri debere, imò validiſſimam eſſe; ſic inuuere viſus eſt Gloſſator *in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco*, ad hoc idem alluſit Bart. *in l. ſi traditio, C. de action. empt.* & *l. ſemper, §. in hoc interdicto, ff. quod vi aut clam.* Cagn. *in dict. l. vnica, num. 43.* quem ad hoc referendo ſequuntur Alex. *in conſil. 189.* Dec. *in conſil. 454. num. 2.* Rota Genuenſis *deciſ. 139.* Felic. *de Societ. c. 24. num. 37.* Graſ. *de except. cap. 32. num. 30.* Quod etiam ex aliorum DD. placitis idemmet conſ. Carl. admittit *d. ſect. 6. num. 92.* & apertam ſuam protulit ſententiam *num. 105.* in illis verbis (*ad 3. argum. concedimus ad probationem intereſſe admitti poſſe per coniecturas veroſimiles.*) Hinc ſufficere decreuere, probari hoc intereſſe per locum à ſolitis: quod ſcilicet ſecundùm ſolitum tantùm ſuper lucrari potuiſſet creditor; latè Hermoſilla *omnino* videndus *loco quo ſuprà, num. 315.* Sic etiam ob promptas, & paratas occaſiones, quæ tam annuorum introituum, quàm aliorum reddituum, & negotiationum in ciuitate, ſe ſe offerunt ob quod, lucrum quaſi certum dicitur, cum nemo præſumatur pecuniam tenere otioſam in arca, ſed eam in prædictis emptionibus, & negotiationibus implicare ad notata per *ſuprà relatos noſtros Regnicolas. Probatio enim quæ fit per locum à communiter accidentibus concludentiſſima eſt* (ait) Surd. *deciſ. 259. num. 8.*) Vnde hoc tantùm ad intereſſe probationem requiri, ſcilicet quod creditor, qui mutuò dedit pecuniam, ſolitus erat negotiari. Satis eſſe petenti tale intereſſe (*vt ex innumeris loquitur*, Maſcard. *loco quo ſuprà, n. 19.*) ſi oſtendat ſe fuiſſe, & eſſe negotiatorem talis conditionis, & qualitatis, & quod mercatores ſimilis conditionis, prout ipſe, communiter lucrantur, & lucrari conſueuerunt: quodque idem apertis verbis legimus *in dict. l. 5. §. fin. ff. de eo, quod certo loco*, quam ad hoc probandum allegant Menoch. *d. caſ. 119.* Oſaſch. *deciſ. 143. n. 5.* Burſatus *omnino videndus d. conſ. 68.* & innumeri alij, quos *ſuprà* retuli. 15

Sed vt ad noſtrum inſtitutum redeamus DD. ſupra enumeratos per d. Carleual. pactionem à principio improbantes, minimè noſtræ concluſioni aduerſari; ſi bene eorum dicta conſideremus. Etenim illi hoc tantùm negant, ſcilicet abſolutè poſſe fieri hoc pactum de certo intereſſe, non autem improbant taxationem à principio, quoties illa veroſimilitudini cohæret. (Attendite quæſo iudices,) Innocent. nullum verbum ponit de intereſſe veroſimili, ſed tantùm negat promiſſionem cum lucro ſperato valere. Ita etiam Ioan. Andreas. Quinimò noſtram ſequutus eſt concluſionem, vt teſtantur de Ponte *dict. §. 5. n. 68. verſ.* Ioan. Andr. & Camill. Larattha *conſil. 90. num. 21.* Bald. enim *in dict. l. rogaſti*, loquitur ſimpliciter in promiſſione facta certi intereſſe à debitore, qui confitetur tanti mea intereſſe; hæc autem confeſſio non valet tanquam facta in fraudem, cum non poſſit per partium confeſſionem, quid prohibitatum contra ius deduci ad Textum *in l. ſi fortè, ff. de caſtrenſ. peculio*: Non autem loquitur de intereſſe veroſimili, & ſolito. Rurſus Bald. admittit hoc intereſſe per coniecturas probari, Ancharan. *in conſil. 150.* ſuam protulit ſententiam in ſimplici futuro intereſſe, at de veroſimili, & ſolito nequidem verbum vllum; quodque idem eſt conſiderandum tam *in conſ. Rom. 510. num. 6. & 520. num. 8.* quàm Alexand. 16

xand. *in cons. 6. n. 12. vol. 2. & cons. 27. n. 9. & 10. vol. 4.* Nec sermo Decij *in cons. 39. n. 4. & 5. & in aliis consiliis* fuit de interesse solito, & consueto, & quod ita sit, vt *in consil. 111. & cap. cum venerabilis, num. 65. vers. Putarem tamen, de except.* alloquens de verosimili interesse, *pactionem valere* respondit; hoc idem demonstrat Cagnol. *tam in leg. curabit, num. 54. Cod. de action. empti quàm, in dict. l. vnica, de sententiis quæ pro eo, &c.* qui, & si à principio generalem regulam constituat taxationem, scilicet à principio non valere; cum enim ibi à verisimilitudine sit alienus *in num. 51.* validissimè sustineri voluit, *si verisimile esse appareret*, Castrens. *in consil. 101. volum. 1.* similiter de interesse fuit loquutus præscindendo à verosimili, & consueto, Abbas autem *in consil. 64.* non meruit pro aduersarij opinione allegari, tum quia contrarium tenet *in dicto cap. salubriter*; tum etiam, quia *in d. cons.* eius instituti fuit, fundare ex post facto posse taxari. Vnde perfunctoriè nihil discutiendo de veritate axiomatis, hæc subnectit, *(licet à principio non valet conuentio de dando quid pro centenario, tamen ex post facto valet)* Rebuff. *in d. l. vnica, gloss. vltim. num. 34. Cod. de sentent. &c.* nunquam negat valere pactionem, imò affirmat sustineri, quando à principio de certo interesse constat; *præsumptio enim veritati cedit, l. Diuus, ff. de in integr. rest.* Gabriel. *lib. 3. comm. concl. de solut. concluſ. 10. n. 4.* minimè nostræ conclusioni aduersatur, cum de contraria nullum verbum faciat, sed tantùm concludat posse peti interesse damni emergentis legitimè probatum; nec quia dicit probari debere, supponendum est conuentionem exclusisse, cum talis probatio requiratur, vbi nulla adest conuentio, Thesaur. iun. *lib. 3. quæst. forens. 71.* licet illius opinionis sit, scilicet non stari taxationi interesse ab initio factæ; nihilominus *num. 2.* limitat *(nisi ab initio constaret de quantitate similis interesse,)* Gail. *lib. 2. obseruat. 5. num. 16.* & si expresse dicat de certo lucro posse pacisci, si post moram probet tanti interesse, nihilominus hoc non sensit de interesse solito, & moderato, vt *aliis in locis* ostendit, dum illud per coniecturas, & à consuetis probari asserit, vt *in lib. 2. obseruat. 6. num. 4. & de pignor. obseruat. 17. num. 6.* Rodriquez *de annuis redditibus, lib. 3. quæst. 5.* licet *num. 39.* concludat, quod non obstante taxatione, & pacto de certo interesse, sit tamen illud probandum, attamen *num. 41.* expresse affirmat, quod si illud interesse sit in qualitate personarum, & verosimilibus coniecturis, sustineri tale pactum in vim probationis resultantis ex verosimilibus coniecturis. Neque etiam Gama *decis. 110. num. 18.* Mastrill. *decis. 245. num. 33. volum. 2.* de verosimili intellexerunt, quando pactionem, & taxationem in illis casibus improbarunt, imò de inuerosimili, & excessiuo loquuti fuere, vt est videndum apud eundem Mastrill. *num. 46. & 47.* qui ad rationem viginti pro centenario pactionem fuisse factam asserit. Sic quoque denuò intelligendos esse cæteros DD. enarratos per D. Carleual. quos, ne nimis prolixior videar, consultò omitto, quorum omnium sensus de simplici tantùm interesse fuit, nullam verosimilis solitæ, iustæ, & moderatæ quantitatis mentionem intermittentium. Vnde si ipsummet Cons. Carleual. qui eorum sententiam fuit prosequutus, & acerrimè tuetur, attentè considerem, certè nunquam de solito, consueto, & verosimili intellexisse, sic se protestantem reperiemus, vt *expressis verbis* annuit *in num. 104. (Neque verò negamus, si quando contigerit à principio esse euidens, & certum interesse futurum, & eius quantitatem, tunc posset à principio taxari, & exequutioni demandari taxationem.)* Quinimò *aduersarius ipse* articuli veritatem agnoscens proprio ore hoc fassus fuit; etenim in allegationibus per eum congestis, vt aliquam responsionem *Cancerij* doctrinæ, aliorúmque traderet *(minimè pro se pars aduersa Cancerium allegare potest)*, respondit *si quidem ipse taxationem à principio admitti, nempe ad quinque pro centenario, quæ certè infringit contractum hunc in quo interesse apparet ad rationem decem pro centenario)* ex quibus verbis, quis non videt, & aduersarij sensum non comprehendat, illum fuisse, scilicet exprimere, contractum, de quo agimus, non quia à principio fuit interesse taxatum, vsurarium esse, & diiudicari, sed quia quantitas in eo contenta verosimilis non est, quæ habito respectu ad taxationem Cancerij valdè dicitur excessiua. Itaque ipsemet pactionem de verosimili interesse non excludit.

Sed dato, & non concesso, quod discursus, & dicta per D. Cons. Carleual. etiam de verosimili fuere; quisnam non videt, illa à tam doctissimo Viro scripta fuisse, vt ostenderet sui ingenij acumen, quo pollebat? Imò vt redarguerentur de mendacio aliqui Doctores asserentes, ideò ipsos assentiri opinioni, taxationem à principio, validam affirmanti, & alienos esse ab illa pactionem improbante, quia hæc secunda opinio difficilis erat probationis, ob quod *ingeniosissimus vir* innumeras adduxit, & coacernauit rationes. Itaque eius dicta potiùs disputandi causa, quàm in iudiciis amplectenda prælo tradita fuisse concludendum.

Et quod ita sit, ne vobis displiceat *(Domini iudicantes)* perlegere Doctores omnes tam exteros, quàm regnicolas, tam Theologos, quàm vtriusque iuris interpretes, qui eorum opera, & labores typis tradiderunt post annum 1654. in quo singularis liber D. Carleual. fuit editus. Quod certè ex illis comperietis, neminem illius opinioni assentiri, quinimò omnes nostram tanquam veriſſimam amplexos fuisse variis rationibus confirmantes, variisque decisionibus ornantes. Sic inter Theologos, & exteros, doctissimus Spada *lib. 2. consil. 226. num. 7.* Clarius *tom. 3. consil. 201.* qui *num. 4.* in hæc prorupit verba: *(Et licet ergo ante factum consulerem clientes meos, vt ab huiusmodi taxatione abstinerent, & post factum libenter paciscentes excusarem. Tamen quando concurrerent circunstantiæ, quæ redderent illam taxationem proportionabilem, & verosimilem, nempe, quod mutuans esset mercator solitus negotiari, bonæ conditionis, & famæ, pecuniæ essent paratæ ad negotiandum, & quantitas taxata esset à communiter accidentibus approbata, & proportionabilis, tunc non credo, quod in foro contentioso possit separari, & iudicari in contrarium* (hæc ille.) Cui adhærent Pater Fr. Hieronymus Nicolio Romanus *in suis vtriusque iuris lucubrat. tom. 1. lib. 3. tit. 15.* Ognatte *part. 2. tomi tertij, tit. de vsuris, tract. 3. disp. 105. sect. 5. num. 112.* à quibus neque discessit noster Pater Diana *in suis Moral. resol. in tract. de contract. resolut. 15. cum seq.* qui nedum pactionem à principio ratione lucri cessantis admittit, verùm etiam, & interesse deberi etiam ratione illius amissionis visionis pecuniæ, *quod valdè est notandum.* Sic quoque pactionem in mercatore de certo interesse verosimili valere, & absque vlla hæsitatione, siue probatione exe-

quutioni demandari voluerunt Doctiſſimi II.CC. Romani. Merenda 1. *contr. cap.* 13. & 4. *controu. cap.* 42. *vſque ad* 45. Cyriacus *controu.* 368. Ciarlinus 1. *controu. cap.* 29. *num.* 52. Eruditiſſimus Honoratus Leotardus, qui diffusè hanc materiam pertractans *in ſuo tract. de vſur. quæſt.* 72. & 74. plures affert *Rotæ Romanæ* deciſiones, multaſque rationes, imò omnibus argumentis, animaduerſionibus, & rationibus Domini Carleual. de verbo ad verbum reſpondit (tacito tamen authore) præcipuè, nullam aliam potentiæ propinquæ probationem requiri in mercatore ſolito negotiari, *latè d. cap.* 74.

17 Inter noſtrates autem poſt præcit. Carleual. fuerunt D. Reg. Merl. 2. *contr. cap.* 50. D. Reg. Galeota 1. *contr. cap.* 61. *num.* 47. D. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 124. vbi latè diſcutiens articulum *num.* 10. etiam non ſolito negotiari intereſſe deberi teſtatur, quamvis non fuerit probatum ob frequentes redditum annuorum venditiones. Integerrimus vir ille ſapientiſſimus, & ſemper cum laude nominandus D. Reg. de Marinis 1. *var. cap.* 194. vbi intereſſe alterius intereſſe deberi fundat, à quo neque alienus fuit D. Reg. Capyc. Latr. *in deciſ.* 135. ſic etiam D. Conſ. Roccus in ſuis *aureis reſponſis, cap.* 74. *num.* 20. *lib.* 1. infinitas adducens deciſiones tam huius ſupremi Senatus, ipſo patrocinante, quàm etiam ſacræ Rotæ Romanæ.

Hi omnes eadem doctrinæ, integritatis, religionis, pietatis, & conſcientiæ nota ornati, qua condecorabatur D. Carleual. contrariam fuerunt ſequuti, illis autem haud præſumendum, ignota fuiſſe ſcripta per D. Carleual. cum multi fuerint illius collegæ. Vndè bene ab ipſis perpenſa, perlecta, & conſiderata fuiſſe concludendum, quæ ſi vera in iudicando viſa fuiſſent, quiſnam eorum bono animo illam non fuiſſet amplexus?

18 Hinc Thorus tam *in ſuis compendiis*, verbo intereſſe *lucri ceſſantis*, & verbo *mercator*, quàm in *ſuo lib.* 1. *vot. cap.* 9. amplius in hoc Regno minimè dubitandum de tali pactione exclamat, cum quotidie S. C. illas admittat, & ſeruata forma conuentionis in cauſa *ibi* enarrata pronunciatum refert. Sic quoque elaborioſiſſimus Gizz. ad Capyc. Latr. *in obſeru. deciſ.* 106. deciſum enarrat in anno 1658. in cauſa Michaëlis Andreæ Bettini ad rationem decem pro centenario, *vbi n.* 2. ſubdit (*hoc fuit, quia creditor mercator erat*) & *in num.* 14. de aliis deciſionibus teſtatur, & nouiſſ. D. Marotta *diſcept. for. cap* 34.

Quod ſi recenſere velimus deciſiones, quæ in ſimilibus caſibus vſque adhuc emanarunt, verùm typis nondum traditæ, infinitas adducerem. Sic *in cauſa illorum Mercatorum de Vinaldo cum Sereniſſimo Rege Poloniæ*, patrocinante Domino meo Io. Barracca, in qua relatore D. Conſ. Rocco iudicatum fuit intereſſe *ſeruata forma conuentionis deberi*, quod, facto computo, excedebat ſexdecim pro centenario: Ita quoque, in cauſa eorumdem *Hæredum Syluęſtri Palmerij, cum Stephano, & aliis de Cerra*, à quo, oppoſita vſurariæ pranitatis exceptione, quia in mutui contractu intereſſe *ratione lucri* 12. pro centenario taxatum à principio apparebat, tali exceptioni aures præſtare noluit *doctiſſimus Commiſſ. tunc Conſ. Aſcanius Raetanus* omni religione, & virtute ornatus, ſed ad vlteriora in cauſa procedi mandauit, terminum ſuper allegata ſatisfactione impartiens.

Quid enim clariùs, quidque ampliùs dubitandum? Prudenter monuerunt Gerſon. *& alij*, non ſtatim contractus vſitatos diiudicandos eſſe vſurarios, cum enim hæc vita habeat contractibus opus, & magna varietas incidat; reprehenſio vſitatorum contractuum, & conſcientias perturbat, & magnos tumultus excitat.

Quiſnam non videret totum mundum litibus inuolutum, ſi ſecundùm ea, quæ ſubtiliter diſcurrit D. Carleual. eſſet iudicandum? Hinc omnes venditiones, tam voluntarias, quàm neceſſarias, in quibus emptores non habentes pecuniam præ manibus ſe obligant, pretium infrà certum tempus ſoluere, vel deponere, & interim correſpondere creditoribus, vel venditori annuos introitus, ad rationem octo, vel decem pro centenario, omnes inualidas, & nullas eſſe, cum ex illa re vendita, vel quia feudalis, vel quia alterius generis nunquam percipiatur redditus trium pro centum, imo aliquando nihil, cum ſit infructifera, & emptores abſque vlla probatione, intereſſe conuentum, ſatis alienum à fructuum correſpectiuitate, correſpondeant; Quotidie vexarentur creditores à debitoribus, vt rem vnà cum fructibus reſtituerent; totum Regnum ſubuerteretur, totumque commercium deſtrueretur. Et quis tam impius erit, vt hoc permittere velit? Memores eſſe debent Iudices, quietis Adamatores *Auſonij* ſententiæ. *Vexat amicitias, & fœdera diſſociat lis*, quod nihil Reipublicæ pernicioſius, quàm iurgia, & ciuiles contentiones.

Hæ omnes potiſſimæ fuerunt rationes illius 19
cauſæ deciſionis, quam enarrat D. Hodierna *contr. cap.* 17. vt in ſimplici mutuo, vbi nulla aderat conuentio de intereſſe, neque in mercatore, neque in ſolita negotiari perſona verſabatur, ſed in ſimplici Chirographario mutuante, in *quo bene eius dicta procedunt*, etiam nullis factis probationibus, intereſſe deberetur, vt ex officio, & S. C. æquitate, *ne mundus litibus inuolueretur* ad rationem ſeptem pro centenario taxatum fuiſſe ſic ipſe in fine teſtatur.

Tranſcendamus quæſo *ad* 3. *concluſionis* di- 20
lucidationem, & videamus, cum in noſtro caſu nedum in ſolito negotiari, ſed & in publico mercatore verſemur, an aliqua propinquæ potentiæ probatio requiratur. Ex qua nedum nouam rationem pro ſecundæ concluſionis comprobatione, verùm etiam & nouum intellectum authoritati, & opinioni tam D. Conſ. Carleual. quàm aliorum DD. affirmantium, niſi factis probationibus, intereſſe non deberi, deſumo. Certiſſimum enim eſt, & vulgatum apud DD. omnes in notoriis nullam probationem requiri, cum notorium ſit ipſa probatio probata, aliquam probationem in contrarium non admittens, latè Maſcard. *concluſ.* 1108. Igitur, quæ probatio in caſu noſtro, ſi in notoriis verſamur? Quid ergo magis notorium, quidue certius, mercatorum lucro? cum illud potius damno emergenti vicinum dicatur, quàm ipſi lucro ceſſanti, ad tradita per Oſaſchum *in deciſ.* 143. Incertum lucrum cenſetur, & illud indiget probatione, quando ab homine, qui non conſueuit negotiari, & mercari expectatur, *talis enim creditur magis perditioni proximus, quàm lucro*; ita Salic. *in l. ſi ſterilis*, §. *cum per vendit. ff. de action. empt.* At quando poſtuletur ab eo, qui nedum ſolitus negotiari, ſed & publicè mercari, hoc *certum reputatur*, is enim *non perdere, ſed ſemper lucrari veroſimiliter præſumitur*, ita Imol. *in l. paulus, ff. de ſolut.* quem allegat Rota Genuenſ. *deciſ.* 139. *num.* 11.

Quod ſi perſonam Syluęſtri conſideremus, lucrum certiſſimum, & notoriiſſimum manifeſtatur; Etenim ipſe nedum ſolitus negotiari, ſed publicus

blicus mercator erat, qui nedum pecuniam collybo exercebat, ſed & totum eius patrimonium ad omne, & quodcumque mercaturæ, ſiue negotiationis genus deſignatum habebat. In his enim ſimilibus perſonis quiſnam dixerit potentiæ propinquæ probationem requiri, & præſumptiuam non ſufficere; ſi ipſa præſumptio ipſa probatio eſt? Similis autem perſona talis conditionis, & qualitatis, ſicuti erat Sylueſter, neque à præſtantiſſimo D. Carleualio, neque ab aliis DD. probationem requirentibus fuit conſiderata.

21 Quinimò *ipſi* loquuti fuere, & *eorum dicta* verificanrur in ſimplici mutuante, ſiue negotiatore, ſecùs in publico mercatore. Magna conſtituitur differentia inter has perſonas. Ipſa nominum varietas oſtendit, argumento Text. *in l. ſi idem, C. de codic.* Imò apertam habemus, ſi deſcriptionem eorum intuemur. Siquidem Negotiator ille dicitur, qui certam pecuniam ad certam negotiationem deſignatam habet: Mercator autem, qui aſſiduitate quadam plures negotiationes exercet; ad omne, & quodcumque mercaturæ genus totum eius patrimonium deſtinatum tenens; ità Rota Genuenſ. *in dec. 37. n. 13.* quæ allegat Text. *in l. 1. §. 1. ff. de tributoria actione*, vbi Gl. in imagine *mercatorem non dici, qui in vna merce mercatur*; Pluralitas negotiorum, non ſolùm cambiorum, ſed reſpectu aliarum rerum mercatorem facit; latè Strac. *omninò videndus de mercat. 1. part. num. 8. & 42.* vbi *in n. 62. in fin.* hæc ſubnectit. (*nos concedimus, & ſuprà oſtendimus longam eſſe differentiam inter negotiatorem, & mercatorem*) Mercatoribus autem plura ſunt permiſſa, & conceduntur, quæ aliis prohibita, & à iure, & DD. improbantur. Hinc vſuræ vſurarum, intereſſe alterius intereſſe: quæ aliis omninò prohibita, fauore mercatorum introducta fuere, & conceduntur, vt teſtatur Fontanel. *in deciſ. 91. num. 9. ex deciſ. Rot. Gen. 37. n. 15.* diffusè Leotard. *de vſur. quæſt. 86.* Pactum, vt creditoris iuramento ſtetur de eo, quod intereſt, licèt aliis prohibitum, mercatori tamen permittitur, ſicut & iurisiurandi ſuppletorij facultas, latè Hermoſill. *in loc. cit. num. 358. & præcit. Leotard. quæſt. 76.* Capto pignore mutuo pecuniam dare, & intereſſe recipere, manifeſta vſura eſt; ſed licitum, & honeſtum in perſona mercatoris reputatur; ità fundat Honorat. Leotard. *quæſt. 98.* Beſſes vſuras recipere nulli alij Iuſtinianus permiſit, quàm mercaturas gerentibus, aliis leuiores præſtari imperauit *l. eos, C. de vſuris*; Itáque, & iura, & DD. mercatoribus multùm fauerunt, vt ab aliis diſtinguerentur, & multùm ſollicita fuerunt de lucris mercatorum, & negotiantium non diminuendis, ſed augendis; vt ſingulariter notauit Fontanella *d. deciſ. 91. n. 8.* qui *num. 10.* rationem reddit ex Nauarr. *in manuali, cap. 17. num. 111. quia pecunia mercatoris negotiationi expoſita maiorem cenſetur habere æſtimationem, & plus valere, quàm tanta aliorum, ſicut triticum ſeminis.* Sic Caſtill. *2. controuerſ. cap. 1. num. 32.* lucrum mercatoris ſemper dicitur certum, & maius in eo præſumitur, quàm in aliis, ob continuas merces, quas paratas habet.

Vndè in ſimplici mutuante, & negotiatore poteſt adeſſe aliqua præſumptio, ſiue ſuſpicio vſurariæ prauitatis, in quibus lucrum non conſiderabitur, niſi probetur; Nec illud, quia paratæ ſunt emptiones in Ciuitate, iuſtificabitur, ſi eidem *Carleual.* credimus. At in mercatore, qui aſſiduitate omni negotiationi ad huiuſmodi artem, ſine officium ſe dederit, *prout erat Sylueſter* Sine vlla iuris præſumptione, & ſuſpicione poteſt conuenire de certo intereſſe tàm lucri, quàm damni, & abſque vlla potentiæ propinquæ probatione illud exequutioni demandari, ita *ſingulariter* notat Doctiſſimus Hiſpanus *Hermoſilla*, maxima ingenij perſpicacia, atque admirabili legum peritia ornatus, omninò videndus, & minimè prætermittendus, cum noſtram quæſtionem decidat: *in addit.* ad Gregor. Lopez *in gloſſ. 4. l. 10. tit. 1. part. 5. num. 518. cum ſeq.* qui hæc ſubnectit. (*quando verò non ſolitus negotiari intereſſe lucri ceſſantis prætendit, debet probare, ſe pecuniam deſtinatam ad emptionem prædiorum, ſiue annuorum introituum habuiſſe; & certum eſſe ſe fuiſſe empturum fundum, ſi pecuniæ ei fuiſſent ſolutæ, quia fundus, ſeu annui redditus erant Venales.* Quando verò *mercator pecuniam ad vnam negotiationem ſolam habet; tunc in effectu debet probare, quod mercatores ſimilis conditionis merces emerunt, ex quibus tantùm lucrati ſunt, & eandem occaſionem ipſum habuiſſe, & ob defectum pecuniæ non emiſſe, ſeu in locum, vbi merces vendebantur, non iuiſſe.* Secùs autem, *in mercatore, qui omni negotiationi pecuniam deſignatam habet; nam tales mercatores non ſolùm in eo loco, vbi commorantur merces, quærunt, ſed etiam extra locum, & Regnum*) In his, *inquam*; nunquam præſumitur aduerſa fortuna, quod ſi in vna negotiatione iacturam patiantur, in alia magnum quæſtum faciunt; potiùs in lucro mercatores eſſe, quam in damno edocemur ex Text. *in l. inter ſtipulantem, §. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verb. oblig. l. ſi defunctus, C. arbitr. tutelæ.*

Ex hoc depromitur, rectiſſimam fuiſſe Burſati 22
ſententiam *in conſ. 68. num. 56.* (nihil *differret mercator ab aliis, ſi in eo etiam probatio requireretur, omnes enim vno ordine incederent, itaque ad hoc, vt aliqua differentia conſtitueretur inter mercatorem, & alias perſonas, concludendum, vt in mercatore minùs probari debeat, quàm in alio, quia in illo præſumuntur merces continuò paratæ, quaſi certum lucrum, ex illorum opera, & continuo vſu, quòd ſecùs in aliis aliena profeſſionis.*) Vndè malè iudicant Iudices, qui, ex eo quod certitudinaliter creditores de lucro non oſtendunt; debitores abſoluunt, ſic eos reprehendit Socc. *in cap. dilecti, num. 6. de foro competenti*: cuius authoritatem ſequitur Magon. *deciſ. 32. num. 8.*

Nec ab hoc noſtro intellectu alienum habemus ipſummet Conſ. Carleual. Etenim ipſe enarrans illud *Gaiti*, qui aſſerebat, ob frequentiam emptionum, quæ in Ciuitate promptæ ſemper ſeſe offerebant, validiſſimam eſſe argumentationem: *eſt Neapolitanus, ergo mercator*, exemplum tradens à Ianuenſibus, in quibus valet arguere; *eſt Ianuenſis; ergo mercator*, teſte Bellon. *deciſ. 39.* quaſi ex hoc certitudo lucri inducatur. Reſpondit *in num. 101. 102. cum ſeq.* (*Nunquam igitur in hac Ciuitate, & Regno peccatum vſuræ committeretur, ſicque omnes collocaturi pecunias in emptiones, omneſque mercatores vocarentur; quod falſiſſimum eſt; nam Ianuenſes illi, ſiue nobiles, ſiue plebeij, ſiue pauperes, ſiue magiſtratum gerentes, ſiue priuatam vitam agentes; ſiue in dignitate conſtituti, ſiue alium quiſque, ita vt ad mulieres vſque res perueneriſ, adeò negotiis cambiorum, & mercium incumbunt, vt vnuſquiſque pecunias ſuas, quantacumque fuerint, nec momento quidem temporis patiatur otioſas remanere; ſed omnes indifferenter pro viribus, & facultatibus negotia, vel cambiorum, vel mercium præ manibus ſemper habeant frequentiſſima, ideò valet conſequentia, eſt Ianuenſis, ergo mercator. At in noſtra Ciuitate, & Regno longè aliter ſe*

res habet. Sunt plurimi, qui ſuis redditibus contenti, vel à ſuis maioribus relictis, vel à ſe quæſitis vitam agunt quietam, alieni à negotiationibus, & commerciis, & habent ſuas pecunias otioſas, quapropter iſtis non valet conſequentia, eſt Neapolitanus, ergo mercator. Quibus non debetur lucri ceſſantis intereſſe niſi probetur) ex qua declaratione quis non videt Doctiſſimum Carleualium magnam conſtituiſſe differentiam inter vnum, & alterum caſum, quam apertam conſtituit in *num.*101. in illis verbis (*probare igitur debet Creditor, ſe eſſe mercatorem, vel ſolitum negotiari*;) & *num.*105. (*non omnes enim mercatores lucrantur*) quaſi nil mirum ſi Ianuenſibus præſumptiua probatio ſufficeret, cum omnes iam animum oſtendant, eorum pecunias ad emptiones, & negotiationes deſtinaſſe, & ſic per illam aſſiduitatem, & deſtinationem lucrum deberi, & dici certum. At Neapolitani, non omnes deliberatum animum habent emendi, & negotiandi; ideò propinquam probationem requiri, ad oſtendendum hunc animum, vt in *num.*105. aſſeuerat. Igitur, cum Sylueſter ſuum animum emendi, & negotiandi cum aſſiduitate oſtenderit, totum tenens eius patrimonium in quibuſcumque mercaturis verſum, concludam cum eod. Domino Carl. nullam aliam propinquæ potentiæ probationem in noſtro caſu requiri, ſed illam præſumptiuam ab eodemmet Carl. traditam ſufficere ad ſubſtinendam lucri ceſſantis taxationem à principio inter partes conuentam.

Vlteriùs, ſi inſpiciamus, vbi commorabatur Sylueſter, quo in loco negotiationes exercebat, ſatis certum, atque indubitabile redditur eius lucrum. Ille Barium incolebat, ibique negotiabatur. Antiquiſſima ſanè Vrbs, quæ totius Apuleæ primatum tenens, vti Metropolis, illius regionis Princeps nuncupatur à Marino Freccia *lib.*2. *de ſubfeud.* Vberrima quoque ora, à cuius fertilitate, Bari nomen aſſumpſit, teſte P. F. Leand. Alb. *de Italic. deſcript.* In ea namque ob Ciuium multitudinem, exterorum concurſum, & nundinatorum numerum, eſt adeo frequens commercium, & negotiatio tam vſitata, vt continuè lucrandi, exercendique pecunias in quibuſcumque mercibus occaſio adſit. Collybum ſi nullibi vigeret, in ciuitate iſta florere, ſatis indicant trinæ nundinæ, quæ ibi ſingulis annis fiunt, relatæ à R. D. Antonio Beatillo *in hiſt. Barenſ. enarratione, lib.*4. *fol.*187. quibus toto anno negotiatores occupati, nec ipſi otioſi, nec ipſorum pecunia otioſa manere poteſt. Negotio quippe ſemper, foro nundinario parato, aut præſenti, aut proximo: & foro quidem tam celebri, & frequentato, ne dum à Regno noſtro, verùm à quamplurimis Italiæ regionibus propter vicini maris nauigationem, vt à Rege Federico de Aragonia meruerit priuilegiis, & eſentionibus cohoneſtari, teſte præcit. Beatillo; Eius namque Septentrionali parte ab Adriatico mare reſperſa liberam commeandi, contrahendique facultatem præcipuè aperit cum ditiſſima Veneta Republica. Ita vt illam Emporium veriùs, quàm oppidum nominare liceret. Hoc quidem per ora omnium volat, ſatiſque apertum doctiſſimo viro illi, ac omni æuo digniſſimo Conſiliario D. Petro Veraies, qui regionem illam, tanquam delegatus ad cognoſcendas vectigalium fraudes ſua præſentia adornauit. Igitur Sylueſter, & incolatum, & negotiationem habebat in inſigni loco, in vberrima Ciuitate. Hoc enim non parui momenti, ſed argumentum maximæ efficaciæ eſt apud DD. ad excludendam propinquæ potentiæ probationem, ita Rota Genuenſis *in deciſ.*139. *num.*9. Felician. de *ſocietate cap.*24. *num.*50. Sic etiam in ipſa Rota Romana deciſum habemus, nullam aliam proximi lucri probationem requiri in oppidis inſignioribus *refert* ſingulariter Seraph. omnino videndus *in deciſ.*186. *in fine* in illis verbis: (*Quantum ad caput vltimum de lucro in potentia propinqua fuit dubitatum, quando ſumus in locis inſignioribus, veluti Roma, Venetiis, &c. & aliàs fuit reſolutum non requiri in vna Anconitana coram bon. mem. Grato* 18. *Martij* 1559.) Huius enim dicti rationem reddit Leotard. *d. quæſt.*74. *num.*43. quia in iſtis Ciuitatibus, & locis inſignioribus negotiationes vigent, & continua eſt occaſio pecunias implicandi in emptionibus mercium. Inter quas, cum & *Barij* Ciuitas connumeretur tamquam negotiantium, & mercatorum mater, *vt ſuprà probaui*, nullo pacto concludendum, aliam probationem requiri in mercatore, vt intereſſe à principio taxatum conſequi poſſit. 23

Ex his omnibus inſtificatur quarta concluſio, 24
ſcilicet nunquam exceſſiuum dici illud intereſſe taxatum, decem pro centenario. Quis ſanæ mentis, (*attenta qualitate, & conditione Sylueſtri*) dixerit, ſe obſeruaſſe lucrum in mercatoribus tam tenue, vt decem pro centum non excedat? Si Decio credimus *in conſ.*111. exceſſiuum non eſſe intereſſe in Mercatore 12. pro centenario, quia ſi collybo deſignaret, maiorem vtilitatem reciperet. Si Bolognetto *in conſ.*13. & præcit. Burſato *in conſ.*68. *num.*34. fidem præſtamus, ab omni vſuræ, & exceſſus periculo noſtrum intereſſe alienum eſſe dicimus, etenim legitimum appellarunt illud 15. & 18. pro centenario. Hoc igitur potius nimis moderatum eſſe, quàm ſatis exceſſiuum concludendum: imò ſi bene expendamus, illud omni ex parte iuſtum, ſolitum, veroſimile, & conſuetum, redditur. Quinimo; ſi taxam annuorum introïtuum reſpiciamus, validiſſimum vſque ad decem pro centenario *Summi Pontifices* ſtatuerunt; ſecundùm quam, intereſſe lucri ceſſantis taxatum, veroſimile, & iuſtum dicitur, ad notata per Aluarum Valaſc. *de priuil. pauper. quæſt.*26. quem allegat Hermoſ. *loco quo ſuprà.* Si ſtatuta intereſſe taxantia perquiramus; iam ſuprà retulimus multis in Ciuitatibus, & locis, eſſe omnia ſimilem taxationem decem pro centenario ſtatuentia; ob quod cùm præſens intereſſe ſecundùm formam ipſorum ſtatutorum taxatum fuit, exceſſiuum non dici autumandum cum Graner. *in conſ.*89. *num.*2. *lib.*1. Caualc. *deciſ.*36. *num.*20. *& cum aliis*, quos refert, & ſequitur Cæſar de Graſ. *de except. cap.*32. *num.*82. Si quis vſum Regionis, ſcilicet noſtri Regni, & *Bari* Ciuitatis ſpectandum eſſe concludat, ad iudicandum, veroſimilene ſit intereſſe taxatum? iam ſupra diſtincta, & longa manu oſtenſum fuit, minùs ducatorum decem mercatoribus non deberi, & omnes mutui contractus in Ciuitate *Bari* initos ſimilem quantitatem in ſe reſtringere, ſecundùm quem vſum, & conſuetudinem taxatum intereſſe; legitimum; & moderatum diiudicatur, ad tradita per ſæpe cit. Hermoſ. *num.*306. ſi inſpicienda ſint ea, quæ Iudex ex officio taxare poterit. (*Iudex, etſi probatum non ſit intereſſe illud ex officio, taxare poteſt.* Anchar. *quæſt.*33. *num.*16. Surd. *in conſ.*327. *num.*15.) Quis tam impius, & ſeuerus erit, vt minùs ducatorum decem, mercatoris lucrum diiudicauerit? Rectè D. Reg. Merl. *in cap.*75. *in fine*, teſtatur *ſemper S.C. decem pro centenis mercatoribus deberi decreuiſſe*, quaſi valde

iniquum

iniquum esset apud hoc summæ æquitatis tribunal lucrum mercaturam gerentibus, quod est valdè magnum, minus duc. decem taxari. Excessiuum sanè diiudicandum illud, quod ipsemet Reg. Merl. *in d. cap.* 75. enarrat, scilicet quod facto computo, quolibet anno ad summam ducatorum 112. pro quolibet centenario ascendere *ipse testatur*. Inueri simile diiudicandum illud contentum *in resolut.* 91. doctissimi Viri Cons. Pauli Staibani, quod summam ducatorum viginti pro centum excedebant, vt ipse *in num.* 20. fassus fuit, non autem hoc nostrum summam tam tenuem continens, quod ipsa naturalis ratio suadet, vt, si Sylvester pecuniam Marchionissæ mutuatam promptam habuisset, attenta eius qualitate, & conditione, valdè plus lucraturus fuisset illo, quod in pactum deduxit.

25 Corroborant contractum hunc, & ab omni specie illiciti reddunt alienum raræ qualitates Sylvestri, & eius conditio, quæ potissimæ sunt rationes ad excludendam quameunque, & vsuræ, & excessus suspicionem, vt tradit singulariter Surd. *d. cons.* 327. *num.* 50. in illis (*qualitas autem personæ tantæ est potentiæ, vt omnes elidat coniecturas vsurariæ paucitatis*) latè Tiraquell. *de vtroque retract.* §. 7. *in fin. tract. num.* 132. Menoch. *consil.* 343. *num.* 4. Etenim ipse Sylvester vir probus erat, summæ religionis, conscientiæ & pietatis, sincerus, ab omni fraude alienus, laudatissimæ opinionis & famæ, de qua tota Ciuitas Bari testatur *fol.*... ex quibus nullo pacto præsumitur hac horrenda, detestandáque labe vsurarum polluere se voluisse.

Et denique, vt omnem rem absoluam; si pecuniam, quam Marchionissa à Sylvestro mutuam accepit, exquiramus, ad quem vsum transtulit; certè *ex instrum.* illam in alicuius farinæ vectigalis emptionem collocasse legimus, ex quo longe maius interesse percipit, quam quod Sylvestro promisit, vt *ex illius redditibus manifestatur*. Quodque etiam semper in dubio sit præsumendum, vt quando quis mutuam accipit pecuniam sub certis vsuris, pro illis in rei emptionem implicandis, maiorem ex illa re emptura accipiat & vtilitatem, & vsuram, de qua cum creditore fuit conuentus; fatua potius, quàm prudens, imò nimis prodiga (*vt ita loquar*) erit existimanda Marchionissa, si à Sylvestro pecuniam sub decimis vsuris recipere voluisset; & sic ad ei correspondendum se obligans, sciens se nunquam tot percepturam ab emptione vectigalis facienda. Hoc autem dum nunquam in mentem sensati hominis cadere potest, sicuti *in simili* sensit Surdus *dicto consil.* 327. *num.* 50. *in fine*, & aliter sit præsumendum; iustissimum, æquissimum, & satis moderatum interesse taxatum censeri, & absque vlla probatione exequutioni demandari debere proculdubio sic iudicandum arbitror.

Multa alia eram scripturus pro articuli veritate, si tempus concessisset à me pluries petitum, non quidem dilationis causa (*absit à me res ista cum ego actoris iura tuear*,) sed causa vberioris discussionis articuli; Responsurus etiam motiuo illi specialis hypothecæ vectigalis emendi conuentæ in beneficium Sylvestri creditoris: *quasi nullo concurrente periculo amissionis pecuniæ mutuatæ, contractus aliqua vsurariæ pranitatis labe laboraret*. Et ostensurus illud de per se resolui, & specialem hypothecam nil operari, non solùm, quia vectigal iacturæ periculo subiacet; verùm etiam, quia hoc lucrum conuentum, non ratione periculi, *sicut in traiectitia pecunia, assecutionibus, & similibus, vt in cap. nauig. de vsuris*. Sed attenta qualitate Sylvestri, quia publicus mercator, & negotiator: ratione cessantis lucri exigitur. Non hoc postulat lucrum cessans; vt scilicet si nullum creditoris adsit periculum, interesse, ratione illius, exigi non possit, sed requirit, vt inspiciatur persona illud petens, an habilis sit, solita negotiari, vel lucrari. Periculum autem efficit, vt tantò magis debeatur mutuanti, quod in aliis contractibus minimè permissum est; itaque magna inter vtrumque interesse constituitur à DD. differentia; ita vt dato, & verificato vno, vt putà lucrum cessans, non necessariò aliud sequatur, scilicet periculum, de per se enim vnumquodque ipsorum persistere potest; sicut in fortiori casu videmus, creditorem ab omni iacturæ periculo tutum, quia æquiualentis valoris mutuatæ pecuniæ cœpit pignus, rectè interesse lucri cessantis exigere, vt tradit Leotard. *quæst.* 98. & ex innumeris Gaitus *cap.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 6. *num.* 2236. Hoc enim cuique permissum, sicut & ipsa naturalis ratio suadet, seipsum, & bona sua, ab omni iacturæ, siue damni periculo eximere; vnde campsori pecuniam collybo exercenti propter periculi timorem, nedum interesse, sed, vt seipsum magis tutum reddat, & pignus, & fideiussorem, vel securitatem aliam recipere in foro Poli permissum legimus apud Reuerendum Patr. Romual. Coli Prædicatorum Ordinis, de Cambiis *cap.* 28. *della ficurtà di cambij*.

Similiter etiam eram ostensurus, omnia hæc 26
superflua esse in casu nostro, cùm remoto quocumque cessantis lucri interesse, illud conuentum, ratione damni, in quo emergebat Sylvester, & eius hæredes emergunt; exigitur, & petitur. Etenim Sylvester in iisdem, & totidem quantitatibus, quot mutuas Marchionissæ dedit, debitor erat vigore mutui contractus D. Petro Pesole, & singulis annis decem pro centenis ratione eiusdem lucri cessantis correspondebat, sicut & *eius hæredes* cessionariis *dicti de Pesole* correspondent. Hoc autem validissimum est argumentum ad os aduersarij occludendum, & valdè à DD. consideratur ad hoc, vt interesse conuentum consequi possit: ad *singulariter* tradita per Castill. 2. *contr. c.* 1. *n.* 62. & Honorat. Leotard. *quæst.* 75.

Nec, quia tempore contractus Marchionissæ tale debitum non erat emergens, sed post paucos annos emersit; affectatum, & minùs considerabile diiudicandum. Etenim ridiculum potius, quàm admiratione dignum, videtur argumentum; cum ex ipsa damni emergentis diffinitione, & descriptione resolutio appareat. Illud enim detrimentum dicitur, quod patitur creditor causa debitoris ob retardatam solutionem, vt quia pecunia carens, & res suas vendere vilius cogitur, vel interesse accipere sub vsuris, vel propter moram incurrere aliquam pœnam, vt animaduertit subtiliter Hermosill. loco quo suprà; *Puerilem differentiam inter lucrum cessans, & damnum emergens*, vocat Alexand. quem allegat D. Merlin. 2. *controu. cap.* 50. *num.* 16. Igitur hoc tantùm sufficit, vt damnum emergens dicatur, scilicet vt posteà emerserit culpa debitoris. Sic notauit doctissimus Leotard. *quæst.* 75. culpa Marchionissæ Sylvestrum ab aliis pecuniam accepisse, clarè patet; dum spatio biennij restitutioni adiecto, illo elapso, pecuniam debitrix non restituit. Sic etiam ob retardatam solutionem, pro qua hæredes in S. C. institerunt; in emergentissimo damno reperiuntur, dum &

alias pecuniarum quantitates ipsi ab aliis mutuas acceperunt cum eodem interesse decem pro centum, vt eorum creditoribus satisfacerent, suisque necessitatibus subuenirent, vt *ex fide instrumenti fol...*

Hæc omnia properanter congessi, vt vestris iussibus obtemperarem, & alienos ab omni dilationis suspicione vos redderem. Et cum in diligentis iudicis officio consistat hæc inquirere, & curare, *Ne quis ex sua fraude lucrum sentiat*, iuxta illud *in l. illicitas, ff. de offic. Præsid.* Vestræ censuræ hæc subiicio, vt illis perlectis, quæ à debitoribus debentur, creditoribus reddantur mandetis. Die 4. mensis Septembris 1662.

DISCEPT. CCCC.

SVMMARIVM.

1 *Fũdatur ius in vno atque altero cõtractus mutui.*
2 *Non potest impediri exequutio dicti instrumenti ob exceptionem vsurariæ prauitatis oppositam à dicto Illustri Principe.*
3 *Præuentio nullo modo potest fieri in casu nostro.*
4 *Exceptio vsurariæ prauitatis non potest impedire exequutionem instrumenti.*
5 *Nullatenus potest impediri executio instrumenti ob præuentionem factam super nullitate vel exceptione aduersùs instrumentum.*
6 *Exceptio criminis vsuræ, impedit exequutionem instrumenti.*
7 *Hæc opinio procedit quoties creditor passus sit ad vlteriora procedi in eam.*
8 *Qua ratione impediri possit executio & liquidatio instrumenti ad instantiam dicti Patris Superioris.*
9 *Non potest Iudex Ecclesiasticus inhibere iudici & creditori quod non procedant ad executionem instrumenti.*
10 *An dicti contractus alieni sint ab omni labe vsurariæ prauitatis.*
11 *Non potest per confessionem partium prohibitarum aliquid deduci contra ius.*
12 *Facta non præsumuntur nisi probentur.*
13 *Quando solitus est quis negotiari, admittitur taxatio, si constet tantùm verisimilem lucraturum fuisse.*
14 *Consuetudo non potest saluare contractum ab iniustitia & inualiditate & à restitutione eius quod fuit indebitè exactum.*
15 *In dubio contractus præsumitur verus, licitus & realis & non vsurarius.*
16 *Quo casu nulli dubium est sufficere demonstrare damnum absque eo quod quis sit solitus negotiari.*
17 *Confessio facta in libello plenè probat contra confitentem.*
18 *In iudicio non admittitur defectus respiciens proprietatem.*

IN IVRE
PRO
R. P. Scipione Cosso è Soc. Iesv.
CONTRA
Illustr. Principem Clusani.

CORAM
Ill. Domino Nuntio Apostolico.
DE EADEM RE.

LICET in re multoties decisa, & satis supérque in praxim absque vlla hæsitatione deducta apud omnes etiam grauissimi nominis mihi opus non esset fundare ius, quod fouet Reuerendus Pater Scipio Cossus Societatis Iesv, in vno, atque altero contractu mutui, quod celebrauit cum Illustri Principe Clusani, cùm certi, ac determinati interesse pactione ab initio, vno inquam sub die 21. Augusti 1634. in quo mutuauit ducatos 5000. per dies aliquot, quibus elapsis dedit dilationem vnius, & pepigit sibi solui interesse ad rationem ducatorum 7. & med. pro centenario ratione lucri cessantis, & damni emergentis; altero sub die 12. Ianuarij 1635. in quo eidem mutuauit ducatos 3000. ad dies vsque duos, cum eodem pacto, quòd soluatur interesse ad rationem ducatorum 8. pro singulis centum; cùm, & communior DD. Classis, & rerum iudicatarum auctoritas, & tandem communis, & inueteratus totius orbis, non dicam huius Regni tantùm mos, atque consuetudo passim hosce contractus admittant, permittant, ne dum assistant, atque opitulentur; nihilominus vt omnis dubietatis ansa, & contrariorum oppositio refellatur, operæpretium duxi duo demonstrare. 1

Primum non posse impediri exequutionem dicti instrumenti ob exceptionem vsurariæ prauitatis oppositam à dicto Illustri Principe. Secundum contractus prædictos omni labe, ac suspicione criminis vsuræ carere. 2

Quò igitur ad primum nullatenus posse impediri executionem, & liquidationem instrumenmenti, & proinde reuocandas esse litteras inhibitoriales relaxatas per Reg. Auditorem contra dictum P. Scipionem, quòd non procedat ad liquidationem ex infrascriptis suadetur.

Primò, quia dictus Illustris Princeps Clusani egit per viam præuentionis, quæ nullo modo potest fieri in casu nostro, non solùm, quia cesserit dies solutionis multis ab hinc annis, cùm sit facienda antequam veniat tempus solutionis, vel saltim infrà paucos dies, Scaglion. *in ritu M.C.V. 163. num. 59. & 60.* sed etiam quia fuit citatus in anno 1641. quod soluat dictum capitale ducatorum 8000. cum aliis duc. 480. ex causa interesse decursi, tunc temporis, quo casu non est locus præuentioni, Carauita *ritu* 186. & licet non præcessisset citatio in dicto anno 1641. tamen sufficit citatio facta eodem die, quæ fuit facta præuentio est ad instantiam dicti P. Scipionis, & sic nec ei locus est, Carauita *d. rit.* 186. ac etiam quia præuentioni fuit renuntiatum, cui certum est posse renuntiari, Carauit. *rit.* 168. *num.* 1. Grass. *de except. in prælud. num.* 155. D. de Franch. *decis.* 670. *num.* 3. Giurba *decis.* 44. *num.* 7. 3

Secundò, quia dictus Illustris Princeps non potest audiri in dicta præuentione, nisi priùs pro obseruantia iuramenti soluerit debitum ad Text. *in cap. debitores, de iur. iur.* Alber. *in auth. ad hæc, num.* 48. *C. de vsur.* vbi Bald. *num.* 4. Castr. *num.* 3. aliique per Surd. *consil.* 327. *num.* 1. & 25. Grass. *de except. cap.* 28. *num.* 4. *vers. Sed difficultas.* Natt. *consil.*

conſ. 97. Bero. *quæſt. famil.* 77. *num.* 5. Pariſ. *conſ.* 3. *num.* 12. Gram. *deciſ.* 45. Ioſeph. Ludou. *concl.* 23. Guttierr. *de iur. confirm. cap.* 2. *num.* 34. Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 105. *num.* 4. Facchin. *lib.* 1. *controu. iur. cap.* 7. *verſ. ſecundum eſt ex cap. debitores*, Conſ. Merlin. *controu. for. c.* 79. *in pr.* Et licet in caſu noſtro fuerit impetrata abſolutio à iuramento, nihilominus de ea nulla eſt habenda ratio, ex quo cùm Illuſtris Princeps moram commiſerit, dum non ſoluit conuenta die, incidit in periurium, & non niſi à Summo Pontifice poteſt petere abſolutionem à iuramento, Feder. de Sen. *conſ.* 301. *in fin.* Roman. *conſ.* 326. *num.* 1. Anchar. *conſ.* 198. Theſaur. *deciſ.* 165. *in fine*, aliique per Surd. *d. conſ.* 327. *num.* 19. quibus addo Genuenſem *in praxi Archiepiſcopali*, *cap.* 4. *num.* 3. 4. & 6. vbi ampliat, etiamſi tempus ita immineat, vt periurium incurratur. Graſſ. *d. except.* 28. *num.* 5. poſt Natta.

4 Tertiò, quia eſto millies, citra tamen veri præiudicium, quòd eſſet locus præuentioni, nihilominus hæc exceptio vſurariæ prauitatis non poteſt impedire exequutionem inſtrumenti, Angel. *in l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re iud.* vbi etiam Imo. Barbat. *conſ.* 18. *num.* 25. *verſ. quinimo vol.* 1. Laur. de Rodulph. *de vſur. quæſt.* 135. *num.* 178. *circa fin.* Sylu. Aldobrand. ad Dec. *in cap. ex parte il ſecondo*, *in vltima additione de offic. deleg.* *aliique per* Suard. *d. conſ.* 327. *num.* 17. Ioſeph Ludouic. *dicta concl.* 23. quibus addo Roman. *conſ.* 76. Aretin. *conſ.* 75. Alex. *conſ.* 83. 3. *col. vol.* 5. Anchar. *conſ.* 234. Affl. & Vrſill. *deciſ.* 30. alioſque infinitos citatos per Anto. de Amato *reſol.* 36. *num.* 12. Fontan. *de pact. dot. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 11. *num.* 82. & *ſeq.* & 2. *tom. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 5. *num.* 4. 28. 29. & 30. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 54. *in fine* Maſcard. *de probat. concl.* 686. *num.* 11. Grat. *tom.* 1. *diſcept. for. cap.* 118. *num.* 43. Frecc. *de præſent. inſtrum. parte* 9. *quæſt.* 7. *num.* 1. & 2. & hanc eſſe magis communem opinionem affirmat Frecc. *d. quæſt.* 7. *num.* 5. Caroc. *loc. & conduct. part.* 5. *tit. de vſur. quæſt.* 12. *num.* 1. & *deciſ.* 66. *num.* 7. & hanc in praxi ſeruari aſſerit, Scaccia *de commerc. & camb.* §. 7. *gloſ.* 5. *num.* 66. *verſ. tamen opinio*, & receptiorem in praxi dicit nouiſſimè Gaitus *de credito*, *cap.* 3. *tit.* 1. *n.* 1046. & pluries fuiſſe deciſum per Rotam Rom. refert Farinac. *deciſ.* 490. *part.* 2. *tom.* 3. & *deciſ.* 140. *num.* 10. *part.* 2. *tom.* 4.

5 Quæ opinio ſuffulta eſt præ cæteris, auctoritate Innoc. *in cap. cum in iure de offi. del.* tenentis, nullatenus poſſe impediri exequutionem inſtrumenti ob præuentionem factam à debitore ſuper nullitate, vel exceptione aduersùs inſtrumentum, quam opinionem ſequuti fuere infiniti DD. quos ad nauſeam vſque refert Ant. Amat. *d. reſolut.* 36. *num.* 1. Giurb. *deciſ.* 100. *num.* 3.

6 Et licet non ignorem alteram è diametro pugnantem ſententiam DD. quæ habet exceptionem criminis vſuræ, impedire exequutionem inſtrumenti, Bald. *conſ.* 3. 2. *vol.* Cardin. *conſ.* 120. Burſ. *de inſtrum.* Guarentig. 3. *part.* 7. *quæſt.* Tiraq. *de retr. tit.* 2. §. 5. *gloſ* 2. *num.* 36. Dec. *in cap. ex parte il ſecondo.* 28. *fallent. de offic. deleg.* Berard. Paud. *de præſent. inſtrum.* 5. *part.* 17. *declaratione*, & 18. Gram. *conſ.* 88. & 95. Capyc. *deciſ.* 175.

Nihilominus hæc opinio procedit quoties exceptio eſt clara, & detecta, nec requirit altiorem indaginem ex doctrina Bart. & Caſtr. *in l. ſi expreſſim*, *ff. de appell.* Roman. *conſ.* 51. Alex. *conſ.* 61. *vol.* 3. Anton. de Camar. Benedict. de Barziis, & alij apud Frecc. *d. quæſt.* 7. *num.* 7. & *ſeq.* & *num.* 22. plureſque per Anton. Amat. *d. reſolut.* 26. *n.* 9. & 34. Milanen. *deciſ.* 2. *n.* 134. & *ſeq.* & *deciſ.* 7. *num.* 6. & *ſeq. vol.* 2. Gait. *de credito cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2497. & 2498.

Rurſus hæc opinio procedit, quoties creditor 7
paſſus ſit adulteriora procedi in eam, vt poſt Gram. Pariſ. & alios affirmat Caroc. *d. quæſt.* 12. *num.* 7. aliique relati ab Amat. *d. reſolut.* 36. *num.* 15. *vſque ad num.* 24. Giurba *deciſ.* 103. *num.* 13.

Vnde cùm in caſu noſtro non ſolùm hæc ex- 8
ceptio ſit clara, ſed ſatis ſubtilis, & inanis, vt inferiùs demonſtrabimus, cùm iuſtitiam iſtius contractus attingemus, & non ſolùm contradixerit dictus P. Scipio procedi ad vlteriora in dicta exceptione, ſed duobus ab hinc annis inſtiterit pro ſolutione capitalis, & intereſſe, qua ratione poterit impediri exequutio, & liquidatio dicti inſtrumenti ad inſtantiam dicti Patris Scipionis?

Quartò, & tandem, quia non poteſt Iudex 9
Eccleſiaſticus, coram quo pendet reſciſſio contractus *ex capite vſurariæ prauitatis*, vel alia de cauſa inhibere Iudici, & creditori quòd non procedant ad exequutionem inſtrumenti, ita Bald. & DD. *in l.* 1. *in fine. C. de diuerſ. reſcript. lib.* 1. *C. quomodo, & quando Iudex*, Abb. *in cap.* 1. *n.* 10. *de iur. iur.* Marſ. *ſing.* 490. Affl. *deciſ.* 30. aliique quos in vnum pro more collegit Giurba *deciſ.* 100. *num.* 7. & licèt Angel. *in d.* §. *condemnatum*, dixerit moribus vſurpatum eſſe fieri ab Eccleſiaſticis Iudicibus inhibitionem Iudicibus ſæcularibus, nihilominus non eſſe attendendam dictam conſuetudinem ſtante noſtra, quam defendimus, opinione veriore, & crebriori affirmat Parlador. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap. fin. part.* 5 §. 11. *num.* 33.

Quò verò ad ſecundum principalem articu- 10
lum, dictos contractus alienos eſſe ab omni labe vſurariæ prauitatis infraſcripta demonſtrant.

Primum illud eſt, communis, & magis recepta eſt opinio Theologorum, Summiſtarum, nedum Canoniſtarum, & Ciuiliſtarum, poſſe ab initio paciſci de certo intereſſe etiam in contractu mutui, cùm illud fuerit veriſimile, & conueniens, & abſit omnis fraus, & dolus palliandi vſuras, ità Hoſtienſ. *in cap. ſalubriter*, *num.* 4. *verſ. ideò puto ex mente* Conrad. *de contract. tract.* 2. *q.* 30. Sylueſter *in verb. vſura*, *quæſt.* 19. Caietan. *in ſumma verb. lucrum vſurarij*, & 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 4. Adrian. *in* 4. *de reſtrict. quæſt. de vſur.* Hoſtienſ. & S. Anton. *in cap. ſalubriter de vſur.* & idem S. Anton. 2. *part. tit.* 1. *cap.* 7. §. 15. Ioannes de Lignano, & Laur. de Rodul. *in d. cap. ſalubriter.* Nauar. qui de communi teſtatur *in ſumma de* 5. *præcepto Decalogi*, *cap.* 17. *n.* 211. *verſ. & quod inter omnes, & de vſur. notab.* 15. *num.* 42. *verſ.* 4. *quod ſolum*, vbi tredecim rationibus hanc confirmat ſententiam reſpondendo omnibus argumentis in contrarium adductis per Sotum *lib.* 1. *part.* 1. *art.* 1. 3. *de inſt. & iur.* idem Nauar. *conſ.* 7. & *conſ.* 10. *num.* 2. *de vſur.* & *conſ.* 1. *num.* 1. *verſ. at non eſt certum de off. Iud.* Sylu. *in ſumma verb. vſura* 2. *primo*, *quæſt.* 23. & *ibi* Angelic. *num.* 15. & 16. Arm. *num.* 3. Coſm. Philiar. *de offic. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 3. Ludou. Lopez. *de contract. & negotiat. lib.* 1. *c.* 23. *num.* 3. Molin. *de contract. diſputat.* 315. *num.* 5. Alphonſ. Villagut. Petr. Nauar. Adrianus. Tolet. & Michael Salon. *citati à* Gratian. *tom.* 2. *diſcept. for. cap.* 387. *num.* 4. & 5. Valent. Reginald.

ginald. Bann. Seſſ. Salas, Azor. & Emanuel Sà, quos citat, & ſequitur Bonacina *tom.2. moral. Theolog. de contract. diſput.3. quæſt.3. puncto 4. propoſitione 2.* & D. Carleual. *tom. 2. de Iudic. lib.1. tit.3. diſput.8. ſect.6. num.* 78.

Hanc eandem opinionem ſequuntur ex Canon. & Ciuiliſtis plures quos commemorant Couar. *l.3. var. reſolut. c.4. num.5.* D. de Pont. *de pot. Proreg. tit.4. §. 5. n.68. & ſeq.* Carleual. *d. ſect.6. num.85.* Marcian. *conſ.50. num.4.* Gratian. *d. c.387. num.1. vſque ad num.5.* Surd. *deciſ.259. num. 16. & conſ. 327. num.54.* Reg. Rou. *in pragm. prima num.45. de vſurariis,* Gait. *de cred. c.2. tit.7. quæſt.2. num.1689. & 1723. & gl. ſeq.* Raphaël. de Turri *de Cambiis diſput.3. q. 11. num.43. & ſeq. vſque ad num.60.* & melius *deciſ.13. 14. & 15. ex deciſ.* Rot. Rom. *impreſſis poſt dictum tractatum de cambiis*, Facchin. *lib.2. controuerſ. iur. cap.32. verſ. verùm his non obſtantibus, & verſ. ſed, & hanc ſententiam iuuat,* Molfeſ. *de contract. cap.23. n.39. &* Conſ. Merlin. *controu. for. cap.31. num.7.*

Et ſecundùm hanc opinionem pluries fuiſſe iudicatum per S. C. in eam Hectoris Capycij Latro cum Camillo de Ratta Refert Reg. Rou. *in d. prag.1. n.45.* in cauſa Georgij Centurionis cum Marchione Bonatorum Marcell. Marcian. *d. conſ.50. in fine de anno 1603.* ſicut etiam deciſum pluries fuiſſe in anno. *1613.* per Rotam Romanam refert Raphael de Turri *in d. dec.13. & 14.* Farinac. *dec.892. part.2.* maximè in ſolito negotiari, & *dec.331. & 372.* poſt *2. vol. conſ.* & per Senatum Cataloniæ Fontan. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.5. gloſſ.8. part.14. num.19.*

11 Et licèt innumeri alij DD. contrariam ſequuti fuere ſententiam, quorum numero ſunt Innoc. *in c.vlt. verb. periculum de vſur.* Io. Andr. *in cap. ſalubriter, in princ. eod. tit.* Bald. *in l. rogaſti, §. ſi tibi, num.6. & 7. ff. ſi cert. pet.* aliique quos ad nouem, & quinquaginta enumerat D. Carleual. *d. ſect.6. num.1.* non computatis, Innoc. & Io. Andr. Nihilominus communior, & verior opinio eſt noſtra affirmatiua; eſt inquam communior; nam ex DD. citatis per D. Carleual. ferè omnes negant abſolutè poſſe fieri hoc pactum de intereſſe, non autem negant poſſe fieri, quoties intereſſe eſt veroſimile; Innoc. enim nullum verbum ponit de intereſſe veroſimili, ſed tantùm negat promiſſionem cum lucro ſperato valere, ita etiam Io. Andr. *in d. cap. ſalubriter*; quinimò idem Io. Andr. tenet noſtram opinionem poſſe conueniri de certo intereſſe, vt teſtantur D. de Ponte *d. §. 5. num.68. verſ.* Io. Andr. & Cam. Laratha *conſ.90. num.21. verſ. ſecundo ſigillatim,* Bald. *in d. l. rogaſti, §. ſi tibi, num.6. & 7.* loquitur ſimpliciter in promiſſione facta certi intereſſe à debitore, qui confitetur tanti meâ intereſſe, quod hæc confeſſio non valet tanquam facta in fraudem, & rectè, quia non poteſt per confeſſionem partium prohibitatum aliquid deduci contra ius ad Text. *in l. ſi fortè, ff. de caſtr. pecul.* non autem loquitur de intereſſe veriſimili, & ſolito; Rurſus Bald. admittit probari tale intereſſe per coniecturas, quæ in noſtra Ciuitate ſunt multæ, vt inferiùs latiùs dicemus. Ancharan. *conſ.150. ſub num.4. verſ. ſed an ex pacto, & num.7.* ſimiliter loquitur ſimpliciter de intereſſe futuro, quòd non poſſit ſtatui ex partium aſſertione, cùm poſſit eſſe, plus, vel minus; at de veroſimili, & ſolito intereſſe, ne quidem vllum verbum, Roman. *conſ.510. num.6. per totum, & conſ.520. num.8. &* Alex. *conſ.6. num.12. vol.2. & conſ.27. num.9. & 10. vol.4.* neque loquuntur de intereſſe veroſimili, & ſolito. Dec. *conſ.39. num.4. & 5.* & in aliis conſiliis, vltrà quòd non loquitur de intereſſe ſolito, & veroſimili, eſt contrarius ſibiipſi; nam *in conſ. 111. & in cap. cum venerabilis, num.65. verſ. putarem tamen, de except.* tenet, valere promiſſionem intereſſe veroſimilis, poſtquam *num.64.* contrarium tenuerit, & ſic Doctori contrarias ſententias tenenti, eſt credendum potiùs in lecturis, Barbat. *in cap. 1. col.14. de conſtit.* Soccin. iun. *conſ.56. col.2. vol.1.* Pariſ. *conſ.110. col.3. in fine, vol.1.* Aym. *de antiq. temp. 1. part. num.56.* quia conſulentes obcæcantur pecunia, & affectione clientum, vt poſt Camer. *in cap.1. part.2. n.35. an agnat.* Dom. de Franch. *deciſ.184. num.10. & deciſ.441. num.4.* & ſic non rectè pro contraria ſententia fuit ponderatus Dec. à Camillo Larata *conſ.90. num.12.* pace eius dixerim, quia licèt Dec. pro regula id ſtatuat, non valere taxationem à principio de certo intereſſe, ſubdit poſtmodùm valere pactum de veroſimili intereſſe. Caſtr. *conſ.101. vol.1.* loquitur ſimpliciter de intereſſe, præſcindendo à veroſimili, & vniformi; Abbas, *in conſ.64. num.5. verſ. ad tertiam obiectionem,* & propriè ibi: *ratione conuentionis, vol.1.* non meruit allegari, non ſolùm, quia contrarium tenet *in cap. ſalubriter, num.3. in fine, de vſur.* ſed etiam, quia *in d. conſ.64.* eius inſtituti fuit, fundare, intereſſe ex poſt facto poſſe taxari, & perfunctoriè dicit, quòd licèt à principio non valet conuentio de dando quid pro centenario; tamen ex poſt facto valet, nihil diſcutiendo de veritate huius axiomatis. Cagnol. *tàm in l. curabit num.54. C. de actio. empti, quàm in l. vnic. num.49. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt*, non loquitur de intereſſe veroſimili, & ſolito, adeò quòd in *d. l. vnic. num.51.* vbi loquitur de intereſſe veroſimili, tenet noſtram opinionem, quòd ſecundùm conditionem, & qualitatem perſonarum ex dubio euentu poteſt taxari aliqua pars lucri honeſti arbitrio boni viri, quando eſt veroſimile. Rebuff. *in l. vnic. gloſſ. vlt. num.34. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt*, non loquitur de intereſſe veroſimili, ſed tantùm loquitur ſimpliciter, adeò quòd *num.45.* affirmat, valere taxationem quando à principio conſtaret de intereſſe futuro, quia præſumptio cedit veritati, *l. diuus, ff. de in integr. reſtit.* & ſic tenet in intereſſe veroſimili valere taxationem à principio, Barboſ. *in l.2.1. part. num.41. verſ. tertio ampliat, & num.44. verſ. pro concordia, ff. ſol. matr.* non ſolùm non loquitur in caſu noſtro, ſed quando fit conuentio, quòd ſoluatur aliquid mulieri ratione retardatæ ſolutionis, & loquitur de intereſſe ſimpliciter, non de ſolito, & veroſimili, quòd talis conuentio non valeat, ſed debet probari intereſſe; ſed *num.48. verſ. quod verùm intelligas*, tenet expreſsè deberi intereſſe damni, & lucri deductum in pactum, & allegat Nauarr. *in ſuo manual. cap.17. num.211.* quem nos allegauimus pro noſtra opinione, & ſic Barboſ. tenet noſtram, non contrariam ſententiam, Gabr. *lib. 3. com. concluſ. de ſolut. concluſ.10. num.4.* non poteſt allegari pro hac contraria opinione, cùm de ea nullum verbum faciat, ſed tantùm dicit poſſe peti intereſſe damni emergentis legitimè probatum, nec quia dicit debere probari intereſſe, eſt ſupponendum excludere conuentionem, cùm talis probatio requiratur caſu, quo non adeſt conuentio, nec aperuit *Gabriel.* ſuam opinionem, an requiratur probatio tàm ſtante, quàm non ſtante conuentione. Theſaur. iun. *lib.3. qq for.71.* licèt teneat non ſtari taxationi intereſſe ab initio

factæ,

factæ, nihilominus *num.* 2. limitat, nisi ab initio constaret de quantitate similis interesse, Gaill. *lib.* 2. *obseru.* 5. *num.* 16. licet expresse dicat de certo lucro posse paciſci; si tamen post moram probet tanti interesse, nihilominus non loquitur de interesse solito, & verosimili, quod tenet posse probari à consuetis, & per coniecturas, *lib.* 2. *obseru.* 6. *num.* 4. *& de pignor. obseru.* 17. *num.* 6. *&* 7. Gratian. *d. c.* 387. expresse tenet nostram opinionem per totum caput, & postmodùm *n.* 8. ampliat nostram opinionem, præsertim cùm creditor non innitatur soli exactioni. Stracca *de mercat. part.* 4. *tit. de contract. mercat. num.* 2. loquitur simpliciter de interesse, nec vllum verbum facit de verosimili, & solito interesse, Rodriquez *de ann. reddit. lib.* 3. *quæst.* 5. licèt *num.* 39. teneat, quòd non obstante taxatione, & pacto de certo interesse, sit tamen probandum; nihilominus *num.* 41. expresse affirmat, quòd si istud interesse sit in qualitate personarum, & verisimilibus coniecturis, sustineri tale pactum in vim probationis resultantis ex verisimilibus coniecturis, Freccia *de præsent. instrum. part.* 7. *quæst.* 11. loquitur de interesse simplici, non de verosimili, & solito. Paschal. *de vir. patr. pot. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 235. nullam super hoc aperit sententiam, & si volumus asserere illum intelligi debere, esse eius opinionis, quam tenent DD. per ipsum allegati, vt trad. Bart. *in l. non solùm*, §. *si liberationis sub num.* 7. *ff. de lib. leg.* Io. Andr. *in cap. cum nuncius de testib.* Carau. *super rit.* 21. *num.* 2. dum citat nonnullos DD. tenentes nostram sententiam, & signanter Gratian. *d. cap.* 387. dicendum est, esse nostræ, non contrariæ opinionis. Graff. *de except. cap.* 32. *num.* 59. loquitur simpliciter de interesse, non de solito, & verosimili, neque Gamma *decis.* 110. *num.* 18. loquitur de interesse solito, & verosimili, neque Mastrill. *decis.* 235. *num.* 33. *vol.* 2. Imò de interesse excessiuo, & à principio soluto, vt est videre *num.* 46. *vers. item faciebat, & num.* 47. Cassan. *in consuetud. Burg. rubr.* 4. §. 23. *num.* 27. *vers. limita tertiò*, sic etiam ex omnibus aliis DD. citatis per D. Carleual. quos consultò omitto, ne nimis prolixior videar, maior pars ipsorum non loquitur de interesse verosimili, & solito, provt est casus noster, quod cùm est moderatum procedens à verosimilitudine, debetur, vt post Nauar. Medin. Tolet. & alios affirmat Gait. *d. q.* 2. *num.* 1718. 1724. & 1749. maximè dùm non capitur totum interesse, sed tantùm, quantùm valet illa verisimilis spes, detractis expensis, & considerato illo dubio euentu, vt, post omnes Bonacina *d. propos.* 2. *vers. tertia conditio* Barbos. *d.* 1. *part. num.* 52. *in fin.* Gamma *dicta decis.* 110. *n.* 14. & 15. Menoch. *dicto casu* 119. *num.* 5. & 9.

12 Et est etiam verior hæc opinio, nam licet interesse sit quid facti, *l. quamvis vbi*, Dec. *num.* 1. Cagnol. *num.* 6. Igneus *num.* 85. *ff. de reg. iur.* & facta non præsumantur, nisi probentur, vt latissimè post omnes deducit Carleual. *d. disput.* 8. *sect.* 1. *num.* 9. maximè interesse futurum de quo nulla potest esse certitudo, & quòd multis ex causis potest impediri, & quæ à futuro euentu dependent non possint à principio taxari, vt post Bard. Graff. *d. except.* 32. *num.* 59. *in fin.* nihilominus sufficiunt coniecturales probationes, Bart. *in l. vnica ad fin. vbi* Bald. *col.* 14. *vers.* 6. *qualiter probetur, &* Cagnol. *num.* 43. *C. de sent. quæ pro eo quod interest* Ias. *in l.* 3. §. *vlt. ff. de eo quod certo loco* Cagnolus *in l. curabit, num.* 66. & 67. *C. de act. empt.* Rota Genuæ *dec.* 139. *n.* 9. Felician. *de societate, cap.* 24. *num.* 37. Rodriq. *lib.* 3. *de ann. reddit. quæst.* 5. *num.* 24. Mascard. *de probat. concl.* 934. *num.* 20. Barbos. *in l.* 2. 1. *part. num.* 50. *ff. solut. matr.* Menoch. *de arb. iud. casu* 129. *num.* 8. quod ex aliorum DD. plantis idemmet Carleual. admittit, *d. sect.* 6. *num.* 92. & 105. nam cùm lucrum cessans sit non ens, & non entis nullæ sint causæ, ideò probari non posse videtur *l. actori, ff. de probat.* & sic coniecturis probatur Gaill. *de pignor. cap.* 17. *num.* 7. Menoch. *d. casu* 19. *num.* 8. Rot. Genuæ *d. decis.* 139. *num.* 9. Mascard. *d. concl.* 934. *num.* 23. At in casu nostro, quis non videt non solùm adesse coniecturas probabiles, sed probationem notoriam? cùm non solùm simus in Ciuitate in qua sùt promptæ emptiones annuorum introituum, & est immemorabilis consuetudo sic contrahendi, vt affirmat D. de Ponte *d.* §. 5. *num.* 75. *& in fine*, eoque relato Merlin. *d. c.* 31. *sub num.* 7. & sic in locis insignibus debetur tale lucrum solitum, & notorium, Rota Genuens. *d. dec.* 139. *num.* 9. *vers. quibus hinc indè deductis*, Felic. *de societate, cap.* 24. *num.* 50. Surd. *d. decis.* 259. *num.* 14. Barbosa, *d.* 1. *part. num.* 51. Gaitus *d. quæst.* 2. *num.* 1747. *qui citat* Cagnol. Couarru. Scacc. & Cæsar. de Graff. Sed in persona solita negotiari, *l.* 3. §. *fin. & ibi* Gloss. *in verb. solebat, cum l. seq. ff. de eo, quod certo loco l. socium qui in eo, ff. pro soc.* Bartol. *in d. l. vn. fin. vers. venio ad vltimam partem, C. de sent. quæ pro eo quod interest*, Ang. *in l. continuus*, §. *cum ita, ff. de verbor. obligat.* Castr. *in l.* 1. *num.* 15. *C. de summa Trin. & fid. Cathol.* Salyc. *in auth. ad hæc quæst.* 15. *C. de vsur.* Cagnol. *in d. l. vn. num.* 42. vbi asserit hanc opinionem in praxi esse receptam, & sic vidisse iudicatum, Gaill. *lib.* 2. *obseruat.* 6. *num.* 3. & 4. *& melius de pignorat. cap.* 17. *num.* 6. Bursat. *qui de communi testatur, cons.* 68. *num.* 31. *vol.* 1. Rot. Gen. *decis.* 739. *num.* 9. *aliique per* Menoch. *d. casu* 119. *num.* 4. Surd. *d. dec.* 259. *num.* 9. & *cons.* 327. *num.* 54. Mascard. *d. concl.* 934. *num.* 19. Barbos. *in d. l.* 2. 1. *part. num.* 49. *in fin. vers. cæterum*, Felician. *de societ. d. cap.* 14. *num.* 37. Gabriel. *d. concluf.* 10. *num.* 3. Graff. *de except. cap.* 32. *num.* 50. *vers. vltim. loco* Ozasch. *dec.* 143. *num.* 5. vbi de receptissima opinione testatur, quicquid contra quòd requiratur potentia propinqua lucrandi teneant Castr. *in d. l.* 3. §. *fin. ff. de eo quod certo loco*, quem sequitur Afflict. *dec.* 20. *num.* 2. *aliique citati per* Gabriel. *d. concl.* 10. *num.* 3. *vers. contrarium*, Mascard. *d. concl.* 934. *num.* 17. Menoch. *d. casu* 119. *num.* 3. *vers. rursùs, &* 4. Facchin. *lib.* 11. *cap.* 39. Barbos. *d. l.* 2. 1. *part. num.* 49. *vers. quinimò*, Gramma. *d. decis.* 110. *num.* 21. Mastrill. *d. decis.* 245. *num.* 35. *vsque ad num.* 46. Felician. *de societate, cap.* 24. *num.* 41. quia probatio, quæ fit per locum à communiter accidentibus est concludens, *l. neque natales, C. de probatio. l. non hoc, C. vnde legit.* Surd. *d. decis.* 259. *num.* 8. Felician. *d. num.* 37. *in fin.* Mascard. *d. concl.* 934. *num.* 20. & argumentum à consuetis in iure est firmum, *l. quod si nolit*, §. *qui mancipia, ff. de edil. ed. l. si quis donaturus, ff. de vsufr.* & verisimilitudo in probationibus, quàm maximè admittenda, *l. confessionibus, ff. de interrog. act.* & post Bald. Curt. Iun. & Cæphal. Gaill. *d. cap.* 17. *num.* 6. neque in locis insignibus est probanda illa potentia proxima, Felician. *d. num.* 37. & 50. & sic fuisse resolutum per Rotam Romanam refert Seraphin. *decis.* 186. *num.* 6.

Secundùm principale fundamentum huius 13

noſtræ opinionis eſt, quòd eſto, quòd non poſſit paciſci de certo intereſſe à principio, quod tamen negamus, nihilominus quando ſolitus eſt quis negotiari, admittitur taxatio, ſi conſtet tantùm veriſimilem lucraturum fuiſſe, Alex. *conſil.* 200. *vol.* 6. Dec. *conſ.* 322. *num.* 4. Cagnol. *in l. curabit, num.* 56. *C. de act. empt.* Couar. *d. cap.* 4. *n.* 5. *illat.* 7. Pariſ. Gozadin. Burſat. Lup. & alij citati per Surd. *d. conſ.* 327. *num.* 54. & per Gait. *de credito, cap.* 2. *tit.* 7. *q.* 2. *num.* 1748. vnde cùm in caſu noſtro dictus Pater Scipio ſolitus ſit emere annuos introitus, non ſolùm ante, ſed etiam poſt dictum mutuum factum dicto Illuſtr. Principi, vt in facti nota eſt demonſtratum, quæ dubitandi ratio ſubeſſe poteſt? non potuiſſe non ſolùm ad rationem conuentam, ſed ad illam, qua emit ann. introitus, quæ eſt longè maior, paciſci de intereſſe certo?

Nec dici poteſt dictum Patrem Scipionem minimè poſſe negotiari, cum ſit Sacerdos, & florentiſſimæ Societatis IESV, cui proinde non eſt permiſſa negotiatio *cap.* 2. *inſtituta ne Clerici, vel Monachi ſecul. neg. ſe immiſc.* vt poſt Perez, Nauar. Molin. & alios tradit Barboſ. *dict. prima parte, num.* 49. *verſ. Ex quorum mente*, & *verſ. Et ideò neque*, Carleual. *dict. ſect.* 6. *num.* 102. *verſ. Sunt multi.*

Quoniam vltrò fuit ſolutio dictum Patrem Scipionem non alios contractus peragere ſolere quam emptionum ann. introitum ſecundùm huius noſtræ Ciuitatis conſuetudinem, vt in facti nota eſt deductum, quos non eſt prohibitus celebrare, & proinde intereſſe lucri ceſſantis ex his contractibus annuorum introituum poteſt petere, vt in terminis poſt Ant. Rub. *conſ.* 108. *in fin.* Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. *verſ.* 6. *in fin.* Molin. *lib.* 4. *de primogen.* Hiſp. *cap.* 5. *n.* 5. affirmat Barboſ. *in dict. l.* 2. *part.* 1. *num.* 51. Gait. *d. quæſt.* 2. *num.* 176. *in medio*, Rodriquez *lib.* 3. *quæſt.* 5. *ſub num.* 26.

14 Tertium illud eſt, conſuetudo tam antiqua, & abſque contradictione ab omnibus obſeruata in hac Ciuitate, ſecundùm quam frequenter fiunt hæ pactiones in contractibus mutui à principio de certo, & determinato intereſſe, non ſolùm poſt moram, qui eſt caſus noſter, ſed etiam pendente dilatione data ad ſoluendum, & proinde eſto, quod talis pactio eſſet illicita, quod tamen negamus, nihilominus eſt licita per talem conſuetudinem, quoad forum fori, Bart. *in l. quis ſit fugitiuus, §. apud Iabeonem, ff. de ædil. edict.* vbi Salyc. Bart. *in l. vnic.* 3. *q. C. de his quæ pen. nom.* Rolan. *conſil.* 96. *num.* 26. *vol.* 2. Cæphal. *conſ.* 37. *num.* 28. aliíque per Surd. *d. conſ.* 327. *n.* 51. Petr. Boz. *deciſ. Litnan.* 5. *num.* 87. & 101. Rocchus de Curte *in cap. fin.* 3. *not.* 3. *lim. de conſuet.* & latè docuit P. Mezal. *in* 2. 2. *dib.* 2. *cap.* 7. *q.* 2. *num.* 68. & *in* 3. *p. lib.* 4. *cap.* 5. *q.* 2. *num.* 20. & *lib.* 2. *var. reſol. reſol.* 121. *num.* 14. Cæpol. *in ſimulat. contract. in fin. num.* 181. & 182. Menoch. *d. caſu* 119. *num.* 26. Thorus *in addit. ad D. de Ponte, de poteſt. Proreg. d.* §. 5. *num.* 73. Et licet conſuetudo non poſſit permittere contractum alioquin vſurarium fieri licitum iuxta Text. *in l. quod non ratione* 39. *ff. de leg.* & non quod Bomæ fit, ſed quod fieri debet ſit inſpiciendum *l. quod ergo, ff. de offic. præſid.* vt latè poſt Corrad. Iaſ. Anchar. Couar. Bonacoſ. Bero. Lupus, Anchar. Regien. Borgn. Mantu. & Ioſeph. Ludou. tenet Graſſ. *de except. c.* 28. *n.* 42. quod etiam exclamat D. Conſil. Carleual. *dict. diſp.* 8. *ſect.* 1. *num.* 10. & conſuetudo efficere poteſt, vt euitetur pœna temporalis, ſed non poteſt ſaluare contractum ab iniuſtitia, & inualiditate, & à reſtitutione eius, quod fuit indebitè exactum, vt declarat, Alex. *conſ.* 39. *vol.* 3. Cæpol. *conſ. crim.* 13. Crauet. *conſ.* 6. *n.* 103. *in fin.* Bero. *conſil.* 193. *num.* 64. *vol.* 1. Natta *conſil.* 585. *num.* 10. Tiraq. *de retr. conuent. in fin. n.* 127. Surd. *conſ.* 184. *num.* 10.

Nihilominus in caſu noſtro non agimus de 15
contractu vſuratio; tunc enim conſuetudo non excuſat, ſed de contractu quem ex coniecturis arguit Illuſtr. Princeps Cluſani eſſe vſurarium, at quoties coniecturæ poſſunt inferre ad vſuram, vel non, tunc ſi frequentatur ille contractus, non iudicatur vſurarius, ita ſingulariter pro more expendit Bald. *in d. l. vni.* 3. *q. num.* 39. *C. de his, quæ pœn. nota.* poſt Oldr. *conſ.* 207. *in fin.* Abb. *conſ.* 15. *n.* 1. *in fin. vol.* 1. Bertrand. *conſ.* 62. *n.* 2. *vol.* 2. Alciat. *conſil.* 45. Roland. à Valle latè *conſil.* 96. *num.* 26. *vol.* 2. Natta *conſil.* 498. *num.* 26. Seraphin. *de iuram. priu.* 132. *num.* 20. Surd. *dict. conſil.* 327. *num.* 52. maximè cùm in caſu noſtro adſint hinc inde opiniones, ex quibus noſtram approbauit conſuetudo, & præſertim hic: tum attenta qualitate perſonæ eiuſdem Patris Scipionis, qui non ſolùm eſt Patritius Neapolitanus è nobiliſſima, & antiquiſſima familia Coſſo, ſed natalium ſplendori propriarum virtutum, nimirum vitæ integritatis, morum ſuauitatis, ſcientiæ, prudentiæque ſuperaddidit meritum, quas vt faciliùs aſſequi potuiſſet in celeberrimam, ac nunquam ſatis laudatam Societatis IESV Religionem ſeipſum dicauit, vt conſiderant præcitati DD. & ſignanter poſt Barbat. Cæph. & Burſat. Surd. *d. conſ.* 327. *num.* 4. Grat. *d. c.* 387. *num.* 28. & ratio eſt manifeſta, quia in dubio contractus præſumitur verus, licitus, & realis, & non vſurarius, Bald. *in d. l. rogaſti, §. ſi tibi*, vbi Dec. *in fine, ff. ſi cert. pet.* & alij, quos refert, & ſequitur Burſ. *conſil.* 320. *num.* 72. alios citat Surd. *d. conſil.* 327. *num.* 14. & 53. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 123. *num.* 2. Graſſ. *de except. dict. cap.* 28. *num.* 30. Carleual. *dict. diſput.* 8. *ſectione* 6. *num.* 76. *verſus finem.*

Hinc cùm nos verſemur in notorio facti per- 16
manentis, certum eſt, alia probatione opus non eſſe, Gloſſ. *in Clem. appellationum, verſ. Alias de appellat.* vbi Ioan. de Ligna Cardin. Flor. Imol. & Abbas Surd. *deciſ.* 259. *num.* 14. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 67. *n.* 25. Gait. *dict. quæſt.* 2. *num.* 176.

Sed quorſum hæc omnia? & eſt quartum fundamentum, ſi non ſolùm agimus in præſenti noſtro caſu de intereſſe lucri ceſſantis, ſed etiam de intereſſe damni emergentis, cùm dictus Pater Scipio ſit debitor D. Corneliæ Coſſæ in ann. duc. quatuor centum viginti pro capitali ducatorum 6000. eique ſingulis annis correſpondeat, itaut ob dictam pecuniæ quantitatem mutuatam dicto Illuſtr. Principi paſſus ſit intereſſe notabilis damni, quo caſu nulli dubium eſt, ſufficere demonſtrare damnum abſque eo, quod quis ſit ſolitus negotiari, Alex. *conſ.* 141. *num.* 3. *vol.* 5. per Textum *in l. nummis, ff. de in lit. iur.* vbi Gloſſ. *in verb. Sua die*, Doctores *in l. liber homo, la* 2. §. *fin. ff. de verb. oblig.* Gail. *d. cap.* 6. *n.* 6. Rota, Genuenſ. *deciſ.* 87. *num.* 9. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 291. *n.* 6. Felician. *d. cap.* 24. *num.* 58. Barboſ. *d. part.* 1. *n.* 48. Giurba *deciſ.* 72. *n.* 19. & 20.

Hæc quæ dicta ſunt petitorij reſpiciunt me- 17
rita; at quia priùs poſſeſſorij cauſa tractanda eſt *l. ſi de vi. ff. de l. iud. l. exitus, C. de acquir. poſſ. l. ordinarij, C. de rei vend. l. incerti, C. de interdict.* Put.

deciſ.

decis.15.de cauſ.poſſ.& propriet. Poſtius *dec.140. num.2.poſt tractatum de manuten.* & dictus Pater Scipio inſtiterit manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi intereſſe Conuentum, & omne, & quodcunque mandatum deſuper neceſſarium decerni, & relaxari, ſuſpenſo quatenus opus ſit, iudicio petitorio *fol....* nos, qui partes dicti Patris Scipionis tuemur ex infraſcriptis arbitramur ita eſſe iudicandum.

Primò, quia nulli dubium eſt, dictum Patrem Scipionem exiſtere in quaſi poſſeſſione exigendi dictum intereſſe conuentum, nedum per cedulas bancharias præſentatas per eundem Illuſtr. Principem, vt in facti nota eſt demonſtratum; ex quibus probatur vera ſolutio, Bart. *in l. ſolutionis, num.1.ff. de ſolut.* Put. *d.decis.163.vol.1.* Gratian. *tom.2. diſcept. forenſ. cap.187. num.46.* Muta *deciſ....* Sed etiam per confeſſionem dicti Illuſtr. Principis non ſolùm emanatam in eius libello ſoluiſſe duc. ſexmille in computum dicti intereſſe *fol.3.* quæ confeſſio facta in libello plenè probat contra confitentem, *l.cum precum, C.de liber.cauſ.* Capycius *deciſ.71.* cum aliis per Gabriel. *lib.2. commun. concluſ. tit. de confeſſ. concl.4.* præſertim *num.7.* Gratian. *tom.4.cap.789.* ſed etiam per præſentationem dictarum cedularum; producens enim ſcripturam, videtur fateri omnia contenta in ea, *l.publica, §.fin.ff.depoſiti, c.cum olim, de cenſibus,* Innoc. & DD. omnes *in cap. venerabilis, de except.* vbi Decian. *num.22.* Bart. *in l.poſt legatum, in princ. ff.de his, quibus vt indign.* Oſaſc. *deciſ.39.num.23.* Surd. *deciſ.267.num.1.* Menoch. *lib.2. præſumpt. præſumpt.45. num.1.* & proinde cum turbationis tempore poſſederit dictus Pater Scipio, nimirum vti exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi dictum intereſſe, tempore quo cœpta fuit lis à dicto Illuſtr. Principe, erit manutenendus, & turbando eum in dicta quaſi poſſeſſione exigendi, competit interdictum retinendæ, Bart. *in l. §.vlt.num.18.ff.vti poſſid. l.vnica, §.1.n.3. C.eod.* Alexand. *conſil.92.num.4.volum.1.* aliique per Menoch. *retin. poſſeſſ. rem.3. num.556. & remed.vltim. num.15.* Couar. *practic. qq. cap.17. num.3.*

Secundò, & magis in terminis, quod manutenendus ſit quis in quaſi poſſeſſione exigendi ann. promiſſionem, etiamſi eſſet vnica ſolutio, quoties apparet cauſa obligationis, tenent infiniti citati per Gratian. *tom.1. diſcept. for. c.111. num.2.* Peregr. *art.46.de fideicomm.num.19.* poſt Canon. *in cap. querelam, de elect.* Reg. de Pont. *conſ.144. lib.2.*

18 Neque obſtat nullitas contractus allegata, quia hoc remedium manutentionis datur etiam illi, cui iuris communis præſumptio aduerſatur, Innoc. *in c.cum veniſſent, de reſt. in integr.* Abb. *in cap.1.n.8. vt lite pend.* Capyc. *deciſ.189.* Couar. *pract. quæſt.c.17.n.6.* Menoch. *retin. poſſ. remed. vlt. num.21.* & etiamſi prætendatur iniuſtus poſſeſſor, *cap. in litteris, de reſt. ſpol. l.qui cœtu, §.ſi de vi, ff. ad l.Iul. de vi publ.* Caputaq. *deciſ.221. part.2.* latè Poſtius *deciſ.74.n.23. poſt tract. de manuten.* Gratian. *tom.1. diſcept. for. c.113.n.29. & ſeq.* & *n.35. & ſeq.* & *tom.2. c.208.n.14.* quia in hoc iudicio non requiritur alius titulus, ſed ſufficit ſola poſſeſſio, poſt alios Ann. *conſ.20.n.26. cum ſeq.* Ludou. *deciſ. Rot.9.n.9.* & *deciſ.275. n.12.* & cum factum & ius in iis verſetur, ſimplex ſtatus attenditur Reg. Galeot. *lib.1. contr. forenſ. cap.9.* & *cap.81. n.10. & 15.* & *cap.52.n.33.* Nouar. *de Grauam. vaſſal. tom.2. prælud.1.* & in terminis noſtris quoties obiicitur exceptio vſurarum, iudicatum per Rotam Roman. pluries refert Ludouic. *deciſ.107.* cum etiam in hoc iudicio non admittatur defectus reſpiciens proprietatem, Bart. *in l.ſi de vi, §.vltim. ff.de ind.* & *in l.naturaliter, §.nihil commune, n.2.ff.de acq. poſſeſſ.* Bald. *in l.ſi quis conductionis quarta oppoſitione, C.loc.* Imò, & Aret. *in l.ſi de eo, §.vlt. ff.de acq. poſſ.* Salg. *in l.ſi quis ad ſe fundum, C.ad l.Iul.de vi pu.* Guid.Pap. *q.552.* Capyc. *deciſ.121. n.30.* Canon. *in d.c.in literis,* & de magis communi opinione poſt claſſicos teſtatur, & hanc ſequitur Menoch. *de retin. poſſeſſ. rem.3.n.675.* & ſecundùm hanc fuiſſe iudicatum refert Rota *deciſ.477.n.3.* & *deciſ.614. num.4.* & *deciſ.685. in fin.p.1. in recentior.* Poſtius *deciſ.101.* & *deciſ.105. poſt tract. de manutenendo, num.3.* & 4. etiamſi defectus in continenti offeratur probandus, vt poſt omnes latiſſimè Surd. *conſ.93. n.7.* & iudicatum refert Rota *deciſ.28. ſub n.9. part.1. diuerſ.* nec attendatur inſta, vel iniuſta poſſeſſio, Anton. Monach. *deciſ. Bonon.36.* Cancer. *var. reſol. lib.3. cap.14.n.40.*

Vnde ex his omnibus ſperat dictus Pater Scipio eſſe relaxandum ante omnia in ſui beneficium mandatum de manutenendo, & poſtmodum eſſe prouidendum ſuper reuocatione literarum inhibitorialium. Cætera ſuppleat eximia religio, & doctrina dominorum iudicantium.

DISCEPT. CCCCI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies præmittitur diſputanda.*
2 *Motiuum de anno 1631. affertur, quod dedit cauſam edicto.*
3 *Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter ſit expedienda.*
4 *Motiuum partis aduerſæ proponitur.*
5 *Adiectus obligationi, vel principaliter obligatus quando dicitur quis.*
6 *Dictio alternatiua, & copulatiua quid operetur.*
7 *Differentiæ ratio aſſignata quid operetur in praxi.*
8 *Inſtrumenti liquidatio, & quibus fiat, & an ab adiecto, & quid ſit adiectus.*
9 *Adiectus ſolutioni, vel obligationi quando dicatur quis, & quando poſſit liquidare.*
10 *Adiectus poteſt exigere ante litem conteſtatam.*
11 *Adiectus an poſſit nouare, vel acceptum fore.*
12 *Adiectus in rem propriam plura poteſt facere, & quæ.*
13 *Inſtrumenti præſentatio quando poſſit fieri per vnum ex ſtipulantibus.*
14 *Deciſio S.C.ad Rouitum* deciſ.26. *affertur, & explicatur.*
15 *Diſtinctio alternatiuè, & copulatiuè impugnatur.*
16 *Obligatio duorum qualiter interpretetur.*
17 *Obligatio qualiter radicata dicatur in vno, vel pluribus.*
18 *Differentiæ ratio dictæ obligationis qualis eſt.*
19 *Stipulatio duorum principalium, vel alternatiua qualis ſit.*
20 *Clauſula conſtituti quid operetur in inſtrumento.*
21 *Adiectus quem effectum producat, &c.*
22 *Iuramentum quid operetur in caſu noſtro, & quando.*

23 *Adiectus*

23 *Adiectus ſolutioni, vel Principalis correus in quo differant.*

24 *Clauſula in ſolidum operatur duos reos debendi, vel credendi.*

25 *Adiectus ſolutioni an liquidare poſſit Inſtrumentum.*

PRO

ILL. MARCHIONE CVSANI

CONTRA

Illuſt. Principem Octaiani.

1 DOMINVS D. Octauianus de Medicis Princeps Octaiani die 24. Februarij 1622. vendidit Doctori Saluſtio Baſſo, non veluti Procuratori, imò abſque vlla mentione procurationis, ſed vti principali ſuo proprio, & priuato nomine, & in ſolidum, præſenti, interuenienti, & ſtipulanti, vnà inſimul cum Notario ſtipulante nomine, & pro parte Ill. Dominorum D. Garſiæ, & D. Mariæ de Barionouo Marchionis, & Marchioniſſæ Cuſani coniugum in ſolidum ann. duc. 1027. pro capitali ducatorum 15800. cuius inſtrumenti verba talia ſunt: Conſtitutus in noſtri præſentia D. Octauianus Medici Princeps Octaiani agens, & interueniens ad infraſcripta omnia pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ſponte aſſeruit coram nobis, & Saluſtio Baſſo de Neapoli, ibidem præſenti, & inferiora omnia interuenienti, ac recipienti, & ſtipulanti, vnà mecum notario prædicto publico nomine, & pro parte D. Garſiæ de Barionouo, & D. Mariæ de Barionouo Marchionum Cuſani coniugum, & pro eiſdem Marchionibus coniugibus, & quolibet ipſorum, eorumque hæredibus, pro eiſdem Marchionibus coniugibus, & quolibet ipſorum, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſuper omnibus fructibus, & introitibus duplicis Ruris burgenſatici, & feudalis, vnum quorum mediorum 60. dicitur *la Faluica*, aliud mediorum etiam 60. dictum Taberna ſimiliter modiorum 60. incirca, & ſuper omnibus aliis bonis burgenſaticis, & feudalibus pro capitali ſcut. 15800. & has pecunias aſſeruit Princeps Octaiani, quod accepit ad ſatisfaciendum quibuſdam creditoribus, quos ibi nominauit in Inſtrumento, & hanc pecuniam confeſſi ſunt Marchio, & Marchioniſſa Cuſani habuiſſe ob pretium Terræ Ceruinaræ olim venditæ per quondam Regentem D. Berardinum de Barionouo Patrem Marchionis Cuſani, Illuſt. Dominæ D. Beatrici Caracciolæ Marchioniſſæ Vulturariæ, & quia Principi Octaiani non deficiebat tota ſumma, ſed ducati 12800. alij ducati tres mille fuerunt reſtituti à Principe, Marchioni Cuſani creditori, deinde in concluſione, obligatione, & ſtipulatione, non dicuntur ea verba (nomine, & pro parte) ſed Princeps Octaiani obligat ſe directè, & promittit ſolutionem Saluſtio, vti principali, & ſuo proprio, ac priuato, & principali nomine, vt patet ibi: promiſit, & teneri voluit dictos annuos ducatos 1027. vt ſuprà venditos, de prædictis Carolenis argenti, etiam de propria pecunia, & aliis introitibus ipſius Principis annis ſingulis, nempè in perpetuum integrè, & ad plenum dare ſoluere in hac Ciuitate Neapolis prædictis Marchionibus coniugibus, & cuilibet ipſorum in ſolidum, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus, ac etiam prædicto Saluſtio tamquàm principali, ac proprio ſuo nomine, & in ſolidum, in duabus pagis, &c. cum aliis clauſulis, &c.

Hoc poſito, cauſa incendij ſequuti anno 1631. 2
die 16. menſis Decembris, noluit Princeps amplius ſoluere tertias, ſed reperta fuit ſupplicatio ſine die, ſub nomine Principis, in qua aſſeruit, quod propter incendium, & damnum cauſatum in Territoriis ſunt chaſmate deſtructa non debet cogi ad ſolutionem tertiarum, nec capitalium, & petit cauſam committi in S. C. & fuit commiſſa Conſiliario Andreæ Marcheſio, & cum non eſſet contraſupplicatio nec dato termino ſuper dicta ſupplicatione dedit Princeps comparitionem in S. C. in qua habito pro compilato proceſſu peruento à Collaterali Conſilio, cum tractaretur articulus Iuris, inſtabat propterea cauſam expediri, etenim dicebat ſe non teneri ad annuas præſtationes, neque ad capitalia, quia corpora omnia ſubiugata chaſmate perierunt, ob incendium, ſed aduerſarius cum aliis creditoribus dicebat in Iure, nec in facto Principem Octaiani benè dicere in Iure quidem, quia in Regno, non per hoc, quod chaſmate pereat corpus obligatum erit exemptus debitor ab obligatione ſoluendi cenſum in facto, quia Terra Octaiani poſt incendium fuit appretiata pro pretio ducator. 62000. & centum in ſolutione tot fiſcalium ab Ill. Principe Acaiæ, & Princeps Octaiani percepit fructus in maxima quantitate conſiſtentes, ergo poſſe liquidari Inſtrumentum à Marchione, & Marchioniſſa Cuſani contrà Principem Octaiani, dicebat idem Marchio Cuſani.

Opponebat etiam Princeps Octaiani, cita- 3
tionem ſuper tenore inſtrumenti expeditam ad inſtantiam Marchionis Cuſani, nullam, & inualidam eſſe, quia fuit expedita pro ducatis 12800. & ſic pro integra ſumma Capitalis, dum debebant deduci, & retineri viginti pro centenario ob decretum generale ſub die 3. Auguſti 1623. cui reſpondetur per Marchionem, quòd decretum generale fuit loquutum de contractibus celebratis poſt ſecundam diem Martij 1622. in quo die fuit publicata pragmatica mutationis monetarum, ſcilicet 13. de monetis, ſed contractus celebratus inter Principem, & Saluſtium Baſſum, fuit die 4. Februarij 1622. & ſic ante decretum generale, & patet quia in pragmatica 18. de Monetis, publicata die 17. Nouembris 1622. habetur (omnia depoſita vt ſuprà facta ante diem 15. Februarij præſentis anni in hac Ciuitate Neapoli, fuiſſe, & eſſe ritè, & rectè, ac legitimè facta de pecunia tunc currenti, & approbata) at depoſitum Saluſtij fuit ſub die 4. Februarij ante diem 15. & diſcuſſo articulo liquidationis in magna Curia fuit factum decretum tenoris ſequentis die 20. Februarij 1646. Prouiſum, & decretum fuit, quòd Illuſtris Princeps Octaiani remaneat condemnatus pro quantitate in citatione contenta, verùm pœna non ponatur in libro, donec facta relatione, aliter per S. C. fuerit prouiſum, contra quod comparuit Illuſtris Princeps Octaiani, præſentando copiam cuiuſdam fidei factæ per Paulum Alalium Magiſtrum Cæremoniarum S. Pontificis, vbi aſſerit, quòd Papa Leo XI. die 4. Aprilis 1605. dedit charactarem Clericalem D. Octauiano de Medici nobili Florentino in Cappella Vaticani Palatij, qua fide præſentata, per Iudicē D. Blaſium Boliagam fuit dictum, quòd recipiatur, & ponatur extra proceſſum; ſed pro parte

Marchionis

Marchionis respondetur, in primis talem scripturam non esse præsentatam in Collaterali, nec habuisse exequatur, nec recipiatur, & quòd hæc fides sit mera cartula nullam faciens fidem, in præiudicium præsertim iurisdictionis laicalis, & quia nullam habet solennitatem à iure requisitam, etiam quòd sit scripta per Notarium, & esset ei aliquatenus, non plene, credendum, quando pertineret ad officium Magistri Ceremoniarum, sed attestatio, quòd Papa Leo XI. contulerit ordinem clericalem, non pertinet ad Magistrum Ceremoniarum, sed ad Magistrum Actorum Episcopi ordinantis, ad quem pertinet expeditio Bullarum, & tantò magis quòd hoc esset expressè contra Ritum M. C. V. volentem clericum prætendentem se talem debere venire cum Bullis originalibus suæ ordinationis, aliter forum non variabit, & cum deberet hæc causa referri à M. C. V. in Collaterali Consilio Marchio sperat confirmari decretum M. C. V. per spectabiles Regentes Colleteralis Consilij, pro qua fuerunt dati duo alij adiuncti, scilicet spectabiles Consiliarij Sotus, & Marcianus.

4 Ergo cum Princeps Octauiani debuisset quindecim annatas ad rationem scut. 832. annuorum, in M. C. V. processit, & optimè ad liquidationem instrumenti, vt suprà celebrati, qui citatus super tenore instrumenti de anno 1645. tum à Marchione, tum ab hærede Salustij Bassi, qui erat Mons septem operum Sacri Montis Misericordiæ, cui etiam tamquam principali, ac suo proprio nomine, & insolidum Illustris Princeps de facie ad faciem se obligauit, & facta liquidatione, vt suprà, Marchio non inueniebat Aduocatum, sed ipse suam defendebat causam, & à Doctoribus petebat lumen decisionum, & doctrinarum, & fateor ingeniosissimum fuisse virum mihi commendatum, eo quòd in meo studio omnia colligebat, cum quo scripsimus, quòd infra habebis.

Pro decisione huius controuersiæ plures conclusiones sunt à nobis proponendæ; vnde sit.

Prima Conclvsio.

5 SAlustium Bassum non fuisse solutioni solùm adiectum, sed principaliter obligationem acquisiuisse, patet ex I.C. ità distinguentibus, cum duo simul centum stipulati sunt, ille simpliciter adiectus solutioni censetur, qui per dictionem alternatiuam, ac disiunctiuam *(aut) vel)* & per verba solutionem tantum respicientia constituitur *l. cum quis sibi, aut Titio* 55. *l. cum quis ita* 56. *§. qui sibi, aut filio, l. Iulianus* 131. *l. vltima, §. finali, ff. de verb. obligatione, l. quod stipulatus* 10. *ff. de solution.* quia tunc in vnum eorum obligatio, in alium verò tantummodo solutio confertur, & ideo nullum agendi sed solùm recipiendi ius habet, *l. sed & si filio* 7. *§.* 1. *ff. de constit. pecunia, l.* 1. *§. si vsusfructuarius, ff. de stipulatione seruorum,* secus autem est, quando vterque per dictiones copulatiuas ac coniunctiuas *(&) ac) atque) etiam)* & per verba præmissiua, obligatiua, & exequutiua describitur, quia cum vnusquisque eorum eamdem quantitatem, sibi stipulati sunt, duo efficiuntur rei credendi, & stipulandi, *l.* 2. *ff. de duobus reis*, & hanc distinctionem manifestè Iustinianus expressit, cum *in §. sanè, Instit. de inutilibus stipulationibus* illam stipulationis formulam proposuisset mihi, aut sæio dare spondes respondit vni tantum obligationem acquiri, alteri tantùm solui posse, subiungit statim *in §. sequenti, quod si quis sibi, & alij decem dari stipulatus est,* vtrique pariter obligationem fuisse quæsitam.

Differentiæ ratio est, quia cum regulariter, 6
dictiones alternatiuæ, inter plures personas positæ disiungantur, ac vnam ab alia separent, *vt ex Iuribus citatis, & ex l. ille, aut ille,* 25. *ff. de leg.* 3. Barbosa *de dictionibus dict.* 46. *num.* 1. 11. *&* 12. *& dict.* 315. illum producunt effectum, vt per eas coniuncta sua persona stipulator efficiat, vt non acquirendæ obligationis gratia, sed solutionis causa personam filij, vel extranei adhibuisse intelligatur, vt ait Iulianus *in d. §. qui sibi, aut filio*, at verò copulatiuæ cum coniungendi, aut augendi vim habeant, æqualiter vtrisque obligationem, & actionem acquirunt, *l. si mihi, & Titio* 210. *ff. de verb. l. reos* 11. *§. cum tabulis*, vbi Ronchegallus *num.* 3. *&* 7. *ff. de duobus reis, & in l. si ita, quæst.* 66. *ff. de hæred. Instit. l. tripliciter* 142. *ff. de verb. signif.* Barbosa *dict.* 3. 43. *& dict.* 110. *num.* 16. *&* 35. *& dict.* 112. hanc differentiæ rationem considerauit Iason *in d. §. si quis sibi, aut filio, num.* 1. *&* 3. quem sequitur Bonuenutus Stracca *de Adiecto part.* 1. *num.* 26.

Hanc tamen differentiam assignat Glossa *in l.* 7
stipulatio, ista 28. *§. eum qui in verbo credendum, ff. de verb.* & Bart. *in l.* 1. *ff. de duobus reis, n.* 3. ibi (aut est actum, quod sint duo rei credendi, & non est dubium, aut non est actum, & tunc aut dispositio collata est in certam personam alternatiuè, aut copulatiuè, &c.) eamque petit *in Auth. hoc ita num.* 3. *C. eodem, & in d. §. qui sibi, aut filio, num.* 1. vbi eum sequuntur Imola, Cumanus, Paulus de Castro, & optimè Iason *in* 2. *limit. num.* 2. *&* 3. & Straeca *part.* 3. *in præfatione à num.* 21. *vsque ad* 25. communiter asserens esse receptam, dicens, constituitur ergo Adiectus per alternatiuam, non enim memini me legisse legem, quæ per copulatiuam constituerit, ex adiecti definitione deducens, vt sit qui in conuentionibus ex partium voluntate, &c. alternatiuè solutioni adiicitur, & secundùm hanc decisionem fuisse decisum in Senatu Mantuano refert Petrus Surdus *decis.* 229. *num.* 19. *&* 29. quem sequitur Altogradus *cons.* 6. *num.* 74. *&* 79. Laurentius Vrsellius *tom.* 1. *legalium conclusionum concl.* 49. *num.* 6. & in Sacra Rota in nostris terminis annui redditus, sic dicit Cencius post *tract. decis.* 172. *num.* 6. & in S. C. in puncto indiuiduo Regens Rouitus *decis.* 26. per totam, vbi decisum refert, sequitur Consiliarius Pratus *l.* 1. *practic. obseruat.* 62. Reg. Capyc. Latro *decis.* 8. *num.* 6. Regens de Marinis *lib.* 1. *obseru.* 4. vbi loquitur de adiecto in litteris cambij, in quibus habebat interesse, & dicit posse illas præsentare, & ita practicari dicit Sanfelicius *decis.* 213. *num.* 13. *lib.* 2. vbi decisum refert, quòd stante clausula insolidum, scilicet Titio, & Caio, & cui- 8
libet illorum insolidum, tam ipsi, quàm eius hæredes possunt instrumentum via Ritus M. C. V. præsentare, secus si non esset clausula illa, nam non posset quilibet sine præsentia Principalis, Sanfelicius *vbi supra, num.* 13. *in fine*, Montanus *controu.* 43. *num.* 13. Regens Galeota *controu.* 61. *lib.* 1. Thorus *part.* 2. *in verbo hæres adiecti*, vbi refert allegationes Lanarij factas in causa *decis.* Rouiti 26. Thorus *in supplemento, in verbo hæres adiecti*, Petra *super ritu M. C. V.* 166. *num.* 129. vbi dicit, quòd quoties clarè appareret ambos esse Correos credendi, quamvis esset facta dispositio, sine stipulatio cum clausula *(aut)* etiam remanerent Correi; nam non est facienda vis in illa dictione, sed esset consideran-

dus effectus ex Gratiano *diſcept. forenſ. cap.*657. *num.*15. in dubio tamen ait procedere concluſionem à Rouito allatam, vt in hac materia declarat Virgilius *de legitimatione perſonæ, capit.*13. Aretinus *de ſolutionibus, quæſt.*49.

9 Cum ergo adiectus non poſſit præſentare inſtrumentum via ritus M.C.V. ad notata per Rouitum *deciſ.*26.*num.*6. & intelligitur verus adiectus ille, qui per alternatiuam ſtipulatur vt ſuprà, & non poterit liquidare, ſed tantùm ſolutionem recipere, *l. ſed & ſi filio*, §.1 *ff. de conſtit. pecunia*, *l. eum qui* 56. §. *qui ſibi, aut filio*, §. *fin. ff. de verb. obligat. l. quod ſtipulatus* 10. *ff. de ſolution.* D. Ioannes de Ninno de Albarano Mercatorum, §.8. poſito poſt tractatum de depoſito apud Curencham, & nec poterunt eius hæredes liquidare, Sandè *deciſ.*229.*num.*17. Gratianus *cap.*49.*num.*9. Riccius *collect.*3434. & *collect.*2090. Regens Capyc. Latro *deciſ.*8. *num.*6. Virgilius *de legitimat. perſonæ, cap.*27. *num.*7. Reg. Galeota *lib.*1. *obſeruat.*51. Sed ſi non ſit ſimpliciter adiectus, ſed correus credendi, vt fuit in caſu deciſionis Rouiti 26. tunc poterit liquidare, vt idem Rouitus dicit *in principio d. deciſ.*26. ex Regente Sanfelicio *deciſ.*213. Neque adiectus poterit agere, Rota Genuenſis *deciſ.*54. *num.*6. Cartarius *deciſ.*126. Amatus *deciſ.*80. Gratianus *lib.*1. *c.*49. *num* 8. Scaccia *de cambiis* §.2. *gloſſa* 6. *num.*39. Virgilius *d. cap.*27. *num.*1. & 2. poteſt tamen
10 exigere, Magonius *deciſ.*34. intellige ante litem conteſtatam, & non poſt, Franciſcus Marcus *deciſ.*467. Magonius *deciſ. Florentiæ* 106. & hoc procedit etiamſi ſit adiectus in Inſtrumento publico, Galterius *in praxi inſtit. part.*1. 2. *part.*1.
11 *Rubrica* 11. *in fine.* Neque poteſt nouare, neque acceptum ferre, vel alias creditorem gratuitò liberare, Surdus *deciſ.*229. *num.*27. Gratianus
12 *cap.*40. *num.*47. Sed adiectus in rem propriam poterit agere, Virgilius *num.*7. & tandem hoc limitatur ſi ſit adiectus ex cauſa dotis, Bart. *in l. poſt dotem, ff. ſol. matrim.* Maranta *in ſuis ſingularibus in verb. adiectus*, Boërius *deciſ.*284. *num.*18. Nouellus *de iure dotium part.*6. *priuil.*72. & quid ex cauſa pia, Capiblancus *de Baronibus in pragm.*5. *num.*94. & plura ad materiam vide apud Virgilium *cap.*27. Cenſalius *deciſ.*89.

13 Et nota quòd ſi præſentatio Inſtrumenti via ritus M. C. fiat per vnum ex prædictis ſtipulantibus, eoque defuncto, ante explicatum actum interrogationis, eſt quæſtio an poſſit talis actus explicari conſequutiuè per eius hæredem, abſque noua præſentatione Inſtrumenti, & citatione, vt ait Rouitus *deciſ.*26. *num.*4. & 9. quòd dictus actus poteſt per hæredem explicari abſque noua præſentatione, & citatione, vbi obſerua, quòd ſi explicato in ſecunda Curia interrogationis actu, moritur debitor, quamvis pendente prouiſione ſuper ſcripturis, & ſupplicatione per ipſum præſentata, non erit propterea liquidatio extincta, ſed procedendum erit cum hærede debitoris ad ea, quæ in cauſa liquidationis incumbunt, vt latè Afflictus, nunc Epiſcopus Canenſis *contr. forenſ. cap.*19.

14 Vnde intelligitur decretum S.C. apud Scipionem Rouitum *d. deciſ.*26. quod loquitur magno cum miniſterio, ibi: viſo Inſtrumento, in quo interuenit Ioannes Vincentius Garganus cum aliis, quibus per dictionem coniunctiuam, & inſolidum fuit promiſſa ſolutio per S. C. remiſſa eſt eidem M.C.V. quæ procedat ad actum interrogationis cum hærede Ioannis Vincentij Gargani; ergo cum in caſu noſtro Illuſtris Princeps Octaiani in promiſſione, obligatione, ſolutione iurium, ac liquidandi facultate per dictionem copulatiuam in hunc modum ſe Saluſtio obligauerit, (ac etiam prædicto Saluſtio etiam tamquam principali, ac proprio ſuo nomine, & inſolidum, quæ verba ſæpius in inſtrumento geminantur, ac repetuntur, ergo minimè ſolutioni. Tantum eſt adiectus, ſed Correus credendi, ac ſtipulandi cenſendus eſt.

Dices cum aduerſario, talis diſtinctio nulla 15
caret ratione, nullaque authoritate fundatur, vt patet ex Bartolo *in l. finali, num.*7. *ff. de duobus reis*, & *in Auth. hoc ita, num.*20. *C. de duobus reis*, dum dicit vbi videtur contrarium dicere.

Reſpondeo quòd Bartolus ait, quòd ſecunda regula eſt, quòd plures rei credendi ſunt, quando pluribus inſolidum debetur idem, verè, vel fictè, ex vna, eademque cauſa principaliter, & ex voluntate principaliter, quia ſecus ſi vni principaliter, alij ex conſequentia, vt idem Bartolus ait ibi: *in* 1. 2. & 5. *quæſt.* vt in præſenti, vbi ducati 15800. capitalis, & annuos duc. 1027. obligationem ſoluendi fecit, ad fauorem Marchionis verè, ad ipſum tamen Saluſtium fictè pertinerent, & verbum illud, ex conſequentia, ad terminos *d. l. finalis* referri debet, nempè quando vnus ex Correis debendi, propter capitis diminutionem ab obligatione eximitur, in cuius locum fideiuſſor ab eo datus accedit, quia tunc non ſunt duo rei principalis, cum alter veniat in conſequentiam, vt ipſe Bartolus docet, *vbi ſuprà*, & *quæſt.*9.

Quod confirmatur ex Ioanne Ronchegallo *in* 16
d. §. *cum Tabulis, num.*79. qui non loquitur, vbi ait, quòd ſi duo, qui eadem forma aliquid, vel promittunt, vel ſtipulantur, quorum alter eſt incapax obligationis, quia illi acquiri, vel ſe obligare non poteſt contra Bart. diſputans, circa leges tantùm, quas allegat ad id ipſum confirmandum, aſſerens nelius probari, *ex l. ſi ex duobus* 12. §. *ſi à Titio, ff. de duobus reis*, vbi ſic Venuleius ait, ſi à Titio, & Pupillo, ſine Tutoris auctoritate ſtipulatus fuero eamdem rem, vel à Titio, & ſeruo, & quaſi duos reos promittendi conſtituo, obligatum Titium ſolum fore Iulianus ſcribit, & ſubdit *num.*8. Ronchegallus, dices, ergo vbi facta eſt promiſſio eiuſdem ſummæ à duobus, ſi vnus eorum eſt incapax obligationis, alius ſolus obligatur. Caue ergo quia in reſponſo præallegato eſt dictio (&) non autem dictio (*aut*) vt benè declarant Card. Tuſchus *tom.*2. *concluſ.*177. *num.*3. Laurentius Vrſellius *concl.*49. *num.*3. & reprobant Ronchegallum dicentem, alios Correos credendi, & ſtipulandi conſtitui poſſe per dictionem alternatiuam (*aut*) dummodò ad omnes principaliter negotium ſpectet, ſed tu dicas cum Bartolo in propoſita diſtinctione ſigillatim examinante caſus, nec eſt tanta auctoritas Ronchegalli, vt præponderet Bartoli auctoritatem, quem communiter ſequuntur, imò in eo quod Bartolo contradicit, reprobatur Ronchegallius à Stracca *part.*1. *de adiecto, num.*24.

Neque dicas, quod in principio inſtrumenti 17
loquentes partes de Saluſtio, ſic dicitur, interueniente, & recipiente, ac ſtipulante, vnà cum prædicto Notario publico, nomine, & pro parte D. Garſiæ de Barionouo, &c. quibus verbis apparet talem annuum cenſum ſpectare principaliter ad Marchionem, ergo Saluſtius non poteſt dici Correus credendi.

Reſpondeo quòd hoc argumentum confirmat potius ſententiam noſtram, quia licèt alius ſtipulari

lari non possit pro alio, *l. stipulatio ista* 38. §. *alteri, ff. de verb.* & ideo stipulatio hoc modo concepta (*Promittitur dare Titio centum*) inutilis redditur, tamen cum ita celebratur : Promittis mihi stipulanti, & recipienti nomine Titij dare centum, vtilis, & valida est, & ei directa acquiritur actio, etiamsi ad stipulantem nulla spectet vtilitas; vt iure expressè cautum est, *in d. l. huiusmodi* 86. vbi Glossa, *ff. de leg. 1. l. ignorante* 50. *ff. de negot. gestis, l. si restitutat* 8. *C. ad exhib. l. quacumque gerimus* 10. *ff. de act. & obligat.* vbi Glossa, *in verbo inanem*, & post Gloss. Bart. *in d. C. stipulatio ista*, §. *alteri, oppositi.* 2. §. 1. & *in* §. *si stipulor, num.* 1. *versic.* 6. Abbas *cons.* 86. *vol.* 2. in quo casu actio quæritur stipulanti, siue mandatum habeat, siue non, & communem dicit Iason *n.* 11. & *in d. l. huiusmodi, n.* 17. & 18. & hoc procedit etiamsi stipulatio sit impersonaliter concepta, putà promittis, intelligitur stipulanti facta, *l. si vnus*, §. 1. *vers. quid si, ff. de pactis*, Alciatus *in d.* §. *si stipulor, num.* 4.

18 Ratio differentiæ hæc est ; nam in illa stipulationis formula (*Promittis dare Titio centum*) cum directè, & immediatè obligatio conferatur in Titium, nullum initium in stipulantis persona sumens, inanem actum efficit, quia ab eo incipere debet, à quo contractus originem trahit, vt ait Paulus I. C. *in d. l. quacumque* 8. etiamsi ipsius stipulantis interfit, vt ait Glossa *in l. stipulatio ista*, §. *si quis insulam, versic. sed si dixissem*, sed in alia stipulationis formula (Promittis mihi stipulanti, & recipienti nomine Titij centum dare, cum obligatio principium habeat in eo ipso, qui contrahit, & stipulatus est, eumque respiciat, in eius persona fundamentum recipit, & radices immittit, & ideo valida est, ex *regula d. l. quacumque* 8. vt ait Alciatus, *vbi suprà num.* 3. & 4. quam rationem differentiæ assignat Iason *in d.* §. *alteri num.* 11. confirmans *ex l. si negotia* 12. *ff. de negotiis gestis*, & ex Baldo *in l. certi conditio*, §. *quoniam docente*, quòd quando promittis mihi recipienti pro tali tertio, tunc indistinctè valet stipulatio : quia collata est in me actio, & obligatio *ex d. l. huiusmodi* cum Glossa &c. idem reperit Baldus *in proœmio decret. concluf.* 5. *vers. quare lex ciuilis.*

19 Quæ sanè glossæ distinctio, eo maximè procedit, cum non tantùm verba promissiua, & obligatiua, sed etiam executiua in stipulantis personam diriguntur, quia tunc licèt vtilitas contractus ad tertium non ad stipulantis personam pertineat, tamen stipulatio valida est, itavt actio, & obligatio stipulanti acquiratur, cedenda postea per eum illi, in cuius fauorem stipulatus est, siue sit Procurator, siue negotiorum gestor, siue alter, vti Tertius, Bart. & Iason *in d.* §. *alteri*, Romanus *cons.* 442. *num.* 50. Alexander *cons.* 41. *num.* 7 & 8. *lib.* 5. Surdus *decis.* 229. *num.* 14. Rota *decis.* 172. *num.* 6. & 7. apud Cencium. Quod etiam procedit si dicta verba impersonaliter probata sint, vti ex Bartolo, & aliis tradit Alciatus *in d.* §. *si stipulor, num.* 4. id ipsum in nostris terminis præsentationis Instrumenti approbarunt Authores de Regno, vndè Freccia *part.* 11. *quæst.* 4. *de præsentatione Instrumenti*, ait, nam tunc agit ex stipulatione concepta in personam suam, vt *in l. cum per eos, C. si quis alteri, vel sibi*, Vrsillus ad Afflictum *decis.* 64. *num.* 5. ibi : secùs quando fuisset facta promissio de soluendo Domino, vel Procuratori insolidum, quia tunc vnusquisque ipsorum præsentauit Instrumentum secundùm formam dicti ritus M. C. V. id ipsum dicit Carauita *in ri-*

tu 166. *num.* 19. & optimè Franciscus Mazzia ad Robertum *de liquidatione Instrum. consider.* 3. *num.* 9. scribens, etsi Procurator nedùm procuratorio, sed proprio quoque priuato, & principali nomine stipulatus fuerit, liquidabit Instrumentum absque interuentu Domini, quia isto modo etiam principalis est, & ipse, & Dominus videntur duo rei credendi, vt vnius petitione, & acceptatione tollatur obligatio, *l.* 2. *ff. de duobus reis*, quos sequitur Galterius *de liquidatione Instrumenti, part.* 1. *septimæ partis principalis, n.* 10. & 12. Sed in casu nostro non solùm Instrumenti verba promissiua, & obligatiua, sed etiam executiua in Salustium collata fuerunt, ergo, etiamsi ad eum vtilitas contractus non pertineat, Correus credendi est, & ideò rectè apparet posse agere, & liquidare.

Confirmatur primò, quia in casu nostro adest 20
clausula constituti, in qua etiam post prædicta verba promissiua, & obligatiua, ac etiam executiua in salustium collata, Illustris Princeps seuerum, & liquidum debitorem constituit eidem Salustio, etiam tamquam principali, ac proprio nomine, & insolidum actio illa constituta pecunia ipsi Salustio statim quæsita fuit, cum directè in eius personam constitutum conceptum appareat, eum nominando tamquam actum, seu contractum fundantem, ac perficientem, etiamsi Procurator esset Marchionis, quod negatur ; nam Marchioni absenti immediatè constituere non poterat, *ex regula d.* §. *alteri, &* §. *Iulianus*, ergo ipse debet agere, & cedenda est Marchioni, vt habetur *in l. eum, qui Ephesi* 5. §. *item si mihi, & in vers. Iulianus, ff. de constit. pecunia*, vbi Glossa *in verbo non Domino*, & ibi Bart. Baldus, & Angelus.

Confirmatur secundò, quia aut Salustius fuit 21
Procurator Marchionis, vt prætendit Princeps Octaiani, quod negatur, cum de mandato non constet, aut fuit negotiorum gestor, quod certum est, vtroque casu si malè se gessisset ; aut parum cautè cum Principe collocasset, vt in totum, vel in partem Marchio amisisset, tunc ipse viuus, vel eius hæres post mortem (*qui hæres nunc est mons misericordiæ*) quantum interesset Marchioni illi soluere teneretur, vel actione mandati, vel negotiorum gestorum : cum certi iuris sit Procuratorem, aut negotiorum gestorem non solùm de dolo, sed etiam de lata, & leui culpa teneri, vt de Procuratore traditum est, *in l. diligenter* 5. §. *fin. l. si procuratorem* 8. §. *vltimo, ff. mandati, l. à Procuratore* 13. *l. ad comparandas* 16. *C. eodem*, Idem in negotiorum gestore habetur *in l.* 2. *l. si Pupilli* 6. §. *videamus, l. si negotia* 12. *ff. de negotiis gestis*, Bart. *in l. quod Nerua, quæst.* 11. *ff. depositi*, Rota Genuensis *dec.* 80. *num.* 4. Surdus *decis.* 304. *num.* 6. & has actiones in hæredes transire, & contra hæredes, *l. inter causas* 26. *l. si præcedente* 56. *ff. mandati, l.* 3. §. *hæc autem actio, l. successio* 13. *cum l. sequenti, l. si autem* 22. *ff. de negot. gestis*, Idem Bart. generaliter censuit *in d.* §. *si stipulor, num.* 1. dum ait Procuratorem quemlibet posse Domino stipulari, dummodò verba obligatiua, & exequutiua ad suam personam referat, tamquam semper sua interfit Domino acquirere, cum mandatum susceperit, *l. quoties quis* 8. §. 1. *ff. de verb.* quod etiam dicit Baldus *in l. certi conditio*, §. *si numnos*, Angelus *in l. quod Procurator ex re, ff. de procurat.* & Alex. *in d.* §. *si stipulator, num.* 50. qui ait hoc procedere in omnibus casibus, in quibus Procurator, vel negotiorum gestor de omissis, & negle-

ctis tenetur, *l. quicquid, C. arbitrium tutelæ, d. l. ſi Pupilli*, §. *videamus*, quem ſequitur Alciatus *in d.* §. *ſtipulor, num.* 16. *& num.* 17. *&* 18. vbi reſpondet contrariæ opinioni, & ait, quòd ſi ſtipulatio ſit concepta, Promittis mihi nomine Titij dare centum, tunc enim non in Procuratore tantùm, ſed etiam in negotiorum geſtore valet ſtipulatio, *d. l. huiuſmodi, & l. penult. ff. de negot. geſtis.*

22 Confirmatur tertiò, quia contractus, de quo in præſenti, fuit iuramento vallatus, & vbi agitur de iuramento obſeruando non attenditur, an interſit quicquam ipſius, cui iuratum eſt, vt *in cap. ſi debitores de iure iurando*, Guttierrez *de iuramento confirmatiuo, part.* 1. *cap.* 36. *num.* 4. Seraphinus *priuilegio* 24. ſed ſic eſt, quòd Saluſtius, eiuſque hæredes multùm intereſt ducatos 12800. ſolutos fieri, ne, ſi exigi non poſſint, quòd Marchionis intereſt, conueniatur, ergo actionem habere, & verus Correus credendi, & ſtipulandi cenſeri debet. Neque obſtat pactum illud, ipſum Principem Octaiani promiſiſſe in fauorem Marchionis, de facie ad faciem obligaturum, non verò Saluſtio. Reſpondeo enim quod cum iam de facie ad faciem in Saluſtij præſentis fauorem obligatus fuerit, ſuperfluum fuiſſet, iterum eamdem obligationem paciſci in beneficium Marchionis, & ſi in eo inſtrumento obligatum conſtat, quia tamen contractui ob abſentiam non interfuit Marchio, vtilſſimum fuit, vt ſolus Marchio illum ſuper inſtrumenti tenore interrogare poſſet, vt tale pactum opponeretur cum duplicata cautela numquam noceat, vt ait Regens Rouitus *deciſ.* 13. *num.* 7. *&* 8. Sed neque Princeps hoc adimpleuit, licet iuramento promiſſum, & ſic non eſt verùm, quòd dicit Princeps, ſe numquam obligaſſe in beneficium dicti Saluſtij, ſed tantùm ei ſolutionem promiſiſſe; nam contrarium conſtat ex verbis promiſſionis, obligationis, ac executionis cum iuramento ſepties repetitis.

23 Confirmatur quartò, quòd Saluſtius non fuit ſolutioni adiectus, ſed principalis correus credendi, & ſtipulandi, quia ipſe fuit, qui cum Illuſtri Principe contraxit ſuo proprio, & principali nomine, & inſolidum, hunc annuum cenſum ab eo emens, vt in facto, & in fortioribus terminis confirmat Hieronymus Magonius *deciſ. Lucenſi* 34. vbi quidam Antonius videbatur ſolutioni ſimpliciter adiectus; nam promiſſio ſoluendi fuerat alternatiuè concepta ſibi, aut Vincentio abſenti, ac Domino mercium, & conſequenter ad eum tota illius contractus vtilitas ſpectabat, quia tamen Antonius principaliter contraxit, deciſum fuit, actionem ei competere, ex illa Iuris regula, qui mecum contraxit, mecum agat, *l. cum quis, ff. de act. & obligat. l. his ſolis* 49. *ff. de condit. indebit. l. ſi is, qui, C. depoſiti*, latè Alexander, & Iaſon *in d. l. cum quis ita*, §. *qui ſibi, aut filio*, Addentes ad Romanum *ſingul.* 22. Beccius *conſ.* 19. *num.* 4. Nec enim Antonius eſſe potuit ſolutioni tantummodò adiectus, cum ipſe contraxit, & ſibi ſolui ſtipulatus fuerit, vt notat Bart. *in d.* §. *qui ſibi, aut filio*, quem omnes DD. ſequuntur, & ibi Caſtrenſis *conſ.* 36. *lib.* 1. Magonius *vbi ſuprà*, Vrſellius *d. concl.* 49. *num.* 1. & confirmat eius additio dicens iſta omnia procedere in ſimplici adiecto, & ideò ſi ſibi adiectus in chirographo fuit ſtipulatus poteſt præfata omnia explicare, vt optimè reſoluit Magonius, & aduertit eius additio, & ſequitur Vrſellius *n.* 28. ergo multò magis dicendum eſt in caſu noſtro, vbi Saluſtius copulatiuè cum Illuſtri Principe contraxit, & ſibi ſolui ſtipulatus fuit, & hoc plus habet caſus noſter, quàm caſus Regentis Rouiti *deciſ.* 26. nam ibi Garganus minimè contraxit, ſed tantùm ei ſolutio promiſſa fuit, cum Cæſar Caracciolus fuit, qui venditionem Terræ Montis Leonis fecit, vti Procurator Marchionis Latinæ, ſpeciale mandatum proferens.

Confirmatur quintò, quia illa clauſula inſoli- 24
dum, ſua vi, ſuaque potentia hoc ſanè operatur, vt nullo modo Saluſtius ſimpliciter ſolutioni adiectus videatur, ſed reus credendi, ac ſtipulandi effectus actionem inſolidum ad experiendum, ac liquidandum contra D. Principem habeat, *l.* 1. *C. de duobus reis*, & ſi vtilius contractus ſolùm ſpectat ad Marchionem, vt in terminis quando Notarius ſtipulatus eſt Mario præſenti, & Titio abſenti, & cuilibet ipſorum inſolidum 600. à Cornelio Dari, ob merces à Titio habitas, latè comprobat Stracca *de Adiecto, part.* 4. *quæſt.* 11. *per totam*, aſſerens Mæuium Adiectum non eſſe, quia ei non per alternatiuam, ſed per coniunctiuam dictorum ſolutio à Cornelio promiſſa fuit, nam ſcribit Baldus *in l. propter* 4. per illum Textum, *C. de duobus reis*, pluribus reis credendi in inſtrumento factis, ſufficere cauſam finalem obligationis in vno eorum reperiri, vt ſuas radices in omnes alios extendat, ſicuti è contrario contingit, nam pluribus reis promittendi factis ex eo quòd pecunia ad vnum ex eis tantùm peruenerat, reliqui minimè liberantur, ſed adſtricti ſinguli ad ſoluendum remanent, *l. ſi non ſinguli* 5. *C. ſi certum petatur*, ſubiungens Stracca *d. q.* 11. *num.* 7. ſic eleganter limitans Textum *in l.* 1. §. *circa, ff. de doli mali exceptione*, & in terminis liquidationis inſtrumenti affirmat Cæſar Vrſillus ad Afflictum *deciſ.* 64. *num.* 50. & in puncto indiuiduo dicit Regens Rouitus *d. deciſ.* 26. *num.* 7. dicens, ſed in caſu noſtro non intrat, quia in ſtipulatione adeſt clauſula inſolidum, quæ omnem tollit difficultatem, & officit, vt vnicuique inſolidum Vaſio operatur, *l.* 1. *C. de duobus reis*, & per hoc decretum relatum à Rouito in eo fundatur, quia Gargano per dictionem coniunctiuam, & inſolidum fuit promiſſa ſolutio, & ſic appareret, quòd, poſita clauſula inſolidum, non eſt neceſſarium, obligationem in Procuratorem, vel Negotiorum geſtorem dirigi, ſed ſufficere vni eorum ſolutionem fuiſſe promiſſam, vt inſtrumentum liquidari poſſit; non enim Stracca, Vrſillus, Rouitus, & decretum S. C. dixiſſet, quibus inſolidum fuit facta obligatio, ſed quibus inſolidum fuit promiſſa ſolutio, vt patet ex verbis inſtrumenti, ſuper quibus fuit fundata deciſio Rouiti 26. nam Magnifici Iudices M. C. V. ad ſuam maiorem inſtructionem illius cauſæ proceſſum videre voluerunt. Neque obſtat, quòd 25
Aduocatus contrarius *in verſ. accedat etiam*, pro ſe alleget Franciſcum Antonium de Roberto *de liquidat. Inſtrum. conſid.* 3. *num.* 5. dicentem facta promiſſione ſoluendi principali abſenti, & Procuratori præſenti, cum clauſula inſolidum, non poſſe Procuratorem ſolùm Inſtrumenti interrogationem facere, quia dicitur adiectus ſolutioni, quam rationem minimè ſcripſit Robertus, ſed illam, quia oportet quòd ambo agant, quòd non eſt in caſu noſtro, vbi Saluſtius non interuenit, vti Procurator, & vterque comparuerunt Marchio, & hæres Saluſtij, ſcilicet Mons Miſericordiæ, vt bene Carauita *ſuper ritu* 166. *num.* 19. & contra Robertum ſcribit Mazzia ibidem *in addit.* affir-

mans,

mans, Procuratorem solùm posse instrumentum liquidare, cum ei proprio, ac priuato nomine, & insolidum fuerit facta promissio, vt *suprà* dixi.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum insolidum liquidatur contra duos correos.*
2 *Instrumentum quid si non faciat mentionem hæredis.*
3 *Instrumentum an liquidari possit mortuo creditore,* & n. 3. *quando stipulatio præsumitur realis.*
4 *Regens Rouitus* decis. 26. *declaratur.*
5 *Actio mandati an in totum, an pro parte detur.*
6 *Liquidatio instrumenti actio an sit criminalis, an ciuilis.*
7 *Creditor potest agere de periurio, & liquidare ad sui electionem.*
8 *Periurij actio in liquidatione instrumenti qualiter procedat.*
9 *Iuramentum quando censetur præstitum hæredi in stipulatione.*
10 *Iuramentum an sit præstandum de facie ad faciem pro liquidatione.*
11 *Iuramentum an sit personale ex parte iurantis, & qualiter.*
12 *Iuramentum, an & quando quis teneatur obseruare ob inopiam facultatum.*
13 *Iuramentum præstitum à Clerico per notorium regium an faciat eum periurum.*
14 *Hæres institutus in vsufructu, & grauatus post mortem, an possit liquidare instrumentum.*
15 *Hæres institutus in re certa, & grauatus, est hæres in totum.*
16 *Dominus Consiliarius Pratus adducitur, & explicatur.*
17 *Iudicium cum vsufructuario an valeat, non audito proprietario.*
18 *Creditor impeditus ob infirmitatem, qualiter possit liquidare instrumentum, &c.*

SECVNDA CONCLVSIO.

1 COnstito ex supradictis, tam in facto, quàm in iure, salustium non fuisse simpliciter solutioni adiectum, sed principalem creditorem, tanquam reum stipulandi, & credendi, sequitur concludenter, actionem ei insolidum liquidandi instrumentum, facultatémque quæsitam, & à principio in ipso radicatam, post eius mortem, statim transiisse ad Montem misericordiæ suum hæredem, ex illa iuris regula, qua cauetur omnia iura actiua, & passiua, quæ penès defunctum fuere, in eius hæredem ipso iure transire, excepta possessione, quæ facti est, *l. cum hæredes 24. ff. de acquir. possess. l. ex contractu 44. ff. de re iudicata, l. vnica, C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes*, Asinius *in praxi*, §. 31. *ampliat. 6.* ergo septem protectores Montis Misericordiæ optimè contra Principem liquidationem fecerunt, *ex ritu* 178. vbi Carauita *num.* 1. Petra, & alij, Regens Rouitus *d. decis. 26. num. 4. in fine*, in qua non fuit hæres in proprietate è Gargano institutus, sed solùm in vsufructu, vt ibi considerat *num. 3. & 5.* & nihilominus ipse hæres ad interrogationem super tenore processit, at in casu nostro Mons Misericordiæ est hæres salustij in proprietate, non enim ex persona hæredum conditio obligationis mutatur, *l. 2. §. ex his, ff. de verb.* Franeus *decis. 83. num. 50.* nec eius substantia minuitur, aut corrumpitur, vt post Dynum, & Oltradum scribit Albericus *ad l. 2.* cum in defuncti persona radices eiicit, *vt in casu nostro ex clausula insolidum*, vt bene Stracca *de adiecto, p. 3. limit. 1. n. 88. & 89.*

Neque dicas in dicto instrumento non fuisse 2
factam mentionem hæredum salustij, sed tantùm hæredum Marchionis Cusani.

Respondeo non esse verum quòd dicit Aduocatus partis contrariæ, quòd in dicto instrumento quoties fit mentio de Marchione, semper reperitur illa clausula (eiúsque hæredibus, & successoribus) quia hæc verba sunt tantùm in proœmio, at in promissione, obligatione, & liquidandi facultate Marchioni, & Salustio facta fuit, ac concessa facultas, & nulla fit mentio de hæredibus, & successoribus vtriusque. Neque necessaria erat respectu Salustij, quia cum persona hæredis sit vna, & eadem cum persona defuncti, qui contraxit, *Auth. de iure iurando à moriente præsumpto*, §. 1. Calcaneus *consil. 18. n. 9. & 10.* Crauetta *consil. 428. num. 13.* repræsentans eum in omni iure creato, & formato actiuè, & passiuè tempore mortis, vt tradit Ioannes Baptista Coccinus *decis. 181. num. 2.* nominato Salustio, censetur etiam nominatus in instrumento eius hæres, *ex regula l. si pactum 9. ff. de probat.* nam virtualiter in eo continetur, vt ait Imola *in l. 1. col. 3. ff. de his, qua in testam. delentur*, & per hoc hæres executiuè potest agere contra testatoris debitores, vel ei obligatos, vt bene Rebuffus *de litteris obligatoriis, art. 2. gloss. 2. num. 3. 4. & 14.* quem sequitur Rouitus *dec. 26. num. 8.* quamobrem in illo S. C. decreto relato *num. 3.* fuit additum M. C. V. quæ procedat ad actum interrogationis cum hærede Ioannis Vincentij Gargani, licèt de illo instrumento nulla fuerit de hæredibus dicti Gargani mentio facta, vt ponderat Rouitus *vbi suprà*, & Carauita *super ritu 178. num. 50.* vbi ait, quòd nominato Titio in instrumento, videtur etiam nominatus hæres, propter quod non potest allegari illa exceptio (Tu non es nominatus in instrumento) & idem ait *super ritu 286. num. 6.* vbi ait, quòd in omnibus instrumentis creditores stipulantur pro seipsis, & suis hæredibus, & propterea censentur nominati, sicut principales creditores, quod bene nota, quia quotidie eueniunt in Tribunalibus, & vt credo, non reperies ita discussa, & per hoc Freccia *de præsentatione instrumenti, p. 8. q. 1. num. 15.* ait, quòd mortuo creditore, de quo 3
loquitur instrumentum, poterit eius hæres per iudicem se hæredem declarari facere, vt ad eius instantiam possit instrumentum exequi, licèt de persona hæredis instrumentum non cantet, idem dicit Alexander *consil. 126. num. 10. lib. 6.* ex Baldo per illum Textum *in l. 1. in verbo, Scriptis hæredibus, C. quorum legatorum*, Seraphinus *de iuram. priuil. 67.* quia præsumitur contrahentem, aut paciscentem, etiam nulla suorum hæredum in instrumento mentione facta, omnia ipsorum nomine agere, *ex d. l. si pactum*, Camillus de Medices *consil. 71. num. 45. & 46. & consil. 131. n. 9.* eámque iuris præsumptionem esse probarunt omnes Doctores *ibi*, & latè prosequitur Menochius *lib. 3. præs. 47.* ex quo inferunt stipulationes, & pacta præsumi realia, non personalia, sicut *in dict. l. si pactum*, notauit Florianus, & ideò di-

cimus omnia pacta actiuè, & paſſiuè in hæredes tranſire, *l. veteris, C. de contrab. & committ. ſtipulatione*, & latè comprobant Iaſon *conſ. 217. col. 1. vol. 1.* Tiraquellus *de retractu conuentionali*, §. 1. *gloſſa 6. num. 1.* etiamſi taxatiuè, quia quis pro ſe tantùm pactus ſtipulatúſque ſit, Menochius *vbi ſuprà, num. 9.* & latè *conſil. 705. dub. 4. num. 50. lib. 8.* per Textum expreſſum *in l. ſi neceſſarius, §. de vendendo, ff. de pignor. act.* ergo apparet in omnibus caſum noſtrum æquiparari caſui *deciſionis* Rouiti 26. & in eiſdem terminis eſſe, imò potiùs multò minus dubitabilem eſſe.

4 Addo vltra notata per Regentem Rouitum *d. deciſ. 26.* quòd Saluſtius in hac ſtipulatione reſeruauit ſibi facultatem eligendi ibi (Itaque ſit ſemper in electione dictorum Marchionum coniugum, prædictíque Saluſtij, etiam tanquam principalis, & inſolidum, & ex facultate variandi *num. 7.* ſed ſic eſt, quòd is, qui in ſtipulatione eligendi facultatem ſibi reſeruauit ante electionem decedentem ad ſuum hæredem eandem facultatem tranſmittit, & ſi conſtet electionem meri facti perſonalem eſſe, *l. vltima, in principio. ff. de verb. obligat.* vt expreſsè Paulus I. C. reſpondit, *in l. ſi ita ſtipulatus fuerim 76. eodem tit.* cuius Textus illa ratio Bartoli verior, & receptior eſt (etſi tres alias aſſignet, quia ſicut obligatio principalis ad hæredem tranſmittitur, ita etiam factum illud eligendi, quod eſt acceſſorium principalis obligationis, & executiuum iuris præambuli, ad eundem transferri debet, *argum. cap. ſi ſuprà, de offic. delegati, in 6.* quam Bartoli rationem ſequuntur ibi Angelus, Ioannes de Imola, Iaſon *num. 6.* Alciatus *num. 3. in d. l. ſi ita ſtipulatus*, ex qua ratione ipſe Bartolus *dicto num. 3. verſ. Oppono*, ſi illa facultas intelligit, ac limitat in terminis, *l. cum quis ſibi 55. ff. de verb. obligat.* vbi idem Bartol. ea ratione adiecti hæredi ſolui non poſſe docet, quia cum ſolutio in vero facto conſiſtat, ad hæredes tranſmitti non poteſt, *l. qui hæredi, in principio, l. Mœuius, ff. de condition. & demonſtr.* Hanc Bartoli rationem omnes Doctores, ibi probare ſcribit Alciatus *num. 2.* ſecus tamen quando factum eſt exequutiuum obligationis præcedentis, ſeu iuris præambuli: nam tunc ſicut in hæredes tranſit ius illud ex obligatione deſcendens, ita & factum illud ſoluendi tranſferri debet, quam Bartoli limitationem amplexi ſunt, Iaſon *num. 2.* Alciatus *num. 9.* Stracca *de adiecto, part. 3. limit. 1. num. 93.* Laurentius Vrſellius *concluſ. 49. num. 34.* ergo Saluſtius illud ius eligendi, & variandi, in Miſericordiæ Montem ſuum hæredem tranſmiſit, vt factum exequutiuum iuris præambuli, ex promiſſione, & obligatione ab Illuſtr. Principe ſibi facta.

5 Confirmatur hoc totum, nam ſi actio illa mandati, vel negotiorum geſtorum, quibus Saluſtius in eo, quod interſit Marchioni Cuſani, conueniri poterat, ſi capitale Principi datum in totum, vel in partem, ob eius etiam leuem culpam, vel negligentiam amitteretur, in hæredes, & contra hæredes tranſit, *vt ſuprà* diximus, & ſic conſtitutum, quod in hoc contractu interuenit in Saluſtij perſonam conceptum ad ſuum hæredem tranſit, vt *in l. 1. & c. Cod. de conſtit.* pecunia ibi: & hæredibus, & etiam conſtitutum poſſeſſorium, ad hæredes, & contra hæredes tranſit, vt latè Tiraquellus *de conſtituto ampliatione 12. & 13.* multò magis ſi in conſtituto adeſt clauſula ex nunc, pro tunc, quia habet hunc effectum, vt actus poſtea factus cenſeatur iam à principio celebratus: nam retrotrahitur ad illud tempus, & ſtatim ligat, itaut vnum tempus videatur alteri ineſſe, & transfuſum præſens in futurum, vt tradit Gloſſa *in verbo, Singuli, in Clementina volentes de hæreticis*, vbi Zabarella *in prima oppoſitione*, & pluribus DD. firmant Tiraquellus *de retractu conuentionali, §. 2. gloſſa vnica, num. 86. de iure conſtituti, limit. 2. num. 16.* Surdus *deciſ. 113. num. 20.* Rota apud Rubeum *deciſ. 7. num. 6.* & innumeri alij, quos ſequitur Barboſa *clauſ. 61. num. 2. 6. & 14.* ergo ſequitur actionem illam de conſtituta pecunia in Montem Miſericordiæ Saluſtij hæredem tranſmiſſam, & ob eam rectè agere, & inſtrumentum liquidare poſſe.

Dices cum Aduocato partis contrariæ *verſ. 2.* 6
prædicta omnia procedere ſolùm in iudicio ciuili, ſecùs verò in iudicio criminali, vt in liquidatione inſtrumenti, vbi agitur de pœna periurij, in qua non loquuntur DD. citati.

Reſpondeo, quòd cum dictus *ritus 178.* ex notatis à Freccia, Carauita, Rouito, & D. Carolo Petra expreſsè loquatur de citatione ſuper tenore inſtrumenti, euidenter oſtenditur, eum potiùs aduersùs dictum Ritum, & præallegatos Doctores ſcribere: & quamvis nonnulli ſcriptores Regnicolæ aſſerant hoc procedere non poſſe, niſi cum creditor ſtipulatus fuerit, ac iuramentum receperit pro ſe, & hæredibus, nempe Robertus *de liquidat. inſtrum. conſid. 3. num. 3.* Bernardus Pandus *de præſent. inſtrum. 2. part. declarat. 3. num. 7.* Galterius *part. 2. de liquidat. inſtrum. 2. part. n. 18.* quibus addo Antonium Gabrielium *lib. 1. comm. concluſ. in tit. de iure iurando. concluſ. 6. num. 7.* qui nihil nobis obſtat: nam totum fundamentum eſt *in deciſione* Capycij 75. vbi habetur hæredes, creditoris non poſſe debitorem accuſare de periurio aduersùs defunctum commiſſum, quia ſibi non fuit præſtitum iuramentum: de periurio autem quoad ipſum hæredem poſt teſtatoris mortem commiſſo, ita demum accuſare poſſe, ſi creditor ſtipulatus fuerit pro ſe, & hæredibus, dum nec eorum Patrui, nec ipſis obſeruauerat, quod promiſit, ſed Capycij deciſio non eſt nobis contraria: nam non loquitur, nec procedit in terminis citationis ſuper tenore inſtrumenti via *ritus 166. 178. 181. & 186.* qui ſunt formales in noſtris terminis de liquidatione à creditore, vel eius hærede facienda, ſed in accuſatione periurij ordinariè intentata ad vindictam, & pœnam corporalem infligendam vigore *ritus 182.* vt manifeſtè conſtat ex illius deciſionis lectura, & oſtendit Carauita *dicto ritu 182. in 2. quæſtione num. 7.* eam referens, & ad caſum illius ritus ap- 7
plicans. Hinc Carauita *ibi, in principio*, ait in ipſius creditoris electione eſt, procedere ordinariè ſuper libello de periurio, vel extraordinariè ſuper liquidatione inſtrumenti, & ſi à principio citetur ſuper libello de periurio contra ipſum præſentando, quamvis non fuerit citatus, quod veniat reſponſurus ſuper tenore inſtrumenti debiti, petendo eundem interrogari iuxta formam *ritus 166. & 168.* & hoc eſt, quod dicit *ritus* ille *182.* qui ſi caſus occurrit, ſeruandum eſt, vt ait *num. 1.* vt in terminis, ait Regens Rouitus *ſuper pragm. 1. de officio Baiuli, num. 35.* ſed nec etiam Ioannes Andreas *in d. conſtit. eos, qui ſcienter, tit. 101. de periurio, lib. 3.* & *in repertorio, in verbo, Hæres*, quem allegat Capycius, nec Afflictus *in eadem conſtitutione, q. 4. num. 9.* nobis obſtat, quia loquuntur in terminis illius conſtitutionis, quæ agit de periurantis pœna in iudiciis, aut extra iudicia, nempe obtruncationis manus, in qua, & ſi in ea videantur eſſe ſententia creditoris

toris hæredem accusare non posse defuncti debitorem ad illam periurij pœnam infligendam, quia ei iuratum non fuit, tamen longè diuersum est, hæredem creditoris accusare debitorem de periurio, *ex d. Constitutione, eos qui scienter, & ex d. Ritu* 182. *à citatione super tenore Instrumenti*, vt considerant Carauita, & Regens Rouitus *vbi suprà*.

8 Ratio differentiæ est, nam cum in accusatione periurij secundùm dictam constitutionem eos qui scienter, & dictum Ritum 182. ordinariè agatur ad illam pœnam mutilationis manus infligendam ius accusandi non potest in hæredem transire, quia pœnales actiones ex maleficiis descendentes, quæ ad pœnam, ac vindictam principaliter spectant, in hæredes non transeunt, *l. sed hæredibus, instit. de perpetuis, & tempor. actionibus*, at in præsentatione, & interrogatione super tenore instrumenti, cum principaliter de sua pecunia consequenda agatur, tam ciuiliter, quàm executiuè, & creditor agat vigore obligationis quarantigiæ iuramento vallatæ incidenter, & extraordinariè veniat periurij pœna, sicut actionem ex ea descendentem in suum transmittat hæredem, *l. vnica, C. vt actiones ab hæred. & contra hæredes, l. veteris, C. de contrah. & committ. stipulat. l. si pactum, ff. de probat. l. ex contractibus, ff. de act. & obligat. §. post mortem, instit. de inutil. stipulat. l. qui in ius succedat, ff. de regul. iuris, cap. qui in ius de reg. iur. in 6.* ita & iuramenti effectum, tanquam eius accessorium, ac sequelam, *l. si seruus hæredi, ff. de statu liberis*, cum aliis adductis à Bouerio *de virtute iuramenti concl.* 10. *num.* 62. *vers.* 45. Seraphin. *de iuram. priuileg.* 67. *num.* 25. & 33.

9 Neque Afflicti ratio dicentis ex ea stipulatione pro se, & hæredibus iuramentum censeri præstitum hæredi, quia vt benè Carauita *in Ritu* 286. *num.* 4. expressè contrarium tenens, non per hoc, quòd iuramentum sit receptum pro se, & hæredibus, poterit dici, quòd sit præstitum de facie ad faciem, & eumdem Afflictum impugnat Freccia *part.* 11. *de præsentat. instrum. quæst.* 101. quærens an iuramentum possit præsentari per hæredem creditoris contra debitorem viuentem, vt ait Ritus hic dicit quod sic, licèt Afflictus *in Constit.* (*Eos*) dicat, quòd de iure non possit, & aliqua adducit, & cum quæstio sit expediti iuris, non insisto, & contra Antonium Gabrielium dicit Seraphinus *de iuram priuil.* 67. *n.* 38. ergo non interest, hæredes esse nominatos, vel non, sed illum solum sufficere ad instrumenti liquidationem ab hærede faciendam, testatori fuisse quæsitam actionem.

10 Neque Ritus requirunt iuramentum præstandum esse de facie ad faciem pro liquidatione, nam Ritus 166. 178. 281. & 286. qui expressè concedunt hæredibus facultatem præsentandi, & interrogandi testatoris creditores super tenore instrumenti, non dicunt, nec requirunt stipulationem, aut iuramentum in faciem hæredum præstandum esse, vel eos in instrumento nominari debere, vt id facere possint, sed simpliciter, & absolutè ex eo solo, quòd in præambulo absque partis citatione expedito, ex Carauita *d. Ritu* 181. *num.* 50. se hæredes esse demonstrent, illud exequi valent, ergo neque est necessarium eos in instrumento nominari debere, nec iuramentum in eorum faciem præstari debere, vt benè Annibal Troysius *in Ritu* 286. *num.* 9. vbi Carauita *num.* 4. ergo nullus ex ritibus requirit iuramentum præstandum esse de facie in faciem hæredum, nec eos in instrumento nominari, ad hoc, vt possit liquidari instrumentum, aduersùs testatoris debitores, & isti tres magni practici, scilicet Freccia, Troysius, & Carauita contra Afflictum, & Capycium.

Accedit, quòd, licèt iuramentum ex parte debitoris iurantis sit personale, & ideo ad hæredes non transeat, ex parte verò creditoris illud recipientis est reale, & ad hæredes transmittitur *l. qui in futurum*, §. 1. *ff. de pactis*, vt tradunt Innocentius, & Abbas *in cap. veritatis de iure iurando*, Ioannes Andræas *in Nouellis, in cap. finali de foro competenti*, Afflictus *decis.* 275 *num.* 2. vbi Vasillus *num.* 50. & alij relati à Seraphino *priuilegio* 67. *num.* 22. quia in iuramento consideratur duplex vinculum, vnum spirituale obligans in foro conscientiæ, & ob id non transit de anima in animam, cum pœna suos debeat habere auctores, *l. sancimus, C. de pœnis*, Corneus *cons.* 16. *col.* 3. *vol.* 2. Alterum temporale, provt est robur, ac confirmatio conuentionis celebratæ, solùm promissionem, seu conuentionem respiciens, & hoc cum sit reale, & perpetuum, ad hæredes transit, vt dicit Paulus de Castro *cons.* 13. *vol.* 1. *& consil.* 305. *vol.* 2. & alij, quos refert, & sequitur Seraphinus *de priuil. iuram. priuil.* 67. *num.* 22. *& sequentibus, & priuil.* 68. *num.* 2. *&* 3. ergo aperte probatur ex vi, ac natura iuramenti confirmatoris, absque eo, quòd non sit nominatus in Instrumento Salustij, hæres, vel in eius faciem sit præstitum, illius effectum in Montem Misericordiæ fuisse transmissum, ex quibus maturè consideratis manifestè constat, recentiores illos Doctores, scilicet Robertum, Pandum, ac Galterium relatos suprà terminos dictæ Constitutionis eos qui scienter, & Ritum 182. & dictam decisionem Capycij 75. transgredientes, qui de principali periurij accusatione agunt, confudisse, cum terminis Rituum 178. 181. & 286. qui de Instrumenti liquidatione tantùm ab hæredibus creditoris facienda loquuntur, & ideò nihil nobis obstat eorum opinio. 11

Neque dicatur Principem Octaiani non esse periurum, ex quo non tenetur obseruare iuramentum, cum de præcedenti incendij Montis Vesuuij, quod euenit die 16. Decembris anni 1631. esset ditissimus, die verò sequenti ex casu pœnitùs inopinato, in paupertatem redactus fuerit, allegans Grammaticum *decis.* 8. & Paschalem *de patria potestate, part.* 1. *cap.* 8. *num.* 230. *& seq. & part.* 2. *cap.* 9. *nom.* 50. 12

Respondeo enim, DD. citatos loqui quando penitus in totum, & in perpetuum omnibus suis bonis spoliatus remansit, at si ipsemèt fatetur, quòd post incendium Octaiani terra fuit æstimata in duc. 60000. & postea in dies magnum acceperit augmentum, per consequens sequitur non esse nos in terminis prædictæ decisionis Grammatici, præterea patet ex ipsomet Instrumento Illustr. Principem alia etiam bona vltra Octaianum habere, cum expressè promiserit, si aliquo casu etiam inopinato, raro, & insolito contigerit fructus Octaiani non ascendere ad annuos ducatos 1027. quos vendidit Marchioni de aliis suis introitibus soluturus, deniquè licèt concedamus (quod non concedimus) incendij tempore, dictum Principem ob impotentiam, vel difficultatem soluendi, à periurio excusari, tamen cum postea meliorem, ac vberiorem Octaianum, fertiles illæ cineres reddiderint, vt ex Cassiodoro *lib.* 4. *var. cap.* aduertunt Doctores, notorium est hodie plus valere, ac reddere, quàm ante dicti Vesuuij

ſuuij incendium, ergo manifeſtè ſequitur periurium toties ab Illuſtri Principe eſſe commiſſum, quoties potuit Marchioni ſoluere, & noluit, pactis contraueniens, & in terminis refert Regens Capycius Latro *deciſ.* 45. *num.* 32. in quodam debitore allegante ob incendium Veſuuij ſe magnum paſſum fuiſſe damnum in Turri Octaua, & ob id prætendebat ſe excuſari à periurio, & dixit Regens Latro periurium tunc committi, quando contra promiſſionem, & iuramenti formam debitor non ſoluit.

13 Neque obſtat Aduocati contrarij allegatio ibi (circa ſextum articulum) in quo ait Inſtrumentum per Notarium Regium, & non Apoſtolicum factum à Clerico, & in quo ſe obligauit Clericus, liquidari non poſſe contra eum, ſecundùm formam Ritus M. C. V. ex Regente Latro *deciſ.* 82. *num.* 25. tale eſt hoc Marchionis, & Principis, quia Princeps eſt Clericus.

Reſpondeo quòd argumentum procedit quando debitor ſe Clericum eſſe profitetur, & in habitu, & tonſura incedendo contrahit, ſed dictus Princeps, nec Clericus eſt, nec Clericatus requiſita habet, vt infrà, & ſe obligauit tamquàm Laïcus, nulla Clericatus facta mentione, nec in habitu, & tonſura contrahens, ergo in vanum allegat hoc Aduocatus contrarius, ex quo corruit etiam, quòd ipſe ſcribit *in verſ. circa 7. articulum*, iuramentum dicti Principis non fuiſſe validum, quia non in conſcientia, & tacto pectore fuit præſtitum; Nec enim Saluſtius cautus, & magnus practicatus, vt eſt notorium, ſi eum vt Clericum, & in habitu, & tonſura contrahentem aſpiceret, capitale prædictum crederet? Secundò quia Regens Capycius Latro loquitur in caſu diuerſo, quando Inſtrumentum fuit ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum in Curia Romana, diſputans quomodo brachium concedendum ſit, pro eius executione, in quo recte aſſerit *num.* 25. procedi non poſſe in hoc Regno via executiua, & Boërius *deciſ.* 252. *in fine*, loquitur de Notario Apoſtolico, qui non poteſt obligare laïcos, ſed ait ſecus ſi fuiſſet Notarius vtriuſque Siciliæ, Regius, & Epiſcopi; ergo quia Ioannes Simon della Monecha fuerat vtriuſque Notarius, vt apparet ex principio Inſtrumenti, per conſequens, etiam ſi Clericus fuiſſet dictus Princeps adhuc valeret obligatio: Neque titulus illius exhiberi debuiſſet pro Tribunali ſedente, vt ipſemet ait aduerſarius; Reſpondetur enim, quòd hoc locum habet, quando principaliter dubitaretur an Notarius eſſet, & in eius protocollo Inſtrumentum non inueniretur, in quibus terminis Boërius loquitur *in deciſ.* 6. nec practica Magnæ Curiæ Vicariæ obſeruat titulum Notarij Neapoli Curiam publicam habentis, præſentari debere, cum omnes Notarij in matricula deſcripti ſint, vt benè Galterius *part.* 1. *in praxi Rubric.* 1. *num.* 25.

14 Ex quibus infertur ad quæſtionem propoſitam à Regente Rouito *in d. deciſ.* 16. vbi quærit, an hæres in vſufructu inſtitutus, & poſt eius mortem grauatus reſtituere hæreditatem alteri, ſit hæres in totum, vel tantùm in vſufructu, vt ille alter in proprietate, & concludit Rouitus *num.* 50. eſſe in totum hæredem, quod multipliciter probat ſequitur Bellonus *tom.* 2. *de iure accreſcendi*, *cap.* 7. *quæſt.* 7. *num.* 1. *& ſequentibus*, *& d. cap.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 292. Conſiliarius Roccus *reſponſo* 62. *lib.* 1. Regens Marcianus *lib.* 2 *diſput. forenſ. cap.* 99. Philippus Cammerata *reſponſo* 50. *artic.* 2. Vrceolus *conſult.* 38. *num.* 6. Andreolus *controu.* 121. Salgadus *in ſuo labyrintho*, *part.* 1. *cap.* 2. §. *vnico*, *num.* 13. *ſeſſ. dec. Aragoniæ* 362. *num.* 8. *cum ſequenti*, Fularius *conſ.* 195. *num.* 7. *& ſeq. & conſ.* 200. *n.* 53. *& ſeq.* Capycius Latro *deciſ.* 102. *num.* 56. Sperellus *deciſ.* 145. Caſtillus *lib.* 3. *controu.* 17. & licet aliqui dixerint contrarium, tamen noſtri concluſionem intelligunt, primò quando hæres vſusfructuarius eſt minus dilectus, quàm ſit ſubſtitutus poſt mortem, Bellonus *vbi ſuprà*, *cap.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 335. *& ſeq. &* 360. *& ſequenti*, Mantica *de coniecturis*, *lib.* 4. *tit.* 50. *art.* 7. *num.* 7. Laderchus *conſil.* 57. *num.* 50. Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 241. *num.* 24. ſecùs eſt quando inſtitutus eſt minus dilectus, quàm vſusfructuarius, Menochius *vbi ſuprà*, *num.* 27. ſed quando cum ſubſtituto magis dilecto, eſt inſtitutus extraneus, tunc pro rata extranei integer deberetur vſusfructus vſufructuario, Mareſcottus *lib.* 1. *var. cap.* 29. *num.* 47. Salgadus *part.* 2. *cap.* 11. *num.* 62. Hodierna ad Surdum *deciſ.* 193. & alij *vbi ſuprà*. Secundò quando pius locus eſſet ſubſtitutus, tunc inſtitutus in vſufructu, in illo ſolùm intelligitur Capycius Latro *conſ.* 112. *num.* 21. *& ſeq. & conſult.* 147. *num.* 19. Tertiò noſtra opinio non procedit quando vſusfructus fuit relictus titulo legati, Ludouicus Peguera *deciſ.* 108. Salgadus *part.* 1. *cap.* 2. §. *vnico*, *n.* 10. *& ſeq.* Quartò quando vſusfructuarius fuit relictus ſua vita durante, cum dictione taxatiua tantum, Regens Capyc. Latro *conſult.* 112. *num.* 19. *& ſeq. & conſult.* 147. *num.* 17. *&* 18.

Itaque hæres inſtitutus in vſufructu, & poſt 15
mortem grauatus de reſtituendo alteri hæreditatem, cum ſecundùm opinionem magis communem, & regulariter receptam, ſit hæres in totum, hinc poterit inſtrumentum liquidare, vt benè Regens Rouitus *d. deciſ.* 26. *num.* 50. contra quem inuehit D. Pratus *tom.* 1. *controu.* 24. *pract.* qui dicit non poſſe talem hæredem liquidare, tum quia vſusfructuarius habetur loco legatarij, *l. quoties*, *C. de hæred. inſtit.* Menoch. *conſ.* 500. *num.* 2. *&* 3. & legatarius liquidare non poteſt, cum ſit impropriiſſimus hæres, *l. id tempus* 14. §. *in re legata*, *ff. de hæred. inſtit.* ibi legatarius quodammodo quaſi hæres eſt, Carauita *ſuper Ritu* 178. *num* 9. *&* 10. Galterius *in praxi inſtit. part.* 1. 2. *part. n.* 26. *fol.* 93. vbi citat Coſta *in verbo hæres grauatus in fine*, & in materia liquidationis non attenditur aliud, niſi quòd is, qui vult liquidare ſit hæres, vt patet *ex Ritu* 178. *&* 286. ergo cum non ſit hæres non liquidabit.

Secundò adducit Dominus Pratus Textum *in l.* 1. §. *ſi ex fundo*, §. *de hæred. inſtit.* in quo textu habetur, quòd ſi quis ex fundo fuerit hæres inſtitutus, non dato alio cohærede, quærit Vlpianus an ſit hæres vniuerſalis, quaſi non fuiſſet adiectus fundus, & reſpondet affirmatiuè.

Reſpondeo ad D. Pratum, & ab hoc vltimo 16
incipiendo, eſſe cauſam diuerſam, nam *in d. l.* 1. Vlpianus loquitur de hærede in ſolo vſufructu abſque alio hærede in re particulari, & ait quòd ſit hæres in totum, ſed in caſu ſupra propoſito ſunt duo hæredes, vnus grauatus de reſtituendo alteri, & in caſu noſtro hæres proprietarius non eſt datus, & Prati doctrina procedit, quando alius hæres vniuerſalis fuit datus in vita in proprietate, quia tunc legatarius dicitur vſusfructuarius, cum ſit inſtitutus in re certa, & in præſenti eſt hæres inſtitutus in vſufructu cum onere reſtituendi, vnde dicitur hæres in totum, non legatarius *in gloſſa in d. l.* 1. §. *ſi ex fundo*, *ff. de hæred. inſtit.* Marcianus *dicta diſput.* 99. *num.* 1. *in fine.*

Thorus

Thorus *part.3. compendij ſect.2. in verbo liquidari an poſſit.*

17 Ex quo etiam reſultat, an poſſit iudicium proſequi à creditoribus, vel aliis cum hærede vſufructuario, non audito hærede in proprietate: & eſt dicendum, quòd ſi proprietarius non eſt datus hæres, niſi poſt mortem, tunc cum vſusfructuarius ſit in totum hæres, vt diximus, tunc poterit cum eo iudicium agitari, ſecus ſi non ſit hæres, vt benè Regens Capycius Latro *deciſ.102.n.56.* & alios effectus huius quæſtionis ponit Bellonus *de iure accreſcendi, cap.7. quæſt.16. num.290.* D. Marcian. *diſput.99.*

18 Infertur ſecundò poſt Francum *deciſ.626.* & Rouitum *deciſ.26. num.1.* quod actus interrogationis in liquidatione inſtrumenti, ſi creditor ob infirmitatem fuerit impeditus, non poteſt explicari per acceſſum iudicis, ſecus ſi debitor ſit infirmus, ita Viſconte *in verbo creditor infirmus*, & hodie *per pragm.4. de liquidat. inſtrum.* eſt cautum, debitores exiſtentes extra Ciuitatem citatos ſuper tenore inſtrumenti, comparere poſſe per Procuratorem cum ſpeciali mandato ad allegandum exceptiones, quæ ſi fuerint ſubſiſtentes, impedient liquidationem, ſi leues, condemnabuntur, ad cuius pragmaticæ explicationem faciunt tradita per Capycium Latro *conſult.69.* & per Præſidem Merlinum *lib.2. cap.73.* vbi refert mandatum requiſitum *in d. pragmatica* debere continere ſpecialiſſimam expreſſionem Cauſæ, & perſonæ, de qua agitur, ſed reſpectu creditoris infirmi, accedente Regia diſpenſatione poteſt præſentare, ſi iudex illuc cum Actuario eat, vt deciſum refert ſuo tempore de Leone *cap.13. num.46.* & ſequitur Galterius *de liquidat. inſtrum. in Rubrica comparens n.20.* quæ diſpenſatio debet continere expreſsè Ritus derogationem, Thorus *in ſupplem. in verb. liquidari an poſſit*, quamvis Conſ. Roccus *reſponſ.42. n.13. lib.2.* teneat dictam licentiam non poſſe per Proregem creditori concedi, legas Petram *in Ritu magnæ Curiæ Vicariæ 166. n.149.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus an, & quando gaudeat fori priuilegio.*
2 *Clericus debet oſtendere per multum tempus ſe talem geſſiſſe.*
3 *Clericatus probatur per tonſuram, & veſtes copulatiuè.*
4 *Trid.* Seſſ.23. cap.6. *explicatur.*
5 *Clericatus per Bullas probatur, & qualiter.*
6 *Bullæ non vitiatæ probant Clericatum.*
7 *Clericatus quaſi poſſeſſio qualiter probetur.*
8 *Clericatus quaſi poſſeſſio ſine titulo non probat Clericatum.*
9 *Clericatus an, & qualiter per teſtes poſſit probari.*
10 *Breuia Pontificum de penſione collata an probent Clericatum.*
11 *Breuia SS. Pontificum in Regno debent eſſe præſentata, & cum Regio conſequatur.*
12 *Enunciatiua in antiquis qualiter probet.*
13 *Clericatus an probetur per Bullam collationis beneficij*
14 *Nominatio Clerici an probet Clericatum, ſi ſit à Papa.*
15 *Clericatus nominatio, an illum probet.*
16 *Aſſerenti aliquem eſſe Clericum an ſit credendum.*
17 *Clericatus enunciatio qualiter probet illum.*
18 *Clericatus enunciatio cum diſpoſitione an probet Clericatum.*
19 *Verba enunciatiua an, & quando probent.*
20 *Papæ verbis an, & qualiter credendum ſit.*
21 *Papæ atteſtationi de ſuo facto quando credendum ſit.*

TERTIA CONCLVSIO.

ILluſtris Princeps Octaiani non eſt Clericus coniugatus, & ideo fori priuilegio non gaudet, nec litteræ Apoſtolicæ adductæ per eundem aliquid probant. Probatur quia licèt Clericus coniugatus fori priuilegium habeat *ex cap. vnico de Clericis coniugatis in 6.* tamen Clericatus probari debet per Bullas, ſeu literas dimiſſorias Epiſcopi ſigno authentico, & teſtium ſubſcriptione munitas, atteſtantis ſe contuliſſe ordines illi, qui forum declinare intendit, ita Abbas *in cap.1. n.3. de Clerico Peregrino*, Grammaticus *deciſ.81. num.1.* & innumeri congeſti à Maſcardo *de probation. concluſ.305.* à Carolo de Graſſis *de effect. Clericatus in præludiis, num.179.* quorum formulam ex Rebuffo deſcribit Epiſcopus Maranta *reſponſo 76. à num.1. vſque ad 4. part.* 4. ſcribens in hac eadem cauſa pro Marchione Cuſani, contra Principem Octaiani; at Princeps nullas adducit literas ſuæ ordinationis, ergo nunc eſt audiendus, vt in terminis Regens Sanfelicius *deciſ.7. num.14.* ex Ioanne Andræa *in Regula non licèt, col.7. verſ. oſtendat ergo litteras de regul. Iuris in 6.* nam ad obtinendam declinatoriam fori, erat neceſſarium bullas ſuæ ordinationis oſtendere, vt expreſsè cautum eſt *in Ritu 135.* Neque hoc ſolùm ſufficit, ſed etiam oportebat oſtendere per multum tempus ante, vt Clericum ſe geſſiſſe tonſuram, & veſtes Clericales deferendo, vt *in Ritu 65.* Ita igitur copulatiuè requirunt Ritus M. C. V. ad Clericatus probationem, ac fori declinationem petendam, itavt vnum ſine alio non ſufficiat, nempè bullas, tonſuram, & habitum Clericalem, vt benè Carauita *in Ritu 235.n.2.* & ſic vltra habitum, & tonſuram debet demonſtrari Clericatus per Bullas, ſubiungens (& tamen, vt omnes practici benè ſciunt, ridiculum putaretur in Tribunalibus huius Regni, velle obtinere remiſſionem alicuius tamquam Clerici, ad iudicem Eccleſiaſticum abſque Bullis Clericatus) quem ſequuntur eximij iuriſprudentiæ, ſcilicet Regens Sanfelicius *deciſ.143. num.5. & 6.* Regens Merlinus *cap.91. num.34.* aſſerentes hoc procedere multò magis poſt Tridentin. *ſeſſion.23. cap.6.* vt ex Maſtrillo *deciſ.113.* in principio ſcribit idem Sanfelicius *deciſ.7. num.6. & 7.* nam Sacrum Concilium ibidem, quartum requiſitum adiecit, nempe vt alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel Miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, D. Epiſcop. Maranta *reſponſo 76. n.10. 11. & 12.* Igitur ante omnia ſunt præſentandæ Bullæ ordinationis, vt expreſsè dicitur *in dicto Ritu 235.* tunc enim ipſi aſſerto Clerico cum Bullis venienti, datur terminus ad probandum de Clericatu, ſcilicet tria illa requiſita habere, habitum, tonſuram, & ſeruitium in Eccleſia, ergo ſine bullis non poteſt dari terminus ad Clericatus probationem, quia bullæ velut portæ ſunt ad aperiendum, & ingrediendum ad terminum, & abſque eis omnis aditus clauſus, & miniſter eſt, vt Carauita ibi *in principio* notat eſſe in viridi

obſeruantia, & *in quæſt.6. num.22.* ait, quòd Ritus dicit, quòd veniente, & comparente Clerico cum Bullis, detur terminus ad probandum de clericatu, & D.Merlinus *d.cap.91. num.11.* ſcribit, d.Ritus diſpoſitionem ad euitandas fraudes, falſitates, & alia huiuſmodi introductam, Regni neceſſitatibus ita exigentibus, intelligendum eſſe, prout conſtat, verbáque ipſius ſtrictè, & iuxta verborum ſonum accipienda, ne alios ſuo fine, & effectu fruſtretur, & ſubiungit *n.11.12. & 13.* atque ideò inueterata Magnæ Curiæ Vicariæ praxis in materia clericatus, illa fuit ſemper, & eſt, vt reus teneatur exhibere Bullas ordinationis, ex omni ſui parte, adeò authenticas, vt ſi aliquo pacto de earum fide dubitari fas ſit, ſtatim ad matricem, ſeu Regiſtrum Epiſcopi recurſus habeatur, cum quo collatio fit, nec alio modo quis admittitur ad probandum clericatum, & declinandam iudicis iuriſdictionem, & ſic fuiſſe deciſum etiam in Curia Archiepiſcopali dicit Riccius *deciſ.386. num.11. part.4.* & alios in M.C.V. refert Thorus *tom.3. part.3. in verb. Remiſſio, fol.133.*

7 Quod ampliatur, vt etiamſi quis ſit in quaſi poſſeſſione Clericatus, quæ probatur per diuturnam tonſuræ, ac veſtium Clericalium delationem, non exhibitis ſuis ordinationis bullis, minimè forum ſeculare declinare poteſt, vt tradit Ancharan. *in cap.ſi Iudex laicus, num.3. de ſent. excomm. in 6.* & pluribus relatis firmat Maſcardus *concluſ.502.num.1.2.& 10.& concl.504.num.8. & 9.* Craſſus *in prælud. num.224. & ſeq.* Reg. Sanfelic. *deciſ.7.num.9.& deciſ.143.num.7.* & in fortioribus terminis Reg.Merlinus *d.cap.91.* nam ibi aderant litteræ, & teſtimoniales ordinationis Epiſcopi, ſeptem teſtes de viſu, ſeruitium in diuinis, & à gabellis immunitas, & nihilominus fuit deciſum, fori priuilegio gaudere non poſſe. Ratio eſt, quia quando titulus eſt neceſſarius, ſicuti in caſu noſtro, vt cautum eſt *de iure cand. cap.legum 2.quæſt.1. & de iure ciuili, l.ſi qua per calumniam, C.de Epiſc.& Cleric.* poſſeſſio etiam longiſſimi temporis ius non tribuit, Alciat. *præſumpt.4.* Menoch. *lib.6. præſ.76. num.6.* Craſſus *ibidem num.226.* & conſiderat Dominus Merlinus *dicto cap.91. num.27. cum tribus ſeqq.* adiiciens *num.32. & ſeq.* quaſi poſſeſſionem clericatus nihil releuare, vbi de declinanda iudicis ſecularis iuriſdictione agitur, quæ non poſſeſſorij cauſa eſt, ſed pro-
8 prietatis, &c.& *num.34.* ait (ac proinde cum Iudex laicus fundatam habeat in eum intentionem, non ſufficit quaſi poſſeſſio, niſi ex titulo iuſtificetur, & eſt ſolennis deciſio S.C. relata per Capyc. *deciſ.77. num.7.* cuius verba referuntur, & allegantur per Regentem de Ponte *conſil.30. num.31.& num.34.& 35. vol.2.* cui eſt addenda Rota *deciſ.7. ſiue 865. in titulo de matrimonio,* ſed ſic eſt, quòd Illuſtriſſ. Princeps tria illa ritus M.C.V. requirentia non habet, quia nec bullas alicuius clericatus habet, ideò nunquam habuit habitum clericalem, ac tonſuram detulit, nec quartum illud S.C.T. requiſitum habuit, vt ſeruitium alicuius Eccleſiæ; ergo forum declinare non potuit.

9 Nec clericatus probari poteſt per teſtes, vt bene Regens Capyc.Latr. *deciſ.73. num.37.* dum ait, certum enim eſt ex antiqua obſeruantia ordinum collationem debere probari, non per teſtium depoſitiones, ſed per Bullas, quod probatur *in cap.ſi Iudex laicus*, vbi Gloſſa *in verb. Fecerit, de ſentent. excomm. in 6.* niſi vnico tantùm caſu, ſcilicet cum Bullæ ſunt amiſſæ, & ipſe teſtis ordinationi interfuerit, vt longa Doctorum ſerie comprobat Maſcardus *d. concluſ.303. n.1. & 2.* Craſſus *in prælud.num.202.& 206.* Merlinus *cap.91.num.26.* qui ait in puncto fuiſſe deciſum per S.C. vnde ex his manifeſtum amiſſionis collationis tum Eccleſiæ Archiepiſcopalis, tum etiam alicuius alterius particularis per teſtes, igitur ex his Doctoribus præcedere debere probationem caſus amiſſionis Bullarum, & probationis ipſius actus ordinationis: nam niſi illa ſufficiens plena, ac multis veriſimilibus fit, non poteſt ad hanc deueniri, vnde cum nec à principali Illuſtr.Principis, nec ab amiſſione Bullarum fuerit facta probatio, nec allegata, ſed ſolùm ſuper Breuibus factum fundamentum, nihil probatum fuit.

Nec Principem iuuant ad clericatus proba- 10
tionem, fortius declinatoriam obtinendum, quinque Summorum Pontificum Breuia, quæ præſentauit in M.C.V. pro Tribunali ſedente: nam duo primi, nempe Breue Leonis vndecimi in anno 1604. qui commendam ſuper fructibus Monaſterij Sepontini Diœceſis conferens, ita loquitur (Nos dilecto filio Octauiano de Medicis Clerico Florentinæ, ſiue Neapolitanæ Ciuitatis, vel Diœceſis) & Pauli V. in anno 1614. qui 11
penſionis retentionem ſuper eadem commenda ad eius inſtantiam concedens eundem ſimiliter in præfatione Clerici nominauit: nam Breuia illa abſque Regis aſſenſu, & Regio exequatur ſunt in actis præſentata, nec vlla de eis eſt habenda ratio, *per pragm.4.& 5.de citation.* & per ſtylum, & practicam huius Regni. Reſpondeo ſecundò, quòd Summus Pontifex ſimplex admittere voluit clericatus nomen, quod nihil iuuabat tunc temporis, quin non fuit facta aſſertio nec ſuper clericatu, nec ſuper alia dignitate ſuam intentionem principaliter fundando, ſed obiter, & incidenter, & demonſtrationis cauſa, clericatum autem dignitate aliqua inſignitum appellando ſimpliciter Princeps non cenſetur illum facere, vt *in Clem. ſi ſcrutantes, §. ſimiliter, de ſent.excomm. in 6.* & *in Clem.in litteris, de probat. cap.ſi Papa, de priuil.in 6.l.ex hac ſcriptura*, vbi 12
Bart. & Doctores *ff. de donat.* Antonius Gabriel *lib.1.tit.de probat. concluſ.2. num.6.* Luppus *allegat.7. num.6.* nam quando principaliter dubitatur de eo, quod nominatur, diſponitur, vel enuntiatur nominatio, vel enuntiatio Pontificis nullam fidem faciunt, vt bene poſt alios Doctores dicunt Capyc. *deciſ.71. num.2.* Gramm. *deciſ.24. num.22.* Francus *deciſ.357.* Antonius Gabriel *concluſ.4.nun.45.* Genua *lib.1. de verbis enuntiatiuis, quæſt.4. num.2. cum ſeqq.* quod etiam pa- 13
tet, quia quando aduersùs id, quòd Papa ſcribit, adeſt præſumptio ſimplex, iſta nominatio nihil operatur, vt bene Abbas *in cap. nonnulli, §.1. de reſcriptis*, Romanus *conſil.350. col. penult.* Ruinus *conſil.41. col.3. vol.1.* tum etiam patet, quia vera, & communis DD. ſententia in terminandis noſtris Eccleſiarum beneficiis, ſemper attendi debet, quod dicunt Legiſtæ, vt bene Doctores citati, quia verò communis DD. in terminis noſtris ſententia eſt, clericatum minimè probari per Bullam collationis beneficij, vel commendæ, in quo Summus Pontifex nouit illum præfigere, dicendum eſt hunc adiectum, quem vocant, non fuiſſe talem, nec Principem, de quo loquimur vnquam Clericum fuiſſe, vt bene Regens Sanfelic. Craſſus, Rouitus, & alij *vbi ſuprà.*

Quia ergo in caſu noſtro hæc omnia quin- 14
que

que ſimul concurrant : nam non adeſt Regium exequatur , & Leo X I. in ſolo ſui Pronepotis ſubuentionis auxilio , vt commodius ſuſtentari valeat , & Paulus V. ne ex ceſſione huiuſmodi nimium diſpendium patiaris (vt in facto *num....*) fundatur , & principaliter de hac nominatione dubitatur , nempe an Illuſtr. Princeps Clericus nominatus , verè Clericus ſit , & aduersùs eum duæ ſint iuris præſumptiones. Primò, cum nunquam in habitu, & tonſura inceſſerit clericali, vt Bonifacius VIII. conſtituit *in cap. ſi Iudex laicus, §. vltim. de ſent. excomm. in 6.* dicens : Tunc enim reſtituendus non eſt , quouſque fidem de titulo fecerit clericali , cuius eidem probationis onus incumbit , propter præſumptionem, quæ aduersùs ipſum orta eſt , ex delatione laicalis habitus præcedenti , quem Text. in Clerico coniugato procedere tradit S. Rota *deciſ. 40. in antiq.* Petr. Bellug. *in ſpec. Princip. rub. 11. §. videamus, n. 4. ad fin.* Secundò, ex ſententia , quæ aduersùs eum lata , orta eſt, cùm inquiſitus de homicidio , & aliis delictis, clericatum allegans, ab eo excluſus
15 fuit , vt inferiùs dicam , ſequitur concludenter ſimplicem illam clericatus nominationem propter aliud emiſſam , nullam talis ordinationis fidem facere. Præcipuè cum nominatio iſta dubia ſit, & incerta, ea nempe ratione , quia ſuus ipſe proauus Leo X I. ignorare videatur , cuius Clericus eſſet, ſcilicet Neapolitanæ, ſeu Florentinæ Ciuitatis , ſiue Diœceſis (dictio enim ſeu inter diuerſa, & contraria ponitur, vt tradit Barboſ. *de dict. vſufreq. dict. 363. & 375.* ideò cùm verba dubia contra reum interpretanda ſint, *cap. in præſentia 8. de probat.* vbi Gloſſ. *verb. dubium, l. inter ſtipulantem 83. §. 1. ff. de verb. obligat. l. ſi quis intentione, ff. de iudic.* probationem ancipitem , & æquiuocam reddunt, nullámque faciunt, vt conſiderat Gram. *deciſ. 64. num. 16. verſ. Cùm igitur.* Nam verba enuntiatiua, vt aliquam præſumptionem, aut probationem faciant, etiam in antiquis, debent eſſe clara, non verò incerta, & dubia, vt conſuluit Oldrad. *conſil. 262. num. 4.* quem ſequuntur Crauett. *de antiq. temp. part. 1. §. ampliatur, num. 26.* & alij relati à Maſcard. *concl. 106. num. 6.* Genua *lib. 2. de verb. Enunt. q. 1. num. 105.* vnde cùm enuntiatio illa clericatus Illuſtr. Principis à Leone X I. emiſſa, tam de facto proprio, quàm alieno anceps appareat, nullam poteſt probationem inducere, vt in puncto aduertit Gram. *deciſ. 64. n. 12. verſ. Cùm igitur.*

16 Prædictam communem ſententiam , vt effugiat Aduocatus contrarius *in 1. artic verſ. Tamen prædicta* , tria ei opponit. Primò , non eſſe adeò communem, vt contradictores non habeat, quòd ſanè ineuitabile malum, ob varios humani ingenij ſenſus, cum in omnibus iuris quæſt. eueniat, rectè prouiſum eſt à communibus DD. opinionibus in iudicando , & conſulendo non eſſe recedendum, vt pluribus Doctoribus relatis firmat Anton. Marc. Corat. *lib. 2. de communi opin. tit. 8. inſpect. 2. à num. 16. tom. 1. commun.* ſed Doctores, quos allegat non ei contradicunt : nam Bald. *in proœm. decret. num. 23.* Archid. *in cap. nihilominus 3. quæſt. 9.* quos refert Maſcard. *d. concl. 305. num. 15.* & ſi tradant Cardinali dicenti , aliquem eſſe Clericum credendum : tamen, quia hoc minimè diſputando aſſerunt, ſed obiter, & incidenter ſcribunt , nihil nobis. Nam Doctoris opinio non eſt curanda , quando aliquid perfunctoriè, & ſine diſputatione affirmat , vt pluribus DD. relatis comprobat Anton. Gabr. *lib. 1. commun. opin. tit. de teſtib. concl. 5. num. 86.* Surd. *deciſ. 138. num. 9.* & *deciſ. 322. num. 82.* & *deciſ. 327. n. 20.* ſicuti nec de illa Fabius de Anna *ſingul. 408. in fine* , obiter dicentis : & ſi Papa enuntiat quem Clericum, ſine lege, aut d. loquentis, & ideò ei credendum non eſt, vt ait Surd. *deciſ. 335. n. 20.* & *deciſ. 59. num. 8. & 9.* nec Genuæ *lib. 3. de ſcript. priuat. cap. 56. de litt. Apoſt.* quia *in num. 3.* refert opin. Ioan. Andr. *in cap. non licet, de regul. iur. in 6.* quem reprobat Carauit. *in ritu 235. n. 20. verſ. Ego verò.* Prætereà DD. diſputantes de probatione , quam Cardinalis atteſtatio facit , nihil eam iuuare aſſerunt , niſi ad qualem præſumptionem , ſicut cuiuſvis Viri boni , vt ait Maſcard. *concluſ. 269. num. 6.* niſi quando eſt legatus à latere , & tunc non eam admittunt, niſi in his tantùm , quæ ad ſuam legationem pertinent, & quæ veniunt in generali commiſſione , vt videre licet apud Anton. Gabr. *lib. 1. commun. tit. de probat. concluſ. 3. per totum* , latè Maſcard. *concluſ. 140. 268. & 269.*

17 Secundò , opponit quorundam DD. opinionem, quos referunt Anton. Gabr. *lib. 1. com. concluſ. tit. de probat. concl. 2. num. 49.* Maſcard. *concluſ. 139. num. 21. & concl. 622. num. 11. & concluſ. 1233. num. 74. & 75.* & Carol. de Graſſ. *in dict. prælud. num. 200.* dicentium, quòd, licèt dict. Anchar. & aliorum ſententia *ſuprà* relata *num. 27.* veriſſima ſit, nihilominus eiuſmodi clericatus enuntiatio, aut nominatio à Summo Pontifice facta, talem pro nominato præſumptionem inducit , vt onus probandi contrarium in aduerſarium transferat. Nam contrariam ſententiam, vt veriorem, communem , & in Romana Curia ſeruatam, amplexi ſunt plures alij Doctores, quos citat, ac ſequitur Anton. Gabr. *d. concl. 2. num. 50.* dicens (magis communem eſſe) Maſcard. *d. concluſ. 139. num. 22.* & Dom. Reg. Sanfelic. *dict. deciſ. 243. num. 3.* reprobans Carolum de Graſſis, quia cùm negatiua clericatus eo ipſo probata ſit, quod contrarium non probetur, Boër. *dec. 171. num. 181. verſ. Sed quomodo probatur*, Pacian. *in tract. cui incumbat onus proban. negan. lib. 2. cap. 34. num. 72.* & copiosè ipſe Graſſ. *in dict. prælud. num. 193. cum 3. ſeqq.* hoc ſufficit, vt ab eo, qui in clericatus exceptione fundatur , probandus ſit clericatus, cùm omnes laici naſcantur, vt conſiderant D. Sanfelic. *ibid. num. 4.* latè idem Graſſ. *ibid. num. 184. cum quiſque numeris ſeqq.* Prætereà ipſemet Carol. de Graſſ. *in num. 22.* limitat primam illam opinionem, vt non procedat, quando ille , qui clericatum opponit , nihil aliud ad eius verificationem adducit , quàm ſimplicem illam Pontificis nominationem per verba enuntiatiua; & ab omnibus pro laico ſemper habitus , ac reputatus fuit (vt in caſu noſtro :) nam tunc nullum effectum producere valent aſſertio , aut nominatio Pontificis, allegans Carauit. *in d. rit. 235. num. 10.* cùm præſumptio aduersùs eum orta ſit ex delatione habitus laicalis præcedenti , vti *ex d. cap. ſi Iudex laicus , §. vlt. de ſent. excomm. in 6.* dictum eſt *ſuprà, n. 30.*

18 Tertiò, opponit communem illam opinionem procedere, vel in ſimplici Summ. Pont. clericatus aſſertione; vel quando ad partis ſupplicationem beneficium concedens, aliquem Clericum nominauit : ſecùs verò quando motu proprio commendam nobis ſufficeret, nullis iuribus , nec auctoritatibus ab eo confirmatam eſſe , tamen vt omnis ceſſet ſcrupulus , eam elucidabo. Licèt enim controuerſum ſit, an verba enuntiatiua, vel aſſertiua Summi Pontificis de facto alieno probationem faciant ? in qua quæſtione Gloſſ. *in*

Clem. literis, verb. feciſſe narramus, de probat. tradit, præſumptionem tantummodò facere, donec contrarium probetur: idem affirmarunt plures DD. quos refert Ant. Gabr. *d. concl. 2. num. 60.* contrarium tamen ſcripſerunt Calder. Oldrad. Butr. Domi. & Aret. relati ab Anton. Gabr. *ibid. n. 61.* Maſcard. *concl. 1253. num. 52. 53. & 79.* Gen. *lib. 2. de verb. enunt. quæſt. 2. num. 32.* Sed Lapus *allegat. 7. num. item 7. verſ. Quod fortè ſatis probabiliter*; vt eos in concordiam reducat diſtinguens ait; opin. Gloſſæ procedere, quando S. Pontifex motu proprio aliquid concedit: Calderini verò ſententiam intelligendam eſſe, cùm ad patris petitionem indulget, *cap. ſi motu proprio 25. de præb. in 6.* quam diſtinctionem refert Aret. *conſ. 23. num. 9.* & alij relati à Gramm. *deciſ. 64. num. 15. & 14.* Maſcard. *vbi proximè num. 62. & 80.* & licèt Lapum non referat, ſequitur Genu. *lib. 2. de verb. enunt. quæſt. 2. num. 34.*

19 Sed iſta Lapi diſtinctio nihil nobis obſtat, quia non ſumus in his terminis de verbis enunciatiuis, aut narratiuis, ſed tantùm in ſimplici clericatus nominatione, vt oſtenſum eſt *ſuprà, num. 29.* & quia idem ipſi DD. qui eam concluſionem ſcripſerunt, nempe Lap. *ibid.* Grammat. *d. deciſ. 64. num. 13. & 14.* Crauett. *de antiq. temp. part. 1. in princ. num. 10.* & plures alij DD. quos referunt Maſcard. *d. concl. 622. num. 4. & d. concl. 1234. num. 62. & 80.* & Barboſ. *lib. 1. iur. Eccleſ. vniuerſ. cap. 2. num. 209.* eamdem ſtatim ſic intelligunt, ac limitant, vt ita demum procedat, ſi ſuper eis ſummus Pontifex innititur, ac fundatur, tanquam informatus de facti veritate, ex certa ſcientia his, aut ſimilibus verbis vtens. At in caſu noſtro nec innititur Leo XI. nec fundatur in clericatus verificatione, ſed in ſui pronepotis ſubuentione, vt patet *ex clauſula ſuprà, relata num. 30.* nec vtitur verbis, hanc clericatus notitiam, & ſcientiam denotantibus, ſed potiùs dubiis ſimplicibus, ac obſcuris, vt ponderaui ſuprà, ergo nullam probationem inducunt. Prætereà eam etiam limitant præcitati DD. vt non procedat, niſi enunciatiua, vel narratiua illa verba emiſſa ſint de facto alieno coram ſe geſto, quia aliàs indiſtinctè, ſiue ad partis poſtulationem, ſiue motu proprio prolata, nullam fidem faciunt, vt ex Aret. *conſ. 23. col. 3. verſ. eſt enim ſciendum*, tradunt Gramm. *ibid. n. 15. & 16.* Crauett. *d. num. 10. verſ. ſed intellige*, Maſcard. *d. conſ. 622. num. 5.* ſed iſte prætenſus Illuſtris Principis clericatus in facto alieno conſiſtit, vt eſt per ſe notum: quia multis ab hinc annis ſummi Pontifices minimè ordinationes faciunt, vt dicam infrà; ergò minimè prædicta verba motus proprij Leonis XI. eius clericatum probant, ſed nec illa diſtinctio fuit Lapi de Caſtiglionchio, ſed alterius Lapi Abbatis ſancti Miniati, qui ſcripſit ſuper corpore iuris canonici, vt aſſerit Mandoſ. *in præfat. ad eius addit.* cuius opinionem referens, eam minimè ſequitur Lapus, vt conſtat *ex illis verbis, num. 7. in fin. & 8.* ſed locutus eſt ſub dubio fortè: aliàs enim plures Gloſſ. ordinariæ eſſent ſublatæ, & maximè Gloſ. *in d. c. nonnulli, de reſcript. & clem. literis*, & quod ibi DD. ſcripſerunt, eò quia motus proprius Papæ non probat, non inducit diſpenſationem, non tollit defectum perſonæ, ſed ſolius ſurreptionis, vbi pluribus confirmat Mandoſ. *in addit. litt. H, & I.*

20 Nec generaliter verum eſt, quod aſſerit *in d. 1. art. 5. verſicul. 3.* reſpondetur, Papæ verbis ſtandum, & credendum eſſe, *vt in Clem. litteris, de probat.* Nam ille Text. non ſic indiſtinctè accipiendus eſt, cum plures habeat intellectus, & limitationes, de quibus latè agunt DD. ſtatim referendi: inter quas illa præcipua in noſtris terminis eſt, quòd vbi agitur de graui alterius præiudicio, verba enunciatiua, vel narratiua Pontificis, aut Regis, nullam in eius damnum fidem faciunt, ſed plena probatio neceſſaria eſt, vt tradunt plures DD. quos allegat in terminis Gram. *deciſ. 103. num. 228. & ſeq.* aſſerens *d. Clem. litteris de probat.* minimè habere locum in graue tertij præiudicium, & alij innumeri congeſti ab Ant. Gabr. *d. concl. 2. num. 28.* Maſcard. *concl. 139. num. 14.* Nicol. à Genu. *lib. 2. de verb. enunt. quæſt. 2. num. 20.* vt in caſu noſtro; nam ſi per ſola verba *ſuprà num....* relata Leonis XI. & Pauli V. Ill. Princeps tanquam clericus, ad iudicium Eccleſiaſticum remitteretur, 30. ducat. mill. amitterem; quia cùm in eo Bulla Pij V. circa formam creandi cenſus obſeruetur, quæ in hoc Regno recepta non eſt, (vt infrà oſtendam) proculdubio ſuccumberem: vltra moras, & impendia trium ſententiarum conformium, quæ à me ſpectandæ, ac tolerandæ eſſent. Præterea cùm in caſu noſtro agatur de fori Regalis declinatione, quæ grauiſſimi, & enormis præiudicij res eſt, vt ſatis conſtat, & tenent Bald. & Albert. poſt Cyn. *in d. l. ſi qua per calumniam 22. C. de Epiſc. & Cler.* pleniſſimè clericatus probari debet, vt in terminis tradunt Couar. *pract. quæſt. cap. 33. num. 3.* Farinac. *in praxi crimin. tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 43. in fin.* & plures DD. refert Viu. *deciſ. 512. n. 14. part. 4.* D. Reg. Sanfelic. *deciſ. 7. num. 7. & deciſ. 143. num. 7.* D. Reg. Merlin. *d. contron. 91. num. 23. 29. & 30. centur. 2.* nam ſi Ill. Princeps tanquam clericus coniugatus ad iudicem Eccleſiaſticum ob inſtrumenti liquidationem remitteretur, omnes ferè in hoc Regno eius exemplo ad eludendos ſuos creditores clericatum aſſumerent, Regium fiſcum in pœnis liquidationis fraudarent, ſæculare iudicium fileret, Eccleſiaſticum verò magna cauſarum frequentia ſtreperet.

Nec ad caſum noſtrum applicari poteſt con- 21
cluſio illa, quam refert *in verſic. & quòd narratiua, & verſ. quæ iuris concluſio*, ſcilicet Papæ atteſtanti de ſuo proprio facto, & coram ſe geſto ſtandum, & credendum eſſe. Quia cum ex præced. Leonis XI. Breui minimè appareat, ipſum vel alium Epiſcopum coram ſe, vel ſimul cum ipſo aliquem Eccleſiaſticum ordinem Ill. Principi contuliſſe, ſed tantum ſimpliciter eum clericum nominaſſe: ſequitur euidenter ſuperuacaneum eſſe, illam DD. concluſionem adducere; Nec certum eſſe quod ait *in verſ. tertiò reſpondetur.* Ipſum propriis manibus ordinaſſe, ex quo erat eius pronepos, quia hoc ex dicto proprio motu haud conſtat, & ſummi Pontifices multis ab hinc annis nullas ipſi ordinationes faciunt, ſed moris, & ſtyli Romanæ Curiæ eſt, Cardinalem Vicarium, aut Vicegerentem eas conferre, vt eſt notorium, multóque minus verum eſſe, quod ait *in d. verſ. quæ iuris concluſio, in fin.* motu proprio eum ordinaſſe clericum nominando, & ſibi ipſi contrarius eſt: quia modò ait, eum ſuis manibus ordinaſſe, modò eum clericum effeciſſe, clericum nominando, cùm certi iuris ſit, ordinis Sacramentum ſolo verbo conferri non poſſe, quia cùm in materia, & forma conſiſtat (ſicut alia omnia Sacramenta) pro libito variari non poteſt, ſalua eius ſubſtantia, vt ait Sacr. Conc. Trid.

ſeſſ.

sess.21. cap.2. & in puncto pluribus rationibus tradit August. Barbos. *lib.1. iur. Eccles. vniuers. cap.34. num.21.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus vxoratus etiam cum vidua gaudet fori priuilegio, si habeat militiam, &c.*
2 *Clericus miles lauretanus gaudet fori priuilegio.*
3 *Pensio an possit retineri post matrimonium factum.*
4 *Bigamia interpretatiua quæ sit.*
5 *Dispensatus ad vxorem, & non ad habitum, an gaudeat Clericatu.*
6 *Dispensatus, vt retineat pensionem, an gaudeat Clericatu.*
7 *Clericatus priuilegia qualiter conseruentur.*
8 *Pensio an sit Ecclesiastica, an laicalis.*
9 *Decisiones Rotæ, qualiter pensionem appellent.*
10 *Clericus quando possit obtinere pensionem, & foro gaudere.*
11 *Commenda quando in beneficium Ecclesiasticum concedatur à Papa.*
12 *Laici an sint capaces pensionis, & quando.*
13 *Milites Iesu Christi licèt vxorati, sunt capaces pensionis.*

QVARTA CONCLVSIO.

1 SEd dato, & non concesso, quòd per dicta verba enunciatiua motus proprij Leonis XI. & Breuis Pauli V. reseruationis pensionis probaretur Clericatus Illustr. Principis, cum posteà vxorem duxerit, & viduam, die 20. Septembris anno 1624. vt constat *ex capitulis matrimonialibus in processu S. C, fol. 176. à terg.* fori priuilegium, ac pensionem amisit *cap.1. 2. & 3. cap. diuersis 5. cap. Ioannes 7. & cap. ex parte 9. de Cler. coniug. Dom. Episc.* Maranta *d. resp. 76. à num. 6. cum 3. sequentibus, part.4.* Nec ei fori priuilegium conseruarunt tres Breues Vrbani VIII. non primus, sub die 17. Februarij 1624. *vt in facto num....* continens dispensationem retinendi pensionem annuam plastrarum floren. 1200. quamvis vnicam, & virginem duxerit vxorem, siue etiam viduam, modo tamen honesto, ac decenti habitu indutus incederet? dispensando etiam cum eo, quoad constitutionem Sixti Papæ V. incip. cùm sacrosancta, de habitu, & tonsura Clericali à pensionariis deferendis, quam refert Quaranta *in summ. Bullar. verb. habitus Clericalis.* Et tamen lege, seu conditione, vt omnino ordinem aliquem militarem susciperet, & intra annum in eo legitimam professionem emitteret. Multo minus secundus, & tertius ann. 1624. & 1625. *in facto, num.14. & 15.* quibus ei facultatem concedit, ordinem aliquem militarem suscipere. Quod dictus Princeps fecit mense Augusti 1625. in ordinem Lusitanum Iesu Christi sub regula S. Augustini coram Eminentiss. Card. Carafa olim Archiep. Neap. ingrediens, ac in eius manibus professionem faciens *in facto num....* desinit proinde Clericum coniugatum agere (dato, & non concesso, quod Clericus an eà fuisset) dictoque ordini se addixit. Discessit ergò à Clericatu coniugali, non ergò Clericus est coniugatus, sed Miles ordinis
2 Iesu Christi: ergò nec frui poterit fori, & Canonis priuilegiis. Eo enim ipso, quòd Clericus efficitur miles, vel vxorem duxit, Clericatus priuilegium amisit, Gloss. *in cap. quisquis verb. arma, in fin. 17. quæst. 4. cap. quisquis 84. dist.* Dom. Reg. Hect. Capyc. Latr. *decis. 45. num. 32.* & ita arguit d. Episc. Maranta *d. resp. 76. num. 13. & 14.*

Quod profectò ex eo manifestè probatur; nam 3
duplex Illustr. Princeps impedimentum habebat (dato, & non concesso, quod Clericus eo tempore fuerit) ad retinendam pensionem cum vxorem duceret, Clericatus scilicet, quia Clericus ob simplex matrimonium contractum, etiam cum virgine, incapax est pensionis, Rota *decis. 12. num. 27. & decis. 50. n. 19. tom. 5. in recent. part. 1. & decis. 450. num. 5. & 6. in 2. part.* apud Rub. Rota apud Buratt. *decis. 86.* vbi Ferent. *in addit. litt. G, tom. 1. & decis. 791. num. 1.* vbi etiam Ferent. *num. 7. & 8. tom. 3.* Et Bigamiæ, vt viduam ducere posset, ex quo in Bigamiam, quam 4
interpretatiuam vocant, inciderat; per quam omni priuilegio Clericali nudatus remansit, *c. 1. de bigam. in 6.* Et insuper circa requisita, vt fori priuilegio gaudere possit, duo etiam ei oberant; nempè quòd nec habitum Clericalem, nec tonsuram deferebat; nec alicui Ecclesiæ de Episcopi mandato deseruiebat: in vno eorum dispensauit Vrbanus VIII. nempè vt retineret pensionem, etiam si tonsuram, & habitum Clericalem non asportaret: non vtique in altero, vt Clericum Bigamum ageret, & nullum Ecclesiæ seruitium exhiberet, vt constat ex dictis Breuibus. Sed quot sunt impedimenta, tot dispensationes requiruntur; aliàs vno remoto, aliud remanet, *cap. ex tuarum 5. de author. & vsu pall. cap. Pastoralis, de priuil.* Geminian. *cons. 32. num. 8.* Puteus *dec. 169. in fin. lib. 2.* Rota apud Ludouis. *dec. 87. num. 6.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 13. à num. 97.* Ergo, etsi Clericatum habuisset Illust. Princep, s cum eum per matrimonium amiserit; quantumvis dispensatum cum eo fuerit, vt pensionem retineret, matrimonio non obstante, etiam cum vidua: non tamen fuit dispensatum, vt Clericum ageret coniugatum cum vidua. Et rursùs quam- 5
vis dispensatum fuit cum eo, vt absque habitu, & tonsura incederet, minimè fuit dispensatum, vt ab alicuius Ecclesiæ seruitio eximeretur. Nam si cum eo dispensare voluisset Vrbanus VIII. vt Clericus coniugatus remaneret, etiamsi cum habitu, & tonsura non incederet, necessarium erat, vt sicut dispensauit d. Constitutionem Sixti V. ità etiam dispensaret Bonifacij VIII. Constitutionem *in d. cap. vnic. de Cler. coniugat. in 6.* & Decretum Sacr. Conc. Trident. *sess. 23. cap. 6.* vt in hac ipsa retinendæ pensionis materia confiderat Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 397. n. 35. cum seqq.* & in casu nostro concludit d. Episc. Maranta *d. resp. 76. à num. 45. vsque ad fin. part. 4.* & ante perpendit *ex num. 23. vsque ad 30.* Quod sanè cum non fecerit, nec in dictis Breuibus dispensationis retinendæ ab Illust. Principe pensionis inueniatur, nec legatur; certum, indubitatumque redditur, minimè eum clericatus priuilegium habere. Nam qualitas gratiæ declaratiu ex derogatione obstantium, Bald. *in l. eam, quam, num. 36. c. de fideicom.* Rot. *decis. 450. num. 32. part. 5. tom. 2 in recent.* apud Rub. Ad quid enim necessarium erat, vt intra annum militiæ habitum susciperet, vt pensionem retineret, si hoc præstare ei potuisset clericatum conseruando.

Igitur nec Vrbanus VIII. cum eo dispensa- 6
uit, vt retineret pensionem, tanquam clericus coniugatus, nec ei clericatum, atque eius priuilegia conseruauit: quod ex eo clarè apparet, quia

hoc non expreſſit, vt comprobat D. Maranta *d. reſp. 76. à num. 18. vſque ad 22.* nec dictas literas, ſeù Breues inſcripſerit, nominando eum clericum (nam ex inſcriptione mens diſponentis colligitur, vt in terminis conſiderat Rota *d. deciſ. 450. num. 28. part. 5. tom. 2.* apud Rubeum *in recent.*) nec vllam mei clericatus mentionem fecerit, nec eum enunciatiuè clericum nominauerit, vt liquet *ex facto, num. 14. & 15.* Ergo ex dictis indultis euidenter conſtat, Vrbanum VIII. Ill. Principis perſonam, ac ordinem militarem conſideraſſe, non verò eius clericatum; eumque, vt laicum, ac militem reſpexiſſe: ſi enim, vt clericum conſideraſſet, ſupervacaneum erat, verba illa adiicere. Quique ad meliorem vitæ frugem in militia Ieſu Chriſti ſub regula S. Auguſtini, &c. *in Breui ſuſcipiendæ militiæ, in facto, n. 15.* ſubſungens (ſupplicationibus tuo nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, &c.) Et inſuper illam conditionem, ſeu maius onus imponere *in Breui retinendæ penſionis, ibidem, num. 14.* Dummodo tamen intra annum proximum habitum alicuius Regularis militiæ omnino ſuſcipias, in eoque tempore debito ſolenniter profitearis: ſiquidem hæc omnia habere poterat, ſi clericus eſſet. Quæ ſanè ſunt eadem, & formalia verba, quibus Rot. Rom. mota fuit, in Mediolanen. penſionis apud Card. Manticam *deciſ. 104.* In noſtris propriis terminis ad decidendum huiuſmodi literas Apoſtolicas diſpenſationis retinendæ penſionis, Io. Franc. Sanſercerino conceſſas, incipienti Deo famulari in militia S. Iacobi de Spata, atque in ea profiteri; vt militi, non vt Clerico fuiſſe largitas. ſubiungens *n. 2. & 3.* Proinde ex his indultis Domini cenſuerunt, ſatis liquere, ex intuitu militiæ fuiſſe conceſſa, cùm hæc cauſa in proœmio fuerit expreſſa, *l. 1. ff. de hæred. inſtit. & n. 4.* Nec enim apparet prædictos Summos Pontifices ex aliis cauſis fuiſſe inductos ad concedendum huiuſmodi facultates. Item quia hæc priuilegia aliis, quàm militibus concedi non ſolent, & ea, in quibus Papa ſe difficilem reddere conſueuit non intelligitur conceſſiſſe, Ioan. Monach. *in cap. 1. num. 1. de fil. præsbyt. in 6.*

7 Præterea cùm in huiuſmodi indultis Apoſtolicis non clericatus, ſed alicuius perſona tantùm conſideratur, certi iuris eſt, & à Romana Curia obſeruatum, clericatus priuilegia minimè conſeruari, etiamſi in eis clericus nominetur, vt in terminis aſſerit Rota in celebri illa deciſione cæſarauguſtana penſionis ſibi coram Cardinali Ludouiſio, poſteà Gregorio XV. die 1. Iulij 1611. in cauſa Petri Ximenez de Morillo clerico, cui ſimile in omnibus, huic de quo agimus, & per eadem ferè verba, Clemens VIII. indultum conceſſerat, vt poſſet retinere penſionem, etiamſi matrimonium cum quacunque muliere nullo ſibi iure prohibita contraxerit, & etiam ſi abſque tonſura, & habitu incederet clericali vbi *num. 7. & 8.* ait: propterea dixit (nullo ſibi iure prohibita) verbum enim illud (ſibi) quod perſonalitatem denotat, *lib. 2.* vbi Gloſſ. *verb. ſibi, C. de præſcript. 30* innuit, quòd Papa conſiderauit eius perſonam, non clericatum: aliàs dixiſſet (nullo iure clericis prohibita) vel ſimpliciter (nullo iure prohibita) deinde reſpondet illi obiectioni, quòd in Breui diſpenſationis nominauerit eum clericum, dicens: Non obſtat, quòd Papa conceſſerit indultum Petro, vti clerico, quia hoc factum fuit demonſtratiuè, non limitatiuè, quod ſemper præſumendum eſt, *l. fin. §. Titia, ff. de liber. legat.* Bart. *in l. centurio, ff. de vulg.* Aim. *conſ. 301. num. 5.* & licèt conſideraſſet eum, vti clericum, hoc fuit, quia noluit, quòd frueretur penſione, niſi eſſet clericus, *& num. vlt. in fin.* ibi: Nam quòd Papa non habuerit præ oculis priuilegium clericale, probatur ex eo, quod diſpenſauit cum eo, vt retinere poſſet penſionem, & non incederet in habitu clericali; idem antea deciſum fuit in eadem cauſa coram Card. Lancellotto 18. Iun. 1610. vt referunt Io. Bapt. Marchelan. *in tr. commiſſionum. part. 1. tit. de commiſſ. appell. in cauſa penſion. §. 2. dec. 46. pag. 641.* dominic. Picus poſt comment. ſtatuti Vrbis *155. deciſ. 2.* & Farinac. poſt *2. vol. conſil. deciſ. 293.* dicentes: licèt autem per contractum matrimonij cum vidua amittatur priuilegium clericatus, tamen Papa non habuit in conſideratione huiuſmodi amiſſionem. Quod patet ex eo, quia voluit Petrum retinere penſionem, non obſtante, quod non incederet in habitu, & tonſura; quo caſu non gaudet priuilegio clericatus, *vt in cap. 6. ſeſſ. 23.* Concil. Trident. Et ideò quid- 8
quid ſit quando penſio datur ratione clericatus, *vt in deciſ.* Putei *459. lib. 2.* & quando quis non habet ordinem clericalem, quo caſu procedit deciſio coram d. meo Decano: ſecus eſt, quando quis eſt Clericus, licèt priuilegium Clericatus amiſerit, &c. & quando in facultate retinendi penſiones non conſideratur, quòd gaudeat priuilegio clericali. Et ſic etiam tollitur, quod dicitur, Papam appellaſſe Petrum clericum, quia vltra quod ſtat demonſtratiuè, non reſtrictiuè, verum eſt, quòd Petrus eſt clericus, licèt priuilegia clericatus non habeat. Hinc fuit in terminis deciſum in Zerulen. penſionis coram Pœnia; quòd diſpenſatio acquirendi, aut retinendi penſionem, non obſtante matrimonio, non ſupplet defectum clericatus, ſed ſolùm tollit obſtaculum matrimonij, vt refert Beltraminus *in addit. ad Ludouiſ. dec. 87. litt. B, num. 6.* Sed ſic eſt, quòd in dictis indultis Vrbanus VIII. Illuſt. Principis clericatum minimè conſideranit, cùm in eis nullam clericatus mentionem fecerit, nec eum clericum nominauit: ſed perſonam tantùm, eum, vti militem reſpiciens, ob militarem ab eo ſuſcipiendum, ſub cuius conditione cum eo diſpenſauit; & per eademmet verba quibus Clem. VIII. cum dicto Petro Ximenez *in dd. dec.* Ludou. & Lancell. diſpẽſauit, vt penſionem poſſet retinere, dicens: vt etiamſi contigat (ſic) matrimonium cum quacunque muliere, etiam vidua, vnica tamen, nullo aliàs (tibi) iure prohibita, contrahere, vt *in facto num...* ac etiam habitum, & tonſuram, quam penſionarij deferre debent, ei remittens. Sequitur euidenter, quòd ſicut per hæc omnia fundamenta, deciſum fuit *in dd. dec.* Ludou. & Lancell dictum Petrum Ximenez, & ſi clericum nominatum in indulto retinendæ penſionis, clericatus priuilegia non habere *ex d. c. 6 ſeſſ. 25.* Conc. Trid. ita maiori cum cauſa in caſu noſtro indicandum eſt, Ill. Principem minimè clericum in dictis indultis nominatum, clericatus priuilegiis, (& ſi clericus eſſet, quod non conſtat ex dictis *ſup. num....*) ob bigamiam nudatum, nempe fori, & canonis, ſæcularem iuriſdictionem declinare non poſſe.

Hoc certè in propriis terminis confirmant 9
tres illæ conformes, ac celebres Sacræ Rotæ Romanæ deciſiones in vna, & eadem cauſa Ferrarien. penſionis Remboldo, nempè *deciſ. 12. & 50.* quæ habentur *in 5. part. recent. tom. 1. & deciſ. 450. tom. 2.* apud Rubeum, inter Card. de Ferrara, & Principem Perettum, quæ in indiuiduo caſum noſtrum determinant: qui cùm eſſet

clericus

clericus primæ tonsuræ, licet ob bigamiam ab ipso contractam, remanserat omni priuilegio nudatus, *cap. vnic. de bigam. in 6.* ac etiam retinendæ pensionis incapax factus ob stylum, & obseruantiam Curiæ Romanæ Clericis tantùm eas concedentem, Gigans *de pens. quæst. 54. & d. decis. 450. num. 4. 5. & 6.* quia tamen character non ei fuit ob bigamiam deletus, Rota apud Ludouis. *d. decis. 516. num. 9.* & apud Picum *d. decis. 2. num. 13. & 14.* ideóque inter Ecclesiasticas personas largo modo, & respectu laicorum, & subiectæ pensionis materiæ numerandus, secundùm canonistarum com. opin. (licet Theologi contrarium sentiant) de qua *in d. decis. 12. à num. 2. & decis. 50. num. 2. & 3. decis. 450. num. 7.* Ferentill. *in addit. ad Burat. decis. 791. à num. 19. vsque ad fin. tom. 2.* ad illum tantùm effectum retinendæ pensionis, ad quem non requiritur, vt sit de foro Ecclesiæ, ita vt gaudeat omnibus clericorum priuilegiis (potest enim stare insimul, quod quis sit clericus, & propter aliquod impedimentum non gaudeat priuilegiis clericorum, nec propterea desinit esse clericus, Abb. *in cap. 1. num. 6. de vita, & honest. cleric.* vt traditur *in d. decis. 12. num. 7. & d. decis. 450. num. 8.* Barbos. *lib. 1. iur. Eccles. vniuers. cap. 39. §. 2. num. 70.*) sed sufficit, quòd possit gaudere aliquo priuilegio clericatus, vt est iste
10 retinendæ pensionis, mediante summi Pontificis dispensatione super hoc insistente, vt *in d. decis. 12. num. 8. cum seqq. & num. 15. cum seqq.* licet non gaudeat, nec fori, nec Canonis priuilegio: nam in his habetur, vt merè laicus, vt expressè perpensum est *in dd. tribus decis.* siquidem *in d. decis. 12. num. 19.* & *in d. decis. 50. num. 29.* expressè dicitur. Non obstat, quod Princeps non gaudeat priuilegio fori, & aliis priuilegiis, seu effectibus clericatus, quia sufficit, quòd sit dispensatus pro pensionibus: nam in hoc casu dispensationis retinet Princeps clericatum illæsum, Turrecrem. *in cap. quisquis, in princip. vers. Nisi cum tali dispensetur, & ibi Præpositus, vers. Tamen si corrigantur,* & Geminian. *distinct. 84.* & *in d. decis. 450. num. 37. in fine, & num. 38.* similiter declaratur. Nec obstat, quòd non fuit Clericus, quoad omnes effectus clericatus, quia sufficit, quod fuerit Clericus ad effectum obtinendi pensionis. Et paulò post: qualis oportet, vt sit inspecto stylo, & obseruantia Curiæ ad effectum, vt possit obtinere pensiones, iuxta tradita per Doctorum, *in cap. quoniam Abb.* vbi *decis. num. 4.* Abb. *num. 8. de offic. deleg. &c.* licèt quoad alios effectus esset laicus, & omni alio priuilegio Clericorum denudatus, prout passim videmus, quod sub eadem, vel simili forma dispensatis, assignantur pensiones, tanquam Clericis, ne vnquam fit mentio retentionis dicti priuilegij, &c. vt ait etiam *d. decis. 12. num. 30.* ergo eadem ratione, & modo, quando Illustr. Octaiani Princeps Clericus esset (quod negamus) licet habeat clericatum illæsum, quoad vnum effectum retinendæ pensionis, quoad alios verò nempe fori, & Canonis, vt merè laicus habendus est.

11 Denique cùm nec à principio dicta commenda à Leone X. Illustr. Principi fuerit concessa in beneficium Ecclesiasticum, nec pro seruitio, aut ministerio spirituali, sed tanquam suo pronepoti in facto *num.*... nec postea in Breui resignationis in facto *num.*... à Paulo V. in beneficium fuerit reseruata, sed ne ex cessione huiusmodi dispendium patiaris, alicuius subuentionis auxilio prouidere, &c. nec etiam in dispensatione retinendæ pensionis ab Vrbano VIII. ob matrimonium, & bigamiam contractam, declaratum, vt Clerico coniugato fuisse reseruatam, sed vt militi alicuius ordinis militaris suscipiendæ, *vt suprà, à num....* Euidenter constat, vt laicum, & à principio dictam commendam habuisse, & nunc pensionem retinere. Nam etiam merè laici capaces sunt pensionum, quando non conferuntur in titulum, vt tradit Gigans *de pensionibus, q. 21. etiam illegitimi,* idem *quæst. 17. & vxorati, q. 54.* Rota *in dict. decis. 50. num. 22. tom. 5. in recent. part. 1.* & *decis. 450. num. 3. part. 2.* apud Rub. Terent. ad Burat. *decis. 791. num. 5. littera A, tom. 3.* Quia etsi pensiones exigendi ius, rei spirituali annexum videatur, beneficio, scilicet Ecclesiastico: tamen vt temporale, seu profanum cõsideratur, quatenus in ipsa solùm fructuum perceptione consistit, Gigans *quæst. 99. num. 7.* quem sequitur Grilenzon. *consil. 3. num. 1. 2. & 3.* separatum, & formaliter de per se distinctum ab ipso beneficio, vt dicit Rota *decis. 425. num. 2. vol. 1. in nouiss.* Cæs. de Grass. *decis. 3. num. 8.* Gratian. *quæst. forens. part. 1. quæst. 347. num. 13.* Garsia plures referens *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 7. & 49.* Dom. Episc. Maranta *d. resp. 76. num. 30. vsque ad 42.* Quomodo reseruatur militibus ordinum militantium, vt de Lauretanis tradit Rota apud Ludouis. *decis. 18. & 20.* & apud Coccin. *decis. 299. num. 3.* & apud Rub. *decis. 539. part. 5. recent. tom. 2.* Card. Tolet. *lib. 5. instruct. Sacerdot. cap. 83. num. 1. & 2.* & *de Equitibus S. Iacobi de Spata,* eadem Rota apud Cardin. Mantic. *dict. decis. 104.* & de omnibus aliis, nempe Sancti Stephani Equitis Pij, Sancti Mauricij, & Sancti Lazari, Terent. *ad d. decis. 791. num. 15. cum trib. cum seqq.* & in genere Thom. Sanchez *lib. 6. de matrimonio, disp. 44. num. 8.* resoluens in terminis cum Flamin. Paris. *lib. 3. de resign. benefic. quæst. 2. à num. 115. vsque ad n. 120.* hos milites nec Religiosos, nec Regulares esse, & plures referens Garsia *d. part. 1. cap. 4. num. 17. cum quatuor seqq.* & Carleual. *lib. 1. de iudic. disp. 2. quæst. 6. sect. 3. num. 413.* cum isti milites fori priuilegio non gaudeant, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, & ita obseruari in Regno Siciliæ refert Carol. de Grass. *de effectib. Cleric. effect. 1. num. 116.* & in hoc Regno Neapol. Carleual. *d. sect. 3. n. 438.* August. Barbos. *lib. 1. iur. Eccles. vniuers. cap. 39. §. 2. num. 46.* quia sua priuilegia in his Regnis exequatur Regium non habent.

Ex quibus manifestè conuincitur corruere 13
omnia, quæ scribit Aduocat. contrar. *in vers. Circa secundum articulum,* dicitur, cùm isti Breues dispensationis Illustr. Principi, non vti Clerico, sed vti militi Iesu Christi concessi fuerint, clericatus priuilegium (& si de clericatu constaret, quod non constat) minimè ei conseruare potuerunt. Præterea si ipsemet fatetur, quòd per Sac. Concil. Trident. *sess. 23. cap. 6.* disponitur, quod Clericus coniugatus ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori, debeat incedere in habitu, & tonsura, vnicam, & Virginem ducere in vxorem, & in diuinis seruire, &c. Breue illud Vrbani VIII. in quo fundatur, solùm dispensationem super duobus primis ei concedat, vt apparet ex facto *n.*... scilicet circa habitum, & tonsuram, & vt viduam ducere posset: sequitur concludenter, tertium illud requisitum de seruitio in diuinis ei deficere, & ideò non posse fori priuilegio gaudere ex eademmet S. Conc. Trid. dispositione, quam pro se incautè allegat, vt dictum est *suprà, n.*...

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Initium contractus obligatorius attenditur in Clerico.*
2 *Reſcriptum ſubreptitium, vel obreptitium qualiter.*
3 *Clericus coniugatus exutus veſtibus amiſit omnia priuilegia.*
4 *Clericus coniugatus per habitus reaſſumptionem, an gaudeat fori priuilegio.*
5 *Clericus coniugatus de facto reaſſumens habitum, gaudet foro.*
6 *Bulla clericatus qualiter præſententur.*
7 *Delicti commiſſi tempus, an verò initium attendi debeat.*

QVINTA CONCLVSIO.

1 ILlud etiam fundamentum ruit, quod aſtruere vult, *in verſ. Circa tertium articulum*, dictum Principem die 4. Februarij 1621. quo iſte contractus celebratus *in facto num.*...Clericum fuiſſe, & quatenus per matrimonium cum vidua contractum fori priuilegium amitteret, adhuc ad Eccleſiaſticum iudicem remittendum, cùm contractæ obligationis initium, & commiſſi delicti tempus attendi debeat, vt longa DD. columna fulcire nititur, quia cùm non oſtenderit tempore celebrati contractus Clericum fuiſſe, præceps cadit, tanquam fundamentali baze deſtituta. Imò etiam nec tempore initi contractus, nec poſteà, nec vnquam duo illa Bonifacij VIII. requiſita *in dict. cap. vnic. de cleric. coniug. in 6.* & tertium Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ. 3. dict. cap. 6.* ad fori præſcriptionem obtinendam minimè habuiſſe ex litera Catholici Regis noſtri ſub die 19. Octobris 1621. quam ipſe M. C. pro Tribunali ſedente præſentauit, euidenter conſtat. Nam multo anteà tempore habitum clericalem dimiſiſſe conſtat *ex precibus in ea expreſſis, in facto num.*...ibi: (*Por parte del Gran Duque de Toſcana ſe me repreſentò, que Don Ottauiano de Medicis de ſu miſma caſa, y ſobrino del Papa Leon X I. deſſeaua por algunas juſtas coſas Bolver Atomar el' habito de Clerico de ordenes menores.*) Nam confeſſio eorum, quæ in reſcripto continentur, producenti præiudicat, etiam in alio iudicio, & parte abſente, *l. cum præcum 9. Cod. de liber. cauſ.* vbi notant 2
Doctores communiter, etiamſi reſcriptum ſit reprobatum ſurreptitium, & iudiciali ſententia reiectum, vt in terminis tradit Capyc. *deciſ. 71.* & pluribus Doctoribus relatis cõfirmat Maſcard. *concluſ. 1368. num. 1. 2. & 3.* maximè in confeſſione explicita pro ſe principaliter facta, & in verbis narratiuis, ſuper quibus fundatur intentio narrantis (vt apertè ex dd. verbis conſtat) prout conſiderat Capyc. *ibid. num. 1. in fine*, & *num. 5.* Si ergo ex precibus pro Illuſtr. Principe porrectis in dicta litera Regia apparet habitum clericalem dimiſiſſe, ſequitur eius priuilegium non habere. Nam ſtatim, quòd Clericus coniugatus veſtibus exuitur clericalibus, ipſo iure omnibus 3
clericatus priuilegiis nudatur, vt multis DD. congeſtis comprobant Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 1. num. 84. & 892.* D. Reg. Sanfelic. *dec. 13. num. 4.* & *deciſ. 14. à num. 3. vſque ad 9.* etiamſi Epiſcopus priùs eum non admonuerit, vt habitum, & tonſuram reaſſumeret, ita aſſerunt M. Ant. Cucch. *lib. 5. inſtit. maior. tit. 9. de priuileg. Cler. num. 66.* Læl. Zecch. *de Reſp. Eccleſ. tit. de Cleric. num. 6. verſ. Admittitur autem*, Donat. Ant. de Marin. *variar. tom. 1. reſolut. 48. num. 7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rer. for. Eccleſ. deciſ. 606. in 1. edit.* & *reſol. 50. num. 4. in 2. edit.* Proſp. de Aug. *in addit. ad Quarant. verb. Habitus clericalis, verſ. Tertio intellige*, Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 12. num. 3. verſ. Tertio*, Squillant. *de priuileg. Cleric. cap. 7. num. 8.* Auguſt. Barboſ. *allegat. 12. num. 29. part. 2.* & *lib. 1. iur. Eccleſ. vniuerſ. c. 29. §. 2. num. 24.* Farinac. plures Doctores referens, ac communem dicens *in praxi, tit. de inquiſit. q. 8. num. 60.* Reg. Sanfelic. *dict. deciſ. 13. num. 3. 9. & 11. tom. 1.* ſi tamen continuò, & tanta perſeuerantia incederet in habitu laicali (vt in caſu noſtro) ita vt publicè exiſtimaretur laicus, vt tradunt Farinac. *d. quæſt. 8. num. 64.* Bonacin. *de legibus, diſp. 10. quæſt. 2. punct. 1. §. 4. n. 15.* Aloyſ. Ricc. *deciſ. 154. part. 4.* Squillanc. *d. cap. 7. num. 9.* Barboſ. *d. cap. 39. §. 2. num. 24.* Proſp. de Auguſt. ad Quarant. *in verb. Habitus clericalis, limit. 3.* Quia quando non in pœnam, vt *in Bulla* Sixti V. *incip. cum Sacroſancta, de Clerico beneficiũ obtinente ſine habitu, & tonſura incedente*, quibus in terminis, monitionem, ac ſententiam declaratoriam neceſſariam eſſe, ad eum clericatus priuilegiis priuandum, tenent plures, quos poſt accuratam diſpoſitionem colligit D. Reg. Hect. Capyc. Latro *deciſ. 73. à num. 6.* ſed in modum conditionis diſponitur, vt *in requiſitis, cap. vnic. de Cleric. coniug. in 6.* & in Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 6.* vt ita tamen Clericus coniugatus fori priuilegio gaudeat, ſi in habitu, & tonſura incedat clericali, & alicui Eccleſiæ deſeruiat: deficientibus his tribus requiſitis, ipſo iure abſque vna monitione, & ſententia priuilegium ceſſabit, vt in terminis ita diſtinguunt Soto *lib. 1. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. 6. concl. 2.* Nauar. *conſ. 18. tit. de tempor. ordinat. in 1. edit.* & *conſil. 28. in 2. edit. lib. 1.* Ioan. Gutier. *lib. 2. canon. qq. cap. 5. num. 14.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 46. n. 18.* D. Hect. Capyc. Latro *d. deciſ. 73. n. 18. & 19.*

Et quamvis controuerſum ſit, an Clericus 4
coniugatus per reaſſumptionem habitus, reaſſumat etiam priuilegia clericatus, vt latè argumenta pro vtraque parte adducens, diſputat Bellug. *in ſpec. Princip. rubr. 11. §. videndum, n. 2. verſ. Et primo pone, alias referens.* Verior, ac communior ſententia eſt, ob reaſſumptum habitum nunquam debere fori priuilegio gaudere, Ioan. Andr. *in cap. Ioannes, col. 5. de Cleric. coniug.* dicens: Ita fuiſſe Paduæ iudicatum, latè niger plures DD. congerens *in extrauag. Clem. 7. num. 27. verſ. Habitum*, communem eſſe aſſerens, Borrell. ad Bellug. *vbi ſuprà, littera A, verſ. Habitus*, Carol. de Graſſ. *d. effect. 1. num. 85.* in noſtris terminis omnis ceſſat difficultas, quia non apparet illum reaſſumpſiſſe præuia licentia Curiæ Eccleſiaſticæ, vt neceſſarium erat, iuxta continuationem ſynodalem Card. Carafæ Archiep. Neap. qua prohibitum eſt Clericis, qui aliàs habitum dimiſere clericalem, illum iterum reaſſumere non poſſe, abſque licentia Curiæ Neapol. ad priuilegium fori obtinendum, vt referunt Riccius *deciſ. 167. p. 2.* Squillant. *d. priuileg. Cleric. cap. 6. num. 19.* quam cum non exhibuerit Princeps, forum declinare 5
non poteſt. Nec etiam de facto habitum, & tonſuram reaſſumpſit ante contractum cum Saluſtio celebratum, nec ipſo obligationis ſuæ tempore, nempe die 4. Februarij 1622. vt eſt notorium, & apparet ex ipſa litera Regia in Corte Catholica expedita die 19. Octobris 1621. quam non

vt

vt Clericus, sed vt laicus præsentauit in collat. Consil. die 22. Maij 1622. & nihil in contrarium adduxerit, certum est, priuilegio clericatus fuisse, & esse priuatum, cùm nullo vnquam tempore illa requisita necessaria habuerit. Maximè, quia cum dictus Princeps fu isset inquisitus de homicidio in personam P. Ioan. de Rosso è Societate IESV, & aliis delictis anno 1628. & ab Excellentissimo Albæ Duce, tunc Prorege, fu isset hæc causa quibusdam Consiliariis delegata, (inter quos fuit Dom Regens Didacus Bernardus Susia,) & dictus Princeps carceratus opposuit clericatus exceptionem, & die 10. Maij 1629. fuit ei datus terminus ad docendum de clericatu, quo elapso, cum nec Bullas ordinum, nec aliam legitimam probationem adduceret, die 7. Iunij fuit prouisum, proceden dum ad vlteriora, exceptione clericatus non obstante: & ita fuit in causa processum, & tanquam principalis examinatus, & ei datæ defensiones, mul áque decreta prolata, vt constat *ex fide, ex dictis actis desumpta*, quam Regius Fiscus in hac liquidatione præsentauit. Igitur si Illustr. Princip obstat exceptio rei iudicatæ in causa criminali, quantò magis ei obstare debet in causa merè ciuili, & in foro declinando, ob instrumenti liquidationem in præiudicium Regiæ iurisdictionis, & grauissimum mei damnum, & interesse? cui non satisfacit Aduocat. contrar. *in vers. Nec obstat præsentia*, dicens di-
6 ctum Principem nolu sse tunc Bullas in hac causa præsentatas, in illa exhibere, maluisseque potius tanquam laïcum, quàm clericum expediri. Quia cùm opposuisset clericatus exceptionem, & super ea datus ei fuisset terminus, & maioris præiudicij causa illa esset, vtpotè merè criminalis, quàm ita merè ciuilis, in qua de sola pœna pecuniaria agitur, minimè verisimile est, eos tunc noluisse exhibere. Sed vera causa fuit, quia suus tunc Aduocatus Octauius Vitalianus melius, quàm præsens considerauit, non esse Bullas, sed Breues, & ideo nihil ei profuturos ad fori secularis declinationem, vtpotè qui non de ordinatione, sed de dispensatione tantùm agerent. Et quia erubuit, & conscientiæ scrupulum habuit, hoc consilium ei dare. Nec obstat, non fuisse M.C. pro Tribunali sedente præsentatam, quia ego scire non potui, imò nec præsumere, dictum Principem pro laïco communiter ab omnibus habitum, hanc exceptionem iam exclusam, & reiectam, iterum nunc apponere voluisse. Ideò Dom. Aduocatus Fiscalis M.C.V. Excellentiss. Proregem adiit, & causa hæc in Collaterali Consiliario relata, fuit decretum, prædictam fidem esse recipiendam, vt *in facto num.*...

7 Denique ex alia etiam parte longa illa DD. columna suo pondere ruit: quia basis illa, in qua fulcitur, nec vera, nec firma est, scilicet Baldi opinio *in l. affinitatis, C. comm. de succeff. in fin.* docentis, attendi debere tempus commissi del cti, quamvis reus postea alterius fori efficiatur, quam sequuntur Gram. *decis.* 10. Franch. *decis.* 417. *& decis.* 636. & alij ab eodem Aduocat. contrar. in dicta columna descripti. Nam hi DD. loquuntur, quando fuerunt Bullæ ordinationis præsentatæ, quod hic d fecit, vt dictum est *sup. ex num.*... Præterea regulariter attendi debet tempus, in quo quis in iudicium vocatur, vt tradit post Gloss. Alex. *in l. nemo potest, num.* 31. *ff. de leg.* 1. & Dom. Regens Hect. Capyc. Latro *decis.* 45. *num.* 32. qui in nostris propriis terminis de liquidatione facta Petro Iacobo de Donnæ Turris Octauæ ad instantiam Felic. Matt. Ric-

cardo (quæ ob Vesuuij Montis conflagrationem magnum damnum passa, decennales obtinuit inducias) petentis ad iudicem Ecclesiasticum se remittendum, quia obligationis contractæ tempore, erat clericus: licet per Mag. Cur. ita fuerit prouisum, per S. C. fuit reuocatum, & eidem remissa est causa, petita remissione nòn obstante, vt doctè, & accuratè disputans, refert *ex n.* 28. *vsque ad finem, vbi innum.* 32. optimè ait, quando se obligauit, in nihilo deliquit, sed delictum periurij præ enditur commissum tempore, quo contra formam iuramenti, & promissionis non soluit in temporibus promissis, quando iam erat vxoratus, & laicus. Et ad finem quatuor alias S. C. decisiones refert, primam in causa Ferdinandi Monsorij, qui licèt celebrati contractus tempore fuisset clericus, & Bullas, tam quatuor ordinum quàm beneficiorum exhibuisset, cum post primam citationem, & Episc. Telecensis petitam remissionem vxorem duceret, citatus denuò super tenore instrumenti ad instantiam hæredum quondam Regent. Reuerterij, & satis diligenter pro eo in iure scripserit datus I. C. Paul. Staibanus inter Cons. Andr. Molfes. *cons.* 20. nihilominus causa illa fuit eidem M. C. V. remissa, petita, remissione non obstante contra dictum Consil. Staibanum, secundam in causa simili liquidationis instrumenti. Benedicti Codæ cum Anello de Mari Clerico tempore obligationis contractæ. Tertiam in alia causa citationis super tenore instrumenti eiusdem Petri Iacobi de Donna ab Octauio de Gaeta factæ, quartam in causa criminali Francisci Trani inquisiti, qui erat clericus, & beneficiatus tempore delicti commissi, quam decis. post elegantem disputationem refert D. Reg. Sanfelic. *decis.* 218. *part.* 2. Has decisiones retulit etiam Donat. Ant. de Marin. *lib.* 1. *resolut. quotid. cap.* 48. *num.* 7. adiiciens *in fin.* inductam esse consuetudinem in S. C. pro hac opinione iudicandi. Ergo à fortiori in casu nostro dicendum est, Ill. Principem minimè esse ad iudicem Ecclesiasticum remittendum, cum nec Bullas clericatus, nec beneficij Ecclesiastici exhibuerit, nec suus Episcopus in petenda remissione præuenerit

SVMMARIVM.

1 *Liquidationis Instrumenti causa an sit criminalis.*
2 *Liquidatio Instrumenti fit via Ritus* 166.
3 *Liquidatio Instrumenti fit à Iudice ciuili tantùm.*
4 *Pœna periurij non habet locum amplius in liquidatione Instrumenti.*
5 *Ritus* 109. *explicatur.*
6 *Ritus* 302. *explicatur ad propositum.*
7 *Liquidatio Instrumenti qualiter fiat nunc in praxi.*
8 *Pœna criminalis quando dicatur.*
9 *Pœna criminalis quando dicatur secundùm Bartolum.*
10 *Clericus coniugatus non gaudet in ciuilibus priuilegio fori.*
11 *Liquidatio Instrumenti an sit causa criminalis ob periurium incursum.*
12 *Clericus coniugatus an patiatur contra se liquidationem Instrumenti.*
13 *Oblatio quos effectus habeat.*

Sexta Conclvsio.

1 Cvm igitur ex ſup. exactè conſideratis tam in facto, quàm in iure, manifeſtum ſit, Illuſt. Principem minimè clericum coniugatum eſſe: cùm Bullas ordinum non exhibuerit, nec vllo vnquam tempore requiſita neceſſaria ad fori ſæcularis præſcriptionem obtinendam habuerit, ſuperfluum, & ſuperuacaneum eſt diſſerere, an poſſit ſuper tenore inſtrumenti via Ritus M. C. V. interrogari cum cauſa liquidationis Inſtrumenti criminalis eſſe videatur. Tamen quia Aduocatus contrarius in hac quæſtione multùm inſiſtit, ac longa Regnicolarum DD. catena, velut ferreo modo nos religare, ac conſtringere ſatagit. *in verſ. circa quartum articulum, & verſ. circa quintum articulum*, vt nullius dubij veſtigium relinquam, ei ſatisfacere inſtitui; Nam licet omnes illi
2 DD. tradant cauſas dependentes à publicis Inſtrumentis, & obligationibus iuramento vallatis, in quibus proceditur via Ritus 166. criminalis dici; quia pœna venit applicanda Fiſco: tamen contraria ſententia verior eſt, vt tradunt Bald. *in l. Imperium, col. 7. ff. de Iuriſdict. omn. Iudicum, & in l. fin. ff. de offic. Præfect vigil.* Andr. de Pern. *in cap. ſi verò violator, verb. hæreditarium de pace tenend.* & alij plures DD. quos congerit Foller. latè diſputans *in praxi criminali, verbo audiantur accuſatores num.* 174. 175. & 176. aſſerentes
3 cognitionem cauſarum ſuper tenore Inſtrumentorum, & obligationibus guarentigijs, ac pœnis eorum, non eſſe mixti imperij, & ideo ſpectare ad habentem Iuriſdictionem ciuilem tantùm. Ea Regnicolis etiam in propriis terminis cauſas liquidationis Inſtrumentorum eſſe ciuiles affirmant Annib. Trop. *ſuper Ritu* 166. *num.* 24. expreſsè contra Afflict. *deciſ.* 64. hanc probans ſententiam, ſicut & Carau. *ſuper Ritu* 109. *num.* 1. Gloſſator antiq. Rituum M. C. *ſuper Ritu item quod debitores*, quem refert, ac ſequitur Reg. Rouit. *ſuper pragm.* 1. *de officio Bainli, n.* 34. & *ſeqq.* in cauſa Curiæ Baiuli Ciuitatis Catanzarij adiiciens *num.* 38. *verſ. adeo omnes Regnicolas*, quotque huc vſque de hac re ſcripſere, hoc illi tribuere, & neminem eſſe, qui contrarium auſus fuerit affirmare, Dominus Reg. Fanfelic. *dec.* 230. *num.* 6. 7. & *vlt. part.* 2. & pluribus rationibus, & auctoritatibus defendit Dominus Reg. Hector Capyc. Latro *conſult.* 48. *à num.* 57. *vſque ad num.* 63. *lib.* 1.

4 Pro qua ſententia primò facit, quia cum & olim antè compilationem Rituum M. C. V. & hodie ex omnium Curiarum huius Regni conſuetudine, pœna illa periurij amputandæ manus non ſeruetur, ſed in eius locum pœna pecuniaria ſucceſſerit, vt tradunt Afflict. *in Conſtit. ſtatuimus, vt Magnæ, not.* 17. *num.* 14. Foller. *in praxi cenſ. in verſ. Nicolaus, num.* 80. Carauit. *ſuper Ritu* 171. *num.* 2. Regens Rouit. *vbi ſuprà*, delictum periurij indirectè in Iudicium deducitur, & pœna corporis afflictiua à iure impoſita, in pecuniariam commutatur, & ideo, quamvis Fiſco applicetur, cauſa, & pœna ciuilis dicitur, vt docent Abb. *in Rubr. de Iudic. num.* 5. Barbatus *in*
5 *tract de teſtib. part.* 3. *num.* 4. Secundò pro hac ſententia eſt Ritus expreſſus 109. vbi dicitur: Item ſeruat ipſa Curia, quòd in cauſis ſuper tenoribus Inſtrumentorum, etiam ad media ipſius cauſæ (licet ſit ciuilis) non admittitur Procurator. Tertiò ſtabilitur *ex Rit.* 168. vbi ſententia, quæ profertur ſuper his cauſis liquidationis inſtrumenti via Ritus M. C. V. appellatur ciuilis. Quartò *ex Ritu* 170. *dum in fin.* traditur vigore inſtrumenti liquidati poſſe procedi ad executionem ex primo decreto, quod non fit in criminalibus, vt ponderat d. Gloſſ. antiqua (quàm refert, ac ſequitur Reg. Rouit. *in d. pragm.* 1. *num.* 34. *verſ. id ipſum*) aſſerens ex hoc ſolo procedere diſpoſitionem *Rit.* 302. de quo eſt ſequens fundamentum.

Confirmatur quintò *ex alio Ritu expreſſo* 302. 6
ibi: item quòd Curia Capitanei Ciuitatis noſtræ Neap. non poſſe cognoſcere de cauſis ciuilibus, nec ſuper tenore Inſtrumentorum, ſed tantùm habet cognoſcere de cauſis criminalibus, iuxta ordinem antiquitùs obſeruatum. Ex quo Ritu, & ex d. Ritu 109 originem habuit, vt cauſæ liquidationis inſtrumenti à iudicibus ciuilibus M. C. V. cognoſcerentur. Præſupponendo olim tempore Reginæ Ioannæ ſecundæ, quæ hos Ritus vim legum habere ſtatuit, vt apparet *ex prœmio Rituum*, duo fuiſſe Iuriſdictionis officia, ſeu Tribunalia, vnum Curia Vicariæ dictum, cui præerat Capitaneus Ciuitatis, qui de cauſis ciuilibus, & per conſequens de liquidationibus Inſtrumentorum non cognoſcebat, ſed de criminalibus tantùm: alterum Magna Curia appellabatur, cui moderabatur Magiſter Iuſtitiarius, qui de cauſis ciuilibus tractabat, vt tradit Carauita *in d. prœm. Rit. num.* 35. & *in d. Ritu* 302. cuius Capitanei, & Vicarij generalis officia, & ſi extincta ſint, & vnitæ illæ duæ Curiæque ſcilicet Magna, & Vicariæ, appellentur 7
hodiè Magna Curia Vicariæ, cui præeſt Regens, in vtriuſque locum ſuccedens, vt notat Carau. *in d. Rit.* 302. tamen quia adhuc diuiſa, ac diſtincta in eo ipſo iuriſdictio conſpicitur, nempè inter iudices ciuiles, & criminales: infertur, quòd, ſicut Capitaneus ille de cauſis ciuilibus non poterat cognoſcere, nec de inſtrumentorum liquidationibus, ita nec hodie Regens per Iudices criminales, ſed ciuiles eas expedire valet, vt fieri videmus, & conſequenter has cauſas merè eſſe ciuiles, vt ipſe Dominus Reg. Hect. Capyc. Latro optimè conſiderat *d. conſult.* 48. *num.* 58. *ex d. Ritibus*, ac Iuriſdictionis diuiſione hanc firmans ſententiam. Ergo ſequitur euidenter ex dictis Ritibus, Iuriſdictionis diuiſione, & tot grauiſſimorum Doctorum ſententia, cauſas liquidationis Inſtrumenti merè eſſe ciuiles.

Corroboratur ſextò *ex deciſione Rotæ* 10. *de* 8
appellationibus in antiquis, vbi licet ſecundùm communem opinionem, quam refert Scaccia *lib.* 1. *de iudic. cap.* 6. cauſa, ac pœna criminalis dicatur, quando applicatur ad publicum commodum, & ex delicto deſcendit, eam tamen reiecit Rota ibi, tenens; cauſam, & pœnam ciuilem dici, quando agitur ad pœnam pecuniariam, etiam ſi deſcendat ex delicto, & etiam ſi veniat applicanda Fiſco, adiiciens hanc concluſionem veram eſſe, etiam ſi pro delicto fuiſſet imponenda pœna corporalis, quia ſi iudex iniunxerit pœnam pecuniariam, cauſa dicitur ciuilis. Et quod dicatur ciuilis, quoties agitur de crimine ciuiliter, tradit etiam Rota *deciſ.* 19. *de Iudic. in antiq.* quas deciſiones referunt, & ſequuntur Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. Iudic. quæſt.* 82. Scaccia *in d. cap.* 6. Ricc. *deciſ.* 58. *num.* 5. *part.* 4.

Comprobatur etiam ſeptimò ex Bart. *in l.* 3. 9
ff. de ſepult. viol. docente, tum pœnam dici criminalem, vbi pœna applicatur Fiſco ex accuſatione, & per conſequens ſentit, aliud eſſe, vbi pœna applicatur Fiſco, aliter quàm ex accuſatione,

tione, vt in terminis noſtris eam Bartoli doctrinam pondeſtat Foller. *vbi ſuprà, n.*177. & Reg. Sanfelic. *d. deciſ.* 230. *num. vlt.* ſed & Ant. Suar. de Paz *in praxi Eccleſiaſtica, & ſæcular. in initio annot.*1. *num.*25. poſtquam retulit aliquorum Doctorum ſententiam, quæ contrarium ſuadere videbatur ſubiungit. Quod tamen intellige verum, quando principaliter de crimine ageretur, & pœna pecuniaria veniret applicanda Fiſco, alioquin ſi ageretur de pœna ex contractu partium, vel alia de cauſa applicanda Fiſco, tunc iudicium criminale non eſſet, ita dict. Gloſſ. *in l.*3. *ff. de ſepult. viol.* intelligit Nauar. *in rubr. extra de Iudic.* poſt Bart. *in d. l.*3. *num.*2. *per textum in l. deferre, ff. de iur. Fiſci,* & poſt Rip. *in d. Rubr. extra de iud. num.*93. & Thom. Sanch. *lib.*7. *de matrim. diſp.*46. *num.*24. ſic quoque reſpondet: At tertium dic, exceſſum non appellari propriè, ſicuti nec delictum, quod committitur in cauſa merè ciuili, non adimplendo contractum, quamvis negari nequeat, id eſſe peccatum, ſed exceſſus, & delictum appellatur in cauſa criminali, quæ ex ſe ad publicam vindictam tendit. Nec obſtat, quod contrarium ſcripſerit Camill. Villan. contra Curiam Baiuli Catazari relatus à Reg. Tappia *lib.*3. *de iure Regni rubr.*45. *de liquid. Inſtr. à num.*20. *vſque ad* 30. quia eius fundamentis concludenter reſpondit Reg. Rouit. *d. pragm.*1. *ex num.*32. ſicut nec obſtat Regiam Cameram ſummariæ contra dictam Curiam Baiuli pronunciaſſe, vt ſcribit idem Reg. Rouit. *ibidem, num.*34. quia conſtat ex eodem Villan. *in d. num.*20. minimè notam fuiſſe quæſtionem, nec diſputaſſe, num talis actio dicatur ciuilis, vel criminalis? nam qualiſcumque ſit, dicto Tribunali debet excludi quod non controuertatur, quòd talis poteſtas ſit de præeminentiis M. C. V. ipſa ſola debeat cognoſcere, vt patet *ex Ritu* 54,

10 Ex qua veriſſima ſententia ſequitur, quòd cum clerici coniugati non gaudeant priuilegio fori in cauſis ciuilibus, vt expreſsè cautum eſt *in cap. vnic. verſ. In cæteris autem, de Clericis coniugatis in 6.* (quod ita communiter intelligunt DD. teſte Couarr. *pract. cap.*31. *num.*7.) & in Sacro Concil. Trid. *d. ſeſſ.*23. *cap.*6. (quod ab hoc rectè expendit Donat. Anton. de Marinis *reſol. quotid. cap.*48. *n.*11.) *& in Reg. Pragm.*1. *de Cler. ſeu Dioc. ſaluat. & in l. Regni Caſtellæ* 2. *tit.*4. *lib.*1. *nouæ recop.* & pro hac ſententia triginta DD. refert Thom. Sanchez *lib.*7. *de matrim. diſput.*46. *num.*22. multo probabiliorem, ac communiſſimam eſſe dicens, & Zeuall. *comm. quæſt.*593. *num.*1. Dom. Regens Sanfel. *deciſ.*230. *num.*4. *part.* 2. Iudices ſæculares de cauſis, liquidationum inſtrumenti ad Clericos coniugatos pertinentibus rectè cognoſcere, eoſque capere, ac pro ſententiæ executione in carcerem detrudere, nec ob id incidere *in Can. ſi quis* 17. *quæſt.* 4. vt contra Lapum *alleg.*40. & 118. & ſequaces ſcripſerunt Thomas Sanch. *vbi ſuprà*, latè Montal. *in l.*25. *tit.*9. *partit.*1. pluribus argumentis confirmans, & apud Hiſpanos ita practicari refert Couarr. *d. cap.*31. *n.*7. Gutier. *par.*1. *de Iuram. confirm. cap.*17. *n.*11. & 12. Lapi opin. Falſiſſimam, & à veritate alienam eſſe dicens, & ſubdit: Profecto hæc opin. Montalui contra Lapum, & ſequaces mihi veriſſima videtur, *per d. cap. vnic.* (etiamſi alia fundamenta deficerent) & ita exiſtimo tenendum, & nunquam vidi, nec audiui practicatum fuiſſe opinionem Lapi, imò in contrarium vidi practicari, vt Clerici coniugati ſemper capiantur pro debitis ciuilibus per Iudices laïcos, &c. & addit. imò ſi quis in iudicio prætenderet, ſcilicet ſeruandam eſſe dictam opinionem Lapi, illuderetur, & tandem non obtineret, vt opinor. quia hæc opinio eſt in præiudicium, & fraudem iuriſdictionis Regiæ, & ita exiſtimo ſupremos iudices Reg. Maieſt. non admiſſuros opinionem ſupra dicti Lapi, idem ſcripſit Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr.*11. §. *Videamus, num.*1. Antonius de Ballis *ad pragm. Regni Siciliæ, lib.*11. *tit. de Cler. inced. ſine habitu, num.*18. & 19. Farinac. *in pract. tit. de Inquiſit. quæſt.*8. *n.*7. *& quæſt* 27. *num.*69. communem eſſe dicens, & ab ea non eſſe recedendum, & Scaccia *lib.*1. *de iudic. c.*11. *num.*20. *ad finem*, idem expreſsè probarunt Au- 11
ctores Regnicolæ ob incurſum periurium, Affl. *in Conſtit Regni incip. ſi quis Clericus, notab.*6. *num.*6. Ioannes Anton. Niger *in Clem.*1. *de vita, & honeſtat. Cleric. num.*38. Regens de Ponte *de poteſt. Proregis tit. de aſſenſib. Regiis*, §. 7. *num.*47. Paſchal. *part.*2. *de virib. patr. pot. c.*9. *num.*32. Guttier. ſequitur Mauſon. *lib.*1. *de cauſ. exeq. limit.*4. *num.*27. ſubiungens ita practicari D Reg. Sanfel. *d. deciſ.*230. *num.*4. Nam (vt rectè ait Thom. Sanch. *dicta diſput.*46. *num.*23. illos admirans DD. qui contrariam ſententiam tam leui fundamento defendunt) iudex ſæcularis detrudens in Carcerem huiuſmodi clericum coniugatum ad executionem contractus, aut ſententiæ in cauſa ciuili latæ, non vtique manus violentas iniicit in eum, ſed potius iuſtas, vtpotè qui in ea cauſa eſt competens iudex, ac clericus nullo fori priuilegio in eo iuuetur. Igitur quamvis dictus Princeps eſſet clericus, & omnia requiſita Clericatus haberet (quæ non habet) minimè poteſt forum ſæculare declinare, ſed in carcerem detrudendus eſt, donec mihi integrè ſatisfaciat.

Nec obſtat, quòd tres DD. Eccleſiaſtici Re- 12
gnicolæ, Epiſc. Ricc. *deciſ.*170. *part.*3. Nouarr. *quæſt. forenſ. part.*1. *quæſt.*79. *num.*6. Squillant. *de priuil. Cleric. cap.*7. *num.* 28. & vnus Laïcus Donat. Anton. de Marin. *lib.*1. *reſol. quotid. c.*48. *num.*14. aſſerant clericum coniugatum ſuper inſtrumenti tenore citatum via Ritus M. C. V. poſſe forum declinare, quia parum firmis fundamentis hoc aſtruere videntur; Nam primò Riccij *n.*1. ex Lapi opinionem corruit, cum ex dictis inſuper: nnmero conſtet falſam eſſe, & à pluribus DD. reiectam. Secundò etiam ruit, de quo in *num.*2. nam verius eſt Clericum coniugatum minimè gaudere beneficio *cap. Odoardus, de ſolut.* vt latè, & neruosè defendit Gutierr. *d. cap.*17. *num.*11.12. *&* 13. *ex Regnicolis* Reg. de Ponte *in d.* §.7. *num.* 46. Mauſon. *d. limit.* 4. *num.*27. Tertiò ſumitur *ex num.*3. cadit, cum oſtenſum ſit *ſuprà à num....* huiuſmodi cauſas de citatione ſuper tenore inſtrumenti ciuiles eſſe, non criminales. Sed & quartò præceps deiicitur ex Borrell. *in addit. ad Petr. Bellug. in ſpecul. Principum rubr.*11. §. *videamus litt. A*, nam Doctori aſſerenti aliquam conſuetudinem, aut practicam eſſe, minimè ſtandum eſt, quia iſtæ mutabiles ſunt, vt pluribus DD. relatis, ſcribit Maſcardus *concl.*529. quintò ex Capiblanco *de iur. & offic. Baron. p.*2. *num.*58. nam cum hic Doctor & ſi doctus, & diligens, variauerit, itavt in prima impreſſione contrarium ſcripſerit, vt affirmat Nouarr. *d. quæſt.*79. *num.*9. poſtea verò in vltima impreſſione contrarium ſcripſerit, vt tradunt Donat. Anton. de Marinis *d. cap.*48. *n.*14. Squillant. *de priuil. Cleric.*

d.cap.7. num.28. & teſtis varius repellendus eſt. Sublatis igitur omnibus Riccij fundamentis, totum ſuæ nouæ fabricæ ædificium corruere neceſſe eſt, itavt nullum huic liquidationi præiudicium inferre poſſit, præcipuè cum in noſtris terminis in fauorem creditoris poſt accuratam diſputationem deciſum referat D. Reg. Sanfelic. *deciſ.230.per tot.part.2.* vndè meliùs quàm Riccius *in d.deciſ.170.num.1.ad fin.* dicere poſſum, ſuis verbis vtens: cum habemus certum Auctorem Regni affirmantem hanc opinionem receptam, ad quid difficultas? Ergo ex ſupradictis patet, quòd etiamſi conſtaret Ill. Principem Clericum coniugatum eſſe, nihilominus eum interrogari recte poſſe ſuper inſtrumenti tenore, & in carcere detrudi, ac detineri, donec mihi ſcutos 12800. vnà cum tertiis, & eorum intereſſe integrè ſoluat.

13 Denique quando ſupradicta omnia ceſſarent (quæ non ceſſant) omnem tollit difficultatem, quòd cum dictus Princeps etiam multo ante Veſuuij incendium in S.C. ſpontè comparuerit, litem cum ſuis creditoribus inſtituens, inter quos Illuſt. Princeps Cuſani vt apparet ex proceſſu, quem ipſe præſentauit M. C. pro Tribunali ſedente, & poſt incendium prædictum etiam in Collaterali Conſilio decennales inducias petiit, & obtinuit, vt in facto *num....* & ab annuis redditibus ſuper Terra Octaiani ab ipſo venditis propter damna illius incendij paſſa, liberari in facto *num....* petens, ac offerens venditionem fieri dictæ Terræ pro ſatisfaciendis ſuis creditoribus *num....* qui eam vendi inſtabant; ſequitur actorem voluntarium in Iudicio ſæculari affectum, & ideo minimè poſſe eius forum, in quod conſenſit, in vna, eademque cauſa declinare, vt in terminis deciſum refert D.Reg.Merlin. *centur.2. controuerſ. forenſ. cap.66. num.9. &* 10. dicens: Et ſine dubio ita cenſuiſſet S.C. niſi repertum foret ex proceſſus inſpectione, eumdem poſt aſſumptum clericatum ſpontè comparuiſſe in S.C. offerendo nonnulla eius bona ſita in Ciuitate Marci noui in vim executionis pro ſumma contenta in obligatione prædicta, pro quorum venditione inſtabant ad præſens creditores. Quæ quidem
14 oblatio duplicem præ ſe fert effectum, alterum quòd debitor ſit actor cenſendus voluntarius, & proindè in iudicio ſæculari debet omnino ſtare, dum ſupponit creditores ſatisfaciendos eſſe ex bonis oblatis, iuxta nuper tradita per doctiſſimum I. C. D. Petrum Noguerol. *alleg.19. num.132. cum ſeqq.* & in caſu noſtro conſiderat D. Epiſc. Maranta *reſp.18. à num.14. cum ſeqq. part.3. & reſp.75. num.6. & 7. part.4.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor an ob incendium liberetur à debitis.*
2 *Debita quando dicantur in totum extincta.*
3 *Liquidatio inſtrumenti, & contractus reſciſſio qualiter proponi poſſit.*
4 *Liquidatio inſtrumenti an impediatur ob litis pendentiam.*
5 *Litis pendentia an impediat liquidationem inſtrumenti.*
6 *Litis pendentia in Regno non impedit liquidationem.*
7 *Fideiuſſio præſtita qualiter impediat liquidationem.*
8 *Præuentio qualiter fiat per citationē aduerſarij.*
9 *Exceptio nulla opponitur contra creditorem cenſus, excepta ſolutione.*
10 *Liquidatio inſtrumenti non impeditur per exceptiones, & quando, &c.*

SEPTIMA CONCLVSIO.

ILluſtris Princeps vulnus huius liquidationis 1
religare procurat, quo veteres vſi ſunt in obligandis certa quadam ratione vulneribus, exiſtimantes eo vti ſolitum Herculem, ac vim habere ad curationes maximam, vt refert Plinius *lib.28. nat. hiſt. cap.6.* & eo non relato P. Io. Bapt. Maſculus *lib.1. de incend. Veſuuij pag.32.* cum enim videret Herculanum (*hodie Torre del Griego*) vltima Veſuuij conflagratione lætaliter Saucium, & ob id decennali moratoria ligatum; ipſummet etiam ob Octaianum, velut eadem perpeſſum, importunis precibus, magna vi, ac contentione, non moratoria tantum iuuari, ſed etiam omnino à ſuis creditoribus eximendum fore, flagitauit; ſed cum ex filiis proceſſus in S. C. actitati (ſuper vaniſſima iſta, & inani prætentione, ſeipſum à ſolutione omnium annuorum redituum ſuper Octaiano, eiuſque pertinentiis venditorum, ob Veſuuij montis conflagrantis anno 1631. damna paſſa, liberandum) ſit religatus, *iu verſ. circa 7. & vlt. artic.* quaſi illa flammarum, ac cinerum eruptione Octaianum, cunctaque eius prædia, ſuper quibus impoſiti fuerunt, extincta, ac deleta ſint, ac velut chaſmate deperdita, ex Pij V. Bulla, quam refert Quaranta *in ſumma Bullar. verb. contractus cenſualis*, licèt eam non alleget, tamquam tenui, ac debili filo reuinctus, facillimè rumpitur. Nam primò non 2
eſt verum, conſumptum fuiſſe, cum certum, & indubitatum ſit, minimè chaſmate periiſſe, nec Terram Octaiani, nec aliquam eius partem, vt inferius oſtendam §. 2. *num.66.* Secundò quia in cauſis executiuis, & inſtrumentorum liquidationibus regulariter non habet locum exceptio litis pendentiæ, vt tradunt Geminian. *comm. concluſ. tit. de Iudic. concluſ.1. num.31.* Gratian. *diſcept. forenſ.cap.118. num.44.tom.1.* Frecc. *de præſent. inſtrum. part.9. quæſt.7. num.1.& 2.*

Deinde tertiò, quia cum nullitas, aut reſciſſio 3
contractus cenſualis à debitore per viam principalis actionis proponitur in iudicio, creditoris executionem non impedit, quia cum ipſe debitor non impediatur iudicium cœptum proſequi, in quo ſi obtinuerit, executio iure attentatorum reuocabitur, in eius poteſtate eſſet, viam executiuam eludere, quam fraudem iura minimè patiuntur, *l. ſi quis rem, ff. de recept. arbitr. cap. quia nonnulli de reſcript.* ideo creditor inſtrumenti liquidationem facere rectè poteſt. Huius ſententiæ auctor fuit Innoc. *in d. cap. quia nonnulli*, & pluribus DD. relatis, eam tuentur, Rebuff. ita deciſum ſcribens *ſuper conſtit. Gallic.tit. de liter. oblig. art.1. gloſſ.9. num.47. verſ. condemnabitur tamen debitor.* Maſcard. *tom.1.concl.686.num.10. & 14.* ſic deciſum referens in S. Rota *deciſ.3. alias 289.& deciſ.566. in nouiſſ.* Carol.de Graſſis *except.10. num.7.* Giurba *deciſ.100. num.3.* quem ſequitur D. Reg. Sanfel. *deciſ.312. n.5.* hanc ſententiam confirmans ex adductis per Franch. *deciſ.373.* ſed ſic eſt, quòd dictus Ill. Princeps liberationem hanc ſoluendi annuos reditus à ſe venditos in Collaterali Conſilio, & in S. C. per viam actionis principalis propoſuit, vt conſtat ex facto *num....* ergo, ob litis pendentiam in S. C. minimè impeditur, quominus 4
inſtru

inſtrumentum in M. C. V. aduersùs eum liquidari poſſit, vt in terminis tradit Maſcard. *d.concluſ.686.num.17.* dicens : Quintò,limitanda eſt concluſio vt procedat , quando petitur executio coram vno iudice , & cauſa nullitatis per viam actionis,vel principalis petitionis, deducitur coram alio iudice : nam tunc non impeditur executio.

5 Sed nec etiam(cum per viam exceptionis litis pendentia in alio Tribunali opponitur) inſtrumenti liquidatio impeditur, niſi talibus narratis, ex quorum inſpectione appareat, illam omninò nullam eſſe, vt tenent Honded. *conſil.17. n.45. vol.2.*Gratian.*lib.1.diſcept.forenſ.cap.118.n.46. & 47.* Giurba *d. deciſ.100. num.8.* quod ſanè optimè comprobat D. Reg. Sanfelic. *in dict.deciſ.312.num.6.& 7.*referens *num.7.*ex antiqua, & inueterata S. C. praxi, liquidationem inſtrumenti ob litis pendentiam minimè impediri, niſi debitor proceſſum iam compilatum in S. C. produxerit,& tam apertè cõſtet de bono eius iure,vt nullus dubitandi locus relinquatur, vt ſcribit *num.9.& 10.*Quod adeò verum eſt,vt,etiamſi opponeretur , latam iam fuiſſe ſententiam in debitoris fauorem , contractum cenſualem annullantem,ſi tamen ab ea creditor appellauerit,eiuſdem contractus executio,appellatione pendente, minimè ſuſpenditur , vt in terminis iudicauit Rota *deciſ.209.num.6.& 7.& deciſ.210.num.9. & deciſ.211.num.3.& deciſ.212.n.5.& dec.213. num.8.*apud Cenc. & *in tract.de cenſib.quæſt.82. num.7.* quia dum vſus rei non eſt impeditus , tenetur ſoluere ratione fructuum,quos ex ea percipit, Bald. *in l.2.num.7.C.de vſur.* licèt adimpletum non ſit iuxta formam contractus, Bald. *ibi,* & alij, quos refert , & ſequitur Giurba *dict.deciſ.100.num.34.* ſed ſic eſt,quòd proceſſus S.C. quem Illuſtr. Princeps exhibuit, nec compilatus eſt,nec concluſus,cum nec terminus in eo ſit datus, nec ex eo conſtat de bono iure Illuſtr. Principis,nec actiones, aut exceptiones in eo propoſitæ ſunt manifeſtæ, ſed altiorem indaginem requirunt : imò potiùs apertè , & euidenter conſtat , in illa leuiſſima petitione extincti penitùs Octaiani, nullam prorſus iuſtitiam habere , vt ſtatim luce clariùs demonſtrabo,& hoc obſtaculum ab eo oppoſitum ſit , vt ſuos creditores eluderet , & magnos fructus ex Octaiano ſemper percepit,& percipit. Ergo nullo modo ex dictis litis pendentia in S.C. inſtrumenti liquidatio in M. C. V. impedienda eſt , vt in terminis ſcribit Maſcardus *d.concluſ.686.num.20.* dicens: ſi appareat , quòd gratiâ differendæ ſolutionis opponatur nullitas : nam tunc, etiamſi offerat incontinenti , ſeparatum probare, non impeditur executio *ex l.ſatis apertè, C.ad leg.Cornel. de falſ.* vt aſſeruit Alex. *in d.§.condemnatum,num.20.* & ibi Angel. *n.14.*

6 Prætereà quartò,in hoc Regno Neap. indubitatum eſt , nullam liquidationem inſtrumenti impediri ob litis pententiam ſuper eius nullitate, aut innaliditate , niſi per debitorem facta fuerit præuentio , ſeruata forma Regiæ *pragm.1. de præuent. moderand.* nempe præſtita cautione de ſoluendo debitum, & pœnam. Quam etiam,creditore non petente, præſtare debitor debet, aliàs nullus erit proceſſus , nulláque ipſa præuentio, quia diſpoſitio illius pragmaticæ fauore publico fundata , pro forma inducta , & ſub conditione concepta eſt ; non tantùm perſonam creditoris, ſed etiam ipſam Curiam , coram qua fit præuentio , principaliter reſpiciens, neceſſitatem præciſam imponit , omnémque potentiam à perſona, & actu remouens, vt conſtat ex illis verbis : malitiis litigantium, qui præuentiones indebitas faciunt , occurrere volentes , nullus præueniendo creditorem ſuum conueniri poſſit , coram quocunque iudice,niſi præſtita priùs fideiuſſione,&c. & conſtanter pluribus fundamentis allatis , aſſerunt Carauit. *ſuper ritu 189. à num.7.* referens *num.9.*In practica ſeruari,etiamſi debitor ſit manifeſtè idoneus , Robert. Maranta *conſil.31. per tot.* Freccia *de præſentat. inſtrum. part.9.quæſt.3. per tot. & 3.qq.ſeqq.* Prætereà *ex d.ritu 189.* de quo fit mentio *in dicta pragm.1.* (vti aduertit ibi Reg.Rouit.*num.1.*) requiritur : vt in citatione creditoris, quam ad eum præueniendum debitor facere debet, exprimendum ſit, quòd reſtituatur inſtrumentum , quod eſt penes eum pro rupto, & caſſo,idem etiam traditur *in ritu 168. ibi.* Sit præuentus per citationem à dicto Aduerſario ſuo,vt rumpat ei inſtrumentum illud, ſuper quo petit interrogationem fieri. Sed ſic eſt , quòd Illuſtr. Princeps præuentionem iuxta d. Romanam Pragmaticam,& d.Ritus ab ea confirmatos, minimè feciſſe oſtendit ; ergo ſola pendentia litis, quam allegat , nullo modo interrogationem ſuper tenore inſtrumenti impedire poteſt. Maximè,quia ipſe Illuſtr.Princeps huic præuentionis exceptioni expreſsè cum iuramento renuntiauit, vt conſtat *ex facto num....* & ideò contra renuntiationem venire non poteſt, Frecc. *part.9. q.7. n.6.in fine,*& *n.18.* 7 8

Denique quintò,in hoc Regno ſatis conſtat, quòd licet in Pragm. Regis Alphonſi Primi de cenſibus Bullam Nicolai V. approbantis , & *in ritu 166.*in M.C.V. cautum ſit,nullas exceptiones opponi poſſe , præterquam ſolutionis : DD. tamen ſuis interpretationibus hoc oſtendunt , vt etiam aliæ exceptiones admittantur, eo nimirum temperamento , vt claræ,notoriæ , ac euidentes ſint , vt ſcribunt Carauita *ibi num.57.* quem ſequitur D. Reg. Hector Capyc. Latr. *deciſ.45. num.11. & 12.* D. Epiſc. Maranta *reſponſo 75. num.34.part.4.* Freccia *de præſentat. inſtrum.p.9. quæſt.7.num.7.& 8.* Foller. *in praxi cenſual.verb. Quæ quidem executio* (dictam pragmaticam interpretans)*num.4.& 12.* ex copioſa DD. allegatione firmat Carol.de Graſſ.*de except in 20. except. num.8.* quæ tunc ab eis ſic appellantur , cum vel ex inſpectione inſtrumenti, vel alibi,tam euidenter appareant, vt oculis corporeis cogi poſſint,vt inquit Graſſ.*ibi num.11.* itaut nulla, nec vmbra velari,aut tergiuerſatione offuſcari queant. Nam ſi aliquid aduersùs eas opponitur , ſi qualis diſputatio de eis oriatur , vt obſcuræ, dubiæ, & incertæ inſtrumenti liquidationem minimè impediunt,Graſſ *ibi num.15.*D.Reg.Sanfel. *dicta deciſ.312.num.9.& 10.* & ratio eſt,quia cum tunc altiorem indaginem requirant, non poſſunt dici in promptu , nec in ipſo inſtanti probatæ , vt *in dict.ritu 166.* traditum eſt , & rectè conſiderat Freccia *ibidem n.7.*& docent Cephal.*conſil.101. num.10. lib.2.* Burſat. *conſil.73. num.3. lib.1.* & optimè Cencius *in tract. de cenſibus , quæſt.89. num.8.& 9.* Sed ſic eſt , quòd exceptio nunc in M. C. V. ab Illuſtr. Principe oppoſita, nempe ſe ab omnibus annuorum redituum venditionibus ſuper Octaiano impoſitis liberandum, & Veſuuij conflagrantis damna,ea ipſa eſt, quæ principaliter agendo , & in actionis modum in S. C. agitari cœpit,nec perſpicua, nec certa, nec firma in eius fauorem apparet,imò in iure,& in facto, turbida , anceps , & inueriſimilis euidenter redditur, 9 10

ditur, altiorémque indaginem requirit. Ergo nullo modo hanc inſtrumenti liquidationem impedire poterit.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus qualiter conſtituatur iure communi, & quid per Bullas Pontificum.*
2 *Cenſus qualiter formetur ex Bulla Nicolai V.*
3 *Cenſus conſtitutio an debeatur peremptis bonis.*
4 *Cenſus an deficiat bonis peremptis ex Bulla Pij V.*
5 *Bulla Pij an recepta in Regno quoad cenſus.*
6 *Veſuuij denaſtationes quales.*
7 *Veſuuij damnum quos offecit.*
8 *Cenſus an extinguatur re infructifera facta.*
9 *Cenſus qualiter petatur in libello.*
10 *Terra quando chaſmate perit, & quando clade.*
11 *Terra afflicta per veſuuium quales fuerunt.*

OCTAVA CONCLVSIO.

1 ET certè quoad ius, conſtans eſt Doctorum ſententia, re perempta, aut extincta, ſuper qua annuus cenſus fuit conſtitutus, non extingui cenſum, ſed remanere integrum ſuper perſona tantùm; quia ſufficit, quòd à principio rectè ſuper prædio conſtitutus fuerit, licèt ex poſt facto, eo deleto, ſuper ſola perſona remaneat. Nam etſi cenſus ſuper perſona tantùm conſtitui non poſſit, vt dixit Petr. de Gregor. *in comment. Bullæ, quæſt.* 15. *in princ.* vbi plura alia adducit Maſtrill. *in annot.* poteſt tamen accedere ſimul cum obligatione rei in ſpecie, & in genere ſecundùm formam Bullarum Nicolai V. & Gregorij XIII. quia non eſt nouus cenſus ſuper perſona, ſed erit acceſſoria obligatio in conſequentiam cenſualis contractus ſuper reformati, vt ſcripſit Beinſeg. *de cenſibus, num.* 4. & 5. & probatur *in l. creditor, qui non idoneum, ff. ſi certum petatur, l. aduersùs, Cod. de act. & obligat. l. fundus, quem, ff. de ann. leg.* ita in terminis tenent Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 6. *verſ. Quod item diximus*, Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 7. *num.* 13. aſſerens ita obſeruari in Camera Imperiali, plures refert Felician. *de cenſibus, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. *vſque ad finem*, & *tom.* 2. *eodem lib.* 1. & *cap.* 8. *num.* 17. & Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 75. & *quæſt.* 19. *num.* 16. & 29. Leonard. Leſſ. *in tract. de iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 11. *n.* 65. & *ſeqq.* Sotus *de iuſt. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 5. *art.* 1. *col.* 7. Redoan. *de rebus Eccleſ. tit. de Conſtit. ann. cenſ. à num.* 44. *vſque ad* 55. Surdus *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 33. *num.* 15. & *conſil.* 162. *num.* 12. Decian. *conſil.* 2. *num.* 75. & *à num.* 141. *vſque ad* 144. *volum.* 1. Milanenſ. *deciſ.* 2. *à num.* 110. *vſque ad* 124. *lib.* 2. Maſtril. *d. deciſ.* 141. *à n.* 21. & alij plures, quos refert, & ſequitur Mich. Salon. *de contract. & commer. tit. de cenſ. art.* 3. *controu.* 18. *n.* 1. *verſ. Oppoſitum.*

2 Quod ſanè multò magis procedit, ſecundùm dictam Bullam Nicolai V. in hoc Regno receptam, vt conſtat *ex d. pragm.* Alphonſi Primi *de cenſibus*, quando vltra rem in ſpecie cenſui ſubiugatum, accedit obligatio omnium bonorum: nam cum tunc vltra dictam rem ſignanter hypothecatam, veniat etiam aliorum bonorum obligatio, re illa in ſpecie adſtricta perempta, remanet cenſus ſuper aliis bonis rectè, & iuridicè conſtitutus, vt conſiderat Milanenſ. *dict. deciſ.* 2. *num.* 116. & 117. adiiciens *num.* 118. Et ſic ſtantibus terminis Bullæ Papæ Nicolai V. editæ in Regno noſtro, quæ permittit conſtitui cenſum ſuper omnibus bonis generaliter cum obligatione perſonali ipſius vendentis, & bonorum, importare videtur, quod emptor nunquam ſubit rei emptæ periculum, quia impoſſibile eſt, quòd genus bonorum cum obligatione perſonali pereat, prout conſiderat Gemin. *in l.* 2. *Cod. de pact. inter empt. & vendit. conuent.* 1. §. 2. *num.* 88. Et quando in inſtrumento additur pactum, vt cenſu conſtituto ſuper certis bonis, iis peremptis, adhuc venditor teneatur reditus ſoluere, prout in caſu noſtro adeſt, *vt in facto num.*... quod validum eſſe affirmat Couar. *dict. cap.* 7. *num.* 5. *verſ. Primum etenim.* Imò vt ex Bald. *in dict. l. aduersùs*, refert Milanenſ. *ibi num.* 118. licèt in contractu annui cenſus non exprimatur, quod perempta re, ſuper qua fuit impoſitus, ſalua remanere intelligatur actio, nihilominus ſemper ſalua remaneat. Sed in inſtrumento, de quo agitur, adeſt pactum iſtud, vt apparet in facto *num.*... Ergo etiamſi Octaianus funditus periiſſet, iſte annuus cenſus mihi deberetur. 3

Nec obſtat, quòd nonnulli DD. contrariam tueantur ſententiam, quos refert, & ſequitur Cencius *de cenſibus, quæſt.* 99. *num.* 2. nam hi omnes loquuntur in terminis Bullæ Pij V. quæ cum in hoc Regno minimè ſit recepta, vt affirmant duo teſtes omni exceptione maiores, Reg. de Ponte *conſil.* 41. *num.* 37. *volum.* 2. dicens, imò paſſim, & indiſtinctè contrarium practicari, & iudicari ſecundùm pacta formalia, & reſciſſoria contractuum, prout ante dictam Bullam indifferenter iudicabatur, & Reg. Conſtant. *in l.* 3. *num.* 42. & 43. *C. de fiſcal. vſur. lib.* 10. addens eius diſpoſitionem minimè eſſe ſeruandam, vt optimè aduertit P. Salas *de contract. tit. de cenſibus, dub.* 8. *num.* 11. *verſ. Aduerte etiam*, ſicuti nec etiam ſeruatur in Regno Siciliæ vltra Pharum, vt ſcribit Maſtrill. *dict. deciſ.* 141. *num.* 24. nec in Germania, vt refert Andr. Gaill. *dict. obſeruat.* 3. *num.* 13. ſed ſic eſt, quòd quando certum eſſet, quòd Terra Octaiani cum omnibus ſuis membris prædicto incendio fuiſſet extincta (quod verum non eſt, vt omnes ſciunt, notoriúmque eſt, & apparet *ex ſtatim dicen. num. ſeqq.*) non tamen ex hoc poterit Illuſtr. Princeps petere ſe ab obligatione cenſus liberandum, cum adſit in ea, tum eius obligatio perſonalis, tum generalis omnium bonorum, & inſuper clauſula illa. Ex quamvis cauſa, etiam caſus fortuiti, diuini, ſeu humani, rari, inſoliti, & inopinati, &c. quibus expreſsè cum iuramento renuntiauit, *in facto num.*... ergo etiam Octaiano extincto, tenetur hunc annuum cenſum mihi ſoluere. Et etiam quando recepta fuiſſet in hoc Regno dicta Pij V. Conſtitutio, in hoc caſu minimè procedit: nam non diſponit, vt in totum pereat cenſus re perempta, vel infructuoſa effecta, ſed ex ea tantùm parte, quæ vel periit, vel infructuoſa perpetuò facta eſt, vt eius verbis relatis in terminis conſiderat Dominus Epiſcopus Maranta *dict. reſp.* 75. *num.* 44. & 45. *part.* 4. at Octaianus quando ex aliqua parte periiſſet, vel inutilis redderetur (quod verum non eſt) ſaltim pro illa parte, quæ extat, cenſus iſte ſoluendus eſt; ergo nullo modo ab eius ſolutione liberari poteſt. 4 5

Quoad factum verò ex actis S. C. ab Illuſtr. Principe in M. C. præſentatis deductum, multò 6

magis

magis emicat huius exceptionis vanitas, adeo vt inanem, ac ridiculam se ipsam demonstret, & tantùm abest, vt ei prodesse possit, vt potiùs suam intentionem prorsùs destruat, & omninò ei contraria euidenter appareat. Nam si duobus annis tantùm elapsis, post hanc Vesuuij vastationem, & cladem, Terra Octaiani eo ipso petente æstimata fuit in ducatis 54992. & signanter Massaria dicta *della Tauerna* æstimata fuit in ducatis 3600. *fol.* 103. *à tergo*, & altera Massaria dicta *della Fabritia* æstimata fuit in ducatis 2100. *fol.* 151. vt appareat *ex facto num*.... quæ sanè ibi vt feudales numerantur, super quibus hic annuus census in mei fauorem constitutus, impositus, ac venditus fuit, mihique specialiter obligatæ, & hypothecatæ in Instrumento (de cuius liquidatione agitur) conspiciuntur. Et cum iterum Illustris Princeps prædictæ æstimationis, seu appretij reuisionem in eodem Collat. Consil. peteret, prouisum fuit, iterum reuideri die 30. Martij 1637. *in facto num*.... Quod cum factum constet die 2. Septembris 1638. apparet æstimatam dictam Terram Octaiani in duc. 58840. vltra dictis Massarias, quæ in duc. 4700. æstimatæ, itavt omnia simul, nempè Terra Octaiani, eiusque partes, & Massariæ æstimatæ appareant in scut. 64540. Quæ sanè æstimationes, seu appretia, vt potè ab Illust. Principe procuratæ, multo minori pretio, quam re vera earum pretium, & valor erat, factæ sint, ex eo conuincitur; nam cum eo instante de venditione prædictæ Terræ ageretur, Illustr. D. Leonardus Toccus Achaiæ Princeps die 17. Septembris 1637. *in facto n*.... obtulit pro ea ducat. centum mille, adiiciens in comparitione: & signanter *con tutti li corpi posti nell' appezzo di detta Terra fatto per ordine del Regio Collateral Consiglio*. In quibus sane æstimationibus, seu appretiis cum creditum meum ducat. 12800. Capitalis, & redituum, ac eorum interesse, pro quibus instrumentum liquidatum est, integrè capiat, & satisfieri possit, vti ex scripturis in processu S. C. præsentatis, de anterioritate vniuscuiusque creditoris, & ex aliis à me ad instructionem dominorum Iudicum exhibitis, apparet, sequitur euidenter propositam hanc extincti prorsùs Octaiani exceptionem, vanam, ac malitiosam esse, vt in terminis considerat D. Episc. Maranta *resp.* 75. *num.* 35. & 40. *cum tribus seqq. part.* 4.

7 Sed si recenti adhuc Vesuuij montis ignita eruptione anno 1634. dicta Terra Octaiani cum suis Massariis, & pertinentiis æstimata fuit in ducat. 54992. & postea sola temporis accessione, nempè quatuor annorum interuallo, ita aucta fuit, vt ascenderet ad duc. 64540. euidenti demonstratione ex ipsis actis, quæ tamquam ad Asylum confugiens, in M. C. V. præsentauit, apparet non solùm non esse extinctam, nec chasmate periisse, sed potiùs extare hodie integram cum omnibus suis pertinentiis, & semper extitisse, numquamque periisse, & in dies maiorem valorem, & æstimationem habituram. Nam experimento constat, & ab antiquis scriptoribus iam olim traditum est, ex Vesuuij montis eruptione fundos, ac possessiones meliores, vberioresque reddi, præbentibus illis calidis cineribus augmentum, ac fertilitatem, nempè Strambone *lib.* 5. *Geograph.* Vitruuio *lib.* 2. *archit. cap.* 3. & melius à Cassiodoro *lib.* 4. *var. d. epist.* 50. Vomit (inquit) fornax illa perpetua pumiceas quidem, sed fertiles arenas, quæ licet fuerint diuturna adustione siccatæ, in varios fœtus susceptа germina mox producunt, & magna quadam celeritate reparant, quæ paulò ante vastauerant, & ex recentioribus, Anton. Sanfelicius *de origine, & situ Campaniæ*, ait: Cineris quippe calore hæc plaga affecta magnam nobilitandis vitibus vim accepit, & in Cinere, quoque læto, pinguique vicina respergit P. Ioannes Baptista Masculus eleganter *lib.* 6. *de incendio Vesuuij pag.* 209. *ibi.* Numquam auspicatius nuptiæ populis vites, quàm cum Vesuuius prætulit faces, &c. Numquam antea magis impleti sunt lacus expressarum succo: angustæ fuerunt veteres cellæ vinariæ: denique numquam vinis ipsis fuit maior, vel vis, vel gratia: nimirum vti tellus pingue bitumen cum cinere excepit: inde præcalidi spiritus vigorem vitium radicibus impertiti sunt, vt generosa redderent Vina, &c.

Tunc enim census intelligitur extinctus, & 8
resolutus (etiamsi sequeremur opinionem, de qua suprà *num*....) quando fundus ei suppositus infructuosus, ac sterilis omnino in perpetuum fuerit effectus; itavt nulla habeatur spes, vt fructus aliquo tempore reddat: secus tamen si sterilitas sit temporalis, itavt per aliquos annos nullos, aut etiam exiguos fructus ferat, siue hoc contingat casu fortuito, siue culpa, & negligentia Domini, quia cum vtroque casu res ipsa censuata, de sui natura apta remaneat ad ferendos fructus, nec res ipsa, nec census extinctus dici potest, vt deducitur ex Seraph. *decis.* 1418. *num.* 10. sed solui debet ex fructibus aliorum bonorum debitoris, vt in terminis rectè considerat Cencius *de censibus*, *quæst.* 103. *num.* 9. & 10. Sed si Octaianus ad tempus tantùm inutilis factus, postea melior, & vberior factus est, vt ex proximè dictis manifestè apparet, sequitur concludenter, hunc annuum censum super eum impositum, minimè extinctum esse.

Ex quibus luce meridiana clarius euincitur, 9
non esse certam allegationem, & petitionem illam Illustris Principis in libello, quem tunc in S. C. & nunc in M.C.V. porrexit, asserens Terram Octaiani & eius pertinentias chasmate periisse, ob idque à solutione annuorum censuum liberandum, si enim eas æstimare ipsemet procurauit, extantes sunt: & si per Tabularios visæ, mensuratæ, ac consideratæ in prima, & secunda æstimatione, seu appretio fuerunt, adhuc apparent, aspiciuntur, fructusque reddunt: nulla enim rei deperditæ, aut infructuosæ reuisio, & æstimatio esse potest: nulli enim entis, nullæ sunt qualitates. Si nunc maiores, quàm antè Vesuuij incendium fructus percipit, ibi habitat, magnam præcipuè vini copiam colligit, itavt plures cellas vinarias ad id vendendum Neapoli publicè ab hinc annis habuerit, & nunc habeat, vt est notorium, quomodo potest dicere dictam Terram, & Massarias periisse? Certè aut nos imponere vult, aut cæcos, & omni sensu, ac ratione carentes arbitratur. Chasmate enim illud perire dicitur, cum repentè aliquo terræ motu Terra vasto hiatu, ac voragine aperta, prædia, aut oppida in profundum baratrum absoluit, ostendens aliquando, quæ sorbuit, aliquando occultans ore compresso, rursusque ita inducto solo, vt nulla vestigia extent, vrbibus plerumque deuoratis, agrorumque tractu hausto, vt inquit Plin. Sen. *lib.* 2. *natur. hist. cap* 80. exempla locorum, quæ suprà dicto modo chasmate perierunt, referens *in c.* 91. *eiusdem lib.* sed & Arist. *in lib. de mundo*, ac Senec. *lib.* 6. *nat. quæst. cap.* 9. hoc ipsum asserunt. Vnde

recte

rectè Gloſſ. *in l. verum* 12. §. *ſi locupleti, verbo chaſmate perierunt, ff. de minorib.* exponit, ideſt,
10 ruina verſus abyſſum. Et pluribus auctoritatibus eleganter confirmant Budæus in notis ad Pandect. *ſuper l. conducto* 16. §. 1. *ff. locati*, & Briſonius *lib.* 3. *de verb. quæ ad ius pert. ſign. in verb. chaſma*. Hinc Ammianus *lib.* 26. *regeſt.* eleganti vocabulo chaſmaticum appellat Terræmotum, quo patefactis ſubito voraginibus, terrarum partes per hiatum abſorbentur. Sed ſic eſt, quòd nec in iſta vltima Veſuuij flammarum, & cinerum eruptione anno 1631. nec in illa prima poſt Chriſtum natum Anno 81. Titi Imper. tempore, quam deſcribunt Dio Chriſtom. *lib.* 50. *hiſt.* & Plin. Iun. *lib.* 6. *Epiſtol.* 16. & 20. vbi Auunculi ſui Plinij Sen. mortem memorat, & Martial. *lib.* 4. *epigr.* 44. nec in illa tempore Leonis Imper. anno 472. quæ magnam copiam Cinerum vſque ad Byzantium, ſeù Conſtantinopolim emiſit, & omnem Europæ faciem minuto contexuit puluere, vt ſcribit Marcellinus Comes *in Chronico indict.* 10. Imò in Africam, Syriam, & Ægyptum, introiretque Romam, eiuſque aërem compleuerit, & ſolem obſcurauerit, prout referunt Xiphilinus *in Epitom. Dionis in Tito*, Procopius *lib.* 2. *de bello Gothico pag.* 301. Card. Cæſar Baronius *in annot. ad Martyrolog. Roman.* die 19. *Septembris in S. Ianuario, & tom.* 3. *annal. dict. Ann.* 471. (contra quem circa annum arguunt P. Io. Bapt. maſcul. *in chronologia Veſuu. pag.* 12. & 16. & P. Iulius Cæſar Recupitus *de Veſuu. Incend. pag.* 49.) Georg. Agricola *lib.* 4. *de natura eorum, quæ fluunt ex terra.* Cæl. Rodigin. *lib.* 15. *antiq. lect. cap.* 15. Anton. Sanſel. *de origine, & ſitu Campaniæ*, nec in illa tempore Theodorici Regis anno Chriſti 512. quam eleganter enarrat Caſſiador. *lib.* 4. *variar. d. Epiſt.* 50. neque in aliis omnibus conflagrationibus (fuerunt enim ante Chriſti aduentum 2. poſt eius natiuitatem 16. ſecundùm opinionem P. Maſcul. vbi ſuprà. 12. P. Recupit. *lib.* 1. *de Veſuuio ex pag.* 48. *vſque ad* 53. 18. P. Saluatoris Baronij *lib.* 1. *de Veſuu. præmon. ex num.* 13. *vſque ad* 34) licet plures, magni, ac terribiles fuiſſent Terræ motus, nullum eorum vmquam Chaſmaticum fuiſſe, apud eoſdem Hiſtoricos legimus, cum ſi fuiſſent, procul dubio eos æternæ memoriæ commendarent. Quod etiam apparet ex Recentioribus ſcriptoribus P. Ioanne Baptiſta Maſculo, P. Iulio Cæſare Recupito è ſocietate Ieſu, & ex Bernardino Giuliano, Federico Moles, & aliis, qui diligenter, ac eruditè omnia Veſuuij antiqua incendia, occaſione huius vltimi, multis libris latè deſcribunt, damna, ſtrages, ac clades, & in quibus oppidis fuere, accuratè referentes; nullum chaſmate periiſſe tradunt, nullamque Octaiani
11 mentionem faciunt, nec in decennali moratoria, quam refert Giulian. *pag.* 267. vbi Terræ verè affligtæ deſcribuntur: nullam Octaiani perempti mentionem faciunt. Si enim fuiſſet vera prætenſa eius ruina, procul dubio tam inſignes viri, ac fide digni ſcriptores eam minimè ſilentio inuoluerint. Solus P. Saluator Varonius *lib.* 3. *Veſuu. Incend. pag.* 322. aliqua refert, ſed ea ſunt ex vulgi dictis, nam incipit: Aiunt enim: & non aſſerit chaſmate periiſſe; ſed non modò ſordidata ore totius gratia, ſed etiam conſepulta cinere, ſicubi eius formæ pepercit ignis. Et eſt vnicus ſcriptor, qui nullam fidem facit, cum plures alij proximè relati ei contradicant *lib.* 1. *ff. de offic. quæſt.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 287. *num.* 3. Nihil enim aliud Veſuuius ſolitus eſt facere, quàm ad tempus ſubiacentes agros fructibus enudare, vt ait Caſſiodor. *d. lib.* 4. *epiſt.* 50. ac totum illum tractum viriditate priuare, vt inquit Tacitus *lib.* 4. *Annal.* Capreas inſulam Tiberij tempore deſcribens: Æſtas in Fauonium obuerſa, & aperto circum pelago peramœna, proſpectabatque pulcherrimum ſinum, antequam Veſuuius Mons ardeſcens, faciem loci verteret. Sed ſic eſt, quòd iudices poſſunt decidere cauſas, mouerique ex libris Hiſtoriarum ad credendum, vt tradunt Bart. & omnes DD. *in l.* 1. *ff. ſi cert. pet.* Felin. *in cap. ex parte de reſcript.* Card. Tuſcus *tom.* 4. *litt. H, concluſ.* 159. *num.* 4. & *litt. I, concluſ.* 398. *num.* 26. & *tom.* 5. *litt. L, concluſ.* 346. *num.* 16. Genua *lib.* 3. *de ſcriptur. priuat. cap.* 25. Ergo exceptio, quam aduersùs hanc liquidationem opponit ex litis pendentia in S.C. ob Veſuuiij conflagrantis damna, & Octaianum chaſmate abſorptum: nec vera, nec certa, nec probabilis eſt: & ideo reiicienda.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti liquidatio an fiat, ſi mutatio monetæ intercedat, & qualiter.*
2 *Rouiti* deciſ. 33. num. 19. *adducitur.*
3 *Venditio cenſus cauſam finalem quam habet.*
4 *Monetarum mutatio qualiter facta.*
5 *Damnum an paſſum ob mutationem monetæ.*
6 *Quinti retentio an impediat cenſus fundationem.*
7 *Numeratio pecuniæ ſufficit, ſi fiat per æquipollens.*
8 *Regia Pragmatica* 18. *de monetis.*
9 *Pragmatica prædicta qualiter procedat.*
10 *DD. adducuntur punctuales.*
11 *Ceſſio iurium qualiter facta in præſenti, &c.*

NONA CONCLVSIO.

PArs aduerſa in ſua allegatione *in verſ.* 3. quia 1
citatio, qua contra omnem rationem, ac ordinem iudicialem (cùm in ſua comparitione, nec hoc allegauit, nec deduxit) ſed voce tantùm in Aula propoſuit, hanc liquidationem religare, ac impedire intendit, eſt dicere: Inſtrumenti liquidationem nullam eſſe, vtpotè expeditam pro integro capitali ducatorum 12800. à quo cum deducendi, & retinendi ſint duc. 20. pro quolibet centenario ob monetam illam diminutam, vulgò dictam *delle Zannette*, iuxta decretum generale ſub die 3. Auguſti 1623. inferre vult, pro maiori ſumma, quam Illuſt. Princeps debet, factam fuiſſe. Sed cum nullam vim habeat, facilè rumpitur. Nam decretum illud generale loquitur de contractibus celebratis poſt diem 2. Martij 1622. quo fuit edita Regia Pragmatica 13. mutationis monetæ, *in tit. de monetis*, & per conſequens agit de pecuniis relictis in Bancis duorum (vt vocant) tertiorum, vt ex eius lectura apparet, & teſtatur Reg. Rouit. *deciſ.* 33. *num.* 18. at contractus, de quo agitur, celebratus fuit die 4. Februarij 1622. vti ex inſtrumenti inſpectione conſtat. Ergo minimè in dicto decreto generali comprehenditur, & conſequenter nulla ſumma ex dicto capitali retinenda, aut deducenda eſt.

Nec obſtat *d. deciſ.* Reg. Rouiti 33. *num.* 19. 2
aſſerentis per Regiam iunctam fuiſſe concluſum, idem practicari debere in contractibus initis

antè

ante Regiam pragmaticam, & ideo fuiſſe deciſum tempore reemptionis fortè faciendæ per venditorem, deducendam eſſe quintam Capitalis partem. Nam dupliciter reſpondetur. Primò, quia loquitur de pecunia, quæ remanſit in Banco tempore editæ Regiæ Pragmaticæ, nempè duorum tertiorum, & ideo applicari non poteſt ad caſum noſtrum; cum conſtet ex ipſo inſtrumento, de quo agitur, & ex partitis banci ad inſtructionem Domin. iudicum exhibitis, dictum meum capitale ducat: 12800. totum, ac integrum, & vnica tantum ſolutione, ante dictam Regiam Pragmaticam, fuiſſe in creditorum ſolutiones d. Illuſtriſſ. Principis conuerſum. Secundò, Nam ſi deciſio illa 35. Reg. Rouiti in eo fundatur, vt patet *ex num.* 19. quia illa pecunia non minorem diminutionem antè Pragmaticam contrahentibus attuliſſe videbatur, quàm poſtea: ſequitur, quod ſi nullum incommodum, nec vllam diminutionem contrahentes ſenſerint, deductionem, ſeu retentionem. Quinti minimè fieri debere, *ex vulg. regul. ceſſante cauſa*, provt in caſu noſtro contingit: nam ego reſiduum pretij terræ cellæ vinariæ à Marchione vulturariæ mihi eodem ipſo tempore reſtitutum: & ſimiliter Illuſt. Princ. eandem pecuniam in ſuos creditores dimittendos abſque vlla diminutione, aut detrimento conuerſus eſt. Imò potiùs magnum accepit commodum, & lucrum ob huiuſmodi annuorum introituum venditionem
3 mecum celebratam. Quod ſanè manifeſtè probatur: quia ideo iſtam venditionem Marchioni fecit, vt acceptis à me ducat. 15800. ad rationem ducatorum ſex cum dimidio, ſuos creditores ad rationem ducat: 9. & 10. pro quolibet 100. dimitteret, vt apparet ex ipſo inſtrumento *in facto n....* fuit igitur cauſa finalis huius venditionis annuorum redditnum ab Illuſt. Principe factæ, ſuos creditores dimittere, & maiores eorum reditus ad minores reducere, vt in terminis aſſerit Farinac. *deciſ. 676. tom.* 2. quem ſequitur Reg. Fab. Capiis Galeota *lib.* 2. *controu.* 10. *num.* 6. & conſiderat *in num.* 18. 19. & 32. Ergo Illuſtriſſ. Principem non in damno, ſed potius in lucro ob eam fuiſſe liquet; & conſequenter retentio quinti, aut deductio ei concedi non debet, *argum. l.* 2. *Cod. de reputat.*

4 In quorum creditorum ſatisfactionem Illuſt. Princeps ex dicta ſumma, ſcut. 15800. ſibi à Marchione credita, cum ſolum expenderit ducat. 12800. à die 4. Februarij 1622. quo fuit contractus celebratus vſque ad diem 27. eiuſdem menſis, quo tempore banca vnica ſolutione apochas numerabant, vt eſt notorium, & apparet ex partitis Banci, ad inſtructionem Dominorum iudicum exhibitis, quia pro hac quantitate tantum prædicti creditores eam diminutam pecuniam, tunc temporis currentem, ſponte, nulla proteſtatione facta, receperunt, eidem Illuſtriſſ. Principi acceptam ferentes, ſuiſque in me iuribus ceſſis, reliquos ducat. 3000. mihi poſtea reſtituit die 7. Iunij 1622. & ita venditio annuorum introituum remanſit tantum pro capitali ducat. 12800. vt conſtat *ex*
5 *fine inſtrumenti in facto n.....* & ex precibus dicti Illuſtriſſ. Principis ad aſſenſum ſuper hoc inſtrumento impetrandum *in facto n.....* ex quibus publicorum inſtrumentorum verbis conſtat Illuſtriſſ. Principem & recepiſſe prædictos ducatos 12800. cum ex 15800. mihi reſtituiſſet 3000. & in ſuorum creditorum ſolutionem conuerſos eſſe, integrè, & abſque aliqua diminutione, & per conſequens minimè in damno fuiſſe, imò in lucro ſuper à nobis conſiderato, & à Reg. Capyc. Galeota *d. controu.* 10. *num.* 16. me verò contra in damno magno fuiſſe, & eſſe, cum ex illis ducat. 3000. mihi ab Illuſtriſſ. Principe reſtitutis, tertiam partem amiſerim, nempè ducat. 1000. cum in banco remanſerint promulgationis pragmaticæ tempore. Et ideò ſequitur euidenter hanc quin- 6
ti retentionem, nec ab eo petitam, nec allegatam, nec deductam, eidem eſſe omnino denegandam, vndè cum ex dictis inſtrumentis ab eo præſentatis appareat, integrè, & vnica ſolutione recepiſſe ducat. 12800. non obſtat quod aſſerit *in verſic.* 4. nam in caſu noſtro, venditionem ann. redit. non poſſe fieri, niſi pecunia præſenti. Præterea ſi ſola crediti cedula, ſeù banci fides apud Notarium depoſita, realis numerationis loco habetur, & partitarum tranſlatio de vno in alium, quæ fit in banco, virtualis numerationis vim habet, vt in terminis aſſerit Reg. Rouit. *deciſ.* 35.
num. 8. & 9. dicens: Item interuenit numera- 7
tio pretij per cedulam Bancariam, quæ nedum fui parti conſignata, ſed ab eadem acceptata, & à banco approbata, & deſcripta in creditum venditorum, deducendo partitam à credito emptorum, illamque deſcribendo in creditum venditorum; & ſi ſola conſignatio huiuſmodi apochæ, ſeu cedulæ bancariæ penes Notarium habet vim veræ, & realis numerationis, vt poſt Rot. Rom. *diuerſ. deciſ.* 476. *lib.* 3. *part.* 3. Put. *deciſ.* 163. *lib.* 1. Caroc. *de oblat. part.* 2. *quæſt.* 104. Pacif. de *Saluian. interd. deciſ.* 116. *num.* 5. probat Giurba *deciſ.* 38. *in fine*: quanto fortius in hoc caſu, vbi intercedit etiam partis receptio, banci acceptatio, & deſcriptio in libris banci, in creditum ipſorum venditorum? occultatur enim vnus actus celeritate coniungendarum actionum, & habetur, ac ſi bancum vigore cedulæ ſcriptæ ab emptore numeraſſet pecuniam in cedula contentam venditori, & venditor illam pecuniam breui manu numeraſſet banco, & deſcribi feciſſet in creditum ipſius iuxtà formam traditam à Iuris-Conſulto, *in leg. ſingularia, ff. ſi cert. petat.* vbi Doctores omnes id admittunt pro indubitato, *leg. pecuniam, ff. de ſolut.* Regens de Ponte *conſil.* 70. *numero* 2. *volumine ſecundo, &c.* Quanto magis in caſu noſtro dicendum eſt, interueniſſe veram, ac realem numerationem, cum non ſolum interuenerit cedula bancaria, & eius fides ab Illuſtriſſim. Principe acceptata, & recepta ſed eo amplius exacta ab eo pecunia, & in ſuorum creditorum ſolutionem conuerſa?

Deinde caſum noſtrum deciſum, ſeu po- 8
tiùs comprehenſum, *in Reg. pragmatic.* 18. *titul. de Monetis*, die 17. Nouembri 1622. promulgata, manifeſtè apparet; ſiquidem in ea, ita diſpoſitum eſt: omnia depoſita, vt ſuprà facta ante diem 15. Februarij præſentis anni in hac Ciuitate Neapolis fuiſſe, & eſſe ritè, & rectè, ac legitimè facta de pecunia tunc currenti, & approbata, vt ſupra; exceptis tamen depoſitis factis de pecunia aliena ad deponentes quomodolibet peruenta, ad hunc effectum; Reliqua verò depoſita

ſita poſt dies prædictos reſpectiuè vt ſuprà facta de prædicta pecunia fuiſſe illegitimè facta, &c. exceptis tamen depoſitis receptis, vel acceptatis, aut liberatis creditoribus non contradicentibus. Duo igitur neceſſaria requiſita poſtulat hæc pragmatica ad depoſiti validitatem, ſtabilito nempè in tempore ante 15. Februarij factum fuiſſe, & de pecunia propria: & his deficientibus, vnum ſufficere declarat, ſcilicet ſi à venditoribus, vel creditoribus ſponte recipiatur. Sed omnia hæc tria requiſita ſimul in caſu noſtro concurrunt: nam depoſitum, quod ego feci ad emendum ab Illuſtriſſimo Principe hunc annuum cenſum, factum fuit die 4. menſis Februarij 1622. vti apparet *ex facto num.....* & in eodem banco ab Illuſtriſſimo Principe relictum ad ſuos dimittendos creditores, *ibidem numero.....* & *in Regio aſſenſu ibidem numero ſecundo*, quæ ſanè optima cautela appellatur à Diuo Reg. Capyc. Latr. *libro ſecundo conſult. 139. numero 51.* Prætereà pecunia iſta erat mea propria, vt liquet *ex illis verbis inſtrumenti dicto fol. 350. à tergo*; *De pecunia ipſis Marchioniſi coniugibus peruenta ex pretio terræ Ceruinariæ, &c.* Denique volentibus, & minimè contradicentibus, & abſque vlla proteſtatione recipientibus, nempè Illuſtriſſimo Principe, & ſuis creditoribus, vtpotè qui in meum fauorem ſua iura ceſſerunt, vt *in facto num...* Ergo caſus noſter, vti deciſus comprehenſus, & determinatus per dictam Regiam pragmaticam omninò indubitabilis eſt.

9 Nec obſtat dicere *dict. pragmat. 18.* procedere in debitoribus, non verò in annuorum redituum venditoribus. Nam de vtriſque loqui ſatis liquet ex illis verbis præfationis: quoad depoſita facta à debitoribus annuorum introituum cum pacto de retrouendendo pro obtinenda retrouenditione, &c. iunctis verbis illis §. 1. Idem Illuſtriſſimus ibi: omnia depoſita, verbum enim omnia, hoc habet ex ſua natura, vt nihil excludat, *leg. Iulianus, & leg. textoribus in princ. de leg. 3.* & ea complectitur, quæ alias non includerentur, vt pluribus relatis aſſerunt Auguſtin. Barboſ. *de dict. vſufrequent. dict. 241.* D. Regens Merlinus *controuerſ. forenſ. centur. ſecund. capite ſexto, numero quinto, & capite 15. numero 13. & capite 37. numero 12.* Et quia eadem ratio militat in vtriſque; ſi enim depoſita prædicta facta ante dictum diem 15. Februarij, fuerunt valida reputata pro obtinendis retrouenditionibus, tanto magis pariter emptiones annuorum introituum ante dictum diem celebratæ, & depoſita pro eis facta, cum nulla ſit diſpar ratio ex regula vbi eadem eſt ratio, debet eſſe idem ius *leg. illud ff. ad leg. Aquil. leg. nam vt ait Padius ff. de legibus*, Franch. *dicta deciſ. 489. num. 15.* Reg. Rouit. *deciſ. 92. numero 16.* præcipuè cum Illuſtriſſim. Princeps hos ducatus 12800. ob eam cauſam à me acciperet, vt retrouenditiones ſuorum creditorum obtineret, vt ponderatum eſt ſupra.....

10 Quod ſanè in terminis deciſum refert Anton. Fab. *libro 8. Cod. titul. 30. de ſolut. definit. 51.* in caſu magis difficili, at vt Pragmaticæ loquuntur in fortioribus terminis, ibi reſtituta dote, licet in viliore moneta, quàm in qua reſtitui debuerit, augmenti tamen petitio nulla ſupereſſe poteſt, ſi proteſtatio nulla interuenit. Nec enim nouum eſt, vt volenti, & conſentienti debitori ſolutio fiat in deteriore moneta, quamvis ſi nolit eiuſmodi ſolutionem accipere, non ſit cogendus. In cæteris debitis, vtpotè quæ multo minus fauorabilia ſint, multo magis idem iuris eſt. Ita Senatus in cauſa Ludouici Geneuois, & Antonij Perret die 21. Martij 1596. quam legibus, & auctoritatibus ſuo more extra textum confirmat.

Denique omnem tollit difficultatem, quòd ſupradicti creditores, quibus ſoluti ſunt ſcuti 12800. in me ceſſionem fecerunt omnium ſuorum iurium, vt apparet *ex facto num.....* & in effectu fuiſſe factam apparet ex partitis banci ad inſtructionem Doctores iudicum exhibitis. Ex qua ceſſione cum ego in eorum locum ſucceſſerim, *l. emptor in princip. Cod. de hared. vel act. vend.* Surd. *conſil. 22. numero 16. lib. primo, & conſil. 166. numero 13. libro ſecundo*, Gratianus *libro primo diſceptat. forenſ. capite 142. numero 14.* Graſſ. *de except. in prælud. num. 190.* Reg. Capyc. Latro *deciſ. 7. numero quarto*, ſequitur manifeſtè non poſſe dictos creditores ab Illluſtriſſimo Principe aliquid petere, quia aduerſus iura renunciata non datur regreſſus *l. quoties ab omnibus, Cod. de fideicommiſſ.* Franch. *deciſ. 239. numero 8.* Regens Capyc. Latr. *dicta deciſ. 17. num. 5.* & ſi aliquid petendum eſſet, mihi omnino competere, tanquam eorum ceſſionario. Ex quibus euidenter concluditur vaniſſimam eſſe huius quinti prætenſam deductionem, & conſequenter minimè poſſe impedire hanc inſtrumenti liquidationem ritè, & rectè factam. 11

SVMMARIVM.

1 *Fides facta de Clericatu, à quo fieri debeat, & quando.*
2 *Scriptura priuata nullum fidem facit.*
3 *Fides ſine debito exequatur non valet.*
4 *Scripturæ publicæ ſolemnitas qualis ſit.*
5 *Recognitio ſcripturæ qualiter facienda ſit.*
6 *Scriptura priuata ſine ſubſcriptione trium teſtium an valeat.*
7 *Ritus M. C. V. 188. explicatur.*
8 *Fides priuatæ ſimul iunctæ faciunt fidem.*

VLTIMA CONCLVSIO.

POſt decretum M. C. V. & poſtquam hæc ſcripſimus, Illuſtriſſimi Octaiani Princeps ob hanc liquidationem anxius, nihil auſum, intentatumque relinquens, vt eam impediat, neque omnibus modis excruciet, rurſùs Curiam Romanam adiens, & ad Paulum de Alalio Summo Pontifice Ceremoniarum magiſtrum recurrens, priuatam fidem ab eo precibus, vel pecunia extorſit. (Non preces ſunt iſthuc, ſed efflagitatio intempeſtiua quidem, & improuiſa, vt ait C. Tacit. *lib. 2. Annal.* vbi ſcriptum eſt die 4. Aprilis 1605. Illuſt. D. Octauianum de Medicis fuiſſe Clericali charactere inſignitum ab ipſomet Leone XI. quam producens, à iudice D. Blaſio 1

Boliaga

Boliaga obtinuit, quòd recipiatur, & ponatur extra proceſſum.

2 Sed nihil nobis obſtat: quia ſcriptura iſta priuata eſt, ideoque nullam fidem, nullamque probationem facit, *l. inſtrumenta*, vbi notant DD. omnes, *C. de probat. l. nuda, C. de donat. l. exemplo, & l. rationes, C. de fid. inſtrum. Auth. ſi quis vult in fine, C. qui potiores*, & numeroſa ſcriptorum allegatione firmat Nicolaus Genua *lib. 1. de ſcriptura priuata, quæſt. 4. n. 1.* præcipuè cum facta, ac in judicio producta ſit, me non citato, vt docet Genua *d. quæſt. 4. n. 16.* factum alienum enunciet, vt pluribus DD. aſſerit Præteus *conſil. 44. n. 6. cent. 3.* Genua *ibidem n. 13.* & ſit in graue tertij præjudicium, nempe Regalis Iuriſdictionis, & mei, vt dictum eſt *ſupra num.* quo caſu ſcripturæ priuatæ minimè creditur, vt deciſum fuit in S. Rota *deciſ. 750. num. 8. p. 1. in nouiſſ.* & ex communi DD. ſuffragio tradit Card. Iuſc. *tom. 7. comm. concluſ. litt. S, concluſ. 76. à num. 2. vſque ad* 8. Genua *d. quæſt. 4. num. 7.*

3 Nec attendi, nec admitti debet, quia abſque Regio exequatur, vel recipiatur præſentata eſt, quòd ſanè neceſſarium eſſe ad ſcripturas extra regnum adductas recipiendas *ex pragm. 4. & 5. de citat. & ex practica, ac viridi eius obſeruantia ſupra* diximus *num. 29.* nec producta ſit Curia pro Tribunali ſedente, ſed poſt decretum probatum, in quo Illuſtriſſ. Princeps condemnatus remanet.

4 Prætera licet à Notario ſcripta ſit, cum non habeat ſolemnia ad ſcripturam publicam ſpectantia, nempè teſtium ſubſcriptionem, nullam probationem facere debet, vt pluribus DD. relatis aſſerunt Maſcard. *tom. 3. concl. 1300. num. 9.* Cardin. Tuſc. *tom. 7. litt. S, concluſ. 76. num. 11. 12. & 13.* Nicol. à Genua *d. quæſt. 3. num. 18.* & ita deciſum referunt Rota Romana *deciſ. 76. num. 2. part. 1.* & Stephan. Gratian. *deciſ. March. 104.* quamuis ſcripta ſit per modum atteſtationis, & fidei, quia adhuc dicitur ſcriptura priuata, quamobrem nullam fidem meretur, ita aliis citatis tenet Cardin. Tuſc. *d. concluſ. 76. num. 9.* & Genua *d. quæſt. 3. num. 31. verſ. 7.* Quod adeo verum eſt, vt etiam ſi ab Epiſcopo, qui primam tonſuram ei contuliſſet, hæc fides facta fuiſſet, nihilominus nullam probationem faceret, Bullis ſuæ ordinationis non exhibitis, quia nullo iure cauetur, quòd fides ab Epiſcopo facta, vim habeat publicæ ſcripturæ. *cap. cum à nobis*, vbi Bald. expreſsè *in fine de teſtibus*, Genua *d. quæſt. 3. num. 19.* & ita in terminis noſtris deciſum fuiſſe per S. C. refert D. Regens Merlinus *centur. 2. controu. Forenſ. cap. 91.* ſupra à nobis relata, quia Bulla originalis, vt titulus characteris, neceſſaria eſt, vti *ex cap. legum 2. quæſt. 1. & ex l. ſi qua per calumniam, C. de Epiſc. & Cler.* ibi oſtendimus.

5 Deindè recognitio dictæ fidei facta eſt à duobus tantum teſtibus, qui dicunt, recognouerunt manum, characterem, & perſonam eiuſdem admodum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimi D. Pauli Alaleonis, *vt ſupra*, & eius quoque ſignum in ſimilibus apponi ſolitum &c. ſed duo teſtes non ſufficiunt, & ſi vnus eorum fuiſſet Notarius (qui non eſt) vt in recognitione Chirographi, tradunt plures DD. relati à Maſcardo *tom. 1. concl. 285. num. 4.* quem ſequitur Nicol. à Genua *lib. 1. de ſcript. priuat. quæſt. 16. concluſ. 3. num. 7.* & inſuper debent eſſe bonæ, & probatæ famæ, & integræ exiſtimationis, quæ qualitas eſt omnino articulanda, & probanda à fundante ſe in ſcriptura priuata, vt multis aliis DD. congeſtis affirmat Maſcard. *ibid. num. 6. & concluſ. 1300. num. 24.* Genua *d. concluſ. 3. num. 11. 12. & 13.* Et Illuſtriſſ. Princeps hanc teſtium qualitatem minimè probauit: ergo nullam fidem priuata iſta ſcriptura facere poteſt.

6 Rurſus iſta ſcriptura priuata Pauli Alaleonis non haber ſubſcriptionem trium teſtium, qui viderint illam ſcribi, ſed illi duo tantum, qui dicunt: notam ſcribentis manum, & ſignum habere: quo caſu tamquam priuata ſcriptura nullam probationem inducit, nec poteſt fieri eius recognitio, vel comparatio literarum, quando ei præſentia, & ſubſcriptio trium teſtium deeſt, vt ex Angel. *in Auth. ſi quis vult, Cod. qui potior. ſuper gloſ. 1.* docet Afflict. *deciſ. 181. num. 4.* (& ibi Cæſar Vrſill. *num. 1.*) ſubiungens *num. 7.* ex Franc. de Aretino *conſ. 64. incip. diligenter, & maturè*, iſtam teſtium depoſitionem (qui non fuerunt præſentes ſubſcriptioni) ſe recognoſcere ſcribentis manum tamquam ſibi notam, nullam fidem facere: quia teſtes poſſunt facilè decipi ſimilitudine litterarum, cum poſſit aliquis eas contra facere, vt tradit Bart. *in Auth. ſi contractus col. 2. verſ. opponere dicitur hic, Cod. de fid. inſtrum.* ita per totum Sacrum Conſilium deciſum refert *num. 9.* & in ſimili cauſa per eaſdem Franc. de Aretino doctrinam, & Afflict. deciſ. fuiſſe iterum in S. C. deciſum refert Grammat. *deciſ. 84.* alios DD. allegans, *& deciſ. 103. num. 14. & deciſ. 106. num. 33. & 34. & in addit. ad Afflict. d. deciſ. 181. litt. A.* Ergo ex huiuſmodi teſtificatione nulla fides, nullaque probationis qualitas ſcripturæ iſtæ priuatæ ab Illuſtriſſ. Principe præſentatæ, accedere poteſt.

7 Nec obſtat ritus 188. M. C. V. vbi diſponitur: inſtrumentis confectis extra regnum tunc credi, cum præcedente aliqua ſummaria informatione, etiam extraiudiciali, confirmata fuerint: quia ritus iſte loquitur de inſtrumentis publicis à Notario ritè, & rectè factis, vt ex eius lectura conſtat, & notant Annibal Troiſius, & Caranita *ibi in comment.* Ideo ex eo potiùs in mei fauorem argumentum à contrario ſenſu deducitur, quod in jure noſtro validiſſimum eſt, vt multis probat Euerard. in loco à contrario ſenſu: ſcripturis priuatis extra regnum confectis, credendum non eſſe, etiam ſummaria informatione ſuffultis: quia vltra quod de iure communi hoc ſit prouiſum, vt dictum eſt ſupra *num. 75.* accedit dictus ritus diſpoſitio quæ tantum de publicis inſtrumentis obloquitur.

8 Minus obſtat fides Illuſtriſſ. Hyppoliti Franconij Epiſcopi Nucerini, quæ ad confirmationem prædictæ priuatæ fidei Pauli Alaleonis adducitur, quia & ipſa priuata eſt, & ideo nullam probationem facit, *ex dictis ſupra num.*..... Præterea id ſolum aſſerit in functionibus, quæ fieri ſolent per ſummum Pontificem ſufficere tantum ſolam ſubſcriptionem ceremonianum magiſtri, & D. Paulum tempore Leonis X. hoc officium exer-

cuisse. Quæ sanè attestatio intelligi debet in his, quæ ad officium ipsius scribentis spectat, scilicet ceremoniis, vt tradit Nicol. de Genua *lib. 1. de script. priuat. d. quæst. 4. num. 185.* sed ordinum collatio, & Bullarum, quæ super eis in publica forma expediri debent, quam tradit ex Rebuff. D. Reg. Merlinus *controu. Forens. cent. 2. cap. 91. num. 14.* Et D. Episcopus Maranta *resp. 76. ex num. 1. vsque ad 4. part. 4.* & diximus *supra num.* . . . . . non spectat ad officium magistri ceremoniarum, sed ipsos Episcopos ordines conferentes, & ad suos Notarios, seu Secretarios, & Romæ ad Cardinalem Vicarium, aut Vicegerentem vt est omnibus notum, & dictum est *supra num.* . . . . Ergo dicta attestatio Illustriss. Episcopi Franconij nullam authoritatem, nullamque qualitatem prædictæ priuatæ fidei Pauli Alaleonis circa probationem collationis ordinis Clericalis Illustriss. Principis Octauiani super addere potest. Quæ omnia à nobis accuratè discussa pluribus juribus, rationibus, Doctoribus, & decisionibus confirmata, si ex animi sententia, & ex recta Iurisprudentia considerentur, & inspiciantur, spero M. C. V. decretum ab optimis, rectis, & integris Dominis meis Illustriss. Regentibus, & Consiliariis confirmandum.

INDEX
RERVM ET VERBORVM,
quæ in hoc Quinto Volumine continentur.

A

Abbas.

ABBAS ſucceſſor non præiudicatur ab anteceſſore. num.28.p.216
Abbas Cœleſtinorum, an poſſit proprium Monaſterium dimittere. num.12.p.314
Abbas Cæſareæ cum ſuo Clero ſubjicitur Illuſtriſſimo Nuntio Neapolitano. num.24.p.216
Abbas ſanctæ Mariæ Cæſareæ eſt exemptus à Iuriſdictione ordinarij. num.22.ibidem.
Abbatis authoritas in eligendo ſacriſtam, fundatur in re iudicata. num.11.p.214
Abbates Regulares poſſunt ſibi ſepulturam eligere, & quare. num.31.p.6
Abbatem, vel Abbatiam poſſidere quid importet. num.14.p.214

Abbatia.

Abbatiam qualiter probetur eſſe de re patronatus laicorum. num.2.p.218

Abſens.

Abſens dicitur, qui non eſt ſub iuriſdictione iudicis, coram quo facta eſt obligatio. n.8. pag.397
Abſens quod dicatur in materia Authenticæ præſente C. *de fideiuſſ.* num.6.ibidem.

Abſolutio.

Abſolutio ab excommunicatione ob violationem immunitatis non datur, niſi prius reſtitutione facta Eccleſiæ. num.26.p.312
Abſolutio ob violationem immunitatis à quo ſit danda à Papa, vel ab Epiſcopo. n.25.p.312
Abſolutio in duello quando ab Epiſcopo dari poſſit. num.19.p.342

Acceſſus.

Acceſſus ad Synodum cur in Concilio Tridentino præcipiatur. num.23.p.216

Actio.

Actio ante tempus poteſt proponi pro iure de futuro cum iure de præſenti. num.17.p.94
Actio pro iure de futuro, non poteſt proponi, niſi adſit ius de præſenti actuale. num.18.ibid.
Actio mandati an in totum, an pro parte detur. num.5.p.430
Actio hypothecaria licet in rigore indiuidua, quandoque fit diuidua. num.18.p.399

Actor.

Actor nondum conteſtata lite poteſt contra quem vult ex in ſolidum obligatis procedere. n.9 pag.397
Actor quis dicatur *in l. diffamari, C. de ingenuis manumiſſis.* num.7.p.260

Actus.

Actus humanus ſpecificatur à fine. num.7 pag.210
Actus conditionalis quando inducatur per dictionem dum tamen. num.4.p.332
Actus quando occultatur in alium actum. n.84 pag.360

Addentes.

Addentes ad Rouitum *conſ.* 1. adducuntur ad propoſitum. num.10.p.240

Adiectus.

Adiectus obligationi, vel principaliter obligatus quando dicitur quis. num.5.p.425
Adiectus ſolutioni, vel Principalis correus in quo differant. num.23.p.428
Adiectus ſolutioni, vel obligationi quando dicatur quis, & quando poſſit liquidare. num.9 pag.426
Adiectus poteſt exigere ante litem conteſtatam. num.10.ibidem.
Adiectus an poſſit nouare, vel acceptum fore. num.11.ibidem.
Adiectus in rem propriam plura poteſt facere, & quæ. num.12.ibidem.
Adiectus ſolutioni an liquidare poſſit Inſtrumentum. num.25.p.428
Adiectus quem effectum producat, &c. n.21 pag.427

Aditio.

Aditio quando præſumatur citra ius, & nomen hæredis. num.14 pag.60
Aditio ſimplex paternæ hæreditatis non nocet filio circa onera. num.22.p.66

Adminiſtratores.

Adminiſtratores relicti à teſtatore abſque enuntiatione diuiſionis tenentur in ſolidum. n.2. pag.397
Adminiſtratores poſſunt in ſolidum adminiſtrare. num.3.p.397
Adminiſtratores bonorum Eccleſiæ coram quo Iudice conueniantur, ſi ſint laici. num.2 pag.378
Adminiſtratores omni Iure tenentur reddere rationem adminiſtrationis. num.5.p.379
Trid. diſpoſitio *ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 9. adducitur. num.6.p.379
Salgadi authoritas ſpectare ad Epiſcopos videre computa Eccleſiarum adducitur num.7.p.379

Anſaldi authoritas adducitur pro Epiſcopo. n.8 pag.379
Pereyra de manu Regia adducitur pro Epiſcopo. num.9.ibidem.
Portugalliæ deciſio adducitur pro Epiſcopo. num.10.ibidem.
Fagnani authoritas pro Epiſcopo adducitur. num.11.ibidem.
Pignatelli conſultatio, & deciſio adducitur pro Epiſcopo. num.12.ibidem.
Epiſcopi Iuſtitia eſt pro redditione rationum. num.13.pag.380
Impius Reiger ſtat pro Epiſcopo. num.14 ibidem.
Impius Carpzouius ſtat pro Epiſcopo. n.15 ibidem.
Regens de Marinis eſt pro Epiſcopo. n.16 ibidem.
Regens Valenz. ſtat pro Epiſcopo. num.17 ibidem.
Exemplum adducitur pro Iuriſdictione Epiſcopi, in redditione computorum. num.18 ibidem.
Impius Gaſpar Klok eſt pro Epiſcopo. n.19 ibidem.
Adminiſtratores Laïci, de quibus in præſenti, adminiſtrant ex ordine Epiſcopi. num.20.ibid.
Adminiſtratio demandatur laicis ab Epiſcopo. num.21.ibidem.
Conſtantinus Cafarus adducitur in contrarium. num.22.p.381
Conſtantini Cafari authoritas non facit contra Epiſcopum. num.23.ibidem.
Cafarus reprobatur in eo quod dicit. n.24 ibidem.
Cafarus *num.*22.reprobatur. num.25.ibid.
Cafari dictum eſt contra Genuenſem in ſua praxi. num.26.ibidem.

Adoha.

Adoha in Regno qualiter ſoluatur in feudis. num.38.pag.368
Adoha, & alia onera feudi non præiudicant creditoribus feudi. num.48.p.370
Adoha quid ſit in Regno, & quomodo debeatur. num.35.pag.368

Aduerſarius.

Aduerſarius ponderatur ad materiam poſſeſſoriam. num.21.pag.137

Aduocatus.

Aduocatus conſulens clientulo, vt non acquirat in præiudicium creditorum peccat mortaliter. num.2.pag.346
Aduocatus conſulens proponi actionem tenetur ad reſtitutionem. num.3.pag.346
Aduocatus licet Clericus delinquens in defenſione litis coram iudice laico ab eodem plectitur pœna pecuniaria. num.60.p.395

Ædificare.

Ædificare non licet vicino ad æmulationem alterius vicini. num.6.pag.271
Ædificare altius cuilibet permittitur. num.5 pag.304

Ædificans

Ædificans ad ſui vtilitatem poterit altius extollere, vt velit. num.9.pag.304
Ædificans per 12. palmos cum diſtantia ab alio, Neapoli licitè ædificat. num.15.p.305

Ædificium.

Ædificium in præiudicium vicini qualiter poſſit fieri, & quando. num.7.p.346
Ædificium ad æmulationem Eccleſiæ, quando cenſeatur. num.9.pag.277
Ædificium tollens ſolem vel lumen horto Monachorum non poteſt prohiberi. num.41 pag.309
Ædificium vſque ad Cœlum extolli poteſt. n.4. pag.271
Ædificij cauſa fauorabilis. num.34.p.308
Ædificij qualiter conſideretur. num.35.ibid.
Ædificia non deſtruenda pro Monaſteriis ampliandis. num.17.p.305

Æmulatio.

Æmulatio in dubio non præſumitur. num.7 pag.271
Æmulatio præſumitur, fauore Religionis. n.8 pag.271
Æmulatio quibus coniecturis præſumatur. n.9 ibidem.
Æmulatio partis aduerſæ in caſu noſtro probatur euidenter. num.12.p.272
Æmulatio Religioſorum arguitur in prælibatis multis & quibus. num.39.p.308
Æmulatio vicini in caſu noſtro euidenter probatur circa modum ædificandi. num.46.p.275
Æmulationis præſumptio qualiter arguatur. n.36 pag.308

Æquitas.

Æquitas quem effectum producat. n.26.p.349
Æquitas dicitur ius humanum, & quid operetur. num.27.ibidem.
Æquitate ſuadente id ampliatur. num.9.p.410

Æquiuoca.

Æquiuoca ſunt prius diuidenda, deinde definienda. num.24.pag.26

Æſtimatio.

Æſtimatio in dote, quando operetur emptionem. num.2.p.148
Æſtimatio, an, & quando faciat emptionem in pignore, &c. num.11.pag.149
Æſtimatio non inducit emptionem, & quando. num.14.pag.150

Ætas.

Ætas maritandæ in dicto Monte ſtatuitur. num.3. pag.71

Afflictus.

Afflictus ponderatur *in d. §. ſi duo fratres.* num.53. pag.370
Afflicti *deciſ.*355. & Anna *ſingul.* 40. explicatur. num.25.pag.122
Afflicti *deciſ.* 355. non eſt ad materiam applicabilis. num.50.pag.127

Affirmatio.

Affirmatio vnius eſt negatio alterius, & quare. num.30.pag.67

Affrancandi.

Affrancandi facultas quando detur in cenſu. n.18. pag.289

Agnationis.

Agnationis, & cognationis differentia qualiter ſit ſublata. num.45.pag.17
Agnationis, & cognationis differentia an ſit ſublata in feudis. num.46.ibid.

Agnatus.

Agnatus, qui comparuit in licitatione non habet prælationem. num.29.pag.14.
Agnati, qualiter cognatis præferantur, & quando num.36.pag.33
Agnatis remotioribus competit prælatio, excluſis, vel nolentibus proximioribus. num.70.pag 20
Agnatis remotioribus competere prælationem plura deciderunt Tribunalia. num.71.ibidem.

Agnatis veniens iure Aperto, & proprio ſtatim eſt mittendus in poſſeſſionem. num. 18. pag. 240
Agnato non competit prælatio in venditione feudi ſi fuit præſens in licitatione. num. 27. pag. 14
Agnato non competit prælatio, quando paſſus fuit licitari feudum. num. 24. pag. 13

Alienatio.

Alienatio ex cauſa neceſſaria quando impediat contrauentionem. num. 13. pag. 280
Alienationes factæ in caſu conuentionis reuocantur. num. 6. pag. 279

Alimenta.

Alimenta annua debentur in principio anni. n. 14. pag. 93
Alimentorum renunciatio futurorum debitorum ex vltima voluntate ſine decreto Iudicis non fit. num. 23. pag. 95
Alimentorum renunciatio valet cum iuramento, niſi ſint alimenta iure ſanguinis debita. num. 29. pag. ibidem.

Ambigua.

Ambigua decidenda ſunt ſecundùm verborum ſignificationem. num. 55. pag. 393

Amendola.

Amendola authoritas in *addit. ad Franch. dec. 223.* adducitur, & explicatur. num. 39. pag. 274

Ampliatio.

Ampliationis neceſſitas qualis. num. 6. pag. 292

Antonius Mainardus.

Antonij Mainardi petitio contra illos de Ricciullis. num. 49. pag. 35

Apoſtata.

Apoſtata, dimiſſo habitu in crimine deprehenſus, vel arma militaria deferens, à iudice ſeculari punitur. num. 10. pag. 388

Approbatio.

Approbatio oneris in legitima quibus modis fieri poſſit. num. 46. pag. 353
Approbatio oneris in legitima, an reſiduum debeatur ſine onere. num. 47. ibidem.

Argumentum.

Argumentum à feudo ad officium valet. num. 39. pag. 392
Argumentum valet de contractibus ad delicta. num. 16. pag. 227

Armigeri.

Armigeri, & inſeruientes cum armis in torneamentis, ſepultura Eccleſiaſtica non priuantur. num. 21. pag. 299

Articulus.

Articulus præindicialis ſemper deciditur prius in Regno. num 8. pag. 166
Articuli diſputandi qui fuerint in hoc facto. n. 2. pag. 363

Aſſenſus.

Aſſenſus ſuper venditione facienda valet ſi ſit facta alienatio. num. 22. pag. 122
Aſſenſus ſuper venditione feudi poteſt impetrari mortuo emptore, ſed non mortuo venditore, & datur ratio differentiæ. num. 12. pag. 120
Aſſenſus ſuper venditione facienda an validet factam, vnde oritur. num. 27. pag. 122
Aſſenſus ſuper venditione facienda, interdum validat factam, & quando. num. 28. pag. 123
Aſſenſus ſuper facienda validat factam alienationem interdum. num. 29. ibidem.
Aſſenſus de quo *d. num.* 15. non conualidat contractum. num. 15. pag. 334
Aſſenſus de quo *numero* 16. non conualidat fideicommiſſum. num. 16. ibidem.
Aſſenſus quas clauſulas requirat. num. 17. ibidem.
Aſſenſus ſubreptitius qualiter dare debeat. num. 18. ibidem.
Aſſenſus præſtitus per relationem ad aliam ſcripturam, quæ requirat, vt valeat. num. 19. ibidem.
Aſſenſus præſtitus poſt mortem Teſtatoris ſuper fideicommiſſo feudi, non valet, & quare. num. 20. pag. 335
Aſſenſus an retrotrahatur in præiudicium tertij. num. 21. ibidem.
Aſſenſus, de quo ibi, non inducit fideicommiſſum. n. 12. pag. 333
Aſſenſus ſuper venditione facienda, quod non comprehendat factam, vnde oritur. num. 32. pag. 123
Aſſenſus ſuper venditione iam facta quid operetur ſi ſit facienda. num. 24. pag. 122
Aſſenſus Apoſtolicus quando præſumebatur antiquitus. num. 11. pag. 288
Aſſenſus in ceſſione requiritur. num. 3. pag. 290
Aſſenſus Capituli qualiter requiratur. num. 4. ibid.
Aſſenſus ſuperueniens non confirmat contractum inualidum. num. 11. pag. 333
Aſſenſus an præſumatur Apoſtolicus. num. 7. pag. 291
Aſſenſus ſuper venditione facienda qualiter factam non contineat. num. 41. pag. 124
Aſſenſus regulatur à petitis, & quare. num. 13 pag. 333
Aſſenſus non extenditur de tempore ad tempus. num. 42. pag. 125

Aſſerens.

Aſſerenti aliquem eſſe Clericum an ſit credendum. num. 16. pag. 435

Aſſignationes.

Aſſignationes reddituum, & cenſuum, an poſſint fieri per Hoſpitale Incurabilium creditoribus eiuſdem. num. 6. pag. 97
Aſſignationes faciendæ per S. Hoſpitale, tendunt ad neceſſitatem, & vtilitatem eiuſdem. num. 7. ibidem.

Atteſtatio.

Atteſtatio ſpecificè quid ſignificet. n. 4. p. 59

Authentica.

Auth. res quæ, Cod. commun. de legatis, qualiter procedat. num. 26. pag. 336

B

Baldacchinum.

Baldacchinum à Dominis ſecularibus non erigendum. num. 39. pag. 47

Barenſis.

Barenſis Ciuitatis encomia narrantur. num. 22. pag. 415

Barones.

Barones non poſſunt prohiberi habere Baldacchinum in Eccleſia, poſita conſuetudine. num. 13. pag. 42
Baroni poſſeſſio in vna parte iuuat quoad alias poſſeſſionis partes. num. 24. pag. 87

Beneficiatus.

Beneficiatus condemnatus pro delicto, an priuetur beneficio, & quando. num. 20. 21. 22. & 23. pag. 375. & 376

Beneficium.

Beneficium neque Eccleſiaſticum dici poteſt, niſi authoritate Epiſcopi conſtitutum ſit. num. 22. pag. 389
Beneficium Authenticæ præſente *C. de fideiuſſ.* eſt ſimile beneficio Auth. hoc ita *C. de duobus reis* num. 7. pag. 397

Beneuolentia.

Beneuolentia Principalis datur etiam vxori, & alio affini. num.26.p.44

Bigamia.

Bigamia interpretatiua quæ ſit. num.4. pag.437

Bona.

Bona temporalia qualiter habeant fratres Minores. num.32.p.307

Bona quando mutent qualitatem per tranſlationem perſonæ. num.13.p.74

Bona acceptata ſub onere facto inuentario, non præiudicat acceptatio. num.12.p.66

Bona filij non exequuntur à creditoribus patris, num.2.pag.284

Breue.

Breuia plura conceſſa Archiepiſcopo Ricciullo. num 29.p.32

Breue S.P. ad fauorem Epiſcopi, qualiter poſſit eſſe. num.30.ibidem.

Breuia Pontificum de penſione collata an probent Clericatum. num.10.p.434

Breuia SS.Pontificum in Regno debent eſſe. n.11. ibidem.

Bulla.

Bulla Gregorij XIV. adducitur, & ponderatur ad propoſitum. num.9.p.129

Bulla Gregorij XIII. refertur permittens agitationes Taurorum ad inſtantiam Regis Hiſpaniarum. num.25.p.299

Bulla Pij an recepta in Regno quoad cenſus. n.5. pag.446

Bulla Gregorij XIV. ligat etiam vbi non eſt vſu recepta. num.23.p.312

Bulla Gregorij XIV. an liget in Hiſpania. n.24 pag.312

Bulla Pij V. quâ prohibentur Taurorum agitationes, refertur, & cum aliis concordatur. num.22 pag.299

Bullæ clericatus qualiter præſententur. num.6 pag.441

Bullæ non vitiatæ probant Clericatum. num.6 pag.434

C

Cadauera.

CAdauera fratrum Hieroſolymitanorum, qualiter ſepeliantur, & conſanguinei non poſſunt veſtiri lugubribus veſtimentis ex ſuis ſtatutis. num.52.pag.8

Cadauera defunctorum qualiter exhumentur, vt aliò transferantur. num.12.pag.4

Cadauerum tranſlatio qualiter fiat, Eccleſia diruta. num.14.pag.4

Cafarus.

Cafari inuectiua ad propoſitum. num.29.p.381

Calamitas.

Calamitas noſtri temporis circa duella deploratur. num.1.p.339

Cancer.

Cancer. *part.*3. *var. cap.* 20. adducitur punctualis. num.74.p.81

Canes.

Canes ab Epiſcopis non ſunt alimentandi pro venatione. num.7.p.302

Canes venaticos Epiſcopi non poſſunt tenere. num.8.ibidem.

Canibus non ſunt præſtanda ſancta. num.9. ibidem.

Canes venatici non poſſunt in Eccleſiis afferri. num.10.ibidem.

Canis etymologia qualis. num.11.ibidem.

Canes venatici cur prohibiti Clericis, vel Monachis. num.12.ibidem.

Canes prohibiti ob venationem quare, &c. n.13 ibidem.

Canis vox plures habet ſignificationes. n.14. ibidem.

Canon.

Canonis excommunicatio, ſeu declaratio ignorari non poteſt. num.34.p.27

Can. 17. *Bulla Cœna*, qualiter puniat vſurpantes bonorum Eccleſiæ. num.21.pag.25

Capellani.

Capellani non profeſſi ſi reſideant intra ſepta, Monaſterij Sancti Ioannis non ſubiiciuntur Epiſcopo. num.25.p.26

Capellani profeſſi quomodolibet, & vbicunque habitent non ſubiiciuntur Epiſcopo. n.26 ibidem.

Capellani S. Ioannis eiuſdem Religioſi, an, & quando teneantur ad proceſſiones accedere per Epiſcopos. num.16.p.25

Capellani aliarum Religionum militarium ad quid teneantur. num.17.ibidem.

Capellani S.Ioannis quando ſubiiciantur ſuis Prælatis. num.23.p.26

Capellani S.Ioannis delinquentes extra clauſtra, à quibus puniantur. num.40.p.27

Capitale.

Capitale remanſum, qualiter alienatum ſit. n.3. pag.279

Capitale aſſignatum creditoribus. num.4. num.279

Capitale ſubrogatum, & aſſignatum creditoribus. num.5.ibidem.

Capucinus.

Capucinus, vel ſtrictioris Obſeruantiæ, eſt capax legati annui pro ſuis neceſſitatibus. n.33 pag.96

Capucinus, qui habebat annuam penſionem, ſi transferatur ad Religionem capacem transfert ſecum talem penſionem. num.34.ibid.

Capuccini an poſſint agere in iudicio officio iudicis, & quando. num.30.p.307

Capucinorum Religionis laudes. num.2. pag.303

Capucini habent ſolum vſum facti in rebus. n.31. pag.307

Carceratus.

Carceratus inſta carceratione poteſt contractum facere, & quando. num.3.p.143

Cardinalis.

Cardinalis Lugo quid ſcripſerit in hac cauſa. n.8. pag.141

Carpzouij.

Carpzouij *deciſ.* 89. adducitur. num.7.p.317

Carthuſiani.

Carthuſiani qualem habeant conſuetudinem exigendi laudemia. num.13.p.294

Caſtellanus.

Caſtellanus nihil adduxit pro ſe, &c. num.38. pag.47

Caſtellanus Barij non habet puluinare in Eccleſiis Ciuitatis. num.30.p.45

Caſtellanus nullam habet Iuriſdictionem carcerandi. num.31.p.ibidem.

Caſtellanus non eſt officialis, niſi intra Caſtra tantum. num.32.pag.46
Caſtellanus quando dicatur officialis, & quando non. num.33.ibidem.
Caſtellanus an, & quando habeat regalias. n.34. ibidem.
Caſtellanus in quacumque Ciuitate ſit, non eſt officialis Ciuitatis. num.35.ibidem.
Caſtellano non ſuffragantur habuiſſe olim tales prærogatiuas. num.36.ibid.

Caſtillus.

Caſtillus *lib.* 3. *cap.* 7. adducitur, & explicatur. num.10.pag.176
Caſtilli opinio loco citato, vt valeat, quæ requiritur. num.12.pag.177

Caſus.

Caſus fortuitus qui ſit. num.4.pag.143
Caſus improuiſus & infortuitus, qui ſint. num.5. pag.113
Caſus affertur in fortioribus terminis deciſus in Sacro Conſilio ad fauorem Monialium D. Romatæ. num48.pag.275
Caſus, licèt diuerſi, ſi tendant ad eundem effectum, & finem, dicuntur idem. num.34. pag. 234
Caſus mortis, & caſus contrauentionis, qualitèr intelligantur. num.21.pag.281
Caſus fortuitus eſt infra annum allegandus.num.8. pag. 143
Caſus fortuitus extra annum probari non poteſt. num.9.ibidem.
Caſus ſingularis adducitur à Caramuele ad præſentem materiam. num.69.pag.376

Cauſa.

Cauſa realis inter clericum & laïcum tractari debet coram iudice laïco ratione rei ſitæ.num.47. pag.393
Cauſa Marchionis Alfidelis adducitur ad propoſitum. num.21.pag.240
Cauſa Antonij Pappæcodæ adducitur. num.22 pag 241
Cauſa Principis Colli adducitur. num.23. ibidem.
Cauſa Caroli Filomarini adducitur. num.24. ibidem.
Cauſa Beatricis Vrſinæ adducitur. num.25. ibidem.
Cauſa redditionis computorum dicitur indiuidua, & quare. num.15.pag.398
Cauſa fauorabilior eſt liberi arbitrij, quam dotis. num.49.pag.236
Cauſa pia cum damno vicini concurrens quis præferatur. num.38.pag.308
Cauſæ connexio non operatur, vt coram vno eodemque iudice conueniantur plures rei, qui diuerſo foro ſubiiciuntur. num 21.pag.399
Cauſa petita remitti derogatur, & datur terminus num,50.pag.35
Cauſa redditionis computorum eſt indiuidua.n.12. pag.397
Cauſæ indiuiduæ vnum requirunt Iudicem. n.13. ibidem.

Cenſuatio.

Cenſuatio ſolita fieri quando dicatur. num.12. pag.289
Cenſuatio in perpetuum an poſſit fieri, & quando. num.13.ibidem.
Cenſuationes plures ſequutæ. num.8.pag.291

Cenſus.

Cenſus aſſertio. num.2.pag.287
Cenſus an, & quando debeatur etiam peremptæ re. num.10. pag.225
Cenſus enumeratur inter immobilia, & alienatur, vt ſtabilis. num.2.pag.97
Cenſus ſubmiſſio eſt onus hæreditarium. num.16. pag.77
Cenſus præteriti poſſunt peti, tum ab hærede, tum à legatario poſſeſſore rei. num.3. pag 76
Cenſus qualiter formetur ex Bulla Nicol. V. n.2. pag.446
Cenſus an deficiat bonis peremptis ex Bulla Pij V. num.4.pag.446
Cenſus qualiter conſtituatur iure communi,& quid per Bullas Pontificum. num.1.pag.446
Cenſus requirit inſtrumentum. num.4.pag.287
Cenſus nullſiter conſtitutus non fundat laudemium. num 6.pag.291
Cenſus ob rem deperditam, & peremptam quando extinguatur. num.3.pag.225
Cenſus an fuerint Neapoli extincti ob res peremptas. num.4.ibidem.
Cenſus qualiter ſit ſoluendus. num.5.ibidem.
Cenſus non diminuitur, diminutâ re cenſita. n.6. ibidem.
Cenſus conſtitutio an debeatur peremptis bonis. num.6.pag.446
Cenſus an extinguatur re infructifera facta.num.8. pag.447
Cenſus qualiter petatur in libello. num.9.ibidem.

Ceſſio.

Ceſſio non habet locum ſolutionis. num.3. pag.100
Ceſſio iurium qualiter facta in præſenti,&c. n.11. pag.449
Ceſſio dum non officit cedenti, quid operetur. num.17.pag.330

Citatio.

Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter concipiatur. num.2.pag.193
Citatio erronea ſuper tenore inſtrumenti an faciat contumacem. num.3.ibid.
Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter procedat. num.4.ibidem.
Citatio ſuper tenore inſtrumenti cauſam requirit. num.5.ibidem.
Citatio ſuper tenore inſtrumenti an debeat continere emancipationem. num.7.pag.197
Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter facienda. num.8.ibidem.
Citatio ſupponit inſtrumentum ſtipulatum.num.9. pag.298
Citatio nulliter expedita cenſetur contra ordinem, & Decretum S. Conſilij. num.7.pag.193
Citatio ſuper tenore inſtrumenti qualiter ſit expedienda. num.3.pag.424
Citatio ad informandum D. Pompei Girone. n.2. pag.23

Clauſula.

Clauſula vt plenum dominium transferatur in maritum, quem effectum operetur. num.9.pag.149
Clauſula (*ſaluo aſſenſu Domini*) quid operetur. num.31.pag.125
Clauſula in ſolidum operatur duos reos debendi, vel credendi. num.24.pag.428
Clauſula expreſſa, quæ tacitè ineſt, nihil operatur. num.43.pag.125
Clauſula (*ſaluo aſſenſu, & non aliter*) ſaluat caducitatem. num.37.pag.124
Clauſula ſaluo aſſenſu, qualiter differat à clauſula ſaluo aſſenſu, & non aliter. num.38. ibidem
Clauſula quòd introitus dotis tranſeant in dominium mariti quid operetur. num.6. & 7. pag.146

Clauſula conſtituti quid operetur in inſtrumento. n. 20. pag. 427.
Clauſula iuſtitiæ quid operetur in præſenti. n. 14. pag. 194
Clauſula ad habendum quid operetur in dote. n. 7. pag. 140

Clementina.

Clementina vnica de baptiſmo ad propoſitum adducitur. num. 3. pag. 50

Clericatus.

Clericatus quaſi poſſeſſio ſine titulo non probat Clericatum. num. 8. pag. 434
Clericatus nominatio, an illum probet. num. 15. pag. 435
Clericatus enunciatio qualiter probet illum. n. 7. ibidem.
Clericatus enunciatio cum diſpoſitione an probet Clericatum. num. ibidem.
Clericatus an, & qualiter per teſtes poſſit probari. num. 9. pag. 434
Clericatus per Bullas probatur, & qualiter. num. 5. pag. 433
Clericatus priuilegia qualiter conſeruentur. n. 7. pag. 438
Clericatus quaſi poſſeſſio qualiter probetur. n. 7. pag. 434
Clericatus an probetur per Bullam collationis beneficij. num. 13. ibidem.

Clericus.

Clericus quid poſitum recepit à iudice laïco, poteſt ab eodem cogi ad aliud reſtituendum. num. 46. pag. 392
Clericus diu ſæua exercens vel ioculator, vel golialdus aut actualiter degradatus, à laïco recognoſcitur, quod idem dicitur de incorrigibili, vel coniugato habitum & tonſuram non deferente, vel Clerico macellario, carnifice & tabernario, vel bigamo, vel tandem de eo qui in carcere fecit ſe clericari. num. 11. pag. 388
Clericus in aliqua arte, vel ſeculari adminiſtratione delinquens recognoſcendus eſt à iudice laïco. num. 1. pag. 388
Clericus nequit eſſe tutor datiuus. num. 36. p. 391.
Clericus vxoratus etiam cum vidua gaudet fori priuilegio, ſi habeat militiam, &c. num. 1. pag. 437
Clericus occaſione feudi conuenitur coram iudice laïco. num. 38. pag. 392
Clericus poteſt fori priuilegium perdere ex quadam neceſſaria conſequentia, ex aliquo antecedenti deducta. num. 18. pag. 389
Clericus poterit conueniri coram iudice laïco, cauſa depoſiti facti coram illo. num. 17. ibid.
Clericus adminiſtrator poteſt conſiderari ſub duplici formalitate, ſcilicet tanquam Clericus & tanquam adminiſtrator. num. 28. pag. 390
Clerici negotiatores, vt propter delictum in huiuſmodi negotiationibus patratum puniri valeant, ter prius monendi ſunt vel vnica ſaltem ſynodali monitione. num. 3. pag. 388
Clericus coniugatus an, & quando gaudeat fori priuilegio. num. 1. pag 433
Clericus debet oſtendere per multum tempus ſe talem geſſiſſe. num. 2. ibid.
Clericatus probatur per tonſuram, & veſtes copulatiuè. num. 3. ibidem.
Clerico adminiſtratori Montis Maritagij petenti ſe remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, fuit denegata remiſſio à S. R. C. num. 62. pag. 395
Clericis eſt prohibita venatio clamoroſa, & quando. num. 24. pag. 199
Clericum volentem poſſe beneficio immunitatis renunciare probatur nouis argumentis contra aliorum placita. num. 41. pag. 392
Clericus quamvis volens, non poteſt foro renunciare. num. 8. pag. 388
Clericus aſſaſſinus punitur à iudice laïco. num. 9. ibidem.
Clericus coniugatus exutus veſtibus amiſit omnia priuilegia. num. 3. pag. 440
Clericus coniugatus per habitus reaſſumptionem, an gaudeat fori priuilegio. num. 4. pag. 440
Clericus coniugatus de facto reaſſumens habitum, gaudet foro. num. 5. ibidem.
Clericus duellum committens priuatur Beneficiis, & quid de penſionibus. num. 15. pag. 342
Clericus miles lauretanus gaudet fori priuilegio. num. 2. pag. 437
Clerici propter ſæcularia munera ab altaris obſequio abſtrahuntur. num. 2. pag. 396
Clericus coniugatus an patiatur contra ſe liquidationem Inſtrumenti. num. 12. pag. 443
Clerici de iure communi debent ab officio ſæcularium deſiſtere. num. 1. pag. 396
Clericus quando poſſit obtinere penſionem, & foro gaudere. num. 10. pag. 439
Clericus vt fori priuilegium amittat, non ſemper indiget monitione. num. 74. pag. 388
Clericus coniugatus non gaudet in ciuilibus priuilegio fori. num. 10. pag. 443
Clerici etiam de iure Regni prohibentur officia ſæcularia exercere. num. 4. pag. 396
Clerici in ſacris, vel Beneficiati, aut Regulares non poſſunt in in agitationibus Taurorum intereſſe. num. 28. pag. 300
Clericus tutor tutelam à manu iudicis laïci recipiens tenetur reddere computa coram iudice laïco. num. 30. pag. 390
Clericus quoad forum diuerſo modo iudicandus eſt, ſi tutelam legitimam exercuit quàm ſi non legitimam, ſiue aliam quamcumque animo lucrifaciendi, & ratio. num. 31. pag. 391
Iudex competens tutoris qualis ſit. num. 32. ibidem.
Clericus, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, in caſibus non exceptis conueniendus eſt coram Eccleſiaſtico iudice. num. 12. pag. 389

Cognati.

Cognati deſcendentes ex fœminis non ſuccedunt in feudis. num. 47. pag. 17
Cognati an excludantur à ſucceſſione feudi antiqui. num. 48. ibidem.

Cognitio.

Cognitio criminis læſæ Maieſtatis an permiſſa ſit à Carolo V. Duci Parmæ. num. 12. pag. 86
Cognitio criminis læſæ Maieſtatis, de quibus Regalibus eſt. num. 21. pag. 87
Cognitio criminis læſæ Maieſtatis cognoſcitur ab Audientia, & à M. C. V. num. 22. ibidem.
Cognitio criminis læſæ Maieſtatis an, & qualiter ſit de Regalibus. num. 14. pag. 86

Collateralis.

Collateralis Conſilij præcepta, & ordinationes adducuntur. num. 24.
Collaterale conſilium quid determinauerit in præſenti. num. 28. pag. 45

Commenda.

Commenda quando in beneficium Eccleſiaſticum concedatur à Papa. num. 11. pag. 439

Comparitio.

Comparitio poſt citationem quem defectum purgat. num. 6. pag. 193

Comprehensio.

Comprehensio, & extensio, in iure, differunt: earumque differentiæ. num.31.pag.234

Computorum.

Computorum redditio laïco, & Ecclesiastico potest dari stante consuetudine. num.59.pag.386

Computorum redditio qualiter Neapoli practicetur. num.57. ibidem.

Concessio.

Concessio Regalium an comprehendat cognitionem criminis læsæ Maiestatis. num.19.p.87

Concessio iurispatronatus, de qua hic, qualiter facta. num.11.pag.219

Concessiones meri imperij an fuerint reuocatæ à Ministris Regis. num.9.pag.85

Concilium.

Concilium Tridentinum an secundùm omnia capita in re non receptum sit, vbi varia exempla. num.59.pag.394

Concilium Tridentinum *sessione.6. cap.*50. explicatus. num.8.pag.338

Concilium Tridentinum *d. cap.* 50. qualem vsum Pontificalium prohibeat. num.9.ibidem.

Conclusio.

Conclusio extra libros gubernij, cur fuerit inuenta. pag.213

Conclusio illatiua à Regularib. ad Milites sancti Ioannis Hierosolymitani. num.59.pag.8

Conditio.

Conditio priuans hæreditate in casu contrario, quando valeat. num.1.pag.175

Conditio priuans hæreditate facit, vt non directè acquiratur, sed per fideicommissum. num.2.ibid.

Conditio priuatiua in matrimonio an possit apponi. num.3.ibidem.

Conditio priuatiua quando in matrimonio apponi possit. num.4.ibid.

Conditio in matrimonio quando habeatur pro non apposita. num.5.ibidem.

Conditio impossibilis quando dicatur in matrimonio. num.6.ibidem.

Conditio docendi consanguineam quando valeat, & quando non. num.7.pag.176

Conditio indebiti non admittitur contra tranſactionem. num.2.pag.260

Conditio quando dicatur matrimonio impossibilis. num.8. pag.176

Conditio quando dicatur posse impleri, vt sit possibilis. num.9.ibidem.

Conditio contrahendi matrimonium, substituta pia causa, an, & quando valeat. num.13.pag.177

Conditio impossibilis in matrimonio apposita, qualiter differat, si in contractu, vel in vltima voluntate. num.14.ibid.

Conditio dilationis in tempus quando faciat actum conditionalem. num.3.pag.316

Conditio sine causa non datur contra tranſactionem. num.3.pag.260

Conditio etiam protestatiua non potest apponi in legitima. num.15.pag.66

Confessio.

Confessio facta in libello plenè probat contra confitentem. num.17.pag.422

Confraternitas.

Confraternitas qualiter destinatur. n.10 p.141

Confraternitas, & Ecclesia an si sint vnum corpus. num.11.pag.141

Confraternitas est corpus de per se. num.12. pag.142

Confraternitas in Ecclesia Regularium an erigatur sine licentia Episcopi. num.13.ibid.

Confraternitas, & Congregatio si alibi se transferat restitui debet bona. num.6.pag.141

Confraternitas translata ad alium locum non tenetur soluere annuam præstationem, primo loco solutam. num.7.ibidem.

Confraternitas, & Oratorium non gaudet præcedentia, sicuti Ecclesia, in qua existit. num.3. pag.140

Confraternitas, seu Congregatio ad libitum potest dimitti per superiores loci, vbi adest. num.4. pag.141

Confraternitas laïcorum, vbi conuenitur ratione bonorum. num.37.pag.383

Confraternitas ad vsus pios destinata, coram quo conuenitur. num.38.ibidem.

Confratres laïci coram quo tenentur reddere rationem. num.39.pag.383

Confraternitas laïcorum, an possit visitari ab Episcopo. num.40.pag.384

Confraternitas Ecclesiastica an possit visitari ab Episcopo, quoad bona. num.44.ibid.

Confratres ad sepulturam an accedant, & quando. num.5.pag141.

Confugiens.

Confugiens in locum immunem, vbi stare non posset, reponi in alio potest, & quando. n.11. pag.311

Congregatio.

Congregatio, de qua in præsenti, qualis fuerit. num.10.pag.314

Congregatio de vna Ecclesia, ad aliam si transferatur, cui applicantur bona. num.1.pag.140

Congregatio Cœlestinorum multiplex, & acta ab ea quando sint legitima. num.5.pag.313

Congregatio Cœlestinorum licèt non sit Generalis, quæ possit disponere. num.6.ibidem.

Congregatio Definitoralis in Cœlestina Religione, ad quæ possit se extendere. num.7. ibidem.

Congregatio Definitoralis an possit Abbates, & Priores destituere, & instituere. num.8. ibidem.

S. Congregationis decretum affertur per extensum in hac materia. num.36.pag.6

Congregati liberè possunt ab vna Ecclesia ad aliam recedere. num.2.pag.140

Congregatio S.quid declarauerit in simili materia. num.40.pag.47

Consensus.

Consensus requiritur interdum, sed non pro forma. num.25.pag.173

Constantinus Cæsarus.

Constantini Cæsari allegatio reprobatur, & quare. num.35 pag.382.

Constantinus Cæsarus reprobatur in hac causa, & bene. num.60.pag.386

Constitutio.

Constitutio Regni (*sancimus*) an, & quatenus sit lex. num.79.pag.21

Constitutio Regni (*sancimus*) an fuerit lex, & qualis. num.80.ibidem.

Constitutiones Cœlestinorum quid determinent pro renunciatione dignitatum. num.20. pag.315

Constitutiones Cœlestinæ Religionis adducuntur. num.2.pag.313

Constitutio Cœlestina *cap.* 12. §. 6. explicatur. num.3.ibidem.

Consuetudo.

Consuetudo immemorabilis non censetur sublata. num.15.pag.42

Consuetudo cum debitis requisitis quia operetur in hac materia. num.17.pag.43
Consuetudo sedendi electis Ciuitatis Neapolis intus Presbyterium est manutenenda. num.18. ibidem
Consuetudo qualiter introducatur. num.2.pag.68
Consuetudo à quibus fiat. num.3.ibidem.
Consuetudo an requirat assensu Principis.num.4. ibidem.
Consuetudo quando debeat esse obseruata. num.5. ibidem.
Consuetudo an debeat esse præscripta.num.6.ibid.
Consuetudo qualiter introducatur. num.7.ibidem.
Consuetudo titulata inducitur ad minus per tres iudicaturas. num.8.ibid.
Consuetudo quæ non valet, vt talis, an, & quando valeat, vti pactum. num.9.ibid.
Consuetudo limitata quæ sit. num.10.ibid.
Consuetudo qualiter differat à pacto, & quæ sit differentia. num.11.pag.69
Consuetudine posita, vel ablata, multa remanent non proponenda. num.12.ibid.
Consuetudinis verba considerantur, & numeris sequentibus. num.13.ibid.
Consuetudo Regionis an sufficiat ad obtinendum Baldacchinum in Ecclesia. num.12.pag.42
Consuetudo non potest saluare contractum ab iniustitia & inualiditate & à restitutione eius quod fuit indebitè exactum. num.14.pag.422
Consuetudines Ciuitatis Neapolis sunt pacta Ciuium. num.36.pag.351

Continentia.

Continentia causæ in ratione computorum facienda per laïcum, & Ecclesiasticum non considerari potest, præcipuè in nostro casu. num.1. pag.397
Continentia causæ non consideratur inter iurisdictionem Ecclesiasticam & laïcalem. num.20. pag.399

Contractus.

Contractus gestus secundùm loci consuetudinem non est illicitus. num.12.pag 411
Quo casu nulli dubium est sufficere demonstrare damnum absque eo quod quis sit solitus negotiari. num.16.pag.422
Contractus à carcerato factus est nullus. num.2. pag.142
Contractus formam à quibus accipiant contractus. num.6.pag.71
Contractus irreuocabilis, & quid si à Capuccinis factus fuerit. num.40.pag.308
Contractus in dubio præsumitur verus, licitus & realis & non vsurarius. num.15.pag.422
An dicti contractus alieni sint ab omni labe vsurariæ pranitatis. num.10.pag.419
Contractus de quo in præsenti, cur sit nullus. n.6. pag. 187

Contrahens.

Contrahens matrimonium sub spe, & cum promissione futuræ concessionis, neque potest cogere socerum ad interesse, & ratio. num.50. pag.236

Contraria.

Contrariorum quando sit eadem dispositio. n.40. pag.124

Contrauentio.

Contrauentionis locus an sit pro fideicommisso, si fuerit ex causa necessaria. num.14.pag.280

Conuentio.

Conuentio noua & similes, quibus probentur. num.6.pag.283
Conuentionem nouam allegans, & non probans, pœnam incurrat ducat. 12. num.1. ibidem.
Conuentio nova qualiter probanda.num. 2.ibid.

Conuersi.

Conuersi an, & qualiter possint eligere sibi sepulturam. num.40.pag.7

Corpus.

Corporis vnius status quando consideretur, & quando duo corpora. num.23.pag.173

Correus.

Correus an, & quando potest in solidum conueniri. num.4.pag.397

Couarruuias.

Couar. *variar. resolut. cap.* 7. *&* 8. adducitur ad materiam. num.6.pag.184
Couarruuij *decis.*41.adducitur, & explicatur.n.19. pag.406

Credita.

Credita opponere qualiter debeant. n.4.p.197

Creditor.

Creditor potest agere de periurio, & liquidare ad sui electionem. num.7.pag.430
Creditor contrahens cum socio non habens notitiam societatis, creditoribus societatis non præiudicat. num.19.pag.207
Creditores in actione personali vnius ex sociis non concurrunt cum creditoribus societatis. num.7.pag.205
Creditor non potest non recipere stabilia à debitore existente non soluendo. num.3.pag.52
Creditores non possunt obligare debitore ad acquirendum. num.6.pag.355
Creditor pro sorte, quando pro vsuris etiam præferatur. num.18.pag.330
Creditor qui dedit partem pretij ad rem emendam, an aliis præferatur. num.16.ibidem.
Creditores proprij præferuntur creditoribus societatis. num.4.pag.205
Creditor impeditus ob infirmitatem, qualiter possit liquidare instrumentum, &c. num.18.p.433
Creditores socij præferuntur creditoribus societatis, si contraxerunt ante societatem. num.2. pag.204
Creditor præfertur socio in parte quæsita eidem socio. num.3.pag.205

Crimen.

Criminis læsæ Maiestatis causa an remittatur à Baronibus ad M. C. V. num.8.pag.84
Criminis læsæ Maiestatis expressa concessio requiritus. num.20.pag.87
Criminis læsæ Maiestatis cognitio ad quem Iudicem spectet. num.5.pag.84
Criminis læsæ Maiestatis indulgentia qualiter concedenda. num.6.ibidem.

Cuiacius.

Cuiacij emendatio *d. l. si quis decurio*, reiicitur, & & communis opinio commendatur. n.6.p.401

Culpa.

Culpa viri in deterioratione dotis qualiter colligatur. num.20.pag.151
Culpa ad casum quando debeat esse ordinata. n.7. pag.143

Cura.

Cura loci erecti absque Pontificali authoritate spectat ad laïcos. num.54.pag.393

Curia.

Curia Baronalis validè interponit Decretum præambuli, respectu bonorum Burgensaticorum: respectu verò feudalium, caret iurisdictione.n.9.p.232

Custodes.

Custodes portarum qualiter puniantur, si delinquant. num.17.& 18.pag.375

D

Damnum.

DAmnum emergens qualiter debeatur. n.26. pag.417
Damnum an paſſum ob mutationem monetæ. num.5.p.449

Datio.

Datio inſolitum quando, & quibus clauſulis in dotem alteretur. num.15.pag.150

Debita.

Debita quando dicantur in totum extincta. n.2. pag. 444

Debitor.

Debitor in foro externo poteſt nolle acquirere in præiudicium creditorum. num.8.p.346
Debitor nolens acquirere in præiudicium creditorum peccat mortaliter. num.9.pag.347
Debitor offerendo bona ſtabilia creditoribus liberatur. num.2.p.52
Debitor ex cauſa lucratiua poteſt vnam rem pro alia tradere. num.4.p.92
Debitor decoctus an poſſit renunciare hæreditatem, &c. num.72.pag.357
Debitor non poteſt cogi ad acquirendum fauore piæ cauſæ. num.74.ibidem.
Debitorem etiam in conſcientia poſſe inquirere in præiudicium creditorum, quis dicatur. n.68 pag.356
Debitorem cooperantes alij ad præiudicium creditores peccant, & tenentur ad reſtitutionem. num.71.p.357
Debitor an ob incendium liberetur à debitis. n.1. pag.444
Debitoris nomen aſſignatum pro dote, quando datur inæſtimatum. num.3.p.148
Debitor in ſatisfactione facienda debet ſequi opinionem Theologorum non Iuriſtarum. n.4. pag.346
Debitor an poſſit paciſci cum creditore, vt præferatur in quærendis aliis creditoribus anterioribus. num.78.p.358
Debitor repudians hæreditatem poſt decoctionem non valet, repudiatio. num.13.p.347
Debitor poteſt paciſci cum creditoribus, vt præferatur creditor in quærendis in præiudicium creditoris anterioris. num.87.p.360
Debitorum ingratitudines, & fallaciæ contra creditores. num.1.p.408
Debitor repudiat in præiudicium creditorum ſi non adierit. num.37.p.351
Debitor an poſſit repudiare in præiudicium Fiſci creditoris. num.38.ibidem.
Debitor ex lege Iuſtitiæ tenetur adhibere media pro ſolutione facienda. num.62.p.355
Debitor obligatus ad finem, tenetur in foro conſcientiæ ad media. num.66.p.356

Declarationes.

Declarationes Sacræ Congregationis, an, & quatenus ſint nobis contrariæ. num.31.p.27

Decretum.

Decretum à parte productum dicitur ab ea acceptatum. num.18.p.172
Decretum S.C.affertur ad fauorem Monaſterij D. Romatæ. num.50.p.276
Decretum interpoſitum de quo in præſenti. n.18. pag.306
Decretum affertur etiam ad propoſitum. n.6. pag.277
Decretum alterum affertur. num.7.ibidem.
Decretum aliud adducitur, & ponderatur. n.8. ibidem.

Deciſio.

Deciſiones Rotæ, qualiter penſionem appellent. num.9.pag.438
Deciſio prima de Franchis à quibus impugnetur. num.31.p.241
Deciſio 11.Regentis de Ponte explicatur. n.22. pag.12
Deciſio Marchionis Pinelli declaratur. num.51. pag.243
Deciſio ſtatus Baſiniani declaratur. num.52. ibidem.
Deciſio Marchionis Lauelli declaratur. num.53. ibidem.
Deciſio Beatricis Pignatellæ explicatur, num.54. ibidem.
Deciſio S.C.apud Giptium *deciſ. 34. num. 16.* adducitur, & explicatur. num.59.p.355
Deciſio S.C.ad Rouitum *deciſ. 26.* affertur, & explicatur. num.14.p.426
Deciſio punctualis affertur pro repudiationis validitate, & quando. num.63.p.355
Deciſio controuerſiæ, de qua hic, affertur. n.33. pag.113
Deciſio de Franchis 105. adducitur ad materiam. num.23.p.122
Deciſio Sanfelicij 69. adducitur, & ampliatur. num.15.p.86
Deciſio in cauſa ſtatus. num.5.p.195
Deciſio de Franchis 105.*& deciſ.*649. adducuntur. num.26.p.122
Deciſio 18.Regentis Tappiæ, an applicabilis ad materiam. num.9.p.166
Deciſiones punctuales afferuntur ad propoſitum. num.14.p.305
Deciſio affertur ad propoſitum, pro non coactione vendendi ſeruitutem. num.5.p.277
Deciſio refertur excludens à prælatione ex cauſis. num.30.p.14

Defenſio.

Defenſio an competat aduerſus ſententiam termini denegati. num.5.p.165
Defenſio cum moderatione inculpatæ tutelæ non eſt excommunicanda. num.7.p.345

Definitores.

Definitores Capituli Generalis an poſſint ſibi eligere ſepulturam. num.24.p.5
Definitores manentes extra Vrbem an poſſint ſibi eligere ſepulturam. num.25.ibid.

Delicti.

Delicti commiſſi tempus, an vero initium attendi debeat. num.7.p.441
De Luca ad Francum *deciſ.1.num.*50. adducitur, & impugnatur. num.7.p.259

Derogatoria.

Derogatoria qualiter tollatur. num.4.p.59
Derogatoria appoſita in donatione quid operetur. num 20.p.61

Derogatio.

Derogatio per vim legis vniuerſalis an derogetur, & quando. num.13.p.404

Derogatiua.

Derogatiua in donatione appoſita, de qua hîc quid operetur. num.2.p.58

Deſcendentia.

Deſcendentia alicuius pro fideicommiſſo qualiter adducatur. num.25.p.336

Deterioratio.

Deterioratio in dote cui contingat, viro, vel mulieri. num.18.p.150

Deterioratio culpa viri in bonis dotalibus facta quid operetur. num.19.p.150

Dictio.

Dictio *(cum)* quid operetur inter personas posita. num.20.p.172

Dictio alternatiua, & copulatiua quid operetur. num.6.p.425

Dictio in perpetuum quid operetur in concessione officij. num.6.p.202

Dictio *(etiam)* quid importet, & quatenus explicatur. num.26.p.216

Dictio *(quomodocunque)* explicatur, & quid importet. num.11.p.314

Dictiones recipiunt interpretationem secundùm subiectam materiam. num.57.p.393

Dies.

Diei appositio in legato, quando conditionem faciat. num.4.p.316

Dieta.

Dieta definitorum successit loco Congregationis Generalis in Cœlestina Religione. num.9. pag. 314

Dieta Regularium quando subrogetur in locum Capituli Generalis. num.22.p.315

Differentia.

Differentia inter ius commune, & ius Regni super illa clausula, saluo assensu, *&c.* & alienatione feudi. num.44.p.125

Differentiæ ratio assignata quid operetur in praxi. num.7.p.425

Differentiæ ratio dictæ obligationis qualis est. num.18.p.427

Difformis.

Difformis exactio non operatur cum consuetudine. num.15.p.105

Diminutio.

Diminutio, & suppletio de voluntate Papæ quando facienda. num.9.p.161

Diminutio in vno legato an, & quatenus suppleatur ab alio. num.16.p.162

Diminutis redditibus Iuris patronatus Patronus tenetur iterum dare, & quando. num.14. pag.162

Dispensatio.

Dispensatio ad succedendum de qua loquatur successione. num.53.p.18

Dispensatus.

Dispensatus ad vxorem, & non ad habitum, an gaudeat Clericatu. num.5.p.437

Dispensatus, vt retineat pensionem, an gaudeat Clericatu. num.6.p.437

Dispositio.

Dispositio testatoris cadit super bonis propriis non alienis. num.25.pag.61

Dispositio D.Ricciulli qualis fuerit. n.3.p.25

Dispositio, de qua in præsenti qualiter facta respectu fœminarum. num.6.p.57

Dispositio specialis requiritur ad tollendam clausulam derogatoriam. num.5.p.59

Dispositio præsumitur secundùm ius municipale. num.27.p.241

Dispositio facta in pœnam an, & qualiter procedat. num.28.p.336

Dispositio, de qua in præsenti fuit specificata, & qualiter. num.27.pag.67

Dispositio de nouem partibus prohibita Neapoli, an se habeat sicut in legitima. num.49. pag.353

Dispositio Authenticæ hoc ita *C. de duobus reis*, locum habet, cum omnes rei debendi sunt præsentes. num.5.p.397

Dispositio cum modo, vel onere quando dicatur conditionalis. num.10.p.317

Dispositio facta omni modo meliori comprehendit gratiam etiam non expressam. num.32. pag.241

Dispositio facta in Codicillis, nulla facta mentione de gratia valet. num.33.p.241

Disponere.

Disponendi prohibitio quæ bona comprehendat. num.58.p.36

Disposita.

Disposita per Imp. *in l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* obtinent etiam in feudis. num.20.p.232

Distantia.

Distantia quanta esse debeat inter locum mortis, & Monasteriorum. num.33.p.6

Distinctio.

Distinctio alternatiuè, & copulatiuè impugnatur. num.15.p.426

Diuisio.

Diuisio facta inter hæredes præsumitur ordinata à Testatore. num.10.p.161

Doctissimus.

Doctissimus Pater Hieronymus Pecorarius Iesuita apud de Marinis *tom.3.allegat.*77.*&* 78. adducitur ad propositum. num.3.p.310

Doctores.

Doctore allegantur pro hac conclusione antiqui, & moderni. num.5.pag.3

Doctores qui de feudis tractarunt, referuntur. num.2.p.10

DD. quid dixerint de noua conuentione allegata. num.4.p.283

DD. referuntur qui sententiam relatam tenent. num.19.p.299

DD. referuntur qui tenent sententiam relatam. num.6.p.296

DD. adducuntur pro hac sententia. num.16. pag.289

DD. contra renunciantem quid dixerint. n.12. pag.157

DD. exteri, Galli, & Germani sic etiam tenent. num.19.ibidem.

DD. adducuntur ad propositum, & numeris sequentibus. num.14.p.101

Dolus.

Dolus dans causam contractui qualiter operetur ad fructus. num.8.p.180

Dolus arguitur etiam ex malo affectu. n.18. pag.348

Dolus arguitur ex nimia liberalitate. num.19. ibidem.

Dolus arguitur ex qualitate temporis. num.12. pag.347

Dolus arguitur ex qualitate personæ. num.15. ibidem.

Dominus.

Dominus temporalis an possit erigere Baldacchinum in Ecclesiis sui Territorij. num.9. pag.41

Dominus Consiliarius Hodierna *lib.* 1. *contro.* 17. explicatur. num.19.p.414

Dominus Staibanus *resol.*99. adducitur, & declaratur. num.40.p.242

Dominus Consiliarius Pratus adducitur, & explicatur. num.16 p.432

Domus.

Domus subiecta fideicommisso, venit etiam sub dispositione *l. si quis sepulchrum*, dummodò pretium subrogetur in aliam emptionem. num.29. pag.274

Domo empta, & non incorporata an debeatur laudemium. num.10.p.293

Domum habere propriam qualiter expediat. n.4. pag.303

Donatio.

Donatio pro certo matrimonio intelligitur filiis, vti filiis, non vt hæredibus facta. num.3. pag.56

Donatio contemplatione matrimonij non potest reuocari ante acceptationem. num.4.ibidem.

Donatio inter viuos præsumitur inter coniuges. num.9. pag.134

Donatio facta sub commemoratione filiorum intelligitur de filiis communibus. num.1. pag.56

Donans.

Donans si promisit non reuocare, veniunt filij vt filij. num.5.p.56

Donatarius.

Donatarius facto inuentario non tenetur ad onera. num.7.pag.57

Donatarius grauari an, & quatenus possit à donante, & qualiter. num.5.pag.54

Donatarius, vel renunciatarius conditionalis, an possit remittere in præiudicium creditorum. num.81.pag.359

Donatarius onera non censetur acceptare, & quando. num.13.pag.66

Donatarius quando veniat ex propria persona, & quando vti hæres. num.11.pag.63

Donatarius grauatus in genere, non censetur grauatus ad bona donata. num.6.pag.54

Donatio.

Donatio quando veniat in fideicommisso. n.7. ibidem.

Donatio, vt reuocetur, requiritur consensus donatarij. num.8.ibidem.

Donatarius onus acceptans, quatenus sibi præiudicet. num.9.pag.54

Donatarius hæres institutus si conficiat inuentarium, sibi non præiudicat. num.10.ibid.

Fontanellæ *Decisio* 46. & 47. adducitur ad propositum. num.11.ibidem.

Donatarij consensus specialis in acceptatione quando requiratur. num.12.pag.55

Castillus *tom. 3. cap. 10. à num. 39.* adducitur. num.13.ibidem.

Donatio facta impedit testamenti factionem actiuam. num.14.ibidem.

Donatarius si acceptet onus, an præiudicet sibi, & quid si fiat hæres in aliis bonis. num.15 ibidem.

Franciscus Censalius ad Peregrinum fol. 20. adducitur. num.16.ibidem.

Donatarius adeundo hæreditatem beneficio inuentarij non tenetur ad vincula apposita in donatione. num.17.ibidem.

Faber *in suo Codice in tit. de iur. delib. defin. 44.* adducitur ad propositum. num.18.ibidem.

Donellus.

Donellus requirit emancipationem præsentis. num.10.pag.188

Dos.

Dos deteriorata quando possit à marito restitui. num.13.pag.147

Dotis periculum quando dicatur à marito susceptum. num.14.pag.147

Dotis restitutio qualiter sit facienda, & quomodo. num.10.pag.146

Dos æstimata quando dicatur, & quando non. num.4.pag.149

Dotis dominium an penes vxorem, an penes maritum. num.8.p.146

Dotis vsuræ debentur in principio anni, & quando. num.13.pag.93

Dos æstimata cedit periculo mariti. num.2. pag.145

Dotis venditio qualiter præsumatur ex æstimatione. num.3.ibidem.

Dotis læsio non debet esse vltra dimidium. n.4. pag.146

Dotis æstimatio quando dicatur facta ad inducendam venditionem. num.5.pag.146

Doti, & legitimæ non potest imponi fideicommissum. num.14.pag.66

Dotis constitutio potest fieri cum pacto reuersiuo. num.42.pag.352

Duarenus.

Duarenus requirit præsentiam emancipandi. n.14 pag.188

Duellum.

Duellum non est intrinsecè malum. num.11. pag.341

Duellum solum acceptantes an incurrant excommunicationem contra duellantes. num.16. pag.298

Duellum an sit licitum pro defensione honoris in viro nobili. num.13.pag.342

Duellum est licitum posito iusto bello inter Principes. num.14.ibidem.

Duellum an licitum pro defensione belli. n.16 ibidem.

Duellum occultum, an excommunicatio absoluatur ab Episcopo. num.17.ibidem.

Duellum si publicum sit, potest Episcopus absoluere interdum duellantes. num.18.ibidem.

Duellum quid sit, & quomodo Græcè appellatum. num.2.pag.340

Duellum duplicitur sumitur, & qualiter. num.3. ibidem.

Duellum quando dicatur committi. num.4. ibidem.

Duellum quid sit, & vnde dictum. num.1. pag.296

Duellum dupliciter accipitur, & qualiter. n.2. ibidem.

Duelli requisita essentialia quæ sint. num.3. ibidem.

Duellum quo iure prohibitum sit. num.4.ibid.

Duella non sunt concertationes factæ inter mulieres, & quando. num.6.pag.340

Duellum priuat sepultura Ecclesiastica si sit notorium. num.7.pag.297

Duellum antiquis temporibus erat permissum. num.8.pag.341

Duellum punitur duplici pœna, & quali. n.9 ibidem.

Duces.

Duces, Marchiones, quibus æquiparentur. n.4. pag.50

Duci Parmæ priuilegia cur concesserit Carolus V. num.11.pag.85

E

Ecclesia.

ECclesia Parœcialis etiam vnita Regularibus subiecta est Episcopo. num.48.p.385

Ecclesia sancti Vitalis extra Griptim qualis sit. num.53.ibidem.

Ecclesia emens bona emphyteutica pro ampliatione sui non tenetur ad laudemium. num.1. pag.291

Ecclesia an cogatur vendere domum alteri Ecclesiæ. num.32.pag.274
Ecclesia tanquam iustitiæ cultrix suum vnicuique tribuit. num.29.p 390
Ecclesia quam prætendit visitare Episcopus in præsenti, nullam habet confraternitatem laicalem. num.44.pag.384
Ecclesiæ Locus pro Confraternitate laicali non est sacer, sed profanus. num.45.pag.384
Ecclesiæ atrium an, & quando gaudeat immunitate. num.15.pag.311
Ecclesia extra Griptim qualiter fundata. n.34 pag.382
Ecclesia sancti Vitalis extra Griptiman possit ab Episcopo visitari quoad redditus, & oblationes. num.47.pag.385

Ecclesiastica.

Ecclesiasticæ personæ prohibentur publica officia exercere, etiam attento iure Regni nostri Neapolitani. num.2.pag.388.
Ecclesiastica potestas est sæculari præstantior. n.26 pag.400

Edictum.

Edictum successorium non habet locum in prælatione. num.55.pag.18

Electio.

Electio quando spectet iure communi, & quando iure speciali. num.24.pag.173
Electio quando spectet ad onus habentes. n.9. pag.171
Electio noui Officialis fiebat antiquitus per antecessorem, & quando. num.6.pag.170
Electio facienda per magistros, & Parœcum, significat fieri in capita. num.19.pag.172

Eleemosynæ.

Eleemosynæ non possunt exigi, nec expendi sine Episcopi authoritate. num.50.pag.385

Emancipatio.

Emancipatio facit contractum filijfamilias validum. num.7.pag.187
Emancipatio quid sit, & quotuplex. num.8. ibidem.
Emancipatio filij absentis an valeat. num.9. ibidem.
Baldus requirit præsentiam emancipandi. n.11 pag.188
Angelus requirit emancipandi præsentiam. num.12.ibidem.
Aretinus eamdem requirit præsentiam. n.13 ibidem.
Cuiacius eandem requirit præsentiam. num.15 ibidem.
Emancipationis instrumentum an sit reassumendum. num.12.pag.199
Emancipatio absentis valet posita ratificatione. num.2.pag.195
Emancipatio tacita valet. num.3.pag.105
Emancipatio tacita habetur per decennium. n.34 pag.197
Emancipatio tacita qualiter habeatur. n.35 pag.192
Emancipatio facta in absentem, an, & quando valeat. num.22.pag.195
Emancipatio apud Hispanos requirit præsentiam emancipati. num.17.pag.189
Emancipatio Anastasiana requirit præsentiam emancipati. num.18.pag.189
Emancipatio olim diuersimode habebatur. n.21 ibidem.
Emancipatio Iustinianea, & Anastasiana qualiter differebant. num.22.pag.190
Emancipatio in absentem an valeat. num.6. pag.187
Emancipatio an decretum Iudicis requirat. n.24 pag.190
Emancipatio est actus legitimus. num.25. ibidem.
Emancipatio per Procuratorem an fieri possit. num.26.ibidem.
Emancipatio fieri potest secundùm Curtium, sed reprobatur. num.27.ibidem.
Emancipatio lege Anastasij qualiter sit facienda. num.28.ibidem.
Emancipatio secundùm Corneum, & alios an requirat præsentiam emancipati. num.29 pag.191
Emancipatio tacita qualiter habeatur in filio negotiante separato à Patre. num.30.ibid.

Emere.

Emere, & vendere an quis cogatur, & quando. num.7.pag.165
Emere, vel vendere quando cogatur quis. n.25 pag.169
Emere an, & qualiter cogatur quis. num.12. pag.166.
Emere, vel vendere qualiter cogatur quis, & ob quas causas. num.13.ibidem.
Emere, vel vendere quis non cogitur, & quando. num.15.pag.167
Bonæ fidei emptor in iudicio hypothecario tenetur ad fructus post sententiam assistentiæ præceptos. num.11.pag.185

Emptum.

Emptum ex aliena pecunia cui acquiratur. n.51. pag.370

Emptio.

Emptio, & venditio in dote, quando intelligatur. num.16.pag.150

Emphyteuta.

Emphyteuta an possit Canonem soluere anticipatè, & creditor teneatur recipere, & quid in Ecclesia. num.8.pag.92

Emphyteusis.

Emphyteusis an dicatur ex modica pensione. n.12 pag.224
Emphyteusis in totum perempta extinguitur census. num.13.ibidem.
Emphyteusis Ecclesiæ qualiter fiat, cum numeris sequentibus. num.14.ibidem.
Emphyteusis an transeat ad Ecclesiam. num.11. pag.293
Emphyteusis concessio à Benedictinis qualiter facienda. num.10.pag.288

Enunciatiua.

Enunciatiua in antiquis qualiter probet. num.12. pag.434

Episcopus.

Episcopus an possit cogere laicos ad reddenda computa administrationis oblationum, &c. num.54.pag.386.
Episcopus an possit visitare confraternitates laicorum, si in fundatione aliter dictum sit. n.55 ibidem.
Episcopus potest petere computa administrationis tam in visitatione, quàm extra. n.56.ibid.
Episcopi bona qualia sint, quæ spectent ad Cameram. num.32.pag.32
Episcopus Maranta non est sibi contrarius, sed se declarat. num.30.pag.27
Episcopus disponit de bonis suis patrimonialibus. num.56.pag.35
Episcopus potest celebrare Missam in aliena Diœcesi. num.6.pag.338

Episcopus non potest celebrare cum Baculo in aliena Diœcesi. num.7.ibidem.
Episcopus potest in aliena Diœcesi celebrare Missam cum Pontificalibus insigniis. n.3.p.337
Episcopus potest Missam celebrare in aliena Diœcesi cum Pontificalibus, sine licentia ordinarij loci. num.4.pag.338
Episcopi, omnesque Prælati tenentur facere publicari Bullam Pij V. num.23.pag.299
Episcopus Puteolanus potest visitare suas Ecclesias, & debitores. num.42.pag.384
Episcopus an vi coactiua possit cognoscere laicos debitores Ecclesiarum. num.43.ibidem.
Episcopi an, & qualiter præcedant. n.1.pag.41
Episcopus præcedit Principes seculares. n.2.ibid.
Episcopus qualiter in Iure appellatur. n.3.ibid.
Episcopus an sit in dignitate; & qua. n.4.ibid.
Episcopi an possint, & qualiter testari. n.26.p.31
Episcopus corrigere debet subditorum peccata. num.9.pag.50
Episcopus corrigere debet subditorum peccata. num.9.pag.50.
Episcopus superintendere debeat super ones suas. num.10.pag.50
Episcopus potest suos Officiales quamvis laicos ratione officij cognoscere. num.43.pag.392
Episcopus punit transgressores Sacrorum Canonum. num.28.pag.381
Episcopus in sua Diœcesi fundatam habet iurisdictionem in suos subditos. num.13.p.51
Episcopus an possit declarare excommunicatum exemptum. num.35.pag.27
Episcopi intentio est fundata in omnibus subditis suæ Diœcesis. num.10.pag.24
Episcopus visitando loca, quænam debeat inspicere. num.52.pag.393
Episcopus quamvis exequutor legatorum piorum tenetur inuentarium facere coram iudice seculari. num.24.pag.390
Episcopus executor coram iudice laico tenetur reddere rationem. num.25.pag.390
Episcopi, & Sacerdotis testamentum qualiter valeat sine septem testibus, sed cum duobus tantum. num.27.pag.31
Episcopus non disponit de bonis Ecclesiæ. n.57. pag.36
Episcopus antiquitus poterat imponere pensiones in beneficiis, non hodie. num.7.pag.76
Episcopi prærogatiua quotuplex. num.6.pag.41
Episcopus sine vlla differentia potest visitari ab Episcopo. num.46.pag.384
Episcopus quando iure communi testetur, & qualiter. num.40.41.pag.33.& 34
Episcopus quid possit disponere de bonis patrimonialibus. num.42.pag.34
Episcopum quando disposuisse videtur de bonis Ecclesiæ, & quando de bonis patrimonialibus. num.45.pag.34
Episcopus quando disponat de bonis Ecclesiæ. num.46.& 47.ibidem.
Episcopus potest visitare oblationes collectas à laicis in suis Ecclesiis. num.49.pag.385

Epistola.

Epistola Cardinalis Burghesij quid dicat in præsenti. num.37.pag.27

Epitome.

Epitome Iurium, & rationum pro D. Iosepho. num.64.pag.238

Equites.

Equites S. Ioannis qualiter sint exempti quoad curam animarum. num.41.pag.28
Equites Hierosolymitani an possint citari, & quando ab ordinariis locorum. num.43. pag.28

Error.

Error in facto proprio non præsumitur. n.12. pag.214

Euentus.

Euentus futurus in dubio non præsumitur euenturus. num.22.pag.399

Eugenius.

Eugenius *conf.* 73. *vol.* 1. & Cancerius allegatur contra nos. num.10.pag.101

Euictio.

Euictio non datur, nisi euicta re empta. num.8. pag.185
Euictio quatenus veniet in causa. num.6. pag.161
Euictione tenetur qui dicit vendere, vel alteri cedit rem. num.4.ibidem.

Exceptio.

Exceptio emergens, & incidens qualiter dicatur. num.20.pag.167
Exceptio quando non sit discutienda. num.29. pag.168
Exceptio quando tacite possit renunciari. n.18. pag.167
Exceptio opposita in processu, quando incidenter fit. num.3.pag.165
Exceptio criminis vsuræ, impedit exequutionem instrumenti. num.6.pag.419
Hæc opinio procedit quoties creditor passus sit ad vlteriora procedit in eam. num.7.ibid.
Exceptio vsurariæ prauitatis non potest impedire exequutionem instrumenti. num.4. ibidem.
Exceptio nulla opponitur contra creditorem census, excepta solutione. num.9.pag.445
Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur contra transactionem. num.4.pag.26

Excommunicatio.

Excommunicatio ob manus violentas, quæ requirat. num.3.pag.343
Excommunicatio non incurritur ob percussionem Clerici facta causa honoris. num.4.ibidem.

Excommunicatus.

Excommunicatus ob violationem Ecclesiæ si appellet, vel dicat de nullitate, non debet absolui, & quare. num.27.pag.312
Excommunicatio emanata, & Cedulones affixi contra D.Pompeum Girone. num.3.p.24
Excommunicati hodie quando sint euitandi. n.34. pag.300
Excommunicatio ob quas circumstantias non incurratur. num.8.pag.343

Exequatur.

Exequatur quo concedit Bullis Pontificum in Regno, quid videre debeat. num.4.pag.218

Exequutio.

Exequutio non potest impediri dicti instrumenti ob exceptionem vsurariæ prauitatis oppositam à dicto Illustri Principe. num.12.pag.418
Executio qua ratione impediri possit & liquidatio instrumenti ad instantiam dicti Patris Superioris. num.8.pag.419
Nullatenus potest impediri executio instrumenti ob præuentionem factam super nullitate vel exceptione aduersùs instrumentum. num.5. pag.419

Exemplum.

Exemplum adducitur decisum. num.12.p.305

Exemplum aliud affertur deciſum. num.13. pag.305

Exemptio.

Exemptio abbatiæ Cæſareæ qualiter colligatur ex Bulla. num.25.pag.216

Exemptionis.

Exemptionis obſeruantia qualiter committatur. num.38.pag.27

Exemptus.

Exemptus ſuſcipiens adminiſtrationem in aliquo loco, tacitè renuntiat exemptioni. num.37. pag.392

Exercitia.

Exercitia ſæcularia ſunt contra perfectionem Eccleſiaſticæ dignitatis. num.3.pag.396

Extenſio.

Extenſio de caſu ad caſum quando locum habeat num.12.pag.278

Extenſio de caſu ad caſum quando detur. n.8. pag.333

Extenſio non datur in præiudicium Domini. n.54. pag.18.

Extorſio.

Extorſio qualibus probetur depoſitionibus. n.15. pag.315

Extorſionis delictum ad finem priuandi officio, qualiter probatur. num.16.ibidem.

Extorſionis delictum qualiter probetur. n.10. pag.374

Extorſionis delictum purgatur facta reſtitutione. num.11.ibidem.

Extorſionis delictum an probetur ex dicto ſocij. num.12.ibidem.

Extractio.

Extractio à loco immuni ſubjicitur excommunicationi. num.2.pag.310

Extractio ab Eccleſia facta ad bonum finem, non ſubjicitur excommunicationi. num.16. pag.311

Extractus.

Extractus qualiter ſit reſtituendus loco, à quo eſt extractus. num.16.pag.130

Extrahere.

Extrahere tentantes ab Eccleſia incurrunt pœnam excommunicationis, etiam non ſequuta extractione. num.17.pag.298

Extrahi.

Extrahi poteſt interdum quis ab Eccleſia, & qua cautela. num.5.pag.310

Extrahi an poſſit puella à loco immuni, ne ſcandalum oriatur. num.6.ibidem.

Extrahi an poſſit cum violentia loci, vel perſonæ. num.7.ibidem.

F

Fabrica.

FAbrica, & ornamenta Eccleſiæ pertinent ad Diuinum Cultum. num.25.pag.73

Factum.

Factum reuerſiuum, & renunciatio qualiter differant. num.30.pag.139

Factum adducitur Principis Cellamaris in terra Terlizzi. num.8.pag.50

Factum quando ſucceſſit in dicta Religione adducitur. num.4.pag.313

Factum Epiſcopi Maſij Ciuitatis Iuuenacenſis refertur, & ab impugnationibus Epiſcopi Marantæ ſaluatur. num.14.15.& 16.pag.51

Facta non præſumuntur niſi probentur. n.12. pag.421

Facultas.

Facultas reuocandi feudum alienatum præſcribitur triginta annis. num.20.pag.121

Facultas reuocandi feudum alienatum qua ratione ſit introducta, & cuius fauore. num.11. pag.119

Familiæ.

Familiæ an poſſint facere pacta de certo modo ſuccedendi in feudis. num.19.pag.240

Familiares Epiſcopi quando illi poſſunt ſuccedere. num.37.pag.343

Fannucij.

Fannucij doctrina adducitur, & ponderatur. n.49. pag.126

Feneſtram.

Feneſtram claudere fauore Eccleſiæ quando quis cogatur. num.37.pag.308

Feudalis, Feudatarius, Feudum.

Feudatarius teſtando aſſimilatur Militi. n.34. pag.242

Feudatarius ſicuti miles poteſt duos hæredes facere in diuerſis patrimoniis. num.35. pag.242

Feudatarius qualiter teneatur Domino ſeruire, & quomodo. num.34.pag.367

Feudalis materia an includitur in generali diſpoſitione. num.61.pag.19

Feuda ad manus mortuas non poſſunt venire abſque aſſenſu regio. num.62.p.19

Feuda, ſubfeuda, & excadentialia, quæ ſint. n.63. pag.19

Feudalia bona quæ ſint, & qualia. num.64. ibidem.

Feudalia qualia præſupponantur, & quando. n.65 ibidem.

Feudatarius an poſſit cogi in Regno Neapolitano ad præſtandum ſeruitium perſonale, ſi velit ſoluere adoham. num.36.pag.368

Feudatarij habentes feuda à Papa, ab Imperatore, vel à Rege an habeant Baldacchinum. n.11. pag.42

Feudatarius feudi hæreditarij, poteſt grauare hæredem vſque ad valorem ipſius, & inuentarium hæredi non prodeſt. num.40.pag.236

Feudum antiquum, & nouum quodnam ſit. n.48. pag.243

Feudum nouum, reſpectu primi acquirentis, efficitur antiquum in perſona Collateralis ſucceſſoris, & *n.39. ad fin.* num.38. pag.235

Quid ſit feudum hæreditarium? n.39.ibid.

In feudo ex pacto, & prouidentia, filius vocatur ex propria perſona, & quanquam ſit hæres patris; tamen confecto inuentario, retinet feudum præcipuum. num.42.p.236

Feudum ex pacto, & allodium an dicantur ſtare de per ſe. num.36.pag.242

Feudum hæreditarium an faciat vnum corpus cum allodio. num.37.pag.242

Feudum antiquum, & nouum qualiter de Iure Regni dici debeat. num.62.p.244

Feudi alienatio numquam cenſetur facta ſine aſſenſu. num.3.pag.117

Feudi alienatio quando poſſit reuocari ab alienante. num.4.pag.118

Feudi alienatio, ſi reuocetur ab emptore, an teneatur ad intereſſe, & quando. num.5. pag.118

Feudi alienatio ſine aſſenſu qualiter Iure communi, & Regni ſit valida. num.6.p.118
Feudi alienatio Iure communi eſt inualida ſine aſſenſu, & Iure Regni valet cum clauſula ſaluo aſſenſu. num.7.pag.118
Feuda mixta qualia ſint. num.21.pag.228
Feuda obligationem habent reſtituendi ſucceſſores. num.22.pag.228
Feuda non confiſcantur. num.23.ibidem.
Feuda ex pacto, & hæreditaria pariter differunt. num.15.pag.11
Feuda iudicantur, ad inſtar allodialium, & quando. num.16.ibidem.
Feudum, an & quando poſſit alienari ſine Domini conſenſu. num.17.pag.12
Feudi reuocatio fit pretio refuſo, & qualiter. num.29.pag.336
Feuda hæreditaria, & ex pacto quæ ſint. n.47. pag.243
Feudum defertur maſculo in eodem gradu exiſtenti cum fœmina, ſed cum onere dotandi fœminam. num.22.pag.335
Feudi poteſtatem habens diſponendi, non poteſt in eo ſubſtituere, nec fideicommiſſum facere. num.14.pag.334
Quid ſit feudum ex pacto, & prouidentia? n.41. pag.236
Feudi alienatio nulliter facta poteſt reuocari tum à Domino, tum à Barone, & quis præferatur, & quid ſi vterque velit reuocare. num.14. pag.120
Feudi alienati reuocatio ſi fiat in fraudem nulla eſt, & quomodo cognoſcatur. num.16.p.121
Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque qualiter tranſmittatur. n.19.p.227
Feudum ex pacto qualiter ſuccedatur in eo. n.20. pag.228
Feuda in Regno ſunt omnia hæreditaria. n.17. pag.227
Feudum debetur vocato ad ſucceſſorem, non inſtituto in illo. num.18.ibidem.
Feuda an, & qualiter in Regno ſint hæreditaria. num.56.pag.19
Feuda in Regno noſtro non poſſunt appellari omninò hæreditaria. num.57.ibid.
Feuda hæreditaria, quæ ſint, & in quas ſpecies diuidantur. num.3.pag.10
Feudum hæreditarium mixtum quodnam ſit. n.4. ibidem.
Feudum ex pacto, & prouidentia quale ſit. n.5. ibidem.
Feudum hæreditarium mixtum, & feudum ſimpliciter an detur in Regno Neapolis. num.6 ibidem.
Feudi augmentum, cuius ſit, finita ſocietate, ſi erat inter ſocios commune. num.50.p.370
Feudi alienatio ſi fiat irrequiſito Domino directo valet. num.30.p.123
Si Pater repellitur à feudo, repellitur & filius. num.5.pag.226
Feudi alienatio bona fide facta facit eſſe obligatum venditorem de euictione. n.8.p.119
Feudi alienatio ſi fiat, & emptor promittat pretium, & tertias, currunt tertiæ, non obſtante reuocatione feudi propoſita in Regno Neapolis. num.9.pag.119
Feudi alienati reuocatio an poſſit fieri abhærede emptoris, vel venditoris, & quid facta ſolutione Tertiarum. num.10.ibidem.
Feudi alienati reuocatio non competit expedito aſſenſu per verbum fiat, neque competit hæredi emptoris, vel ſi eſt doloſè facta. n.21.p.122
Feudi poſſeſſio qualiter capienda à feudatario. num.10.pag.253
Feudi alienati reuocatio an fiat cum fructibus. num.33.pag.123
Feudum an amittatur, ſi alienetur ſine aſſenſu. num.34.pag.123
Feudum alienatum ſine aſſenſu an ad fiſcum deuoluatur. num.35.pag.124
Feudi alienatio cum clauſula *ſaluo aſſenſu* an valeat. num.36.pag.124
Limit. *in feudo ex pacto, & prouid. nouo.* n.43 pag.236
Feudi aſſertio an faciat rem feudalem. num.41. pag.16
Feudi diuiſio eſt prohibita in Regno, & quare. num.10.pag.365
Feudum emptum fuiſſe communi pecunia inter fratres qualiter probetur. num.59.pag.370
Feudi alienatio iure ciuili, qualiter poterat alienari. num.45.pag.125
Feudi alienati reuocatio ad quos pertineat. n.46. pag.126
Feudi alienati reuocatio qualiter ſit ampliata. num.47 pag.126
Feudi onus ſoluitur ex communi, ſi feudum ſit commune quoad fructus. num.37.p.368
Feudi noui à Patre quæſiti, medietas, pretij debetur ſecundo genito, & quodnam tempus attenditur. num.54.pag.370
Annæ *ſingul.42.* adducitur ad materiam, & declaratur. num.51.pag.127
Feudi Dominium non acquiritur illi, de cuius pecunia comparatur, ſed actio ad pretium, vel ad ipſum feudum conſequendum, vel alteri cedendum. num.63.pag.237
Feuda hæreditaria iudicantur, vt allodialia. n.9. pag.11.

Fictio.

Fictio ab homine non poteſt induci, & quare. num.20.pag.208

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſum odioſum. num.2.pag.65
Fideicommiſſum continet onus, & reſtringendum. num.3.ibidem.
Fideicommiſſi renunciatio in fraudem facta quando dicatur. num.3.p.332
Fideicommiſſi ſpecifica ſcientia, an requiratur in fideicommiſſo conuentionali. num.11. pag.280
Fideicommiſſum non inducitur ex nuda prohibitione alienandi. num.9.pag.333
Fideicommiſſum prohibitorium quandonam intelligatur. num.16.pag.281
Fideicommiſſum ad certa bona quando extendatur ad alia. num.27.pag.282
Fideicommiſſum in dubio eſt iudicandum non extare. num.5.pag.65
Fideicommiſſo non ſubiiciuntur in præſenti bona hæredis. num.6.ibidem.
Fideicommiſſum factum in contractibus valet, quid operatur. num.10.pag.155
Fideicommiſſi forma, plura ſunt priuilegia. n.22. pag.281
Fideicommiſſum in caſu contrauentionis factum, quando ſubſtituti veniant. num.10 p.280
Fideicommiſſum an, & quando extendatur vltra quartum gradum. num.27.pag.336
Fideicommiſſo facto in feudis, an, & quando ſoluantur releuia. num.23.pag.335
Fideicommiſſum in feudo in fauorem maſculorum qualiter valeat. num.24. ibidem.

Fideicommmiſſum in quo feudo fieri poſſit, & qualiter. num.30.pag.337
Fideicommiſſo grauari poteſt hæres, & quando ad res etiam ſuas. num.8.pag.65
Fideicommiſſum de rebus alienis fieri poteſt. n.9. ibidem.
Fideicommiſſum fit de bonis alienis ſcienter, non ignoranter. num.10.pag.66
Fideicommiſſum in caſu contrauentionis tantum, quos effectus impediat, & quos non. n.24. pag.282
Fideicommiſſi approbatio qualiter cenſeatur. n.2. pag.152
Fideicommiſſum quando ex prohibitione alienandi inducatur. num.42.pag.154
Fideicommiſſum inducitur ex excluſione fœminæ, præſertim in Regno. num.5.ibidem.
Fideicommiſſum in fauorem familiæ qualiter inducatur. num.7.ibidem.
Fideicommiſſo in caſu contrauentionis facto, an locum habeat dotis conſtitutio, vel aſſecuratio. num.15.pag.280

Fideiuſſio.

Fideiuſſio præſtita qualiter impediat liquidationem. num.7.pag.445

Fidelitas.

Fidelitas qualiter ſit onus intrinſecum feudi. n.45. pag.369

Filia.

Filia propria Teſtatoris an poſſit excludi vigore gratiæ, & adducitur Montanus negans. n.46. pag.243
Filia ſi dotem amittat, an iterum ſit dotanda. n.12. pag.162
Filia feudatarij an excludatur ob diſpoſitionem Patris in proximè ſucceſſurum. num.13.p.240
Filiæ excluſio teſtatoris fideicommiſſum inducit. num.6.pag.154

Filiusfamilias.

Filiusfamilias qualiter iure obligatur, & qualiter in Regno. num.5.pag.187
Filius familias momento temporis ſufficit quòd ſit emancipatus. num.4.pag.195

Filius.

Filius approbando onus in legitima præiudicat creditoribus. num.45.pag.353
Filius à Patre extrahi poteſt ab Eccleſia ad correctionem. num.17.pag.311
Filius paternum iudicium ſemel approbatum tenetur conſeruare. num.20.pag.66
Filius conſentiens teſtamento Patris, an dicatur illud approbare quoad onera. num.21.ibid.
Filius falsò ſe aſſerens Patremfamilias an habeat Macedonianum. num.33.pag.191
Filius acceptando onus in legitima Patris ſibi debita, an præiudicet matri ſuæ quoad legitimam eidem debitam. num.50.p.354
Filius Monachus prodeſt patri ad immunitatem. num.3.pag.401
Filius naturalis legitimatus, tamen patri prodeſt ad immunitatem, & nepotes, in capita non in ſtirpes. num.4.ibidem.
Filius debitor an poſſit repudiare in præiudicium Fiſci. num.73.pag.357
Filius non faciens inuentarium, legitimam non amittit. num.18.pag.66
Filij, vt filij qualiter intelligantur vocati. n.6. pag.56
Filius an ſuccedat ex perſona propria. n.6.p.156
Filius ſeparatim à patre habitat, licet in alia camera ſuis expenſis. num.3.pag.284
Filij Regum, & titulatorum baptizantur in propriis domibus. num.7.pag.50
Filij admittuntur ex propria perſona ad ſuccedendum. num.8.pag.156
Filij ſororis admittuntur cum filiis fratrum ad bona Auunculi. num.53.pag.35

Fœmina.

Fœmina in familia qualiter ſit. num.3.p.154
Fœmina eſt de familia, ſed eius principium, & finis; qui finis, in caſu noſtro, magis conſideratur ac viget in filio fœminæ, quàm in ipſa fœmina. num.29.pag.234
Quando militat eadem ratio, vel maior; tunc caſus non dicitur omiſſus, ſed potiùs expreſſus & diſpoſitio, facta in vno, porrigitur ex vi rationis, ad alterum. num.30.ibidem.
Fœmina intus clauſuram qua neceſſitate ingredi cogatur. num.10.pag.311
Fœmina qualiter habilitetur in feudis. n.3.p.239
Fœmina deſcendens ex fœmina an ſit de agnatione, & familia. num.44.pag.17

Fontanella.

Fontanella reprobatur in præſenti. n.25.p.138
Fontanellæ dictum reprobatur. num.26.p.138

Foriudicatus.

Foriudicatus an poſſit facere teſtamentum. n.2. pag.226

Forum.

Forum pupilli debemus attendere, non tutoris. num.34.pag.391

Francus.

Francus *deciſ.* 700. adducitur, & explicatur. n.10. pag.194
Francus *deciſ.* 421. adducitur ad materiam. n.28. pag.139
Francus *deciſ.* 718. adducitur, & explicatur. n.9. pag.210
Francus *deciſ.* 85. extenditur. num.8.pag.52

Frater.

Frater, & ſoror an ſuccedant in feudo nouo. n.8. pag.250
Frater Patruelis iure antiquo præfertur Amitæ in feudis. num.2.pag.239
Frater an, & quando poſſit admittere ſororem ad ſucceſſionem, paragium, *&c.* n.77.p.358
Frater, vel dotans quando pactum apponere poſſit. num.16.pag.136

Fraus.

Fraus qualiter dicatur in expeditione priuilegij. num.19.pag.121
Fraudis præſumptio qualiter ſit euitanda. n.14. pag.314

Fructus.

Fructus præcepti an imputentur in bonis antiquis, ſi teſtator id dicat. num.56 pag.354
Fructus ſine voluntate teſtatoris non imputantur in medietatem aliorum bonorum, &c. n.57.p.355
Fructus percepti non imputantur in ſortem in filiis primi gradus. num.58.ibidem.
Fructus donationis contemplatione matrimonij cuius ſint Patris an filij. num.7.pag.286
Fructus dicuntur deductis expenſis. n.31.p.367
Fructus feudi communiter empti inter fratres, communicantur inter eoſdem. n.32.p.367
Fructus feudi à ſolo ſeparati communicantur inter ſocios. num.33.pag.367
Fructus qualiter debeantur ex contractu annullando, poſita læſione, & dolo. num.9.pag.180
Fructus qualiter ſint reſtituendi à doloſo, & malæ fidei poſſeſſore. num.10.pag.181
Fructus debito valore tempore collectionis reſtituuntur. num.11.pag.181

Fructus compensantur cum interesse debito à venditore. num.12.pag.182
Fructus retinentur quousque non soluatur pretium cum interesse, nec cadit mora ad restituendum. num.13.ibidem.
Fructuum liquidatio an sit facienda pro tempore collectionis, an pro tempore consumptionis. num.2.pag.178
Fructuum liquidatio fit secundum æstimationem cuiuslibet anni tempore collectionis. n.3.ibid.
Fructuum æstimatio debetur secundùm tempus collectionis. num.4.pag.179
Fructuum liquidatio fit deductis expensis pro collectione eorundem. num.5.ibidem.
Fructus an faciat suos, quos percepit quis peremptа instantia. num.7.pag 180
Fructus an teneatur emptor post publicationem in causa restituere in iudicio vindicationis, in iudicio verò hypothecario post iudicium assistentia. num.12.pag.185
Fructus legitimæ à quo tempore debeatur. num.9. pag.74
Fructus paragij quando debeantur minori. num.10. ibidem.
Fructus an sequestrentur in iudicio assistentiæ. n.5. pag.184
Fructus in liquidatione assistentiæ qualiter liquidentur. num.9.pag.185
Fructus cum melioramentis compensantur à bonæ fidei possessore. num.3.pag.184
Fructus dotis an patris, an filij dotem accipientis. num.4.pag.284
Fructus dotis filio datæ ipsius creditoribus obligantur, non patris. num.5.ibidem.
Fructus feudi, foriudicato Barone, durante eius vita naturali, ad Fiscum non pertinent, & numeris sequentibus. num.25.pag.228

Fundatores.

Fundatores Montis si pauci sint in præsenti possunt testati de præterito Montis. num.7.pag.71

G

Gabella.

GAbella extincta si reuiuiscat, an culpa considereturn. num.21.pag.151
Gabellæ fuerunt sublatæ, & abolitæ per reuolutiones Neapolitanas. num.3.pag.403
Gabellæ nouæ, nouam formam constituunt. n.5. ibidem.
Gabellæ quando, & qualiter fuerunt datæ consignatariis. num.20.pag.406
Gabellæ cur assignata consignatariis. n.21.ibidem.
Gabellarum exemptio non in casu necessitatis, & quando. num.22.ibidem.

Garsia.

Garsia doctus Hispanus adducitur ad materiam. num.7.pag.184

Generales.

Generales Ordinum possunt sibi sepulturam eligere, dum morinntur. num.21.pag.5
Generalis dispositio qualiter restringatur per specialem. num.24.pag.61

Genuensis.

Genuensis locus *cap.*17. explicatur ad propositum. num.13. pag.311

Genuflexoria.

Genuflexoria honorifica in Ecclesiis datur laïcis. num.21.pag.43

Genus.

Genus per speciem quando, & qualiter derogetur. num.23.pag.181

Gratia.

Gratia concessa Illustriss. D. Ricciullo fuit ampliata ab eodem Papa Vrbano VIII. num.2. pag.29
Gratia pragmaticæ vltimæ qualiter fuerit obseruata. num.6.pag.239
Gratiæ, & priuilegia circa feudorum successionem, quæ fuerint. num.49.pag.17
Gratiæ, & priuilegia sunt ad literam intelligendæ. num.50.pag.18
Gratiæ, & priuilegia loquuntur in successione, non in prælatione. num.51.ibidem.
Gratia de quibus feudis loquatur, & verba ponderantur ly quasi antiquum. num.49.pag.243
Gratiæ verba an admittant filiæ propriæ exclusionem ad fauorem masculi remotioris. num.8. pag.239
Gratiæ causa finalis quæ sit, & qualis. num.16. pag.240
Gratiæ concessio, & confirmatio, ac exequuturiatio quando fuerit. num.41.pag.242
Gratia an habeat locum in officiis, & quando. num.42.ibidem.
Gratiæ dispositio refertur. num.45.ibidem.
Gratia, & pragmatica pro Neapolitanis quid disponit. num.4.pag.247
Gratiæ requisita quæ sint, & qualia. num.5. ibidem.
Gratiam prædictam qui explcauerint, & qualiter. num.11.pag.240

Grauari.

Grauari vsque ad valorem feudi quando possit quis, & qualiter. num.17.ibidem.

Grauatus.

Grauatus de restituendo quicquid supererit, quando totum alienet in fraudem. num.19. pag.281

H

Hæreditas.

HÆreditas quid contineat, & quæ intra. n.35. pag.350
Hæreditas, quæ stat sub iudice, an possit renunciari, & quando. num.86.pag.360
Hæreditates concurrunt pro rata, & quando. n.9. pag.329

Hæreditaria.

Hæreditaria qualitas, qualiter probetur in iure patronatus. num.8.pag.218

Hæres.

Hæres quando teneatur ad factum defuncti, & quando non. num.8.pag.154
Hæres ad fideicommissum vocatus, quatenus factum defuncti teneatur habere ratum. num.9. pag.155
Hæres debitoris an possit repudiare in præiudicium creditoris. num.39.pag.352
Hæres sanguinis venit tam cognatus, quam agnatus. num.60. pag.36
Hæres grauatus an possit ante tempus restituere in præiudicium creditorum suorum. num.88. pag.361
Hæres non tenetur reuocare alienationem, si alienasset ex causa necessaria. num.17.pag.281
Hæres cum beneficio inuentarij, an teneatur stare Colono testatoris. num.18.ibidem.
Hæres masculus, vel fœmina quando possit grauari vsque ad valorem feudi. num.14. pag.240
Hæres institutus in vsufructu, & grauatus post

mortem, an possit liquidare instrumentum. n.14. pag.432
Hæres institutus in re certa, & grauatus, est hæres in totum. num.15.ibid.
Hæres potest, authoritate propria, possessionem ingredi; eoque fortiùs, cum authoritate Iudicis incompetentis. num.17.pag.232
Hæres voluntatem defuncti sequitur in casu commodi, & incommodi. num.7.pag.65
D. Ioseph hæres institutus, prænio Decreto præambuli Curiæ Terræ Marzani possessionem apprehendit bonorum hæreditariorum testatoris. num.6.pag.231
Hæres ex persona propria venit contra factum defuncti. num.6.pag.62
Hæres an in Iuramento repræsentet defunctum. num.7.ibidem.
Hæres quando venit ex persona propria non præiudicatur à defuncto. num.8.ibid.
Hæres in donatione facta contemplatione certi matrimonij, venit ex persona propria. num.9. pag.63
Hæres quando præsumatur pro hærede se gessisse. num.6.pag.59
Hæres præsumitur si soluat debita hæreditaria. num.7.pag.60
Hæres soluens cum protestatione non sibimet. num.8.ibidem.
Filius an possit legitimam acceptare, & hæreditatem Patris repudiare. num.9.pag.60
Hæres emptoris non potest alienationem feudi reuocare. num.15.pag.120
Hæres in feudo hæreditario tenetur ad solutionem legatorum. num.43.pag.242
Hæres in feudis quando teneatur ad inuentarium. & quid si non faciat. num.44.ibidem.
Hæres tenetur habere ratum factum defuncti. num.8.pag.58
Hæres tenetur seruare promissa per defunctum. num.9.ibidem.
Iuramentum defuncti an liget hæredem. num.10. ibidem.
Hæres tenetur seruare iuramentum defuncti. n.11. ibidem.
Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti. num.12.ibidem.
Hæres obligatur approbare, ex quo sentit commodum. num.13.ibidem.
Hæres tenetur ad omnia seruanda, quæ defunctus disposuit. num.14.ibid.
Hæres non potest pro parte adire, & pro parte repudiare. num.11.pag.60
Hæres soluens legata si sciat non debere non repetit. num.12.ibid.
Hæres soluens legata non detrahit falcidiam, secus si protestetur in solutione. num.13.ibid.
D. Andreas, alias D. Augustinus Laudati instituit sibi hæredem D. Ioseph Laudati, fratrem Germanum, ac respectu feudalium, etiam virtute gratiæ, concessæ per S. C. M. in ann.1605. & in eius defectum, D. Franciscum filium. num.4. pag.231
Hæres tenetur seruare facta suorum antecessorum. num.2.pag.62
Hæres succedit in honore, & onere defuncti. num.3.ibidem.
Hæres non succedit in iuribus naturalibus defuncti. num.4.ibidem.

Hirundo.

Hirundinis qualitates ex S. Ambrosio. num.42 pag.309

Hodie.

Hodie constat, hodie agamus quando procedat. num.58.pag.244

Homo.

Homo potest diuersis respectibus diuerso iure & qualitate censeri. num.40.pag.392

Honor.

Honoris causa semper defendenda. num.1. pag.170

Honorificationes.

Honorificationes quibus modis fieri possint, & qualiter. num.20.pag.43

Hospitalia.

Hospitalia an possint ab Episcopo visitari. n.58. pag.386

Hypotheca.

Hypotheca facit rem auocabilem in totum, vel in partem. num.21.pag.78
Hypotheca specialis quid operetur in dote, num.8 pag.149

I

Identitas.

IDentitas rei censuatæ quando præsumatur. num.2. pag.290

Ignorantia.

Ignorantia an sit probanda pro contrauentione fi[illegible] commissi. num.12.pag.280

Immissio.

Immissio filiæ ab intestato denegatur in feudis, posita dispositione facta secundùm gratiam, & & quando. num.55.pag.243
Immissio denegatur si in promptu doceat pars de suo Iure. num.57.pag.244
Immissio cui competat filiæ, vel agnato instituto. num.50.pag.243

Immunitas.

Immunitas Ecclesiastica an competat loco, de quo in præsenti. num.3.pag.128
Immunitas an competat loco fundato authoritate Episcopi, & quid si sit dirutus. num.4. ibidem.
Immunitas an competat loco vbi habitarunt Presbyteri Congregati authoritate Episcopi. num.5. pag.129
Immunitas Ecclesiastica an competat loco Religiosorum, in quo non sit Ecclesia. num.6. pag.129
Immunitas Ecclesiastica primario est concessa fauore Reorum. num.4.pag.310
Immunitate Ecclesiastica an priuentur qui post mortem reponuntur in Ecclesia. num.35. pag.300
Immunitas conceditur loco, qui sit in Dominio Ecclesiæ. num.12.pag.130
Immunitatem concedi loco contiguo Ecclesiæ, probatur exemplis. num.13.ibidem.
Immunitas à quibus oneribus excusat. num.7. pag.402

Infans.

Infans in vtero an prosit patri ad immunitatem consequendam. num.2.pag.401

Inhibitio.

Inhibitio ante citationem super tenore instrumenti quid operetur. num.8.pag.193
Inhibitionis renunciatio qualiter procedat. num.9. pag.194
Inhibitio, & prohibitio quid sit in feudis, & quando. num.28.pag.14
Inhibitio quid operetur in præsenti. num.13. pag.194

Inhibitio ante citationem quem effectum operatur. num.10.pag.198

Initium.

Initium contractus obligatorius attenditur in Clerico. num.1.pag.440

Iniuria.

Iniuria verbalis qualiter sit repellenda. n.5.p.343

Insignia.

Insignia Episcopalia quæ sint. num.1.pag.337
Insignia Pontificalia non omnia eo modo se habent. num.2.ibidem.

Instantia.

Instantiæ factæ pro parte Monasterij plures. n.3. pag.271

Institutio.

Institutio maioratus an censeatur facta vigore licentiæ, ea non expressa. num.28.pag.241
Institutio D. Andreæ in personam D. Iosephi, non fuit gratuita, sed debita. num.60.pag.237

Instrumentum.

Instrumentum quod non habuit effectum quid operetur. num.15.pag.199
Instrumentum productum quando videatur ad aliud enunciatum. num.17.pag.194
Instrumentum filij fauore an possit liquidari. num.18.ibidem.
Instrumentum ad hoc, vt posset liquidari qualiter reassumi debet. num.19.ibidem.
Instrumentum quando liquidatur per ordinem ad aliud instrumentum. num.20.ibid.
Instrumentum reassumi debet in forma publica, & qualiter. num.21.pag.195
Instrumenti liquidatio an fiat, si mutatio monetæ intercedat, & qualiter. num.1.pag.448
Instrumentum insolidum liquidatur contra duos correos. num.1.pag.429
Instrumentum quid si non faciat mentionem hæredis. num.2.ibid.
Instrumentum an liquidari possit mortuo creditore, *& num.3.* quando stipulatio præsumitur realis. num.3.pag.429
Instrumenta census plura adducuntur. n.8.p.288
Instrumenti præsentatio quando possit fieri per vnum ex stipulantibus. num.13.pag.426
Instrumentum non debet alia asserere. n.2.p.196
Instrumentum præsentatum sine protestatione qualiter supponat acceptationem. num.16. p.194
Instrumenti liquidatio, & quibus fiat, & an ab adiecto, & quid sit adiectus. num.8.pag.425
Instrumentum stipulatur in die festiua cum licentia Vicarij. num.18.pag.200
Instrumentum pro faciliori exactione quid operetur. num.14.pag.199
Instrumenti emancipationis forma qualis sit. n.10. pag.188
Instrumenti liquidatio non procedit absque periurio. num.17.pag.200

Interesse.

Interesse damni emergentis & lucri cessantis deberi tam priuatis personis, quàm solitis negotiari, omni iure probatur. num.2.pag.408
Iure Ciuili probatur. num.3.ibidem.
Iure Canonico. num.4.ibidem.
Idque in omnibus contractibus. num.5.pag.409
Idque etiam generali consuetudine totius orbis. num.6.ibidem.
Interesse lucri cessantis, & damni emergentis pacisci potest à principio in solito negotiari. n.7. ibidem.
Quod ampliatur etiam secundùm Theologos.n.8. pag.410.
Interesse prædictum posse pacisci iudicant Tribunanalia. numro 10. ibidem.
Interesse hoc pacisci posse à principio Doctores de Regn. tradiderunt. num.11.ibid.
Interesse incertum qualiter dici possit. n.14.p.412
Interesse probatio qualis esse debeat. n.15.ibidem.
Interesse verosimile quale sit, & quomodo probetur. num.16.ibid.
Interesse alterius interesse, an & quando debeatur. numero 17. pagina414
Interesse à principio taxatum in Regno vltimis sententiis fuit practicatum. num.18.ibidem.
Interesse medietatis pretij quo emptum est feudum ad quam rationem debeatur fratri, vel socio, si erat commune. num.56.pag.371
Interesse non posse pacisci à principio qui dixerint Doctores. num.13.pag.411
Interesse lucri cessantis est, vt pecunia sit destinata negotiationi. num.4.pag.209
Interesse lucri cessantis debetur ratione moræ, & qualiter in Regno. num.5.ibidem.
Interesse non debetur, nisi probata destinatione pecuniæ ad lucrum. num.6.pag.210
Interesse an debeatur ob vitalitium non solutum monialibus. num.12.ibid.
Interesse liquidandum qualiter explicetur. num.14. pag.211
Interesse liquidandum qualiter liquidetur dato termino. num.15.ibidem.
Interesse liquidandum interdum liquidatur in nihilum. num.16.ibidem.
Interesse semper debetur mercatoribus. num.20. pag.414
Interesse non eget alia probatione in Ciuitatibus insignioribus, & hoc etiam ex Rota Romana habetur. num.23.pag.216
Interesse excessiuum inter Mercatores, quando dicatur. num.24.ibidem.

Interpretatio.

Interpretatio scripturæ qualiter sit facienda.num.8. pag 72
Interpretatio facienda à iudice, qualis esse debeat. num.9.ibidem.
Interpretatio, de qua in præsenti, qualiter fieri debeat. num.10.ibid.
Interpretatio legum fieri debet secundùm intellectum animæ fœmorabilem. num.23.pag.349
Introitus dotales an possint restitui diminuti.n.11. pag.147

Inuentarium.

Inuentarium separationem inducit iurium, & actionum. num.15. pag 58
Inuentarij omissio præindicat in onere legitimæ acceptato. num.26. pag.67

Inuerisimilitudo.

Inuerisimilitudo qualiter probetur qualis, & quotuplex. num,21.pag.264
Inuerisimilitudo non est attendenda. n.34.pag.33

Inutilis.

Inutilis factus vt non dicatur, qualiter satis est, vt operetur. num.23.pag.61

Iudex.

Iudex Ecclesiasticus, vel laïcus potest aliquem in loco immunitatis reponere ad euitanda scandala. num.8.pag.311
Iudicis arbitrio possessio est, an exceptio requirat altiorem indaginem. num.6.pag.133
Iudex secularis poterit punire Clericum ex facultate illi à Summo Pontifice concessa, vel si Ecclesiasticus se negligentem ostenderet in illo puniendo. num.14.pag.389
Iudex laïcus potest punire Clericum asportantem arma. num.15.ibidem.

Iudex laïcus poteſt punire etiam Clericum propter offenſam Regiis Officialibus factam. n.16. ibidem.
Iudex Eccleſiaſticus quà Iudex, an ſit inferior iudice ſæculari. num.27.pag.400
Iudex ſuper petitorio pronunciare debet factis ſuper eo perturbationibus. num.3.pag.170
Iudex an, & quando teneatur de exceptione cognoſcere. num.19.pag.167
Iudex præfertur, qui procedit præueniendo. n.3. pag.328
Iudex non poteſt Eccleſiaſticus inhibere iudici & creditori quod non procedant ad executionem inſtrumenti. num.9.pag.419
Iudex delinquens in officio qualiter puniatur. n.2. pag.373
Iudex nequit falcem immittere in meſſem alienam. num.11.pag.397
Iudices delegati de cauſis ſummariis ſolum agunt. num.4. pag.328
Iudex Eccleſiaſticus contra laïcũ non poteſt agere pro ædificio facto ad æmulationem. n.14 p.272
Iudice recuſato ab altervtro ex correis poteſt contra alterum iudicari. num.10.pag.397
Iudices non tenentur iudicare ſecundùm Textum *in l. qui autem 6. ff. qua in fraud. creditorum.* num.22.pag.348
Iudex Eccleſiaſticus, eſt competens pro executione legatorum piorum. num.19.pag.399
Iudex carens iuriſdictione peccat mortaliter ſi iudicare voluerit. num.7.pag.24
Iudex Eccleſiaſticus, an quia dignior ſæculari, trahat ad ſe ſæcularem. num.25.pag.399
Iudicium cum vſufructuario an valeat, an audito proprietario. num.7.pag.433
Iudicium præiudiciale quando dicatur, & quando terminetur. num.23.pag.168
In iudicio non admittitur defectus reſpiciens proprietatem. num.18.pag.423
Iudicio reclamationis pendente, an poſſint opponi nullitates, & quæ. num.6.pag.165

Iuramentum.

Iuramentum quando cenſetur præſtitum hæredi in ſtipulatione. num.9.pag.431
Iuramentum an ſit præſtandum de facie ad faciem pro liquidatione. num.10.ibidem.
Iuramentum an ſit perſonale ex parte iurantis, & qualiter. num.11.ibidem.
Iuramentum, an & quando quis teneatur obſeruare ob inopiam facultatum. num.12.ibidem.
Iuramentum præſtitum à Clerico per notorium regium an faciat eum periurum. n.13.pag.432
Iuramentum quid operetur in caſu noſtro, & quando. num.22.pag.428
Iuramentum quid operetur in præſenti.n.14 p.137
Iuramentum habet vim clauſulæ derogatiuæ n.3. pag.58
Iuramentum non refertur ad incognita, & ignorata. num.7.pag.52

Iuriſdictio.

Iuriſdictio in Rege ſemper eſt in habitu. num.7. pag.84

Ius.

Ius fundatur in vno atque altero contractus mutui. num.1.pag.418
Iure Longobardorum Parentum nomine veniunt Collaterales. num.13.pag.227
Iure proprio, & aperto venire quid ſit in feudis. num.19.pag.240
Iuri communi foriudicato quis ſucedat. n.3.p.226
Ius congrui qualiter procedat in regno. num.60. pag.19
Ius luendi tollit omnes hypothecas. num.8.p.329
Iuris gradus quotuplex. num.8.pag.41
Ius Epiſcopi eſt manutenendum. num.5.ibidem.
Non poteſt per confeſſionem partium prohibitarum aliquid deduci contra ius. num.11.pag.420
Iuſpatronatus in dubio præſumitur hærditarium. num.15.pag.220
Iuſpatronatus triplex hærditarium, gentilitium,& mixtum. num.16.ibidem.
Iuſpatronatus ſi donetur à Rege an requiratur aſſenſus Apoſtolicus. num.17.pag.221
Regium exequatur quando denegandum. n.18. ibidem.
Iuſpatronatus conceſſum pluribus cum Titio, vnam vocem habebit Titius. num.21.pag.172
Iuſpatronatus pertinens ad Collegium,& Petrum, qualiter ſpectet, & quomodo.num.22.pag.173
Iuſpatronatus, de quo agitur an ſit Gentilitium, an hæreditarium. num.7.pag.218
Iuriſpatronatus quaſi poſſeſſio qualiter acquiratur & quando. num.1.pag.217
In iure patronatus cur introductæ ſint Bullæ, & præſentationes. num.13.pag.220

Iuſtitiati.

Iuſtitiati quanto tempore debent eſſe in patibulo. num.31.pag.300
Iuſtitiati vbi ſepeliendi ſint. num.32.pag.300

Iuſtus.

Iuſtus in dubio quilibet æſtimatur. num.23.p.399

L

Læſio.

Læſio in tranſactione pro quo tempore conſideretur. num.13.pag.262
Læſio in tranſactione quando, & qualiter poſſit conſiderari. num.12.pag.261

Laïcus.

Laïcus de Collegio in Eccleſia erecto qualiter conueniatur. num.36.pag.383.
Laïcorum cura poteſt ſtare cum viſitatione Epiſcoporum num.53.pag395
Laïci Magiſtri coram quo Iudice conueniuntur ad mercedem Prædicatoris. num.27.pag.381
Laïci an ſint capaces penſionis, & quando. n.12. pag.439

Laudemium.

Laudemium non debetur ex contractu nullo. n.14. pag.289
Laudemium non debetur ex venditione neceſſaria. num.15.ibidem.
Laudemium promiſſum voluntariè, non obligat, ſi non debetur. num.8.pag.293
Laudemium cur debeatur. num.4.pag.292
Laudemium exactum neceſſario non debetur.n.18. & 19.pag 295
Laudemia præterita an, & quando debeantur. num.16.pag.294
Laudemium quid ſit, & an concurrat in præſenti, an verò tertiatim, num.4.pag.103
Laudemij ſolutio an, & qualiter ſequatur fundi poſſeſſorem. num.9.pag.293
Laudemium quid ſit. num.12.ibidem.

Legatarius.

Legatarius annuus cogitur per annos recipere, & vnicum eſt pro primo anno, pro aliis verò conditionale. num.11.pag.93
Legatarius caſu quo cogitur accipere corpus pro annua penſione, debent etiam ſolui expenſa pro fructibus colligendis num.9.pag.93
Legatarius tenetur ſoluere onera intrinſeca rei legatæ,

gatæ, ſeruitutes ibi exiſtentes pati, collectas, & Canones ſoluere, &c. num.1.pag.76
Legatarius tenetur ad onera realia, & mixta ſuper re legata. num.2.ibidem.
Legatarius annuus poteſt agere de iure futuro cum iure præſenti. num.16.pag.94
Legatario non debetur euictio pro legato.num.11. pag.162
Legatarius annuæ præſtationis cogitur accipere corpus, ſiue proprietatem. num.1.pag.91
Legatarius ex æquitate compelli poteſt ab hærede recipere congruam proprietatem. num.2.pag.92
Legatarius incapax cogitur recipere extimationem rei legatæ. num.3.ibidem.
Legatarius tenetur pati ſeruitutes actiuas, & paſſiuas rei legatæ. num.8.pag.76
Legatarius ad pias cauſas non tenetur de æquitate ſoluere cenſum ſuper re legata exiſtentem. n.9. ibidem.
Legatum rei alienæ Iure Canonico, & æquitate ciuili, & Canonica valet, & quando. num.10. ibidem.
Legatum ad pias cauſas, vel factum conſanguineis, aut valdè amicis æquipollent. num.11.pag.77
Legatum relictum Eccleſiæ cum aliquo onere rei, illud onus ſoluitur ab hærede, non à legatario. num.12.ibidem.
Legatarius eſt magis dilectus in re legata, quàm hæres. num.13.ibidem.
Legatarius fundi non tenetur ad cenſum ſoluendum ſuper illo fundo. num.14.ibidem.
Legatarius non redimit rem legatam ab onere, ſed hæres. num.15.ibidem.

Legatum.

Legatum in minus ſolemni teſtamento factum, ſi ſoluatur, non reperitur. num.31.pag.266
Legatum pro dote quandonam debeatur, & quando tranſmittatur. num.9.pag.317
Legatum relictum Clerico, ſi fiat Sacerdos, an tranſmittatur, ſi per caſum, non fiat Sacerdos. num.11.pag.317
Legatum relictum ſub conditione non ſemper eſt conditionale. num.12.ibidem.
Legatum pro dote quando ſit purum, & quando conditionale. num.16.pag.318
Legatum eiuſdem, in beneficium D. Ioannæ filiæ: cum prohibitione aliud petendi. num.5. pag.231
Legatum factum, etiam non expreſſa gratia valet. num.29.pag.241
Legatum pro ſe, & hæredibus ſuis quando vadat ad hæredes. num.5.pag.317
Lagatum ei in ſpecie demonſtrat, non taxat. n.13. pag.162
Legatum quomodo, & qualiter diminuatur, & vtrùm eo diminuto diminuatur onus, & numeris ſequentibus. num.19.pag.163
Legatum non eſt conditionale, & quando licèt tale videatur. num.2.pag.316
Legatum fundi vnà cum omnibus iuribus ſuis, &c. transfert onus ſoluendi cenſum ad legatarium. num.22.pag.79
Legatarium non teneri ad cenſum rei legatæ regulariter procedit. num.23.ibidem.
Ampliatur ſi fiat legatum perſonæ coniunctæ, vel valdè amico. num.24.ibidem.
Legatum annuum debetur in principio anni.n.12. pag.93
Legatum in perpetuum relictum Eccleſiæ durat vltra centum annos. num.10.ibidem.
Legatum annuum debetur in principio anni, niſi ſit relictum ex certo corpore, quia tunc debetur tempore recollectionis. num.19. pag.94
Legati annui cedit dies ab initio. num.15. pag.93
Legatum factum ſub conditione pluribus, an ab vnoquoque poterit pro parte adimpleri conditio ad conſequendum legatum. num.17.pag.398
Legatum qualiter recipiat interpretationem.n.26. pag.79
Legatarius piæ cauſæ non tenetur ad cenſum ſuper re legata impoſitum. num.27.ibidem.
Legatarius non tenetur ad onera quando eſſet damnoſum legatum. num.28.ibidem.
Legatum quando dicatur in proprietate, & quando in vſufructu. num.17.pag.162
Legatum factum diſpoſitiue, & non taxatiuè quando dicatur. num.18.pag.163

Legitima.

Legitima eſt ius vniuerſale, & vocatur quota hæreditatis. num.8.pag.74
Legitimæ onus an poſſit tranſmitti ad hæredes quoad ius reiiciendi. num.51.pag.354
Legitimæ onus à quibus poſſit impugnari.num.52. ibidem.
Legitimæ onus reiici poteſt à ſolo filio. num.53. ibidem.
Legitimæ onus qualiter detrahatur ipſo iure.n.54. ibidem.
Legitimæ onus quando valeat, & quando reiiciatur. num.44.pag.353
Legitima non poteſt grauari, vel minui. num.16. pag.66
Legitima eſt quota hæreditatis, & quo iure.n.101. pag.60
Legitima cum onere acceptata an poſſit reſpui à filio. num.19.pag.66
Legitima quando poſſit à filio repudiari in præiudicium creditorum. num.48.pag.353
Legitima an veniat in reciproco fideicommiſſo. num.23.pag.67
Legitimam petendo ius tranſit ad hæredem, ſed non ius impugnandi onus appoſitum in legitima. num.24.ibidem

Lex.

Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda. num.37.pag.235
Lex inutilis, & fruſtratoria aut diſpoſitio nihil operatur. num 21.pag.61
Lex iniuſta non eſt, nec legis nomen habere dicitur. num.24.pag.349
Leges de iure iurando in litem an habeant locum contra Eccleſiaſticos. num.27.pag.390
Legis reſiſtentia quando noceat, & quando non, & numeris ſeqq. &c. num.11.12. pag.256
Leges permittentes filium exhæredari ob cauſam, validas, & ſanctas eſſe. num.11.pag.311
Legis forma qualis ſit, & qualiter conſideretur à Legiſlatore. num.15.pag.298

Liber.

Liber Gubernatorium, & Magiſtrorum plenam facit fidem, & quando. num.14.pag.171
Liber viſitationis plenam fidem facit. num.15. ibidem.
Libertus, vel eius hæres quando teneatur ad lucrum acquirendum, &c. num.67.pag.356

Liquidatio.

Liquidatio Inſtrumenti an ſit cauſa criminalis ob periurium incurſum. num.11.pag.443
Liquidatio an impediatur ex inſtrumento procuratoris. num13.pag.199
Liquidatio inſtrumenti, & contractus reſciſſio qualiter proponi poſſit. num.3.pag.444

Liquidatio inſtrumenti an impediatur ob litis pendentiam. num.4.pag.444
Liquidatio inſtrumenti impeditur ex nullitate contractus. num.4.pag.187
Liquidatio Inſtrumenti fit via Ritus 166. num.2. pag. 442
Liquidatio Inſtrumenti fit à Iudice ciuili tantùm. num.3. ibidem.
Liquidationis acta qualia. num.3.pag.190
Liquidatio Inſtrumenti qualiter fiat nunc in praxi. num.6 pag.442
Liquidatio Inſtrumẽti fit ad formam Ritus M.C.V. num.1.pag.186
Liquidari non poteſt contractus qui non valet. num.2.pag.186.
Liquidatio Inſtrumenti opponitur ex nullitate contractus. num.3.pag.187
Liquidatio inſtrumenti actio an ſit criminalis, an ciuilis. num.6.pag.480
Liquidatio inſtrumenti non impeditur per exceptiones, & quando, &c. num.10.pag445
Liquidationis Inſtrumenti cauſa an ſit criminalis. num.1.pag.442

Literæ.

Literæ Regiæ pto repudiatione in præiudicium creditorum, quomodò in Gallia exprimuntur. num.70.pag.357
Litteræ ad hoc propoſitum adducitur. num.29. pag.45
Litterarum copia S. C. M. num.31.pag.387

Litis.

Litis pendentia an impediat liquidationem inſtrumenti. num.5.pag.445
Litis pendentia in Regno non imprdit liquidationem. num.6 ibidem.

Locus.

Locus non dicitur Eccleſiaſticus ni conſtructus ſit authoritate Epiſcopi. num.19.pag.389
Locus licèt extructus à Clerico, ſi abſque authoritate Epiſcopi, profanus eſt. num.20. ibidem.
Locus abſque Epiſcopi authoritate conſtructus, ne pius quidem dici poteſt niſi quatenus opponatur impio. num.21.ibidem.
Locus contiguus Eccleſiæ gaudet communitate, & quando. num.11.pag.129
Locus, in quo Religioſi ſunt deſtinati, vel habitant gaudent immunitate. num.7.ibidem.
Locus Religioſus dicitur etiam ille, in quo habltant Clerici cum authoritate Epiſcopi.num.8. ibidem.
Loca pia dicuntur etiam erecta ſine authoritate Epiſcopi. num.52.pag.385
Loca erecta per laïcos in eorum cauſis dignoſcunt iudices laïcos, ni authoritate Epiſcopi erecta ſint. num.48.pag.393
Loca erecta per laïcos etiam authoritate Epiſcopi agnoſcunt laïcos tanquam eorum iudices in temporalibus, ſicque deciſum. num.49. ibidem.
Loca erecta authoritate Epiſcopi poſſunt ab eodem viſitari. num.50.ibidem.

M

Macedoniani.

MAcedoniani exceptio an, & quando poſſit opponi in conſcientia. num.6.pag.346
M. C. V. eſt Index competens præambulorum, quoad bona feudalia. num.15.pag.232

Magiſtri.

Magiſtri Eccleſiæ Parœcialis an fiant ſine Parœco. num.2.pag.171

Mainardus.

Mainardi oppoſitiones qualiter prætendantur euacuari à parte. num.9.pag.29
Mainardo noluiſſe Ricciullum aliquid relinquere, qualiter probetur. num.16.pag.30
Mainardi affectio qualis fuerit erga Ricciullum. num.21.ibidem

Maioratus.

Maioratum S. C. declaranit, in anno 1626. ſpectare ad D. Andream, filium D. Franciſci, eique conceſſit facultatem adminiſtrandi, præſtita cautione, ob defectum ætatis. num.54. pag.237
Idem D.Andreas exhibuit computa ſex annorum, quæ nunquam fuerunt diſcuſſa, ſed ex iis apparet, debitor: Debitumque poſtea cumulauit, & auxit per adminiſtrationem aliorum quinque annorum. num.55.ibidem.
Idem D. Andreas in anno 1629. emit Terram Marzani: Quanam pecunia, & quanti? n.56. ibidem.
Idem ſtipulatus fuit, eodem anno, inſtrumentum recognitionis, cum Curatore, deputato per S.C.futuris ſucceſſoribus in d. Maioratu. n.57. ibidem.
Afferuntur declarationes ſpeciales, factæ per D.Andream in d.Inſtrumento, quod fuit etiam roboratum Regio aſſenſu. num.58.ibid.
Idem D.Andreas obtinuit liberationes quantitatum,quas erogauerat de proprio, infra maiorem ſummam pretij d. Tertæ, licèt cum diffi ultate, cùm ipſe aliunde eſſet debitor. num.59.ibid.
D.Auguſt.Landati Senior,inſtituit,in ann.1585. Maioratum perpetuum, expreſsè fœminarum excluſiuum. num.53.ibidem.
Recenſentur conditiones, eidem Maioratui appoſitæ. num.53.ibidem.

Malum.

Malum intriuſecè quando aliquid dicatur,& quando non. num.12.pag.341

Mandatum.

Mandatum in rem propriam, an habeat vim ceſſionis. num.5.pag.100
Mandatum fauore vtriuſque non excludit periculum nominis ceſſi à cedente. num.6.ibidem.
Mandatum cum clauſula in rem propriam, an habeat vim ſolutionis. num.7.ibid.
Mandatum exequutiuum, an poſſit relaxari contra Capellanum Melitenſem ob obligationem factam in forma Cameræ per eundem Regularem, neque contra Cemmendatarium, vel alium ſuperiorem num.15.pag.25
Mandatum ad exigendum non eſt ceſſio. num.2. pag.99
Doctores adducuntur, qui dicunt mandatum in rem propriam habere vim ſolutionis. num.8. pag.100

Manutentio.

Manutentio electis in adminiſtratione qualiter concedenda. num.29.pag.174
Manutentio electionis quando, & qualiter detur. num.30.ibidem.

Marcianus.

Marcianus affertur pro hac opinione quod veniant. num.9.pag.226

Maritanda.

Maritanda quo tempore, vt poſſit de dote diſponere. num.4.pag.71

Maritus.

Maritus an possit repudiare lucrum dotis mariti in præiudicium creditorum. num.80.pag.359

Maritus in dote an teneatur de dolo, lata culpa, &c. num.12.pag.147

Masculinum.

Masculinum, an & quando concipiat fœmininum. num.20.pag.305

Masculi sub vocabulo fœminarum, an & quando veniant. num.22.pag.306

Masculi in feudis qualiter præferantur fœminis num.4.pag.259

Mater.

Mater succedit, nisi filius præmoriatur. num.9. pag.156

Matris, & filij inæqualis est successio. num.7. ibidem.

Matri datur immunitas cum filiis viuens post mortem patris. num.5.pag.401

Medietas.

Medietas præsentantium quando locum habeat. num.9.pag.218

Meliorationes.

Meliorationes excomputantur cum fructibus mala fide perceptis à possessore. num.2.pag.184

Memoriale.

Memoriale pro reassumptione in formam libelli quid operetur. num.20.p....

Mercator.

Mercator,& negotiator qualiter differant inter se. num.21.pag.415

Milites.

Milites Iesu Christi licèt vxorati, sunt capaces pensionis. num.13.pag.439

Milites Hierosolymitani in visitatione quando puniantur ab ordinariis, & quando non.num.6. pag.24

Milites Hierosolymitani non possunt disponere, vel testari, & qualiter. num.13.pag.25

Milites testantur iure militari, & etiam qui cum eis sunt. num.4.pag.3

Minor.

Minor, maior factus, qualiter teneatur ratificare societatem initam cum Patre, licèt nulliter fuisset inita. num.23.pag.366

Minor tantum est, qui potest dicere de nullitate sui contractus, non illius, qui contraxit cum minore. num.24.ibid.

Mitra.

Mitra non est signum iurisdictionis. n.15.p.339

Modus.

Modus, vel conditio adiecta ad fauorem legatarij, facit actum purum. num.8.pag.317

Mœniana.

Mœniana differunt à fenestris. num.19.pag.273

Molina.

Molina affertur de contractibus pro nostra opinione. num.7.pag.223

Molina adducitur, & punctualiter. num.13. pag.158.

Monachus.

Monachus,vel Moniales, videre ex fenestris, non est de genere prohibitorum, nec actus peccaminosus. num.16.pag.272

Monachorum aspectus qualis prohibeatur. n.25. pag.306.

Monasterium.

Monasterium an possit impedire vicinos ne fabricent posita via intermedia. num.2. pag.276

Monasterium impedit vicinos ædificare,quando id fieret ad æmulationem. num.3.pag.277

Monasterij partes quales fuerint. num.2. pag.328

Monasterium Sancti Laurentij Ciuitatis Auersæ consequitur pro laudemio tertiariam. num.1. pag.108

Monasterij prætensio. num.3.pag.287

Monasterij conuenti rationes afferuntur. n.4.ibid.

Monetarum.

Monetarum mutatio qualiter facta. num.4..p.449

Moniales.

Moniales qualiter possint habere fenestras ad lumen ingrediendum. num.40.pag.274

Monialium Monasteria qualiter sint ædificanda,& vbi. num.21.pag.273

Moniales qualiter habere debeant fenestras. n.27. pag.306

Monialium nomine non veniunt Monachi. n.19. pag.305

Monitio.

Monitio non est conditio sine qua fori priuilegium non perditur. num.26.pag.390

Monitio requiritur tantum, cum exercentur illicita. num.5.pag.388

Monitio operatur vt Clericus in persona puniri possit. num.6.ibidem.

Monitio non requiritur,cum Clericus non exercet illicita,licèt absque monitione fori priuilegium perdat. num.7.ibidem.

Monitorium.

Monitorium affixum in domo an arguat non esse locum pium. num.15.pag.130

Mons.

Mons fundatus absque Episcopi authoritate, & bonis secularium, proculdubio Ecclesiasticus dici nequit. num.23.pag.190

Mora.

Mora irregularis quando currat contra maiorem. num.11.pag.74.

Mora dotis non solutæ, vel vitalitij an producat interesse. num.11.pag.210

Mora post casum quando contrahatur. num.10. pag.144

Mori, Mors, Mortui.

Mors Illustrissimi Archiepiscopi Ricciulli narratur. num.48.pag.34

Mori an dicatur in duello qui moritur extra illud, & quando. num.14.pag.298

Mortui in duello priuantur sepultura Ecclesiastica. num.5.pag.296

Motiuum.

Motiuum de anno 1631. affertur,quod dedit causam edicto. num.2.pag.424

Motiuum partis aduersæ proponitur. num.4. pag.425

Mulier.

Mulier contrahens contra formam statuti, peccat mortaliter, & quando. num.5.pag.346

Mulier disponens contra formam pacti an valeat. num.17.& 18.pag.136

Mutatio.

Mutatio rursus, qualiter faciat bona mutari.n. 14. pag.74. & sequentibus.

N

Nepotes.

NEpotes viuis parentibus, nullum ius habent in hæreditate Aui, neque in numero suorum hæredum reponuntur. num.28. pag.234

Nepotum maleuolentia erga Patruum, vel Auunculum qualiter probetur.num.18. & 19.pag.30
Nepotis ſubingreſſio in locum patris, vel matris. num.5. pag.156

Nominatio.

Nominatio Clerici an probet Clericatum, ſi ſit à Papa. num.14.pag.434.
Nominatio in officio quotuplex ſit, & quando ius tribuat nominato. num.12.pag.171
Nominatio æquipollet electioni, quando illi tribuit ius. num.13.ibidem.

Nominantis.

Nominantis in officio periculum quale ſit. num.4. ibidem.

Notarius.

Notarius reaſſumens inſtrumentum quis eſſe debeat. num.16.pag.200

Nouatio.

Nouatio qualiter opponatur. num.5.pag.283

Nouellæ.

Nouellæ Leonis Imp. non fuerunt receptæ, neque in Cod. Iuſtinian. inſertæ, & ratio. num.51. pag.236

Nouitius.

Nouitius moriens extra Monaſterium in eo ſepelitur, & quando. num.2.pag.3
Nouitius qualiter gaudeat priuilegiis Religionis. num.3.ibidem.
Nouitius moriens extra clauſtra ſepelitur inconſulto Parœco, & quando. num.6.pag.3
Nouitius in anno Nouitiatus moriens extra clauſtra poteſt eligere ſepulturam. num.7.ibidem.
Nouitius moriens extra clauſtra, non electa ſepultura, vbi ſepeliatur. num.8. ibidem.
Nouitius decedens in Monaſterio vbi ſepeliatur. num.9.ibidem.

Nullitas.

Nullitas præindicialis quæ eſt. num.16.p.167
Nullitates vltima, & finalis admittuntur. num.17 ibidem.
Nullitates præambuli qualiter opponantur.num.51. & 52.pag.35
Nullitates propoſitæ pro parte Antonij Mainardi. num.61. pag.37
Nullitas rei quod fuerit vel non vnius valida. n.2 pag.165
Nullitates oppoſitæ per Mainardum.num.8.pag.29
Nullitates reſoluuntur, & prima. num.1.pag.196

Numeratio.

Numeratio pecuniæ ſufficit, ſi fiat per æquipollens. num.7.p.449

O

Obligatio.

OBligatio duorum qualiter interpretetur.n.16. pag.426
Obligatio qualiter radicata dicatur in vno, vel pluribus. num.17.pag.426
Obligati in ſolidum ex cauſa adminiſtrationis poſſunt ſeparatim conueniri. num.14.pag.398
Obligatio pro quantitate in genere an valeat.n.15. pag.194
Obligatio generalis quæ non comprehendat. n.17. pag.61

Oblatio.

Oblatio quos effectus habeat. num.13.p.444
Oblationes in Eccleſiis factæ non poſſunt alienari ſine licentia Epiſcopi num.51.pag.385

Obſeruantia.

Obſeruantia qualiter priuilegia, & leges interpretetur. num.7.pag.403
Obſeruantia qualiter vocetur conſuetudo. num.8. ibidem.
Obſeruantia, & conſuetudo per plures annos obſeruata quid operetur. num.9.ibidem.
Obſeruantia quid operetur pro poſſeſſorio.num.30. pag.217
Obſeruantia ſubſequuta eligendi ſacriſtam qualis fuerit. num.10.pag.213
Obſeruantia declarat Gratiam, & qualiter. num.7. pag.249
Aliqualis odor iuſtitiæ in proprietate præbet faciliorem aditum in poſſeſſorio, & ſic ſolet idem S. C. obſeruare. num.26.pag.233

Oeconomi.

Oeconomi officium qualiter in Eccleſia introductum. num.17.pag.215
Oeconomorum plures ſpecies in Eccleſia. num.18. ibidem.

Officia.

Officia Eccleſiaſtica, de quibus ſuprà cadunt ſub ſimoniæ vitio, ſi vendantur. num.21. ibidem.
Officia alia, quæ dabantur in Eccleſia Dei prius, & nunc. num.19.pag.215
Officialis declaratus inhabilis ad exercendum officium, an ſi à Principe reintegretur, ad idem officium cenſeatur reſtitutus. num.25.pag.376
Officialis non punitur pœna ordinaria, nec punitur officij priuatione. num.19.pag.375
Officialia ſpiritualia à laïcis non prouidentur. n.4. pag.212
Officialis ſuſpenſus ad tempus, an admittatur, & reintegretur ad tempus. num.30.pag.377
Officialis ſuſpenſus pro certo tempore, an admittatur ſine Principis licentia. num.31.ibid.
Officialis pecuniarius, & iuriſdictionis qualiter, ſi malè ſe geſſerit. num.3.pag.373
Officialis deputatus pro ſalute, an priuetur pretio officij, ſi delinquat. num.4.ibidem.
Officialis per extorſionem qualiter puniatur in Regno. num.5.ibidem.
Officialis in Regno quando puniatur pœna quadrupli per extorſionem. num.6.ibidem.
Officialem commiſiſſe extorſionem qualiter probetur. num.7.ibidem.
Officialis in Regno qualiter puniatur per extorſionem. num.8.ibidem.
Officialis deputatus pro ſalute qualiter puniatur per extorſionem. num.9.ibidem.
Officiales ſortiuntur fortiuntur ratione officij. num.44.pag.392
Officij qualitas ſpecificat forum. num.45. ibidem.
Officium quando ſit feudale. num.2.pag.202
Officium an, & quando hæreditarium ſit. num.3. ibidem.
Officium quando ſit tranſmiſſibile ad hæredes. num.4.ibidem.
Officium non eſſe hæreditarium qualiter probetur. num.5.ibidem.
Officium eſſe hæreditarium, vel non quid importet. num.7.pag.203
Officium vbi vocatur hæres ex corpore quodnam ſit. num.8.ibidem.
Officium ex pacto, & prouidentia quale ſit. n.9. ibidem.
Officium Monterij maioris quale ſit. n.5.p.328
Officij priuatio quando inducatur per illa verba ſententiæ *amplius non exerceat.* num.24.pag.376

Onera.

Onera in fundo colendo ſunt legatarij, non hæredis. num.6.pag.92

Onera rei legatæ à quo ſolui debeant. num.30. pag.81
Oneris cenſus acollatio quid importet. num.6. pag.287
Tres oppoſitiones D. Ioannæ aduersùs D. Ioſephum, hæredem ſcriptum. num.25.p.233

Ordinarius.

Ordinarius loci an poſſit declarare excommunicatum Equitem Hieroſolymitanum percutientem Clericum. num.39.pag.27

P

Pactum.

PActum ad vnius beneficium non extenditur ad alios. num.8.pag.205
Pactum reuerſiuum quando inualidum in dote. num.24.pag.136
Pacta emphyteutica recenſentur. num.2. pag.223
Pactum reuerſiuum an impediat immiſſionem. num.22.pag.138
Pactum negatiuum de non ſuccedendo quando valeat, & quando non. num.2.pag.155
Pactum vt venditor non teneatur de euictione, validum eſt in iure. num.5.pag.161
Pactum ſuccedendi ad certam perſonam an valeat. num.3.pag.155.
Pactum reuerſiuum quando operetur. num.29. pag.139
Pactum reuerſiuum qualiter explicetur. n.19 pag.136
Pactum in præiudicium creditorum ſocietatis an operetur. num.14.pag.207
Ampl.vt nec etiam Sacramento firmetur. n.47. pag.236
Ampl. etiam contemplatione matrimonij. n.48. pag.236
Pactum affirmatiuum, de ſuccedendo, à iure damnatur, & ratio, *n.47.ad fin.* num.45.p.236
Ampl. non modo in extraneis, ſed etiam in filiis. num.46.pag.236
Pactum reuerſiuum generaliter conceptum quomodo, & per mortem cuius verificetur. n.31. pag.139
Pactum reuerſiuum dotis in capitulis appoſitum qualiter procedat. num.2.pag.131
Pactum de reſtituendo dotem in ſimilem, vel meliorem, quid operetur. num.10.pag.149
Pactum reſeruationis dominij dat prælationem omnibus creditoribus. num.11.pag.329
Pacto neque Clericus fori priuilegio renuntiare, ſecus abſque pacto. num.42.pag.392
Pactum reuerſiuum in dote valet, ſi moriatur vxor. num.10.pag.134
Pactum reuerſiuum in fauorem cuius perſonæ addi poſſit. num.11.pag.134
Pactum reuerſiuum poteſt multipliciter accipi. num.12.p.135
Pactum reuerſiuum cum iuramento valet. n.13. ibidem.
Pacta quæ poſſunt in feudis apponi, quæ ſint. num.24.pag.228

Papa.

Papa concedens facultatem teſtandi, de quibus bonis loquitur. num.39.pag.33
Papæ verbis an, & qualiter credendum ſit. n.20. pag.436
Papæ atteſtationi de ſuo facto quando credendum ſit. num.21.pag.436
Papa Vrbanus VIII. quid conceſſerit Domino Epiſcopo Ricciullo. num.1.pag.29

Paragium.

Paragium an debeatur filiæ non nuptæ. n.12. pag.74
Paragij liquidatio qualiter fiat. num.2.p.73
Paragij liquidatio quo tempore fiat. num.3. ibidem.
Paragium debetur in corporibus, non in fructibus. num.4.ibidem.
Paragium debetur loco legitimæ. num.5. ibidem.
Paragium eſt legitima. num.6.pag.74
Paragij fructus debentur à die mortis. num.7. ibidem.

Parentes.

Parentes nomen comprehendit Collaterales in Regno. num.15.pag.227
Parentum appellatione an veniant agnati, & cognati. num.10.pag.226
Parentum appellatione in feudalibus, qui veniant. num.11.pag.226
Parentum nomine qui veniant. num.7. ibidem.
Parentum nomine an contineantur Collaterales. num.8.ibidem.

Paræci.

Parœci nullus requiritur conſenſus, nec ei vlla quarta debetur, ſi moriatur extra Monaſterium. num.34.pag.6
Parœci non poſſunt impedire ſepulturas Religioſorum morientium extra Monaſteria. num.35. ibidem.

Partis.

Partis aduerſæ petitio qualis fuerit. num.2. pag.331
Partis aduerſæ oppoſitiones, *& num.19.* num.18. pag.111

Pater.

Pater Donatus Dominicanus quid ſentiat in hac re. num.9.pag.141
Patres onuſti gaudent de iure priuilegiis gabellarum. num.1.pag.402
Patres onuſti non gaudent Neapoli poſt annum 1649. num.2.pag.402
Pater ſi onus apponat in legitima filij an creditores præiudicentur, & quando poſſit tale onus apponi. num.91.pag.361
Pater ſi filio concedat licentiam diſponendi, an intelligatur ſibi præiudicaſſe in legitimam. n.92. pag.362
Pater non poteſt prohibere alienationem bonorum legitimæ. num.17.pag.66

Patria.

Patria poteſtas magis quàm domino conceſſa. num.19.pag.189
Patria poteſtas quotuplex eſt, & qualis. n.20. pag.189

Patrimonialia.

Patrimonialia bona Epiſcopi qualiter, & quibus debeantur. num.43.& 44.pag.34

Patronus.

Patronus iterum tenetur dotare, quando dotem amiſit Capella. num.15.pag.162

Patruus.

Patruus, & Amita qualiter ſuccedant. num.39 pag.242

Paulus.

Paulus de Caſtro adducitur in præſenti. num.13. pag.401
Paulus de Caſtro, & Francus adducuntur ad materiam. num.39.pag.124

Paulus de Caſtro in articulo principali impugnatur. num.48.pag.126

Peccato.

Peccato mortali implicatus ſtare dicitur in dedecore. num.10.pag.347

Pecunia.

Pecunia redacta ex feudis, vel ad illa emenda deſtinata, mando dicatur feudalis. num.61. pag.244

Pecunia deſtinata pro indigentiis Monaſterij parit lucrum ceſſans. num.8.pag.210

Penſio.

Penſio an ſit Eccleſiaſtica, an laicalis. num.8. pag.438

Penſio Eccleſiaſtica non ſemper pro alimentis imponitur. num.25.pag.95

Penſionis reſeruatio, facta in actu reſignationis ſapit naturam contractus innominati. n.26. pag.95.

Penſio impoſita motu proprio pro alimentis, extingui poteſt gratis, ſine decreto. num.27. pag.95

Penſionis extinctio numquam requirit decretum num.28.ibidem.

Penſio in beneficio ſolui debet ab hærede primi titularis, vel à ſecundo titulari, ad arbitrium Penſionarij. num.4.pag.76

Penſionarius non agit contra ſecundum titularem quando hic feciſſet diligentias contra primum titularem, & quid ſi fuerint inutiles. n.5. ibidem.

Penſio impoſita antiquo iure per Epiſcopum non erat ſoluenda à ſecundo titulari. num.6. ibidem.

Penſio quatenus ſoluenda, perempta re, & *num.* 9. num.8.pag.223

Penſionis reſeruatio, quando fiat loco alimentorum penſionarij. num.22.pag.94

Penſionis duplex genus, lucratiua ſcilicet, & oneroſa & traditur differentia. num.30 pag.95

Penſio an poſſit retineri poſt matrimonium factum. num.3.pag.437

Penſionarius propria authoritate extinguit penſionem gratis, ſecus ſi accepta pecunia. n.10. pag.94

Penſionarius an poſſit extinguere penſionem in præiudicium creditorum. num.21.pag.94

Percuſſio.

Percuſſio Clerici, quando à Papa abſoluatur, quando ab alio. num.2.pag.343

Percuſſio quando dicatur grauis, quando leuis. num.9.ibidem.

Percuſſio animo ſe defendendi, quando dicatur. num.10.pag.349

Percuſſio quando ſit leuis ſecundum Nouarium, & alios. num.11.ibidem.

Percuſſio, de qua hic qualis dicatur. num.12. ibidem.

Percuſſio non eſt cauſa excommunicationis ſi ſequatur à percuſſo. num.13.ibidem.

Percuſſio non grauis, de qua in præſenti. n.14. ibidem.

Percuſſio mediocris quæ dicatur. num.15. ibidem.

Percuſſio leuis qualis ſit. num.16.ibidem.

Percutiens.

Percutiens Clericum tentantem pudicitiam, an ſit excommunicatus. num.6.pag.343

Periculum.

Periculum dotis ad maritum quis operetur. n.13. pag.149

Periculum nominis ceſſi, an ſpectet ad ceſſionarium. num.9.pag.101

Periurij.

Periurij actio in liquidatione inſtrumenti qualiter procedat. num.8.pag.431

Periurium contrahit, qui reddit ſe inhabilem ad ſatisfaciendum creditoribus. num.20.p.348

Petitio.

Petitio Capucinorum qualis fuerit. num.3. pag.303

Petitio partis contra illos de Ricciullo affertur. num.6.pag.29

Pignatelli.

Pignatelli *conſultatio.*176.adducitur ad propoſitum. num.14.pag.130

Planta.

Planta adducitur, ſuper qua fuit deciſus articulus ad fauorem Monaſterij D.Romitæ. num.49. pag.275

Pœna.

Pœna criminalis quando dicatur. num.8. pag.442

Pœna criminalis quando dicatur ſecundùm Bartolum. num.9.ibidem.

Pœna periurij non habet locum amplius in liquidatione Inſtrumenti. num.4.bidem.

Pontificale.

Pontificale Romanum *fol.*672. cum ſeqq. *adducitur* & explicatur. num.2.pag.49

Pontificalia quando denotent iuriſdictionem, & qualiter. num.14.pag.339

Pontificalium vſus qualiter prohibeatur. n.11. pag.338

Pontificalium vſus qualiter prohibeatur in aliena Diœceſi. num.12.pag.339

Pontificalium vſus, & exercitium illorum ſunt diuerſa. num.5.pag.338

Populus.

Populus roganit Principem pro repoſitione gabellarum. num.4.pag.403

Portellius.

Portellius in dubiis Regularibus refert caſum deciſum in præſenti materia. num.36.pag.274

Poſſeſſio.

Poſſeſſio cum dolo qualiter noceat. num.11. pag.347

Poſſeſſio quæſita legitimè tolli non poterit abſque ſpolio. num.13.pag.214

Poſſeſſio bonæ fidei exiſtens qualiter teneatur ad fructus. num.6.pag.179

Poſſeſſio legitimè capta, quamvis à Iudice incompetenti, eſt conſeruanda. n.16.p.232

Poſſeſſor.

Poſſeſſor bonæ fidei quando teneatur ad fructus. num.17.pag.183

Poſſeſſor malæ fidei cum dolo vero quando teneatur ad fructus. num.14.pag.182

Poſſeſſor malæ fidei quando teneatur ad fructus officio iudicis. num.15.pag.183

Poſſeſſor ex poſt facto in mala fide quando ad fructus teneatur. num.16.ibidem.

Si ſint eiuſdem temporis, præfertur, qui titulo meliori fulcitur, & *n.* 14. num.13.pag.232

Poſſeſſores inter, iuſtus eſt potior, & antiquior, & *n.* 12. num.11.pag.232

Poſſeſſorium, & petitorium cumulantur in incorporalibus. num.4.pag.170

Poſſeſſorium propoſitum in Tribunali S.C. aliiſque ſuperioribus iudicatur cum petitorio, & dato fumo iuſtitiæ. num.5.pag.170

Poſſeſſorium adipiſcendæ in feudalibus. num.2. pag.245

Casus similis affertur pro materia, de qua agitur. num.3.pag.246
Possessorium quid operetur in dotis exactione. num.3.pag.132
Possessorium qualiter detur. num.4.pag.133
Possessorum antiquius qualiter sit manutenendum. num.11.pag.254
Possessorium pro vxore qualiter probandum pro dignitate muneris mariti. num.25.pag.44
Possessorij discussio qualiter facienda. num.62. pag.36
Possessorium contra formam tituli, non est attendendum. num.29.pag.217

Possidens.

Possidens vti tertia, comparuit in iudicio. num.8. pag.208

Potestas.

Potestas œconomica Principis est, & talis censetur ea qua versatur circa redditionem computorum alicuius administrationis. num.61. pag.395

Præambulum.

Præambulum factum in fauorem hæredum Illustriss. Episcopi Ricciulli. num.5.pag.29

Præiudicialia.

Præiudicialia in Regno sunt sublata. num.24. pag.168

Prælatio.

Prælatio competit in feudis per viam contractus. num.25.pag.18
D.Ioanna procurauit in sui beneficium, præambulum Patris ab intestato, in M. C. V. tentanitque, subreptitiis prouisionibus, turbare possessionem D.Iosephi. num.7.pag.231
D.Ioseph petit à M.C. confirmationem præambuli, interpositi per Curiam Terræ Maizani, quatenus opus sit, & manutentionem. num.8. pag.232
Prælatio non habet locum in feudis hæreditariis in Regno. num 18.pag.12
Prælatio non competit si agnatus comparuerit pro venditione. num.27.pag.13
Prælatio, vt competat an debeat fieri æstimatio, & qualiter. num.26.ibidem.
Prælatio non competit in pluribus casibus, dato quod de iure competat. num.23.p.13
Prælatio non habet locum, nisi ratione sanguinis. num.14.pag.11
Prælatio non competit, non probata qualitate feudi. num.42.pag.16
Prælatio non competit agnato in feudis, nisi probet se esse agnatum. num.43.ibidem.
Prælatio in Regno non habet locum in feudis hæreditariis. num.7.pag.10
Prælatio an competat capta possessione per emptorem. num.74.pag.20
Prælatio an competat quando agnatus constituit Procuratorem ad comparendum. num.75. pag.21
Prælatio competit multo magis in feudis agnato creditori. num.77.pag.21
Prælatio non competit in venditione burgensaticorum. num.78.ibidem.
Prælationis articulus deciditur absque termino. num.31.pag.14
Prælatio Agnatis cur competat, & qua ratione introducta. num.32.pag.15
Prælatio competit in feudis hæreditariis mixtis. num.33.ibidem.
Decisio S. C. affertur, & declaratur. num.34. pag.15
Prælatio competit in feudo hæreditario mixto apud omnes rationes. num.35.pag.15
Prælatio competit in venditione feudi antiqui. num.36.ibidem.
Prælatio non competit agnato, vel agnatæ, non probata agnatione. num.37.pag.16
Prælatio non habet locum in feudis hæreditariis secundùm Doctores Italos. num.20.ibidem.
Prælatio secundùm Doctores Germanos quando competat. num.21.ibidem.
Prælatio qualiter concedatur in antiquis feudis, & qualiter derogetur in nouis. num.58.p.19
Prælatio an concedatur, quum conceditur in subfeudis. num.59.ibidem.
Prælatio locum habet etiam in venditione feudi sub hasta. num.67.pag.20
Prælatio competit in feudis etiam fœminis agnatis. num.68.ibidem.
Prælatio competit in feudis secundogenito, excluso primogenito. num.69.ibidem.
Prælatio non competit in feudis, probata fraude. num.72.pag.20

Prærogatiuæ.

Prærogatiuæ, & Regaliæ quomodo, & quando præstentur Castellanis. num.37.pag.47

Præsentantes.

Præsentantes qualiter probent descendentiam. num.6.pag.218

Præsentatio.

Præsentatio Breuium in Nuntiatura Apostolica, & transactio facta. num.4.pag.29
Præsentationes in præsenti fuerunt per Pontifices approbatæ. num.14.pag.220

Præsentia.

Præsentiæ defectus qualiter suppleatur in emancipatione. num.23.pag.190

Præsides.

Præsides Prouinciæ possunt habere vsum puluinaris in Ecclesiis, & etiam debetur vxori Præsidis. num.23.pag.44
Præsumptio malæ causæ quando præsumatur. n.8. pag.260

Præsumptio.

Præsumptio quælibet est pro filiis. num.1. pag.65

Præuentio.

Præuentio nullo modo potest fieri in casu nostro. num.3.pag.418
Præuentio qualiter fiat per citationem aduersarij. num.8.pag.445

Pragmatica.

Pragmatica ad S.C.Maced.explicatur. num.5. pag.197
Pragmatica vltima de feudis qualiter disponat. num.5.pag.239
Pragmat. 1.de Procuratoribus §.4.adducitur. n.3. pag.283
Pragmatica *de Monialibus*, explicatur. num.10. pag.278
Pragmatica 31. *aliàs* 32. *de feudis*, adducitur, & explicatur. num.9.pag.251
Pragmatica 19.24.&25. *de feudis*, adducitur. n.6. pag.248
Pragm.2.de Monialibus adducitur. num.18. pag.305
Pragm 1.& 2.*de Monialibus*, sunt introductæ fauore Monialium, & quid disponant. num.10. pag.272
Pragm.3.de fide instrum. explicatur. num.11. pag.198
Prag. *de liquidat. instrum.* explicatur. num.12. pag.194

Pragm. 2. de Monialibus, est in viridi obseruantia. num. 13. pag. 272
Pragmatica prima *ad Macedonianum* explicatur. num. 32. pag. 191
Pragm. 5. *de fide instrument.* qualiter procedat. num. 11. pag. 194
Pragmatica 22. *de vectigalibus*, explicatur. n. 15. pag 405
Pragmatica 22. *de vectigalibus*, tollit omnem immunitatem. num. 16. pag. 405
Pragmatica, num. 4. de feudis explicatur. num. 60. pag. 244
Pragmatica nostra loquitur de omnibus officiis, siue iurisdictionalibus, siue non iurisdictionalibus. num. 5. pag. 396
Pragmatica disponit ne Clerici exerceant sæcularia officia ad hoc ne delinquentes petant se remitti. num. 6. pag. 396

Praxis.

Praxis in Pontificalibus quid obseruet. num. 13. pag. 339

Pretij.

Pretij maioris quæstio quando cadat. num. 20. pag. 295

Princeps.

Princeps non tenetur seruare in præiudicium suæ authoritatis. num. 32. pag. 90
Princeps quantumvis maximus tenetur honorem præstare Episcopo. num. 7. pag. 41

Principes.

Principes à Deo Ecclesiam tuendam suscipiunt. num. 13. pag. 339
Principis derogatio priuilegij quando censeatur facta. num. 14. pag. 404
Principes permittentes duella in suis locis quam pœnam incurrant. num. 10. pag. 341
Principis restitutio non continet ius alteri quæsitum. num. 26. pag. 376
Principis nomen æquiuocum est. num. 11. pag. 50
Principis nomine qui veniat ad finem habendi Baldachinum. num. 10. pag. 42
Principis priuilegia qualiter sint irreuocabilia. num. 6. pag. 403
Principem voluisse derogare priuilegio, qualiter probetur. num. 12. pag. 404

Primogenitura.

Primogenitura fieri potest in re aliena, & quando. num. 11. pag. 66

Priuilegiatus.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. num. 7. pag. 292

Priuilegium.

Priuilegium quod non extenditur ad personam, fallit ad personam vxoris, si Marito competat. num. 24. pag. 44
Priuilegia concessa terris, illis ad Regem deuolutis, extinguuntur, & quando. n. 31. p. 90
Priuilegium concessum à Rege, vel Principe intelligitur cessante fraude. num. 15. pag. 120
Priuilegij possessio attenditur non eius tenor. num. 16. pag. 86
Priuilegia Baronis qualiter sint exhibita. num. 17. ibidem.
Priuilegium in præiudicium Cameræ qualiter intelligatur. num. 35. pag. 33
Priuilegium super venditione feudi qualiter expediatur. num. 17. pag. 121
Priuilegium assensus expediti cum fraude super alienatione feudi quando dicatur. num. 18. pag. 121
Priuilegium quando est necesse, vt expressè derogetur. num. 18. pag. 405
Priuilegia Duci Parmæ concessa fuerunt ex causa onerosa. num. 25. pag. 88
Priuilegium Patris onusti, qualiter derogetur pacto Ciuium. num. 10. pag. 404
Priuilegium in corpore iuris, an derogetur, & quando. num. 11. ibidem.
Priuilegium fauore Monialium, de quo in præsenti est in viridi obseruantia apud omnia Tribunalia. num. 44. pag. 275
Priuilegia quando, & qualiter conquassentur. num. 15. pag. 294
Priuilegia ignorare non potest sacra Religio Hierosolymitana sibi concessa. num. 33. pag. 27
Priuilegia Pontificia concessa Sacro Hospitali Incurabilium referuntur. num. 3. pag. 97
Priuilegia S. Hospitalis Incurabilium, ad quid disponendum dicant de redditibus, & censibus. num. 4. pag. 97
Priuilegia S. Hospitalis Incurabilium, sunt ad instar aliorum Hospitalium, & quantum. num. 5. pag. 97

Probationes.

Probationes contra habentem pro se præsumptionem, debent esse efficaciores. num. 39. pag. 267
Probationes de iure potiores quando sint. n. 24. pag. 265
Probatione Testium habetur deberi tertiariam. num. 2. pag. 108
Probationibus discrepantibus statur maiori numero. num. 26. pag. 173

Processus.

Processus acta ordinatoria qualia fuerint in præsenti. num. 7. pag. 280
Processu compilato in præsenti quid agendum? num. 9. pag. 28

Procuratores.

Procuratorem fuisse ad licitandum constitutum, an excludat à prælatione. num. 76. pag. 21
Quod tibi prodest, & alteri non nocet fieri debet. num. 5. pag. 92

Professio.

Professio probatur ex libris Monasterij. n. 27. pag. 26
Professio qualiter adducenda. num. 28. pag. 26

Prohibitio.

Prohibitio alienandi potest à Patre fieri in legitima filij vsque ad certum tempus. num. 43. pag. 352
Prohibitio non alienandi, sequuta alienatione à quibus, & qualiter reuocetur. num. 25. pag. 282
Prohibitio alienationis qualiter, & quibus modis fieri possit. num. 26. ibidem.
Prohibitio alienandi est odiosa. num. 4. pag. 65
Prohibitio facta hæredi nomine proprio, non extenditur ad alios. num. 2. pag. 63
Prohibitio personalis facta filiis non transit ad nepotes. num. 3. ibidem.
Prohibitio facta hæredi nominato non extenditur ad hæredem hæredis. num. 4. ibidem.
Prohibitio nuda à causa, & pœna non valet, & sic non obligat. num. 5. pag. 64
Prohibitus alienare, si alienet cum consensu eius, ob quem fuit prohibitum, valet quod agitur. num. 20. pag. 281.

Promiſſio.

Promiſſio de renunciando an, & qualiter habeatur pro renuntiatione. num.10.pag.29

Promiſſio euictionis quid operetur in dote. n.6. pag149

Prorex.

Prorex Neapolitanus pro bono Regimine, collocat puellas maritandas in loco ſibi bene viſo. num.8.pag.311

Proſpectum.

Proſpectum habere per feneſtras, vel per mœniana valdè differt. num.18.pag.273

Proteſtatio.

Proteſtatio quid ſit. num.5.pag.59

Proteſtatio quid operetur circa onus legitimæ num.25.pag.67

Prouinciales.

Prouinciales Præpoſiti, Priores, Viſitatores, &c. an poſſint ſibi eligere ſepulturam, dum moriuntur. num.22.pag.5

Puella.

Puella quando diſponat, vigore fundationis. n.5. pag.71

Pugna.

Pugna inter milites exercitus non eſt duellum, & quando. num.7.pag.340

Pugna in rixa facta non eſt duellum, & quare. num.5.pag.340

Puluinaris.

Puluinaris vſus quibus prohibetur in Eccleſiis. num.22.pag.43

Pupillus.

Pupillus ſine tutore meliorare poteſt ſuam conditionem. num.18.pag.365

Pupillus an debeat eſſe de iuriſdictione illius, quæ tutorem dat. num.33.pag.391

Pupillus maior factus an teneatur ratificare ſocietatem cum Patre factam. num.20. pag.366

Pupillus tenetur ratificare ſocietatem, ſi eius nomine aliquid geſtum eſt. num.21. ibidem.

Pupillus factum maior, qualiter tenetur ratificare ſocietatem fructuum perceptorum communiter. num.22.ibidem.

Q

Quantitas.

Quantitas debita cui pereat, & quando. n.8. pag.161

Quarta.

Quarta vxori, vt debeatur, quæ requirantur copulatiuè. num.16.pag.148

Quaſi-poſſeſſio.

Quaſi-poſſeſſio actiua, & paſſiua, qualiter probetur. num.5.pag.218

Quindennium.

Quindennium iure communi non debetur. n.19. pag.289

Quindennium debetur de feudo tranſacto ad manus mortuas. num.20.pag.289

Quinti.

Quinti retentio an impediat cenſus fundationem. num.6.pag.449

R

Ratio.

Ratio Practicorum Neapolitanorum quæ ſit. num.27.pag.139

Ratio contraria inter Maſculinum & fœmininum adeſt. num.21.pag.306

Ratio quæ militat in officiis iuriſdictionalibus, eſt applicanda iis qua annexam non habent iuriſdictionem, idque ex mente pragmaticæ. num.7.pag.396

Ratio generalis non coarctatur ab vno tantùm caſu. num.8.ibidem.

Rationes partis contrariæ adducuntur in facto. num.2.pag.271

Reclamatio.

Reclamatio veluti appellatio iudicatur. num.10. pag.166

Reclamatio impedit ſententiam tranſire in rem iudicatam. num.11.pag.166

Rector.

Rector Capellæ agit ad euictionem, & quando. num.7.pag.161

Rectores hoſpitalium, non erectorum authoritate Epiſcopi tanquam purè laici ſunt coram laico conueniendi. num.58.pag.394

Reformatio.

Reformationis Monaſter. capita, præſertim cap. 46. adducitur. num.10.pag.210

Regalia.

Regalia cognoſcendi de crimine læſæ maieſtatis eſt inalienabilis. num.29.pag.89

Regalia Principis perſonam tangens non poteſt concedi. num.30.ibidem.

Regaliæ Principis ſunt in duplici differentia, & quæ ſint. num.3.pag.83

Regaliæ Principis quando veniant in conceſſione, & quando non. num.4.pag.84

Regaliæ quando cenſeantur conceſſæ in feudum. num.38.pag.16

Regaliæ, ſi non appareat de conceſſione, & inter partes ſit diſcordia, qualiter præſupponantur. num.39.ibidem.

Regaliarum conceſſio, quæ ſit à Rege, quales comprehendat. num.26.pag.88

Regens.

Regens Sanfelicius apud de Marinis reprobatur. num.14.pag.311

Regens Rouitus *conſ.* 18. explicatur. num.13. pag.53

Regentis Rouiti *deciſio* 92. adducitur & impugnatur. num.26.pag.306

Regens Rouitus *deciſ.* 26. declaratur. num.4. pag.430

Regens Rouitus *conſ.* 95. *tom.* 1. adducitur, & explicatur. num.55.pag.354

Regens de Marinis *tom.* 3. *alleg.* 43. adducitur ad materiam. num.59.pag.244

Regens de Marinis *tom.* 1. *c.* 110. improbatur. num.12.pag.298

Regentis Reuerterij *deciſio* 360. *punctualis* adducitur. num.36.pag.82

Regentis Rouiti confideratio reiicitur. num.13. pag.11

Regens Rouitus *deciſ.* 49. adducitur, & explicatur. num.38.pag.242

Index

Regentis Sanfelicij *decis.* 101. explicatur. n.8. pag.10.

Regens de Marinus *lib. 1. cap.* 155. adducitur ad materiam. num.10.pag.185

Regia, Rex.

Regia Pragmatica 18. de monetis. num.8. pag.449

Pragmatica prædicta qualiter procedat. n.9. ibidem.

DD. adducuntur punctuales. num.10. ibidem.

Regis epistola pro obseruantia *sessione* 22. *cap.* 9. num.32.pag.382

Regium exequatur qualiter concedatur in iure patronatus. num.12.pag.220

Regnum.

Regni iure Parentum nomine an veniant Collaterales. num.14.pag.227

Regni Constitutiones Parentum an veniat Collaterales. num.12.pag.226

Regula.

Regula est filius ergo hæres, qualiter procedat. num.9.pag.219

Non semper est probanda in iure patronatus. num.10.pag.219

Regula illa res transit cum onere qualiter procedat. num.17.pag.77

Regula quod plus continet minus explicatur. num.21.pag.315

Regularis professus potest eligere sibi sepulturam cum licentia Superioris. num.27. pag.5.

Regulares an possit hodie absoluere ab excommunicatione ob duellum. num.20. pag.342

Regularis professus moriens extra claustra, vbi sepeliatur. num.10.pag.4

Regulares morientes extra claustra posse sepeliri in eorum Ecclesiis, declarauit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium. num.11 ibidem.

Regulares an possint declarari excommunicati ab ordinariis locorum. num.42.pag.28

Regularis moriens extra Monasterium, potest eligere sibi sepulturam. num.15.pag.4

Regularis manens dum moritur in loco remoto à Monasterio suo eligit sibi sepulturam. num.32. pag.6

Regulares morientes in Monasteriis suis, vbi sepeliuntur. num.16.ibidem.

Regularis moriens in Monasterio potest eligere sepulturam, cum licentia sui Superioris. n.17. pag.5

Regularis moriens extra Monasterium, qualiter possit eligere sibi sepulturam. num.18. ibidem.

Regularis moriens in itinere, vbi sepeliatur. n.19. ibidem.

Regularis moriens remotus à Monasterio, & in loco seculari, vbi sepelitur. num.20. ibidem.

Releuium.

Releuium in feudo communi soluitur à communitate. num.49.pag.370

Releuium soluit primogenitus, & adoham, nec contribuunt alij fratres. num.46. pag.369

Releuium cedit in damnum hæredis, & non creditorum. num.47.pag.369

Releuij fructus qualiter existimentur. num.18. pag.183

Releuium qualiter soluatur ex feudo empto de pecunia communi inter fratres. num.39. pag.368

Releuium quale onus sit in feudis in Regno. n.40. pag.368

Releuium qua actione petatur, & contra quem. num.41.pag.368

Releuium non est onus personæ, sed rei. n.42. pag.369

Releuium est onus intrinsecum feudi. n.43. ibidem.

Releuium est onus personale secundùm aliquos, præsertim secundùm Andræam de Pernia, qui declaratur. num.44.ibidem.

Religio.

Religio S. Ioannis Hierosolymitani est vera Religio, ex S. Augustino dependens. num.11. pag.24

Religiosi Melitenses non habent velle, nec nolle, facta professione. num.12.pag.25

Religio Sacra Hierosolymitana est vera Religio. num.32.pag.27

Religio Capucinorum non est capax annuæ præstationis pro necessitatibus suis. num.32. pag.96

Religio sancti Ioannis potest construere cæmeteria in suis Parœciis, & sepelire ibi cadauera interdictorum, dummodò non dederint causam interdicti. num.51.pag.8

Religionis Superior non potest molestari ex obligatione facta per Monachum. num.14. pag.25

Religionis fauore qualiter prohibeatur altius ædificare. num.6.pag.304

Religiosus assumptus ad dignitatem, cur non possit testari, & eligere possit sepulturam. n.30. pag.6

Religiosi assumpti ad Cardinalatum, Archiepiscopatum, vel Episcopatum eligere possunt sibi sepulturam. num.28.pag.5

Religiosi assumpti ad dignitatem, an possint facere testamentum. num.29.ibidem.

Religiosi dum moriuntur, debent humili modo sepeliri, licet sint Magistri Vniuersitatum, vel Ordinum. num.26.pag.5

Religiosus potest habere annuum præstationem ad nutum Superioris amouibilem. num.35. pag.96

Religiosi Capucini, & fratres Recollecti; sunt incapaces hæreditatis, & legatorum perpetuorum, sed non si ad tempus fiant. num.31. pag.95

Religiosi morientes extra claustra, à quibus recipere debeant Sacramenta. num.37. pag.6

Religiosus in suo Monasterio moriens quando possit sibi eligere sepulturam. num.38. pag.7

Religiosus expulsus an possit eligere sibi sepulturam. num.39.pag.7

Remedium.

Remedium *finalis*, *C. de edict. Diu. Adrian. tollendo* quibus competat. num.30.pag.241

Remissio.

Remissio petita fuit ex parte Ducis Parmæ in Regia Audientia, & exclusus. num.13. pag.86

Remissio

Remiſſio petita in Regia Audientia, quid operetur denegatio. num.27.pag.89
Remiſſio in criminalibus an detur poſt ſententiam. num.28.ibidem.
Remiſſio cauſæ non fit poſt condemnationem, & quando ſit ex priuilegio. num.25. pag.87

Renuntiatio.

Renuntiatio Matris non nocet Maynardo filio. num.54.pag.35
Renunciatio matris an noceat filiis venientibus ex propria perſona. num.4.pag.155
Renuntiatio in fraudem facta reſcinditur in caſu adducto. num.61.pag.355
Renuntiatio *Auth. hoc niſi, Cod. de ſolut.* an valeat. num.6.pag.52
Renuntiatio ſolum extinctiua quid operetur. n.11. pag.157
Renuntiatio quando poſſit fieri proximo ſucceſſori. num.85.pag.360
Renuntiatio quid operetur in renunciante. n.14. pag.158
Renuntiatio an habeatur pro facta ſi Pater promiſerit reficere tantundem. num.11.pag 29
Renuntiatio quando noceat filiis ex perſona propria venientibus. num.12.ibidem.
Renuntiatio Matris quando filiis noceat etiam ex perſona propria. num.13.pag.30
Renuntiatio Matris qualiter à filiis cenſeatur approbata. num.14.ibidem.
Renuntiatio Matris quando illam excludit, & filios. num.15.ibidem.
Renuntiatio quid operetur poſitis filiis. n.10. pag.156
Renuntiatio maioratui quando poſſit fieri in præiudicium creditorum. num.90.pag.361
Renuntiatio hæreditatis dupliciter fieri poteſt, & quando in præiudicium dicatur. num.79. pag.358
Renuntiatio ſtricti Iuris operat. num.20. pag.130
Renuntiatio *Auth. hoc niſi, de ſolut.* an locum in debito ex cauſa dotis. num.9.pag.52
Renuntiatio *Auth. hoc niſi, Cod. de ſolut.* explicatur. num.10.ibidem.
Renuntiatio *Auth. hoc niſi, de ſolut.* an habeat in patrimonio decocto. num.11.ibidem.
Renuntiatio *Auth. hoc niſi,* an locum habeat, poſito inuentario. num.12.pag.52
Renuntiatio in quærendis facta per debitorem, an & quando valeat in fraudem creditorum. num.6.pag.285
Renuntiatio poteſt fieri de quacunque dignitate. num.13.pag.314
Renuntiatio multo magis fieri poteſt, ſi non adſit acceptatio. num.15.pag.314
Renuntiatio, & ceſſio Abbatiæ in ordine Cœleſtinorum poteſt fieri tam in Capitulis Generalibus, quam in dictis Definitorialibus. n.16. pag.315
Renuntiatio quælibet fit coram ſuperiore. n.17. ibidem.
Renuntiatio Abbatiæ, *&c.* fit coram ſuperiore, & quæ. num.18.ibidem.
Renuntiatio Abbatiæ, *&c.* qualem ſuperiorem requirat inter Cœleſtinos. num.19. ibidem.

Repudiatio.

Repudiatio in præiudicium creditorum valet interdum in conſcientia. num.76.pag.358
Repudiatio, vel renuntiatio in præiudicium creditorum, quando poſſit fieri. num.82. pag.359
Repudiatio iuris quæſiti, & incorporati non valet. num.83.ibidem.
Repudiatio, & ante tempus reſtitutio ſi fiat ab hærede, qualiter creditoribus fieri poſſit præiudicium. num.89.pag.361
Repudiatio, vel declaratio nolle acquirere poſt graduationem facta, dicitur in fraudem. n.16. pag.348
Repudiationem debitoris acceptans quando peccet, & teneatur reſtituere. num.21. ibidem.
Repudiatio poſt aditam hæreditatem non valet, quia præiudicat iuri quæſito. num.41. pag.352
Repudiatio ſimulata non eſt admittenda, & qualiter dicatur ſimulata. num.75.pag.357
Repudiatio quando dicatur facta cum dolo. n.14. pag.347.

Requiſita.

Requiſita pro exemptione Capellani S. Ioannis ab authoritate Epiſcopi, quæ ſint. num.9. pag.14
Requiſita pro ampliatione Eccleſiæ. num.14. pag.294

Res.

Res tranſit cum onere inter dominum oneris, & poſſeſſorem, non inter alios. num.18. pag.78
Perempta re remanet obligatio perſonalis. n.11. pag.224
Res certa, vel incerta quando conditionem faciat. num.13.pag.318.

Reſcriptum.

Reſcriptum ſubreptitum, vel obreptitum qualiter. num.2.pag.440
Reſcriptum Pontificis qualiter interpretandum. num.59.pag.36
Reſcriptum Pontificis, de quo hic, non reſpicit omnia bona, ſed particularia. num.64. pag.31
Reſcripta adducuntur à potentiſſimo Rege noſtro ad hanc materiam. num.23.pag.406
Reſcriptum conceſſum Ricciullo qualiter præiudicare poterit nepotibus. num.55.pag.35
Reſcriptum Pontificis ambiguum qualiter per S.P. interpretandum. num.61.pag.36

Reſeruatio.

Reſeruatio nullum ius tribuit illi, in quem dirigitur reſeruatio. num.4.pag.57
Reſeruatio apponendi conditiones, de qua hic. num.5.ibidem.
Reſeruatio incerta, non extenditur ad alia. n.1. pag.57
Reſeruatio vnius ſucceſſionis non extenditur ad aliam. num.2.ibidem

Reſolutio.

Reſolutio 99. *Reg.Conſ.D.Pauli Staib.* in quo caſu loquitur. num.23.pag.232

Reſtitutio.

Reſtitutio cauſa pacis fit veluti ex capite Iuſtitiæ, & omnia comprehendit. num.10. pag.85
Reſtitutio, quæ fit per viam Gratiæ, cui applicet bona. num.27.pag.377

Reſtitutus ex iuſtitia an recuperet bona alteri quæſita. num.28.pag.377
Reſtitutus ex iuſtitia ad idem officium, an recuperet ſalarium, & quando. num.29. ibidem.
Competit retentio feudi, donec perſoluatur pretium. num.62.pag.237

Retractus.

Retractus quatenus, & quando competat in Regno. num.81.pag.22
Retractus gentilitius datur in feudis. num.82. ibidem.

Retrouendere.

Retrouendere cogitur quis ſoluto pretio. num.13. pag.330
Retrouenditio qualiter competat pro rata. n.14. ibidem.

Reuocatio.

Reuocatio feudi ſi contingat fieri, ſolui debet à reuocante pretium, vnà cum intereſſe. num.2. pag.117

Reus.

Reus quibus ex cauſis abſolui debet in Iudicio narratur. num.16.pag.263

Ritus.

Ritus 109. explicatur. num.5.pag.442
Ritus 302. explicatur ad propoſitum. num.6. pag.442

Rota Romana.

Rota Romana iudicauit contra Francum *deciſ.*101. num.30 pag.349
Rota Romana variauit interdum in hoc articulo. num.17.pag.289

Rouitus.

Rouiti *deciſio* 92. *à n.* 11. *vſque ad n.* 15. explicatur. num.11.pag.278
Rouiti *deciſ.* 33. *num.* 19. adducitur. num.2. pag.448

S

Senatus Conſultum.

SEnatus Conſ. qualiter proceſſerit in cauſa Mainardi cum Ricciullis. num.7.p.29
S.C. Macedonianum diſpoſitio qualis. n.31. pag.191
S. C. ſæpè ſæpius iudicauit in beneficium vocatorum ad ſucceſſionem feudi, virtute gratiæ, ſuperiùs enuntiatæ. num.21.pag.232

Sacrilegium.

Sacrilegium eſt diſputare de Principis poteſtate. num.2.pag.83

Sacriſta.

Sacriſta, ſeu Theſaurarius cur ita dicatur. n.3. pag.212
Sacriſta in iure Canonico quis dicatur. n.5. pag.212
Sacriſta antiquitus ſubjiciebatur Archidiacono. num.6.pag.213
Sacriſta ſanctæ Mariæ Cæſareæ, ſemper fuit electus ab Abbate illius. num.7.pag.213
Sacriſtam fuiſſe ab Abbate electum, ex libris oſtenditur eiuſdem Eccleſiæ. num.8.p.213
Sacriſtæ electio ad quem ſpectet in Eccleſia ſanctæ Mariæ Cæſareæ. num.2.pag.212.
Sacriſtæ officium non eſt dignitas Eccleſiaſtica, ſed officium. num.15.pag.214

Sacrum.

Sacrum Concilium Neapolitanum, & ſupremum Præfectum Prætorij, quam habeat auctoritatem. num.28.pag.349
Sacrum Concilium, & alia Tribunalia ſuprema poſſunt iudicare in conſcientia. num.29 pag.349

Scandalum.

Scandali euitandi cauſa quis cogitur emere, vel vendere. num.14.pag.166

Scripturæ.

Scripturæ quando fundent cenſuationem. n.9 pag.288

Sedes.

Sedes laicorum an poſſint habere intus Preſbyterium, poſita præſcriptione. num.16. pag.42
Sedes laicorum poſſunt collocari in Eccleſiis poſt Preſbyterium. num.19.pag.43
Sedes ſecularium qualiter in Eccleſiis à Magiſtratibus habeatur vigore Cæremonialis. n.14. pag.42
Germanus ſenſus gratiæ, conceſſæ per S. C.M. in d. anno 1605. num.43.pag.236

Sententia.

Sententia, de qua ſupra fundatur in conuentione. num.20.pag.105
Sententia pro Tertiaria fundata in conſuetudine; & *num.* 22. num.21.pag.105
Sententia pro Tertiaria qualiter liquidetur. n.23. pag.106
Sententiæ mutuo repugnantes circa vnum, idemque ſubiectum ſunt euitandæ. num.24. pag.399
Sententiæ pro Tertiaria qualiter factæ; & *n.* 18. num.17.pag.105
Sententiæ B. C. pro Tertiaria rerum ſub dominio Camaldulenſium directo. num.19. ibidem.
Sententia lata ſine termino, an valeat. n.22. pag.168

Sepultura, Sepultus.

Sepultura Eccleſiaſtica denegatur illis, qui moriuntur in torneamentis. num.18.pag.298
Sepultura Eccleſiaſtica priuantur mortui iuſtitiati, ſi moriantur impœnitentes. num.29. pag.300
Sepultura Eccleſiaſtica non priuantur mortui iuſtitiati, ſi moriantur pœnitentes. num.30. ibidem.
Sepultus loco depoſiti, qualiter transferatur, & qualis requiratur conditio. num.13. pag.4
Sepultura an ſit concedenda cadaueribus defunctorum exenteratis. num.33.pag.300
Sepultura Eccleſiaſtica non denegatur morientibus occaſione agitationis Taurorum. n.26. ibidem.
Sepultura denegatur ſecundum aliquos talibus morientibus ex agitatione Taurorum. n.27. pag.301

Sepultura non denegatur duellantibus in licito duello. num.8.pag.297
Sepultura non denegatur mortuo in pugna, quæ non ſit duellum. num.9.ibidem.
Sepultura non denegatur mortuis extra duellum cum ſignis pœnitentiæ. num.10. ibidem.
Sepultura non eſt deneganda mortuis ex vulnere extra locum duelli, cum ſignis pœnitentiæ, ſiue in eadem die, ſiue poſtea. num.11. ibidem.
Sepultura non denegatur mortuis extra torneamenta cum ſignis pœnitentiæ. num.20. pag.299

Sequeſtratio.

Sequeſtratio eſt odioſa, & in principio litis non facienda. num.2.pag.161
Sequeſtrum primum requiſitum quodnam ſit. n.3. pag.161
Sequeſtro pendente an poſſit liquidari inſtrumentum. num..19.pag.200

Seruitus.

Seruitus licèt vicino ſit promiſſa nihil operatur circa proſpectum, & quando. num.47. pag.275
Seruitus, vel præſcriptio, pactum, &c. impediunt ædificari vſque ad Cœlum. num.5. pag.271

Seruus.

Seruus aufugiens ob ſæuitiam Domini, quando ſit immunis, & quando non. num.18. pag.312
Seruus aufugiens in Monaſterium, vt fiat Monachus an poſſit extrahi. num.19. ibidem.
Seruus confugiens ad Eccleſiam an poſſit propria authoritate Domini extrahi. num.20. ibidem.
Seruus poſt factum delictum ſi confugiat ad Eccleſiam an poſſit extrahi. num.21.ibidem.
Seruus armatus in Eccleſiam ingrediens an poſſit extrahi. num.22.ibidem.

Sindici.

Sindici electio non poteſt fieri per antiquum. num.11.pag.171

Societas.

Societas quomodo dicatur ratificata, & quibus actibus. num.25.pag.366
Societas ſicuti non præſumitur, ita neque diuiſio bonorum. num.26.ibidem.
Societati imputantur onera debita ſuper bonis, durante ſocietate debita non ſocio. num.27 ibidem.
Societati imputantur expenſæ, licèt vnus ſocius plus faciat quàm alius expenſas licitas. n.28. ibidem.
Societas cenſetur renouata cum eiſdem pactis, & conditionibus, quibus fuit inita in principio, & cum eiſdem oneribus ſoluendis. n.29. pag.367
Societas contracta cum defuncto, an, & quando continuetur cum hærede. num.30.pag.367
Societas non dicitur continuata, ſi ſocius poſt mortem vnius ſubſcribat ſcripturas ad honorem ſocietatis, non ad vile percipiendum. num.9. pag.205
Societas non contrahitur cauſa donationis. n.10. pag.206
Societas limitata ad certos effectus non extenditur ad alios. num.11.pag.206
Societas de qua in præſenti pro qua ſumma fuerit. num.12.ibidem.
Societas quando dicatur noua, & quando continuata prima. num.13.ibidem.
Societas qualiter extinguatur. num.5.pag.205
Societas contracta per certum tempus, eo finito, ſi contrahat ſocius, alter non tenetur. n.6. ibidem.
Societas extinguitur finito tempore, etiamſi negotia eſſent cœpta, ſed non completa. num.5. pag.207
Societas morte finitur, nec poſſet à principio fieri, vt ad hæredes tranſeat. num.16.ibidem.
Societas nouata, vel renouata, quæ dicatur, & quæ requirantur. num.17.pag.207
Societas deficit ob defectum vnius rei poſitæ in ſocietate, & quando. num.18.ibid.
Societas neque ex pacto tranſit ad hæredes. n.14. pag.365
Societas perpetua non eſt, & ad hæredes tranſitoria. num.15.ibidem.
Societas non renouatur cum hærede pupilli, niſi cum auctoritate tutoris. num.16.ibid.
Societas in pupillum non renouatur cum conſenſu tutoris, ſi agatur de vtilitate tutoris. n.17. ibidem.
Societas contracta inter duos fratres, continuatur inter filium fratris, & Patruum etiamſi nepos ſit minor. num.19.ibidem.
Societatis naturæ repugnat donationis ſpecies. num.22.pag.208
Societas tam ſuper feudo nouo, quam paterno cenſetur inducta inter fratres contra Cardinalem Manticam. num.9.pag.364
Societas an, & qualiter continuetur inter tutorem pupilli, & ipſum pupillum. num.21. pag.208
Societatem in fructibus feudi contrahi poſſe probatur. num.11.pag.365
Societas extinguitur morte. num.12.ibidem.
Societas non tranſit ad hæredes. num.13. ibidem.
Societas vniuerſalis omnium bonorum an, & quando dicatur inducta. num.3.p.364
Societas tacita quando dicatur inducta. num.4. pag.364
Societas quomodo, & qualiter contrahatur. n.5. ibidem.
Societas inter fratres faciliùs inducitur, & qualiter. num.6.ibidem.
Societas inter fratres an dicatur contracta in feudalibus. num.7.ibidem.
Societas pro certis bonis, non extenditur ad alia bona. num.58.pag.371

Socius.

Socius quando, & qualiter teneatur de culpa. n.6. pag.143
Socius compellitur vendere partem ſuam, quam habet in ſeruo, fauore libertatis. num.24. pag.273
Socius feudi empti pretiò communi, eſt creditor pretij empti, & non valoris, ſiue æſtimationis num.55.pag.371

Solutiones.

Solutiones cenſus adducuntur. num.7.p.287
Solutio materiæ pro materiato, non eſt vnius pro alio ſolutio. num.7.pag 92

Solutio minus rei pro alia, quando fieri poſſit. num.5.pag.52
Solutio releuij quando faciat præſupponi feudum. num.40.pag.16

Species.

Species, de qua agitur, diſpar eſt ab illa, de qua per Reg. Tap. *in deciſ.* 1. *S. R. C.* num.24. num.232

Sperellus.

Sperelli *deciſiones* 55. & 58. afferuntur. n.33. pag.307

Spoliatus.

Spoliatus ſi agat poſſeſſorio, quæ exceptio opponat. num.5.pag.133

Spolium.

Spolij nullitas an verificetur. num.7. pag.134

Spurius.

Spurij inſtitutio ſub conditione, ſi legitimatur an valeat. num.11.pag.177

Status.

Status delinquentis narratur. num.2. pag.128
Status controuerſiæ pro ponitur, de quo in præſenti. num.2.pag.170
Statutum loquens in caſu ſimplici non verificatur in mixto. num.24.pag.306
Statutum reſtringens facultatem ædificandi reſtringitur. num.23.ibidem.
Statutum vocans conſanguineos ad ſucceſſionem intelligitur de agnatis, non de cognatis. n.31. pag.32
Statuta, & Regulæ Montis S. Angeli Cuſtodis aſſeruntur Neapoli fundatæ. num.2. pag.71

Stipulatio.

Stipulatio duorum principalium, vel alternatiua qualis ſit. num.19.pag.427
Stipulatio rati an obſtet ſpolio. num.8. pag.134
Stipulatio diuidua, quæ dicatur? num.16. pag.398

Stylus.

Stylus Curiæ quando habeat vim legis. num.15. pag.298

Succeſſio.

Succeſſio feudi qualiter deferatur. num.6. pag.226

Succeſſor.

Succeſſor aut eſt per priuationem, aut per tranſmiſſionem. num.10.pag.63
Succeſſor in Principatu an teneatur ad pecuniam acceptam per anteceſſorem. num.5. pag.62
Succeſſor non tenetur altare facta anteceſſoris, nec poterit facere. num.1.pag.62
Succeſſores qualiter creabantur in officiis ab anteceſſoribus. num.7.pag.170

Superfluitas.

Superfluitas in verbis Pontificiis non eſt attendenda. num.33.pag.32

Syndici.

Syndici, Caſtaldi, Aduocati, Procuratores. n.20. pag.215

Synodalia.

Synodalia onera quæ ſint. num.27. pag.216

T

Tabula.

TAbula quando picturæ cedit. num.5. pag.290

Taxatio.

Taxatio quando ſolitus eſt quis negotiari, admittitur, ſi conſtet tantùm verisimilem lucraturum fuiſſe. num.13.pag.421
Recenſetur tenor ſupplicationis porrectæ S.C. M. eiuſque gratiæ, conceſſæ in anno 1605. num.27.pag.233

Terminus.

Terminus an ſit de ſubſtantia proceſſus, & ſententia contra caſum legis eſt nulla. num.4. pag.165

Terra.

Terra quando chaſmate petit, & quando clade num.10.pag.448
Terræ afflictæ per Veſuuium quales fuerunt. n.11. pag.448
D.Andreas erat Tenutarius Terræ Marzani, eiuſque adminiſtrator, nomine ſucceſſorum in Maioratu: quæ quidem Tenuta dicitur Burgenſatica. num.61.pag.237

Territorium.

Territorium quodcumque redditicium Monaſterio pro tertiaria. num.6.pag.108

Tertiaria, Tertiarij.

Tertiaria exigitur interdum pro laudemio. n.3. pag.103
Tertiarij, & tertiariæ quando, & qualiter ſepeliantur. num.41.pag.7
Tertiariorum vnum genus eſt, eorum qui faciunt trta vota, & viuunt in clauſtro. num.42. ibidem.
Tertiariorum ſecundum genus eſt eorum, qui non viuebant ſub approbata regula, qui ſunt ſublati. num.43.ibidem.
Tertiariorum tertium genus eſt eorum, qui ſunt merè ſeculares. num.44.ibidem.
Tertiariorum quartum genus eſt eorum, qui cum fratribus habitant in clauſtro. num.45. ibidem.
Tertiariorum quintum genus eſt eorum, qui nunc viuunt in clauſtro. num.46.ibid.
Tertiariorum ſextum genus eſt eorum, quæ Beatæ appellantur, & eſt ſublatum. num.47. ibidem.
Tertiarij, vel tertiariæ vbi ſepeliuntur. n.48. pag.8.
Tertiarij primi generis poſſunt ſibi eligere ſepulturam, ſi moriantur extra clauſtra. n.49. ibidem.
Tertiaria debetur interdum vigore pacti in conceſſione adiecti. num.5.pag.103
Tertiaria ſolet relaxari interdum, & quare in parte debita. num.3.pag.108
Tertiaria debetur interdum ex pacto, *& num.* 8. num.7.pag.109. *vſque ad num.* 15. ibidem.
Tertiaria fuit interdum ſoluta in modica quantitate, *& num.* 21. *vſque ad* 32. num.20. pag.111

Tertiaria qualiter fundetur. num.4.pag.108
Tertiaria non est noua in Iure, sed vsitata noua. num.5.pag.108
Tertiaria num debeatur integra, & quando. n.11. pag.110
Tertiaria pro laudemio qualiter probetur sententiis. num.16.pag.105
Tertiaria qualiter debita integra pro laudemio. num.24.pag.106
Tertiaria vigore pacti, benè procedit; & n. 25. & num.26.ibidem.
Tertiaria si difformis soluatur, non debetur etiam posita consuetudine. num.27.pag.107
Tertiaria in quibus partibus exigatur, & qualiter. num.28.ibidem.
Tertiaria vt debeatur ex consuetudine, quæ requirat consuetudo. num.29.ibidem.
Tertiaria debetur, si concedatur assensus cum solutione Tertiariæ. num.6.pag.104
Tertiaria ratione consuetudinis debetur, sed illius loci vbi res sita est, non vbi fit contractus. num.7.ibidem.
Tertiaria an debeatur ex consuetudine introducta in Monasterio. num.8.ibidem.
Tertiaria an debeatur ex consuetudine contractus Monasterij. num.9.ibidem.
Tertiaria vt debeatur ex consuetudine, qualis requiratur solutio. num.10.ibid.
Tertiaria si non vniformis exigatur, & soluatur nullum producit præiudicium. num.11.ibidem.
Tertiariæ non vniformis solutio quem effectum producat. num.12.ibidem.
Tertiariam fuisse exactam, & interdum medietatem pretij, quem producat effectum. num.13. ibidem.
Tertiariæ exactio in minori summa an Monasterio præiudicet. num.14.pag 105
Tertiarium Ius exigendi antiquissimum in pluribus causis practicatum. num.17.pag.110

Testamentum.

Testamentum Episcopi an declarari possit coram testibus num.27.pag.31
Testamentum qualiter respiciat familiam. num.28. pag.32
Testamentum an suppleri possit quoad præsentiam testium, &c. num.24.pag.31
Testamentum de iure Canonico requirit rescripturam, solum ad probationem. num.25. ibidem.
Testamentum qualiter dictum testatio mentis. num.2.pag.59
Testamenti apertura coram eisdem Testibus fieri debet. num.5.pag.332
Testamenti de quo hic falsitas asserta reprobatur, *& numero* 45. 46. 47. 48. *&* 49. n.44. pag.268
Testamentum sustinebitur, vt nuncupatiuum, si vt solemne non possit. num.6.pag.332
Testamentum excludit præsumptionem falsitatis pro se. num.38. pag.267
Testamentum quomodo falsum esse, probandum sit, *& numero* 43. num.42.pag.268
Testamentum nullum qualiter videatur approbatur. num.32.pag.266
Testamentum falsum qualiter arguatur, *& numero* 35. *&* 36. pag.267
Testamentum Eleonoræ Catalano refertur, in quo expressa habetur prohibitio non alienandi. num.2.pag.279
Testamentum in feudalibus est nullum ob defectum assensus non impetrati. num.20.pag.333
Existente Testamento, cessat causa intestati. num.10.pag.232

Testari.

Testari potens, si moriatur ab intestato, quid agendum. num.38.pag.33

Testatio.

Testatio contestatio, attestatio, detestatio, & protestatio qualiter differant. num.1.pag.59
Testatio in genere accepta quid comprehendat. num.3.ibidem.

Testator.

Testator in dubio quid censeatur voluisse legare. num.19.pag.78
Testatoris dispositio potius de bonis propriis, & facilius quam de alienis intelligi debet. n.26. pag.61
Testator disponens secundum gratiam an teneatur illam exprimere. num.26.pag.24
Testator magis legatarium diligere præsumitur, quàm hæredem in re legata. num.25.pag.79
Testatoris dispositio contra formam inuestituræ, non valet. Limit. secundùm Gratian. num.22. pag.232

Testes.

Testes Instrumentarij quando à partibus approbati, reprobari possint. num.31.pag.269
Testes quando reprobent Testamentum, *& numero* 53. 54. 55. *&* 56. num.52.ibidem.
Testes deponentes reprobationem Instrumenti quales esse debent. num.40.pag.268
Testes omni exceptione maiores reprobant Instrumentum, & quando. num.48.ibidem.
Testis de officio suo deponens ptobat, & quando. num.17.pag.172
Testes deponentes de maleuolentia qualiter probent. num.17.pag.30
Testis de Collegio, de vniuersitate, &c. est magis idoneus ad probandum, quod est de vniuersitate, vel Collegio. num.11.pag.72
Testes qui scribunt testamentum, deponere contra illud non possunt. num.50.pag.269
Testes examinati, parte non citata, non probant. num.17.pag.263
Testis vnus probat contra producentem. num.27. pag.173
Testis diminutus fide nihil probat, num.13.& 14. pag.174
Testes digniores an probent melius, quàm alij. num.22.pag.264
Testes *in l. licèt* 8. *C. qui pot. in pign.* iterum explicatur. num.15.pag.330
Testes deponentes inueriſimilia qualiter probent. num.20.pag.263
Testes reprobantes Instrumentum debent esse omni exceptione maiores. num.18.ibidem.
Testium scientia qualiter probetur. num.20. pag.30
Testes instrumentarij reprobantes Instrumentum quas conditiones habere debent. num.19. pag.263

Textus.

Textus *in l. si quis decurio la* 2. *Cod. de decurio. lib.* 10. explicatur. num.1.pag.400
Textus *in l.* 4. *C. de iuris, & facti ignorantia* explicatur, num.33. & 34 pag.266

Index

Textus *in l. liberto, ff. de bonis libertorum*, explicatur. num.40.pag.352

Textus in cap. cum sit generale de foro competenti, adducitur, & explicatur. num.15.pag.272

Textus in l. si quis sepulchrum, multipliciter ampliatur. num.26.pag.274

Text. in l. si quis sepulchrum, ff. de Relig. & sumptibus funerum, adducitur ad materiam. num.23. pag.273

Textus *in l. qui autem 6, ff. de his quæ in fraud. creditor.* est correctus secundùm Canones.num.25. pag.349

Textus *in l. licèt 7. C. qui pot. in pign. hab.* quæ requisita requirantur. num.7.pag.329

Textus *in cap. 1. §. si duo fratres*, de fratribus de nouo beneficio inuestitis declaratur. num.8. pag.364

Textus *in l. cum Patronus, C. de iur. delib.* explicatur. num.64.pag.356

Textus *in l. finali, §. 1. C. de bonis quæ liberis*, explicatur. num.65.ibid.

Textus *in l. qui autem non procedit contra creditores ex causa onerosa.* num.32.pag.350

Textus *in l. qui autem*, non procedit quando fieret declaratio in fauorem coniunctæ personæ. num.33.ibidem.

Textus *in d. l. qui autem*, non procedit quando debitor in acquisitum habuit ex conditione, *& numero sequenti.* num.34.ibidem.

Textus *in l. cum Prætor 12. ff. de iudiciis*, explicatur. num.28.pag.67

Textus *in capite nonne, de præsumptionibus*, explicatur in sensu literali, & mystico. num.29. ibidem.

Textus *in capite non solum de appellat. in 6.* adducitur. num.43.pag.309

Textus *in Clementina finali, de priuilegiis*, explicatur. num.10.pag.338

Textus *in l. 3. §. si in venditione, ff. compræditorum*, explicatur. num.3.pag.57

Textus *in l. omnes 31. C. de Episcopis, & Clericis*, num.3.pag.378

Textus *in §. œconomos Auth. de sanctissimis Episcopis*, adducitur. num.4.pag.379

Textus *in cap. post electionem de concen. præb.* grauiter ponderatur. num.23.pag.138

Textus *in l. plerumque, ff. de iure dotium*, in dote quid operetur. num.12.pag.149

Textus *in l. plerumque, cum l. seq. ff. de iure dotium*, explicatur. num.17.pag.150

Textus *in Auth. hoc nisi, C. de solutionibus*, explicatur. num.4.pag.52

Textus *in Clementina prima, de priuilegiis*, explitur. num.36.pag.27

Textus *in l. neque pignus, ff. de regul. iur.* explicatur. num.9.pag.146

Textus *in l. sequens, quæstio, ff. de legat. 2.* explicatur. num.2.pag.53

Textus *in d. l. sequens, quæstio* ampliatur. num.3. ibidem.

Textus *in d. l. sequens, quæstio* limitatur. num.4. pag.54

Textus *in Authent. hoc nisi*, procedit etiam in feudis. num.14.pag.53

Textus *in cap. 3. §. inter filium ſi de feudo defuncti Militis, &c.* num.56.pag.244

Textus *in l. si domus ff. de leg. 1.* adducitur. n.35. pag.82

Textus *in l. 1. ff. de Procuratoribus*, explicatur. num.11.pag.101

Textus *in l. 1. §. in propria, ff. quando appellandum sit*, explicatur. num.12.ibidem.

Textus *in l. Pupili, §. soror, ff. de solut.* explicatur. num.4.pag.100

Textus *in dicto cap. 1. §. si duo fratres*, ponderatur. num.32.pag.370

Text. in l. si quis sepulchrum, de quo supra quid remittat in arbitrium Iudicis. num.45. pag.275

Textus *d. l. si res obligata 60. ff. de leg. 1.* adducitur. num.31.pag.81

Textus *in l. quæro, ff. de vsufructu legato*, explicatur. num.32.ibidem.

Textus *in l. Imperatores, ff. de Publicanis*, adducitur. num.33.ibidem.

Textus *in l. qui scit. 25. ff. de vsuris*, concordat cum Textu *in l. qui bona fide 23. ff. de acquir. rer. Domin.* num.4.pag.187

Textus *in l. æstimatis 21. ff. solut. matrim.* explicatur. num.15.pag.147

Textus *in l. si res obligata 60.* qualiter intelligatur. num.20.pag.78

Textus *in l. Pater 76. §. Iulius, ff. de leg. 3.* explicatur. num.6.pag.64

Textus *in l. 1. ff. de priuilegiis creditorum* explicatur. num.83.pag.22

Textus *in l. si vir vxori 61. ff. de condit. & demonstrat.* adducitur. num.2.pag.56

Textus in l. allius, C. de seruit. & aqu. limitatur in impediente aspectum ad mare, vel ad Montes. num.17.pag.273

Textus *in cap. 1. §. sed etiam*, & *in cap. 1. §. donare*, qualiter olim feudum alienari poterat, & *in cap. 1. §. si quis, vers. Titius, si de feudo defuncti, &c.* explicantur. num.10.pag.11

Textus citati procedunt in feudis ex pacto. n.11. ibidem.

Textus *in d. vers. Titius*, explicatur. num.12. ibidem.

Thesaurarij.

Thesaurarij officium qualiter introductum. n.16. pag.215

Thomingij.

Thomingij *decis.* 17. adducitur ad propositum. num.14.pag.318

Thorus.

Thorus *part.2.* in verbo immunitas punctualiter affertur. num.10.pag.129

Titulati.

Titulati huius Regni licèt sint subditi Regi, tamen plenissimas habent inuestituras. num.12. pag.51

Titulati huius Regni Iurisdictionem habent priuatiuè quoad Reges in suis terris. num.5. pag.50

Titulati huius Regni non dicuntur tales solum abusiuè, sed cum effectu. num.6. ibidem.

Titulus præualet possessorio discrepante.num.28. pag.173

Titulo falso, vel falsa transactione possidens bona Ecclesiæ punitur pœna vsurpatoris. n.22. pag.26

Transactio.

Transactio an rescindatur de recta falsitate testamenti, vel instrumenti. num.37. pag.267

Transactio quando possit rescindi ex noua causa. num.11.pag.261
Transactionis causa de qua hic qualis fuerit.n.27. pag.265
Transactionis, de qua hic, iustitia apparet. n.23. ibidem.
Transactio pro euitandis litibus fauorabilior est, quacumque alia. num.28.pag.266
Transactio super testamento qualiter valeat. num.29. ibidem.
Transactio an remaneat sine causa, posita validitate testamenti, vel nullitate eiusdem. num.30. ibidem.
Transactio sine causa non valet. num.26.pag.65
Transactio inter consanguineos est fauorabilior. num.5.pag.260
Transactionis fauor quantus sit & qualis inter coniunctos. num.25 pag.265
Transactio propter litem facta, est fauorabilis, & æquiparatur Rei iudicatæ. num.1. pag.259
Transactio rescissa qualiter acta fidem faciant. num.15.pag.262
Transactio inter consanguineos qualiter sit facienda. num.14.ibidem.
Transactio quando rescindatur ex falsa causa, & *num.*10. num.9.pag.261

Treutlerus.

Treutleri *consil.*48. adducitur. num.6. pag.317

Tribunalia.

Tribunalia vocalia iudicat tanquam Deus. n.18. pag.87

Tridentin.

Trident. *Sess.*23. *cap.*6. explicatur. num.4. pag.433
Trident. *sess.* 24. *cap.* 11. *de Regularibus*, quæ requirit in Capellanis S. Ioannis pro exemptione. num.29. pag.26
Trident. *sess.* 22. *cap.*9. Mediolani obseruatur. num.33.pag.382
Trident. *sess.*6. *cap.de Reform.* facultatem concedit puniendi Regulares extra claustra delinquentes. num.18.pag.25
Trident. *sess.* 25. *de Regularibus*, *cap.* 13. qualem dat facultatem Episcopis cogendis Regulares ad processiones. num.19.ibidem.
Trident. *sess.*24. *de reformat. cap.*11. adducitur, & explicatur. num.8.pag.24

Tutor.

Tutor non habet fori declinatoriam. num.35. pag.391

V

Vassallus.

VAssallus si non delinquat in Dominum quis ei succedat. num.4.pag.226

Venditio.

Venditio necessaria quando dicatur. num.17. pag.294
Venditio necessaria est fauore Religionis. num.5. pag.292
Venditio pro ampliatione Ecclesia est necessaria. num.2.ibidem.
Venditio facta est causa necessaria non dat laudemium. num.3.ibidem.
Venditio est perfecta ex caudelæ accensione, & extinctione. num.73.pag.20
Venditio census causam finalem quam habet. num.3.p.449
Venditio, aut retrouenditio, an sit indiuidua. num.12.pag.329

Venditor.

Venditor cum reseruatione dominij præfertur omnibus creditoribus. num.10.ibidem.

Verbum.

Verbum quodcunque in iure aliquid disponere debet. num.22.pag.61
Verbum (*videbitur*) de quo in gratia qualiter explicetur. num.9.pag.240
Verba assignare, datur, *&c.* an transferant dominium. num.5.pag.149
Verba generalia qualiter explicanda. num.15. pag.60
Verbum sig ni vniuersalis (*omnis*) qualiter intelligatur. num.16.ibidem.
Verba generalia sunt ciuiliter intelligenda. n.18. pag.61
Verba generalia si damnum causent restringi debent. num.19.ibidem.
Verbum videbitur, de quo in gratia qualiter explicetur. num.15.pag.240
Verba (non obstante aliqua lege) an requirantur in derogatione legis. num.17 pag.405
Enunciatiua verba quando probent. num.16. pag.171
Verba enunciatiua an, & quando probent. n.19. pag.436

Vesuius.

Vesuij deuastationes quales. num.6. pag.446
Vesuij damnum quos offecit. num.7. pag.447

Via.

Via publica in medio inter priuatum, & Ecclesiam an impediat ædificare. num.7. pag.304

Vicarius.

Vicarij, & Subpriores Monasteriorum, an possint sibi eligere sepulturam. num.23. pag.5

Vicinus.

Dicinus cogitur vendere, vel locare fauore Doctoris, vel Officialis habentis familiam maximam. num.28.pag.274
Vicinus si domum habeat ante Monasterium fundatum, non cogitur ad obstruendas fenestras, sed cogitur ad vendendum. num.38. ibidem.
Vicinus potest cogi ab Ecclesia ad vendendam proprietatem domus, licèt non adsit necessitas, sed sola commoditas. num.34. ibidem.
Vicinus fauore Monialium cogi potest ad obstruendas fenestras, à quibus habetur aspectus ad easdem. num.35.ibid.
Vicinus cogi potest ad vendendum domum, vel fundum fauore Ecclesiæ. num.20. pag.273

Vicini iniuſtè moleſtantur à Religioſis ne ædificent. num.16.pag.305
Vicinus ad æmulationem alterius vicini, an, & qualiter ædificet, Iudicis arbitrio remittitur. num.11.pag.272
Vicinus poteſt cogi à Monialibus ad vendendam ſeruitutem altius non tollendi. num.37. pag.274.
Vicinus inuitus, non cogitur regulariter ad vendendum. num.22.pag.273
Vicinus cogitur vendere fauore Monialium, licèt via ſit intermedia. num.41.pag.275
Vicinus antiquior Monialibus in domo ad quid cogi poſſit à Monialibus num.42.ibid.
Vicinus cogitur vendere ſi aſpectum habuerit ad dormitorium, vel ad Chorum Monialium. num.43.ibidem.
Vicinus ædificans ad ſui vtilitatem prope Eccleſiam poterit & quando. num.8. pag.304
Vicinus an cogatur vendere pro hoſpitio, & habita fide de pretio. num.33.pag.274
Vicini commmodum cum damno concurrens alterius, quod præferatur. num.10.pag.304
Vicinus ædificat prope Monaſteria Monachorum. num.11.ibidem.
Vicinus cogitur vendere pro ampliatione Plateæ, vel Palatij Regij, & qualiter taxetur pretio. num.27.pag.274
Vicinus cogitur vendere ſeruitutem Monaſterio, vel Eccleſiæ. num.4.pag.277
Vicinus non cogitur vendere, quando non eſt neceſſitas, & an cogatur vendere partem. n.30. pag.274
Vicinus an cogatur vendere domum, quæ fuit ſuorum maiorum. num.31.ibidem.

Viſitatio.

Viſitatio locorum piorum facienda ab Epiſcopo non trahit ſecum redditionem computorum. cum.51.pag.393
Viſitatio Epiſcopi ordinatur ad correctionem. num.30.pag.381.

Viuus.

Viuij *deciſio* 484. adducitur. num.15.p.318

Vniuerſitas.

Vniuerſitas ob publicam vtilitatem habebit plura; ſed non feuda. num.66.pag.20

Voluntas.

Volnntas qualiter probetur. num.63.p.36
Voluntas teſtatoris, de qua hîc, quomodo ſit explicatur. num.22.pag.31

Vltimus.

Vltimis defunctorum voluntatibus eſt fauendum num.1.pag.231
Eas autem extinguere conatur immoderata ſitis habendi. num.2.ibidem.
Vltima voluntas non vitiatur ex impoſſibili conditione, neque penſio impoſita motu proprio à Papa, quia æquinalet vltimæ voluntati. n.24. pag.95

Vox.

Vox quælibet in iure vniuerſalis recipit reſtrictionem. num.56.pag.393

Vſuraria.

Vſurariæ priuatis ſuſpiciones quales. num.25. pag.417

Vſurpatores.

Vſurpatores bonorum Eccleſiæ qui ſint, & quas pœnas incurrant. num.20.pag.25

Vſus.

Vſus in plurimis eſt ſignum poſſeſſionis, & probat poſſeſſionem. num.27.pag.44

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

FINIS.

quan à pique de acabar con toda la maquina de sus peregrinaciones, pues como se ha dicho, la muerte casi auia pisado las ropas à Auristela, y estuuo muy determinado de acompañar al Conde, sino en su camino, à lo menos en su proposito, boluiendose à Dinamarca; mas el amor, y su generoso pecho, no dierõ lugar à que dexasse à Periandro sin consuelo, y à su hermana Auristela en los postreros limites de la vida, à quiẽ visitò, y de nueuo hizo ofrecimientos cõ determinaciõ de aguardar à que el tiempo mejorasse los sucessos, à pesar de todas las sospechas q̃ le sobreuenian.

CAPITVLO X.

Del quarto libro.

dian a su salud con tanto cuidado como si fueran sus queridas hermanas, especialmẽte Feliz Flora, que con particular aficion la queria. Llegò a tanto el mal de Auristela, que no conteniendose en los terminos de su jurisdicion, passò a la de sus vezinos, y como ninguno lo era tanto como Periandro, el primero con quiẽ encontrò fue con èl, no porque el veneno y maleficios de la peruersa Iudia obrassen en èl derechamente, y con particular assistencia, como en Auristela, para quien estauan hechos, sino porque la pena que èl sentia de la enfermedad de Auristela, era tanta, que causaua en èl el mismo efeto que en Auristela, y assi se iba enflaqueziendo, que començarõ todos a dudar de la vida suya, como de la de Auristela:

la salida a su alma, por la carrera de los Sacramentos, biẽ como ya instruida en la verdad Catolica, y assi haziendo las diligencias necessarias, con la mayor deuocion que pudo, dio muestras de sus buenos pensamientos, acreditò la integridad de sus costumbres, dio señales de auer aprendido bien lo que en Roma la auian enseñado, y resignandose en las manos de Dios, sossegò su espiritu, y puso en oluido Reynos, regalos, y grandezas. Hipolita, pues, auiendo visto, como està dicho, que muriendose Auristela, moria tambien Periãdro; acudiò a la Iudia a pedirle, que templasse el rigor de los hechizos, que consumian a Auristela, ò los quitasse de el todo, que no queria ella ser inuentora de quitar con vn golpe solo tres vidas, pues muriendo Auristela, moria Periandro, y muriendo Periandro, ella tambien quedaria sin vida; hizolo assi la Iudia, como si estuuiera en su mano la salud, ò la enfermedad agena, ò como si no dependieran todos los males, que llaman de pena, de la voluntad de Dios, como no dependen los males de culpa; pero Dios obligandole, si assi se puede dezir, por nuestros mismos pecados, para castigo de ellos permite que pueda quitar la salud agena, esta que llaman hechizeria, con que lo hazen las hechizeras, sin duda ha èl permitido, vsando mezclas, y venenos, que con tiempo limitado quitan la vida a la persona que quiere, sin que tenga remedio de escusar este peligro, porque le ignora, y no se sabe de donde procede la causa de tan mortal efeto: assi, que para guarecer de estos males, la gran misericordia de Dios ha de ser la maestra, la que ha de aplicar la medicina. Començò, pues, Auristela a dexar de empeorar, q̃ fue señal de su mejoria, començò el sol de su belleza a dar señales, y vislumbres de que boluia a amanecer en el cielo de su rostro, boluieron a despuntar las rosas en sus mexillas, y la alegria en sus ojos; ajuntarõse las sombras de su melãcolia, boluiò a enterarse el organo suaue de su voz, afinòse el carmin de sus labios, conuirtiò con el marfil la blancura de sus dientes, que boluierõ a ser perlas, como antes lo eran: en fin, en poco espacio de tiempo boluiò a ser toda hermosa, toda bellissima, toda agradable, y toda contenta, y estos mis-

manos. Preguntò muchissimas vezes à Serafido la condicion de las gentes de aquellas islas remotas, de donde era Rey Maximino, y Reyna la sin par Auristela. Boluiòle à repetir Serafido, como la isla de Tile, ò Tule, que agora vulgarmente se llama Islanda, era la vltima de aquellos mares Septentrionales, puesto que vn poco mas adelante està otra isla, como te he dicho, llamada Frislanda, que descubrio Nicolas Temo, Veneciano, el año de mil y trecientos y ochenta, tan grande como Sicilia, ignorada hasta entonces de los antiguos, de quien es Reyna Eusebia, madre de Sigismunda, que yo busco. Ay otra isla, assimismo, poderosa, y casi siempre llena de nieue, que se llama Groenlanda; à vna punta de la qual està fundado vn Monasterio debaxo de el titulo de Santo Tomas, en el qual ay Religiosos de quatro naciones, Españoles, Frãceses, Toscanos, y Latinos, enseñan sus lenguas à la gente principal de la isla, para q̃ en saliendo de ella sean entendidos por do quiera que fueren; està, como he dicho, la isla sepultada en nieue, y encima de vna montañuela

està

està vna fuente, cosa marauillosa, y digna de que se sepa, la qual derrama, y vierte de si tanta abundancia de agua, y tan caliente, que llega al mar, y por muy gran espacio dentro de èl, no solamente le desnieua; pero le calienta de modo, que se [illegible] aquella parte [illegible] nidad de di[illegible] de cuya pesc[illegible] Monaste[illegible] de alli [illegible] uech[illegible] asimismo [illegible] glutinosas, de la[illegible] haze vn betun pegajoso, con el qual se fa[illegible] como si fuesse [illegible] mol. Otras [illegible] dezir, dixo [illegible] lio, de estas is[illegible] en duda suc[illegible] efeto son v[illegible] esto, que [illegible]

Auri
tanç
no; y
auie
de Pe
à qu
cias
guiò
enca
Zaq
mo
tad
nadi
dro
salud
semb
mas
mas
luego
aque
do c
Ruti
man
no,
enfe

C. PO=
nio
Discep=
tationes

..5..

256